مكتبة قطر الوطنية
QATAR NATIONAL LIBRARY

This PDF was generated on 16/10/2019 from online resources as part of the Qatar Digital Library's digital archive.

The online record contains extra information, high resolution zoomable views and transcriptions. It can be viewed at:
http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672

Reference	10672
Title	Commentary on the Chapter Nine of the Book of Medicine Dedicated to Mansur
Date(s)	1542 (CE, Gregorian)
Written in	Latin in Latin
Extent and Format	266 items
Holding Institution	Qatar National Library
Copyright for document	Public Domain

About this record

This work is a commentary in Latin by Italian professor and physician Giovanni Arcolani (died 1484, also known as Ioannis Arculani) on the ninth book of Kitāb al-ṭibb al-Manṣūrī (The book of medicine dedicated to Mansur) by the renowned Persian polymath Abū Bakr Muḥammad ibn Zakarīyā Rāzī (circa 865–circa 925). Known in the Latin West as Rhazes or Rasis, Rāzī was born in Rayy, just south of Tehran. He is generally considered one of the towering figures in medicine in the medieval period. His influence on the development of medicine in the Islamic world and in Europe was surpassed only by that of his fellow Persian scientist, Ibn Sinā (Avicenna in the Latin West). Rāzī studied alchemy, music, and philosophy early in life, before turning to medicine. He became the head of the hospital in Rayy and subsequently held the same post in Baghdad. Rāzī's considerable clinical experience and the care with which he made and recorded clinical observations helped make him the preeminent clinical physician in the Islamic world. As one of the most important figures in medieval alchemy, he also gave detailed descriptions of many chemical processes such as distillation, calcination, and filtration. The scientist and scholar Muḥammad ibn Aḥmad Bīrūnī (973–circa 1048), a collector of Rāzī's works, listed 184 works by Rāzī, 56 of which are devoted to medicine and related subjects. Rāzī's most important medical work is the immense encyclopaedia Kitāb al-Hāwī, which achieved great renown in the Latin West under the title Continens. In 25 volumes, the work is rich with observational and experimental information. It was translated into Latin by the Jewish physician Faraj ibn Sālim (known as Farraguth in the Latin West) for King Charles of Anjou in 1274. It was first printed in Brescia, Italy in 1486 and repeatedly thereafter. The Kitāb al-ṭibb al-Manṣūrī is a shorter work that lists the diseases afflicting the body in order, from head to foot. This book was dedicated to Manṣūr ibn Isḥāq, the Sāmānid governor of Rayy (whence its title). It also was translated into Latin in the 13th century. The ninth part of the work, on therapeutics, was often issued on its own. This commentary was published in 1542 in Venice by the shop of Luca-Antonio Giunta (1457–1538) and has some engravings of the surgical instruments mentioned by Rāzī.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.1

fu comprato à senigaglia usato
costo Paoli tre.

n°

20 45-1/2000

Hic Liber est Lelij
Zampini è s.to
Georgio.

DG 6.2560 (nur 1 Expl., in Wien)
? Adams, BM, JB
IA 106.905 (nur 3 Expl.: Erlangen, Paris, Wien)

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.2

IOANNIS ARCVLANI
COMMENTARIA

In Nonum librum Raſis ad regem Almanſorē: in quibus non ſolum auctoris mentem late exponit, ſed etiam ſeparatim quæq; tam alte perpendit, ut cæteris qui huic operi manum admouerunt, omnium iudicio longe præſtiterit. Nam ſingulis in morbis quanq; corporis particulam infeſtantibus ſic anatomen & morbos, ſic cauſas & ſigna, ſic deniq; uictum & remedia diſtinguit, ut nihil amplius futuro medico ad artem exercendam deſiderari poſſit.

Accedit eiuſdem opuſculum De fluxibus alui ſuo loco reſtitutus: quo nihil adhuc extat a quoquam ea de re aut doctius aut exactius cōſcriptū.

Omnia uero hæc & diligentius caſtigata ſunt q̃ fuerint antea, & accuratius impreſſa, & inſtrumentis chirurgicis ab auctore citatis exornata, quæ in fine ſecundi indicis pingenda curauimus.

Venetijs apud hæredes Lucæ Antonij Iuntæ
ANNO M. D. XLII.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.3

INDEX CAPITVM

INDEX CAPITVM QVAE in hoc Arculani, libro habentur.

1 DE Cephalęa & hemicrania. pag. 4
2 De ſcotomia & uertigine. 19
3 De phreneſi 24
4 De lethargo. 32
5 De ſubeth ſahara. 35
6 De apoplexia 35
7 De ſubeth 40
8 De congelatione 43
9 De paralyſi 45
10 De ſtupore & tremore. 50
11 De tortura oris 54
12 De ſpaſmo 56
13 De tetano. 58
14 De epilepſia 61
15 De incubo 68
16 De melancholia 69
17 De catarrho. 81.
18 De ophthalmia 87
19 De ulceribus oculorum. 96
20 De his quæ in oculis cadunt. 100.
21 De albedine oculorum. 101.
21 De ſcabie & pruritu a oculorum. 101
22 De ſebel. 105.
23 De pruritu lachrymalium 108.
24 De ungula in oculo. 108
25 De arcaphari ſiue ſanguine effuſo in oculo. 111
26 De lachrymis. 112.
27 De debilitate uiſus. 115
28 De apoſtemate ſeu tumore palpebrarum 128
29 De diſpoſitione pilorum palpebrarum. 130
30 De aqua deſcendente in oculo. 132
31 De nyctilope. 146
32 De dilatatione pupillæ. 150.
33 De fiſtula lachrymali. 155.
34 De paſſionibus aurium. 158
35 De dolore auris. 160
36 De ulcere aurium & ſanie. 166.
37 De ſonitu & tinnitu. 170
38 De cura ſonitus & tinnitus. 172.
39 De grauedine diminutōe ſeu ablatōe auditus 173
40 De uermibus & paruis animalibus aurium. 177
41 De his quæ in aures extrinſecus cadunt. 177.
42 De ægritudinibus naſi. 178
43 De fluxu ſanguinis narium. 179
44 De ulceribus narium. 182.
45 De polypo & hæmorrhoidibus. 184
46 De nocumentis olfactus. 187
47 De paſſionibus dentium. 190.
48 De dolore dentium. 192.
49 De exedendis dentibus. 196.
50 De congelatione & ſtupore dentium. 197.
51 De anatomia oris. 198.
52 De ægritudinibus linguæ. 198.
53 De puſtula linguæ. 199.
54 De exitu ſanguinis gingiuarum. 201.
55 De caſu uuulæ. 202.
56 De ſanguiſugis quæ bibuntur. 205.
57 De his quæ intrant guttur. 206.
58 De paſſionibus linguæ. 207.
59 De grauedine linguæ. 207.
60 De tumore linguæ. 211.
61 De ranula linguæ. 212
62 De his quæ naſcuntur in lingua. 212.
63 De anatomia gutturis. 213.
64 De angina ſeu ſynanche. 213
65 De anatomia pectoris. 219.
66 De tuſſi. 220.
67 De aſthmate. 226.
68 De pleureſi ſeu pleuritide. 232.
69 De peripneumonia. 246.
70 De empyimate. 249
71 De ſputo ſanguinis. 251.
72 De phthiſi & ulceribus pulmonis. 257.
73 De paſſionibus cordis. 265.
74 De tremore cordis. 272.
75 De ſyncopi. 274.
76 De cura tremoris cordis 278. et ſyncope cura. 281.
77 De anatomia ſtomachi & meri. 284
78 De uomitu. 285.
79 De cholerica paſſione. 294.
80 De nocumento digeſtionis. 299.
81 De dolore ſtomachi. 307.
82 De apoſtemate ſtomachi. 315.
83 De ulceribus ſtomachi. 316.
84 De ſingultu. 321.
85 De cura ſingultus. 323.
86 De appetitu. 325.
87 De corruptione appetitus. 330.
88 De appetitu canino. 331.
89 De bulimo. 334.
90 De ſiti. 335.
91 De anatomia hepatis. 338.
92 De debilitate hepatis. 341.
94 De oppilatione hepatis. 345
95 De apoſtemate hepatis. 348.
96 De dubelati hepatis. 349.
97 De dolore hepatis. 355
98 De icteritia. 356
99 De hydropiſi. 364.
100 De anatomia ſplenis & dolore ſplenis. 375. et. 377.
De oppilatione ſplenis. 380.
De inflatione ſplenis. 380.
101 De anatomia inteſtinorum. 382.
De punctione inteſtinorum. 385.
De rugitu & exitu uentoſitatis inuoluntarię. 386
De colica. 387.
Cura colicæ phlegmaticæ. 401.
Cura colicæ melancholicæ. 402.
Cura colicæ cholericæ. 402.
Cura colicæ uentoſæ. 402.
Cura colicæ ex fecibus. 404
De colica apoſtemoſa. 405.
Cura colica ex torſione & ex deſcenſu inteſtini in burſam teſticulorum aut in aliquam rupturam mirach. 405.
Cura reliquarum ſpecierum colicæ. 406.
102 De ileos. 406.
De fluxu uentris. 408.
Tractatus primus de fluxu uentris in generali duo continens capitula.
Cap. primum. De quidditate, ſpeciebus, cauſis, ſignis & prognoſticis fluxus in generali. 413.
2 De regimine uniuerſali pſeruatiuo et curati. 415
Tractatus ſecundus de ſpeciebus fluxus ſumptis à cauſa materiali ſubiectiua continens duas partes diſtributas in decem capita. 421
Prim. De diarrhoea. 421.
2. De fluxu ſanguinis prouenientis a toto. 422.
3. De fluxu diuerſorum colorum. 423
4. De fluxu liquefactiuo. 425.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.4

INDEX CAPITVM

5. De cholera paſſione. 424.
Secunda pars eſt de ſpeciebus fluxus ſumptis a membris particularibus continens capitula ſex.
6. De fluxu cerebrali 424
7. De lienteria ſiue de fluxu ſtomachico. 225
8. De fluxu inteſtinali 429
4. De tineſmo 433
5. De fluxu hepatico. 436
De fluxu hepatico chyloſo. 437.
De fluxu hepatico phlegmatico ſub quo aquoſus continetur. 439.
De fluxu hepatico cholerico. 440.
De fluxu hepatico melancholico. 440.
De fluxu hepatico ſanguineo 444
De fluxu hepatico lotiuo 445
De fluxu hepatico foetido 445
De fluxu hepatico uirulento 446
De fluxu hepatico qui eſt ſubſtantia hepatis aut ſibi ſimilatur. 447
6. De fluxu ſplenico 447
Tractatus tertius de ſpeciebus Fluxus ſumptis à cauſa materiali obiectiua continens tria capitula 449
1. De fluxu ſtercoroſo. 449.
2. De fluxu uermium 449
3. De fluxu lapidum. 450.
Tractatus quartus de ſpeciebus fluxus penes cauſam efficientem tria continens capitula. 450.
1. De fluxu critico & Sympeomatico. 450
2. De fluxu oppilatiuo. 451.
3. De fluxu à rebus nõ naturalibus & extraneis ſicut morſus uenenoſorũ & uenenorũ ſũptio 456
Tractatus quintus. De ſpeciebus fluxus a cauſa formali capitulum unum continens. De fluxu ſuaui & inſuaui. 457
Tractatus ſextus, De ſpeciebus fluxus à cauſa finali capitulum unum continens. De fluxu laudabili & illaudabili. 457.
De anatomia renum 457
De anatomia ueſicæ. 458
De difficultate urinæ. 459
104 De lapide. 465
105 De apoſtemate qđ fit in renibus & ueſica. 471
106 De ardore urinæ. 476
107 De mictu ſanguinis & ſaniei 479
108 De mola. 481
109 De anatomia Siphac & Mirach. 405
110 De eminentia & ruptura. 486
111 De dolore iuncturarum. 491
112 De dolore anchę. 502
De fluxu urinæ. 505
De uermibus qui generantur in uentre. 505
De Hæmorrhoidibus, Fiſtulis, & Rhagadijs quę in ano fiunt. 506
De egreſſionibus ani & matricis. 507
De ſuperfluitate menſtruorũ conſtringenda. 507
De prouocatione menſtruorum. 507
De rhagadijs uuluæ. 507
De apoſtemate quod fit in matrice. 507
De ulceribus quæ fiunt in matrice & eius cancro. 508.
De præfocatione matricis. 508
De gibboſitate. 508.
De uaricibus. 508.
De elephantiaſi. 508.
De ulceratione renum quæ exterius fit in curte. 509.
De dolore qui fit in membris manifeſtis.

F I N I S.

INDEX RERVM VOCVMQVE OMNIVM

Scitu dignarum quæ in hoc Arculani opere habentur. Primus numerus paginam: Secundus ideſt a, uel b, columnam: Tertius lineam, indicat.

AEgritudinũ tria ſunt genera omnibus membris communia. Pagina 70 Columna a Linea 61.
Anatomia capitis humani Pagina. 2. a. 1 et Pagina 3. et 4.
Anatomia oculorum 87 b 57
Anatomia auriũ pagina. 158. b. 30.
Anatomia dentium 190 a 50
Anatomia oris 198 a 14
Anatomia linguę 198 a 48
Anatomia gutturis 213 a 48
Anatomia pectoris 119 a 30
Anatomia cordis 265 b 55
Anatomia meri et ſtoma. 284 b 17
Anatomia hepatis 338 b 14
Anatomia ſplenis 375 b 23
Anatomia inteſtinorũ 382 a 50
Anatomia renum 457 b 28
Anatomia ueſicæ 458 b 10
Anatomia ſiphac 485. a 1
Ani cura. 506 a 1
Anchæ dolor quid 502 b 58
Anchæ cauſæ 503 a. 27
Anchæ ſpecies 503. a 6
Anchę ſigna 503 a 43
Anchæ prognoſtica. 503 a 55
Anchę cura 503 b 30 & 504 et 505.
Anhelitum dilatantia. 231 b 43
Anhelitus conſtrictiõis cura 232 a 22
Anhelitus cura 230 b 11
Appetitus quid 325 b 60
Appetitus eſt duplex 326 a 1
Appetitus quibus ex cauſis minuatur aut deficiat 326 a 34 et 327
Appetitus diminutionis & ablationis cura. 327 a 61 et 328 et 329 et 330
Appetitus excitatio perficitur octo modis 328 b 60 et 329
Appetitus corruptus quid 330 a 50
Appetitus corruptus duplex 330 a 53
Appetitus corrupti cauſa 330 b 5
Appetitus corrupti ſigna 330 b 31
Appetitus corrupti cura. 330 b 42. et. 331.
Appetitus caninus quid 331 a 60
Appetitus caninus ẽ duplex 331 b 15
Appetitus canini cãæ 331 b 16 et 332
Appetitus canini ſigna 332 a 12
Appetitus canini cura. 332 b 25 et 333 et. 334
Apoplexia quid 35 a 62
Apoplexia unde 35 a 60
Apoplexia fortis & debilis ſigna. 36 a 1.
Apoplexia trãſit in palyſim 36 a 45
Apoplexiæ duo modi ſignificantes mortem 36 b 2
Apoplexia fortis, debilis, media. 36 b 36
Apoplexiæ ſpecies & cauſæ. 36 b 35 et. 37.
Apoplexiæ prognoſtica 37 a 34 et 38
Apoplexiæ urina 37 a 52
Apoplexia inchoantis ſigna 37 a 61
Apoplectica corpora non debent ſepeliri uſq; ad tertiam diem 38 a 21
Apoplexiæ cura 38 a 55 et 39 et 40
Apoplexia habet quinque curatiuas intentiones 40 a 27
Apoplecticorum diæta 40 a 55
Apoſtema lachrymalis 155 b 60
Apoſtematum lachrymalium cauſæ. 156 a 17
Apoſte. lachrymalis ſigna 156 a 37
Apoſtem. ſãguinei, phlegmatici, cholerici, melancholici cogni. 156 a 39
Apoſtema lachrymalis triplex exigit regimen 157 b 26
Apoſtematis in canna pulmonis cura 249 a 24
Apoſtematum reſolutio 320 a 26
Apoſtematis gibbi aut concaui hepatis differentia 349 a 29
Apoſtema hepatis triplex exigit regimen 350 a 63
Apoſtema ſanguineum hepatis pag. 349 b 7
Apoſtematis ſanguinei cura 352 a 16
Apoſtematum frigidorum emplaſtrum 352 b 54
Apoſtematum mirach & lacertorũ uentris cura 353 b 28
Apoſtema renum et ueſicæ 471 a 50
Apoſtematis renum & ueſicæ cauſæ. 471 b 51
Apoſtematis renum & ueſicæ terminatio fit tribus modis. 472 a 7
Apoſtematum renum & ueſicę ſigna. 472. a 24 & 473 & 474. b 5.
Apoſtematum renum prognoſtica 473 a 46.
Apoſtematum renũ & ueſicę cura. 473 b 58 et 474 et 475 et 476
Apoſtematis matricis cura 507. b. 46.
Aqua deſcendẽs in oculum. 132 a 20
Aquæ intrantis in oculum cura. 144. a 13.
Arthretica 493 b 44
Aſclitis ſeu aſcitis cã 366 b 50 et 336
Aſclitis ſigna 369 b 32
Aſclitis cura 369 b 49 & 370.
Aſthma 226 a 44
Aſthma ſumit duplicitur 226 b 44
Aſthmatis cauſæ 226 b 55
Aſthmatis ſigna 227 a 60
Aſthmatis cura 228 a 1. et 229 et 230 et 231 et 232
Aurium paſſiones 158 b 30
Aurium anatomia 158 b 49
Auris quid 158 b 49
Auris quare ordinata 150 b 57
Aurium ſitus 159 a 42
Auris regimen præſeruatiuum & cõfortatiuum 159 b 45
Auris dolor quid 160 a 10
Auris doloris ſigna 160 b 14
Auris doloris cauſæ 160 a 41
Aurium ſigna cauſarum primitiuarum 160 b 20
Aurium apoſtema quibus cognoſcitur. 160 b 29
Apoſtematis ſigna in aure 161 b 47
Auris doloris cura 161 a 57 et 162 et. 163 et 164. et 165. et 166.
Auris quale membrum 168 a 25
Aurium cura quatuor exigit intentiones 168 a 61
Auriũ ſonnitus & tinnitus 170 a 6
Auris ulcera quibus cognoſcuntur. 167 a 9.
Auris ulcerum cauſæ. 167 a 1
Aurium ulcus 166 a 26
Aurium ulcerum cura. 167 a 60. & 168 et 169. et 170.
Auditus corruptio. 170 a 54.
Auditus quare aliquando nimis acutus 170 b 6
Auditus corruptiõis cãæ. 170 b 3
Auditus corrupti ſeu ſoni. ſig. 171 a 38
Auditus corruptionis prognoſtica. 171 b 30.
Cura ſonitus & tinnitus 172 a 40
Auditus grauedo, diminutio, ablatio. 173 b 45
Auditus grauedinis cauſæ. 174 a 7
Auditus grauedinis ſigna 174 a 49
Auditus diminutio quibus cognoſcitur 174 a 62
Auditus diminut. progno. 174 b 27
Auditus grauedinis cura 175 a 5 & 176 & 177
Cura uermium in aure 177 a 14
Cura rerũ durarũ & liquidarũ in aure 177 b 51

B

BOliſmus ſeu bulimos quid. 334 b. 12.
Boliſmi cauſæ ſunt duplices. 334 b 18.
Boliſmi ſigna 334 b 55
Boliſmi prognoſtica 334 b 59
Boliſmi cura 335. a 2

C

CAchexia quid 364 a 1
Cachexiæ cauſa. 364 a 8
Cachexiæ ſigna 364 a 26
Cachexię prognoſtica 364 b
Cachexiæ cura 171 a 49

✠ iij

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.5

INDEX

Cauterior formę & canones obſeruādi in cauterizādo: diffuſe 500 a 34
Catarrhus quid 81 b. 30
Catarrhus ſumit triplicit̃ 81 b. 33
Catarrhi cauſæ 82 b. 1
Catarrhi ſigna 83 a. 28
Catarrhi prognoſtica 83 b. 45
Catarrhi in cura cāę remotio eſt præmittenda 83. b 57
Catarrhorum digta 84. b 4
Catarrhū q̃ ſunt cōſtringētia 86 a 22
Catarrhū quæ ſiſtunt 86 b 6 230 b 8
Catarrhi ſigna generalia 282 a 25
Catarrhalis tuſſis duas exigit res. 224 45.
Catarrhus eſt duplex 82 a 40
Catarrhi cura exigit tres can. 83. b 51
Catarrhi cura. 84 a 25 & 85 & 86 & 87.
Cataracta quid & unde 138 a 45
Cataracta ſumitur duplicit̃ 138 b 37
Cataractæ ſigna 140 b 12 & 141
Cataractæ prognoſtica 141 b 33
Cataractæ & imaginationum cura quinq; exigit intētiones 142 a 6
cataractę modus d̃ponēdi 144 b 44
Calorē innatū q̃ paucificāt 365. a 31
Cācri curatio 185 b 26 & 186 & 187
Capitis confortatiua & repercuſſiua in phreneſi 29 b 1
Caputpurgia 189 b 56
Capitis cōfortatio 116 a 48 et 114 b 6
Capitis complexio mala quibus remoueatur 18 b 45
Capitis paſſiōib. q̃d cauēdū 10 b 34
Cephalæa ſeu ſoda quid 4 a 45
Cephalæę cauſæ & ſpecies 5 a 31
Cephalææ ſigna 6 b 17 & 7
Cephalææ prognoſticum 8 a 25
Cephalææ ſanguinææ cura 8 a 44
Cephalææ cholericæ cura 11 a 1
Cephalęę phlegmaticę cura 12 a 24
Cephalææ calidę curationis complementum 14 a 48
Cephalææ frigidę curationis complementum 14. b 34
Cephalgæ per communitatem ad ſtomachum cura 15 a 44
Cephalæę cura prouenientis a cauſa primitiua 16 b 20
Cephalęę melācholicæ cura 17 a 33
Cephalgæ p cōitatē a toto 17 b 34
Cephalææ criticę cura 17 b 61
Cephalgæ ex oppilatiōe cura 18 a 23
Cephalgæ ex pcuſſione cura 18 a 43
Cephalææ ex debilitate capitis cura. 18 b 40
Cephalęę ex acuitate ſenſus 19 a 3
Cephalgæ ex uermibus exiſtentibus ſupra ſtricturam narium 19 a 18
Cerebri pces lęſas eſſe ſigna 26 b 47
Cerebri confortatio 114 b 14
Cerebrum quibus confortatur in melancholia 80. b 40
Cerebri purgātia 189 b 36 et 305 b 19
Congelatio quid 43 a 58
Congelationis cauſæ 44 a 3
Congelationis ſigna 44 a 43
Congelatio duplex 43 b 56
Congelationis prognoſtica 44 b 17
Congelationis cura 44 b 20
Cholerica paſſio 294 b 8
Cholericæ ſpecies 294 b 27
Cholericę cauſæ 294 b 34
Cholericę ſigna 294 b 54
Cholericæ cura 295 a 28
Cholera paſſio quid 424 b 10
Cholerę paſſionis ſpecies, ſigna, cauſæ, prognoſtica, & cura. quere in tractatu de paſſione ſtomachi.
Cholericę paſſiōi q̃d cōferat 297 b 45
Cholerę multitudinis cauſę 357 a 36
Colica quid 385 a 20
Colicę prognoſticum 385 b 19
Colicę cāæ corpeę duplices 387 b 41
Colicę cāę p ēētiā quatuor 387 b 43
Colicæ cauſę per cōitatem 389 a 8
Colicæ cauſę primitiuę 389 b 10
Colicæ ſigna 390 a 37
Colicæ prauæ ſigna 390 a 61
Colicæ ſalubris ſigna 390 b 55
Colici doloris & renalis ex lapide differentia 391 a 31
Colicę phlegmaticę ſigna 391 b 60
Colicę phlegmaticę pgnoſt. 392 a 20
Colicę uentoſę ſigna 392 a 21
Colicę uētoſæ prognoſticū 392 a 56
Colicæ ex fece ſigna. 392 a 58
Colicæ ex fece prognoſticū 392 b 34
Colicę apoſtemoſę ſigna 392 b 36
Colicæ apoſtemoſæ progno. 393. a 2
Colicæ ex inteſtini cōtorſione ſigna. 393. a 5
Colicæ ex inteſtini contorſione prognoſticum 393 a 19
Colicarum reliquarum quæ raro eueniunt ſigna. 393 a 28
Colicæ cauſarum primitiuarum ſigna 393 b 27
Colicæ phlegmaticę & cholericæ cura 393 b 35 & 394 & 395.
Colicę uētoſę cura 395 b 12 & 396 402 b 40 & 403 & 404
Colicæ ex fecibus cura 404 b 12
Colicæ cholericæ cura 396. b 11 & 402 b 1.
Colicæ apoſtemoſæ cura 396 b 38 & 405 a 47
Colicæ à cauſa calida cura 397 a 56.
Colicæ phlegmaticæ cura. in qua parte multa de uētoſæ colicæ cura tractat 400 b 1 & 401 & 402.
Colicæ melāncholicę cura 402 a 40
Colicę ex torſione & ex deſcenſu inteſtini in burſa3 teſticulo3 aut in aliquā rupturā mirach cura 405 b 45
Colicę reliqua3 ſpēg cura 406 a 43
Colica eſt cauſa ictericię 359 a 14
Colica unde ſumpſit nomē 383 b 9
Colica lateris ſiniſtri facilis curationis. 384 a 1
Cōplexionis calid. frig. ſiccę cā 6 a 1
Cor quid 265 b 57 et 269 b 51
Cordis anatomia 265 b 55
Cor poteſt pati omne genus ægritudinis 267 a 59
Cordis ægritudines famoſę ſunt quatuor 267 b 46
Cordis ęgritudinū iſtarum quatuor, cauſę. 268 12
Cordis diſpoſitiones octo modis ſignificantur 268 b 26
Cordis malarum complexionum ſigna 269 a 25
Cordis diſpoſitionum curatio. 269. b. x. et. 270. et. 271
Cordis tremoris deſcripcio, cauſæ & ſigna 272 a 6
Cordis tremoris pgnoſtica 274 a 35
Cordis tremoris cura 278 b 1 et 279 et 280 et 281
Coryzę cura 87 b 20
Cuthuburh cura 81 a 40
Chronicorum morborum obſeruatio 230 a 31
Cyſtis debilitatis ſigna 358 b 55
Chyloſi fluxus ſigna 409 b 40
Chyloſi fluxus cura 409 12 et 410
Clyſtere phlegmaticū 34 a 26
Clyſtere lethargię melācholi. 34 a 37
Clyſtere ad apoplex. paral. 34 a 42

D

Dentium anatomia & quare ordinati pag. 190 a 50
Dentium regimen conſeruatiuum 191 a 22
Dentium dolores 192 a 5
Dentium doloris cauſa 192 a 15
Dentiū doloris prognoſtica 192 b 37
Dentium cura 192 b 52
Dentiū doloris ſigna 192 a 59
Dentium ſtuporis ſeu congelationis deſcriptio 197 a 23
Dentium ſtuporis cauſa 197 a 25
Dentium ſtuporis ſigna 197 a 53
Dētiū ſtuporis prognoſti. 197 a 59
Dentium ſtuporis cura 197 a 16
Dētiū doloris cura mēdoſa 194 b 39
Dētiū doloris cura uera 194 b 61
Dentium cauterizationes 195 b 20
Dentium extractio fit tribus modis 196 a 3
Diaphragma quid 219 a 43
Diarrhoeæ cura 410 a 48
Digeſtionis nocumentum 299 a 25
Digeſtionis corruptio fit quadrupliciter 299 a 31
Digeſtionis nocumenti cauſæ ſunt duplices 299 b 23
Digeſtio impedit̃ duplicit̃ 300 b 42
Digeſtionis nocumēti ſigna 301 a 4
Digeſtionis nocumēti pgno. 301 b 7
Digeſtionis debilitatis ſigna et cura 302 a 1 et 303 et 304 et 305 et 306
Digeſtiua humorū 312 b 30 et 328 7
Digeſtiua & euacuatiua quando eſſe mixta debent 17 b 32
Digerentia 81 a 6
Dyſenteriæ cura 410 b 37
Doloris cuiuſcunq; cauſa 492 a 30 & 307 a 50.

E

Elephantiaſis cura. 508 b 55
Epilepſia quid 61 b 15
Epilepſiæ ſigna 61 b 59 et 63 a 9.
Epilepſiæ cauſæ 62 a 56
Epilepſiæ dr̃ia ab apoplexia 62 a 36
Epilepſiæ et ſpaſmi dr̃ia 58 a 17
Epilepſię & uertiginis dr̃ia 22 b 61
Epilepſiæ ſigna pgnoſtica 63 a 26
Epilepſiæ cura 63 a 52 et 64 et 65 et 66 et 67 et 68.
Epilepticorū diæta 67 b 17
Empyima quid 249 a 40
Empyimatis cauſa 249 a 48
Empyimatis ſigna 249 b 9
Empyimatis ſigna ſalutis et mortis. 249 b 43
Empyimatis cura 250 a 6
Epiglottis quid 216 b 10
Eryſipelas quid 31 b 60
Eryſipelatis in cerebro cura 32 a 3

F

Fames ſyncopalis quid 335 a 36
Famis ſyncopalis cāæ 335 a 40
Famis ſyncopalis ſigna 335 a 45
Famis ſyncopalis pgnoſticū 335 a 45
Famis ſyncopalis cura 335 a 48
Famis diminutionis et abla. cauſa 326 a 34.
Famis ſeu appetitus diminutiōis uel ablationis prognoſtica 327 b 51
Famis ſeu appetitus diminuti uel ablati cura 327 b 62
Fluxus quidditas, ſpecies, cā, ſigna et prognoſtica in generali 413 a 30
Fluxus regimen uniuerſale pręſeruatiuum & curatiuum 415 a 41
Fluxus uentris quę diarrhoea dr̃ ſpēs, cāę, ſigna, pgnoſt. et cura 421 b 10
Fluxus ſanguinis prouenientis à toto ſpēs, cā, ſigna, pgn. et cura 422 a 53
Fluxus diuerſo3 colo3, ſpēs, cāæ, & ſigna, et pgnoſtica, et cura. 423 a 35
Fluxus liquefactiui ſpēs, cāæ, ſigna, prognoſtica et cura. 423 b 26
Fluxus cerebralis quidditas, ſpēs, ſigna, cāæ, progno. & cura 424 b 20
Fluxus ſtomachici ſeu lieterici, quidditas ſpecies, cauſæ, ſigna, prognoſtica et cura. 425 b 56
Fluxus inteſtinalis q̃drupl. 429 a 59
Fluxus ſāguinei inteſtinalis, ſpēs, cā, ſigna, prognoſtica & cura 429 b 1
Fluxus dyſenterici quidditas, ſpēs cāę, ſigna, pgnoſtica et cura 429 b 21
Fluxus q dr̃ teneſmos, ſpēs, ſigna, cauſæ, prognoſtica et cura 433 a 15
Fluxus hepaticus quid 436 b 42
Fluxus hepaticus habet nouē ſpēs penes materiā diſtinctas 436 b 43
Fluxus hepatici chyloſi q̃dditas, ſpēs cāæ, ſigna, pgnoſtica cura 437 b 1
Fluxus hepatici ſub quo aquoſitas continetur, cauſæ, ſigna, prognoſtica, & cura. 439 a 17
Fluxus hepatici cholerici, ſpecies, cāę ſigna, pronoſtica, & cu. 440 a 16
Flexus hepatici melācholici ſpēs, cāę, ſigna, pronoſtica cura 440 b 42
Fluxus hepatici ſanguinei ſpēs, cauſæ, ſigna, prognoſtica, & cura. 444. a 41
Fluxus hepatici lotiui cauſę, ſigna, prognoſtica, & cura 445 a 1
Fluxus hepatici, cauſæ, ſigna, pgnoſtica, cura. 445 b 55
Fluxus hepatici uirulēti cāæ, ſigna, prognoſtica & cura. 446. a 52
Fluxus hepatici qui eſt ſubſtantia hepatis, aut ſibi aſſimilatur, cauſæ, ſigna, prognoſtica & cura 447 a 15
Fluxus ſplenici, ſpēs, cauſę, ſigna, prognoſtica, et cura. 447 b 32
Fluxus ſtercoroſi ſpecies, cauſę, ſigna prognoſtica et cura 449 a 10.
Fluxus uermiū ſpecies, cauſę, ſigna, prognoſtica & cura. 449. b. 18.
Fluxus lapidum cauſę, prognoſticū. cura. 450. a. 20
Fluxus critici quidditas, ſpecies, cauſæ, ſigna, prognoſtica, & cura 450. b. 8.
Fluxus ſymptomatici, quidditas, ſpecies, cauſæ, ſigna, prognoſtica & cura, 450. b. 8.
Fluxus oppilatiui quidditas, ſpecies, cauſæ, ſigna, prognoſtica, & cura 451. a. 40.
Fluxus à rebus nō naturalibus & extraneis ſicut uenenoſo3 morſus et uenenorum ſumptio, prognoſtica & cura 456. a. 35.
Fluxus ſuauis quiddiras, cāæ, ſigna, prognoſtica, & cura. 457. a. 7.
Fluxus inſuauis q̃dditas, cāæ, ſigna, prognoſtica, & cura 457. a. 7.
Fluxus laudabilis quidditas, cauſę, ſigna, pgnoſtica. & cura. 457. a. 49
Fluxus illaudabilis quidditas, cāæ, ſigna, pgnoſtica, & cura. 457. a. 49
Fiſtularum cura. 506. a. 1.
Fiſtula lachrymalis quid. 156. b. 4.
Fiſtulæ lachrymalis cauſæ. 156. b. 24
Fiſtulæ ſigna & cognitio. 156. b. 26.
Fiſtulæ lachrymalis pgno. 156. b. 46
Fiſtulæ lachrymalis cura. 156. b. 55. &. 157. &. 158.
Fiſtula ſumitur dupliciter. 157. b. 9.
Febriū cura. 265. a. 26

G

Garganſmata quare fiant in catharro. 85. a. 41.
Gibboſitatis cura. 508. b. 9.
Gingiuarum paſſiones. 201. b. 10.
Gingiua3 ſāguinis exitus cauſa, prognoſtica & cura. 201. a. 53.
Gingiuæ cura. 201. b. 49.
Gonorrhoeæ medicamen proprium, 99. b. 24.
Guttur quid & anatomia ipſius. 213. a. 49.
Gutturis uitia & cura. 206. 508.
Gutta quid. 491. b. 51.
Guttę cauſa. 492. a. 30.
Guttę ſigna. 493. a. 52.
Guttę prognoſtica. 494. b. 2.
Guttę cura. 495. a. 1. &. 502.

H

Hepatis anatomia. 338. b. 12.
Hepatis ęgritudinibus qui canones ſeruandi circa curam. 339. b. 13.
Hepati medicinæ conuenientes quæ. 340. b. 26.
Hepatis debilitatis deſcrip. 341. a. 20
Hepatis debilitatis ſpecies. 341. a. 54.
Hepatis debilitatis cauſæ. 341. a. 61.
Hepatis debilitatis ſigna. 341. b. 43.
Hepatis debilitatis pgno. 344. a. 59.
Hepatis oppilatio quid. 345. b. 52.
Hepatis oppilatio fit in triplici meatu. 357. b. 39.
Hepatis oppilationis cāæ. 345. b. 61.
Hepatis oppilatiōis ſigna. 346. a. 42.
Hepatis oppilationum prognoſtica. 347. a. 12.
Hepatis oppilationū cura. 347. a. 28.
Hepatis apoſtema. 348. a. 16.
Hepatis apoſtematū cāæ. 348. a. 41.
Hepatis apoſtematū ſigna. 348. b. 17
Hepatis apoſtematum prognoſtica. 350. a. 47.
Hepatis apoſtematum cura. 350. 63. &. 351. &. 352. &. 353.
Hepatis dubelati. 349. b. 55.
Hepatis doloris à calore ſigna. 353. b. 42.
Hepatis doloris cauſæ. 355. b. 12.
Hepatis doloris pgnoſtica. 355. b. 57.
Hepatis doloris cura. 353. b. 42. & 354. &. 355. &. 356.
Hepatis attractio retētio digeſtio expulſio diminuta uel corrupta quibus cognoſcatur. 343. a. 4.
Hepatis attractio retentio digeſtio et expulſio quibus cōfortetur. 345. a. 13
Hepatis cōfortatio q̃b. fiat. 345. a. 27
Hepatis mundificatiuū. 305. b. 10
Hemicranea & eius cura. 19. a. 43.
Hemorrhoidum cura. 506. a. 1.
Herniaꝶ ſigna. 487. a. 18
Herniarū cauſa. 487. a. 1.
Herniarum ſpecies. 486. a. 37.
Herniarum prognoſtica. 487. b. 7.
Herniæ cura. 487. b. 24. &. 488. & 489. & 490. &. 491.
Humorū ſigna ex fece nariū. 6. b. 41.
Humorum ſigna. 7. a. 16.
Humoꝶ q̃tuor euacuatio. 216. b. 51.
Humorum euacuatio quando præmittenda. 15. b. 32.
Humores quādo euacuandi: ſatis diffuſe. 11. a. 60. &. 34. b. 58.
Humorum cognitio. 305. a. 56.
Humores ſinguli quibus medicinis digerantur & quibus euacuentur 34 a 10
Humores ſinguli quibus medicinis euacuentur. 279. a. 59.
Humorū minoratio quando facienda. 106. a. 31.

✠ iiij

INDEX

Humidicates in pulmone quomodo finiantur. 230. b. 51.
Homoponagiæ cura. 19.a.43.
Hydropiſis quid. 364.b. 11
Hydropiſis ſpecies. 364.b.40
Hydropis cauſæ.264. b. 570. & 365 &.366.& 367.
Hydropicorum omnium ſigna communia. 367. b.39.
Hydropis ſpecierũ omnium propria ſigna. 368.b. 14.
Hydropis ſpecierum omnium prognoſtica. 269. a. 6.
Hydropum cura. 369.b.14. &. 370. &. 371. &. 372. &. 373. &. 374. &. 375.
Hypoſarcæ cauſæ. 367.a.39.
Hypoſarcæ ſigna. 368.b.55.
Hypoſarcæ prognoſtica. 369. 7
Hypoſarcæ cura. 370.b.30.
I
ICteritia quid. 357. a. 4.
Icteritia cauſatur uitio cyſtis fellis. 356. b. 4.
Icteritia eſt triplex. 357. a. 14.
Icteritię citrinę, cauſa. 357. a.26,
Icteritiæ nigræ, cauſa. 357. a. 27. & 358. a. 9.
Icteritiæ ſecundum eius tres ſpecies ſigna 358. a.45.
Icteritiæ citrinæ,pgnoſtica.359.a.32.
Icteritiæ nigræ prognoſtica.360.a.6.
Icteritiæ cum febre cura. 360.a.26.
Icteritiæ ſine febre cura. 360.b.30.
Icteritiæ in oculis curæ. 360.b.52.
Icteritiæ cuiuſcꝫ ſpeciei curæ ordo. 361. a. 12.
Ileos quid. 385. a. 31.
Ileos & colicæ differentia.406. b.32.
Ileos cauſæ & ſigna ibidem.
Ileos prognoſtica. 407. b.9.
Ileos cura. 407. b. 35.
Iliaca paſſio unde ſumpſerit nomen. 383. a. 4.
Iliacæ paſſionis cura. 393. b. 36.
Incubus quid. 68.a. 42.
Incubus duplex. 68. b. 62.
Incubi cauſæ. 69.a. 2.
Incubi ſigna, 69. a. 18.
Incubi prognoſtica. 69. a. 31.
Incubus antecedit, aut epilepſiã, aut apoplexiam,aut maniam,ſeu melãcholiam. 69. a. 31.
Incubi cura. 69. a. 38.
Inteſtinorum anatomia. 382. a. 50.
Inteſtina quid. 382.a. 56
Inteſtina ſunt numero ſex. 382.b. 6.
Inteſtinum duodenum. 382. b. 31.
Inteſtinum ieiunum. 382.b.49
Inteſtinum ileon. 383. a. 1.
Inteſtinũ cecũ ſeu ſacculus.383. a. 20.
Inteſtinum colon. 383. a.58.
Inteſtinum rectum. 384. a. 4.
Inteſtinorũ morbi principales pag. 384. b. 23.
Inteſtinorũ dolor duplex. 387. a. 31.
Inteſtinorũ doloris ſpecies. 387. a. 31.
Inteſtinorũ doloris cauſa. 387. b. 7.
Inteſtinorũ doloris cura. 393. b. 35.
Iliſci ſiue paſſio diuina quę. 72. b. 4.
Iliſci ſigna. 72. b. 13.
Iliſci cauſa primaria. 72. b. 50.
Iliſci cura. 81. b. 1.
Iuncturarum dolor. 491.b.49.
Iuncturarũ doloris cauſæ.491.a.40.
Iuncturarum dolores habent quattuor tempora. 493. a. 30.
Iuncturarum doloris ſigna.493.a.52
Iuncturarũ doloris pgno. 494.b.11
Iuncturarum calidarum dolorum cura. 494. a. 1.
Iuncturarum frigidarum dolorum cura. 496.a.6
Iuncturę quare debiles. 492. b. 11
Iuncturarum doloris regimen diffuſe. 497. b. 50.
Iuncturarũ doloris ſedatio. 501.b.55.
Iuncturarum durities eſt duplex. 502. a. 16.
Iuncturarũ cura diffuſiſſime. 495.a.1
L
LAchrymæ, diſtillatio oculi quid. 112. a. 4.
Lachrymarum materiæ generatio.112. a. 50.
Lachrymarum ſpecies ſunt duplices. 112. b. 25.
Lachrymarum cauſæ ſunt quattuor. 112. b. 51.
Lachymarum ſigna. 113.a.19.
Lachrymarũ prognoſtica. 113. b. 6.
Lachrymarum quincꝫ problemata ſoluuntur. 113. b. 38.
Lachrymarũ fluxus unde.113.b.25.
Lachrymarum fluxus in triſtitia & riſu quare. 113. b. 38.
Lachrymarum cura. 114.a. 24.
Lac. 304. a. 61.
Lactis utilitas. 262. a.14.
Lapidis ſpecies & cauſæ 463. b. 11.
Lapidis renum ſigna. 466. b. 14.
Lapidis ueſicæ ſigna. 466. b. 45.
Lapidis renum & ueſicæ cura. 467. a. 35
Lapidis renũ inciſionis modus pag. 470. a. 17.
Lapipis renũ medicamen. 420.b.50
Lapis renum tranſponitur. 470.a. 35
Lethargia quid. 32.a.50
Lethargię cauſæ. 32.b.59
Lethargiæ ſigna 33.a.11
Lethargię prognoſtica. 33.b.43
Lethargię cura. 33.b.50
Lethargię dięta. 35.a.6
Lẽitiũ uẽtris. 194.a.14.et.305.a.62
Leniẽtia in paſſione pulmonis pag. 231. b.14.
Lingua quid & eius anatomia. & q̃re ordinata. 198.a.49.et.174.b.45
Linguę ęgritudines et earum curationes. 207.a.28.
Linguę grauedo quid. 207.b.55
Linguæ grauedinis cauſæ. 208.a.54.
Linguæ grauedinis ſigna. 208, b.17
Linguę grauedinis prognoſtica pag. 209. a. 9.
Linguę grauedinis cura: diffuſe.209. a.20.
Linguæ ranula. 212. a. 12.
Linguæ ranulæ ſpecies. 212.a.29.
Linguę ranulę ſigna et cauſę 212.a.34.
Linguę ranulę pgnoſticũ. 212.a.40
Linguę ranulę cura 212.a.44
Linguæ apoſtema. 212.b.39
Linguę apoſtematis cauſæ & ſigna 212. b. 44.
Linguę apoſtematis cura. 212.b.50
Linguę puſtula 199.a.1
Linguæ puſtularum ſpecies 199.a.4
Linguę puſtularum ſigna 199.a.4.
Linguę puſtularũ cauſę 199.b.19
Linguæ puſtularum prognoſtica. 199. b. 20
Linguæ motus læditur tripliciter pagin. 207.a.35
Linguæ complexio quibus cognoſcitur. 207.a.61.
Linguæ tumor 211.a.33
Linguæ tumoris cauſa 211.a.46
Linguę tumoris ſigna 211.a. 55
Linguę tumoris cura 211.b.1
Lienteria quid 408. b.18
Lienterię ſigna 408.b.15.
Lienteriæ cura 418.a.30.
Lienteriæ cura à phlegmate pendẽtis. 408. b. 51
M
MAnia eſt duplex 71. b. 46.
Manię cura: diffuſę. 79.a 40
Maniæ origo 73. a. 2.
Matricis apoſtematis cura 507.b.45
Matricis ulcerum cura 508.a.6.
Matricis præfocatio 508. a. 30
Melancholia quid 69. b. 19
Melancholia dupliciter ſumitur pag. 171.b.15.
Melancholiæ ſigna. 71. a. 59. &.73. b. 23.
Melancholia ſpecies habet infinitas 72.a.14.
Melancholię cauſæ 72.b.60
Melãcholię pgnoſtica pag. 74.b.17
Melãcholię cura: diffuſe 74.b.55
Melancholico à quibus abſtinendum 76.a.24
Melãcholico obſeruare neceſſarium 77. a. 25
Cerebrum quibus confortandum in melancholia 80.b.40
Melancholiæ & maniæ cura: diffuſe 79.a. 40
Medicinæ proprię in diſpoſitiõe melancholica tam alterantes quam euacuantes. 78.b.36
Melancholicorũ debitum regimen. 77. a. 25
Mẽbra principalia 40.b.49
Membrorum manifeſtorum doloris cura. 509.b.2
Menſes prouocantia 507.b.2
Menſtruorum ſuperfluorum cura 507.a. 45

Menſtruorũ

INDEX

Menſtruorum medicamen 176.b.1
Membra mandantia quæ 80.b.25
Meri ſiue œſophagi anatomia pag. 284. b.16
Meri quid 284.b.21
Meri operatio 284.b.30
Mola quid 481.b.34
Mola quadruplex 481.b.39
Molę cauſæ 481.b.44
Molæ ſigna 482.a.48
Molæ & impregnationis ueræ ſigna diſtinctiua 482.b.59
Molę prognoſtica 483.b.4
Molæ cura 483.b.12
N
NAſi anatomia 178.b.30
Naſus quale membrum pag. 178.b.33
Naſi compoſitio 178.b.53
Narium ſanguinis fluxus quid & unde 179.b.16
Cãę fluxus ſanguinis nariũ 180.a.46
Cauſæ apertionis uenarum ſunt duplices 180.a61
Signa prognoſtica 190.b.12
Prognoſtica 180.b.46
Cura fluxus ſãguinis nariũ 180.b.55
Narium ulcera 182.b.56
Cãę ulcerũ et prognoſtica 183.a.12
Naris ulcerum cura 183.a 54.
Narium polypus quid 184.b.55
Nariũ polypi ſpecies 185a.21
Narium polypi cauſa 185a.34
Narium polypi ſigna 185a.55
Narium polypi prognoſtica 185a.50
Narium polypi cura 185b. 5
Naſo quomodo medicinæ applicandæ 179b.1
Nyctilops quid 146,a.10
Nyctilopis & Haliar cauſæ 146b.6
Nyctilopi & Haliartici qui 146a.16
Nyctilops & Haliar ſunt ſpecies debilitatis uiſus
Nyctilopis & Haliar ſigna 146a.49
Nyctilopis & Haliar ſigna 147 a.25
Nyctilopis & Haliar prognoſtica. 147 a. 32
Nyctilopis cura diffuſe 149a.44
O
OCuli anatomia 87b.58
Oculorum regimen triplex. 88. a. 40
Oculorum cura 89b.26
Oculorum ulcera 96a.25
Oculorum albedo 101 a.55
Oculi diſtillatio quid 112 a.41
Oculi debilitatis ſigna 113a.27
Oculorum albedinis ſpecies ſunt tres 101 a. 53
Oculorum albedinis cura 102 a.28
Oculorum ſanitatem conſeruans electuarium ſublime 89 a.11
Oculi palpebrarum tumor 128 a.60
Oculi palpebrarum tumoris ſigna pag. 128b.25
Oculi palpebrarum tumoris ſpecies 128b.9
Oculi palpebrarum tumoris prognoſtica 129b.13
Oculorum palpebrarum tumoris cura 129 a. 15
Oculi palpebrarum pilorum inuerſio. 130 a 20
Oculi pilorũ inuerſiõis cura 130 b 40
Oculi imaginationũ ſpecies ſunt duplices 132 b 17
Oculi imaginationum ſpecies diuerſificantur multipliciter 133 a 56
Oculorum uiſionũ ſigna 136 b 40
Oculorũ uiſionũ prognoſtica 138a 33
Oculorum uiſioni quædam dubia occurrunt. 133 b 14
Oculorum uiſionum cura 142 a6
Oculi pupillę dilatatio quid 150 b 58
Oculi pupillę dilatatio duplex 151 a 5
Oculi pupillæ dilatationis cauſæ. pag. 151 a 20
Oculi pupillę dilatationis ſigna pag. 151.b 45.
Oculi pupillæ dilatationis prognoſtica 154 b 19
Oculi pupillæ dilatationis cura pag. 154. b 50.
Oculorum ſcabies quid. 103 a 40
Oculorum ſcabiei ſpecies ſunt triplices. 103 a 47
Ophthalmia quid & quotuplex. pag.89. b 20
Ophthalmiæ cauſæ. 90 a 19
Ophthalmia dupliciter generatur. 90. a 34.
Ophthalmia quibus cognoſcitur. pag. 90 a 53
Ophthalmię ſigna pag. 90. b 16.
Ophthalmiæ prognoſtica 91 a 1
Ophthalmiæ cura 91 a 40
Ophtalmiæ curationis modus pag. 94 a 20.
Ophthalmicorum diæta 95 a 43
Oppilationum cura 229. a 1
Olfactus quid 187 b 16
Olfactus nocumentum eſt triplex. pag. 187 b 17
Olfactus amiſſio & nocumentum pag. 187 b 9
Olfactus nocumentum quibus cognoſcitur. 188 a 27
Olfactus nocumẽti cauſæ 187 b 33
Olfactus nocumenti prognoſticum. 188. b 7.
Olfactus amiſſi optimum remediũ. 188 b 55.
Olfactus cura 188 b 17
Oris anatomia 198 a 14
Os quid 198 a 17
P
PAralyſis quid 45 a 15.
Paralyſis quare in una parte. 3. b 60.
Paralyſis quadruplex eſt 45 a 43
Paralyſis cauſæ 45 b 1
Paralyſis ſigna 46 a 21
Paralyſis prognoſtica 46 b 10
Paralyſis cura 46 b 53
Peripneumonia quid 246 a 2 4
Peripneumonia duplex 246. a 37
Peripneumoniæ cauſa. 246. a 54
Peripneumoniæ ſigna 246 b 42
Peripneumonię prognoſt. 248 a 2
Peripneumonię cura. 248 a 14
Pectoris anatomia 219 a 27
Pectus quid 219 a 33
Pectoraliũ partium motus ſiue actiones. 221 a 3
Pectoris ulcera conſolidantur multis cauſis. 257 b 31
Phthiſis quid 257 a 30
Phthiſis cauſæ 258 a 29
Phthiſicorum complexio 258. a 31
Phthiſicorum ſigna. 258 b. 56
Phthiſicorum prognoſtica. 259 b 11
Phthiſis ſpecierum notitia 257 b 13
Pthiſicorum diæta 259 b 44
Pthiſicorum cura. 259.b 44
Pleura quid. 219 a 49
Pleureſis quid 232 b 57
Pleureſis eſt duplex 232 b 61
Pleureſis cauſa 233 a 17
Pleureſis ſigna 233 b 47
Pleureſis ſigna prognoſti. 236 b 52
Pleureſis cura 238.a 5
Pleureticorum diæta 242 a 25
Phreneſis quid 24 b 34
Phreneſis ſigna 25 a 44 et 26.
Phreneſis eſt duplex 25 b 39
Phreneſis cauſæ 25 b 56
Phreneſis prognoſtica 27 b 28
Phreneſis cura 28, b 48 et 29 et 30 et 31 et 32.
Pruritus lachrymalium. 118 b 2
Pruritus & ſcabies oculorum differunt. 103 a 40
Pruritus oculorum cauſæ 103 b 8
Pruritus ſigna 104 b 42
Pruritus prognoſtica 104 58
Phlebothomia in phreneſi 30 a 54
Phlebothomia quomodo & quando debet fieri 238 b 45
Phlebothomia uenarum cordis pag. 269 b 28.
Phlebothomia in catarrho quando neceſſaria 85 a 10
Phlebothomia in pleureſi à qua parte debet fieri. 238 b 52
Phlegmatici humoris euacuatio pag. 34 a 10. & 39 a 34.
Pulmo quid. 219 a 59
Pulmonis compoſitio ibidem
Pulmonis ulcerum mundificatio & abſterſio 263 b 56
Pulmonis apoſt.cura 248 a 56
Pulmonis ulcerum cauſæ. 258 a 29
Pulmonis paſſio eſt tuſſis 221 b 5
Pulmonis diuiſio. 247 b 46
Pulmonis apoſtm.ſigna 246 b 42
Pulmonis ulcera 253.b 20
Pulmonem confortantia 216 a 2
Polypus narium 184 b 44
Polypi ſpecies 185 a 22
Polypi cauſa 185 a 35
Polypi prognoſtica. 185 a 60

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.7

INDEX

Polypi cura ſeptem exigit intentiones. 186 a 20.
Polypi canceroſi cura 187 a 25
Polypi medicamen expertũ 186 b 58
Podagra uide in dictione Gutta.
Punctionis cauſæ. 382.a 38
Punctionis ſigna. 385.a 51
Punctionis cura. 385.b 26.
Puſtula quid. 96.a 37.
Puſtularum & ulcerum comeæ cura. 98.a 10.
Puſtularum regimen curatiuum exigit triplex regimen. 99.b 30.
Puſtularum cauſæ. 97 b.4
Puſtularum ſigna. 97.b 17
Puſtularum prognoſtica 97 b.62
Puſtula linguæ. 199.a 1
Puſtularum linguæ ſpecies. 199 a.9
Puſtularum linguæ ſigna. 199.a 39.
Puſtularũ linguæ pgnoſtica 199 b 20
Puſtularum linguæ cura. 199 b.27.

R

REnes quid. 457.b 31.
Renum anatomia. 457.b 31
Renũ apoſtemata. 471.a 50.
Renum apoſtematũ cauſæ. 471 b 51
Renum apoſtematũ ſigna. 472 a 23.
Renum apoſtematum prognoſtica. 472.a 47.
Renum apoſtematum cura. 472 b.6
Rugitus & eius cura 380 b 40.

S

SAnguis quomodo mundificandus. 106.a 61.
Sanguinis ſputum 251.b 14
Sanguinis ſputum unde. 251 b.18
Sanguinis ſputum duplex. 251 b.28
Sanguinis ſputi cauſæ 251.b 38
Sanguinis ſputi ſigna. 252.a 56
Sanguinis ſputi prognoſt. 253.b 40
Sanguinis ſputi cura, diffuſe 253.b 61
Sanguinis ſputo notanda 253.b 8
Sanguinem mundificantia 256.a 16
Sanguinis mictus fit quadrupliciter. 279.b 7.
Sanguinis mictus cauſæ. 479.b 54.
Sanguinis mictus ſigna. 479.b 62
Sanguinis mictus pronoſt. 408.b.16
Sanguinis mictus cura. 480.b. 30.
Sanguiſugarum cura 205.a.30
Sanies quid 166. a 35.
Sanies eſt duplex. 166. a 37
Saniei cauſa 166. b 39
Saniei cura. 167 a 59
Sebel quid 105. a 1
Sebel eſt duplex 105 a 34
Sebel ſigna 105 a 56
Sebel cauſa 105 a 44
Sebel prognoſtica 105 b 37
Sebel cura, diffuſe. 105 b 40
Sitis quid 335 b 1
Sitis cuiuſcunq; cauſæ 335 b 19
Signa cauſæ ſitis. 322 b 57
Sitis prognoſtica 336 b 1
Sitis cura 336 b 6
Sitim ſedantia ſunt octo modi. pag. 336 b 53
Sitis diminutionis & ablationis cauſæ, & cura. 338 a 6
Sitim ſedantia 31 b 5
Singultus quid 321 a 34
Singultus cauſæ 322 b 2
Singultus ſigna 322 b 57
Singultus prognoſtica 223 a 41
Singultus cura 322 b 13
Sief maturans puſtulans 99 a 60
Sief carnem generans, in ulceribus mundificans & ſigillans pagi. 99. b 3
Sief ulcerum ueſtigia ſubtilians. 99. b 10.
Sief ſcabiei, ſebel, ungulæ & albedini conferens 109 b 49
Sief ſcabiei, oculorum & ulceribus conferens 107 b 10
Siphac anatomia 485. a 1
Scotomia & uertigo. 19.b 45
Scotomiæ ſpẽs ſunt duplices. 22 a 23
Scotomiæ cauſæ. 22.a 34.
Scotomiæ ſigna. 22.b 56.
Scotomię prognoſtica. 23.a 54
Scotomiæ cura 23.a 62.
Sciaticus ſiue iſchiaticus dolor quis 502 b 60.
Sciaticæ ſpecies. 503 a 6
Sciaticæ cauſæ. 503 a 27
Sciaticæ ſigna 503 a 43
Sciaticæ prognoſtica 503 a 52
Sciaticæ doloris cura, diffuſe 503 b 30
Spaſmus quid 56 b 29
Spaſmus duplex 56 b 56
Spaſmi cauſæ 57 b 56
Spaſmi ſigna 58 a 17
Spaſmi prognoſtica 58 b 1
Spaſmi cura diffuſe 59.b 40
Spaſmi & epileſipæ ſigna diſtinctiua. 58 a 17
Splenis anatomia 375 b 20
Sermo uniuerſalis de ægritudinibus ſplenis, ubi de ſpẽbus, ſignis, cauſis, prognoſticis & cura in generali tractat. 356 a 50
Splenis dolor 377.a 45
Splenis apoſtemata 377. b 16
Splenis apoſtematum & duritiei cauſæ 377.b 46
Splenis apoſtematis ſigna 378 a 9
Splenis apoſtematum prognoſtica 378 b 38
Splenis apoſtematũ cura 379 a 19
Splenieticorum diæta 380.a 60
Splenis oppilationis cauſæ, & cura. 380.b 33.
Splenis inflationis ſigna, cauſæ & cura. 380.b 53.
Splen quando tumidus quando non. 359.b 39.
Synanchia ſeu angina quid 213.b 15.
Squinantiæ ſpecies. 213.b 50.
Squinantiæ cauſæ coniunctæ antecedentes & primitiuæ. 214.a 19.
Squinantiæ ſigna. 214.a 37.
Squinantiæ prognoſtica. 215.a 9.
Squinantiæ cura diffuſe. 215.b 6.
Stercus quid. 449 a 11
Stomachi & meri anatomia pag. 284.b 16.
Stomachus quid & quare ordinatus pag. 285.a 2.
Stomachi ſolutio cõtinua quibus cognoſcitur. 287.b 27
Stomachum confortantia & confirmantia. 291.a 31. et 293.a. 26. et 396.b 21.
Stomachi regimen 293 a 21
Stomachi cibus corrumpitur per uirtutem digeſtiuam 383 a 41
Stomachi dyſcraſia quibus corrigatur, diffuſe 305 a 25
Stomachi dolor 307 a 40
Stomachi doloris cauſę ſunt 307 a 50
Stomachi doloris ſigna 398 a 51
Stomachi doloris prognoſtica pag. 308. b 49.
Stomachi doloris cura diffuſe. 309. a 30.
Stomachi apoſtematum ſpecies, ſigna, cauſæ, prognoſtica. 315 b 25
Stomachi ulcerum ſpecies, ſigna, cauſæ & prognoſtica. 316 b 30
Stomachi oris confortatio 328 b 59
Stomachi uentoſitatis cauſa eſt duplex 310 a 63
Stomachi emplaſtrum confortans. 64. b 10.
Stupor quid 50 b 36
Stuporis ſpecies 51 a 18
Stuporis cauſæ 51 a 31
Stuporis ſigna. 51 b 30
Stuporis prognoſtica 51. b 43
Stuporis cura. 52. a. 53.
Stuporis & tremoris differentia. 53. b. 26.
Scirbi anatomia 384. b 25
Scirbus quid 384. b 25
Scirbi officium 384. b 28.
Scabiei & pruritus oculorũ ſpecies, cauſæ, ſigna, & pronoſti. 103 a 37.
Scabiei & pruritus differentia pag. 103. a 39.
Soda. uide plura in dictione cephalæa. 6. b 16
Somnus triplex. 41.b 2
Somnifera 125 a 31 & 265 a 30.
Somnus quid 40 b 30
Somni cauſæ 41 a 19
Subeth, Sahara, Dormitatio uigilatiua. 35.a 25.
Subeth quid. 40.b 22.
Subeth duplex. 42.a 34.
Subeth cauſæ. 42.a 41.
Subeth ſigna. 42.b 14.
Subeth prognoſtica. 42.b 54.
Subeth cura 42.b 56.
Sudorem prouocantia. 499.b 54.
Sudoris conditiones. 234.b 49.
Syncopis ſigna 276.b 25.
Syncopis quid. 274.a 45.
Syncopis cauſæ. 275.b 2.
Syncopis

INDEX

Syncopis prognoſtica. 277 a 55.
Syncopis cura. 281.b 12. et. 282. et 283. et. 284.

T

TEtanus quid. 58.b.15
Tetani ſpecies 58.b 50.
Tetani ſigna. 59.a 41
Tetani prognoſtica. 59.a 55
Tetani cura. 59.b 42
Tenaſmos quid. 411.b 35
Tenaſmonis cura. 411.a 47
Trachea quid. 219.b 1.
Tuſſis propria paſſio pulmonis pagin. 221.b, 5.
Tuſſis quid. 220.b 21.
Tuſſis cauſa eſt duplex. 222.a 37
Tuſſis ſigna. 222.b.25
Tuſſis prognoſtica. 223.a 16
Tuſſis cura, diffuſe. 223.a 21
Tympanitis ſigna, cauſæ & prognoſtica. 364.b 55
Tympanitis cura. 371.a 1.
Tremor quid. 52.b 1
Tremoris ſpecies. 53.b 36
Tremoris cauſæ. 53.b 57
Tremoris ſigna. 54.a 33.
Tremoris prognoſtica. 54.a 42
Tremoris cura. 54 a 55
Tremoris & iectigationis differentia. 53.b.20
Tortura oris quid. 54.b 50
Torturæ ſpecies. 55.a 32.
Torturæ ſigna. 55.a 57.
Torturæ cauſæ. 55.a.36
Torturæ prognoſtica. 55.b 40
Torturæ cura. 55.b 50.

V

VAricum cura. 508.b 30.
Vertigo quid. 19.b.56.
Vertigo capitur quadrupliciter pag. 19.b 56.
Vertiginis ſpecies ſũt duplices pag. 22.a. 24.
Vertiginis cauſa duplex. 22.a 35.
Vertiginis & epilepſiæ differentia. 22.b 61.
Vertiginis ſigna. 22.b.55.
Vertiginis cura diffuſæ. 23.a.62
Veſicæ anatomia. 458.b 12
Veſica quid. 458.b 12.
Ventoſitatis in ſtomacho eſt cauſa duplex. 310.a 63
Ventoſitatis cauſę. 310.a.63.
Ventoſitatis doloris cura. 313.b 2.
Ventoſitatem ſoluentia. 310.a 7.
Ventoſitas digeſtionis impedimentum. 300.a 35.
Venenoſitas quibus corrigitur pag. 206. a 42.
Veneni medicamenta. 270.b 55.
Vlcera pulmonis. 257.b 31.
Vlcerum pulmonis mundificatio et abſterſio, diffuſe. 263.a 44.
Vlcerum cura, diffuſe 320.a 25.
Vlcerum matricis cura. 508.a 6.
Ventris fluxum retinentia. 398.b 25
Ventris ſolutiua in cephalica. 8 b 22.
Ventris ſolutiua. 305.a 62. et 312.b 25
Venter quibus ſoluitur. 291.b. 22.
Ventris fluxus curatio, per lõgum proceſſum. 408.a 30.
Vermium cura. 505.b 35.
Viſus debilitas diffuſe. 25.b 28.
Viſus debilitas habet tres ſpecies. 116. a 19.
Viſus debilitatis cauſæ duplices, diffuſe. 116.a 52.
Viſionis corruptæ cauſæ, diffuſe. 118.b.55.
Viſus debilitatis ſigna, diffuſe. 119. b.2.
Viſus debilitatis aut defectus prognoſtica. 123.b.34.
Viſus debilitatis cura, diffuſe. 123. b.43.
Viſum conſeruantia. 88.b 33.
Viſio uera quid requirat. 136.b 36
Vomitus quid. 285. b. 60.
Vomitus duplex. 285. b 61
Vomitus cauſæ. 286.a 36.
Vomitus ſigna. 287.a 44.
Vomitus prognoſtica. 288.a 27
Vomitus medicinæ ppriæ. 288.b 50
Vomitus quibus morbis nocet aut confert. 289. 25
Quę obſeruanda ſunt regimina in uomitu curando. 188.b 48
Vomitus cibalis cura, diffuſe. 290. a. 15.
Vomitus hũoralis duplex. 292 a 16
Vomitus critici cura. 292.a 18
Vomitus ſymptomatici cura. 292. a. 25.
Vomitus prægnantis cauſa & cura. 293.b 21.
Vomitus ſanguinis cauſa & cura. 294. a. 42.
Vomitiua. 289.b.50. &. 231.a.38. & 34. a 58.
Vomitiuum leue. 297. b. 22. & 294. a.16.
Vomitum retinẽtia, diffuſe. 299.a 12
Vlcus quid 166. a.25.
Vlcera pectoris conſolidãtur multis de cauſis. 257. b 31.
Vlcerum pulmonis cauſæ. 258.a 29
Vmbilici augmẽtũ quid. 486 a 60
Vmbilici eminentia eſt ſeptuplex. 486.b 7.
Vuluę rhagadiarũ cura. 507.b 26.
Vngula oculi quid. 108.b 60.
Vngulæ oculi ſpecies. 109.a.54.
Vngulæ oculi cauſæ. 109.b.19.
Vngulæ oculi prognoſtica. 109.b.31
Vngulæ oculi cura. 109.b.36
Vuulæ ægritudines ſunt quatuor pagin. 202.a. 48
Vuulæ caſus. 202.a 57.
Vuulæ caſus ſignum 202.b 25
Vuulæ caſus cura. 202.b.55
Vuulæ ægritudinum cura, diffuſæ. 203.a.24.
Vrinæ indicia. 234. b 20
Vrina nuncians apoplexiam. 37 a 51
Vrinæ ardor. 476. b 59
Vrinæ ardoris cauſæ. 476.b 63
Vrinæ ardoris ſigna. 477.a.26.
Vrinæ ardoris prognoſtica. 477 b 2
Vrinæ ardoris cura, diffuſe. 477. b. 14.
Vrinæ fluxus cura. 505.b.1
Vrinandi actio dupliciter impeditur. 459.a 48
Vrinam retinẽdi actio tripliciter impeditur. 459.b 10
Vrina impeditur ſeptem de cauſis. pag. 459.b 32
Vrinæ difficultatis ſigna. 460.b.5.
Vrinæ difficultatis prognoſtica pagin. 461.a 57
Vrinę difficultatis cura, diffuſe pag. 461.b.16.

Finis.



INSTRVMENTORVM CHIRVRGICORVM
formæ, quibus auctor hic, hoc in libro paſſim utitur.

a Acus argenteę forma habetur, folio. 249.a.41.
b Forceps pro extrahendo res in aurẽ ingreſſam picigarola dicta. in capite de ęgritudi. auriũ.
c Speculum ad aperiendas nares. in capite de ęgritudinibus nariũ.
d Forceps pro extrahendis dentibus pulicanũ dicta, folio. 196.b.18.
e Forcipum pro extrahendis dentibus forma, folio. 196.b.18.
f Forceps pro extrahendis fragmentis, quod Roſtrum Ciconiæ dicunt, folio. 196.b.18.
g Cannula pro inflando puluere ad uuulam. 103.a.34.
h Speculum ad linguam comprimendam, folio. 104.b.60.
i Cannula pro uuula cauterio amputanda, folio eodem.
k Inciſorium aureũ uel ferreũ ignitũ: cuius auriculæ g ſint ad angulos obtuſos deflexę, fo. eodẽ
l Inſtrumentum de plumbo, folio. 206.b.14.
m Cauterium à forma cuſpidum triangulum conſtituentium, dictum triãgulatum, folio 500. a.55. & folio 497.b.46.
n Cauterium formam rotæ habens, folio. 505.a.9. & folio. 497.b.43.
o Cauterium rotę ſimilitudinem habens pro coxendicibus adurendis, folio. 497.a.43.



IO. ARCVLANI VERONENSIS IN NONVM LIBRVM ALMANSORIS EXPOSITIO.

EXPOSITVRVS nonum Almanſoris reiectis ſuperfluis in librorum principijs inquiri ſolitis, duo tantum noſtro propoſito opportuna paucis expediã. Primum quidem erit de laudibus & celebritate Raſis qui hunc librũ ædidit, quem Regi Almanſori dedicauit. Haud enim dignum cenſuerim eorum, qui humanum genus ſibi obnoxium perpetuoq; deuinctum ingentibus meritis ęternisq; fecere beneficijs nomina in obſcuro iacere ſinere. Ex quibus permaximè Raſim fuiſſe arbitror. Neminem enim pace aliorum dixerim ſiue Gręcos aut Arabes, ſiue Chaldęos, aut Latinos mente reuoluo, fuiſſe exiſtimo, qui tantũ medicinę adiecerit, cuiuſue ſtudijs aſsiduisq; laboribus tantum adoleuerit, ſiue rerum copiam, totiusq; negocij medicinalis in uno uolumine redacti immenſitatem conſydero, qualis eſt liber, quem cõtinens appellauit, ſiue breuitatem, remq; medicinalem exiguo perſtrictam uolumine ſumma cum elegantia, & uerborũ uenuſtate, qualis eſt hic liber, nomine Regis Almanſoris nuncupatus, quem optimis approbatiſſimisque ſententijs refertum cernimus. Quare nos illi, totumq; genus humanum plurimum debere profiteor. Ideo unuſquiſq; pro uirili, debet Raſi laudes eiusq; uoluminis celebritatẽ, quę iuxta peripateticorũ principem ad illius etiam defuncti gloriam ac felicitatem aliquid momenti allatura ſunt, cum id in ethicis multo plus referat, quàm in tragœdijs ſcelera patrata narrari: ut quaſi iam patrentur. Secũdum eſt de ſubiecto huius libri, eiuſque immenſa utilitate. Totius enim huius libri ſubiectum eſt corpus humanũ arte ſanabile, quod totius medicinæ eſſe ſubiectum perhibetur. Huius uerò noni ſubiectũ eſt corpus humanum arte ſanabile ſecũdum paſſiones particulares ſingulis membris appropriatas. Ex quo huius libri immenſa iam liquet utilitas: cum per eum omnium ægritudinum à capite uſq; ad pedes nobis notitia ſalusq; afferatur. Quis eſt ergo qui pro huius libri ſcientia capeſcenda labores metiri debeat, quis non omnia patientiſſimè ferat incõmoda? Cum decus, opes, gloriam, cæteraque exteriora ornamenta, ſine quibus non contingit eſſe felicem, per eum nobis polliceri ualeamus. Si nim pro quæſtionibus Iacobi, aut Vgonis Senenſis tantum ocij tẽporisq; terimus ſumma cum animaduertentia, animique applicatione, quarum notitiam parum decoris, aut lucri nobis allaturam ſperamus. Quanto magis pro huius libri ſciẽtia capaſcenda inuigilare debemus, ex quo tantorum copiam bonorum aſſecuturos nos ſperamus. Credite mihi experto, credite quiſquis honores, opes, gloriam, apud homines gratiam conſequi deſyderat, huic libro intendat: facilè enim breui temporis decurſu hic omnia aſſequetur. Sed de his ſatis, nunc agamus quod inſtat.

Continuatur hic nonus ad præcedẽtes in hunc modum. Poſtquam Raſis in primo libro determinauit de iuuamentis membrorũ & anatomia corporis humani. Et in ſecundo notificauit complexiones, & humores, & phyſionomiam. In tertio de uirtutibus medicinarum et ciborum. In quarto de conſeruatione ſanitatis. In quinto de decoratiõe. In ſexto de regimine iter agẽtium. In ſeptimo de aggregationibus & ſummis artis chirurgiæ. In octauo de uenenis eorumque ſanatione. Placuit ipſi in hoc nono determinare de ægritudinibus particularibus ſingulis membris appropriatis à capite uſq; ad pedes. Tandem in decimo determinaturus de febribus, criſi & diebus creticis, ex quibus omnibus tota medicina integratur. Ægritudines autẽ, de quibus hic agitur, duobus modis dicuntur particulares. Primò particularitate prędicationis ad differentiam ęgritudinum, de quibus agit Auicenna in primo can. quæ dicuntur uniuerſales uniuerſalitate prædicationis. Secundo modo dicuntur particulares quia ſingulis membris appropriatæ ad differentiam febrium, apoſtematum, & cæterarum ægritudinum, de quibus Auicenna agit in 4. quæ nullo membro appropriantur. Illę enim dicuntur communes communitate indifferentiæ.

Diuiditur autẽ more quorundam hic liber in quinque partes. In prima agit de ægritudinibus membrorum animalium. In ſecunda agit de ægritudinibus membrorum ſpiritualium. In tertia de ęgritudinibus membrorũ naturalium. In quarta de ægritudinibus membrorum generatiuorum. In quinta de ægritudinibus membrorum exteriorum. Partes facilè patere poſſunt, quanq; conformius loquendo menti Raſis, hic liber diuidendus eſt in nonaginta quinq; partes, ſicut ſunt nonagintaquinque capita. Cum ipſe, ut patet ex ordine ſuo, nunquam diuiſerit præſentem librum in fen. neque in tractatus.

Intentio mea in expoſitione præſentis libri eſt. Primò compẽdioſè ponere anatomiã membri, de cuius diſpoſitionib. agendum eſt. Deinde circa unũquodq; capitulum inueſtigare. Primò quid nominis & quid rei diſpoſitionis de qua agitur, quod faciã circa rubricam, ſecundò ſpecies, tertiò cauſas, quartò ſigna tam generalia, q; particularia, quintò prognoſticum, quæ quatuor faciã circa eam partẽ, in qua Raſis agit theoricè de his diſpoſitionibus, ſextò ponã curã memorãdo intẽtiones curatiuas: necnõ medicinas tam ſimplices, q; cõpoſitas illas intentiones perficientes, quod ultimũ faciã circa eam partẽ, in qua Raſis ponit harum diſpoſitionũ curã. In quibus omnibus me conformabo Raſi. Aui. Gal. Meſue, cæteriſq; authoribus & doctoribus illuſtribus. Et ſi quaſi ſigna propria, aut medicinę expertę apud me fuerint quibus confidam, has ſubiungam ſecundum oportunitatem. Ille autem ſit nobis in auxiliũ, à quo cœlum & tota natura pendet.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.9

DE ANATOMIA CAPITIS.

SEquendo igitur ordinem præmiſſum, ab anato-
mia capitis eſt incipiendum. Pro qua uidendus
eſt primò ſitus capitis. Quod fuit in alto conſtitutum
propter uiſum, non propter alium ſenſum, non pro-
pter cerebrum, ut uoluit princeps de intentione Gal.
in principio tertij can. Oculus enim qui eſt cuſtos cor
poris debuit eſſe in alto conſtitutus, ut à longe fugien
da et conſequẽda facilè poſsit intueri. Qui oculus de-
buit eſſe coniunctus capiti, ut à cerebro per neruos op
ticos reciperet ſpiritum uiſibilem: & econtrario ut ab
oculo deferrentur ſpecies uiſibiles per eoſdem ad ſen-
ſum communem, quia etiã nerui optici compoſitio-
nem oculi ingrediuntur, ut infra uidebitur: ut etiam
oculi reciperent motum à ſecundo pari neruorum ce-
rebri, quapropter oportuit caput propter oculum
eſſe in alto conſtitutum. Deinde uidenda eſt quanti-
tas. Fuit enim caput magnum, quia debuit magnum
cerebrum contineri, et maius in homine quàm in alio
animali reſpectu propriæ molis. Fuit autem factum
figuræ ſphæricæ ex utraq; parte compreſſæ ut ſit ma-
gis tutum ab extrinſecis nocentibus: & quia figura
ſphærica eſt omniũ capaciſsima. Fuit autem creatum
aliqualiter oblongum ut tres uentriculi in eo conue-
nientius diſtinguerentur ſecundum longitudinem.
Numerus autem partium eius eſt denarius, primò e-
nim occurrunt capilli, ſecundò cutis, tertiò caro, quar
tò panniculus dictus almochati, quintò craneum, ſex
tò panniculi, dura mater, & pia mater, ſeptimò ſub-
ſtantia medullaris cerebri, octauò duo panniculi ſub
cerebro, nonò rete mirabile, decimò os baſilare, quod
eſt baſis & fundamentum totius capitis. Capilli au-
tem fuerunt groſsi multi & longi, tum ad tutelam ca-
pitis, tum ad decorẽ ordinati. Cutis etiam fuit groſſa,
quia capilli in ea fixi debuerunt habere radices longas
& groſſas, ut etiam eſſet clypeus oſsis cerebri. Caro
autem reperta fuit in fronte & temporibus, non in o-
mnibus partib. capitis, & fuit muſculoſa ad dandum
motum illis partibus. Almochati uerò ordinata fuit
ad tutelam oſsis & cerebri, & etiã ad ſuſpendendum
duram matrem, cum qua colligatur, & ex qua gene-
ratur, mediantibus quibuſdam uillis, nerueis et liga-
mentalib. qui egrediuntur à dura matre per cõmiſſu-
ras cranei ad conſtitutionem huius panniculi, & hoc
ne dura mater cerebrum comprimeret. Propterea in
actu practico caueãt chirurgici ne incidant hunc pan-
niculum in locis commiſſurarum in quibus multum
colligatur cum dura matre, & præcipuè in commiſſu
ra coronali. Nam nocumentum cõmunicatum durę
matri facilè poſſet eſſe mortale. Craneum uerò fuit ex
quinq; oſsibus compoſitum, habens duplicem tabu-
lam, ſuperiorem & inferiorem, unum os eſt in fronte,
alterum poſterius, & duo in lateribus, & unum infe-
rius ſub cerebro dictum baſilare. Fuerunt autem plu-
ra oſſa, et non unum, ne nocumentum cõmunicatum
uni parti, communicetur toti. Et etiam ut ex coniun-
ctione quatuor oſsium ſuperiorum tres generentur
commiſſurę. Prima coronalis ad modũ coronę, exi-
ſtens in parte anteriori capitis. Secunda lambdę literę
ſimilis in parte poſteriori exiſtens. Tertia ſagittalis pe
netrans rectè per mediũ capitis, à cõmiſſura coronali
ſcilicet ad lambdam ſecũdum capitis longitudinem.
Et tres fuerunt cõmiſſurę ueræ, quia penetrãt utrinq;.
Sunt etiã & alię duæ cõmiſſuræ non ueræ à lateribus,
dictę non ueræ, quia non penetrant uidelicet os utrin
que, ſed ſolum primam tabulam. Iſtę autẽ commiſſu-
ræ fuerunt ſerratiles, id eſt ad modum dentium ſerræ
coniunctę ut eſſent firmiores. Non autem fuerunt no
dales, quia motu non indiguerũt. Et ab Auicenna uo
cantur adorem, & fuerunt ordinatę, ut fumi & uapo
res ad caput adſcẽdentes facilius poſsint reſolui, & ut
uirtus medicinarum tempore neceſsitatis applicata-
rum capiti facilius penetrent in profundum. Et pro-
pterea in actu practico cum medici uolunt cerebrum
alterare, aut aliquid ab eo reſoluere, debẽt ponere me-
dicinas ſuper commiſſuris. Panniculus autem dura
mater immediate ſupponitur craneo, qui eſt pannicu
lus ſatis durus, groſſus, & fortis, undiq; cõplectens ce
rebrum nõ immediate. Nam immediate poſt ipſum
ſequitur pia mater, im mediate undique complectens
cerebrum, quę pia mater eſt panniculus ſatis mollis &
ſubtiliſsimus. Hæc autem gradatio facta fuit ne mol-
le lædatur ex contactu duri. Hi autem duo panniculi
ſe profundant in cerebro uſq; ad uentriculos eius diui
dentes cerebrũ anterius in duas medietates ſecundum
longum. Diuidentes etiam cerebrum poſterius ab an
teriori, quod factum fuit ne nocumentũ uni parti ad-
ueniens facilè cõmunicetur toti. Sed profundatio pię
matris ad intrinſeca cerebri modo iam dicto fuit pro
pter nutricationem cerebri. Sunt enim in pia matre
diſſeminatæ uenæ multæ, & per ipſam ſuſtentatæ, or
dinatæ ad nutriendum cerebrum. Subſtantia autem
medullaris cerebri fuit alba, mollis, uiſcoſa, per hęc or
dinata in nutricationem & debitam generationẽ ner
uorũ, & nuchæ inde prodeuntium, uerum cerebrum
anterius eſt humidius & mollius q̃ cerebrũ poſterius
& minus frigidum. Hoc autem factũ fuit, quia ex ce-
rebro anteriori debent prodire nerui ſenſus, qui ſunt
molliores, ex poſteriori nucha et nerui motus qui de-
bent eſſe duriores. In cerebro autem ſunt tres uentricu
li diſtincti ſecundum lõgitudinem eius. In prima par
te cerebri eſt uentriculus primus magnus diuiſus in
duas medietates dextram ſcilicet & ſiniſtrã, quarum
unaquæq; eſt maior alijs duobus uentriculis. Hic au-
tem uẽtriculus primus eſt ſedes & organum duorum
ſenſuum interiorũ, ſcilicet ſenſus communis & phan-
taſiæ. Eſt enim ſenſus communis in prima medietate
ſecundum longum, phãtaſia in altera, qui ſenſus com
munis habet recipere ſpecies ſenſibilium exteriorum
eas componendo & diuidendo, non tamen per copu
lam uerbalem. Phantaſia uerò habet pro paruo tem-
pore huiuſmodi ſpecies reſeruare. Et in fine huius pri-
mi uentriculi ſunt duæ ſubſtantiæ, una quæ eſt ſicut
ancha, altera ſicut eſt uermis ſubterraneus, longa, ſub-
tilis, rubea, cõtrahibilis & elongabilis, & ideo uermis
dicta eſt. Nam cum elongatur, clauduntur anchæ, &
clauditur uentriculus ſecundum eius partem poſtre-
mam, ſecundum quam coniungitur ſecundo uentri-
culo. Et ſimiliter clauditur principium ſecundi uentri
culi, ita ut ſpecies non poſsint tranſire de uno uentri-
culo ad alium, quod fit cum homo uult ceſſare à cogi
tatione, & operationib. ſenſuũ exteriorum: cum au-
tem uermis ille contrahitur, fit harum ancharum di-
latatio, ita ut ſpecies poſsint tranſire de uno uentricu
lo ad

lo ad alium, cum homo aggreditur cogitationem.
Ventriculus autem medius eſt ſubtilis & longus, &
eſt ſicut deilim, id eſt, tranſitus de primo uentriculo
ad tertium. Eſt enim hic uentriculus utriq; contiguus
hic autem eſt ſedes & organum duarum uirtutum, ſci
licet cogitatiuæ, quæ habet componere, diuidere, e-
tiam cum copula uerbali, & ex uno aliud inferre, &
in ſecunda medietate eſt exiſtimatiua eliciens inſenſa-
ta ex ſenſatis. Tertius uerò uentriculus eſt in poſte-
riori cerebro, figuræ pyramidalis, latior ſecundum
partem contiguam ſecundo uentriculo, gradatim ſe
conſtringendo procedens uſq; ad originem nuchæ,
quod factum fuit, ut ſecundum extremum magis la-
tum reciperet ſpecies & intẽtiones. Et ſecundum eius
ſtrictum ipſas melius conſeruaret: eſt enim organum
uirtutis memoratiuæ, quæ eſt purè conſeruatiua, &
ſecundum hanc figurã, figuratur cerebrum poſterius.
Et hi tres uentriculi ſunt diſtincti per medium ſecun-
dum eorum longitudinem, licet hæc diſtinctio ſit ſen
ſui manifeſta ſolum in primo uentriculo: imò etiam
nucha eodem modo eſt diſtincta per medium uſque
ad eius finem: hoc autem factum fuit, ne nocumẽtum
partis communicetur toti. Sed attendendum, quòd
duo primi uẽtriculi ſunt interius inuoluti panniculo
ſubtiliſsimo dicto pia mater. Vltimus autem uentri-
culus nõ, quia eius ſubſtantia eſt ſatis dura, ſeipſa con
ſeruabilis, ſed ſubſtantia duorum primorum, quia ſa
tis mollis, indiguit conſeruante. Sub fine autem
primi uentriculi, & principio ſecundi deſcendendo
reperitur quoddam foramen rotundum, oblongum
aliqualiter, dictum lacuna ſiue embotus: in cuius me-
dio eſt foramẽ ſtrictum, quod diagonaliter tendit ad
palatum, & eidem occurrit uia directa, quæ à medio
uentriculo directè deſcendit ad colatorium, quod eſt
foramẽ in medio oſsis baſilaris, ordinatum ad expur
gationem ſuperfluitatum cerebri. Et circa hoc fora-
men ſunt carnis eminentiæ magnæ, rotundæ, ordina
tę ad ſuſtentandum uenas uel arterias aſcẽdentes à re-
te mirabili ad uentriculos dictos, & ideo in baſi eius
apparent grandulæ, quæ ſunt iuxta rete mirabile e-
minentes. Et per iſtam lacunam uentriculi anteriores,
& cerebrũ, quãtum ad modum eius, expurgant ſuas
ſuperfluitates, licet quantum ad partes anteriores ma
gis purget ſuas ſuperfluitates, per colatoria narium.
Iſtud autem foramen, quia latum eſt ſuperius: inferius
uerò ſtrictum ab Haliaba, uocatur embotum. Ca-
put autem roſæ eſt meatus quidam expulſiuus ſuper-
fluitatum cerebri amplus ſuperius, ſtrictus inferius,
ideo caput roſæ dictus eſt, & hic eſt unus ex meatibus
terminatis ad lacunam. Torcular autem ſunt duæ ue
nę groſſæ, circa principium lacunæ, à quibus ramifi-
cantur uenæ paruę per lacunam. Tres autem ſunt uię
expulſionis ſuperfluitatum à cerebro. Vna eſt, oſſa
narium in extremitatibus ſuis perforata, tum ad ex-
pulſionem à parte anteriori cerebri, tum ad receptio-
nem ſpecierum rerum odorabilium, necnon fumalis
euaporationis ordinata. Secunda, terminatur ad finem
primi uentriculi, & principium ſecundi. Tertia, ad
finem ſecundi uẽtriculi, & principium tertij, per quas
cerebrum ſecundum eius partes medias, ſuas purgat
ſuperfluitates, qui terminantur ad lacunam, iam di-
ctam, & ideo oblonga creata fuit. Cerebrum autem
ſecundum eius partem anteriorem habet duo addita-
menta, quæ ſunt ſicut duæ papillę mammillares, quæ
uocantur carunculæ mammillares, & ſunt circumuo
lutæ panniculo, ſubtili ſcilicet pia matre, & terminan
tur ad oſſa narium, & ſunt organum olfactus. Et à
cerebro oriuntur ſeptem paria neruorum. Primum
eſt nerui optici, groſsiores quàm reliqui nerui, or-
tum habentes à uentriculo anteriori, & procedentes
uerſus oculos, & antequã egrediantur piam matrem,
uniuntur ad inuicem, & in loco unionis ſunt perfora
ti, & communiter tenetur quod non cruciantur, imò
poſt unionem dexter tendit ad dextrum, et ſiniſter ad
ſiniſtrum. Horum autẽ ſunt tria iuuamenta, primum
deferre ſpiritus uiſibiles ad oculum: ſecundum ſpecies
uiſibiles ab oculo ad ſenſum communem, & ideo u-
niuntur, ut ſpecies delatæ à duobus oculis uniãtur, ne
una res appareant duæ: tertium, quia ex ipſis genera-
tur retina & tela aranea, ut infra dicetur in anatomia
oculorum. Secundum autem par neruorum, quod
eſt poſt iſtud ueniens ad oculos, concurrit ad compo
ſitionem muſculorum oculi, propterea dat oculis
motum uoluntarium. Tertium uerò par, diuiditur
in plures partes, quarum una uadit ad partes faciei,
ad dandum ſenſum & motum illis partibus. Et huius
etiam una pars tendit ad linguam, ad dandum illi gu
ſtum ſecundum Auic. Reliqua pars miſcetur cum
quarto pari, & deſcendens per foramen ingreſsionis
uenæ ſubethicæ per ceruicem, ad diaphragma & ſto-
machum, dat ſenſum uiſceribus. Et inde, ſecundum
Mundinum, oriuntur nerui reuerſiui, licet apud Aui.
à tertia parte ſexti paris oriantur, qui ſunt proprij ner
ui uocis. Reliqua uerò pars quarti paris tendit ad pa
latum, ad dandum ei ſenſum. Poſt quod eſt quin-
tum par, quod tendit ad oſſa petroſa, quæ ſunt pro-
pe aures, & ex ipſis in foraminibus eorum generan-
tur panniculi, qui ſunt inſtrumenta auditus. Poſtea
eſt ſextum par diuiſum in tres partes, quarum una ua
dit ad muſculos gulæ, ſecunda ad muſculos ſpatulæ,
tertia maior cæteris, ad uiſcera deſcendit in aſcenſio-
ne uenæ ſubethicæ, & eſt illi annexa, ex qua in rectitu
dine epiglottis ſeparantur rami, qui ad muſculos ue-
niunt epiglottales, quorum capita ſunt ad ſuperiora,
qui epiglottim et ipſius eleuant carthilagines. Cumq;
epiglottim pertranſeunt ex eis aſcendunt rami, qui
ad muſculos cymbalarem fiſtulam claudentes ueni-
unt, & dicuntur nerui reuerſiui, & ſunt propriè nerui
uocis. Reliquũ uerò huius rami ſpargitur in diaphra
gmate, pectore, corde & pulmone, & aſſociatur ei,
quod ex parte tertia tertij paris deſcendit ad uiſcera.
Poſtea eſt ſeptimũ par quod oritur à poſtremo cerebri
ueniens ad linguã, & dat illi motum uoluntarium: di
cit autẽ Auic. quod oritur à termino communi inter
cerebrum & nucham hominis, & per eum prima duo
paria oriuntur à cerebro anteriori, tertium à termino
communi inter cerebrũ anterius & poſterius, reliqua
quatuor à cerebro poſteriori: ſic enim in anatomia
nuchæ ſecundum plurimum uiſum eſt. A poſteriori
autem cerebro oritur nucha diuiſa in duas medieta-
tes per panniculum ſubtiliſsimum, ne nocumentum
unius partis cõmunicetur alteri, & propterea accidit
paralyſis in una parte, altera non nocita. Ab hac au
tem deſcendente per foramina 30. ſpondilium, oriun-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.10

tur 30. paria neruorum, & quia à cauda oritur unum impar, erunt 30. paria neruorũ, & unum impar, quæ tendunt ad diuerſa membra, ad dandum ſenſum, & motum uoluntarium. Sub cerebro ſunt duo panniculi proportionati duræ matri & piæ matri, de quibus ante: ita ut hi panniculi undiq; cerebrum utrinq; inuoluant. Eleuatis autem his occurrit rete mirabile, quod eſt in medio oſsis baſilaris è directo colatorij contextum textura fortiſsima, & miraculoſè duplicata ex arterijs ſubtiliſsimis & adinuicem cõtextis, quæ ſunt rami apoplecticarum aſcendentium, & in iſto rete, ſiue in uenis ipſius continetur ſpiritus uitalis aſcendens à corde ad cerebrum, ad hoc, ut fiat animalis, qui ut melius conuertatur, eſt hoc modo ad minima diuiſus in his arterijs ſubtiliſsimis: ipſe tamen in uentriculis poſtea magis perficitur, & hæc eſt una ex cauſis, quare rete mirabile poſitum fuit ſub cerebro: eſt & alia cauſa, quia eſt dignum multa cuſtodia, quapropter natura locauit ipſum in loco tutiſsimo: eſt & tertia cauſa, ut humiditates aliquæ in cerebro condenſatæ, ex uaporibus ad ipſum aſcendentibus, & cadentes ſuper hoc rete, aliquam oppilationem cauſarent, quæ eſſet cauſa ſomni, & iſtud rete ſuſtentant duæ carnes glandoſæ factæ principaliter ad ipſum ſuſtentandum, & replendum uacuitates, & ad ſuſtentandum duas uenas aſcendentes ad cerebrum, aut duas arterias aſcendentes ad uentriculos cerebri. Ex his potes comprehendere unum modum apoplexiæ prouenientem ſcilicet ex oppilatione huius retis, & arteriarum apoplecticarum aſcendentium, pręter illum, qui communiter euenit ex oppilatione uentriculorum cerebri, inter quos eſt difficilè diſtinguere, ſed de his in capite de apoplexia. Poſtea ſequitur os baſilare, quod eſt durius cæteris, tum quia debuit alia ſuſtinere, tum ne putreſcat cum ſubmiſſum ſit humiditatib. à capite deſcendentibus. Hoc autẽ eſt diuiſum in oſſa petroſa, & narium, & oculorũ, & duo oſſa lateralia, quæ uocantur oſſa paris. Ex his liquet caput eſſe complexionis frigidę, temperatæ in paſsiuis, propter complexionem humidam cerebri, contraoperantem ſiccitati oſsium & panniculorum, & quod poteſt pati omne genus ægritudinis ſimplicis & compoſitæ. Hæc de anatomia capitis & neruorum ſufficiant. Iam reliquum abſoluamus.

DE CEPHALÆA. Cap. I.

Circa hanc rubricam primò notandum, quòd cephalæa, cephalalgia, ſoda, & dolor capitis ſunt termini ſynonymi ſignificantes hanc diſpoſitionem, de qua diuerſi authores ſub his diuerſis nominibus determinant. Ab Auic. nanq; Io. Serapione & Meſue uocatur ſoda. Ab Alexandro uocatur cephalalgia. A Raſi, Haliabate, Conſtantino, Paſsionario uocatur cephalæa, κεφαλὴ græcè, caput latinè. Sed præter hos ſunt termini dolorem ſpecialem capitis importantes, ſicut nux, ouum, paſsio ſcilicet galea, ra, ſignificantes dolorem totius, fatis inſeparabilem, conſuetudinarium, ab omni ferè cauſa facilè excitabilem. Hemicranea dicta ab hemi, quod eſt medium & craneum, dolorem unius laterum importat conſuetudinarium. Et ſimiliter hemipagia. Homonopagia autem dolorem quartæ partis ſignificat. Clauus uerò eſt dolor fixus, intenſus paruam occupans partem, in profundum ad modum claui caput penetrans. Quantum ad quid rei, dicit Auicenna, quòd ſoda eſt læſio in membris capitis, ſed intelligendum eſt quòd eſt læſio doloroſa in toto capite aut partibus eius. Eſt enim dolor triſtis ſenſatio tactiua rei ſubitò, & materialiter imprimentis. Et omnis talis eſt actio corrupta. Et hęc de quid nominis, & quid rei quantum ad rubricam.

Quando rubedo, & tentio, & grauedo in facie & oculis, cum dolore capitis affuerint, & tactus calidus ſentitur, & pulſus fuerit magnus, ex cephalica facienda eſt phlebotomia in parte, in qua eſt dolor, uel in qua dolor magis infeſtat. Deinde aqua roſata & oleum roſ. & acetum ſumantur, & ſimul mixta agitentur donec unum fiant, & ſuper niuem infrigidata ſuper caput fundantur. Aeger uerò à carnibus & uino abſtineat, & comedat adeſciam citrinam, id eſt, cibus qui fit de lentibus coctis, in quibus additur acetum & parum croci, & tapſil, id eſt, cibus qui fit de lentibus coctis, cum aqua & herbis frigidis & fructib. frigidis. Venter autem ſoluatur ex mirobolanis citrinis, & prunis, & tamarindis, & ſacch. albiſsimo. Quod ſi iſta non ſufficiunt, ſemina maluauiſci in aceto poſita agitentur, quouſq; ad ſpiſsitudinem perueniant, de quibus emplaſtrum capiti ſuperponatur, ex pſillio quoq; & aceto emplaſtrum fieri utile eſt.

Diuiditur hoc caput in tres partes. In prima agit de cephalæa pendente à cauſa corporea. In ſecunda de cephalæa à cauſa primitiua. In tertia ponit quoddam remedium efficax & ultimum ubi cætera non ſuffeciſſent: ſecunda ibi prope finem cap. Si autem cephalæa contingeret propter multam. tertia ibi. Si autem adhuc ſoda perſeruauerit. Prima adhuc in duas. In prima, agit de cephalæa per eſſentiam in capite. In ſecunda, agit de cephalæa per communitatem maximè à ſtomacho. ſecunda ibi. Quòd ſi cephalæa quotidie. Prima iterum in quatuor. In prima agit de cephalæa ſanguinea. In ſecunda, de cholerica. In tertia, de phlegmatica. In quarta, iterum redit ad ponendum quædam antidota conferentia, tam in ſoda calida, quàm frigida. ſecunda ibi. Si autem cum iſtis fuerit in pulſu uelocitas. tertia ibi. Quod ſi cum ſoda non fuerit aliquid eorum, quæ diximus. quarta ibi. In cephalæa uerò cauſa. Prima iterum in duas. Primò ponit ſigna

ſigna cephalææ ſanguineæ, ſecundò curam. ſecunda ibi. Ex cephalica facienda non eſt phlebotomia.

EXPOSITIO LITERÆ RASIS.

Sed nunc accedendo ad expoſitionem literæ Raſis. Raſis in prima parte breuitati indulgens ponit quinque ſigna cephalææ ſanguineæ innuens, quòd quando dolenti caput affuerint hæc quinque ſigna: tunc ſu. hæc cephalæa pendet à ſanguine. Primum rubedo in facie & oculis ſupple aliqualiter tendens ad fuſcum et purpureum: talis eſt enim color ſanguinis. Secundum tenſio in eiſdem partibus & omnibus partibus dolentibus propter præſentiam ſanguinis illas partes replentis & extendentis. Tertiũ grauedo manifeſta ſenſata in illis partibus, pendens ab eadẽ cauſa. Quartũ tactus calidus .i. manifeſta caliditas in illis partib. ſenſata tam ab ægro ꝗ̃ à medico tangente propter multitudinem ſanguinis & ſpirituũ præſentiam. Quintum pulſus magnus maximè arteriarum capitis, licet etiam de pulſu aliarum arteriarum, qui communiter ſentitur uerificari poſsit, & hoc propter neceſsitatem auctam cum fortitudine uirtutis & obedientia inſtrumenti. Hic autem pulſus cum hoc quod eſt magnus, debet eſſe plenus ob multi ſanguinis pręſentiam, & ex his literæ ſententia iam manifeſta eſt. Quibus omnibus pro complemento addite, urinam rubeam, groſſam, ſanguini atteſtantem, niſi materia ad ſuporiora moueatur, cerebrũ apoſtematura. Item ſomnum longum propter multitudinem oppilationis, niſi uehementia doloris excitet: non tamen profundum, cum materia non ſit frigida, uiſcoſa, &c.

CVASÆ CEPHALÆÆ & ſpecies.

Sequendo ordinem præmiſſum in hac, uel circa hanc particulam habemus inquirere tria. Primum ſcilicet ſpecies & cauſas doloris capitis. Secundum ſigna. Et tertium prognoſticum. Species enim & cauſas Raſis breuitati indulgens breuiter pertranſit, innuit enim ſolam unicam diſtinctinonem ſpecierum dolorum capitis ſumptam à cauſis, quia quidam dolor capitis eſt, pendens à cauſa corporea, quidam à cauſa primitiua, ſicut à ſole, igne, balneo, odoribus, ebrietate, uento & frigore, & ſic de ſingulis. Qui uerò à cauſa corporea, eſt duplex, quia quidem per eſſentiam in capite, id eſt, pendens à læſione alicuius naturarum ipſius capitis, ſicut cõplexionis, compoſitionis, aut unitatis, aut plurimum ſimul, ſicut eſt in apoſtemate. Et ſi à mala complexione, aut ſimplici, aut compoſita, cum materia, aut ſine materia, licet à mala complexione humida ſine materia non poſsit fieri dolor. Et ſi cum materia, aut ſanguinea cholerica phlegmatica, melancholica, aquoſa, uentoſa, aut uaporoſa. Et ſi à mala compoſitione, aut ab una, aut pluribus ſpecierum malæ complexionis. Et ſi à ſolutione continui, aut antiqua, aut recenti, ſimplici, aut compoſita, facta à cauſa intrinſeca, aut extrinſeca, & hæc ſolutio continui aliquando pendet ex uermibus exiſtentibus ſupra ſtricturam narium prope caruncu las mammillares. Et ſi eſt ab apoſtemate, aut eſt ſanguineum, aut cholericum, aut phlegmaticum, aut melancholicum, aut aquoſum, aut uentoſum, aut mixtum. Et ſit aut in ſubſtantia cerebri, aut in panniculis, aut in uenis, aut in meatibus. Quæ uerò per communitatem aut à toto, ſicut in febribus, aut ab aliqua corporis particula, ſicut à ſtomacho quod frequentius accidit, de qua Raſis in litera, aut ab inteſtinis, aut ab epate, ſplene, renib. ueſica, matrice, aut à membris ſpiritualibus, aut mirach, aut partibus extremis. Quæ autem eſt per communitatem, quandoque eſt cum periodis & paroxyſmis, ſecundum periodos & paroxyſmos cauſæ, quæ eſt in membro communicante, ſicut quę fit cum communitate ſtomachi, eſt propter effuſionem materierum cholericarum, & aliarum ad ipſum cum periodis, & ſicut quæ fit cum periodis febrium. Circa quam diſtictionẽ pulcherrimè notandum quòd duplex eſt communitas, ſcilicet abſoluta & non abſoluta. Communitatem abſolutam definit Auic. prima tertij, tractatu ſecundo, cap. de ſpeciebus ſodæ per cõmunitatem, & eſt ut ad partem cerebri ex membro communicante nihil perueniat corporeum niſi ipſum nocumentum. Communitas uerò non abſoluta eſt, ut ad cerebrum ex membro communicante aliquid perueniat corporeum, ut materia, uapor, uentoſitas, aut ſpiritus. Exemplum primi, ſicut dolor capitis pendens ex ſpaſmo, dolore iuncturarum, punctura, & ſimilibus. In quibus ad caput non tranſit aliquod corporeum, id eſt, compoſitum ex materia & forma: ita quòd neq; uapores neq; ſpiritus, ſed ſola qualitas manifeſta, aut occulta, ſicut ueneroſitas. Aut fortè ſolum ſpecies intẽtionales, ſecũdum aliquos, quib. malè cõſentio, quia licet ſpecies intentionales doloris repreſentent dolorem ſenſui cõmuni, aut uirtuti cognitiuę: attamen dolorem non faciunt, ut patet ex diffinitione doloris, in qua ſumitur quòd res materialiter imprimit, aut fortè nihil ad cerebrum peruenit, quod poteſt eſſe: primò, quia anima eadem exiſtens in qualibet parte, dolens, in una parte, dolebit etiam in altera parte ualde ſenſibili, cuius pars læſa facilè cõmunicet, ſicut etiam ſentiuntur delitiæ in coitu, in toto corpore ſolum propter cauſam delitiarum exiſtentem in capite uirgæ: ſecundò, ut imaginemur ſpiritus, & membra alterari per partem, poſt partem, per ſpecies obiectí, ſeu cauſas doloris, dato ꝙ nulla qualitas tangibilis in cerebro recipiatur, cui imaginationi difficulter aſſentio: unde ſtat hoc modo in membro diſtante fieri per communitatem dolorem per maximã ſenſibilitatem, licet non fiat in partibus intermedijs, quia fortè non ſunt ita ſenſibiles, aut ita colligatæ. Et nota quòd membrum læſum per communitatem etiã abſolutã, frequenter tandem læditur per eſſentiã, aut quia membrum longo dolore debilitatũ facilè recipit ſuperfluitates aliorum membrorum, aut quia per dolorem ſpiritib. reſolutis debilitatur digeſtiua & expulſiua, unde nõ bene conuertit nutrimentum, nec ſuperfluitates, quæ in qualibet digeſtione reſecantur, debitè expellit, & ſic ſequitur læſio alicuius ſuarum naturarum, & ex his infertur eſſe dolorem in aliqua parte corporis, in qua non ſit ſolutio continui, nec mala complexio. Sed circa cauſas notate, quòd cauſa immediata doloris eſt mala complexio, aut ſolutio continui, aut utraq;, ſicut in apoſtemate, licet ſecundum Auer. 3. coll. ſola mala complexio ſit cauſa doloris: quælibet autẽ mala complexio, ſiue ſimplex, ſiue compoſita, eſt cauſa doloris præterquam mala complexio humida, ipſa enim non facit dolorem, niſi ſit cum materia mota ad ſolutionem, prima tertij tract. 2. cap. 1. Cauſæ aũt

Commentary on the Chapter Nine of the Book of Medicine Dedicated to Mansur [F-1-12] (12/266)

malæ complexionis calidæ ſunt ſanguis, cholera, phlegma ſalſum, humor factus calidus per putredinem, aut ebullitionem, & uapores ab his eleuati: ſimiliter cauſæ primitiuæ calefacientes ſunt ſicut ſol, ignis, uinum potens, crapula & ſimilia. Cauſæ autem malæ complexionis frigidæ, ſunt humores frigidi, & uapores inde eleuati, quibus non acciderit caliditas accidentalis. Malæ autem complexionis ſiccæ, ſunt exiccantia, ſicut dies caniculares, motus corporei & animales, exuberans coitus, fluxus uentris. Cauſæ autem ſolutæ continuitatis ſunt uapores, aut uentoſitates ſui multitudine extendentes, aut ſui acuitate mordicantes: ſimiliter materia multa replens & extendens, humor corroſiuus, percuſsio, aut caſus, uermes generati ſupra ſtricturam narium. Item apoſtema in aliqua parte ſenſibili cerebri, ſiue calidum, ſiue frigidũ, aut mixtum. Sed hic nota quod uapores qui frequenter cauſant dolorem capitis, quandoq; aſcendunt per uias amplas, ſicut per meri aut cannam pulmonis: quandoq; per uias ſtrictas, ſicut per uenas, arterias & neruos, unde in fine primi cap. de ſoda. Soda enim plurimum fit, propterea quia arteriæ afferunt capiti uapores fraudulentos. Et dolores iſti per uenas deferentes uapores, facti ſunt multum fortes & profundi, & magna aduertentia digni. Et notare ex Auicen. quòd omnia aromata calida ſiue frigida faciunt ſodam, licet aromata calida curent ſodam frigidam, & contra, frigida, calidam cum ſuccedunt ſodæ, quod eſt uerum, niſi multiplicentur. Tunc enim replendo caput, & extendendo faciunt ſodam. Amplius ſecundò nota quòd modi colligantiarum ſunt ſex ſumpti ex Auicenna 2. primi cap. de complendis diſpoſitionibus, & prima tertij tract. 2. cap. de ſpeciebus ſodæ. Primus eſt ratione membri utriſq; communicantis & intermedij, ut os ſtomachi cerebro mediantibus neruis reuerſiuis. Secundus, quia eſt uia & tranſitus de uno membro ad reliquũ ſicut inguen ab epate in apoſtematibus cruris. Tertius ratione uicinitatis ſicut pulmo cerebro, & mãmilla cordi. Quartus quia unum eſt principium & radix operationis alterius, ſicut diaphragma pulmonis. Quintus, quia unum ſeruit alteri ut nerui cerebro. Sextus, quia colligantur uni tertio, ut renes & cerebrum epati, ideo inter ſe colligantur, ſimiliter matrix & diaphragma mediantibus neruis, cor, epar, & ſplen communicant cerebro, mediantibus, neruis, uenis & arterijs, &c. Soda autem facta à cauſa primitiua eſt multiplex ſecũdum multiplicitatem & multitudinem cauſarum primitiuarum, ſicut ſoda ex uentis, & ex radijs ſolaribus, & ſoda ex odoribus bonis & malis, calidis & frigidis, & ſoda ex ebrietate & ex percuſſione, &c. Secunda di. ſumitur penes intenſionem doloris, quia quidam intenſus: de quo dicit Auicenna quòd obuians ſincipiti infantis leuia habentis oſſa, ſeparat, & frangit cõmiſſuram, quidam medius, quidam paruus, ut in lethargia. Tertia ſumitur à perſeuerãtia, quia quidam cõtinuus, quidam interpolatus. Quarta ab accidentibus, quia quidam perducit ad accidentia mala, ut apoſtemata, ſpaſmum, ſingultum, & quidam non.

Quinta penes locum, quia quidam in ſubſtantia cerebri, quidam in panniculis intrinſecis, quidam in almochati, quidam in uenis, quidam in meatibus.

Sexta penes facilitatem motus ipſius aut difficultatem. His enim facilè uenit ſoda qui habent debilitatem cerebri, & multam ſenſibilitatem & membra digeſtiua debilia, contrarijs, contra. Septima quędam eſt ſoda temporalis, id eſt, chronica: quædam pauci temporis. Temporalis fit propter phlegma aut melancholiam, aut debilitatem cerebri, aut apoſtemate incipiente indurari, aut iam indurato, & illud ſæpe uidi & ferè ſemper malè tandem terminatur. Octaua, quia quædam coniuncta cum rheumatiſmis, quędam non: Et ex his iam primum abſolutum fit ſcilicet ſpecies & cauſæ doloris capitis, &c. Omitto dolores capitis qui ſumuntur ab ipſa doloris eſſentia, quia de his agetur in ſequentibus capitulis, qui dolores capitis ſunt ſecundum plurimum grauatiui, extenſiui, pulſatiui, pungitiui, aut perforatiui ſecundum diuerſitates cauſarum ipſos facientium.

DE SIGNIS CEPHALÆÆ.

SIgna quædam prognoſtica ſunt. Primum ſignum eſt urina ſubiugalis, aut liuida: ſi enim mingitur turbida, & remanet turbida, ſignificat magnã ebullitionem à calore putredinali factam, & tunc dolor eſt aut fit: ſi uerò mingitur clara, & ſtatim turbidatur ſignificat dolorem capitis futurum: ſi autem mingitur turbida & poſtea clara fit, minoris eſt malitię, imo frequenter accidit uitio renum & ueſicæ, & propriè cum fecerit reſidentiam, & fit turbida aliquando uia criſis, & eſt bonum ſignum, & maximè in pueris eſt ſignum infallibile ſuper ſalutem, ut ex longa practica uidi. Hæc omnia diſcutienda ſunt 4. aphoriſmorum, aphor. illo, quibus in febribus urinæ turbidatæ.

Secundum ſignum eſt urina alba, ſubtilis in feb. & maximè continuis, non quidem in principio paroxyſmi, ſed poſt augmentum & non ſumpta immediatè poſt cibum: ſignificat enim raptum materierum ad caput, & fortaſſe phreneſim, & hæc, niſi fit oppilatio, aut niſi materia ad aliud canale permutetur, ſicut ad inteſtina, factura fluxum uentris, aut ad cutim, factura uariolas, aut ad aliud membrum apoſtemandum, ſed ſecundum plurimum repit ad cerebrum. Vltimum ſignum cõmune omni ſodæ materiali eſt fex inuenta in naribus diuerſos humores ſignificans ſecundum uarietatem coloris. Citrina quidem aut uiridis ſignificat choleram. Alba uerò, phlegma, præcipuè ſi fuerit ſine punctione & mordicatione: ſiccitas autem narium ſine grauedine capitis ſignificat priuationem humoris in capite ſuperflui. Cum grauedine autem ſignificat aut oppilationem in ſtrictura nariũ, quod facilè cognoſcitur cum non poſsit per nares ſufflare, aut raptum materierum, & ſic dolorem præſentem, aut futurum, aut impotentiam expellendi. Sed ueniendo ad ſigna cauſarum. Si fuerit à cauſa primitiua cognoſcitur per præſentiam aut præceſsionem ipſarum, & per effectus uerisimiliter ab ipſis derelictos, ut prima quarti. de febribus ephemeris. Cognoſcitur autem eſſe per eſſentiam in capite, quia dolor eſt magis continuus, & comprehenditur læſio alicuius naturarum cerebri, aut plurimum, & erit cum reliquis operationibus cerebri nocumentum & tenebroſitas in oculo, & nocumentum in alijs ſenſibus cum bonitate diſpoſitionis reliquorum membrorum. Cognoſcitur uerò eſſe per cõmunitatem, quia non ita continuus, & augetur &

minuitur

minuitur ſecundum augmentum & decrementum nocumenti membri communicantis. In quo ſigno eſt conſyderandum cuius membri nocumentum primò incepit, & quod ſubſecutum eſt: primò enim incipiens ægrotare uerisimiliter alteri nocumentum communicat. Cognoſcitur autem pendere à mala complexione calida aut frigida ſine materia, cum ſentitur manifeſta caliditas aut frigiditas, &c. ſine aliqua capitis grauedine, & eſt cum ſiccitate ſcilicet narium, & ſi ibi eſt caliditas fortaſſe eſt rubedo oculi, & iuuatur frigidis. In frigida uerò res eſt ecõtrario, & non eſt in faciebus eorum extenuatio neque rubedo coloris, neque dolor eſt multus. Siccam autem ſignificat præceſſio cauſarum exſiccantium & augetur cum iteratione earum. Materiæ comprehenduntur per hæc ſigna: Siquidem fuerit ſanguis in cauſa, ſunt quinq; ſigna in litera poſita à Raſi, & ſuperius declarata, quibus addendus eſt ſomnus, qui eſt longus propter uaporum multitudinem, niſi à uehementia doloris impediatur: non tamen grauis aut profundus cũ uapores non ſint groſſi aut frigidi multum opprimentes, urina groſſa, rubea, purpurea, quæ omnia intelligenda ſunt ſanguin. peccante magis in quanto quàm in quali &c, ſi uerò peccaret in quali, hæc ſigna eſſent refracta ſecundum inclinationem ſanguinis ad aliquem aliorum humorum & frequentius erit dolor in parte anteriori. Si uerò cholera fuerit in cauſa, erit dolor acutus, mordicatiuus, punctio narium, uigiliæ, color citrinus, parua grauitas, tactus calidus cum mordicitate, pulſus uelox, & non dixit magnus, quia uirtus debilior cæteris paribus, inſtrumentumq; magis inobediens, non in oculis aut facie erit tenſio, & ſitis aderit, & frequentius erit dolor in parte dextra: Si fuerit à phlegmate, erit frigiditas temporum, color albus, dolor obtuſus & magis perſeuerans, ſenſus hebes, ſomnus profundus, pigritia, deſtructio appetitus uel debilitas, nauſeatiua ſatietas, quæ omnia facit phlegma ſua frigiditate, humiditate, groſſitie, uiſcoſitate, & frequentius erit dolor in parte poſteriori.

Si fuerit melancholica erit liuiditas faciei, ſiue plumbeitas, corruptio ſenſuum interiorum, perſeuerantia doloris, obtuſus dolor, & frequentius erit dolor in parte ſiniſtra. Item ſigna uniuerſalia ſumpta ab ætate, complexione, ſexu, regione, temporibus anni, conſuetudine, arte uel exercitio, & ſimilibus uidenda ſecunda primi. In uentoſa autem & uaporoſa minoratur dolor, aut non eſt grauitas, multiplicatur extenſio, & fortaſſe eſt cum punctione aut corroſione, & quandoque eſt cum ſonitu, aut tinnitu, & fortaſſe creſcunt cum ea quidem multum. Et quandoque multiplicatur cum ea permutatio doloris de loco ad locum, & cum multiplicatur uapor, fit pulſatio fortior capitis, & imaginatur imaginationes corruptas, & aſſociatur ei ſcotomia & uertigo, & uidetur infirmo quod eleuetur ad alta, & ſomniabit ſe uolare. Si uerò ſoda fit à ſolutione contiuui, declaratur per ipſam ſolutionem ſi extrinſecus apparet, & per cauſam primitiuam ſoluentem: Si uerò non apparet exterius, declaratur per ſanguinem aut ſaniem egredientem. Si uerò pendeat à mala compoſitione ipſa ſeipſam declaret, ſi exterius appareat: ſi uerò non, redi ad ſigna cuiuſcunque male, compoſitionis, & cognoſcitur per excluſionem aliarum cauſarum: ſi uerò ſit ab apoſtemate, adſunt ſigna carabiti, aut lethargiæ. & cæterorum ſuo, loco dicenda. Et dolor quandoque communicat uſque ad radices oculorum propter motum neruorum opticorum perforantium panniculos, & intenſius dolent propter motum, & ſi nocumentum eſt in panniculis intrinſecis, tunc dolor eſt fortior: ſi uerò in ſubſtantia, tunc dolor eſt obtuſior, grauatiuus, aut extenſiuus: ſi uerò in panniculo extrinſeco, tunc magis dolet exterius. Signa autem facta ex uermibus in capite ſunt corroſio fortis, & fœtor oris, & fit ſoda fortior cum motu, & ſedatur in quiete, erit etiam aliquando pruritus in naſo propter motum uermium. Si uero ſoda fit per communitatem à toto, ſicut in febribus & criſibus, creſcit ipſis excreſcentibus, decreſcitq; ipſis decreſcentibus, & remouetur cum remotione earum. Facta autem cum communitate ſtomachi ſignificat anguſtiã, nauſeã, paucitatẽ deſyderij, malitiã digeſtionis, & cetera nocumenta ſtomachi, & cum eſt per effuſionem materierum ad ſtomachum, eſt fortior, & cum uacuitas adeſt, et ſuper ſomnũ, et dolor ſtomachi ſi eſt ex cholera, excitatur cũ uacuitas adeſt. & ſi eſt ex humore frigido eſt ſecundum plurimum minor in uacuitate, & ſedat ipſum fames, humor autem peccans in ſtomacho diſtinguitur per uomitum & ructationem. Et multi quidem homines ſunt, qui cum comedunt, ſedatur ſoda & illud ſignificat effuſionem choleræ ad ſtomachum cuius ſignum, quia ſi choleram euomunt ſedatur dolor. Significatur etiam communitas ex parte doloris: dolor enim in ea quæ fit ex ſtomacho, ſecundum plurimum incipit ab interiori parte ſincipitis, & declinat ad medium ſincipitis: deinde remouetur, & quandoque eſt in parte poſteriori propter ſitum meri poſteriorem iuxta dorſum.

Et illa quæ fit ex epate declinat ad latus dextrum, & adſunt ægritudines epatis. Et illa quæ fit ex ſplene declinat ad latus ſiniſtrum. Et illa quæ fit ex mirach declinat ad anteriora capitis ualde, & quæ eſt cauſa matricis exiſtit in margine ſincipitis, & fit plurimum poſt partum aut poſt aborſum, aut paucitatem menſtruorm, aut retentionem, & adſunt ſigna ægritudinum matricis, quę autem ex dorſo aut renibus, declinat ad poſteriora ualde. Et uniuerſaliter quæ eſt ex nocumento alicuius membri excitatur & augetur cũ nocumento illius membri, & decreſcit cum decremẽto illius. Illã uerò quæ fit à debilitate capitis, ſignificat eius excitatio cũ parua uel qualibet cauſa, et eſt cũ perturbatione ſenſuũ tam interiorũ q̃ exteriorũ, & inuentione nocumẽti in operationibus cerebri, & citò repletur caput humiditatibus. Et illam quæ fit ab acuitate ſenſus cerebri ſignificat uelocitas patiendi etiam à parua cauſa, ſcilicet uocibus, odoribus & reliquis, & cum hoc ſenſus ſunt boni, & meatus mundi & operationes cerebri non læſæ, & hæc cerebra ſunt communiter cholerica aut ſicca tantum. Vltimò ſigna uiarum per quas fit communicatio ſumuntur à loco materiæ & membro communicante. Nam uapores eleuati à materia exiſtente in ſtomacho tranſeunt per meri, à membris ſpiritualibus per Cannam pulmonis. Si materia contineatur in uenis, ut in febribus continuis, cõicatur per uenas & arterias: ſi materia ſit in corde, magis per arterias, ſi in epate

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.12

magis per uenas, ſi in diaphragmate & reliquis pãni-
culis & membris neruoſis, communicatur magis per
neruos & nucham, &c. Oui, nucis ſiue galeæ paſſio-
nis ſpecies & cauſę ex præcedentibus patere poſſunt,
pendet enim ab humore malo, calido, aut frigido fre
quenter apoſtemante: imò frequenter ab apoſtemate
melancholico aut duro, in panniculo intrinſeco aut
extrinſeco. Et multotiẽs cauſa remotior, ſunt ægritu
dines antecedentes, quæ debilitarũt cerebrum, & uela
mina intrinſeca & extrinſeca, ut lędãtur ex omni cau
ſa, uidelicet ex motib. paruis, qui ſunt ex motib. cor-
poris, cibalibus et uaporibus, & motibus extrinſecis.
Et in ſumma, cauſa diſpoſitiua eſt duplex, ſcilicet debi
litas capitis & acuitas ſenſus eius. Cauſæ autẽ factiuæ
ſunt, quæ dictæ ſunt. Signa eius ſunt, quia præter hoc
quòd dolor ſit continuus, excitatur ab omni parua
cauſa, ut motu, potatione uini, et receptione uaporũ,
& cum uoce forti aut media: ita ut patiẽs odio habeat
uocem, lumen, conuerſationem cum hominibus, dili
gat ſolitudinem, tenebras, quietẽ, & reſupinationem,
& cum eſt in panniculo extrinſeco, tãgendo ſentitur,
ſed in intrinſeco tãgendo non ſentitur, & cõmunica-
tur uſq; ad oculum, quoniam panniculus ille compre
hendit neruos opticos cõmunicantes oculis, cum ex
ipſis generetur retina & tela aranea. Prognoſticum
perducit frequẽter ad mortẽ aut cęcitatẽ. Hemieraneę
& homonopagiæ ſunt ſpecies, cauſæ, ſigna, progno-
ſtica, ſicut cephaleæ, de qua ſuperius actum eſt. Et gra
uitas exiſtens infra dolorẽ pendet ab humorib. prçci-
puè ſanguineo, phlegmatico, melancholico. Soda
phlegmatica, ſanguinea, colerica, melancholica, mul-
tiplicatur ſecundum proportionem, ad quatuor tem
pora anni. Quando autumnus fuerit meridionalis,
pluuioſus, multiplicatur ſoda in hyeme. Soda conti-
nua prolongata frequenter perducit ad apoſtema ce-
rebri, aut cęcitatem. Soda multotiẽs reſoluitur, ſi con
tingat ut egrediatur in aurẽ ſanies, aut materia aquo-
ſa: ſoda in febribus continuis, quę non alleuiãtur cum
alleuatione febris, minatur phreneſim. Similiter ſoda
continua ad quam ſequitur febris, cum prius non fue
rit, tranſit in phreneſim.

DE CVRA CEPHALÆÆ.

POſitis quid nominis & quid rei, ſpecieb. & cau-
ſis, ſignis & pronoſticis, &c. Iam ad quintum ue
niẽdum eſt, ſcilicet ad curam. Raſis ergo breuitati in-
dulgens pro cura cephalææ ſanguineæ. Primò phle-
botomat uenã cephalicam, ex parte in qua eſt dolor,
uel in qua dolor magis infeſtat. Vt ſi dolor magis in-
feſtat in parte dextra, in manu dextra faciẽda eſt phle-
botomia, ſcilicet aut in curuatura brachij in parte ſupe
riori, aut inter pollicem & indicẽ, licet hic ſit ramus ue
nę cõmunis & non cephalicæ, ex Auic. prima primi,
doctrina quinta, c. de anatomia uenarum manuum.
Et extrahuntur ſex aut octo, unciæ ſanguinis, plures
aut pauciores ſecundum exigentiã circunſtantiarum
conſentiente uirtute, ætate, & cæteris huiuſmodi. Si
autem ſit in parte ſiniſtra capitis, phlebotometur ex
cephalica ſiniſtra. Et ſi in ambab. phlebotometur ex
ambabus. Secundò ſuper parte dolente, & partibus
adiacẽtibus docet apponi medicamen factũ ex aqua
roſacea, oleo roſaceo & aceto, ſimul optimè agitatis
& concuſsis, ita ut inſpiſſentur, & ſuper niuem, id eſt,
ualde actu infrigidatis, in qua mixtura ſit acetũ ſub-
quadruplum ad aquam roſaceã & oleum. Ita ut exẽ-
pli gratia ſit aceti ℥.s. aquæ roſaceæ, olei roſacei an.
℥.i. prius tamen capillis cum forſice abſciſsis applicen
tur petiæ lineæ ueteres in hoc medicamine infuſæ, ſe-
piusq; ſecundum exigentiam applicentur. Poſſet ta-
men aceti quantitas augeri, ubi quęratur maior reper
cuſsio. Tertiò docet debitum regimen, ut abſtineat à
carne, uino, & cęteris calidis, & ſanguinẽ multiplican
tibus & uaporantib. et comedat adeſiam citrinam, id
eſt, cibum qui ſit ex lentib. coctis cum aqua, quibus
additur acetum & parum croci, et tapſil, id eſt, cibum
ex lentibus ſolum in aqua coctis. Ponatur autem in
primo cibo acetum ad infrigidandum, & crocus ad
corfortandum uirtutes & ſpiritus, & ut uirtus huius
cibi ad caput dirigatur: eſt enim huius materiæ dige-
ſtiuũ, ita ut ſit cibus & medicina, ſed melius eſt, ut lo-
co lentium ponatur kiſt ipſarum adiectis corticibus
per expreſsionem inſtaminea. Et comedat olera frigi
da, ſicut lactucam, endiuiam, et ſpinachiam, & huiuſ-
modi: & fructus frigidos, ſicut poma, et pyra, & cido
nia cocta, & propriè in fine menſę cõdita cum corian
dris ſemiconfectis. Quartò docet uentrẽ ſoluere edu-
cendo materias cõmunes, & etiam cholerã, quę poſſet
eſſe cauſa inflãmationis ſanguinis & fluxus ipſius ad
cerebrum cum mirobolanis citrinis, prunis, & tama-
rindis, & ſaccharo, quæ recepta ſit ſecũdum hunc mo
dum. ℞. prunorum numero decẽ, tama. ℥. i. mirob.
citri. ℥.i. aut. ℥.i. s. bulliant tamarindi, aut pruna in
una ℔. aquæ ad conſumptionem medietatis, & cole
tur, in qua aqua debitè colata & calida mirobolani ſa
tis ſubtiliter abſq; tamiſatione contuſi, infundanẽ per
unam noctem, deinde fiat debita colatio & expreſsio
& cum medietate ℥. ſacchari albi dulcoreẽ, & in matu
tinis exhibeaẽ: ſaccharũ enim debet eſſe album trium
coctarum, cum ſaccharũ rub. calidius ſit melle, & ex-
hibeatur iã celebrata digeſtione cibi præcedentis, ubi
autem quæratur maior lenifitatio diminutis, aut re-
motis mirobolanis poſſet poni mane ℥.i. aut ampli-
us aut minus ſecundum exigentiã, & ſimiliter caſsia.
Quintò docet apponere medicamen infrigidatiuum
partim repercuſsiuũ, partim reſolutiuum, ac doloris
ſedatiuum, quod componitur ex ſemine althee, id eſt
maluauiſci aut brancæ urſinæ, aut maluæ ſylueſtris,
quæ idem ſunt. Cuius deſcriptio erit hæc. ℞. ſeminis
altheæ calidi cum æqualitate declinantis ad ſiccum,
quantum uolumus: uerbi gratia. ℥.4. contundantur
optimè ſemina in mortario, &, cum aceto debitè in-
corporando fiat emplaſtrũ aliqualiter liquidum, et ſu
per petia extendatur & parti dolenti frigidum appli-
cetur, aut aliqualiter tepidum: ſi quæras maiorẽ reſo-
lutionem. Et ſubdit quòd ex ſemine pſillij & aceto
poſſet fieri medicamẽ ſimile. Sed aduerte ꝙ debemus
accipere mucilaginem pſillij exeuntem ſiue tractam
ex cortice non ex medulla, quia medulla eſt ulcerati-
ua exiſtens calida & ſicca in quarto, pars uerò exte-
rior frigida, & humida in ſecundo, debet ergo poni
in aqua calida, donec mucilago ſeparetur per debi-
tam confricationem abſque forti conſtrictione, quæ
mucilago cum aceto miſceatur & adminiſtretur, ſed
hoc medicamen magis conuenit in principio, &
ubi magna infrigidatione opus ſit. Ex his dictis
Raſis, quinque dicimus intentiones curatiuas.
Prima eſt ſanguinis hunc dolorem facientis euacua-
tio ac.

tio ac diuerſio. Secunda eſt malæ complexionis cali-
dæ in cerebro infrigidatio ac ſanguinis ad ipſum flu-
entis repercuſsio. Tertia eſt choleræ ſanguinem a-
cuentis & fluere facientis euacuatio. Quarta eſt in-
frigidatio & repercuſsio cum reſolutione mixta tan-
dem perueniens ad reſolutiua pura. Quinta eſt de-
bita ſex rerum non naturalium adminiſtratio. Et
ſexta ſubdi poteſt, ſcilicet accidentium correctio.
Euacuatio quidem ſanguinis debet eſſe prima, dua-
bus conditionibus obſeruatis. Prima, quod uen-
ter non ſit ſtipticus ac fęcibus repletus, in quo caſu pri
mò cum clyſteri infrigidante, ac lenitiuo educenda
ſunt. Secundò, ꝙ dolor non ſit fortiſsimus adeo ꝙ
ordinem curationis prçuaricet. In quo caſu à ſedatio-
ne doloris inchoandum eſt iuxta can. quartæ primi.
Cumq; ad diuerſum trahere uolueris, dolorem illius
membri prius ſeda. Quod faciendum eſt ſecundum
præcepta Auicennæ, quarta primi capite tertio, aut
cum remouentibus cauſam, ſcilicet malam comple-
xionem cal. cum infrigidãtibus, ſicut oliuis & ſuccis,
de quibus inferius, aut ſi ſit propter ſolutionem con-
tinui à ſanguine mordicante aut extendente, ponan-
tur ea quæ leniant, dilatent, poros aperiant reſoluen-
do, ut materia non in loco anguſto concludatur, for-
tius ſoluens continuum, non tamen cum multa cali-
ditate, ſicut mucilago maluauiſci, ſeminis lini & pſil-
lij cum oleo roſaceo, & chamomelino, & ſimilib. de-
bitè tepefactis. Aut ſi hæc non ualeant, fiat cum ano-
dinis, ſecundum plurimum, ſunt enim dilatantia po-
ros, & confortantia calorem naturalem ratione ſuæ
ſimilitudinis, qui eſt principalis & efficax curator o-
mnium ægritudinum. Et tertiò ſi hæc duo genera
non ſufficerent, fiat ſeditio cum ſtupefacientibus, ſed
cum timore & cautela, incipiendo à leuioribus, & ma
gis exterius applicitis, quàm in caputpurgijs, aut inte
rius ſumptis, aut in aures diſtillatis. Potare autem ea
inter cætera deterius eſt, licet exterius applicita magis
partem oppilent, & materiam amplius in uno loco
concludãt. Sed circa phlebotomiam aduerte. Si cor-
pus fuerit plenum, ſcilicet ſanguine, ſecundum ambi-
tum totius, & cum hoc nobiliter fluat ad caput, aut
in cauſa fuerit retentio menſtruorum, aut hæmorhoi
darum, ex ſaphenis primò facienda eſt phlebotomia,
deinde ſi ſanguis fuerit adhuc calidus et multus, ex ba
ſilica lateris eiuſdẽ partis, aut uena cõmuni: tertiò ex
cephalica: quartò ex uena frõtis dolore exiſtente ma
gis poſterius, aut loco ipſius, ſanguis ex naribus pro-
uocetur, aut naribus ſanguiſuga applicetur. Si uerò
dolor fuerit magis anterius fiat phlebotomia ex ue-
nis nuchæ ubi collum capiti coniungitur: aut uento-
ſatio ibidem, aut in ſpatulis, aut ſanguiſugarum in
his locis applicatio. Et ſi magis declinat ad dextram
phlebotomentur uenæ poſt aurem ſiniſtram, & con-
tra, ſi declinat ad ſiniſtram, phlebotomiam autem ue
næ naſi credo magis conferre ad euacuandum ſangui
nem contentum in parte anteriori, & ſimiliter phle-
botomiam uenarũ laboriũ licet aliqualiter diuertat.
Phlebotomia aũt paruarum uenarum in cute capitis
exiſtẽtium euacuat ſanguinẽ coniunctum ſibi proxi
mum. Verum ſi illæ phlebotomiæ fieri non poſſunt
propter ætatẽ & alia huiuſmodi, ſanguiſugæ in locis
ipſarũ apponanẽ, quanq; Auenzoar nõ dubitauerit
phlebotomare puerũ ſuum triennẽ, qui phlebotomia
iſta euaſit. Phlebotomiam autem uenarum guidem,
nunq; auſus ſum facere, uerum in magna plectoria ca
pitis, & in caſibus extremis, ſicut in apoplexia ſangui
nea, in magno apoſtemate ſanguineo credo quod
nulla phlebotomia eſt magis prompta ad ſuccurren-
dum. Si autem magna ſanguinis repletio ſit in toto
ſed tamen non in fluxu ad caput à phlebotomia ue-
næ communis eſt inchoandum, aut eiuſdem lateris
aut contrarij ſecundum maiorem aut minorem ple-
ctoriam, aut ſecundum quòd quęritur maior aut mi
nor diuerſio, deinde ad cephalicam & cæteras, per or
dinem, ut ſupra, ueniẽdum eſt, imò nota, quod etiam
in cephalæa immateriali, corpore exiſtente plectori-
co, phlebotomia conuenit. Raſis autem præcipiens
phlebotomiam cephalicæ eiuſdem lateris loquitur
in caſibus communiter contingentibus, in quibus
non eſt magna repletio, cæteræ autem diuerſiones cõ
tinuari debent, maximè facta phlebotomia, de qua
dictum eſt, ſicut fricationes, uentoſationes, ſine ſcariſi
catione, ligaturæ, quæ omnia fiant deſcendendo, inci
piendo à partibus propinquis tendendo ad remotas
ſed inter cætera memor eſto lotionis crurium, cum a-
qua calida: diuerſiones autem, quæ fiunt cum euacua
tione, econtra incipiunt à remotis, & tẽdunt ad pro-
pinqua. Memora etiam uniuerſales euacuationes ſem
per debere præcedere particulares, niſi ubi non adeſſet
repletio in toto, neq; in aliquo membro ſibi materiã
communicare potente, &c. Secunda autem inten-
tio perficitur cum medicinis, quas Raſis ſuperius po-
ſuit, ex aqua roſacea, oleo roſaceo, & aceto, cui inten
tioni accommodatur poſtrema eius medicina ex pſil
lio & aceto, cum magis opus eſſet infrigidare, & loco
ſupraſcripto ſi non habeatur, applicetur ſuccus plan-
taginis, ſuccus uirgæ paſtoris cum modico aceto, &
ſuccus lactucæ ſi adeſſent uigiliæ, & ſi opus ſit magis
infrigidare, ſuccus ſolatri, ſemperuiuę, & huiuſmodi.
Hæc tamen conueniunt obſeruatis quibuſdam con-
ditionibus. Prima, quòd capilli cum forficibus præ-
abſcindantur. Secunda, quòd applicentur ſuper cere
bro anteriori, & in loco commiſſurarum, non autem
poſteriori, quia multum frigidum eſt, & eſt locus ori
ginis nuchæ. Sed pone quòd materia calida ſit ibidẽ,
quid fiendum? Dico quod debemus ſtare, cõtenti u-
niuerſalib. & ſi opus eſt aliquid applicare, applicetur
oleum roſaceum, aut aliud ſimile non multum frigi-
dum, & tamem ſuper parte anteriori applicentur,
quæ dicta ſunt. Iuuabunt enim ad remotionem ca
liditatis in parte poſteriori. Tertia, eſt gradus me-
dicinæ, ut ſit proportionatus gradui ægritudinis,
uirtuti, naturę membri ſecundum ipſius ſitum, digni
tatem, &c. quarta primi colligenda, capite 1. Quarta,
ut ſit membri ſecundum omnes ſuas uirtutes confor-
tatiua, etiam proprietate ſua occulta, ſiue forma ſpeci
fica. Quinta, ut ſtipticitate ſaltem in principio
participet. Sexta, ne modus ſubſtantiæ poros oppi
let reſolutionem prohibens, ſicut lac. Ex quibus in-
fertur huiuſmodi medicinas non ſemper actu frigi-
das applicandas, ut cum uirtus eſt debilis, calor natu-
ralis paucus, imò ſunt aliqñ cum aliquo permiſcendę
ſicut cum pauco croci aut uini odoriferi. Sunt tamen
caſus tres, in quib. non conueniũt huiuſmodi frigida.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.13

Primus caſus ubi multi uapores, & groſsi eſſent in capite ſiue à toto cõmunicati, ſicut in febribus materialibus, & præcipuè pendentib. à materia groſſa. Sodam enim calidam in febri multiplicat uſus epithematum uapores exire non permittentium. prima tertij. ubi tamen uapores eſſent ſubtiles, acuti, ſicut in tertianis puris, inueni huiuſmodi frigida optimè conferre, in hoc autem caſu ſunt frigida odoranda, & per nares trahenda, ſicut acetũ, aqua roſacea, & ſimilia. Similiter quando ab aliquo membro huiuſmodi uapores capiti cõmunicarentur, & ſimiliter quando eſſent in capite congelati. In quo caſu cum medicinis faciẽtibus ipſos euaporare eſſet procedendum, ſicut decoctione anethi, florum chamomillæ, roſarum, et ſimilium. Secundus caſus ubi ſoda coniungeretur rheumatiſmo. In quo caſu euacuationibus, & diuerſionibus, de quibus ſupra, eſſet procedendum, & cum odoratis contrarijs diſcraſiæ. Tertius caſus, ubi caput eſſet repletũ, ipſius enim euacuatio hæc localia debet præcedere. Tertia autem intentio, ſcilicet euacuatio choleræ permixtæ cum ſanguine completur cum his, quæ ſuperius dicta ſunt, qui canon ampliſsdus eſt ad euacuationem phlegmatis, melancholiæ, aquoſitatis aut pluriũ, ſi ſanguini permixti forent cum his, de quibus infra dicetur. Quarta autem intentio complicans repercuſsionem, & reſolutionem complenda eſt cum his, quæ in textu dicta ſunt, & quãto magis ad ſtatũ proceditur reſolutiua ſuper repercuſsiuis augenda ſunt, in declinatione autem ſint pura ſicut in apoſtematibus pręcipitur. Et ex his, quæ óptimè ualent ad reſolutionem uaporum, & materiæ ſiue apoſtematis, ſiue non, eſt pulmo agni uel arietis inciſus & æquatus, ſecundum exigentiam partis cui applicatur, qui ita calidus ſicut extrahitur ab animali euiſcerato applicetur, aut infundať in aqua calida, & expreſſus capiti applicetur. Sed melius eſt, ut infundatur in aqua calida decoctionis florum chamomillæ, mellilori, roſarum, uiolarum, anethi, & ſimilium, & applicetur ut ſupra, cum hoc enim quod reſoluit eſt doloris ſedatiuus, & ad hanc intentionem laudantur catuli, et pulli columbarum per medium inciſi, & ita calidi caliditate ſua naturali applicati, in quo caſu huiuſmodi remedia eſſent frequenter permutanda, facilè enim putreſcunt & olent, & tunc magis nocerent, quàm prodeſſent. Sed melius fuiſſet, ut ex ſecunda & quarta intentione una fuiſſet facta ambas complectens. Quinta autem intentio, ſcilicet debita adminiſtratio ſex rerum nõ naturalium, licet debeat ſequi iuxta textus ſeriem, cæteris tamen poſtponenda eſt, cum ipſa ordinanda ſit ſecundum exigentiam aliarum, & propterea melius eſt, ut correctio accidentium ſit in ordine quinta, quæ completur curando præſentia, ab imminentibus præſeruando, ut ſi adſit inſtãtia uigiliarum, & ſimilia, curentur, & ſi timeantur futura, præſeruentur, ſicut aduentus apoſtematis, cæcitas, & ſimilia, ſecundum ea, de quibus in ſequentibus capitulis agetur. Sexta autem intentio, ſcilicet debita adminiſtratio ſex rerum non naturalium completur ſic: Eligatur aer moderatè frigidus, & temperatus in paſsiuis, aut declinãs parumper ad ſiccum, boni odoris, priuatus uentis, fumis, & uaporibus extraneis, ſit autem eius frigiditas maior & minor ſecũdum gradum ægritudinis, cui debet opponi, cui etiam uirtus conſentiat, & ſit magis aut minus luminoſus, ſecundum diſpoſitionem uirtutis, & ſpirituum, & uarietatem accidentium conſequentiũ. Si enim ſit pronitas in ſubeth, debet eſſe luminoſus: ſi uerò in uigilias, obſcurus, neq; in loco habitationis ſit hominum frequentia, neq; ſtrepitus. Potus eius ſit diminutus, & ſimiliter cibus, bibat aquam coctã aut ſimplicem, aut cũ pauco ſaccharo, aut cum pauco uino granatorum, uinum enim non cõuenit niſi in declinatione, & ſit pauciferum, ciſiolum, aut album, optimè lymphatum: cibi autem ſint frigidi ſaltem potentia, & melius eſt, ut ad ſiccum declinẽt, ſed econtrario in cholerica ad humidum, & ſint pauci nutrimenti, & boni, & non ſint uaporoſi, quapropter ſint facilis digeſtionis. Verum ubi timeretur raptus materiæ choleric æ ad ſtomachum ſint ſtiptici, neq; in hoc caſu æger ſit famelicus. Ex conuenientibus autem in ſanguinea, & cholerica ſunt endiuia, portulaca, lactuca, atriplex, ſpinachia, ferculum ex acreſta, panicum, & milium, panis lotus, priſana hordeacea, & huiuſmodi, abſtineat à carnibus & ouis, niſi in declinatione. Et tunc pulli parui, & cætera huiuſmodi maximè cũ acreſta, & uino granatorum poterunt exhiberi, cum quibus etiam & ſucco limonum, citriorum, arranciorum, &c. etiam ſua cibaria poterunt condiri, & in fine menſæ conuenit aliquid pyri, aut cotonea, cocta aut confecta, aut coriandra confecta, & hoc idem regimen conuenit in cholerica, ſed magis declinet ad humidum. Multitudo ſomni communiter confert in ſoda, & maior ſit in cholerica & melancholica, quàm in ſanguinea, aut phlegmatica, & ſit capite eleuato, & non ſupinè iacẽdo, & dormiat bene coopertus, ſecundum partes inferiores. Caput uerò non teneatur multum calidum, ut humores, & uapores non repant ab inferioribus ad ſuperiora, circa inanitionem, intellige generaliter in omni capitis diſpoſitione uentrem debere eſſe lenem propter eductionem materierum communium, quæ ſuis uaporibus nocumentum inferunt: ſecundò, quia paratur uia naturæ ad expulſionem ſuperfluitatum: tertiò, quia melius perficiuntur operationes naturales, ſimiliter uiæ urinales teneãtur apertę cum ſeminibus communib. aut alijs calidioribus in alijs materijs, ſecundum exigentiam ipſarum. Et ſimiliter fricationes deſcendendo conferunt ad uaporum diuerſionem, & reſolutionem, & etiã euacuationes omnium ſuperfluitatum capitis per nares et palatum, modo fiant cum facilitate, &c. Fricationes tamen fortes capitis uitentur, leuis pectinatio competit, uomitus multum nocet in omnibus paſsionibus capitis, niſi adſit ægritudo per præſentiam materiæ in ſtomacho. Coitus ſimiliter ſecundum plurimum nocet niſi in corporibus coitui aſſuetis ſit præſentia multi ſpermatis, nam tunc poſſet concedi, ſed fiat rarò & cum facilitate. Exercitentur membra inferiora, caput autem quieſcat, fricationes autem corporis deſcendendo, quartum quidem ſecunda ſit fortior prima, optimè conferunt præcedentibus euacuationibus uniuerſalibus, de quibus ſupra, et feb. non exiſtente forti, ſimiliter effuſio aquæ calidæ ſuper extrema. Sit quietus quantum eſt poſsibile ſecundum omnia animi accidentia, unde caueat à furore, ira, uoce clamoſa, ſonis fortibus, fulgorib. & huiuſmodi.

DE

DE CVRA CEPHALÆÆ PROVENIENTIS à cholera.

SI autem cum iſtis fuerit in pulſu uelocitas, & in tactu ſentitur caliditas, ſed nec in facie neq; in oculis fuerit rubedo nec tenſio: in principio ſoluatur uenter, deinde fiãt ea quæ diximus: naribus autem oleũ inijciatur uiolatum, uel oleum cucurbitæ dulcis, aut nenupharis oleum, aut oleũ de floribus ſalicis, quorum quodlibet ſuper niuem infrigidatum capiti ſuperfundatur, et nutriatur ut diximus. Aeger quoq; odoret camphoram, & aquam roſarum, & ſalices, & uiolas, & his ſimilia. Quod ſi ægritudo multum inualeſcat, ſumatur olei & camphoræ uniuſcuiuſq; quantum ponderant duo grana hordei, quæ diſſoluta in oleo de ſalicibus mittantur in nares & aures.

In hac parte ponit curam cephalææ prouenientis à cholera. Et primo ponit ſigna ſcilicet uelocitatem pulſus & caliditatem in loco doloroſo ſenſatam cum priuatione rubedinis, tenſionis, & aliorum ſan. ſignificantium, de quibus longo ſermone ſuperius actum eſt. Secundò ponit curam: primò per ſolutiua iam ſuperius poſita & declarata: ſecundò per ea quæ in nares inijciuntur, ſicut oleum uiolaceum, frigidum & humidum in primo, oleũ cucurbitæ dulcis frigidum & humidum in ſecundo, oleum de floribus nenupharis frigidum et humidum in tertio, oleum de floribus ſalicis frigidum & humidum in primo, quorũ quodlibet ſingulariter aut etiam plura ſimul mixta poſſunt inijci in narib. cuius ſimile etiam de auribus eſt intelligendum. Hęc namq; ſunt frigida & humida, caliditatẽ et ſiccitatem à cholera impreſſam remouẽtia. Et hęc eadem actu ualde frigida ſuper parte dolente applicãda ſunt, licet in auribus & naribus iniecta debeant eſſe tepida. Tertiò curat per odores frigidos: docet enim odorare camphoram, aquam roſaceam, ſalices & uiolas, quorum fumalis euaporatio ſingulariter aut mixtim ſua frigiditate & humiditate diſcraſiã calidam & ſiccam remouet, licet camphora ſicca ſit. Quartò his non ſufficientibus docet accipere opij, camphorę, an. gra. 2. quæ diſſoluta in oleo de ſalicibus in aures & in nares inijciãtur, ut dolor per membri ſtuporem remoueatur: hæc namq; frigida ſunt, opiũ in quarto, camphora in tertio, doloreq; ſtupefaciẽdo tollunt. Ex quibus duas elicimus intẽtiones curatiuas. Prima cholerã euacuat aut diuertit, quę intentio cõplenda eſt cum his de quibus actũ eſt ſuperius. Sed pone ſimul cholerã & ſanguinẽ eſſe in cauſa, aut alium humorem cholerę permixtum. Quid agendũ eſt? Dico quod ſi ſanguis, aut cholera, aut alius humor ęqualiter cõcurrunt, aut ſi ſanguis dominetur à phlebotomia, tũc incipiendũ, poſtea cholera euacuanda. Si uerò cholera domineť aut alius humor, tunc aut ſunt permixti cum ſanguine apti educi cum ſanguine, et tunc à phlebotomia eſt incipiẽdum. Si uerò non ſunt permixti nec apti educi cum ſanguine, ab euacuatione humoris dominantis cum pharmacia eſt incipiendum, deinde ſanguis minuatur, præterq; in apoſtemate, in eo enim à phlebotomia ſaltẽ diuerſiua ſecundum plurimũ eſt inchoandum. Ita dico de quocunq; humore cum ſanguine peccante. Si uerò alius humor cum cholera peccet, ambo ſimul euacuandi, & ille magis qui dominatur. Si uerò cholera ęqualiter cum alijs dominetur, magis cholera euacuanda eſt: quia de ea habetur maior ſuſpitio & eſt cæteris partibus euacuationi paratior. Idem dico de alijs humoribus inuicem permixtis: ſemper magis dominans & digeſtior, & de quo magis timeť, eſt magis euacuandus. Digeſtiua tamen melius eſt præmittere ſaltẽ euacuationi eradicatiuæ, licet euacuatio minoratiua, & maximè cum lenientibus præmittenda ſit: poſt quam debẽt ſequi digeſtiua, qualia ſunt ſyrupus uiolaceus, de endiuia, de portulaca, de nenuphare, de papauere, oxyſachara, ſyr. de granatis, de limo, de citro. Sed hæc cum aquis frigidis & humidis tẽperanda ſunt, & maximè ducentibus uirtutẽ eorum ad caput, ſicut aqua uiolacea, nenupha. lupulorũ, licet non ſint humida. Poteſt aũt unum ualde propriũ ſic componi. ℞. ſem. cõmunium frigid. ℥. 2. florũ uiol. roſ. nenupha. an. ℥. 1. endiuię, ſcariolę, lactucę an. M. 1. ſummitatũ papa. al. ℥. s. uini grana. ℥. 4. cum ſac. albiſsimi ℔. 1. fiat ſyr. decoquendo ſupraſcripta in aquę ℔. 4. donec medietas conſumatur, poſtea coletur debitè exprimendo, & addať ſaccharũ & uinum grana. & fiat ſyr. longus pro duabus uicibus. Reliquũ abbreuietur. Et poſtq; abbreuiatum eſt, poſtea cum aquis diſtemperatum, de quibus dictum eſt, ſumatur. Si uerò cholera groſſa fuerit, ſyr. ſint oxyſachara, acetoſus ſimplex, endi. byſantinus, acetoſus cõpoſitus, ſumpti cũ aquis endi. lupulorũ, cicho. et huiuſmodi. Solutiua aũt ſunt ſupraſcripta, quibus ſecundum opportunitatẽ addi poſſunt electuariũ ſuc. roſ. diaprunis ſolutiuũ, electuariũ de pſi. Et ſi pillulas malueri ſine cuſtodia, ſint pillulę alleiaret, minoratis tamẽ maſti. et hiera, et cõfectis cum aqua roſacea, aut electuariũ ſuc. roſ. Cũ cuſtodia uerò, ſint pillulæ aureę. Secunda intẽtio malam cõplexionem calidã & ſiccã in cerebro corrigit, caput confortat, ac cholerã repercutit cum his, quę dicta ſunt per Raſim, quæ frigida actu fronti, temporib. & cõmiſſurę coronali applicẽtur. Et pręter hęc ſunt ſuccus lactucæ, ſemperuiui, ſolatri, & harũ decoctiones addendo papauer, flores nenupharis, & mucilaginẽ pſillij, uſq; ad ſe. hyoſcy. alb. cum adeſt inſtantia uigiliarum. Et tunc nõ ponatur acetum, niſi fortè modicíſsimum ad penetrandum. Si uerò non adſit inſtantia uigiliarum addatur acetum pro ſexta parte, aut ſaltem octaua. Et hæc intentio perficitur cum odoramentis, de quibus Raſis. Et quorum eſt hæc deſcriptio. ℞. florum uiolarum, florum nenupharis, foliorũ ſalicis. ana ℥. s. roſ. rub. ℥. 2. camphorę ℈. s. Fiat magdaleon cum aqua roſacea, & ſępe odoretur. Aut bulliant in aqua roſacea, & in aliquo uaſe reponantur. Aut his puluerizatis & cum dragagãto mixtis, aut gummi arabico fiat ſicut pomũ. Et ultimo his non ualentibus ſedetur dolor, &

uigiliæ, cum ſtupefaciẽtibus, de quibus Raſis in litera. Et debent duæ guttę illius liquoris tepidi pro quacunque aure imponi, & aliquid huiuſmodi naribus ſugatur. Sed non diu in auribus permaneant, ne ſuo ſtupore nocumentum auribus inferant. Et ad hoc ualet præcipuè cum adeſſet inſtantia uigiliarum, requies, deſcriptione Nicolai, & alia huiuſmodi. Sed ſi ſtupor induceretur, diſſoluatur caſsia lignea, & crocus cum oleo decoſſo, & in aure ſtupida aliquid ponatur, aut naribus ſugatur. Cui parum uini optimi addi poſſit. Caſtoreum uerò, theriaca antiqua, & uinum potens corrigit nocumenta narcoticorum. Sed à minus calidis inchoandum eſt. Tertia autem intentio ſcilicet accidentium correctio perficiatur, ſecundum ipſorum exigentiam, utputa uigiliæ, cum his, quæ dicta ſunt. A reliquis autem præſeruetur, ut inferius in proprijs capitulis. Quarta autem intentio, ſcilicet regimen ſex rerum non naturalium perficiatur, ut ſupra in ſoda ſanguinea. Sed in cholerica frigidiora & humidiora conueniunt, & ſomnus prolixior. Et hæ duæ intentiones duabus primis ex textu eliciendis adduntur pro complemento curæ.

DE CVRA CEPHALÆÆ PROuenientis à phlegmate.

QVod ſi cum prædictis ægritudinibus nihil eorum quæ diximus affuerit, de rubedine in facie, & fuerit ægritudo antiqua, in principio uenter, cum pillulis cochijs ſoluatur, quas ego feci. Confectio pillularum cochiarũ. Rec. pulueris picræ drach. 10. colcynthidis drach. 3. & tertiam, ſcammoniæ drach. 2. S. turbith, ſtecados an. drach. 5. Fiant pillulæ ex iſtis. Et ſunt doſes 10. Poſtquam uerò uenter ſolutus fuerit infundatur caput ex oleo ſambacino, & oleo de ben, & mittatur in nares. Aeger quoque odoret algaliam, & inſufletur muſcus naribus. Quod ſi ægritudo multum infeſtauerit, ſumatur euphorbium & caſtoreum amborum: an. 6. pars, drach. 1. & diſſoluta in pauco oleo ſambacino, mittatur in narem & aurem.

Ponit curam cephalæ phlegmaticę. Et primò per medicinas educentes phlegma, ſecundò cum alterantibus malam complexionem, frigidam, & humidam cerebri, & phlegma reſoluentibus, cum medicinis localibus loco dolenti applicatis odoratis, & in nares & in aures iniectis. Prima medicina ſolutiua eſt pillulæ cochiæ: cuius eſt hæc deſcriptio. R. pulueris hieræ pi. ſcilicet ſimplicis Gal. compoſitæ ex maſtiches, ſpicæ nar. carpobalſami, aſſari, croci, xilobalſami, caſsię lig. ana. ʒ. unam, aloẽs duplum ponderis omnium, de hac hierapi. accipiantur drachmæ decem. Eſt enim calida & ſicca circa ſecundum gradum, & poſſet fieri liquida in modum electuarij addendo mellis quantũ ſufficit, utputa, pro 2. ℥. pulu. & dimidia ℔. una mellis: & ſic ea frequenter utimur, maximè in clyſteribus & poſſet ea exhiberi per os ℥. 1. pro uice, & euacuat phlegma & choleram. Secunda medicina ingrediens hanc receptam eſt colocynthis, calida & ſicca in tertio, euacuans phlegma craſſum à cerebro & neruis, & locis remotis, licet etiam choleram pro parte euacuet cuius ingrediũtur. ʒ. tres & una tertia. Tertia eſt ſcammonia calida, & ſicca in tertio, attrahens choleram cum fortitudine, cuius ingrediuntur ʒ. ij. & s. Quarta eſt turbith calida in tertio, euacuans ſi confortatum ſit cum zingibere & ſimilibus, phlegma craſſum à capite & neruis & iuncturis. Si uerò non confortatum ſit phlegma aquoſum, cuius ſimul cum ſtecados calido in primo, ſicco in ſecundo, euacuante phlegma & choleram, debiliter tamen & ſecundum aliquos melancholia accipiuntur ana. ʒ. 5. Ex quibus hanc medicinam phlegma à prædominio, & choleram ſubdominanter euacuare comprehenditur. De quo fortè quis mirabitur cum ſit propria in ſoda mixta ex phlegmate & cholera quomodo conueniat in plura phlegmatica. Præterea propter admixtionem ſcammoniæ acceleratur operatio eius antequam medicinæ tardè euacuantes phleg. compleant operationem, euacuabunt itaque chole. & non phleg. Et hoc manifeſtè eſt contra præceptum Auicennæ quarta primi capitis, de quando et qualiter euacuari oportet, dicentis quod non ſunt admiſcendæ medicinę diuerſę in uelocitate & tarditate diuerſos humores euacuantes, una enim complebit operationem antequam altera incipiat. Ad quod dicitur primò Raſim hoc feciſſe, quia humores peccãtes cum ad aliquem locũ defluunt ſiue apoſtemandum, ſiue non rarò ſunt puri, imò plurimum adinuicem permixti, ſicut & in uenis ſunt permixti, pręcipuè cholera cum alijs miſcetur, cum ſit ad fluxum paratiſsima, imò ſit aliorum uehiculum. Et propterea ſemper, uel ferè ſemper eſt ipſius euacuationi intendendum, eſto quod ipſam manifeſtè peccare non uideamus. Et credo quod hæc ſit melior reſponſio ea, quam communiter dant expoſitores, dicentes, quod hæc poſita eſt ut ſit calcar aliarum medicinarum, non enim in tanta quantitate deberet poni. Et ad obiectionem ſimul cum authoritate Auicennę dicitur: quod ipſa ſcammonia nõ complet operationem ſuam antequam alię, imò accelerat operationem aliarũ, cũ alię notabiliter ſint dominantes, et propriè, ſi illæ medicinæ diu ſteterint adinuicẽ, & ſint aliqualiter fermentatæ, & propriè cum etiam alię medicinę ſatis citò ſuam uelocitent operationem. Et dicit quod ſunt doſes decem. Ex quo cõprehendere potes hoc ſolutiuũ pro quaq; uice eſſe forte ualde, quia ſi bene cõputes erit unaquęq; doſis 2. ʒ, & ferè dimidia, cum tamen experiamur 1. ʒ. notabiliter operari. Quare tibi cõſulo ut ſis cõtentus cõmuniter ʒ. 1. Homines enim ſuæ regionis ſunt robuſtiores noſtris. Secundò docet remouere malam complexionem frigidam, & phlegma reſoluere, caput infundẽdo ex oleo ſambacino. Et eſt oleum ieuſemin, & non eſt factum ex floribus ſambuci, ſecundũ quod arbitrãtur expoſitores. Sam-

bacus

bacus enim eſt nomen deductũ ex Arabico ſambac. Sambac autem, apud Arabes pręcipuè eſt ſemen ieuſemini, & eſt arbuſtum quoddã quod ſemper uireſcit calid. & ſiccũ in tertio. Ben uerò eſt ſemen rub. calidũ & ſic. in ſecundo, & oleum eius dicitur oleũ muſcellinum & Dio. uocat hoc granum balanus. Been uerò ſunt radices cordiales, unde in receptis ſcribitur been, alb. & rubeũ. Et ex his oleis eſt aliquid in aures & nares iniiciendum, quod ſaltem bis in die debet permutari ne putreat primum ſufficienter extrahendo. Deinde docet odorare algaliã, aliter galiam medicinam ualde redolentẽ, quia cum ipſa miſcetur ambra & muſcus. Sed odoretur pauca quantitas, quia multa uidetur fœtere, & propterea naribus muſcus inſufflatus ſit in modiciſſima quantitate. Et tandẽ ęgro multum infeſtato diſſoluatur euphorbij & caſtorei. an. ſexta. ʒ. 1. in oleo ſambacino, & iniiciatur in aurẽ & nares, quod intelligatur de aure ſequente dolorẽ, & in parua quantitate, eſt enim medicina calida in quarto ualde alterans, nõ ergo conuenit, niſi mala cõplexio frigida multũ excedat. Nec mireris, organum enim auditus fortes ſuſtinet medicinas, ſicut teſtatur Gal. 6. de interioribus in cap. de fractura cranei, & docet experientia. Ex his poſſumus elicere quinq; intentiones curatiuas ſodæ phlegmaticæ. Prima euacuat phlegma. Secũda diuertit. Tertia malam complexionem frigid. corrigit, ſcilicet phlegma à quo dependet reſoluendo & caput confortando. Quarta corrigit accidentia. Quinta ordinat debitum regimen ſex rerum non naturalium. Prima quidem integranda eſt ex minoratiuo digeſtiuo & eradicatiuo. Minoratiuum à quo inchoandum eſt, materia exiſtente multa, eſt ſicut pillulæ ex hiera ſimplici, aleſanginę, quibus pro medietate poteſt addi agaricus in oxymelle ſcyllitico præparatus, ita ut ex his exhibeatur drachma una cum uadit dormitũ. Et ſi uellet medicinas liquidas, exhibeatur hieræ ſimplicis G. ℥. 1. aut hieræ cõpoſitę eiuſdem. ℥. s. aut. ʒ. tres, diaphinicon, aut tantundem electuarij indi, quæ diſtemperari poſſunt cum aqua decoctionis, aut diſtillationis betonicæ, aut hyſſopi, aut maioranæ, aut ſtecados arabici & ſimiliũ, ut amplius uirtus ad caput dirigatur. Digeſtiuum aũt ſit duplex ſecundũ materiam phlegmaticam facientem ſodam. Quædã enim eſt craſſa, uiſcoſa. Quædã ſubtilis facilè rheumatizans. Pro digeſtione primę, cõuenit oxymel ſimplex, oxymel cõpoſitum, oxymel ſcylliticum. ſyr. de ſtecados, diſtemperata cum aquis decoctionis aut deſtillationis, ſtecados arabici, hyſſo. betonicæ, maioranæ & ſimilium. Sed componi poteſt ſyr. ad hanc intentionem ſecundũ hunc modum. ℞. acori, ciperi, an. ʒ. unam, ariſtolochiæ rot. ʒ. 2. interioris ſcyllæ, ʒ. 1. utriuſq; ſaluiæ, cẽtaureæ minoris, foliorũ lauri, betonicæ. an. M. 1. aniſi, marathri, ſem. ſiſeleos, baſiliconis, an. ℥. s. liquiritię, paſſul. mundatarum ab arillis utriſq;, ſtecados, florũ anthos, id eſt, roris marini. an. ℥. 2. al. ℥. 1. mellis, ſacchari, an. ℔. s. fiat ſyrupus ſecũdum artem. Et ſi materia fuerit multum frigida, poſſunt addi ſpecies cubebæ, garioph. piperis an. ʒ. 2. & fiet calidior & delectabilior, & poteſt fieri ſyr. longus pro tribus uicibus reliquũ abbreuiari, & ſumatur cũ aquis ſuprà ſcriptis: ſi uerò phlegma ſit ſubtile rheumatizans utatur hoc ſyrupo. ℞. foliorũ cupreſsi, ſaluię. an. M. 1. maſtichis, olibani. an. ℥. 1. nucis muſ. nucis cupreſsi, an. ℥. s. ligni aloẽs. ʒ. duas, mellis, ſacchari. an. ℔. s. fiat ſyrupus longus ut ſupra pro tribus uicibus reliquũ abbreuietur: his & ſimilia magis aut minus calida à te poteris cõprehendere. Eradicatiua aũt ſint pillulæ cochiæ, de quibus Raſis in litera, quarũ cõmuniter exhibeatur. ʒ. 1. cum dimidia. hiera cõpoſita G. hieralogodion & his ſimilia. Turbith uerò non confortatũ educit magis materiam aquoſam ſiue phlegma ſubtile. Secunda intentio præter diuerſiones cõmunes cum fricationibus, uentoſationibus, ligaturis, lotionibus, cõpletur quatuor generibus diuerſionũ, primò clyſteribus, ſecundò caputpurgijs, tertiò maſticatorijs, quartò gargariſmatibus. Clyſteria uerò ſint huiuſmodi. ℞. ſaluiæ, hyſſopi, maioranę, ſtecados arab. an. M. 1. centau. minoris. ʒ. 3. colloquin. ʒ. 1. s. agarici in petia ligati. ℥. s. ſalis gemmæ. ℥. s. bulliant in ſex ℔. aquę ad conſumptionem medietatis huius poſt eorũ debitam contuſionem, decoctionis accipiatur ℔. una, olei communis. ℥. 3. fiat clyſtere, et ſi opus eſt ipſum fortificare addatur hiera cõpoſita G. hieralogodion, aut huiuſmodi. Secundus modus diuerſionis perficitur per caputpurgia, ſicut aqua ſiue ſuccus ſampſuci, & eſt leuis, & expertus. Et fortior eſt ſi huic addatur ſuccus artanitæ pro medietate, aut tertia parte, & adhuc fortius, ſi addatur tantundem ſucci cucumeris aſinini. Et ad hoc, propriũ eſt oleum de cucumere aſinino Nigella quoq;, die ac nocte infuſa in aceto, deinde ſiccata et trita, cuius odor cũ aliqua eius parte ſubtiliſsima per nares ſit tractus, eſt enim ad hoc propria. Ea tamen quæ ſunt ultima, in hoc caſu ſunt ſi ſupra ſcriptis addatur aliquid euphorbij, aut caſtorei, aut ellebori, aut fellis alicuius & ſimilia. Ardori aũt his ſuccedenti ſuccuratur cum iteratione attractionis aquæ tepidæ per nares aut aquæ uiolaceę. Tertiũ genus diuerſionis per maſticatoria cõpletur, quorũ leue eſt maſtix. Fortius autẽ ſi prædicto addatur radix capparis. Et iterũ fortius ſi addatur piper aut pirethrũ aut ſtaphiſagria. Quæ omnia ſecundũ neceſſitatẽ incorporentur cum aliquo uiſcoſo ſicut cera, pix, reſina aut ſimilia. Et poſſunt aromatizari cum pauco gariophil. galiæ muſ. Quartũ genus diuerſionis eſt cum gargariſmat. quorũ leue eſt oxymel ſimplex aut ſcylliticum cum decoctione corticũ radi. capparis, hyſſopi, & ſtecados arabici. Et fortius eſt, ſi in hac decoctione ponatur piper, pirethrũ, aut ſinapis. Sed ordo medicinalis exigit, ut à leuioribus inchoetur. Neq; fiant huiuſmodi cum fluxus rheumatiſmatis ad membra ſubiecta timetur. Hæc quidẽ genera diuerſionũ non uno die omnia facienda ſunt, ſed cum interpolatione, ut una die unũ, ſecunda dię aliud, & ſic deinceps, aut interdũ duo interponantur dies. Tertia aũt intentio perficitur cum alterantibus malã complexionẽ frigidã, caput confortãtibus ac cauſam cõiunctã reſoluẽtibus, applicitis parti dolenti in nares & in aures iniectis ac odoratis. Ex quibus maximè ſunt quæ in litera per Raſim tradita ſunt, & quæ etiam tradet parũ inf[ra]. Ex domeſticis in ſoda frigida ſunt cubebæ cõtritæ aqua roſacea aſperſa, loco dolenti ſuperpoſitæ. Sed ex cõferentibus in ſoda frigida et uentoſa eſt, ut miliũ cum ſale mixtum, quantum ipſum eſt, calefiat ſuper

b

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.15

tegula aſperſa uino albo & aceto acuto. ex quibus ita calefactis, imò aliqualiter torrefactis ſacculi impleantur, & ita calidi ſæpe applicentur. Grana quoque ſinapis & grana naſturtij infuſi modicum in aceto, optimè conferunt ſi ex eis ſacculi impleantur & applicentur. Theriaca quoq; uel mithridatum cum ſucco mentæ permixtum loco dolenti appoſitum egregiè cõfert. His aliquid opij apud magnam neceſsitatem addi poſſet, aut addatur aliquid philonij rom. in quo opium correctum eſt, aut apud urgentem neceſsitatem diſtillentur 2. gran. opij cum oleo liliorum, aut caſtorei, aut euphorbij & debitè tepidum, in aurem ſequentem dolorem inijciatur. Sed raro accidit ex humore frigido ingentem fieri dolorem, & propterea ſecundum plurimum non eſt uſus opiatorum neceſſarius. Pomum odoriferum ad confortationem cerebri frigidi. ℞. laudani, ligni aloës, ſtiracis, calaminthæ. an. drachmam 1. garioph. nucis muſ. ſem. baſiliconis. an. ʒ. s. cum aqua roſacea in qua ſit aliquid de muſco fiat pomum, & ſi aliquid ambræ addatur, eſt præſtantius.

Quarta intentio eſt correctio accidentium, ex quibus frequenter corrigendus eſt ſubeth cum fricationibus fortibus, & alijs generibus diuerſionũ, & odore aceti acutiſsimi. A cæteris uerò præſeruetur & corrigatur, ut propria exigunt capitula. Quinta intentio exigit aërem calidum & ſiccum, & ſecundum plurimum luminoſum. Potus ſit uinum uetus mediocris uinoſitatis aut multæ aliquando, ſed in parua quantitate, ſed pręſtantior eſt aqua mellis cui aliquid modicum piperis addi poſſit. Fercula ſint facilis digeſtionis, paucarum ſuperfluitatum ad calidum & ſiccum declinantia, carnes auium laudabiliũ concedi poſſunt. Et in fine menſæ parum diacitoniten cum ſpeciebus, aut aliquid pyri, aut cidonij confecti.

Somnus debet eſſe minor quàm in alijs ſpeciebus ſodæ. Et dormiat capite leuato, & ſuper latere ſano. Et ſit bene pannis coopertus, tam ſecundum caput, quàm ſecundum corporis reſiduum. Sollicitè purget omnes corporis ſuperfluitates per regiones conuenientes, ſicut ſuperius in ſoda ſanguinea dictũ fuit.

Vomitus tamen ſummopere fugiendus, niſi adeſſet in ſtomacho materia dolorem fugiẽs. Exercitium aũt fugiendum. Verum fricationes ſuppleant uicem exercitij. Vitet accidentia animæ exceſſiua, licet ira leuis et huiuſmodi accidẽtia caliditatẽ naturalem aliqualiter excitantia, liberius concedi poſſunt.

COMPLEMENTVM CVRAE cephalææ calidæ.

IN cephalæa uerò calida emplaſtrũ hoc fronti & temporibus eſt imponẽdum. Cuius hæc eſt confectio. Recipe lactucarum, ſief memithe, ſandalum album & rubrum, faufel, roſas, opium, fiat ex eis emplaſtrum: poſtquam aceto & aqua roſacea conſperſa fuerint, fronti imponantur, ſuper quod mittatur pannus aceto & aqua roſacea infuſus, qui cum tepefactus fuerit, iterum infundatur & deſuper ponatur.

Reuertitur ad complendam curam tam cephalææ calidæ quàm frigidę, inchoans à calida, pro cuius cura conficit hoc emplaſtrũ ultimum & efficaciſsimum ad tollendum malam complexionem calidam, tum etiam ad ſtupefaciendũ. Cuius deſcriptio eſt talis. ℞. ſem. lactucarũ quod eſt frigidum & humidum in ſecundo, ſief memithe, id eſt, ſucci memithe per decoctionem inſpiſſati, uel ad ſolem, frigidi & ſic. in primo, & eſt herba ſimilis papaueri aliter dicta glauciũ, & eſt ſpecies chelidoniæ. Ille autem ſuccus ſic inſpiſſatus dicitur ſief, licet ſief propriè ſumpta ſit medicina ocularis exiſtens formæ pyramidalis ad ſimilitudinem nuclei dactyli. Sandalus eſt lignum triplex, album, rubrum & citrinum, cæteris duobus magis odoriferũ, frigidum & ſiccũ in tertio. Faufel eſt auellana Inda, frigida in ſecundo, & ſic. in tertio. Roſæ frigidę & ſic. in primo. Opium frigidum in quarto, ſiccum in ſecundo. Hæc omnia debent aggregari in modum emplaſtri, poſtquam aceto & aqua roſacea conſperſa fuerint. Et poſſunt poni omnia in ęquali doſi præter opium, quod oportet ſubduplari, aut ſalſi tem ſubquadruplari ad quodlibet illorum, ubi tamen eſſet mala complexio calida, & ſic. poſſemus augere humidum. Hoc autem emplaſtrũ ſuper aliqua petia ſubtili extenſum, parti dolenti ſuperponatur, & ſuper ipſum imponantur petiæ infuſæ in aqua roſacea & aceto ſæpe replicatæ, ut frigiditas actualis & potentialis conſeruetur, & propterea nõ multum tepeſcere dimittantur.

COMPLET CVRAM CEphalææ frigidæ.

LInimentũ uerò cephalææ frigidæ. Recipe caſtoreum, euphorbium, piper, ſinapim, ſtiracem, rutam, marrubium: quæ ſiccata & pulueri zata, & etiam cicotriconizata miſceantur, & conſpergãtur in uino ueteri, ex quibus fiant trochiſci, et deſiccentur. Quandocunq; neceſſe fuerit, ex uno in uino ueteri aut oleo coſtino uel chamomelino diſſoluto frons multotiens liniatur. Hoc enim linimentum omni antiquæ cephalææ confert, non ſolum ſuperpoſitum, ſed etiam auri iniectum, quæ ſequitur illud tempus, poſtquam in aliquo de prædictis oleis reſolutum fuerit. Aegro uerò uinum uetus & forte dandum eſt. Cum autem cephalæa per hebdomadã unam perſeuerauerit, æger in balneum mittendus eſt, atque ſuper caput eius aqua in qua chamomilla et ſampſuchus & nemen, & ſtecas arabicus cocta fuerint, ſimul aut ſigillatim fundenda eſt.

Hic complet curam cephalææ frigidæ cum materia phlegmatica. Licet etiam mala complexio frigida pura his curanda ſit. Primò ponit hoc linimentum cuius eſt hæc deſcriptio: ℞. caſtorei, euphorbij, piperis, ſinapis, quæ omnia calida ſunt in quarto, ſtiracis ſiccæ & calidæ in ſecundo, rutæ calidæ & ſiccæ in tertio, marrubij calidi & ſicci in ſecundo. Quæ omnia in æquali doſi poſita, aut fortè calidorum in quarto poſſet doſis ad cætera ſubduplari, ſiccata, pulueriza ta, & cicotriconizata, id eſt, tamiſiata, commiſceãtur cum uino ueteri, ex quibus ſic mixtis fiãt trochiſci, & deſiccentur, & uſui reſeruentur. Trochiſcus dicitur forma rotunda ex duabus partibus leuiter compreſſa, & dicitur à trochos græcè, rota latinè, in quam formã reducuntur pulueres cum aliquo liquore permixti, ut eorum uirtus diutius conſeruetur, quorum trochiſcorũ accipiatur unus uel plures neceſſitate urgente, & diſſolutus cum uino ueteri, aut aliquo oleo ſcilicet chamomelino aut coſtino parti dolenti applicetur, aut aliquid eius in aurem parti dolenti proximam inijciatur. Secundò complet huius cephalææ curam per uinum uetus & potẽs exhibendum in modica quãtitate ſiue uia medicinę, ſiue uia cibi exhibeatur. In magna enim quãtitate nimis euaporãdo, aut in ſtomacho ſeu acetoſando ex indigeſtione poſſet magis nocere quàm iuuare. Demũ docet curare per balneũ ſiue igneum aliter dictum pyreum, ſicut eſt furnus pane extracto, aut aëreum ſatis notum, aut aqueum ſiue naturale ſicut thermarum, aut artificiale ſicut ex decoctione rutę, betonicę, calamenthi, ſaluiæ, hyſſopi, ſtecados arabici, maioranę & ſimilium: quibus poteſt addi ſulphur & alia notabiliter calefacientia ſecundũ frigiditatem reſiſtentia. Vltimo docet curare cum embroca facta cum decoctione rerum ſimilium his de quibus ſupra. Eſt aũt embroca caſus liquorũ ex alto ſuper aliquod membrũ, nam propter caſum fortius imprimit, & magis uirtus eius profundatur. Nemen, id eſt, ſerpillum, & non ſiſimbrium.

CVRA CEPHALÆÆ PER COMmunitatem ad ſtomachum.

Quod ſi cephalææ quotidie ante comeſtionem inuadat, & poſt comeſtionem recedat, ſuccurrendum eſt infirmo ante horam qua uenire conſueuit, dando eis buccellas panis in ſucco granati, aut uuæ acerbæ, aut horum ſimilium infuſas.

Ponit curam cephalææ per cõmunitatem ad ſtomachum, tradens ſolũ curationem illius quæ ſit propter raptum materiæ cholericæ ad ſtomachum. Cuius ſignum eſt, quia ante comeſtionẽ inuadit, poſt comeſtionẽ uerò recedit. Cum enim ſtomachus eſt uacuus ſit facilè materierũ ſuſceptiuus, & maximè earũ quæ facilè ad ipſum fluunt ſicut materiæ cholericæ. Facilè aũt ſedatur hic dolor per comeſtionem, cholera ad fundum ſtomachi repreſſa, & fortè in aliquibus egrediente pileron, aut fortè per uomitum educta.

Si aũt materia eſſet phlegmatica aut melancholica nõ ſic propter ſuã craſſitiem et uiſcoſitatẽ facilè reprimeretur. Et eſto quòd in principio aliqualiter ſedaretur parum, poſt magis augeretur, cum ipſe cibus corrumpatur à materia cui admiſcetur, & etiam propter indigeſtionem cedat in materiam. Curat ergo dando buccellã panis in uino granatorũ aut acreſta, aut alio ſimili, ſicut ſuccus cydoniorũ, & huiuſmodi, ante raptum materiæ cholericę ad ſtomachũ, uel ſaltem ante aduentum cephalææ, quæ ſua frigiditate aut ſtipticitate choleram reprimunt, aut ipſum aduentum ad ſtomachum prohibent. Ex his datur intelligi cura reliquarum ſpecierum cephalææ per cõmunitatem ſiue à toto ſiue à membro determinato cõmunicetur, quæ ſi à membro determinato cõmunicetur, quinq; exigit intentiones curatiuas. Prima euacuat quod de humore malo in membro ſuſcipiente & mittente continetur. Secunda diuertit quod eſt aptum communicari cum fricationibus, uẽtoſis, ligaturis, lotionibus & clyſterijs trahendo ipſum ad partes oppoſitas membro cui ſit cõmunicatio. Necnon rubificantibus, ueſificãtibus, & tandem cauterizantibus factis ſuper ipſo membro cõmunicante. Tertia confortat membrũ mittens ipſius malas cõplexiones & diſpoſitiones corrigendo, ut neq; talem humorem multiplicet, neq; aliunde ſuſcipiat, ſed ſiat minera laudabilis chimi. Quarta claudit uias medias inter membrũ mittens & ſuſcipiens. Quinta membrum ſuſcipiens cõfortat ne huiuſmodi trãſmiſſum recipiat. Prima intentio eſt euacuatio humoris. Si ergo ſtomachus, uel epar, uel ſplen, uel matrix, uel membra ſpiritualia cõunicent capiti phlegma uel choleram, uel alium humorem, aut uapores ab his eleuatos, primò præmittenda eſt euacuatio humoris tam in mẽbro ſuſcipiente, quàm in membro mittente, ſiue ſit ſanguis cũ phlebotomia, ſiue alius humor cum pharmacia, integrata ex minoratiuo, digeſtiuo, & eradicatiuo, etiam ſæpius iteratis ſecundum exigentiam. Secunda intentio eſt diuerſio ſi ſit ſine euacuatione incipit à membro læſo, aut propè ipſum, & tradit ad partes oppoſitas diſtantes tam à membro mittente, quàm ſuſcipiente. Et ex fortibus & proprijs in attractione materiæ ſodę in uigilante ex ſoda, eſt fricatio pedũ, multotiens enim dormit ſuper ipſam patiens ſodam, & quandoq; ſit eius aſſiduatio in pedibus donec reſoluatur ſoda & lotiones pedum conferunt: ſi aũt cum euacuatione incipit à remotis ueniens ad propinqua, rubificantia aut ueſicatoria & cauteria ſiue actualia, ſiue potẽtialia ſiant ſuper ipſo membro mittente, aut in loco ſibi proximo. Et ulcera diu, ut per unũ menſem, aut amplius teneãtur aperta, ut materiæ integra ſiat conſumptio, ut in ſtomacho, ſi ratione fundi ſiat per duos digitos ſupra umbilicum, ſi in ore ſtomachi ſiat poſterius circa decimã tertiã ſpondylem, aut anterius parum intra malum granatum, ſi in ſplene in latere ſiniſtro circa ipſius regionem, ſi in epate in latere dextro, ſi in matrice circa alchatim, eodem modo in reliquis. Fiant aũt illa magis aut minus profunda ſecundũ ſitum membri mittentis & cæteras naturas cõpoſitionales, & membri ipſius nobilitatẽ, & ſecundum quod opus eſt ut ulcus longo aut breui tempore teneatur apertum, & ſecundũ has conſyderationes

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.16

etiam opus eſt, ut fiat magis aut minus latum. Hæc tamen ſunt de his quæ poſtponenda ſunt & non fienda, niſi cum cætera non contulerint, magis tamen ob uulgi infamiã quàm quod res in ſe ſit periculoſa, imò exiſtimo ſi medici eſſent audaciores multa mirabilia facerent cum his cauterijs, ſicut Albucaſis.

Tertia autem intẽtio perficitur cum his quæ à proprietate & etiã à qualitate manifeſta confortant membrum mittens, ipſius diſpoſitiones corrigendo: ſiue ſit malitia complexionis, ſiue unitatis, ſiue compoſitionis taliter ut fiat minera laudabilis chimi. Quæ omnia qualiter compleri debeant in proprijs uidendum eſt capitulis de quibus infra.

Quarta autem intentio, ſcilicet clauſio uiarum intermediarum, completur, quandoq; cum ſtipticis & confortantibus, ſumptis per os in fine menſæ, ut cidonijs, pyris, coriãdris, & huiuſmodi, quãdoq; cum medicinis & ligaturis, ſicut ſi communitas ſit à pede cum inſtitis notabiliter ſtrictis circa totum crus, necnon ſi oportuerit medicinarum ſtipticarum applicationem etiam deſuper ſtringendo cum ligatura. Et ſimiliter hæc eadem circa collum fieri poſſunt, materijs aut uaporibus ad caput aſcendentibus per cannam pulmonis, meri, uenas aut arterias colli, quod idem eſt, & circa tempora medicinis ligaturis compleri poteſt. Quandoq; uerò completur uenarum & arteriarum laqueatione poſtquam cõprehenſum fuerat quæ ſit illa, per tumorẽ, caliditatẽ, pulſum, dolorem, & huiuſmodi. Si ergo ſit de paruis, fiat altero duorũ modorũ, aut ſcindendo ſuper ipſam & poſtea ipſam cum ſtilo ignito, aut cauterio punctali cauterizãdo, aut cutem ſimul cum uena urendo, & tandẽ eſcara remota conſolidando. Quod etiam cauterio potentiali perfici poſſet, actuale tamen melius eſt & tutius. Si uerò ſit de magnis, ſcindatur uel uratur cutis ſuper ipſa, qua ſciſſa uel amota ligetur uena in duobus locis ſatis ſibi inuicem proximis, & ſcindatur in medio & utraq; extremitas cauterizetur. Nota tamẽ quod ſi materia factura cæcitatem, deſcenderet ad oculos per uias intrinſecas, hæc uenarum laqueatio nullius eſſet proficui, ſed in hoc caſu eſſet ponendum ſedaginum in parte poſteriori capitis in locis ubi collum capiti coniungitur, aut eſſent facienda cauteria in duobus cornibus poſterioribus ſcilicet iuxta loca mendoſa, aut eſſet apponendum cauterium in commiſſura coronali.

Vltima uerò intentio ſcilicet capitis confortatio, completur cum applicitis extra circa frontem & tempora, ut oleo roſaceo & aceto, quæ, materia exiſtente calida cõtinuentur, frigida uerò exiſtente cum mixtione calidorum temperentur. Conforteturque caput cum ſumptis interius, ut diamuſco, diambra in diſcraſia frigida, iuleb roſ. & ſimilibus in calida, & ex proprijs ſunt cerebella hœdorum et gallinarum. Confortatur etiam caput ne recipiat, & ipſius frigiditas & humiditas corrigitur cum cauterijs ſex, aut aliquo iſtorum. Vno in commiſſura coronali. Alio in medio ſagittalis ſcilicet circa ſummitatem capitis. Tertio in lambda. Duobus alijs circa tempora, & maximè ubi ſunt commiſſuræ mendoſæ. Et ubi timeretur nocumentũ in nucha. Sextum fiat in parte poſteriori ubi caput principio colli iungitur, et fiat ad ſimilitudinem oſſis oliuæ & penetrent uſq; ad os, aut ſaltem ad almochari, & diu conſeruentur aperta ſcilicet ultra menſem. Et quamuis poſita ſint ſex cauteria prædicta pro cõfortatione capitis & correctione diſpoſitionũ eius, non tamen ſemper oportet hæc omnia facere, ſed plerunque ſufficit unum aut plura ſecundum unam aut plures cerebri particulas corrigendas, quodlibet enim corrigit particulam ſibi proximam. Et deum teſtor quod nulla alia eſt melior hac medicina, & magis efficax in confortando cerebrum, & corrigẽdo eius prauas diſpoſitiones cuiuſcunq; generis ſint, & quomodocunque euenerint ſiue per eſſentiam ſiue per communitatem. Sed præcipuè ualet in corrigendo diſpoſitiones chronicas frigidas & humidas cerebri ac ortorum ab eo, necnon membrorum ſuppoſitorum quibus cerebrum mittendo ſuperfluitates communicet.

CVRA CEPHALÆÆ PROVENIENtis à cauſa primitiua.

SI autem cephalæa contingat propter multam in ſole moram, ſufficienter ex oleo roſaceo & aceto infrigidatis curari poterit. Quæ tamen ſi ex hoc non quieuerit, ex alijs infrigidantibus curanda erit.

Docet remouere cephalæam pendentem à cauſa primitiua, utpura à ſole cum frigidis capiti applicitis ſcilicet oleo roſaceo, ſubquadruplo ad acetum, et ſint actu infrigidata, & capiti cum petijs lineis applicentur. Quæ ſi non ſuffecerint docet ad alia frigidiora eſſe procedendum, quæ ex præcedentibus ſatis poſſunt eſſe nota, ſicut ſunt ſucci lactucæ, ſemperuiuæ, & ſimilium. Quibus ſemper aliquid aquæ roſaceæ pro confortatione, & aceti pro penetratione eſt addendum. Et tu pro complemento habeas duas intentiones curatiuas. Prima eſt remouere cauſam primitiuam. Secunda nocumentum ab ipſa in capite impreſſum. Ergo ſi cauſa primitiua fuerit ſol, aut alia cauſa calefaciens, pone ægrum in umbra & in loco frigido. Si uerò fuerit uentus aut res infrigidans pone ipſum in loco calido. Nocumentum autem impreſſum remoue cum contrarijs capiti applicitis, quorum copia ex dictis & dicendis tibi erit manifeſta. Si uerò ex ſoda per liquefactionem humorum à cauſa calida, aut expreſsionem à cauſa materiali frigida fieret, procede ſicut ſuperius in ſoda materiali eſt oſtenſum.

VLTIMVM REMEDIVM NE SEquatur amiſsio uiſus.

SI autem ſoda adhuc perſeuerauerit, & fortior fiat, neque ullo modo remoueatur, & timeatur ne æger uiſum amittat, & aqua ad oculos deſcendat, temporum arteriæ ſunt incidendæ & extrahendæ. Hoc tamen quod nunc loquimur, eſt præter noſtram

ſtram intentionem in hoc libro.

In hac parte ultima præſentis capituli ponit ultimum remedium multotiens neceſſarium, ne ſequatur amiſsio uiſus, ſcilicet inciſionem ſiue laqueationem uenarum & arteriarum, temporum, per quas uias materia ad oculum defertur factura cæcitatem quæ laqueandæ ſunt modo ſuperius dicto. Primò cognito per tumorem, dolorem, & pulſationem quę ſit illa ſcilicet per quam materia ad oculum defertur. Nota tamen laqueationem arteriarum magnarum ſatis eſſe ſuſpectam. Et propterea ſi potes cum defenſiuis prohibe materiam ad oculum fluentem. Subdit tamen ea quæ nunc dicit eſſe præter intentionem ſuam in præſenti opere. Cum non fuerit intentio ſua in hoc libro ad tertium inſtrumentum medicinæ ſcilicet ad chirurgiam procedere. Ex his iam manifeſtæ ſunt tibi curationes ſpecierum cephalææ pendentium à mala complexione ſine materia, cum in ea nõ exigantur niſi tres de intentionibus ſupraſcriptis, ſcilicet alteratio, accidentium correctio, & debitum regimen ſex rerum non naturalium. Et etiam cum materia ſanguinea, cholerica, phlegmatica, non autem melancholica, ſed eam ſtatim ſubiungam. Similiter poſita eſt cura cephalææ per communitatem à membris determinatis, non autem à toto ſicut in febribus & criſi, quam nunc ſubiungam. Et cum hoc ſubiungam curationes multas aliarũ ſpecierum quæ mihi uidebuntur magis neceſſariæ. Ex quibus reliquæ poſſunt innoteſcere. Spiritus autem ſanctus ſit nobis auxilium amen.

CVRA CEPHALÆÆ PROVENIENtis à melancholia.

Cura ſodæ melancholicæ ſex exigit intentiones curatiuas. Prima digerit. Secunda euacuat. Tertia diuertit. Quarta malam complexionem alterat caput confortando. Quinta corrigit accidentia. Sexta ordinat debitum regimen ſex rerum nõ naturalium. Digeſtiua debent eſſe humida, aliquando calida, aliquando frigida, ſecundum quod melancholia eſt naturalis, aut aduſta. Et debent eſſe inciſiua & ſubtiliatiua magis aut minus ſecundum maiorem uel minorem craſsitiem aut uiſcoſitatẽ. Et per tertiam & quartam uirtutem reſpicientia determinatum humorem & membrum. Ex proprijs ergo eſt ſyr. de epithymo deſcriptione Meſue in antidotario. Item alius eiuſdem intentionis ſublimis & expertus eſt: hæc. ℞. capillorum ueneris, radicum bugloſſæ domeſticæ & ſylueſtris, & florum earum, polipodij. ana. ℥. 1. epithymi. ℥. 1. folliculorum ſenæ, chamæpityos, ſtecados, ana. ʒ. ſeptem, chamædryos, ſquinanti, ellebori nigri. ana. ʒ. 3. fumiterræ. ʒ. octo, eupatorij. ʒ. 4. ſuc. pomorum dulcium. ℥. 8. omnia præter epithymum & ſuccum pomorum bulliant in ℔. quatuor aquæ uſq; ad conſumptionem medietatis, deinde bulliant in ea epithymum ebullitione una, & coletur, & cum ſucco pomorum & ſacchari. ℔. tribus fiat ſyrupus, cuius doſis eſt ʒ. decẽ, uſq; ad duas uncias cum aqua bugloſſæ lupulorum, endiuiæ & ſimilium.

Euacuantia debent habere tres cõditiones. Prima, ut nõ ſint multum fortia, ne ſubito magnam ſolutionem faciant. Secunda ut nõ multum recedant à graduali tẽperamento. Tertia, ut ſint mixta cum lenientibus & humectãtibus, & cum hoc ſecum aliqua cordialia miſceantur. Quæ conditio in omnibus medicinis, ac omni regimine ægritudinum melancholicarum ſeruanda eſt, ex proprijs ſimplicibus eſt ſena, epithymum & polipodium, & ſimilia: & ex compoſitis pillulæ indæ, de lapide armeno, & de lapide lazuli, & ex electuarijs diaſena, confectio amech, maximè in melancholia aduſta. Diuerſiones autem communes & propriꝫ cum euaeuatione & ſine, facienda ſunt quemadmodum in præcedentibus dictum eſt in alijs ſpeciebus ſodæ. Applicanda autem capiti debent eſſe humida, calida, aut frigida, ſecundum quod melancholia eſt aduſta aut nõ aduſta, plurimum tamen debet ad calidum declinare, ſicut decoctio facta ex bugloſſa, boragine, ſena, epithymo, & ſimilibus, cum capite caſtrati in decoctione diſſoluendo, & ex oleis eſt oleum ſeſaminum, amigdalarum dulcium & ſimilia. Accidentia autem ſicut uigilia, alienatio &c. corrigantur quemadmodum dictum eſt, & inferius in proprijs dicetur cap. Regimen autem ſit humectatiuum & inpinguatiuum, non tamen oppilatiuum, ſit autem declinans ad calidum aut ad frigidum, ſecundum humoris exigentiam, & aliarum circunſtantiarum, ſicut dicetur in capite de melancholia. Si uerò in cauſa ſint humores aduſti totum regimen medicinale, necnon ſex rerum nõ naturalium decline: ad frigiditatem & humiditatem, & humores aduſti euacuentur cum pillulis de fumoterrę, electuario amech, & ſimilibus. & ex his potes elicere curam ſodæ pendentis ab humoribus mixtis. Digeſtiua enim & euacuatiua debent eſſe mixta ſecundum humorum exigentiam.

Cura autem ſodæ per communitatem à toto ſicut in febribus eſt. Vt conſyderes, an ſit ſolum in cauſa, mala complexio calida & ſicca. Et tunc ſola infrigidatione & humectatione opus eſt cum his quæ ſuperius dicta ſunt. Si uerò materia repat ad caput, ipſum fortè apoſtematura, procedatur ſicut ſuperius dictũ eſt in ſoda humorali, & dicetur in capite de phreneſi. Si uerò in cauſa ſint uapores febriles, ſicut eſt ſecundum plurimum, communicati à toto aut à minera putredinis, conſyderentur an ſint pauci & ſubtiles, & tunc duæ ſunt intentiones. Prima diuertere ſicut dictum eſt ſuperius. Deinde infrigidare & humectare & confortare caput cum ſibi applicitis, & his quæ dicta ſunt ſuperius, non tamen multum oppilantibus. Si uerò uapores ſint multi & craſſi, diuerſionibus intendatur omni ingenio. Secundò ipſorum in capite contentorum euaporationi & reſolutioni, ſicut cum decoctione roſarum, uiolarum, meliloti, chamomillæ, ſeminis althææ, anethi & ſimiliũ, & ſi infrigidatione opus ſit, quædam frigida ſicut dictum eſt ſuperius, per nares trahantur, & in aures inijciantur, ſint tamen actu tepida. Et quandoq; apud neceſſitatem urgentem utaris narcoticis, aut ex eis aliquid in aures diſtillando, ſicut dixit Raſis in textu, aut aliquid per os ſumendo. Non autem capiti applicentur, ne oppilando magis uapores concludantur & incraſſentur, & deinde fortior ſequatur dolor.

In cura autem ſodæ creticæ ſit prima intentio ut na

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.17

tura iuuetur per quamcunq; uiam expulſionem tentauerit, modo ſit conueniens. Vt ſi ſenſerit dolorem & rugitum circa inteſtina, cum ſuppoſitorijs aut clyſteribus adiuuetur. Si uerò nauſeam & ſubuerſionẽ, cum impoſitione digiti uomitus adiuuetur. Similiter cum impoſitione pennæ in ore in oleo intinctæ, aut ſumptione oxymellis cum ſucco raphani & ſimilibus. Si uerò ſenſerit grauitatem & tenſionem circa renes prouocetur urina cum decoctione ſeminum communium frigidorum & ſimilium. Si uerò ſenſerit cutem humidam & pulſum undoſum ſudore adiuuetur, ægrum bene pannis cooperiendo & anhelitum continendo. Et ſi apparuerit rubedo in oculis, radij, imaginationes citrinæ, tunc ſanguis ex naribus prouocetur cum impoſitione digiti, aut ſetis porcinis, & ſimilibus ſanguinem ex naribus prouocantibus. Si uerò in ſubaſcella aut inguine aut poſt aures dolorẽ ſenſerit illic emplaſtra attractiua ponantur, & etiã uentoſæ ſi oportuerit. Secunda intentio quæ uapores reprimũt in fine menſæ ſumãtur, ſicut cidonia, aut coriandra & obſeruentur reliqua in criſi ſeruãda.

Cura ſodæ apoſtematoſæ ex curſu phreneſis inferius intelligetur. In cura ſodæ ex oppilatione. Primò intendendum eſt ad deoppilationem educendò humorem oppilantem. Euacuatione tam communi integrata ex minoratiuo digeſtiuo & eradicatiuo, quàm propria ſicut in curatione ſodæ materialis ſuperius dictum eſt. Secundò intendendum eſt ad alterationem malæ complexionis ex oppilatione derelictæ cum contrarijs ex his quæ dicta ſunt colligendis. Accidit autem ut dicit Auicen. in proprio capite, in cura huius ſodæ contrarietas, cum aliquando oporteat deoppilari cum calidis tam digeſtiuis quàm euacuatiuis humore exiſtente craſſo, ex quibus augetur mala complexio calida ex oppilatione derelicta: in hoc ergo caſu iuxta ſententiam Auicen. nunc fiat deoppilatio cum huiuſmodi calidis ex quibus aucta mala complexione calida fiat, poſtea ipſis dimiſſis, alteratio cum frigidis. Et poſtea iterum redi ad deoppilandum cum calidis, ita ut hæ intentiones ſint ſibijnuicem mutuò ſuccedentes totiens, donec cura compleatur.

In cura ſodæ ex percuſſione ſi fuerit ſolum contuſio abſq; uulnere manifeſto. Prima intentio eſt prohibere apoſtema, ſcilicet approximando loco contuſo faldellas ſtupeas infuſas primò in aqua roſacea, & aceto ſubtriplo ad ipſam, & poſtea ipſas bene expreſſas iterũ infuſas in oleo roſaceo, & albumine oui debitè adinuicem conquaſſatis comprimendo, aut ligando deſuper cum ligatura conueniente. Et faciendo phlebotomiam ex cephalica, aut uena communi eiuſdem partis, aut contrariæ, ſecundum multitudinem repletionis. Apud quã neceſſe eſt reiterare phlebotomiam, ut ante dictum fuit. Si uerò albumen oui non habeatur, accipiantur aquæ, aut ſucci ſtiptici, & permixti cum pulueribus cõſtrictiuis loco percuſſo applicentur. Aut etiam ſola aqua cõmunis applicetur. Sed nõ prætermittatur debita ſtrictura cum ligatura facta ſecundum artem, hæc enim eſt radix curę. Et debet eſſe ſtrictura ſuper loco contuſo, & ſuper parte diſtante magis gradatim relaxata. Deinde gradatim debemus permiſcere repercuſſiua cum reſolutiuis, donec ueniamus ad reſoluentia pura. Et ex proprijs eſt myrtus, abſinthium, cyminum, calamenthum & huiuſmodi. Si uerò ſit uulnus manifeſtum cum fluxu ſanguinis, intendatur ad ipſius reſtrictionem, ac etiam apoſtematis prohibitionem cum faldellis ſtupeis infuſis in albumine oui, cum pulueribus conſtrictiuis debitè conquaſſato, ex quibus uulnus repleatur. Ac etiam fiat phlebotomia modo iam dicto. Et tandem uulnus curetur, ut ex proprijs capitulis. quarta primi, & quinta ſexti eſt uidendum. Et ſi propter commotionem cerebri homo fiat ſine uoce, ac fortè cum pauco & debili ſenſu & motu, & ſteterit ſicuſq; ad tertiam, & non additur neque minuitur, tunc laudatur in tertio, ut expectetur uſque ad ſeptimum & non moueatur ante illud cum aliquo. quarta quarti, capite de caſu & offenſione. Quod intelligendum eſt, ægrum non eſſe mouendum cum aliqua forti operatione, ſicut eſſet ſecare cutim, os fractum euellere. Tamen debemus facere phlebotomiam uirtute uitali ſtante, & totum caput infundere cum oleo roſaceo, omphacino, & cum in alijs medicinis localibus ſupraſcriptis ſecundum exigentiã. Dieta autem in primis caſibus debet eſſe tenuis, ſed cum his accidentibus tenuiſſima. Poſtea ad confortationem cerebri ægritudine aliqualiter declinante, præcipuè ubi multus ſanguis exiuerit. Iubet Auicenna prima tertij, capite proprio cerebella gallinarum dari, ſunt enim tunc propria, & tunc in quantitate multa exhibeantur. Raſis autem ſexto Almanſoris ultimo capite, poſt principium conficit emplaſtrum in his diſpoſitionibus proprium, maximè in contuſione, factum ſcilicet ex folijs myrti, balauſtijs & corticibus granatorum, in aqua & aceto uſquequo diſſoluantur coctis, parum muſci, galliæ & xiloaloës, & calami aromatici admiſcendo. Ex quibus omnibus cum aceto & aqua & uino ueteri ac ſtiptico cõiuncti quaſi emplaſtrũ conficiatur, & loco ſuperponatur. Venter autem in his caſibus ex aqua fructuum aut leui enemate ſoluatur.

In curatione ſodæ pendentis ex debilitate capitis. Prima intentio poſt euacuationem eſt malam complexionem capitis remouere. Secunda caput confortare. Tertia debitum regimen uitæ, excludens omnem cauſam debilitantem tam exterius occurrentem quàm interius ſumptam. Mala autem capitis complexio remouetur cum contrarijs tam interius ſumptis quàm exterius applicitis, de quibus ſupra.

Caput autem confortatur cum his quæ dicta ſunt propria capiti per tertiam uirtutem, & quæ ſunt ſubtilia cum ſtipticitate quadam odorifera. Ex frigidis ſunt roſæ & camphora: ex calidis, ambra, muſcus, maiorana, cinnamomum, cubebe &c. Ex compoſitis, diambra, diamuſcus, aromaticum ros: ex frigidis ſaccharum roſatum. Compoſitum confortans omne membrum eſt theriaca. Et ſimplex confortans omne membrum eſt terra ſigillata, & oleum roſaceum temperando complexionem confortat omne membrum.

Tertia aũt intẽtio perficitur cõmenſurando cibum & potũ in quantitate & qualitate uirtuti digeſtiuę, & non ſit uaporoſus nec noceus cerebro, ſicut alleum, crocus, orobus, faba, phaſeoli, hyoſcyamus, lac, len-

tes,

tes nuces, oliuæ, raphanus & ſimiles, debitè proportionando reliquas ſex res non naturales.

Cura ſodæ ex acuitate ſenſus perficitur cum his quæ præbent nutrimentum groſſum & uiſcoſum, ſicut ſunt capita & pedes animalium, & partes uiſcoſæ, ſimiliter piſces & caſeus, frumentum, hordeum, rixum, far, fabæ & ſimilia digeſtiua conſtante. Si uerò ſit debilis detur horum granorum chiſt, & partes uiſcoſæ horum animalium iuuenum, & ſimiliter piſces parui in ſpecie ſua. Narcotica quoque ſicut papauer, lactuca & ſimilia ad hoc egregiè cõferunt pręcipuè in complexiõe calida aut ſicca ſicut plurimum eſt. Quandoque tamen neceſſarium eſt leuiter ſtupefacere etiam cum medicinis tam interius ſumptis, quàm exterius applicitis ſicut ſyr. de papauere & unctionibus & decoctionibus exterius applicitis, & intendatur capitis & corporis humectatiõi. humiditas namque ſpirituum obtundit ſenſum.

In cura ſodæ ex uermibus exiſtẽtibus ſupra ſtricturam narium, oportet ut purgatio fiat corporis & cerebri maximè educens phlegma. Deinde fiat caputpurgium cum hierapicra diſtemperata cum ſucco foliorum perſici, aut radicis mori. Sementina quoq; naribus inſufflata, aut cum aliquo humore attracta confert, & ſimiliter omnia quæ necant uermes. Et in ſumma iuuatur ſternutatorijs, & caputpurgijs purgãtibus cerebrum, & uermes necantibus.

In cura oui ſunt eædem obſeruandæ intentiones: Et eius cura eiſdem medicinis perficitur. De quibus actum eſt ſuperius. Quæ diuerſificandæ ſunt ſecundum exigẽtiam cauſarum à quibus pendet. Sed præter hæc aduertendum eſt, quod cum ouum ſimiliter & hemicranea aut dolor alius antiquatur, præter intentiones communiter habendas indigemus ſpiritali capitis confortatione cum his quæ dicta ſunt in ſoda ex capitis debilitate. Item ouo, hemicranea, & quocunque dolore uehementer intenſo frequenter indigemus ſtupefaciẽtibus, natura tamen nequeunte dolorem tolerare. Et tertiò cum dolores antiquãtur frequẽter indigemus operatione manuali, ſicut uenarum laqueatione, cauterizatione & ſimilibus, eſt enim radix curæ ſodæ huiuſmodi.

In cura hemicraneæ & homonopagiæ præter intentiones communes euacuationis & diuerſionis, & præter ea quę obſeruanda ſunt in dolore chronico & forti de confortatione cerebri, ſtupefactione & operatione manuali, medici inuenerunt quaſdam medicinas proprias tam in calida quàm in frigida. Ex proprijs ergo in calida eſt emplaſtrum ex fece atramenti ſicca quæ diſſoluatur cum aceto multæ fortitudinis, & loco dolenti applicetur, & apud uehementem dolorem octaua pars opij ſecum miſceatur optimè incorporando per longum ſpacium, & ſuper locum diſtringatur, eſt enim expertum, & crocus eſt conueniens, & ſimiliter emplaſtrum ex ruta, menta, cum uino, oleo roſaceo, & pauco aceti. Aliud in calida proprium. Rec. ſucci agreſtæ, mirrhæ ana partem unam, fecis encauſtri ſcriptoris partes duas, aluminis iameni, croci ana partis unius quartam, confice conterendo cum aceto uini, & liniatur ſuper tempora, ſiue loco dolenti, & ſtringatur, ſtrictura enim multum confert, ita ut lignum aut plumbum decenter poſitum ſuper loco dolenti, & notabiliter conſtrictum ſedet dolorem fortem pulſatiuum. Caputpurgium quoque ex lacte mulieris cum pauco camphoræ, cui etiam apud neceſſitatem addatur tantundem opij quantum camphoræ optimè confert, de quo etiam aliquid modicum in aure ſequente dolorem diſtilletur. In hemicranea autem frigida quæ ex longitudine temporis deprehenditur: ægritudo enim cuius tempus prolongatur eſt frigida ſecundum omnem diſpoſitionem & indiget reſolutione, quod calefaciat cum fortitudine. Medicamen expertum acceptum à muliere: decoquantur radices cucumeris aſinini & abſinthium in oleo & aqua donec diſſoluantur, & embrocetur pars doloroſa ex aqua & oleo calidis & fiat emplaſtrum ex fece: confert enim hemicraneæ frigidæ cum febre & ſine febre. Et emplaſtrum de ſinapi ad hanc intentionem reuoluens humorem frigidum rubificans & ueſcimur. Item unguentum factum ex gummi, rutæ agreſtis, corticibus radicum capparorum, ſcylla & euphorbio tritis, & commixtis cum uino odorifero. Et ex ſedantibus dolorem ilico eſt ut ingrediatur balneum & multiplicentur inclinationes ſuper aquam calidam, deinde fiat caputpurgium ex oleo fiſticino. Medicamen magnum conferens hemicraneæ difficili & chronicæ, & non eſt quod confortet ſicut ipſum. Accipe ex emplaſtro ſinapino ℥. 1. & commiſce cum eo ſcyllæ ℥. s. coſti, radicum cappa. euphorbij, añ. ʒ. 3. omnia trita cum aceto & uino odorifero, ana. quantum ſufficit, aggregabis & emplaſtra ſuper locum. Caputpurgium expertum ad hemicraneam difficilem ex humore frigido. ℞. euphorbij, caſtorei, ana. partes æquales, fiat ex eis ſief, & apud neceſſitatem fricetur cum uno eorum ſuper cutem cum aqua calida aut oleo coſtino, aut nardino, & diſtilletur ex eo in nares & aurem quæ eſt ex parte doloris, deinde balneetur, & adhuc ex medicamine diſtilletur, & hoc uiciſſim cito hemicranea ſoluetur, huic adde apud neceſſitatem parum opij, etc. Et ſic eſt finis huius capituli, deo gratias.

DE SCOTOMIA ET VERtigine. Caput. II.

CIRCA rubricam inquirenda ſunt quid nominis & quid rei, unde dicitur ſcotomia à ſcotos Græcè quod eſt tenebra, inde ſcotomia quaſi tenebra ſiue obtenebratio. Et hoc eſt ſecundum Iſidorum & Simonem Ianuenſem. Vnde Iſidorus quarto ethimologiarum capite nono dicit: Scotomia uerò nomen ſumpſit ab accidente, quod eſt repræſentans tenebras cum uertigine. Et non dicitur à ſcotos quod eſt uiſio, & mya muſca, ſicut quidam ſunt arbitrati. Dicitur autem uertigo à utero, uertis, quia apparent res ſuper patientẽ uerti, aut quòd cerebrũ ipſius & corpus reuoluaſ. Pro notitia aũt quid rei præmittendum eſt, quòd uertigo capitur quadrupliciter. Primò pro quacunq; gyratione ſiue circũuolutiõe, quæ integratur ex duobus motibus, motu ſcilicet pulſus & tractus, & ſic accipiſ ſeptimo phyſicorum, qui modus nõ eſt ad propoſitum. Secundo

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.18

modo accipiť pro cõprehenſione huius motus, ſiue naturali, ſiue prǽternaturali, qui etiã nõ eſt ad propoſitum. Tertio modo accipiť pro cõprehenſione prǽter naturam huiuſmodi circumuolutionis aut alterius motus cum diſpoſitione ad caſum. Quartò pro comprehenſione præter naturam huiuſmodi circumuolutionis, aut alterius motus cum diſpoſitione ad caſum corrupta uiſione, & uiſus obtenebratione. Et hoc quarto modo accepta propriè dicitur ſcotomia, differẽs à uertigine tertio modo accepta, non connotante uiſus corruptionem & obtenebrationem, unde omnis ſcotomia eſt uertigo non econtrario. Sed taliter uertigo accepta diffiniatur, quòd eſt actio corrupta ſenſus communis cum caſu aut diſpoſitione ad caſum quam habẽs imaginatur corpus ſuum, aut res ſuper ipſum reuolui. In deſcriptione ſcotomiæ prǽter ea quǽ ponuntur in deſcriptione uertiginis, additur, cum corruptione uirtutis, uel actionis uirtutis uiſiuæ ipſiusq; obtenebratione, quemadmodum quid nominis ſcotomiæ bene ſonat. Quidam uerò dicũt inter uertiginem et ſcotomiam hoc intereſſe, quia ſcotomia & uertigo importãt corruptam uiſionem, ſed ſcotomia ſuperaddit ſolum, uiſus obtenebrationem. Quod uidetur ſatis conſonum ſententiæ Iſidori capitulo ſuperius allegato, cuius ſunt hæc uerba: Vertigo eſt quotieſcunq; uentus conſurgit, & terram in circuitu mittit. ſic & humectatione hominis uenæ & arteriæ uentoſitatem ex reſoluta humectatione gignunt, & in oculis gyrum faciunt. Vnde & uertigo nuncupata eſt. Superius autem dictum eſt ex eius ſententia ſcotomiam tenebram importare cum uertigine, &c. Diffinitio autem Auicen. magis conſonat ſententiæ primǽ. Dicit enim, uertigo eſt, ut habẽti ipſam imaginetur corpus ſuum, aut res ſuper ipſum reuolui, quare non regit ſe, ita ut firmetur, imo cadit, nullam in diffinione de corrupta uiſione, aut obtenebratione mentionem faciens. Licet parum infra ponendo differẽtiam inter uertiginem & epilepſiam dicat. Vertigo autem eſt, ut cum homo ſtat, obtenebrẽtur oculi eius, et excitatur ad hoc ut cadat, ibi enim ſumit uertiginem contractam ad ſcotomiam, & ſecundum utramque uiam ſcotomia ſub uertigine continetur. Secundum tamen Raſim primo continentis capite ſecundo, uertigo eſt diſpoſitio in qua apparet res reuolui: & tamẽ homo non cadit, ſed regit ſe. Sed in ſcotomia homo cadit, & uocatur ſidræ ſecundum gloſam contentam in Almanſoris cap. de ſcotomia. Et hoc modo una ſub altera non continetur. Tu uerò dic ut libet, nomina ſunt ad placitum. Et in harum diffinitione ly actio corrupta ponitur loco generis, quod uerũ eſt, cum nulli indiuiduo de ſpecie humana naturaliter conueniat. Dicitur autem ſenſus cõmunis, cum ipſius ſit in mente poſt operationem ſenſuum exteriorum comprehendere omnia ſenſibilia tam propria quàm communia. Et per hoc differt ab imaginationibus oculis appropriatis, & cæteris corruptis actionibus tam ſenſuum exteriorum quàm interiorum. Reliquæ autem particulæ ſunt ad exprimendum ipſarum quiditates. Et quanquam hæc diſpoſitio ſit actio corrupta: poteſt tamen morbus dici cum immediatè & per ſe lædat operationes ſenſibiliter: facit enim errare cogitatiuam & quandoque uirtutem uiſiuam, unde non eſt uerum quod dicit Gerardus de ſolo, quòd principium eius eſt error uirtutis uiſiuæ, cum frequenter contingat oculis clauſis & ſine lumine. Lædit etiam operationes uirtutis motiuæ ſaltem mediatè: ideo in carente uiſu, licet poſſit eſſe uertigo, non tamen ſcotomia. Ex iam dictis poſſumus habere ſolutionem quæſtionis communiter ſolitæ moueri. Cum autem contingat ſenſum communem errare circa obiectum ſenſus auditus, & aliorum ſenſuum, quare non dicitur in uertigine aut ſcotomia ita fieri corruptionem operationum aliorum ſenſuum, ſicut ſenſus uiſus? Ad quod reſpondet Gerardus d. primam cauſam eſſe, quia organum uiſus eſt propinquiſſimum organo ſenſus communis. Quæ ratio nulla eſt, cum æquè propinquum ſit organum auditus, cum neruus auditus ſit proximus panniculo cerebri, & ualde proximum eſt organum olfactus ſcilicet carunculæ mãmillares. Dixit ſecũdum cauſam eſſe, quia organum uiſus eſt maximè inter cætera organa ſpirituoſum huius autem diſpoſitionis cauſa immediata eſt motus inordinatus ſpirituum. Sed hæc ratio ſolum concludit quod rarius debet complicari aliorum ſenſuum corruptio. Sed ratio cæteris melior eſt, quia in uertigine ſenſus communis errat in comprehenſione motus: non eſt autem motus ita aptus ſentiri alio ſenſu, ſicut uiſu. Et qunaquam actio ſenſus communis poſſit corrumpi circa comprehenſionem ſenſibilium aliorum ſenſuum, non deberet dici uertigo, aut ſcotomia, ſed alio nomine nuncupari. Iam ad capitulum accedamus.

CVm aliquis illud quod ante eum eſt, circulariter moueri uiderit, & oculi tenebreſcunt, & cadere uoluerit, facies & oculi in eadem hora rubuerint, uenæ quoque quæ ſunt poſt aures groſſæ apparuerint, ex ipſis uenis facienda eſt phlebotomia. Et uentoſæ in collo & tibijs ſunt ponendæ. Quòd ſi prædictæ nõ apparuerint uenæ, & facies fuerit rubea, ſanguis ex cephalica uel baſilica erit minuendus. Et uentoſæ in tibijs ſunt ponendæ. In hac præterea ſcotomiæ ſpecie, & in ea quã ante diximus, caput ex oleo roſaceo et aceto eſt infundendũ. Cui cõfert ut æger acetoſa comedat & ſtiptica. Et eſt quando prouenit ſidræ cum uapore qui ab aliquo eleuatur membro, cui confert, ut aliqua ex medicinis cutem adurentibus illi ſuperponatur membro. Aeger quoque calida cibaria uitare debet.

bet. Venter quoque ex apozimate mirobolan. citrin. quod in cap. de cephalæa diximus, eſt ſoluendus.

Diuiditur hoc capitulum in partes duas. Primò ponit curam ſcotomiæ & uertiginis pendentis à materia calida, ſecundò à materia frigida. ſecunda ibi, Cum autem neque in facie. Prima iterum in duas. Primò ponit curam ſcotomiæ & uertiginis pendentis à materia ſanguinea: aut ſaltem à prædominio ſanguineæ exiſtentis in cerebro. Secundò ponit curam earundem pendentem à ſimili materia cerebro à membris inferioribus communicata. ſecunda ibi. Quòd ſi prædictæ non apparuerint uenæ. Et ut legam ambas partes ſimul dicit. Cum aliquis uiderit ea quæ ſunt ante ipſum circulariter moueri, aut alio motu licet non moueantur, & oculi obtenebreſcunt, & cadere uoluerit, hæc ſunt ſigna communia, licet ſecundum approprietur ſcotomiǽ. Et facies, & oculi rubuerint in eadẽ hora, & uenæ quæ ſunt poſt aures groſſæ apparuerint, hæc duo ultima ſcotomiæ & uertigini ſanguineæ, aut ſaltem à prædominio ſanguineæ appropriãtur, & uos ſupplere alia ſigna ſcilicet grauedinem capitis, tenſionem, tactum calidum & pulſum magnum, ſomnum longum, nõ tamen profundum, urinã rubeam, groſſam, & ſimilia ſanguinem ſignificantia. Tunc ex illis uenis quæ ſunt poſt aures facienda eſt phlebotomia: præmiſſa tamen phlebotomia cephalicæ. Et uentoſæ in collo & tibijs ſunt ponẽdæ ſcilicet incipiẽdo à parte ſuperiori colli, & deſcendendo ad nates & coxas ſi fiat ſine ſcarificatione: ſin autem cum ſcarificatione procedatur econtrario à partibus diſtantibus ad propinquas. Quòd ſi prædictæ uenæ non apparuerint groſſæ, ſcilicet quæ ſunt poſt aures, & in alijs locis capitis, quod ſignificat ſanguinis repletionem non adeſſe in capite: fuerit tamen facies rubea, quod ſignificat præſentiam ſanguinis multã in epate & membris inferioribus quæ cerebro communicãtur: aut ſaltem uapores eius, tunc ex baſilica facienda eſt phlebotomia conſentiente uirtute, & alijs indicantibus de phlebotomia, præmiſſo clyſteri lenitiuo ſi oportuerit. Et uentoſæ in tibijs erunt ponẽdæ, id eſt, in locis inferioribus infra epar. Non autem in collo ne ſanguis uerſus caput trahatur. Et in hac & ſupraſcripta conuenit caput epithymari ex aceto et oleo roſaceo ſubtriplo, ad acetum, ad infrigidandum, repercutiendum, & caput confortandum, & uitanda ſunt cibaria calida. Et uenter ex apozimate, id eſt, decoctione ſiue infuſione mirobolanorum, citrinorum, prunorũ, & tamarindorum, ſicut in capitulo præcedenti dictum fuit, eſt reſoluendus, ad educendum materiam cholericam cum ſanguine mixtam, quæ facit ipſum euaporare, & amplius ad ſuperiora moueri.

Cum autem neque in facie rubedo, neq; feb. cum ſcotomia fuerit, attendendum eſt, an ſit ſtomachi ſubuerſio & nauſea, aut nõ. Quæ ſi affuerit prius uomere cogendus eſt. Deinde de pillulis cochijs doſim unam ſumat. Et à frigidis abſtineat cibis.

Ponit curam ſcotomiæ pendentis à materia phlegmatica. Et primò exiſtente in ſtomacho, & communicante uapores capiti. Secundò exiſtẽte in cerebro. ſecunda ibi. Si autem nec ſubuerſio, &c. De ambabus partibus ſimul dicit, quod cum nõ fuerit in facie rubedo, nec affuerit febris, ſiue feb. propriè intelligas ſiue caliditatem in partibus faciei & capitis ſenſatam, ſupple nec alia ſigna ſignificantia materias calidas, tunc conſyderãdum eſt, an ſtomachi ſit ſubuerſio, id eſt, inclinatio ad uomitũ cum motu ſtomachi ad ipſum abſq; hoc quòd ſequatur uomitus, aut nauſea, & inclinatio ad uomitum abſq; motu ad ipſum, & ſupple alia ſigna ſignificantia ſtomachi læſionem, unde ueriſimiliter cerebrum ſtomacho compatitur: tunc æger prius cogendus eſt uomere, aut ſponte, ſi natura ad ipſum complendum ſit ſufficiens, aut artificialiter faciendo ægrum prius comedere quædam uiſcoſa, ſicut alaganas, res ſalſas, raphanum & huiuſmodi, & notabiliter potare, tandem poſt horam ipſo prius moto motibus inordinatis exhibere uomitiuum, ſicut hanc decoctionem. ℞. radicis raphani ſyluestris ℥. 1. ſem. atriplicis, aſari, ana. ℥. s. bulliant in octo. ℥. aquæ uſque ad conſumptionẽ medietatis, & coletur: cũ qua colatura diſtẽperetur oxymellis ſimplicis aut ſcyllitici. ℥. 1. s. croci. ʒ. s olei. ℥. 1. & tepidum in potu exhibeatur, poſt cuius ſumptionem per horã, aut cum inceperit nauſeare, æger procuret ſibi uomitum digito impoſito in ore, aut penna intincta in oleo, ſæpe ac ſæpe cum iteratione, ut exquiſita fiat euacuatio. Deinde uno aut duobus diebus medijs ſumat unam ʒ. pillularum cochiarum, aut s. ℥. hieræ compoſitæ Gal. debita ſeruata cuſtodia. Et hæ medicinæ exoluentes conueniunt, ubi non ſolum in ſtomacho, ſed in partibus circunſtantibus fuerit huiuſmodi materiæ repletio. Si uerò ſola repletio fuerit in ſtomacho, ſufficient pillulǽ ſtomachicǽ, ut aleſanginǽ, & abſtineat à cibis frigidis ne phlegma augmentetur.

Si autem neque animæ ſubuerſio, neque nauſea affuerit, neq; caliditatis ſigna apparuerint, uenter ex pillulis cochijs multotiens ſoluatur. Cibaria quoque frigida omnino uitet. Et gargariſmus fiat, quo phlegma deponatur. Et in naribus quoque poſt illud, ponatur aliquid de his quæ narrauimus quo caput calefiat.

Ponit curam ſcotomiæ & uertiginis pendentis à phlegmate per eſſentiam in capite, quam primo complet euacuatione iterata cum pillulis cochijs, integrata ex minoratiua digeſtiuo & eradicatiuo. Eſt enim difficile materias groſſas à capite educere. Secundò uitandum cibaria frigida & utendo calidis. Tertiò diuertendo cum gargariſmatibus phlegma ex capite deponẽtibus. Quod etiã de caputpurgijs & maſticatorijs eſt intelligendũ, omniq; genere diuerſionũ uſq; ad ipſam cauterizationem factã in cõmiſſura

coronali, cum cætera non contulerint. Cum quibus autem debeant fieri hæc gargariſmata, caput purgia, maſticatoria, ſufficienter dictum eſt in capitulo præcedenti. Hic uerò commemorabo gargariſma ſatis huic propoſito conueniens. ℞. maſtichis, acori, liquiritiæ, paſſularum. añ. ℥. 3. ʒ. 1. ireos hiſſopi añ. ʒ. 2. pirethri, ſtaphiſagriæ ʒ. 1. ſinapis añ. ʒ. 1. contundantur groſſo modo, & bulliant in 4. ℔. aquæ ad conſumptionem medietatis & coletur. Et colatura miſceatur cum oximelle ſimplici, aut ſcyllitico: quo gargariſmate utatur ſtomacho ieiuno. Vltimò docet naribus immitti aliquid quo caput calefiat & confortetur ac phlegma deponatur ſiue reſoluatur, ſicut gallia muſcata, ſpecies diambræ, muſcus, nux muſcata & huiuſmodi. Dans per hæc intelligi cætera quę iuuant ad has intentiones complendas, ſicut epithimata, odorata, & naribus inſufflata. Ex odoribus autem conuenientibus eſt odor ſupraſcriptus, aut ſuffumigium ex auiculis cipri, aut cortice citri, aut thure, nuce muſcata & ſimilibus. Iam ſupereſt declaratis quid nominis & quid rei & textu expoſito, reliqua abſoluamus ſcilicet cauſas, ſpecies, ſigna, prognoſtica & curam. Prima diſtinctio, ſpecies ſcotomiæ & uertiginis ſunt duplices, ſcilicet per eſſentiam & communitatem, ſiue abſolutam, ſiue nõ abſolutam. Quæ uerò ſunt per communitatem, quandoq; ſunt per cõmunitatẽ à toto ſicut in criſi & febribus, quandoq; per cõmunitatẽ à mẽbro determinato. Et poteſt eſſe quodcunq; membrũ. Sed inter cætera maximè cerebro cõmunicans eſt ſtomachus & matrix. Secunda diſtinctio, uertigo ſiue ſcotomia, quędã eſt intenſa exiſtens cum corrupta uiſione, obtenebratione & caſu, quædam remiſſa ſine aliquo iſtorum, quædam media. Et iterum, quædam frequens, quædam rara, & quędam media inter has. Pro notitia uerò cauſarũ. Sciendũ quòd cauſa coniuncta uertiginis eſt inordinatus motus ſpirituum & uaporum qui ſpiritibus ſunt permixti in uenis, arterijs & neruis ac uẽtriculis maximè anterioribus cerebri, qui ſpiritus inordinatè moti repręſentant ſenſui communi ſpecies motus qui non eſt, et ſic faciunt ſenſum communem errare, qui error eſt actio ipſius non diminuta, nõ ablata, ſed corrupta. Et ſimiliter quandoq; errat uirtus uiſiua propter motũ inordinatum ſpirituum uiſibilium deferentium ſpecies obiectorum exteriorum quieſcentium. Ac ſi mouerentur, unde uiſui apparẽt res extrinſecus moueri, & ſimiliter apparet caput et corpus ipſius patientis reuolui. Nam ęquale eſt ſecundum Auicen. cum diuerſificatur proportio partium ſpiritus ad partes mũdi, ſiue diuerſificetur ex parte ſpiritus ſiue ex parte mundi. Idẽ enim ſequitur effectus ſcilicet ut iudicetur res uiſibilis moueri, ſiue moueatur, ſiue quieſcat. Sed fortè quis inſtabit, quia uertiginoſus non errat circa aliquod obiectum, niſi illius ſpecies ad ſenſum communem per oculum deferantur, aut delatæ ſint, ſed cum nemo poſſit uidere caput ſuum niſi fortè per ſpecies reflexas in ſpeculo, ſpecies capitis ſui non deferentur per uiſum ad ſenſum communem: non ergo errabit circa caput ſuum apprehendendo ipſum moueri quando quieſcat. Ad quod dicitur concedendo illud ad quod argumentum deducit, & quod non apprehendit caput ſuum moueri. Sed ſolum apprehendit partes corporis ſui ab ipſo uiſibiles moueri, & conſequenter fit idem iudicium de capite. Cauſa uerò remotior uertiginis eſt duplex, primitiua & corporea. Primitiua quidem ſicut ſi homo moueret ſe circulariter, ſpiritus eius ſimiliter moti etiam poſt quietem corporis repreſentabunt res uiſibiles ſimiliter moueri, & erit diſpoſitus ad caſum, uel fortè cadet cũ ſpiritus non figantur in membris taliter ut poſſint regere mẽbra. Secũda cauſa, ſi homo aſpiciat res circulariter motas aut aliter uelociter motas, ſicut aquas currentes aut equos currentes: formæ enim rerũ uiſibilium ſic motarum in ſpiritibus impreſſę, ſimilẽ motum cauſant in ſpiritibus, quare diſponitur ad caſum ſimiliter proſpectus ex alto loco. Tertia cauſa eſt, aſpectus rerum radioſarum & uehemẽter lucentium ſicut ſolis & ſimilium: mouetur enim ſpiritus inordinatè propter ipſorum excellentiã. Quarta cauſa ſunt uoces, aut ſoni excedẽtes ſicut tonitrua aut ſonus bõbardæ, conquaſſant enim totũ corpus & ſpiritus inordinatè mouent. Quinta cauſa eſt, percuſſio capitis faciẽs motum undoſum in ſpiritibus, ſicut mouetur aqua ex proiectione rei grauis in ea. Sexta cauſa eſt percuſſio circa dorſum, agitatur enim ſanguis & ſpiritus in uena chili, & conſequenter in uenis ad caput inde ramificatis ab arteria orti. Septima cauſa eſt, furor, timor, & huiuſmodi accidentia ſpiritus inordinatè mouẽtia. Similiter crapula & ebrietas, ſomnus multus & propriè ſuper repletionem, lõgæ uigilię, & ſic de rebus reliquis nõ naturalibus. Cauſæ uerò corporeæ, quædã ſunt in capite, quædam aliunde cõmunicatæ. Primę ſunt ſicut uapores diu quieſcẽtes in capite, poſtea aliqua occaſione commoti. Scũda uapores nouiter geniti ab humoribus, qui ſunt in capite ab aliqua mala cõplexione forti inducta, aut à cauſis primitiuis, aut corporeis. Tertia cauſa, præſentia malorum humorũ in capite cuiuſcunque generis, aut motorũ in ipſo capite, aut ſaltem euaporantiũ: fortis enim caliditas adueniens capiti mouet humores tam naturales quàm præternaturales in ipſo cõprehenſos & facit ipſos euaporare ſicut exẽplo Auicẽ. ignis mouet aquã motu inordinato. Cauſę uerò communicatæ. Quandoque ſunt communicatæ à toto ſicut in febrium criſi, alia euacuatiõe artificiali, per quas ſecundum plurimum uapores, aliquãdo tamen humores ad cerebrum deferuntur. Quandoq; ſunt cõmunicatæ à membro particulari quocũq;, frequẽtius tamen à ſtomacho & à matrice. Et hi uapores, ſiue ſint proprij capiti ſiue communicati: quandoq; ſunt tenebroſi groſſi, & tunc magis cauſant ſcotomiã: quandoq; pauciores minus groſſi & opaci, & tunc magis uertiginem cõtra ſcotomiã diſtinctam. Et qui cõmunicantur capiti: quandoq; per uias amplas cõmunicantur ſcilicet meri & cannam pulmonis: quandoque per uias ſtrictas ſicut neruos, uenas & arterias extrinſecus aut intrinſecus. Iam ſupereſt agere de ſignis.

Signa uertiginis & ſcotomiæ abſolutæ nota ſunt ex relatu ipſius ægri. Et fortè ex caſu, aut diſpoſitiõe ad caſum quã cernimus in ipſo ęgro. Et cũ hoc ex relatu ęgri habemus, utrum ſit ſolum uertigo, aut cum hoc ſcotomia per corruptionẽ uiſus & obtenebrationem. Intereſt aũt inter uertiginem et epilepſiã, quia epilepſia eſt cũ motibus ſpaſmoſis ſine ſenſu aut locutione

tione parũ durans, uertigo ſe habet ecõtrario, quãuis ambę cõueniunt in caſu. Signa uerò uertiginis à cauſa primitiua eſt pręceſſio illius cauſę & nocumentum ex illa cauſa derelictum. Si uerò cauſa fuerit corporea per communitatem. Primum ſignũ eſt pręceſſio nocumenti totius, aut membri alicuius, & quòd uertigo creſcit & decreſcit cum cremento aut decremento nocumenti totius, aut membri communicantis, & quòd etiam remouetur cũ remotione illius, ut ſi ſit à nocumento totius, tunc pręceſſit febris aut criſis aut aliquid huiuſmodi. Similiter ſi pendeat à ſtomacho, præceſſit mala digeſtio, deiectio appetitus, grauitas, nauſea, uomitus, cõturbatio, & anxietas ſtomachi, et quòd dolor aliquis eſt in anteriori parte cerebri uſq; ad mediũ, propter communitatem neruorũ reuerſiuorum, & fortaſſe dolor eſt in collo propter communitatẽ meri, & ſi ſit à matrice, pręceſſerũt, aut ſunt pręſentes ægritudines matricis, & ſimiliter de alijs. Secundum ſignum, quia uertigo non eſt ita frequens, aut continua ſicut quando eſt per eſſentiã in capite. Tertium ſignum, quia operationes ſenſuũ non ſunt ita læſæ quando eſt per communitatem ſicut quãdo per eſſentiam: quæ autem materiæ peccent in mẽbris communicantibus ex dictis ſuperius & dicendis inferius ſatis fiet manifeſtum. Si uerò cõmunitas ſit abſoluta non apparẽt ſigna materierum, aut alicuius corporei in toto, aut membro communicante, quod tamen rariſſimum eſt. Signa uerò uertiginis per eſſentiam ſunt ſigna his tribus iam dictis contraria. Si uerò ſit à mala complexiõe ſine materia, in cerebro erit leuitas capitis, & ferè ſubitus prouẽtus illius malæ cõplexionis notabiliter intenſæ ſecundũ plurimum ab aliqua cauſa primitiua. Si uerò ſit in cauſa multitudo uaporum, tunc aderit, et etiam pręceſſit ſonitus & tinnitus aurium, et cuiuſdam fragoris in capite, & eſt caput ſine grauitate ſaltem notabiliter. Si uerò ſit pręſentia materiæ in capite euaporãtis, tunc adeſt grauitas in capite, perturbatio ſenſuum tam interiorum quã exteriorum, & eſt uertigo ualde frequens, & fortaſſe adeſt in capite dolor ferẽ cõtinuus. Signa cuiuſcunque materiei in capite peccantis ex pręcedẽti cap. nota ſunt. Signa uerò uiarum per quas fit cõmunicatio ſunt, quia ſi fit communicatio per uenas & arterias extrinſecas ſentitur ipſarum tumor, & tẽſio & pulſatio maior ſolito. Si uerò per uenas & arterias intrinſecas nõ apparet tumor, licet magis intra ſentiatur extenſio quædam & pulſatio maior ſolito, & in his caſibus nõ eſt dolor de quo ſit curandum. Si uerò fiat communicatio per neruos, adeſt in collo dolor notabilis magis intra, & nullum ſignũ ex ſupraſcriptis apparet. Et etiam quando fit cõmunicatio per uias intrinſecas, compreſſio ſuper uenis exterioribus, & ſtipticorum approximatio non cõfert uertigini. Prognoſtica. Primum, uertigo frequens intenſa cũ perturbatione ſenſuum, nũciat apoplexiam maximè in decrepitis. Secũdum, uertigo ſequẽs ſtuporem nunciat appoplexiã. Tertium, ſoda ſequens uertiginem ſoluit ipſam aut propter calefactionem cerebri ex ſoda, unde uapores reſoluũtur, aut propter fixionẽ materiæ in cerebro, unde facit ſodã & nõ uertiginem cũ prius dum eſſet in motu fecerit uertiginem, ſine ſoda.

In cura ſcotomiæ et uertiginis ſi pendeant à cauſa primitiua, ſicut ſi homo ſe mouerit in gyrũ & aſpexerit res uelociter motas, aut radioſas, aut audierit ſonos ingẽtes & huiuſmodi pręterquã à percuſſione & crapula. Prima intentio eſt remotio cauſæ primitiuæ, & uicarię eius. Vnde æger ſe remoueat à uiſione huiuſmodi et auditu ſonorũ, etc. Et remoueatur uicaria eius ſcilicet cõmotio ſpirituum, & eorum diſgregatio quieſcendo animo & corpore in loco obſcuro. Et ſi cauſa uicaria derelicta fuerit, mala complexio in cerebro curetur cum cõtrarijs interius & exterius applicitis ſecundum opportunitatem. Secunda intentio ſi humores fuerint in motu propter quantitatem, aut eorum qualitatem, aut modũ ſubſtantię, euacuẽtur, & diuertantur, ſecundũ exigentiã: & cum plebotomia, & alijs generibus euacuationum, ſecundum exigentiam cuiuſcunque humoris, quæ tamen corpus non præter modum agitent & humores amplius in motu ponant. Et propterea ſint coniuncta cum quibuſdam ſtipticis, & confortantibus ſicut ſunt mirobolani. Et intendatur cæteris generibus diuerſionum. Etiam humores, ſi noceant, qualitate & modo ſubſtantiæ alterentur, & ad medium reducantur ſibi conueniens donec fiant benigni, aut ſint euacuationi præparati. Ingroſſatio tamẽ plus iuuat, & prohibet motum quàm ſubtiliatio. Tertia intẽtio eſt reſpectu accidentium ſicut tenebroſitas derelicta corrigatur cum clarificantibus, de quibus infra. Accidentia etiam imminentia prohibeantur. Vnde non ſtent ſuper ſcalis nec ſuper aquis, nec prope ignem, nec prope flumina, aut alias res periculoſas in quas facilè pręcipitari poſſunt. Quod præceptum multò magis in epilepticis eſt ſeruandum. Quarta intentio eſt debitum regimen uitæ. Debet enim locari in aëre temperato & aliqualiter obſcuro, & ſint cibi & potus communiter frigidi, acres & ſtiptici, ſicut ſuccus citoniorum, granatorũ in quibus buccellę panis infundãtur, nec ſint uaporoſi aut uẽtoſabiles, imo fumorũ repreſſiui, dormiat notabiliter, moderatè inaniatur, quieſcat mẽte, & corpore ſit tranquillus. Si uerò pẽdeat à ſolutione cõtinui, curetur cura ſolutionis cõtinui ducta in cap. de ſoda. Quod ſi poſt curã ſolutionis continui remaneat uertigo, curetur per remotionem cauſæ eius, ſicut in ſequentibus dicetur. Similiter ſi pendeat à crapula aut ebrietate, curetur cura ſacietatis nauſeatiuæ, & ebrietatis infra ponenda, inter cætera prouocetur uomitus, diu abſtineat à cibo et potu, niſi fortè in ebrietate biberit aquam, multum dormiat, reſiduum ſatietatis nauſeatiuæ cum ſoluentibus leuibus deponat, & cũ confortãtibus ſtomachũ ſicut diatriõ pipereõ procedatur maximè, in corruptione ad acetoſum, & quę uapores reprimũt, in fine mẽſę exhibeãtur, ſemẽ caulis, poſt ebrietatẽ exhibitũ, ſedat ipſam.

Cura uerò ſcotomiæ per communitatem ſiue à toto ſiue à determinato membro perficit, ſicut ſuperius in cura ſodæ dictum eſt longo ſermone. Qui huic capitulo eſt accõmodandus, cũ nõ ſit bonũ idẽ totiens replicare inter cætera cauendo à uaporoſis & uentoſis, & ſumẽdo in fine menſæ quæ uapores reprimũt. Cura ſcotomię per eſſentiã ſi fuerit mala complexio, ſine materia curanda eſt cum contrarijs tam interius quàm exterius applicitis. Et cũ hoc caput confortantibus, de quibus in præcedenti capitulo actum eſt.

Si uerò

Si uerò pendeat à uaporibus prius in capite quieſcentibus, nunc uerò propter agitationem facientibus ſcotomiam iam cauſa à qua generati ſunt, remota. Prima intentio eſt diuertere uapores & uentoſitates, quæ facilè poſſent illos uapores fouere & augere cum clyſteribus, fricationibus, lotionibus, & cum omni genere diuerſionum. Secunda intentio eſt illos uapores in capite exiſtẽtes reſoluere cum fricatione capitis, ſcalptione, pectinatione, & tandem cum medicinis ipſos reſoluentibus, interius et exterius applicitis. Ex quibus ſunt ſacculi ex milio & ſale in ſartagine cum uino & pauco aceti torrefactis. Interius autem ſumenda ſunt theriaca, mithridatum, diamuſcum, diambra, diaciminum, coriandrum, aniſum, ameos, & huiuſmodi uentoſitatem carminantia: magis tamen aut minus calefacientia ſecũdum ipſorum uaporum naturam. Tertia eſt cõfortatio cerebri & etiam aliquorum inſtrumentorum ſenſuum, ſi debilia fuerint cum theriaca, mithridato, diamuſco, diambra, fœniculo, et ſimilibus cum ſacculis ſupraſcriptis. Quibus poſſunt addi cortices citri, nux muſcata, maiorana. Sed hæc intentio etiam ſimul cum ſecunda compleri poſſet. Quarta eſt correctio accidentium ut ſonitus & tinnitus cum impoſitione olei amygdalarum amarum in auribus. Et cum præſeruatione ab accidẽtibus imminentibus. Quinta autem, cum debita adminiſtratione ſex rerum nõ naturalium completur, unde uitentur uaporoſa & uentoſa, & caput grauãtia ſicut phaſeoli, fabæ, cicer albũ, piſces uiſcoſi, cancri, oſtraca, & genera conchilum, caules, caputij, fructus humidi, auellanæ recentes, &c. ex libro ſimplicium cognoſcenda. Vinũ potens in modica quãtitate ualet, procuretur bona ſtomachi & epatis digeſtio, exercitium ſupra famem, ſimiliter ſomnus ſupra uacuitatem, cõfert ad reſolutionem uaporum & uẽtoſitatum. Accidentia animi caput moderatè calefacientia iuuant ſimiliter.

Cura uertiginis materialis quinq; exigit intentiones curatiuas, prima euacuat, ſecunda diuertit, tertia malam complexionem alterat & materiam uehementem repercutit: exiſtentem autem in capite reſoluit, & extrahit caput confortando, quarta corrigit accidentia, quinta ordinat debitum regimen ſex rerum naturalium.

Prima intentio, ſiquidem materia fuerit ſanguinea & peccet ſolo quanto non ſolum in capite, ſed in epate & alijs membris, materiam capiti communicãtibus fiat phlebotomia, primò de ſaphenis uel baſilica uel communi aut pluribus ſecundum quod tibi uidetur magis expediens, deinde fiat phlebotomia ex cephalica, & demum phlebotometur uena poſt aures, cuius iuuamentum ferè eſt commune ad omnes ſcotomias materiales: diuertit enim pro parte materiam in capite coniunctam eradicat. Confert etiam ſtomachicè per communitatem ſi cauterizetur aut laqueetur prohibendo tranſitum uaporum, aut materiæ ad cerebrum anterius. Si autem peccatum ſanguinis fuerit, in ſolo capite ſufficit ſola phlebotomia cephalicę, & poſtea uenæ poſt aures aut frõtis, aut uenarũ naſi, aut uenarum quę ſunt in cute capitis, aut in his locis ſangiſugæ apponãtur, poſtponẽdo ſemper quę cauſam coniunctam euacuant. Si autem peccet in quali propter admixtionẽ alicuius humoris, cum ſanguine ille euacuetur cum proprijs ſecũdum ipſius naturam & ingroſſetur & ſubtilietur ſecundum opportunitatem. Secunda intentio, diuerſio fiat cum clyſteribus, uentoſitationibus, fricationibus, ligaturis, & cum omni genere diuerſionum uſq; ad cauterium. Iuuamentum commune huic, & omnibus ſpeciebus uertiginis materialis eſt, ſi comprehenderis ipſam prouenire à retentione mẽſtruorum, aut ſanguinis hęmorrhoidalis, aut ſaniei ex auribus, aut alterius euacuationis conſuetæ, illa ſolita euacuatione remouetur. Tertia aũt intentio, perficitur cum applicitis ad extra infrigidantibus & repercutientibus ſi opus eſt, ſicut ex oleo roſaceo & aceto ſubtriplo ad ipſum. Et in fine cũ reſolutẽtibus puris, ſicut oleo chamomelino in medio mixtis. Et poteſt fieri cum emplaſtris, fomentis, embrocis calidis, aut frigidis ſecundũ materiæ exigentiam ex capitulo de ſoda colligendis. Quarta intentio, correctio accidentium fiat ſecundũ accidentia præſentia & imminentia, ſicut dictum eſt.

Quinta intentio, debitum regimen ſeruetur ſicut in ſoda ſanguinea dictum fuit. Curatio autem reliquarum ſpecierum uertiginis materialis, ſicut cholericæ phlegmaticæ & melancholicæ, completur iuxta quinque intentiones dictas, ſicut dictum fuit, & ferè cum eiſdem remedijs, quorum rememoratio præceſſit in ſoda à ſimili cauſa pendente, huic ergo capitulo accõmodentur. Si enim in ſingulis capitulis fieret dictorm ſuperius iteratio, nimium uolumen excreſceret. Et hæc de hoc capitulo ſufficiant.

DE PHRENESI CAP. III.

PHreneſis, Karabitus, ſirſen, ſunt nomina ſynonyma ſignificantia apoſtema ſcilicet calidum in panniculis cerebri, de quo diuerſi authores ſub his diuerſis nominibus determinant. Phreneſis autem eſt uocabulum Græcum, licet ſit ſumptum ab accidente conſequente hoc apoſtema, quod accidens eſt rabies cum alienatione. Attamen apud authores medicinę ſignificat hoc apoſtema: Karabitus uerò eſt nomen Arabicum ſumptum ab accidente quod eſt alienatio, propriè enim in lingua Arabica importat alienationem, ſed tranſumptum eſt ad ſignificandum apoſtema, ad quod ſequitur huiuſmodi alienatio. Sirſen uerò eſt dictio perſica à ſir quod eſt caput & ſen apoſtema quaſi capitis apoſtema, ſicut birſen dicitur à bir, quod eſt pectus & ſeu apoſtema quaſi pectoris apoſtema. Et ex his patet quid rei. Eſt enim apoſtema calidum per eſſentiam in panniculis cerebri, ad quod ſignificandum ſunt hi tres termini contracti. Verum aliquando ampliatur ad ſignificãdum apoſtema calidũ in ſubſtantia cerebri, quod eſt deterius & ut plurimũ interficiens in quarto, licet apoſtema panniculorum ſit magis doloroſum. Et cum tranſeunt quartum, ſecundum plurimum ſanantur. Eſt enim ægritudo peracuta. Et ſi quis quæreret quis panniculorum cerebri frequentius apoſtemetur. Dicendum hoc eſſe difficile ſcire, ſed dura mater citius debet apoſtemari, ex eo quod natura eſt minus de ipſa ſollicita & fortè à cauſis extrinſecus occurrẽtibus. Sed pia mater frequẽtius quia mollior

mollior & plena uenis & à cauſis intrinſecus occurrentibus magis apta apoſtemari. Compara ergo hęc adinuicem: ſed in pia matre eſt deterius. Neque habeas pro inconuenienti ſubſtantiam cerebri poſſe apoſtemari. Licet Serap. opinatus ſit cõtrarium, nam omnia membra ſiue dura ſicut oſſa, ſiue mollia ſicut cerebrum, & pulmo, poſſunt apoſtemari: omnia enim membra quę poſſunt extendi cum nutrimento, & augeri, poſſunt etiam extendi cum ſuperfluitate & ſic apoſtemari. Notate tamen membra dura ſicut oſſa & panniculi frequentius apoſtemari à materia calida ſubtili: ſi apoſtementur per uiam defluxus. Et ecõtrario membra rara mollia à materia frigida & groſſa. Vbi uero per uiam paulatinæ congeſtionis, tunc apoſtematur ſecundum naturam ſui nutrimenti, & ſuperfluitatis inde deciſæ.

CVm aliquem febris concluſa continuata inuaſerit cum forti capitis & oculorum grauedine, & in facie atque in oculis uehemens fuerit rubedo, & capitis dolor, & horror luminis affuerit, & in pulſu uelocitas & frequentiæ ſuperfluitas inuenientur, ſigna phreneſis certiſſima iudicabuntur. Quod ſi lingua nigra aut citrina fiat, & permiſceatur intellectus, & multum fuerit alienatus, et uigilauerit multum, iam phreneſis perfecta eſt.

Diuiditur præſens capitulum in duas partes. Primò agit de phreneſi theoricè: ſecundò practicè. Secunda ibi. Aegro itaque antequam. Prima in duas. Nam primò ponit ſigna phreneſis inchoãtis ſiue nõdum confirmatæ. Secundò ponit ſigna phreneſis cõfirmatæ. ſecunda ibi. Quod ſi lingua nigra. In prima parte Raſis ponit ſex ſigna phreneſis inchoantis: ſiue prognoſtica phreneſis ex proximo ſecuturę. Prima eſt febris continua concluſa, id eſt, in qua non ſunt excreſcentiæ aut decreſcentiæ, quod eſt proprium febri ſanguineæ, ex ſua forma ſpecifica, ut nõ creſcat de die in diem, nec de tertio in tertiũ, aut de quarto in quartum. Vbi uerò phreneſis eſſet cholerica febris, ſequẽs eſſet cauſon aut tertiana continua. Secundum ſignũ eſt fortis grauedo capitis et oculorũ, propter multitudinem ſanguinis in his partibus grauitantis, licet hoc ſignum ſit commune phlegmati & melancholiæ, & non ſit choleræ. Tertium ſignum eſt uehemens rubedo in facie & oculis, quod eſt proprium ſignum ſanguinis, ſi rubedo illa fuerit purpurea tendens in obſcurum. Vbi autem fuerit purpurea tendens in citrinum, magis atteſtatur choleræ. Verum tenſio uenarum facit differre inter ſanguinem & choleram, cum in ſanguine ſit ualde maior. Quartum ſignum eſt capitis dolor proueniẽs immediatè à mala complexione & ſolutione continui. Eſt tamen differens in proueniente à ſanguine aut à cholera, quando proueniẽs à ſanguine ſit extenſiuus, à cholera uerò mordicatiuus et pungitiuus. Quintum eſt horror luminis, quia lumen nimium calefacit, diſgregat & dilatat amplius ſanguinem, & ſpiritus ipſos magis ad partes faciei et oculorum trahit, unde æger ex lumine læditur, propterea ſe conuertit ad tenebras effectus cõtrarios iam dictis producentes. Verum horror luminis poſſet ex alijs cauſis cõtingere, ſicut ex ſpiritibus paucis & ſubtilibus, & cæteris cauſis noctilopę, ſicut ex ulcere corneæ. Sextum ſignum eſt uelocitas, & magna frequentia in pulſu propter neceſſitatem adauctam, cui non poteſt per ſolam magnitudinẽ ſatisfieri, aut fortè debilitata uirtute aut inſtrumento facto inobediente pulſus eſt paruus. Verum in proueniẽte à ſanguine pulſus eſt maior, & magis plenus quàm in proueniente à cholera. In ſecunda parte ponit ſigna demonſtratiua phreneſis præſentis, & iam confirmatæ. Primum eſt lingua nigra, aut citrina: citrina quidem ſi proueniat à cholera, & tandem efficitur nigra & arida aduſtione continuata. Si uerò à ſanguine efficitur nigra per aduſtionem non tamen præcedente citrinitate. Secundum ſignum eſt permixtio intellectus, id eſt, corruptio cogitatiuę & exiſtimatiuę, & multa alienatio, id eſt, corruptio & magna læſio ſenſus communis, quæ etiam imaginatiua dici poſſet: poteſt enim & rectè & corruptè imaginari, quod multo magis poteſt cogitatiua, quod prouenit ex phreneſi in organis harum uirtutum facta: nam ſi fuerit in primo uentriculo, magis læditur ſenſus communis: ſi in ſecundo, magis cogitatiua & exiſtimatiua: ſi in poſteriori, magis memoratiua. Tertium & ultimum ſignum eſt ſuperflua uigilia proueniens ex uehementi caliditate & ſiccitate, ſicut ad ſomnum magis facit frigiditas & humiditas.

Iam opus eſt pro complemento huius partis theoricæ ut ponamus ſpecies et cauſas, & ſecundò ſuppleamus ſigna quæ omiſſa ſunt à Raſi, & ultimò prognoſtica iuxta morem conſuetum. Phreneſis eſt duplex, uera & nõ uera. Vera eſt apoſtema calidũ per eſſentiam in panniculis cerebri. Et eſt duplex. Quædam parua lædens unum uẽtriculum tantum pendens à pauca materia. Quędam eſt magna ualde pendens à multa materia apoſtemante ferè omnes partes pãniculorum, & lædente ferè omnes operationes ſenſuum interiorum. Imo quandoque adeo excreſcens eſt, ut propter multitudinem extenſionis dilatet commiſſuras, & tumor partibus extrinſecis communicetur. Quædã eſt media inter has. In parte tamen poſteriori raro ſit phreneſis propter frigiditatem eius, ſed ſecundum plurimum lithargia. Phreneſis autem non uera, quæ dicitur periphreneſis, id eſt, iuxta phreneſim non eſt apoſtema, ſed adſunt accidentia ueram phreneſim conſequentia, ſicut dolor, alienatio, & uigiliæ, & huiuſmodi: hæc autem pendet à materia, ſiue à uaporibus à toto communicatis calidis, imprimentibus nocumentum in cerebro, ſunt in febribus acutis, & criſi. Et aliquando per ſimplicem alterationem acuendo ſpiritus & ſanguinem. Secunda cauſa eſt humoris acuti in ore ſtomachi, uel in fundo cõmunicantes nocumentũ cerebro.

Tertia cauſa eſt apoſtema ſtomachi, aut dolor

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.21

uehemēs in eo, ſimiliter apoſtemata cholerica uel ſan-
guinea in alijs membris communicātia fumos uel no
cumentum abſolutè, ſicut apoſtema almochati, dia-
phragma pleureſis, mediaſtini, pulmōis, lacertorum,
pectoris, ueſicę, renum, matricis, inteſtinorū, iunctu-
rarum, & membrorum neruoſorum. Veræ autem
phreneſis, cauſæ primitiuæ, ſunt omnia exacuentia
choleram, uel ſanguinem & cerebrum multum caleſa
cientia ſicut ſol, aëris caliditas, cibi & potus nimis ca-
lidi & multi, motus fortes & huiuſmodi. Cauſæ cor-
poreę ſunt duplices, antecedētes & coniunctæ. An-
tecedētes ſunt humores ſubtiles, acuti, apti penetrare
in panniculos ſicut ſanguis cholericus, cholera rubea,
cholera citrina, et quādoq; humores aduſti ſubtiles, ſi
cut ſanguis & cholera aduſti: frequētius tamen euenit
à ſanguine & eſt benignior, deinde à cholera ſiue ru-
bea, ſiue citrina & eſt malignior: deinde ab humori-
bus aduſtis, & eſt maligniſſima cui aſſociatur dæmo-
nium. Placuit tamen Auenzoar ipſam poſſe proue-
nire à melācholia fecali tertio theiſir. Et ſubdit quòd
licet humores calidi ſint frequētius in cauſa ſicut cho-
lera & ſanguis: ipſi tamen non ſunt puri, ſed aquoſo
phlegmati permixti à quo cerebrum non denuda-
tur. Cauſæ autem coniunctæ ſunt idem humores
actu facientes apoſtema.

Signa ueræ phreneſis, quædam ſunt prognoſtica,
quædam ſunt demonſtratiua, & quædam rememo-
ratiua. Primum ſignum prognoſticum phreneſis
ſunt febres acutæ, continuæ, maximè cum dolore ca-
pitis. Secundum, ſtipticitas uentris in eis et ſubtilitas,
urinæ, materia cholerica petēte ſuperiora. Tertium
obliuio rei nouiter factæ ſine cauſa exteriori, quia ſi-
gnificat materiam iam opprimere cerebrum. Quar
tum, ſomnia mala terribilia, et procliuitas ad iram &
odium ſine cauſa, quia arguit materiam calidam pe-
tere cerebrum. Quintum, dolor capitis cum reple-
tione & extenſione uenarum faciei & oculorum.
Sextū, facies citrina præter ſolitum. Septimum, ui-
gilię prolixæ. Octauū, ſomnus inquietus cū furore
& clamore. Nonum, ſtridor dentium non conſue-
tus in ſomno & in uigilijs.

Signa autē prognoſtica phreneſis iam inchoantis,
ſunt illa ſex quæ poſuit Raſis, in textu ſuperius expo
ſita, ſcilicet, febris continua concluſa, magna capitis
& oculorū grauedo, uehemēs in facie & oculi rube-
do, dolor capitis, horror luminis, uelocitas in pulſu et
magna frequentia. Et ex prognoſticis eſt corporum
præparatio. Corpora autem prępparatiora ad phre-
neſim, ſunt ſanguinea et cholerica, & magis iuuenes
quàm ſenes. Ex qua cōiter ſenes non euadūt. Iuuenes
autem cæteris paribus magis euadunt. Sed pueri ma-
ximè inter omnes.

Signa uerò demōſtratiua phreneſis præſentis ſunt
tria poſita à Raſi, & ſuperius expoſita, ſcilicet lingua
nigra, aut citrina, permixtio intellectus, et multa alie-
natio, nec nō multæ uigiliæ. Hæc nāq; ſigna ſimul cū
præcedentibus & cum his quæ ſequuntur præciſè di-
ſtinguētibus ueram à non uera, & cum his quæ ſigni-
ficant partes cerebri læſas, & cum ſignificātibus cau-
ſas cōiunctas ipſius phreneſis, ſunt certa ſigna demon
ſtratiua phreneſis præſentis.

Signa diſtinctiua inter phreneſim ueram & nō ue-
ram ſunt, quia cum dolor capitis perſeuerat, & aliena
tio, & uigiliæ, & febris continua concluſa, & cætera
ſigna phreneſis iam dicta, tunc eſt phreneſis uera. Si
uerò hæc accidētia interpolētur & creſcente febre, aut
alia ægritudine, quæ præceſſit creſcāt, & illa decreſcē-
te decreſcant, & illa recedente etiam recedant, tunc eſt
phreneſis non uera, ſicut in paroxyſmis febris acutæ
frequenter accidit, & non eſt aliqua phreneſis per cō-
munitatem quæ ita appareat continua, & faciat me-
dicum quandoq; errare ſicut quæ ſequitur apoſtema
diaphragmatis. Secūdò, phreneſis uera non fit ſubi-
tò, ſed paulatim, & ſemper augendo procedit, non ue
ra fit ſubitò, & quandoq; augetur & quandoque mi-
nuitur. Tertiò, in nō uera pręceſſit nocumentū toti-
us aut alicuius mēbri, ſed in uera nō eſt hoc neceſſariū.

Signa uerò cauſarum phreneſis ſunt, quia incipit
cum rubedine oculorum, uenarum tenſione & pleni-
tudine, & cæteris ſignis atteſtantibus ſanguini, ex æ-
tate, complexione, habitudine, tempore, regimine,
&c. tunc illa phreneſis eſt ſanguinea. Præterea eſt
cum riſu. Tertiò, eſt uniformis propter motum ſan
guinis eſſe uniformem. Alij autem humores habent
motus determinatos, quibus mouentur, aut de die
in diem, aut de tertio in tertiū, aut de quarto in quar-
tum. Quartò, diſtillatio ſanguinis ex naribus.
Quintò, oculi pleni lippa. Sextò, ſomnus longus. Se-
ptimò, imagnationes rubeæ. Octauò, lingua rubea
poſtea nigra per aduſtionem. Si uerò ſit cum rixa, ra-
pacitate & audacia, inquietudine, & facies & oculi fu
erint citrini & ſicci, & multę uigiliæ, linguę citrinitas,
deinde nigredo cum aſperitate & alia ſigna ſignificā-
tia cholerā, tunc phreneſis eſt cholerica, quibus addas
imaginationes citrinas, attenuationes nariū, tractio-
nē frontis ad ſuperiora, ſpaſmatis, muſculis frontis.
Si uerò ſit cum rixa continua, maxima inquietudine
permixta melancholię, cum continua uigiliarum in-
ſtantia, febri acutiſſima, cū nigredine linguæ & aſpe-
ritate, & cæteris ſignis ſignificantibus humores adu-
ſtos, tunc pendet ab humoribus aduſtis, & ſunt oculi
turbati ex directo pupillæ, uaporibus aduſtis ſpiriti-
bus permixtis. Et cum his duabus ſpeciebus frequēter
cōiungitur dęmoniū, ita ut ſint cum furore maximo
omnes percutiētes, nec poſſunt teneri niſi difficulter.
Et ſi nō tenerentur proijcerēt ſe ex feneſtris. Si uerò
ſint nunc cum fletu, nūc cum riſu, & cæteris ſignificā-
tibus humores mixtos, tunc pendet ab eiſdem.

Signa uerò ſignificātia partes cerebri læſas ſumun
tur maximè à læſione operationum. Nam ſi læda-
tur ſenſus communis, ut quia non cognoſcat ſenſibi-
lia extrinſeca ſibi prius nota, nec inter ea ponat con-
uenientiam & differentiam, & colligant uillos, & ſci-
ſcitantur ſpecies ſenſatorum, quæ non ſunt & corru-
pte imaginentur, tam in luce quàm in tenebris, tam
oculis apertis quàm clauſis, tunc læſio eſt in parte an-
teriori cerebri, & in primo uentriculo, quod confir-
matur ſi nocumētum oculis communicetur, ut quia
fiāt ophthalmici, et ſimiliter ſi dolor ſuus fuerit in par
te anteriore. Si uerò dolor fuerit in medio capitis,
& læſa fuerit cogitatiua ut quia malè diſcurrat, malè
componat & diuidat, & ſimiliter exiſtimatiua, ut
quia eliciat amicitiam, ubi debet elicere inimicitiam,
aut econtrario, & alia ſimilia, tunc phreneſis eſt in ſe-
cundo

cundo uentriculo & hic turbatur, in eo quod audiat
quia nerui auditus ſcilicet, quintū par. correſpondet
medio uentriculo, licet ſit uериſimilius neruos omniū
ſenſuum ad primum uentriculum, ſcilicet, organum
ſenſus communis terminari, & loquitur cum aliena-
tione plurima, quia cogitatiua eſt domina ſermonis.
Si uerò fuerit obliuioſus nec reſeruauerit ſpecies aut
intentiones, quas meritò debuiſſet ſeruare, ut quia pe
tit urinale & obliuiſcit propter quod petit, tunc phre
neſis eſt in poſteriori cerebro, et præcipuè ſi dolor fue
rit in parte poſteriori. Si uerò fuerint læſæ plures uir-
tutes cum febre maxima & dolor fuerint in pluribus
partibus, uериſimile eſt phreneſim multis partibus cō-
municari, ſed hoc attendendū eſt in principio non in
ſtatu, quia fortè tunc poſſet nocumentum unius par
tis toti communicari.

Signa uerò diſtinguentia inter apoſtema cerebri,
& panniculorum ſumuntur ex dolore. Quia non eſt
dolor niſi obtuſus ex apoſtemate cerebri, & adeſt ru-
bedo aut citrinitas in oculis, ita ut appareant ophthal
mici, & pulſus eſt undoſus. Contraria ſigna ſunt in a-
poſtemate panniculorum, & apparent oculi in apo-
ſtemate cerebri, quaſi exeūtes propter impreſſionem
à neruis opticis apoſtematis, & oculus illius lateris in
quo eſt apoſtema ſibi magis compatitur. Verum a-
poſtemate exiſtente magno quandoque dolor ultra
modum excreſcit propter extenſionem panniculo-
rum, ſed quomodocunque ſit, cæteris paribus, magis
communicatur nocumentum oculis in apoſtemate
ſanguineo, & cholerico cerebri quàm panniculorū,
& eſt maior ægritudo, ſecundum plurimum inter-
ficiens in tertio propter nobilitatem membri, & ſi
non moriuntur, uſque ad quartum euadunt.

Signa temporum phreneſis. Primum, quia ſubſcri
pta accidentia remiſſa cum inchoant ſignificant prin
cipium. Cum manifeſtè augentur, augmentum.
Cum ſtant in ſua maxima intenſione, ſtatum. Cum
uerò manifeſtè declinant, declinationem, licet ra-
rò declinent, cum ſecundum plurimum moriantur.

Secundum, dolor communicatus parti poſte-
riori quando ſolum prius fuerit in ſincipite, ſi-
gnificat phreneſim factam, & materiam in panni-
culis fixam, & hoc uniuerſaliter ſignificat exiccatio
oculorum à forti flamma, & poſtea fluxus lachry-
mæ inuoluntariæ maximè ex oculo correſpondente
parti læſæ propter defectum contentiuæ, & eſt mor-
tale, primo prognoſticorum, comment. 14. & Gale.
quarto Aphoriſ. comfirmat, etiam ſignificat fluxus
ſanguinis narium guttatim, natura nequeunte mul-
tum expellere.

Signa uerò rememoratiua ſunt accidentia ex phre
neſi derelicta. Signa permutationis phrene. ſunt hæc.
Si permutatur in lithargiam, primò remittuntur om
nia accidentia ſequentia feruorem. Secundò profun-
dantur oculi magis quàm in lithargia non conſequē-
te phreneſim, magis conſumpta humiditate ex phre-
neſi præcedente, & materia magis deriuata uerſus po
ſteriorem uentriculum. Tertiò adſunt magis lachry-
mę, materia ad naturā phlegmatis uerſa. Quartò cur
rit ſaliua ſiue ſuperfluitas humida. Quintò, pulſus tar
dus diminuta neceſſitate, & lenis, & undoſus remota
ſiccitate. Signa permutationis in aſchachilos ſumē-
da prima tertij, tractat. 3. cap. de ſignis Karabiti circa
finem. Primo occultatur nigredo oculorum oculis
tractis uerſus cerebrum ſicut in appropinquantibus
morti, & apparet albedo oculorum uerſus cerebrū.
ſecundò dormit ſupinus uirtute debilitata. tertiò in-
flatur etiam uenter eius propter defectum caloris, ua
pores groſſos exiccantis & non reſoluentis unde re-
tinentur. quartò extenduntur oſſa pectoris anhelitu
magnificato ob phreneſis augmentum. quintò mul-
tiplicatur tremor membrorum ob defectum uirtu-
tis motiuę, uel tremor, id eſt, iectigatio propter uapo
res communicatos muſculis & neruis. ſextò apparēt
teſticuli albi ſanguine & ſpiritu tractis ad caput. Si
uerò permutetur in hecticā, fit pulſus durus, paruus,
frequens, ſecundum habitudinē unam, oculi profun-
dantur ob reſolutionem humiditatum, corpus deni-
gratur ex arefactiōe, & multa alia ſigna hecticorum.
Si mutetur ad ſpaſmum, erunt ſigna ſpaſmi, de qui-
bus infra dicetur in capitulo de melancholia. Si uerò
ad ſubſtantiam cerebri ſigna patēt ex dictis ſuperius.

Prognoſtica. Quando phreneſis adeò excreuerit
ut ſeparauerit commiſſuras et tumor partibus extrin
ſecis ſit communicatus, tunc eſt mortalis. Secundū,
permixtio ratiōis cum fletu & riſu ex quo ſignificat
permixtio ſanguinis & melancholiæ eſt ualde mala.

Tertium, phreneſis facta ex permutatiōe peripneu-
monię ad ipſam, ut ſeptimo Aphoriſ. 12. Aphoriſ. In
perepneumonia phreneſis malū, quod intelligendū
eſt tam de non uera phreneſi ſignificante calorem in-
tenſum, & fumos malignos caput petentes, quàm de
uera phreneſi permutata materia ſymptomaticæ ad
cerebrum, quæ permutatio eſt praua & mortalis, ut
poſt tantam ęgritudinem apoſtemetur cerebrū mem
brum principale: non uera autem ſignificat malitiam
peripneumoniæ, quæ ſecundum plurimum eſt mor-
talis. Similiter ſi phreneſis uera permutetur ad non
ueram eſt malum ualde, ſicut ſi materia apoſtematis
panniculorum cerebri permutetur ad pulmonē, aut
diaphragma, & ſic cordi uicinetur. Similiter ſi tāta
fit ut communicet nocumentum abſolutū illis mem-
bris ut quia doleant, & impediātur in operationibus
ſuis eſt uehementer malum, &c. Similiter ſi permute-
tur ad ſubſtantiam cerebri eſt citò perimens. Si uerò
permutetur ad loca emunctoria cerebri, aut aliquod
membrū ignobile, permutatio illa ſalubris eſt. Quar
tum, ſpaſmus ſequens phreneſim mortalis præcipuè
de inanitione. Quintum uomitus cholerę rubeæ aut
citrinæ præcipuè ad quem nō ſequitur alleuiatio ma
lum, ſed uomitus choleræ zinariæ prædicit feſtinam
mortem. Sextum, urinæ limpidæ claræ ſignificantes
deriuationem materię ad cerebrum, & uirtutis impo
tentiam ad expellēdum ad uias urinæ, ut quarto A-
phoriſ. Quibus urinæ limpidę clarę pronunciāt mor
tem. Vnde Auicenna, nullus uiſus eſt habens apoſte-
ma in partibus cerebri, cuius urina fuerit aquoſa qui
euaſerit. Septimum phreneſis in qua habetur fiducia
eſt in qua æger recordatur alienationum ſuarum: nō
enim eſt cerebrum ultimè oppreſſum. Octauum, ſpe-
randum eſt in ea in qua eſt riſus continuus, ut ſexto
Aporiſm. deſipientiæ quæ cum riſu fiunt ſecuriores.
Significant enim materiam ſanguineam benignio-
rem. Nonū, fluxus hæmorrhoidalis ſequens ad phre

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.22

neſim bonum, cum per illum quandoque etiam cauſa coniuncta educatur, aut ſaltem cauſa antecedens fouens cõiunctam, unde poſtea redditur uirtus fortior ſuper coniunctam ad eam reſoluendam. Decimum, phreneſis in lithagia permutata ſecũdum plurimum bonum: ſi uerò ad dæmonium, pernitioſum: materia facta aduſta, & magis acuta & maligna, ſi uerò ad hecticam materia communicata toti, aut reſoluta, caliditate fixa remanente bonum', dat enim inducias, permutatata autem in aſchachilos mortem feſtinam, materia putrefaciente panniculos cerebri. Vnde ſeptimo Aphoriſ. Quicunque in cerebro ſchachilon patiuntur, in tribus diebus pereunt. Vndecimum, fluxus ſanguinis narium frequenter ſoluit phren. Duodecimum, ſudor ſuperueniens non diaphoreticus frequenter eſt ſalubris terminans ipſam. Si uerò fuerit diaphoreticus, mors feſtina ſequitur. Decimumtertium, rixa fortis, continua inquietudo, ſaltare ſuper parietes in phreneſi uera, mortale: ſignificat enim dæmonium eſſe coniunctum, Et ſi quæratur unde eſt quòd ſunt ita fortes ſecundum uirtutem motiuam, & ita debiles ſecundum ſenſitiuam. Dicendum quòd apparent fortiores ſecundum uirtutẽ motiuam quàm ipſi ſani: quod tamẽ non eſt uerum, ſed hoc prouenit quia mouentur ſecũdum ultimum conatum parendo menti læſæ quod nõ faciunt dum ſunt ſani, niſi fortè fugientes pericula ſicut ignem, aut à uolentibus ipſos occidere: uirtus autem ſenſitiua diminuta eſt, quia exiccatio proueniens à phreneſi, magis lædit neruos ſenſitiuos quàm motiuos, cum nerui ſenſitiui operationes ſuas magis humiditate perficiant, & etiam ex alio, quia mente ægrotante non debitè ſentiunt etiam res doloroſas iuxta Aphoriſmũ ſecundæ partic. Quicunque dolentes aliquid corporis plurimum dolorem non ſentiunt, his mens ægrotat. Decimumquartum, ſi bibunt aquam & ſtrangulantur, de proximo moriuntur, anhelitu impedito, aut fortè meri ſpaſmato, et pręcipuè ſi in ſtrãgulatione illa ſpuma circa os appareat: nigreſcunt enim eorũ facies propter caloris innati ſuffocationem. Et quia ſpiritus & ſanguis ad loca ita uehementer lęſa conuertuntur & oculi ſunt cõgelati, non moti propter ſpaſmum, & fit frequenter ſtrangulatio cum propter neceſſitatem magnam non poſſint tanto tempore continere anhelitum donec bibant. Decimumquintum, quando currunt inſania ducti agentes ſecundum ultimum conatum, deinde cadunt ſtatim, moriuntur ſpiritibus reſolutis. Decimumſextum eſt ſumptum ex libro Hippocr. ſi in ſiniſtro pollice infirmè apparuerit ſimilitudo fabæ citrinæ, duræ, & infirmus ſoluatur ſuperius & inferius, moritur in ſexto: nam per illud apparens in pollice, ſcilicet manus & ante ſigna digeſtionis ſignificat materia mala uenenoſa, ſcilicet ſtimulans uirtutem, & uirtus ſignificatur impotens cum non poſſit expellere ad extra, ſed ſolum creticè per uiam permutationis & partem ualde paruam, & hoc confirmat, quia natura ſymptomaticè operans ſoluit uentrem uel prouocat uomitum, ideo moritur in ſexta quæ aſſimilatur ſæuo tyranno ſi non moritur ante. Decimumſeptimum, inquiſitio extremitatum & feſtucarum eſt mortale, primo prognoſticorum, com, 17. ad finem, quia ſignificat ultimam corruptionem uirtutum interiorum, & frequenter fit cum clauſione oculorum. Decimumoctauum, eſt frigus perſeuerans extremorum propter conuerſionem ſanguinis & ſpirituum ad caput apoſtematum, ut quarto Aphoriſ. com. 48. In non deficientibus febribus ſi quæ extra frigida fuerint, &c. Et 7. Aphoriſ. In morbis acutis frigiditas extremitatum malũ. Decimumnonum, anhelitus diuerſus & inordinatus aliquando interceptus propter fortem dolorem, aut quia anima eſt ad aliud officiũ conuerſa, unde obliuiſcit anhelare, malũ. Vigeſimũ, extẽſio oſſium pectoris neceſſitate cogente ad multũ dilatandũ pectus, licet hoc amplius appareat in phren. ab apoſtemate diaphragmatis, malum. Vigeſimumprimum, tremor membrorum nocumento epatis communicato, malum, aut fortè ſoluit ægritudinem. Vigeſimumſecundum, abſciſio uocis aut propter ſpaſmum, aut quia obliuiſcitur loqui, mortale. Vigeſimumtertium, ſi deſyderant aquas, ſed parum bibunt, quia continuè uarijs imaginationibus diſtrahuntur, malum. Vigeſimumquartum, pulſus durus ſerrinus eſt propter apoſtema eſſe in membro ſicco, ſcilicet panniculis. Si uerò eſſet in ſubſtãtia cerebri eſſet undoſus: ſi in utraque erit mixtus, & eſt uelox, ut ſatisfaciat neceſſitati, & tandem ægritudine procedente fiet frequens, tum quia uirtus debilis nõ poterit ipſum magnificare aut uelocitare, tum quia inſtrumentum fiet inobediens. arteria præter modum exiccata, diuerſus & inordinatus propter uirtutis debilitatem, & fortem pugnam, tremulus propter uirtutis ſubleuantis impotentiam, aut propter reſiſtentiam ex duritie arteriæ, aut quia ſequitur tremorem cordis ad quem ſequitur ſyncopis, ſpaſmoſus, quia arteria reperitur tenſa ad modum chordæ & ſignificat phren. factam & ſpaſmum de inanitione aut non proportionatũ ad materiã. Et ſi erit calida & ſicca magis quàm frigida & humida ſignificat ægritudinem factam, & ſecundum plurimum mortem. Vigeſimumquintum, quieſcere in maiori parte corporis & non in manibus arguit uirtutem proſtratam quæ prius deficit in pedibus q̃ in manibus. Vigeſimumſextum, pigrè loqui & ſubmiſſè cum alienatione mortem portendit ſignificans uirtutis oppreſſionem. ſecunda quarti, alienatio cum alguaza, id eſt, uoce ſubmiſſa & taciturnitate eſt mortale. Vigeſimumſeptimum, diſtillatio urinæ inuolũtariæ, malum. Vigeſimumoctauum, obliuio doloris, niſi abſunt cauſæ doloris, mortale.

Aegro igitur antequam prædicta compleantur accidẽtia, eſt ſubueniendum ex ſanguinis detractione, & uentris ſolutione cũ ſucco fructuum.

In hac parte Raſis ponit curam phreneſis. Et diuiditur hæc pars in quatuor, Primò curat phreneſ. per euacuationem, ſecundò per dietam, tertiò cum medicinis capiti applicitis, quartò iterum redit ad complẽdum ſermonem de phlebotomia. ſecunda ibi. Nutrimentum uerò. tertia ibi. Caput autem. quarta ibi. iuxta finem capituli. Cum autem ęger. De prima parte dicit Raſis phreneticum eſſe curandum cum ſanguinis extractione antequam prædicta accidentia compleantur.

compleantur. Pro quo notate feſtinandnm eſſe in cura phreneſis, et ſimiliter in cura cuiuſcunq; ægritudinis non dantis inducias: nam ſi in phreneſi expectetur quòd materia ſit fixa, cura erit caſſa & uana, uerum antequam figatur, cura eſt poſſibilis, ſed non apud negligentes, & ſtolidos, ergo quamprimum occurris præmiſſa uentris lenitione, aut natura. aut arte cum clyſteri leniente, fac phlebotomiam uirtute, & ætate et cęteris conſentientibus quæ phlebotomia ſit copioſa uſque ad ſyncopim excluſiuè ſi oportuerit multo ſanguine peccante, & fiat ex cephalica eiuſdem lateris, poſt hæc ſi cholera fuerit permixta ſanguini cum ſucco fructuum euacuetur, quæ medicina ſuperius poſita fuit in cap. de cephalæa.

Nutrimentum uero eius ſit aqua hordei ſemel, aut bis in die ſumpta ſecundum conſuetudinem quam in tempore ſanitatis habuerit.

In hac parte curat per dietam exhibendo aquam hordei ſemel aut bis ſecundum cõſuetudinem, quam æger in ſanitate habuit. Pro quo notate duplicem aquam hordei. Vnam quæ eſt potus medicinalis. Altera uero potus tantum quando eſt potus medicinalis fit hoc modo. ℞. hordei excorticati & bene fricato cum panno aſpero ℔. 1. aquæ claræ ℔. 20. bulliant in uaſe uitreato bene mundo, lento igne, & ſine fumo ad conſumptionem medietatis & coletur. Hęc quidem cum hoc quod eſt potus, eſt etiam medicina. Lenit enim uirtute medullæ hordei & abſtergit per corticem eius. Secunda uerò quæ eſt potus tantum recipit, ut ſupra hordei conditi, ℔. 1. laua ipſum pluries cum aqua calida, deinde cum 10. ℔. aquæ facias ipſum bulire una ebullatione, poſtea aquam proijce, deinde ponas ſuper ipſum aquæ ℔. 20. & decoquitur uſque ad conſumptionem medietatis. Hæc enim aqua ſitim & aſperitatem ſedat, inflammationem extinguit, uentrem lubricum reddit, præcordia humectat, & non eſt abſterſiua. Si uerò hæc aqua ulteriorem decoctionem recipiat infundendo in ea parum poſtquam circa ℔. 10. aquæ calidæ efficitur cibus & potus, quæ quibuſdam colata, quibuſdam uerò non colata ſecundum neceſſitatis exigentiam ab Hippocrate dari præcipitur, Colata tamẽ eſt minus nutritiua. Et quãdo adhuc ulteriorem recipit coctionem uſqueadeo ut habuerit mediocritatem inter ſpiſſum iunctum, & liquidum, eſt cibus laudabilis habẽs bonitates ſolennes Si ergo phreneſis acutiſſima fuerit ſtabimus contenti aquæ hordei, quæ eſt potus medicinalis, aut potus tantum. Si uerò fuerit paucæ acuitatis dabimus ptiſanam habentem mediocritatem inter ſpiſſum iunctum, & liquidum. Si uerò phreneſis fuerit media, dabimus mediam inter has quæ eſt cibus & potus. Verum moderni ex farina hordei faciunt ptiſanam, quę eſt cibus ſatis cõueniens ſi bene decoquatur, & moderni etiam non ita tenuiter dietant ſicut antiqui, cum homines noſtri tẽporis magis gulę indulgeant. Si autem uolueris eſſe contentus aqua hordei conſulo, ut ſaltem quater in die naturali exhibeas, ſcilicet quinque aut ſex uncias pro uice.

Caput autem ex oxyrodino infundendum erit. Quòd ſi multæ affuerint uigiliæ ſumantur uiolarum ſiccarum, corticum papaueris albi. hordei excorticati, ſem. lacturarum, radicis mandragoræ, omnium. ana. M. 1. quæ omnia in curcuma plena aqua tamdiu coquantur donec aqua rubefiat, deinde aqua illa dum eſt tepida, ab alto ſuper caput fundatur, & ſic caput ſuper ciminile in quo aqua colligatur, quæ in curcuma poſita, iterum ſuper caput fundatur, hoc autem omni die multoties fieri conuenit. Caput præterea ex oleo uiolato muliebri lacte admixto iungendum erit, quod etiam in cotto poſitum capiti eſt ſupponendum.

In hac tertia parte iubet quaſdam medicinas capiti apponi ad infrigidandum caput & confortandum, & materiam ad ipſum uenientem repercutiendum. Prima eſt oxyrodinum, id eſt, ex aceto & roſis. compoſitum, uel in quo eſt uirtus roſarum, iſtud eſt medicamen ſupra deſcriptum in cura ſodæ ſanguineæ, in quo acetum eſt ſubquadruplum ad aquã roſaceam, & oleum roſaceum, uerum melius eſt, ut ſic tertia pars ſi intendas magis repercutere, & ſit oleum omphacinum factum ex oliuis immaturis, & roſæ ſint albę ſylueſtres non maturę. Secunda medicina adminiſtranda eſt ubi multæ fuerint uigiliæ, cuius eſt hæc deſcriptio. ℞. uiol. ſicca. quæ ſunt frigidæ & humidæ in primo, hordei excorticati frigidi & ſicci in primo, corticis papaueris albi, frigidi in tertio, ſicci in primo, ſem. lacturarum, frigidi & humidi in ſecundo, radicum mandragoræ frigidæ in tertio, ſiccæ in ſecundo, omnium ana. M. 1. quæ omnia in curcuma & eſt uas ſatis notum, plena aqua donec aqua rubea fiat, decoquantur uſque ad conſumptionem medietatis. Violæ tamen ponantur in fine decoctionis. Hæc autem aqua ſuper caput ex alto fundatur embrocando, & ſit caput ſuper concha, in qua aqua colligatur, quæ aqua in curcuma poſita iterum ſuper caput fundatur, quod in die multotiens fieri conuenit, ut uirtus medicinæ ad profundum penetret: forti enim ægritudini fortis medicina opponitur. Et hæc aqua debet eſſe tepida aut actu frigida, magis aut minus ſecundum fortitudinem uirtutis, conſuetudinem ægri, & gradum ægritudinis cui apponitur. Tertia medicina conficitur ex oleo uiolaceo, lacte muliebri admixto ex quo caput eſt inungendum, & cottum ſiue peciæ lineæ in eo confuſæ ſunt ſupponendæ, & multotiens reiterandæ ad tollendum malam complexionem calidam.

Cum autem æger iu principio huius æ-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.23

grĭtudinis in uirium fortitudine permanere inuentus fuerit, phlebotomandus eſt, niſi ſuper iufirmũ timueris. Poſtquã uerò eius ægritudo minui cœperit nequaquã phlebotometur, quòd ſi eius iã ſoluta uirtus eſt, ex alio præſeruetur regimine donec euadat

In hac parte ultima dicit phlebotomiam eſſe faciendam duabus conditionibus obſeruatis. Prima quòd ægritudo ſit in principio aut ſaltem non ſit in ſtatu tota materia iam fluxa. Secunda, quòd uirtus ſit conſtans, ad ætatem & reliqua à quibus ſumitur indicatio de phlebotomia. Vltimò dicit, quòd cum ęgritudo declinare incęperit nequaquam fiat phlebotomia, imo ſi tunc uirtus temporis fuerit diſſoluta, regatur alio regimine magis ingroſſante exhibendo aliquid carnium tenuium conditarum cum uino granatorum, aqua roſacea, ſucco arancij, acetoſitate citri, & etiam aliquid uini pauciferi optimè lymphati donec ad ſanitatem redeat.

Cura phreneſis quinq; exigit intentiones curatiuas, prima euacuat, ſecunda diuertit, tertia repercutit malam complexionem alterando, in fine reſoluens, in medio ſimul repercutiens & reſoluens, quarta corrigit accidentia, quinta ordinat debitum regimen ſex rerum non naturalium. Prima intentio. Mihi non occurrit niſi unus caſus in quo non competit phlebotomia, ſcilicet quando phreneſis pendet à ſola cholera nullo ſanguini permixta, corpore etiam exiſtente pauci ſanguinis. In hoc enim caſu ſola pharmacia opus eſt. Tunc ergo exhibeatur aqua fructuum. ℞. prunorum ℥.s. tamarindorum. ℥.2. uiol. ʒ.2. mirobolanorum citrin. ℥.1. contundantur groſſo modo mirobolani, reliqua addantur præter uiolas & bulliant in 10. ℥. aquæ ad conſumptionem medietatis, ſed uiolæ ponantur in fine decoctionis, coletur & clarificetur, & in potu tepida exhibeatur. Si uerò uenter eſſet nimis ſtipticus poſſet addi aliquid mannæ, aut aliquid parum electuarij de ſucco roſ. aut electuarij de pſillio & ſimilium &c. Si aũt medicinam ſumere non poſſet fiat clyſtere ex decoctione maluarũ, matrum uiolarum, lactucarum, florũ nenupharis & exiſtẽte magno caumate, ſemperuiuę, ſolatri, de qua decoctione accipiantur 15. ℥. olei uiolati. ℥.3. ſalis. ℥.s. & tepidũ imponatur. Si uenter eſſet nimis ſtipticus poſſunt addi. 3. aut 4. ʒ. electuarij ſucci roſ, quæ clyſteria in hoc caſu, & in alijs de quibus ſtatim, ſunt frequentãda, ut uẽter maneat lenis, & ad inferiora fiat diuerſio. In omnibus alijs caſibus inchoandum eſt à phlebotomia cõſentiente uirtute, ætate & alijs à quibus quæritur licentia de phlebotomando. Sed ſunt tres caſus in quibus opus eſt incipere à phlebotomia uenarum pedum ſcilicet ſaphenarum aut aliarum. Primus caſus eſt ubi in toto eſſet ſanguinis plectoria, tunc phlebotomandæ ſunt ſaphenæ ambæ, ſi materia ambabus partibus capitis communicetur. Si autem ſoli dextræ, phlebotometur ſaphena dextra: ſi ſoli ſiniſtræ, ſaphena ſiniſtra ſecundò per duodecim horas aut circa poſt, phlebotometur baſilica eiuſdem lateris & tertiò poſt phlebotometur cephalica, in manu ſi quæris maiorem diuerſionem, in brachio ſi quæris maiorem euacuationem. Poſtea phlebotomentur uenæ frontis aut naſi leporis, aut eiſdem locis ſanguiſugę applicentur, & etiam intra nares quæ etiam applicitæ faucibus ſcilicet parum infra aures optimè diuertunt & euacuãt. Similiter uenæ poſt aures & labij ſuperioris phlebotomatæ conferunt, aut ſi in eis ſanguiſugæ applicentur. Vltimò, ſi opus eſt phlebotomentur uenæ per cutim capitis diſſeminatæ, aut ſanguiſugæ applicentur: euacuant enim cauſam coniunctam. Secundus caſus eſt, ubi phreneſis acciderit propter retentionem ſanguinis menſtrualis, aut hęmorrhoidalis, poſt quarum ſaphenarum phlebotomiam in his caſibus applicentur ſanguiſugæ ano in locis conſuetis hæmorrhoidarum 3. aut 4. aut plures ſecundum exigentiam, ad prouocandum tamen menſtrua phlebotomia uenarum quæ ſunt ſub curuatura poplitis efficacius operatur. Et ſi non poſſunt phlebotomari uentoſę cum ſcarificatione aut ſanguiſugæ in his locis applicentur deinde phlebotomentur aliæ uenę ſi oportuerit ſicut in primo caſu. Tertius caſus ubi phreneſis ſuccederet ad alium morbũ ſcilicet ad ſyncocham, cauſonẽ tertianam continuam. Et in omnibus his in quibus materiæ permutarentur à membris inferioribus & propriè infra epar ad ſuperiora, poſt quam phlebotomiam phlebotomentur alię uenæ ſi oportet ut in alijs caſibus. Si uerò materia phreneſis cõmunicetur ab epate aut membris ſpiritualibus, phlebotomanda eſt baſilica aut dextra, aut ſiniſtra, aut utraq; ſecundum locum apoſtematum, poſt quã ſuccedat phlebotomia cephalicę & aliarũ uenarũ ſecundũ exigentiã. Si uerò materia cõtineat̃ à furcula ſupra, phlebotomet̃ cephalica eiuſdẽ partis cum parte lęſa, ſed in manu ubi quęratur maior diuerſio, & propriè in manu oppoſita, poſt quã ſi oportet reiterare, phlebotometur cephalica brachij eiuſdem lateris, ſed tutius eſt ambas cephalicas in brachijs uel etiã manibus phlebotomare & propriè in manibus. deinde reliquæ uenę particulares ſecundũ exigentiã, aut in locis iã dictis ſanguiſugæ applicentur. Sed memora quòd illę phlebotomię debẽt eſſe copioſæ, ita ut perueniatur ad ſyncopim excluſiuè, quod comprehẽditur ex pulſu, quapropter oportet in his caſib. ut pulſus ſemper tangatur, nam cum tremit & deſcendit & diuerſificatur abſq; ordine, ita ut inuenias unam pulſationem magnam, aliam paruam, ſignificat propinquitatẽ ſyncopis, quare oportet ut ſanguis reſtringatur. Et oportet ut ſit cautela in ligatione uittæ ſuper uena, & ut ſit firmata, quã motus ipſius & agitatio irrationalis non ſoluant. Quãdoq; enim ſoluit eam & deijcit per ſeipſum propter imaginationem corruptam ducentem eum ad illud. Quod ſi uirtus & diſpoſitiones non conſentiunt ut fiat phlebotomia uniuerſalis ex manibus aut pedibus aut non eſt tibi poſſibile tenere eos propter inquietudinẽ & rixã fortẽ, tunc phlebotoma eũ in fronte, aut ſanguinẽ ex narib. prouoca, aut ſanguiſugas in locis iam dictis applica, quę etiã particulares extractiones ſanguinis ſine uniuerſalibus fieri debent ſi tota materia iam fluxerit. Poſt hæc ſi cholera fuerit in cauſa, eã euacuabis cum medicina leniente ſuperius deſcripta, aut ſibi ſimili, quæ etiam maximè digeſta materia, erit reiterãda. Digeſtiua aũt ſunt ſyrupus uiolatus, de

nenuphare

nenuphare, de portulaca, de papauere, oxiſacchara, de citro, de limonibus & ſimiles, diſtemperandi cum aqua endiuiæ, acetoſæ, nenupharis, ſemperuiuæ, ſolatri & ſimilibus. Sed ſyrupus de papauere eſt præſtans in hac re. Secunda intentio perficitur cum clyſteribus, de quibus ſupra, ligaturis, uentoſationibus, prouocatione ſanguinis hęmorrhoidalis & mẽſtrualis. Sed melius eſt ut diuerſiones ſint cum euacuatione ſicut uentoſationes in tibijs, ſub genu, in coxis, in natibus, in ſpatulis, lotiones tamen brachiorũ & crurium cum aqua decoctionis papaueris, lactucarũ, ſe. hyoſcyami, florum nenupharis & ſimilium, optimè conferunt diuertendo & ſomnũ inducendo. Tertia uerò intentio perficitur cum repercuſſiuis applicitis fronti, temporibus, parti anteriori colli ferè uſq; ad nuchã cum oleo roſato, aceto, aqua roſata, & ſi opus eſt cum magis infrigidantibus addendo his ſuccum plantaginis, ſemperuiuæ, ſolatri, niſi tumor cõmunicet exterius tunc enim oportet incipere ab eo in quo ſit parum mollificationis & ſedationis doloris. ſicut mucila. ſem. pſillij, & ſem. maluauiſci, deinde ſtiptica applica collo & tẽporibus nõ tumentibus, & ſi opus eſt ſomni inductione ponantur circa frontem & tempora et cõmiſſuram coronalẽ, ſemen papaueris, hyoſcyami albi uſq; ad ipſum opium cũ aliquo liquore permixta, & cholerica iuuatur ualde ſi fiat emplaſtrũ ex folijs ſentis, id eſt rubi. Sed in cholerica, aut pendente à materia aduſta ſint frigida aut humida. In ſanguinea frig. & ſicca magis proportionant̃, & magis frigida in cholerica aduſta quàm in ſanguinea. In augumento autem uſq; ad mediũ ſtatus repercuſsiua cum reſolutiuis miſceantur ſicut ſi oxyrodino adderetur aliquid meliloti, & poſtea in ſtatu magis augendo melilotum. In his temporibus confert pulmo arietis madefactus in aqua decoctionis roſarũ, uiol. florum nenupharis, chamomilæ, meliloti, quibus pro inducendo ſomnum poteſt addi papauer & ſemen hyoſcyami albi. Eodem modo poteſt applicare columbam aut catulum uiuentem per medium ſciſſum, ita quòd in ſumma, in principio approximentur repercuſsiua iam dicta. In augmento repercuſſiua cum reſolutiuis, uincentibus repercuſsiuis, ſed in ſtatu uſque ad mediũ eius uincant reſolutiua. Sed poſt mediũ ſtatus per totam uſq; declinationẽ ſint reſolutiua pura ſicut decoctio facta ex meliloto & ſimilibus quę non multum tranſcendunt primũ gradum, & ſint omnia hæc iuxta poſſe capitis confortatiua, tam ſtipticitate quadam quàm forma ſpecifica, ſicut flores anthos, id eſt, roriſmarini, fol. lauri, ſed cum uiolis poſſent temperari. Quarta autem intentio corrigit accidentia ſcilicet uigiliarum inſtantiam cum iam dictis, & ex proprijs ſedantibus dolorem & columba uel catulus uiuus ſciſſus per medium, et aſperſus ſemine hyoſciami albi ſubtiliſsimè puluerizato appoſitus loco dolenti. Aliud fortius illo. Recipe caſsiæ ligneæ, ℥. unã, opij, ʒ. duas, croci. ℈. s. puluerizentur, & cum aqua roſacea & pauco aceti albi liniantur frons & tempora. Experimentum Gerardi, ℞. terræ ſiggillatæ quantumuis malaxetur cum aqua roſacea & aceto & tepidum ſoleis pedum applicetur. Stupefactiuum domeſticum ſatis. ℞. conſeruæ uiolarum, conſeruæ nenupharis ana ℥.s. ſem. papa. albi. ℥. unam, ſe. hyoſcyami. ʒ.1. ſacch. q.s. de hoc qualibet die poterit exhiberi, & quando cætera nõ conferrent detur requies deſcriptione Nicolai à media. ʒ. uſq; ad. 1. Caue tamen opiata maximè ſumpta per os & naribus applicita, uirtute exiſtente debili, quoniam perimunt. Sitis autẽ ſedatur cum aqua decoctionis tamarindorum & retentione eorum & ſimilium in ore. Vrina aũt prouocetur ſi obliuiſcatur urinare ſcalpẽdo inter anũ & uirgam ubi eſt collum ueſicæ, aut etiam cimicem, aut ſexcupedem in orificio uirgę imponendo. Et tandem cum hæc non ſuffecerint regionem ueſicæ comprimendo, & fomentando ſicut cum oleo paritariæ & ſimilibus. Caueant etiam aſtantes ne ſaliat ex feneſtris, & ne ſe aut ipſos percutiat. Si uerò tranſierit in aſchachilos, cura uana eſt, & Auicen. mortem pronunciat. ſi uerò permutaretur ad ſubſtantiam cerebri cura eſt etiam uana ſecundum plurimũ. Auicen. laudat phlebotomiam uenarum, quæ ſunt ſub lingua. Si uerò in lithargiam, curetur cura lithargiæ.

Vltima intentio eſt debitum regimen ſex rerũ non naturalium. Vnde aër declinet ad frigidum, & ſit redolens ex aſperſione pomorum, florum & foliorum redolentium, necnon aſperſione aquæ roſacęę, uitentur calefacientia, ut ignis, ſol, flatus hominum, luciditas aëris multa, ſtrepitus & formæ, id eſt, picturæ. Cibus ſit aqua hordei, uel ptiſana ſubtilis à prin. uſq; ad ſtatũ incluſiuè cum emulſione ſeminum cõmunium frigidorum, & papaueris albi, de aqua tamen hordei eſt ſuperius ſufficienter dictũ. Similiter panis ſimulæ infuſus, & lotus in aqua frigida. Similiter lactuca & acetoſa condita cum agreſta uel uino granatorũ muzorũ uel acetoſorũ, bibant autẽ aquam coctam cum pauco ſaccharo, quæ permiſceatur cum uino granatorum ſecundum libitũ, aut bibat aquam hordei aut aquam prunorũ tamarindorum. Debent enim tam cibaria quàm medicinalia ad frigidum declinare: magis tamen aut minus ſecundũ tempus morbi, & tempora anni, necnon materiam, quia in materia aduſta cõueniunt frigidiora & humidiora, & ſimiliter in cholerica quàm in ſanguinea. Nota tamen quòd huiuſmodi potus in his apoſtematibus non debent eſſe ualde frigidi actu, imo aliquando tepidi, ut puta tempore hyemis, qui canon tamen magis obſeruãdus eſt in apoſtematib. membrorũ ſpiritualium & naturaliũ. Et graduetur dieta ita ut à principio uſq; ad finẽ, uel ſtatum potius ſit ualde tenuis, ſed in declinatione minus, & tũc magis cõuenit ferculũ ex ſimula, & magis in declinatione parũ uini pauciferi optimè lymphati & carniũ cum acribus alteratarũ. Et in cholerica ſint fri. & humid. In ſanguinea frigida & ſicca. Prouocetur ſomnus ut dictũ eſt omni ingenio poſsibili. Ingenietur etiã ad quietem quantũ eſt poſsibile: cum præſentia amicorum quos uereantur, & omni blanditia poſsibili, quibus nõ ualentibus ligentur & detineantur, nõ tamen uerberentur, ſicut in mania nõ apoſtematoſa. uenter teneatur lenis, ſi nõ naturaliter, ſaltem cum clyſteribus de quibus ſupra, declinent ad iucunditatem, & animi & corporis quietem. Phlegmon & eryſypila ſunt apoſtemata in ſubſtantia cerebri, ſcilicet phlegmon à ſanguine, eryſypila à cholera, quæ diſtinguuntur à phreneſi ſanguinea & cholerica per ſigna ſuperius dicta, ipſa autem inter ſe diſtinguuntur

c 4

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.24

per ſigna ſimilia illis quibus diſtinguitur phreneſis ſanguinea à cholerica, & eodem modo curatur ſicut phreneſes dictæ. Eryſypila enim in cerebro curatur ſicut phre. à materia cholerica cum aſperſionibus & ſuccis frigidis & humidis & propriè ſumptis ex corticibus melonis, cucurbitæ & cucumeris quibus etiã ſecundum neceſſitatẽ frigidiora addantur & eædem intentiones accommodandæ ſunt quæ dictæ ſunt in phre. cholerica. Et ſimiliter phlegmon in cerebro curatur ſicut phreneſis ſanguinea, appropriat tamen ei Auicen. phlebotomiam uenarum quæ ſunt ſub lingua poſt phlebotomias uniuerſales. Sibare eſt dæmonium ſuperfluum accidens cum ſirſen calido cholerico, ita quòd homo cum hoc quòd habeat ſirſen alienet propter dæmonium agitatiuũ, eſt enim cum furore & rabie modum excedente, dæmoniũ enim ſiue mania lupina non dicit in quiditate ſua niſi alienationem cum rabie & furore ad differentiam maniæ caninæ, quæ eſt alienatio nunc cum rixa & furore, nunc cum iocis & applauſione ſicut eſt natura canum, & prouenit ab humore benigniori, ſicut à ſanguine cholerico aut aduſto, ſed ſibare dicit aggregatum ex dæmonio & apoſtemate cuius cauſa eſt cholera rubea, pura, aut aduſta. Cum karabito enim puro ſit alienatio ac rationis permixtio, & nõ eſt in ipſo dæmonium, ſi autem eſt cum ipſo dæmonium eſt ſibare. Et multotiens quidem antecedit dæmonium cum cholera ipſa, & cerebrum impellitur in principio ſuę applicationis, deinde ſequitur apoſtema ipſa fixa. In karabito dæmonium accidit ab apoſtemate, in ſibare dęmonium & apoſtemata ſimul proueniũt à materia, nec unum eſt cauſa ex qua aliud inueniatur, & ſi quandoque fiat unumquodque cauſa additionis alterius, Species autem & cauſæ ſibaræ patent ex dictis.

Signa prognoſtica, demonſtratiua & rememoratiua. Similiter modi terminationis & prognoſtica ſumuntur ab eiſdem & eodem modo ſicut dictum fuit in phreneſi, & maximè cholerica. Ipſius etiam cura eſt cura phreneſis cholericæ cum additione & humectatione multa, inductione ſomni omnibus auxilijs, & oportet ut extremorum ligatio aſsiduetur cum cæteris generibus diuerſionum materiam cholericam & uapores acutos à capite diuertentium.

DE LITHARGIA. Cap. IIII.

GRatia complementi doctrinæ, hoc ſubdam caput de lithargia. Et iuxta morem conſuetum lithargia, ſirſen frigidum ſunt termini ſynonymi ſignificantes hanc ægritudinem quæ diffinitiuè eſt apoſtema frigidum ad intra craneum. Et hoc apoſtema nomen ſumpſit ab accidente ſcilicet obliuione quæ ſequitur ad ipſum. Lithargia enim apud Græcos obliuionem importat. Prima diſtinct. Lithargia eſt duplex quædam phlegmatica, ut plurimum eueniens, & propterea Auicen. diffinit ipſam apoſtema eſſe phlegmaticum. Quædam eſt melancholica rarò eueniens, nec ita propriè dicta lithargia cum ſit non ita factiua obliuionis. Secunda diſtinct. Quædam fit in panniculis cerebri, & hoc rarò, cum rarò accidat humorem groſſum, uiſcoſum, in ſubſtantiam denſam penetrare. Aliquando fit in ſubſtantia cerebri, & hoc etiam rarò, licet frequentius quàm in panniculis, quia rarò contingit, uiſcoſum in uiſcoſum penetrare. Aliquando fit in uentriculis, ſed rarò, & tunc litargia coniungitur apoplex. uel epilep. ſecundum maiorem aut minorem oppilationem, licet aliæ ſint differentiæ. Aliquando & rarò accidit in origine nuchæ & neruorum & in ipſis neruis, & tunc lithargia coniungitur paralyſi aut ſpaſmo. Frequenter autem ſecundum Auicen. accidit in meatibus, anfractibus ſeu poroſitatibus cerebri qui meatus ſunt plurimi, ut patere poteſt in anatomia. Sed fortè quis inſtabit. Si humores colligantur in meatibus cerebri, & non in ſubſtantiam cerebri intrent neq; in panniculis, non fiet ſolutio continui, & ſic non erit apoſtema. Dicunt quidam quod aliqua pars ſubtilior intrabit in ſubſtantiam, & ſic fiet ſolutio continui & apoſtema, ſed certè iſti falluntur malè loquẽtes ad mentem Auicen. Si enim dum lithargia fit in meatibus, oporteret aliquam particulam humoris ingredi ſubſtantiam cerebri aut panniculi, fruſtra dixiſſet Auic. quod rarò fit in ſubſtantia cerebri aut pãniculis, imo ſemper ſecundum hanc reſponſionem eſſet in aliqua parte. Ex dictis ergo aliter dicendum eſt, quòd ſecundum plurimum humor colligitur in meatibus, non intrans ſecundum aliquod ſiue in aliquã cerebri partem. Et cum infertur, ergo non facit ſolutionem continui, neganda eſt conſequentia, nam ille humor facit extenſionem in partibus cerebri, cum à lateribus illius meatus ſit in ſubſtantia cerebri in fundo, ſimiliter in parte ſuperiori panniculi. Ad magnam autem extenſionem in partibus cerebri, ſequitur quædam ſolutio continui coniuncta malæ compoſitioni ſequenti extenſionem, & malæ complexioni ſequenti naturam humoris quæ fortaſſe frigida eſt, & etiam alteri malæ complexioni ſequenti conculcationem humorum in eo loco, & prohibitam tranſpirationem quæ fortaſſe calida eſt. Et hi tres morbi apoſtema conſtituunt. Et ne miretur quis de hac reſponſione, legat Auicen. 1. quarti tract. 2. cap. de apoſtematibus uentoſis. Et fortè percutit percuſſione manus, & propriè quando inuenit ſpatium ad quod aggreget, ſicut ſtomachus & inteſtina, & quod eſt inter panniculos circundantes oſſa, & inter oſſa circundata lacertis, & inter lacertos ſimiliter, & quod circundat chordas & fortaſſe non reſoluit ſpatia, imo ſubtiliat membra cõiuncta & etiam reſoluit ea, & generat in eis quod facit neceſſarium diſrumpere ea & uentoſitas remanet propter ſpiſsitudinem ſuam, & propter craſsitiem & ſpiſsitudinẽ eius quod continet eam conſtrictionem pororum. unde paret quòd in his uerbis uult uentoſitatem tam in ſtomacho quàm inteſtinis quàm inter oſſa contentam, extendendo membra illa facere apoſtema uentoſum, abſq; quod intret alicuius membri ſubſtantiam. Iterum lithargia aliquando eſt in cerebro anteriori faciens obliuionem communicando nocumentum uentriculo ſcilicet poſteriori, quandoq; uerò eſt in cerebro poſteriori quæ uerius debet dici lithargia, & eſt plurimum contingens.

Cauſæ lithargiæ primitiuæ ſunt multa, frigiditas aëris multum imprimens in cerebra debilia, uinum uinoſum ſcilicet multũ, uſus cęparũ et omnium multũ euaporantiũ ad caput et propriè uapores uiſcoſos.

Item

Item ſomnus multus et propriè ſupra repletionem, ſupinè dormire, & de die, repletio nauſeatiua & multitudo comeſtionis fructuum & cuiuslibet in quo eſt euaporatio & putrefactio. Cauſæ antecedentes ſunt humores ſcilicet phlegmatici frequentius, & melancholici rarius & mixti ex his. Cauſæ uerò coniunctæ ſunt idem humores in cerebro iam comprehenſi ſicut & materia ſcotomiæ, ſed hæc eſt uehementius confirmata, utraque enim ab eadem materia poteſt pendere, licet materia ſcotomiæ ſit magis uaporoſa.

Signa lethargiæ. Primò, prognoſtica ſunt tremor capitis, grauitas eius, & propriè partis poſterioris, frequenter cum dolore paruo, pigritia ad motus corporeos. Significant enim materiam frigidam oppreſſuram cerebrum. Item ſigna ſupraſcripta permutationis phre. in lethargiam. Demonſtratiua. Primum, dolor leuis, ſed continuus, quia ſubſtantia cerebri non ſentit. non eſt enim dolor niſi per communitatem ad panniculum cooperientem anfractus, & ſic debet eſſe extenſiuus & grauatiuus. Secundum, febris lenta, in apoſtemate enim principalis neceſſaria eſt feb. propter magnam cõmunitatem cum corde, ſed eſt lenta ratione phlegmatis, imo quandoque non ſentitur, id eſt, uix ſentitur, phleg. leuiter putreſcente. Tertium, ſubeth grauis, id eſt ſomnus profundus propter fortem oppilationẽ ab humore multo craſſo & uiſcoſo. Quartum, obliuio apoſtemate lædente uentriculum poſteriorem, aut per eſſentiam, aut per communitatem. Quintum, anhelitus tardus diminuta neceſſitate, & debilis ob debilitatem muſculorum pectoris, & diaphragmatis ob nocumentum cerebri, cum ſtrictura propter aggregationem materiei, & quia obliuiſcitur anhelare, cum ſputo propter catarrhum, imo eſt aliquando tanta obliuio ut os clauſum obliuiſcantur aperire, & apertum claudere. Sextum, ſingultus communicato nocumento ſtomacho per neruos reuerſiuos. Et albedo linguæ frigidit. & humid. dealbente, & phleg. ſuper aſperſo, pigritia reſpondendi quaſi nõ intelligat aggrauatis ſenſibus interioribus. Et communicato nocumento linguæ per nocumentum in 7. pari neruorum cerebri ortum habente à termino communi inter nucham & cerebrum. Permixtio intellectus & amentia læſo uentriculo medio per eſſentiam aut per communitatem. Egeſtio humida deriuato phleg. ad inteſtina iuxta apho. Quibus ſpumoſæ egeſtiones in diarrhœa his phlegma à capite defluit. Vrina ſicut aſinorum phlegmate aut uaporibus eius cum urina permixtis, iacent præcipitati in lecto econtrario habentibus karabitum, quia cum quiete ſine furore & motu. Pulſus magnus uirtute ſatis cõſtante & inſtrumento obediente cum neceſſitate, nec obſtat anhelitus paruus qui ſecundum plurimũ eſt in iſtis quamuis anhelitus & pulſus proportionentur, anhelitus enim currit curſu pulſus, nam pulſus & anhelitus, licet ſint proportionabiles non tamen æquales, id eſt, eundem ſitum detinẽtes in ſuis latitudinibus, ſed melius ſunt proportionabiles in ſanis ſed non in ægris cum poſsint aliquando impediri inſtrumenta ſcilicet anhelitus & non pulſus & econtrario, ſimiliter in lithargia impediuntur magis inſtrumenta anhelitus quàm pulſus magis nocitis neruis quàm arterijs.

Sunt pulſus rari, quia ſatisfit neceſsitati per magnitudinẽ. Et per idem tardi, ſunt tremuli & undoſi debilitata uirtute. Et quia apoſt. eſt molle et in membro molli aſsimilatur pulſibus peripneumonicorum in mollitie, non tamen in uelocitate, & frequentia, maiori exiſtente neceſsitate in peripneumonia. Sunt etiã in peripneumonia longiores et latiores ut melius ſufficiant neceſsitati. Et quia arteria à phleg. in peripneumonia amplius remollita & dilatationi paratior, pulſus ſunt cadentes in medio. Pro quo nota quod reperitur pulſus cadens. Et eſt pulſus cuius quies eſt ualde longa inter duas pulſationes, ita ſcilicet quòd alia pulſatio fieri potuiſſet. Eſt enim ille pulſus cadens lithargicorum. Alius eſt pulſus intercidens, ut in commento pulſuum de pulſu peripneumonicorũ, & eſt cum deficit alia pars motus, eſt enim geminãs motũ quaſi bis pulſans, ut eſt anhelitus puerorum flentium. Et ille accidit in peripneumonicis, & fit propter defectũ uirtutis, ideo peripneumonia eſt mortalior lithargia cap. allegato. Ex quibus uides quòd aliter hic ſumitur cadens in medio, aliter ſecunda primi. unum ſignum commune omnibus ſpeciebus lithargiæ eſt retentio urinę, aut quia obliuiſcuntur urinare, aut propter debilitatem lacerti colli ueſicæ. Signa autem materierum & maximè melancholicæ. Nam ſigna prædicta phlegmaticæ magis appropriantur. In melancholia dolor eſt fortior: quia frigiditas ſiccitati coniuncta eſt actiuior, eſt etiã longioris durationis, cum melancholia tardius reſoluatur. ſecundò eſt rixa & alienatio, materia magis ſtimulante. tertiò ſunt oculi aperti ſicut congelati, in unum locum intuentes ſiccitate melancholiæ magis muſculos palpebrarũ contrahente, & adſunt cætera ſigna melancholiæ, ſunt etiam ſigna ſumpta à cõplexione, habitudine, & huiuſmodi, & non eſt ſubeth ſicut in lithargia, licet fortè adſit impotẽtia uigilandi. Signa uerò loci apoſt. ſunt hæc: Nam ſi eſt in ſubſtãtia cerebri ſubeth eſt fortior, quia materia eſt magis opprimens, & per idem difficultas maior ad motũ, albedo linguę maior ipſa amplius phleg. aſperſa, oculi ſunt eminentes relaxatis & compreſsis neruis opticis. Si uerò ſit in panniculis dolor eſt fortior, motus leuiores, maior ſenſuum oppreſſio. Prognoſtica. Cum multiplicantur accidentia lithargię & ſudor, eſt perimens, ut ſi multiplicetur tremor membrorum. Sudor diaphoreticus, & anhelitus fiat paruus, ſed frequens cũ ſtrictura & oregmone. Et econuerſo ſi dilatetur anhelitus, & fiat fortis, minoratur ſubeth, hebetudo ſenſuũ, & tremor membrorum, ſperatur ſalus & maximè ſi appareat aliqua boná criſis, ut apoſtema poſt aures uel in cute capitis. Cura lithargiæ quinq; exigit intentiones curatiuas. Prima euacuat. Secunda diuertit. Tertia in principio repercutit, in medio ſimul repercutiens & reſoluens, in fine ſolum reſoluens, & cauſam coniunctam educẽs. Quarta corrigit accidentia. Quinta ordinat debitum regimen ſex rerũ nõ naturaliũ. Pro prima intentione. Si phlegma aut melancholia fuerint peccantes cum ſanguine & cũ ipſo educibiles præmiſſa uentris lenitione, reliquis conſentientibus phlebotomię, inchoetur à phlebotomia, & ſecundum plurimũ fiat de cephalica ſiniſtra, aut dextra ſecũdum quod in dextra aut ſiniſtra parte materia cõtinetur, & hauriãtur

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.25

communiter. 6. ℥. ſanguinis uel circa. Si uerò humores iam dicti non fuerint educibiles cum ſanguine, ſanguine tamen peccante, ab euacuatione humorum eſt inchoandum, poſt quã ſequi debet phlebotomia. Si uerò ſanguis nullo modo peccauerit, ſufficiet aliorum humorum euacuatio, uerùm aliquando oportet in primis phlebotomare uenas ſaphenas, ſecundũ quod dictum fuit in phre. & aliquãdo baſilicam dextram aut ſiniſtram, ſi ſplen aut epar miſerint materiam. Euacuantur autem humores phlegmatici cum hierapicra ſimplici & compoſita, pillulis cochijs, & his quæ dicta ſunt ſuperius in ſoda phlegmatica præmiſſa digeſtione ſaltem ante eradicationẽ cum oxymelle ſimplici & compoſito, ſcyllitico, ſyrup. de ſtecados & aquis rutæ, ſaluiæ, betonicæ, ſtecados, hyſſopi, maioranę & cęteris ſupraſcriptis in ſoda phlegmatica. Melancholia uerò digeratur cum ſyr. de epithimo, ſyr. de pomis dulcibus & aquis bugloſſæ, boraginis, ſtecados, & cæteris ſuperius dictis in ſoda melancholica & ſoluatur cum educentibus melancholiã ſupra ſcriptis, & inferius in ca. de melancholia deſcribendis. Sed inter omnia clyſteria obtinent principatum & ſunt radix curæ, quapropter duo ſaltẽ in die naturali facienda ſunt ubi eadem die non fiat alia euacuatio. Deſcriptio clyſteris in phlegmatica eſt illa. ℞. ſaluiæ, maioranæ, rutæ, betonicæ, roriſmarini, aſſari ſiue bacchare, hyſſopi, ſtecados arabici. ana. M. unũ, contundantur craſſo modo, & bulliant in octo ℔. aquæ ad conſumptionem dimidij & coletur, de qua decoctione accipiantur. 15. ℥. & cum tribus ℥. olei cõmunis & 2. ℥. mellis. ro. & pauco ſalis fiat clyſtere, & ſi opus eſt facere clyſtere acutius addatur hiera ſimplex uel compoſita, uel electuariũ indum & ſimilia, decoctio poſſet fortificari ſi ſupra ſcriptis adderetur centaureæ minoris. M. 1. & ſimiliter colocynthidis. ʒ. 2. carthami. ℥. 1. corticum radicum capparis, ſe. urticæ. an. ℥. s. Clyſtere conferens lithargiæ melancholicæ quæ raro aduenit, & ſi accidit raro eradicatur. ℞. epithimi. ℥. 1. colocynthidis interioris. ʒ. 2. polipodij. ℥. s. calamenthi M. 1. coquantur in 4. ℔. aquæ ad dimidij conſumptionem. Galeni clyſtere efficax & ſublime ad apoplexiam, paralyſim, lithargiam tam phlegmaticam quàm melancholicam. ℞. radicis cyclaminis, colocynthydis. an. ʒ. 1. s. carthami. ʒ. 1. centaureæ minoris. ℥. s. ellebori nigri. ʒ. 1. aſſari. ʒ. 8. coquantur omnia in aqua ſufficienti, & fiat clyſtere. His autem clyſteribus in phlegmatica addi poteſt ſal gemma ad acuendum & ſal indum in melancholica. Et debes clyſteria acuere magis aut minus ſecundum maiorem aut minorem ſtuporem & ſecundum ægri tolerantiam & feb. acuitatem. Incipere tamen debes à leuioribus gradatim procedẽs ad fortiora. Et ſi æger non poteſt tenere clyſteria facias minus ſtimulantia ſubtrahendo ſal & mel. Vomitus aliquando confert ſtomacho multum repleto & ipſo cõmunicante uapores aut materias capiti, ſecundum plurimum tamen nocet, ubi ergo conueniat accipiantur duæ ℥. oxymellis ſimplicis, aut ſcyllitici cum 4. ℥. decoctionis raphani, in quo ſi uolueris fortius uomitiuũ ſteterint infuſi in eo fuſtes ellebori per unam noctem, aut accipe dictum ſuccũ cum oxymelle iam dicto. Secunda intentio completur cum uentoſationibus & fricationibus, ligaturis, lotionibus, quæ cũ fiant ſine euacuatione incipiant à nucha & collo & gradatim deſcendendo procedant quæ frequenter reiterentur & ante cibũ & poſt cibum, ut materia in capite nõ figatur. Confert etiam prouocatio hęmorrhoidarum & menſtruorũ, maximè ſi ex eorum retentione prouenerit, necnon quæcunq; euacuatio conſueta renouetur, gargariſmata uerò maſticatoria & ſternutatoria non ita à principio adminiſtrentur, & non niſi uniuerſalibus præmiſſis & reiteratis præcipuè ſternutoria, multum enim inquietant & materiam dilatant, ita ut quandoq; perducant ad apoplexiam materia ad uentriculos delata. Tertia intentio cõpletur cum his quæ repellunt materiam in principio ſicut oleum roſaceum triplum ad acetum, aut duplum approximandum fronti, temporibus, et collo. Et ſi appareret nimis frigidum, adde aliquid ſtipticum calidum ſicut oleũ de maſthice aut menta. Et in augmento miſceantur reſolutiua cum repercuſsiuis uſq; ad medium ſtatus, gradatim uerſus ſtatum augendo reſolutiua ſicut ſi ſupraſcriptis adderes parum caſtorei, ſit autem hoc oleum factum ex oleo completo & roſis rubeis completis. In phreneſi autem ſit omphacinum ex roſis rubeis non completis. Et poſt medium ſtatus uſq; ad totam declinationem ponantur reſolutiua purè, ſicut acetum ſcylliticum conquaſſatum cum oleo roſaceo in quo diſtemperatũ ſit caſtoreũ, confert in augmento & euigilare facit, & quandoq; in ſtatu pro oleo roſaceo fiat permutatio ad oleum irinũ & de narciſco. Et quandoq; permiſcentur capilli hominis aduſti triti multum, cum aceto uſq; dum fiat ſicut unguẽtum, & eſt medicina rationalis in lithargia & ſubeth, excitant cito à ſomni profunditate. Et quandoq; miſcetur eis caſtoreum magis in ſtatu uel prope. Emplaſtrum ex inuentione Meſue conferens lithargiæ in ſtatu & declinatione faciẽs euigilare, eſt hoc. Recipe pyrethri, ſinapis, ſcyllæ. ana. ʒ. unam, caſtorei, euphor. ana. ʒ. quinque. omnia cum ſucco aſphodilorum & ſucco ſampſuci miſce & epithimetur pars poſterior capitis, & eſt acutum rubificans, imo fortè ueſicans. Scylla quoq; cum oleo roſaceo & aceto trita addendo caſtoreum, eſt medicina efficax & experta. Si aũt diuturna efficitur hæc paſsio, grana tria caſtorei cum uncia. s. oxymellis in potu exhibita eſt medicina experta. Similiter theriaca, mithridatum, diamuſcus, diambra optimè conferunt confortando & reſoluendo, ad reſoluendum etiam poſſunt fieri fomenta ex ruta, decoctione maioranæ, calamenthi, ſtecados uſque ad ſinapim & ſcyllam in aqua cum pauco aceto acutiſsimo, infundendo ſpongiam in hac decoctione & optimè expreſſam ſuperpone loco apoſtemato & bis aut ter iterata, poſt cuius amotionẽ ſequatur iunctio cum aliquo ex ſupraſcriptis.

Quarta uerò intentio ſedat ſubeth & obliuionem loquendi, urinandi & egerendi, & aliorum, incitando eos ad loquendum & euigilandum cum clamore & extirpando pilos, maximè ex membris inferioribus, & ligando fortiter membra inferiora, & comprimendo ueſicam & pecten ad hoc ut urinent, & cæteris ingenijs in phreneſi dictis. Si tamen permutaretur ad paralyſim non eſt prohibendum, imò cum fricationibus eiuſdem partis adiuuãdum, cum

cum paralyſis ſit minor morbus quàm lithargia & propriè quando timeres permutationem ad apoplexiam. Quinta intentio completur locãdo eos in aẽre lucido, pleno imaginibus ad calid. & ſic, tendẽte cum accenſione ignis ex lignis iuniperi, lauri, roriſmarini & ſimilibus redolẽtibus. Cibus aũt ſit aqua ciceris ſiue brodiũ cicerũ, uel lupinorũ, & potus ſit aqua mellis, cui poſſunt addi dum coquitur tria aut quatuor grana piperis. Et ſi opus fuerit craſſiori dieta, dentur uitelli ouorum, & uinum uinoſum ualde in modica quantitate concedi poteſt: brodium quoq; carnium cum pauco cinnamomi aut piperis, & panata ſubtilis eſt ad hãc intentionem, ſed dieta ſit ſubtilis uſq; ad medium ſtatus, deinde incraſſetur iuxta canones uniuerſales. Abſtineat ab aqua frigida. Parũ dormiat, unde excitetur de media hora in mediam horam & dormiat capite leuato & poſt cibũ ſtet uigil per unã horam. Sit uenter eius inanitus cum clyſteribus ut ſuprà, et omnes euacuationes naturales procurẽtur. Fricationes fortes uicem ſuppleant exercitij, prouocetur ad iram & triſtitiam, & coram eo ſtent clamantes & ſtrepitus facientes ut nõ profundetur in ſomno, imo gratia huius ſemper odoret, & in naribus ponatur acetum acutiſſimum.

DE SVBETH, SAHARA, SIVE dormitatione uigilatiua.

Subeth ſahara dormitatio uigilatiua ſunt termini ſynonymi ſignificãtes apoſtema mixtũ ex phlegmate & cholera intra craneum. Et ſumpſit hoc apoſtema, nomen ab accidẽtibus ſcilicet à ſomno & uigilia. Subeth enim apud Arabes ſomnũ importat: ſahara uigiliam, inde ſubeth ſahara idem ſonat apud Arabes quod dormitatio uigilatiua apud latinos. In hoc autem apoſtemate aliquando phleg. uincit choleram. Et tunc dominante ſomno malo ſupra uigilias malas, uocatur ſubeth ſahara, id eſt, dormitatio uigilatiua. Vincente autem cholera, ſupra phleg. maior eſt uigilia mala quàm ſomnus malus, & tunc dicitur ſahara ſubeth, id eſt, uigilatio dormitatiua, unde ſicut apoſtema eſt mixtum ex phlegmate & chol. ita accidentia ſequentia hoc apoſtema, ſunt mixta. Et ſi dominetur cholera, magis dominãtur accidẽtia cholerę, & tunc magis proportionatur phreneſi. Et ſi magis dominatur phlegma, magis dominantur accidentia phlegmatis, & tunc magis proportionatur lithargiæ, & ſi humores æquantur, accidentia æquantur. Cura exigit eaſdem intentiones quæ dictæ ſunt in phreneſi, & lithargia. Sunt tamen complendę medicinis mixtis euacuantibus & diuertentibus phlegma & choleram & eiſdem repercutientibus & reſoluentibus, & ſimiliter ſedantibus accidentia mixta. Et regimen ſimiliter ſit mediũ inter regimen phren. & lithargiæ. Et phlebotomia eſt multum in hac neceſſaria, cum mixtio humorum arguat repletionem.

DE APOPLEXIA. CAP. V.

APoplexia græcè idem ſonat quod percuſſio latinè, cadit enim apoplecticus ac ſi eſſet percuſſus. Eſt autem diffinitiuè ſecundum Auicen. ocioſitas membrorum à ſenſu & motu propter oppilationem contingentem in uentriculis cerebri & in curſibus ſpiritus ſenſibilis & motiui. Ocioſitas à ſenſu & motu ponitur loco generis, & non eſt niſi ablatio ſenſus & motus. Quod intelligendum eſt de omni ſenſu tam interiori quàm exteriori, in apoplexia forti, ſed in debili creditur aliquam eſſe operationem ſenſus interioris, licet nõ exterioris. Eſt enim poſſibile eſſe oppilationẽ in origine nuchæ, & etiam in origine neruorum orientium à cerebro anteriori, licet uentriculus medius non ſit multum oppilatus, & ſic de uentriculo anteriori qui eſt multum latior, operabuntur ergo aliqualiter uirtutes eorum ſicut in epilepſia operantur. Aufertur etiam omnis motus merè uoluntarius, non autem omnis naturalis aut mixtus, cum ſit ad uitam neceſſarius motus cordis, & motus aliquis pectoris, quorum primus eſt naturalis, reliquus mixtus. Verum in forti apoplexia etiam aliqui motus mixti auferuntur ſicut motus deglutionis licet reſpiratio non auferatur. Et hi auferuntur à membris qui conſueuerunt ſentire & uolũtariè moueri. Additur poſtea propter oppilationẽ ad exprimendum cauſam apoplexiæ in uentriculis cerebri ſcilicet pimo, ſecũdo & tertio, & in curſibus ſpiritus ſenſibilis & motiui, id eſt, in meatib. cerebri qui ſunt multi in ipſa cerebri ſubſtantia, per quos meatus ipſi ſpiritus mouentur. Et per curſus intelligamus origines ſiue meatus nuchæ & neruorum, per quos, ſpiritus ſenſibiles & motiui ad membra deferuntur. Ex quibus infertur apoplexiam eſſe accidens ſequens oppilationem, licet etiam ſit morbus, cum per eam impediantur cordis & membrorum & anhelitus operationes, fuit autem conuenientius ponere in diffinitione eius ocioſitatem pro genere quàm oppilationem, cum illa ſit nobis notior, & hæc quidem de intentione medicorum dicta ſunt. Ariſt. & philoſophi dicerent apoplexiam eſſe potius paſſionem cordis quàm cerebri, quia ponunt cor eſſe principium ſenſus & motus, à quo nerui habent originem. Verum medici (licet cõcederent apoplexiam eſſe per communitatem à corde, unde dicit A. 11. tertij. 2. cap. iuxta finem. Ægritudines melancholicæ & epilepticæ nõ euacuantur à communitate cordis) tamen uolunt apoplexiam apropriari cerebro & non cordi, & cerebrũ eſſe principium ſenſus & motus & neruorum. Verum cum medici ſimus, ſequamur medicos. Vtrum autem in apoplexia auferantur operationes intellectus, cum intellectus ſit uirtus non operans per organum & etiam à corpore ſeparata intelligat per ſpecies reſeruatas, eſt dubium nõ paruum, cum oporteat. 3. de anima intelligentes phantaſmata ſpeculari, & ſic requiritur uirtus cogitatiua quæ per uentriculum medium operatur. Credo quod huius quæſtionis utraq; pars poteſt defendi ſicut accidit in rebus dubijs, licet niſi una ſit ueritas, & ex diffinitione ſuperius poſita manifeſtè patet ſolum diffinitam eſſe apoplexiam per eſſentiam in cerebro, & non per communitatem, cum in apoplexia per communitatem, ſimiliter propter nocumentum cordis aut oppilationem arteriarum apoplecticarum non ſit oppilatio in uentriculis cerebri.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.26

QVum aliquis quaſi dormiens iacet & ſine ſomno ſtertit, & cũ pungitur non ſentit, tunc iam patitur apoplexiam. Eſt autem huius ægritudinis quãtitas ſecundum quod fortiter aut debiliter ſtertit. Si autem ſpuma ab ore exierit, non eſt ei medicandum. Cum autem parum ſterterit, ægritudo eſt leuior. Hæc quidem paſſio aut interficit citò, aut in paralyſim tranſit.

Capitulum iſtud diuiditur in. 2. partes. Primò determinat de apoplexia theoricè, ſecundò practicè. ſecunda ibi. Cum ergo iſta. Prima in tres. Primò ponit ſigna apoplexiæ abſolutè, ſecundò innuens diſtinctionem quandam apoplexiæ ponit ſigna fortis apoplexiȩ & debilis, in tertia modũ terminationis ipſius. ſecunda ibi. Eſt autem huius ægritudinis &c. tertiò ibi. Hæc autẽ paſsio &c. De prima parte dicit, quòd cum aliquis iacet quaſi dormiẽs & ſtertit in modum dormientis, non tamen dormit, & cum pungitur aut infertur ipſi aliquis dolor etiam fortis nõ ſentit, tunc ille patitur apoplexiam: ita quòd hæc duo ſigna, ſcilicet iacere in modum dormientis cum ſtertore, licet non dormiat, & non ſentire, neq; etiam moueri præcipuè cum pungitur aut infertur ipſi fortis dolor, ſignificat apoplexiam. De ſecunda parte dicit, quòd huius ægritudinis quantitas, id eſt, apoplexia iudicatur fortior aut debilior ſecundum fortem aut debilem ſtertorem. Si enim ipſo fortiter ſtertente ſpuma ab ore exierit, nõ eſt ei medicandum: in ea enim propter ipſius fortitudinem non eſt ſpes liberationis. Si autem parũ ſtertat & ſpuma ab ore non exierit, tunc eſt leuior, in qua ſpes liberationis haberi poſſit, licet difficile. Vltimò dicit quòd hæc ægritudo aut citò interficit cum eſt multum opprimens cerebrum, ex eo quòd prohibita debita reſpiratione cor ſuffocatur, aut ſi debet liberari tranſit in paralyſim, materia permutata à uentriculis cerebri ad neruos, aut ad originem nuchæ. iſta autem paralyſis, aut eſt unius lateris tantum, licet ſecundum plurimum dextri: aut eſt amborum, & tunc homo remanet ſine ſenſu & motu in omnibus partibus præterquam in partibus faciei, quibus datur ſenſus & motus per ſeptimum par neruorum ab ipſo cerebro immediatè ortum habentium. Si enim eſſet paralyſis in omnibus partibus, tunc eſſet apoplexia. Sed circa ſpumam intellige quòd ſpuma eſt congeries multarum ampullarum in humiditate quadam repertarum, quarũ cauſa immediatè eſt aër aut uapor, aut uentoſitas ſub humiditate illa recluſa, eleuãs illam in altum, retinetur tamen propter humiditatis uiſcoſitatem. Cum ergo in apoplexia anhelitus eſt ſtrictus & fit ſuffocatio tunc calor ebulliens conuertit aliquid illius humiditatis in uapores: qui retenti ſub humiditate uiſcoſa, in cuppum eleuata faciunt ampullas & ſpumam. Secundus modus eſt, quia anhelitu ſtricto aër egrediens permiſcetur cum humiditate cui obuiat & ipſum eleuat in ampullas, & hij 2. modi mortem ſignificant, ſignificando uehementiam conſtrictionis anhelitus. Eſt autem tertia ſpuma non pernicioſa, facta ex retentione humiditatis in ore, unde aër permiſcetur cum illa humiditate, aut propter longam moram aut propter multam locutionem &c. Stertor autem fit propter aërem inſpiratum & expiratum per loca anguſta & per pulmonem & cannam eius. Coanguſtatur aũt propter impotentiam uirtutis dilatantis pectus, aut propter multam humiditatem in uijs anhelitus contentam, quorũ utrumq; arguit anhelitus ſuffocationem: quanto autem aër tranſit per loca magis anguſta, tanto eſt maior ſtertor & maior ſuffocatio: quanto aũt per minus anguſta, minor ſtertor & minor ſuffocatio, & per conſequens apoplexia debilior, & hoc ſecundum plurimũ. Eſt enim poſsibile paruo uel multo ſtertore exiſtente anhelitũ eſſe ſtrictiſsimũ, & hoc quia nullus uel minimus aër penetrabit per ea loca, & tamen apoplexia erit fortiſſima, imo ſic eſt in tendente ad mortem ex apoplexia, ſtertor enim continuè remittendo procedit. Nota tertio apoplexiam non ſemper interficere aut in paralyſim terminari, imo quãdoq; materia creticè expellitur iuxta apho. 10. ſextæ particulæ. Caput dolenti aut circumdolenti, ſanies aut aqua aut ſanguis fluens, per nares aut aures aut os, ſoluit ægritudinem. Verum hæc criſis rariſſimè fit in apoplexia, cum uirtus ſit debilis & multum oppreſſa à tanta materia: cuius ſignum, quia ſi uirtus fuiſſet fortis, nõ permiſiſſet tantam materiam congeri. Et hæc intelligenda ſunt de apoplexia materiali per eſſentiam in cerebro, de reliquis minimè.

Iuxta ordinem præmiſſum ad ſpecies & cauſas ueniendum eſt. Prima diſtinctio. Aliqua apoplexia eſt fortis, aliqua debilis, aliqua media. Fortis in qua uix apparet anhelitus, & eſt ſine ſtertore & ſpuma. Media in qua anhelitus eſt debilis, licet manifeſtus, & eſt cum ſtertore & ſpuma. Debilis in qua anhelitus eſt ſatis fortis & ordinatus ſine ſpuma & ſtertore. Et horum accidentium cauſa ſuperius reddita eſt. Et ex his habetur 2. diſtinctio, quòd aliqua eſt mortalis, aliqua ſalubris. Primæ duæ interficiunt, ſed prima uelocius ſecunda, tertia autem eſt ſalubris, quia poſsibilis eſt liberatio, licet cum difficultate iuxta apho. 42. ſecundȩ particulæ. Soluere apoplexiam fortem &c. Tertia diſtinctio. Aliqua eſt apoplexia per eſſentiam in capite, aliqua per communitatem, ſicut cum oppilantur uenæ ſiue arteriæ apoplecticæ, aut coarctatoriȩ à ſanguine phlegmate aut melancholia, aut attenuatoriȩ à frigiditate forti, aut ſtipticitate, aut ab aliqua re exterius fortiter comprimente, & aliquando fit cauſa cordis propter oppilationem, malam complexionem, aut debilitatem. Vnde in his duobus caſibus ſpiritus uitales non tranſmittuntur ad cerebrum, ex quibus debent fieri ſpiritus animales, & quia etiam debent concurrere ad quaſcunque operationes ſenſitiuas & motiuas. Tertius caſus quãdo in aliquo membro eſſet fortis dolor propter quem cerebrum contraheretur, unde fieret ſpaſmus uniuerſalis in toto, ſed hoc fortè magis debet dici epilepſia quàm apoplexia. Quartus caſus ubi à toto ſicut in febribus

communi-

communicarentur uapores capiti uentriculos oppilantes, ita ut fierent ſine ſenſu & motu, & hoc idem eiſdem uaporibus ab aliquo particulari membro cõmunicatis. Aliquando apoplexia eſt per eſſentiam in cerebro propter oppilationẽ, aut attenuatoriam ſicut à frigore forti extrinſeco occurrente, aut ex approximatione alicuius rei uenenoſæ, unde cerebrum contrahitur, aut à percuſsione, aut caſu comprimente os ſuper cerebrum, aut ſanguine, aut alia materia retenta inter os & cerebrũ, aut à ſimili materia in meatibus cerebri exiſtente. Aliquando oppilatio eſt coarctatoria propter ſanguinem phleg. melancholiam in uentriculis cerebri contentam, & aliquando propter fortem dolorem cerebri ipſum contrahitur taliter ut fiat huiuſmodi oppilatio. Cauſæ autem ſumptæ ex rebus nõ naturalibus ſunt ſicut aër foetidus, uehementer frigidus & humidus & uaporoſus, & ſicut nimius potus. 5. apho. Si inebriatus quis repẽtè ſine uoce &c. Nec non crapula multa, uſus longus rerũ frigidarum caput replentium aut ſtupefacientium, ſomnus multus & propriè de die & reſupinè, retentio euacuationum conſuetarum, nimia quies aut nimis fortè exercitium, ſubitò occurrens timor multus aut triſtitia. Et ex his ſequitur quarta diſtinctio quòd aliqua apoplexia eſt materialis, quædam immaterialis propter fortem conſtrictionem cerebri, aut contractionem, propter aliquã cauſam intrinſecam aut extrinſecam, ſicut à dolore aut accidentibus animi. Plures tamen iſtarum magis merentur nominari epilepſiæ quàm apoplexiȩ cum epilepſia ſit ſpaſmus uniuerſalis, ſicut apoplexia eſt paralyſis uniuerſalis, apoplexia uerò nunquã fit à cauſis exiccantibus cum cerebrum non poſſit tantum exiccari, ut homo fiat apoplecticus.

Signa uerò quædam ſunt prognoſtica. Ex quibus eſt diſpoſitio corporum ad apoplexiam. Et iſta ſunt frigida & humida, maximè ſecundum cerebrũ complexionaliter & ætatiuè, ut, 2. aphor. Epilepticorum iuuenibus in cõmen. apho. 6. Apoplectici maximè fiunt his ætatibus à 40. an. uſq; ad 60. Et in hac ætate magis ab humore melancholico, licet in decrepitis magis à phlegmate, pueri uerò magis incurrunt epilepſiam propter fortitudinem caloris uapores excitantis, quæ ſunt magis immediata cauſa epilepſiæ ſicut humores frequentius apoplexiæ, & cum hoc pueri habent uirtutem fortem non ſinentem multam materiam cõgregari. Horum oppoſitum eſt in ſenibus, & propriè decrepitis. Item habentia capita parua & ſtricta ſunt ad apoplexiam parata. Vertigo perſeuerans in ſenibus cum debilitate ſenſuum, incubus, iectigatio, ſtupor, pigritia, ad motus corporeos, grauis & longus ſomnus cũ repletione, tremor in toto propriè in capite, concuſsio dentium in ſomno, urina nigra, id eſt liuida, obſcura, craſſa, cineritia, uaporoſa, id eſt, cum multa ſpuma tenaci, cum multo ſedimine ferrino ſiue furfureo, id eſt, diuiſo in paruas partes tamen compactas, ut ſunt ſerraturæ ligni, aut ſerinum, id eſt, ſimile ſero lactis uel fermento in aqua diſſoluto, inflatio uenarũ guidez arguens multã materiam oppilaturam arterias ſubethicas aut cerebri uentriculos, hæc quidem apoplexiam prognoſticantur.

Signa inchoantis apoplexiæ ſunt clamor, deinde anhelitus mugitui ſimilis, deinde uox ſicut ſtrangulati, & hæc ſunt cum apoplexia inceperit, ſed nõdum multum impreſſerit, poſtea ipſa iam multum imprimente fit ſtertor, poſtea ſpuma & fit ablatio ſenſus & motus ad modum ſuperius expoſitum. Et hæc ueritatem habent in apoplexia media cõmuniter contingente, in fortiſsima autem fortaſſe nõ procedent iſta propter ſubitum aduentum eius neq; etiam apparet ſtertor modico aëre et tardè inſpirato, in debili etiam non eſt ſtertor, nec uox ſtrangulati, nec fortè anhelitus mugitui ſimilis, licet clamor frequẽter præcedat.

Signa autem ſignificantia materiam ſanguineam ſunt facies & oculi rubei, & calore multum ſuffocato tendit illa rubedo in uiride & tandem in nigrum, tenſio uenarum, id eſt, guidez, uenarum faciei, oculorũ, frontis, temporum & uenarum quæ ſunt poſt aures, & plenitudo uenarum quæ ſunt ſub lingua, & fit ſubitò ualde, & ſi præceſſit caſus uel percuſſio eſt illud manifeſtius & pulſus plenus. Phlegma uerò ſignificat color albus, oculi pleni lippa, nares humidi, humiditas ex ore profluens, oregmon. Melancholiam aũt ſignificat color tendens in fuſcum, priuatio huiuſmodi humiditatum à capite profluentium, & ſunt ſigna communia ſignificantia ſpeciem materiæ ſumpta à complexione, habitudine, ætate, ſexu, regione, arte & regimine de quibus ſupra. Spuma quoq; ſignificat ſpeciem humoris ſuo colore albo, plumbeo, citrino, rubeo &c. Signa apoplexiȩ apoſtemoſæ eſt feb. continua ſecum coniuncta. Aliquando tamen apoſtema procedit, & tũc ſunt ſigna apoſtematis de quibus ſupra, aliquando ſubſequitur materia fixa & ſoluente continuum. Signa diſtinguentia inter apoplexiam & ſubeth ſunt, quia in ſubeth remanet auditus & uiſus & operationes aliquæ ſenſuũ interiorum & exteriorum, & fit magis paulatim. Differt à ſyncopi quia in ſyncopi facies eſt ſicut mortui reuocato ſanguine & ſpiritu ad cor, in apoplexia facies eſt ſecundum conſuetudinẽ. Et in ſyncopi pulſus eſt ſubmerſus, debilis ualde, interdum uermicularis, ſed in apoplexia eſt ferè pulſus conſuetus. Et in ſyncopi ſecundum plurimum caſus in terrã eſt uelocior. Differt ab epilepſia, quia in ea ſunt motus ſpaſmoſi, in apoplexia non, licet quandoq; fit cum ſpaſmo in facto eſſe, & epilepſia eſt cum periodis, apoplexia non. Differt à præfocatione matricis, quia præfocata audit & ſentit & adſunt ei operationes ſenſuum interiorum.

Apoplexia per colligantiam cognoſcitur, quia prȩceſſerunt nocumenta totius uel membri communicantis. Si uerò ſit per eſſentiam non eſt neceſſarium tale præceſsiſſe &c. Oppilatio autem arteriarum ſubethicarum cognoſcitur ſecundum plurimũ per inflationem uenarum colli, & cum abundantia nocumentorum cerebri. Illa autem quæ à corde eſt cognoſcitur, quia ſecundum plurimum eſt facies ſicut mortui, eſt enim ſecundum plurimum ſyncopi coniuncta. Vltimò diſtinguitur apoplecticus fortiſsima apoplexia à mortuo per quatuor ſigna. Primum eſt, ut in aëre quieto operiantur os & nares cotto ſubtiliſsimè carminato. Aut candela accenſa cum flamma ex oppoſito narium ponatur. Aut cyathus plenus aqua ſuper extremitate pectoris ipſius reſupini ponatur, tunc ſi non uideatur aliquod iſtorũ moueri, certũ eſt ipſum eſſe mortuũ. Quòd ſi cõtra in ipſis aliquis motus comprehendatur adhuc uiuit. Simile experimentum eſt de ſpeculo terſiſſimo oppoſito ori et naribus

d

nam ſi non maculetur eſt mortuus. Si uerò maculetur quod non eſt niſi propter flatum anhelitus uiuit, ſed hoc ſignum eſt cęteris minus certum. Pro quo nota quòd anima poteſt mouere pectus motu dilatationis & conſtrictionis ſolo concurſu ſpiritus uitalis ſine animali. Vnde hic motus erit dicendus merè naturalis non mixtus, ut uult G. 2. aphoriſ. 42. com. Et etiam cõfirmatur authoritate Hip. allegata per Auic. 21. tertij cap. de generatione embrionis. Dicit enim quòd cor eſt primum quod uiuit & ultimum quod moritur, ergo motuum eſt cerebrum uiuente corde, ſed cor non poteſt uiuere niſi per reſpirationem euentetur, ergo erit reſpiratio cum nõ erit ſpiritus animalis. Ex quo ſequitur ut ſupra aliquem anhelitum eſſe merè naturalem, licet tamen Gal. ſextò interiorũ uoluerit aliqua animalia frigida per aliquod tempus nõ anhelare, ſed ſufficere eis euentationem quæ fit ab extrinſeco per poroſitates corporis, illud tamẽ tempus eſt paruum, ſed de homine habẽte cor ualde calidum non eſt ueriſimile. Non apparentibus tamen ſignis alicuius anhelitus, neq; pulſus authores prohibent huiuſmodi corpora quæ ſunt uel fuerũt apoplectica, ſepeliri uſq; ad tres dies, cuius triplex ratio redditur.

Prima eſt ſumpta à motu humorum, omnis enim motus humorum in triduo finitur. unde in hoc tempore ſi quid uitæ ſuperſit debet declarari, cum propter motum nouum cuiuſcunq; humoris in triduo, debeat fieri aliquis motus in ęgro, ſicut euentatio aut criſis. Secunda cauſa eſt, quia luna, ſaltem ueſociter mota, peragrat mediam quartã circuli ſignorum ex qua conſurgit aſpectus ſextilis uirtutem conſortans, peragrat enim uelociter mota ſingulo die quindecim gradus, hæc autem ratio non eſt generalis, ſed ſolum eſt ualida, dum luna uelociter mouetur. Tertia cauſa, quia in hoc tempore incipit aliqualis fœtor mortis declaratiuus, & propterea reſuſcitatio Lazari quatriduani iam fœtentis fuit miraculoſa non naturalis, ergo quàm primum incipit fœtere, etiam ſi eſſet prima dies ſicut in æſtate eſt ſepeliendum prçcipuè factis experimentis ſupraſcriptis. Gentilis tamen addit quòd tertia dies eſt dies ultimi et acutiſſimi conatus, in qua ſi nullum ſignum uitæ apparebit nunquam deinceps eſt ſperãdum. 7. apho. Quibuſcunq; ſphacelatum eſt cerebrum &c. Prognoſtica. Primum, apoplexia fortis aut media eſt ſecundum plurimũ mortalis, uidi enim quoſdam ſed paucos apoplecticos media apoplexia cum forti ſtertore & ſpuma ſaluatos fuiſſe.

Secundum, omnis apoplexia per communitatem, aut immaterialis, ſalubris, ſaluatur abſque tranſitu in paralyſim ſecundum plurimum. Tertium, apoplexia per eſſentiam materialis ſalubris, per tranſitum in paralyſim ſecũdum plurimum ſaluatur. Quartum cum applicantur naribus apopletici potenter cõmouentia ſternutationem, & non ſternutat nec ſentit impreſsionem, mortale. Cura.

CVm ergo iſta accidentia uiſa fuerint, attendendum erit an patientis facies multũ rubere, aut denigrari, aut uiridis fieri uideatur, quẽadmodum contingit cum ſanguis in aliquo membro ex coarctatione retinetur. Tunc enim ſanguis ex duabus guidez illico extrahẽdus erit, aut ex duab. cephalicis.

Hic Raſis ponit curam apoplexiæ. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit curam apoplexiæ ſanguineæ. In ſecunda phlegmaticæ. In tertia iterũ redit ad complendum curam ſanguineæ. ſecunda ibi. Quòd ſi ita non fuerit. tertia ibi. In prima aũt huius paſsionis. De prima parte Raſis ponens ſigna apoplexiæ ſanguineæ & curam dicit, quòd cum ſigna apoplexiæ abſolutæ uiſa fuerint, erit attendendũ an patientis facies multum rubere aut denigrari aut uiridis fieri uideatur, ſicut contingit cũ ſanguis in aliquo membro retinetur ex coarctatione, id eſt, propter conſtrictionem, & tunc in hoc caſu faciẽda eſt phlebotomia aut ex duabus guidez, aut duabus cephalicis. Et uos ſupplete alia ſigna ſanguinis, ſcilicet tenſionem uenarum, tactum calidum &c. de quibus ſupra.

Notandũ primò ſanguinẽ quatuor ex cauſis poſſe uiridem fieri & tandẽ denigrari, primò per aduſtionem, quia calidum agens in humidum denigrat. prima primi. ſecundò per congelationem ſpiritus calorem naturalem mortificando, ſpiritib. corruptis, qui ſunt lucidi penès Auic. in lib. de uiribus cordis. tertiò per exitũ ſanguinis à uena in aliquo loco concluſi ſicut in cõtuſione. quartò per conſtrictionẽ ſanguinis etiã ad intra uenas non debitè euentati ſpiritibus corruptis qui ei admiſcentur. Et hic ultimus modus eſt ad propoſitũ, nam propter anhelitus conſtrictionem in apoplexia, ſanguis qui primò erat rubeus prohibita ipſius & ſpirituum debita tranſpiratione & euentatione prius uireſcit, deinde nigreſcit, amplius euentatione prohibita per ulteriorem ſuffocationem. Eſt enim uiriditas quaſi tranſitus à rubeo in nigrum.

Notandum ſecundò, quòd uenæ guidez ſunt duplices. Quædã intrinſecè occultatæ in collo. Et quædam extrinſecè apparentes in eo in ambobus lateribus colli. Et ſunt iſtæ quæ phlebotomantur quarum phlebotomia diuertit à cerebro & ſanguinem in loco coniunctũ propter propinquitatẽ etiam euacuat. Timetur aũt harum phlebotomia primò propter infamiam ne dicatur infirmũ eſſe ſubſcannatum, ſecundò quia retentio ſanguinis abſque forti conſtrictione eſt difficilis. Et ſi fortiter cum ligatura conſtringitur, magis impeditur anhelitus. Item fit expreſsio ſanguinis ad ſuperiora, unde augetur apoplexia, & etiam conſtringitur ſuper arterijs apoplecticis quod præparat ad apoplexiam. Veruntamen ſanguis poſſet etiam cum pauca ſtrictura conſtringi ut infuſo cotto in albumine oui & ſuper eum digito cõpreſſo donec adhęreat. Phlebotomia tamen cephalicarũ eſt cõmuniter conſueta, & ſatis efficax. Verum propter ultimũ dictũ Raſis in præſenti cap. aliquando oportet inchoare à phlebotomia ſaphenarũ cum corpus eſt ualde plectoricum & ſanguis petit ſuperiora, ut etiam in alijs duobus caſibus ſupraſcriptis in phre. ubi uerisimiliter ſimus ſecuri ægrum poſſe durare donec fiat ſecunda phlebotomia ſcilicet ex guidez uel cephalicis ſcilicet uſq; ad duas uel quatuor, horas uel circa. Si autẽ uideremus fortem apoplexiam, tutius eſt à cephalicis inchoare. Et debet eſſe phlebotomia copioſa ſecundũ ſanguinis exuberantiã poſtea phlebotomentur uenę magis proprię ſiue particulares, ut quæ ſunt ſub lingua,

poſt aures, in fronte uel naſo, uel occipite, uel cute capitis, ita ut una aut plures fiant phlebotomiæ ſecundum exigentiam. Poſt hoc ſi opus eſt humores ſanguini commixtos euacuare fiat cum clyſteribus non multum calidis, ſicut in phlegmatica, ſed tamen potenter euacuãtibus, de quibus infra aut cum ſumptis per os ſicut pillulis cochijs, hiera cõpoſita diſtemperata cum pauco hidromellis.

Quòd ſi ita non fuerit, imò cum aërem attrahit hic, ſentitur & auditur in pectore oregmon, ex hoc clyſtere erit clyſterizandus, cuius hæc eſt confectio. Recipe colocynthidis, bucormariem, centaureæ minoris, hartanitæ, ellebori albi, omnium ana M. 1. coquantur omnia in tribus lib. aquæ, donec ad unam redeant, deinde colentur & ex media libra huius apozematis fiat enema, quod ſi citò exierit fiat iterum donec humorum multitudo cum eo exeat.

Ponit curã apoplexiæ phlegmaticæ dicens: Quòd ſi non fuerint ſigna ſupraſcripta ſanguinis, imò cum reſpirat auditur oregmon in pectore, id eſt, ſonitus quidam ſicut inpropinquus morti proueniens ex humiditate multa in canna pulmonis cui aër reſpiratus obuiat, & tu ſupple faciẽ albam & cætera ſigna phlegmatis, tunc clyſterizandus erit hoc clyſteri educente phlegma à locis remotis, imò interdũ ſanguinem propter ſui acuitatẽ. Colocynthidis cal. & ſic. in tertio. Buchormariem, id eſt, panis porcinus ſiue cyclamen ſiue malum terræ cal. & ſic. & in tertio. Centaureæ minoris quæ eſt efficacior ad euacuandum phlegma à capite quàm centaurea maior cal. & ſic. in tertio, al. in ſecundo. Harranitæ quæ eſt una ſpecies buchormariem ſimiliter cal. & ſic. in tertio. Ellebori albi inductiui ſeuorum accidentium quod natura humana moderno tempore ſi exhibeatur per os non tolerat, licet toleraret elleborum nigrum, & eſt cal. & ſic. in tertio. Ex his quinq; cuiuſlibet M. 1. bulliat in trib. ℔. aquæ donec redeat ad unam, & ex media libra huius apozematis, id eſt, decoctionis ſiue infuſionis fiat clyſtere, potenter enim euacuat phlegma & diuertit à partib. longinquis, omnia enim hæc phlegma potenter euacuãt imò hartanita & buchomariem extra applicita ſtomacho & uentri ſoluũt, & uomere faciunt. Si autem uelimus clyſtere minus calidum, poſſet his in decoctione matrum uiolarum. M. 1. addi & nõ imponitur in hac decoctione niſi. 5. ℔. propter ipſius acuitatem, & hæc clyſteria ſunt multotiens replicanda bis aut ter in die, ut fiat notabilis huius phlegmatis euacuatio & diuerſio, ita ut ferè totum tempus occupetur, nunc in clyſteribus, nunc in cæteris diuerſionibus. Aliud Gerardi de ſolo. ℞. centau. minoris, utriuſque ſaluiæ, rutæ, abrotani, calamenthi, origani. an. M. 1. aniſi, marathri, ſiſeleos, ſe. baſiliconis. an. ℥. s. florum ſtecados arabici, ℥. 1. pulpæ, colocynthidis. ʒ. 2. furfu. M. 1. mellis anacardi, olei caſtorei. an. 4. s. ſalis gemmæ. ʒ. 1. hieræ picræ, ellebori albi. an. ʒ. 6. bulliant omnia in 10. ℔. aquę præter hierampicram, uſq; ad conſumptionem medietatis & coletur & ex colatura accipiantur. 5. quartę & addatur hiera picra ſupraſcripta & imponatur, eſt enim efficax propriũ & ultimum. Et fortius eſſet ſi aliquid mellis anacardi nõ decocti & ſimiliter oleum de caſtoreo clyſteri admiſceretur, deinde imponeretur, eſt enim mel anacardi calidum in quarto uehementer ſtimulans.

Naribus quoq; condiſi & elleborus albus ſuauiter inſufflentur.

Ponit curam per ſternutationem inſufflando in nares ægri condiſi & elleborum ſubtiliter puluerizatos, ex quo apparet condiſi non eſſe elleborũ, ſed eſt planta quæ dicitur ſtruthium cõmouens ſternutationem. Succus aũt ireos potenter ſternutare facit, ſed ſuccus cucumeris aſinini potentius, omniũ potentiſsimum eſt euphorbium.

Et eſt ingeniandum, ut anacardinũ cum hydromelle per os ad ſtomachum multotiẽs deſcendere cogatur quaque die ſemel. Ex quo aur. 1. pondus in potu ſumendum eſt, cuius deſcriptio eſt in capite de paralyſi. Sartago præterea ferrea calefacienda eſt, & capiti multotiens adeo uicinanda ut patientis capilli adurantur.

Ponit curam dando per os. 1. aur. confectionis anacardinæ commixtæ cum pauca aqua mellis taliter ut deſcendere poſsit per meri, hæc enim feb. inducens phlegma exiccat & reſoluit, cuius confectionis deſcriptio ponetur in paralyſi. Sartago præterea ferrea eſt calefacienda & capiti multotiens adeo uicinanda, ut patientis capilli adurantur. Melius autem eſt, ut hæc ſartago ſit ad formam capitis, & quòd capilli prius fuerint abſciſſi, conuertit enim phlegma in uaporem & minuit.

Quòd ſi hoc modo non ſanatur in medicando plus laborabitur. Caput nanque rademus, & ex ſinapi trito, & caſtoreo, & fortiſsimo aceto liniemus.

Docet applicare capiti raſo medicamen factum ex ſinapi, uel allio, & caſtoreo. an. cum aceto fortiſſimo diſtemperatis, hæc propter caliditatem ſuam attingentem uſq; ad quartum gradum potenter phlegma reſoluũt, imò rubificant, & quandoq; ueſicant ſi per duodecim horas ſtent in loco applicata & aliqualiter conſtricta, debent autem poni ſuper toto capite, maximè ſuper tribus commiſſuris. Emplaſtrum Gerardi multum attrahens ad exteriora. ℞. galbani, ſerapini, opopanacis. an. ℥. 2. euphorbij, pyrethri, ſinapis, caſtorei, trium generum piperis. an. ʒ. 2. ſulphuris uiui. ʒ. 1. s. tereben. ℥. 1. puluerizanda pulueriz entur, liquefienda liquefiant, poſtea miſceãtur omnia, & fiat maſſa & ſuper alutam extendatur.

In prima autem huius paſſionis ſpecie,

d 2

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.28

poſt phlebotomiã ſtringemus fortiter adiutoria ligando ſuperius parum ſub coniunctione ipſorum cum ſpatulis et ſtringemus tibias ſimiliter. Capiti quoq; ſuperfundendum eſt oleum roſaceum & acetum uini, & phlebotomia facienda eſt prius in pedibus & poſtea in naſi extremitate.

Redit ad complendum curam apoplexiæ ſanguineæ, & in primis iubet phlebotomiã uenarum pedũ, poſtea uenę extremitatis naſi, et iubet poſt phlebotomiam fortiter adiutoria ſtringi parum ſuper coniunctionem, & ſimiliter tibias parum ſupra genu & capiti infundi acetum & oleum roſa. iuxta ſuperiorẽ doctrinam. Per hanc enim phlebotomiã pedum intendit euacuare & diuertere, & ſimiliter intendit diuertere per ligaturas doloroſas & ægrum excitare, & per oxyrodinum materiam ad caput uenientem, repercutere. quod conuenit materia exiſtente in fluxu ad caput per uenas extrinſecas per phlebotomiam extremitatis naſi intendit ſanguinem actu facientem apoplexiam eradicare, ſed ante phlebotomiam naſi phlebotomentur cephalicæ uel guidez. Et ex his quæ dicta ſunt potes elicere quinq; intentiões curatiuas. Prima euacuat. Secunda diuertit. Tertia localia applicat ſecundum exigentiam temporum. Quarta corrigit accidentia. Quinta ordinat debitum regimen ſex rerum non naturalium. Prima autem in ſanguinea & phlegmatica completur, ut dictum eſt ſupra, clyſteria tamen in ſanguinea debent eſſe minus calida, & aliquando fiant ſuppoſitoria fortia ut ex ſalgemma ſolo, ſed cum filo ſuſpendantur, ut liberè poſſint extrahi, & poteſt fieri ex melle cui addi poteſt ſalgemma, & illa quę ponuntur in clyſteribus. Verum in melancholica ponãtur in clyſteribus & ſuppoſitorijs elleb. niger & cætera quæ potentius euacuant melancholiam, nec hic opus eſt digeſtiuis, cum non det inducias niſi fortè in declinatione. Secunda aũt intentio completur omni genere diuerſionum quæ ſunt aſſiduandæ, & propriè fortiores earum ſicut ligaturæ & uentoſationes & debent ſæpe mutari, ſic enim melius diuertunt & ægrum excitãt, & fiant ſternutationes iteratæ cum his quæ dicta ſunt. Tertia intentio eſt ex dictis manifeſta. Quarta uerò intentio completur prouocando urinam cum his quę ſuperius dicta ſunt in capite de phreneſi, & alia accidentia corrigãtur ſecundum exigentiam. Quinta autem ſimiliter completur locando ægrum in aẽre calido & ſicco ſi fuerit phlegmatica, ſi uerò ſanguinea in aẽre ſicco temperato in actiuis, aut leuiter declinante ad calidũ, & ſi fuerit melancholica in aẽre declinante ad temperiem in actiuis & paſſiuis, aut leuiter declinet ad calidũ. Dieta autem ſit nihil dare uſque ad declinationem, & tunc poteſt dari hydromel & oxymel. In phlegmatica & melancholica acetoſus ſimplex, & aqua hordei in ſanguinea, & gradatim poſtea aſcendere ad dietam craſſiorem, et conformem humori peccanti. Somnus aũt cum declinat concedatur, ſed multoties interruptus, ſollicitè intẽdatur ad euacuationem omnium ſuperfluitatum, motus in declinatione conuenit, & ſi non poſſunt fieri, fricationes fortes uicem ſuppleant exercitij. Prouocentur ad iram & triſtitiam. Duo tamen præcepta maximè hic attende. Primum quod eſt commune huic et omnibus ualde acutis paſſionibus, ut ſcilicet ſubitò feſtines ad curam, nam poſt duodecim horas ſi tardetur ſecundum plurimum cura erit irrita & uana. Secundum eſt in apoplexia per eſſentiam in cerebro materiali labores in prouocando paralyſim cũ fricationibus fortibus maximè in ea parte in quam natura repit, & omnibus alijs auxilijs. Si uerò fuerit per cõmunitatem cura ſicut in cap. de ſoda dictũ fuit cum illis quinq; intentionibus quæ huic loco applicandæ ſunt. Si uerò pendeat à cauſa primitiua ipſam remoue. Et nocumentũ per ipſam immediatè impreſſum, uirtutem excita, & humores à lapſu prohibe omni genere diuerſionum. Si uerò à mala complexione ſine materia pendeat, altera cum contrarijs, humores à lapſu prohibe, uirtutem ſopitã excita, cum omni genere diuerſionum.

DE SVBETH. Cap. VI.

SVbeth apud Arabes importat ſomnũ longum & profundum, qui diffinitè, ſecũdum Auicen. eſt ſomnus ſuperfluus, ſcilicet in longitudine, & grauis, id eſt, profundus à quo difficilis fit excitatio, pendens à cauſa præter naturam. Dicitur autem ſuperfluus & grauis ad differentiam ſomni naturalis, et dicitur pendens à cauſa præter naturam ad differentiam ſomni non naturalis, de quo infra. Somnus aũt diffinitiuè ſecundum Auicen. eſt reditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis ſenſum et motus ad ſuum principium, cum quo priuantur ipſorum inſtrumenta ab exitu operationis in ipſis, niſi quæ neceſſaria ſunt ad hoc, ut uita permaneat, & illa ſunt inſtrumenta ſpiritus, id eſt, anhelitus, dicitur primò reditus ſpiritus animalis, quamuis etiam redeat ſpiritus uitalis & naturalis ad ſua principia, principaliter tamen animalis, cum propter eum magis ſomnus inductus ſit, quàm propter alios ſpiritus ipſo in uigilijs magis laborante in operationibus ſenſus & motus, & per conſequens magis reſoluto. Dicitur ab inſtrumẽtis ſenſus & motus, quia propter ea principaliter factus eſt ſomnus ut quieſcant. Dicitur ad principium quia ſcilicet ad cerebrum quod eſt principium ſpiritus animalis, licet etiam in ſomno ſpiritus uitalis redeat ad cor, & naturalis ad epar, nõ eſt tamen negandum quin omne genus ſpiritus redeat ad unumquodq; membrorũ principalium, ſed plus de animali redit ad cerebrũ quàm de uitali ad cor & de naturali ad epar. Dicitur poſtea quòd priuantur inſtrumenta ſenſuum et motus, non quidem completè, ſed diminutè, cum in ſomno inſtrumenta ſenſuũ ſentiant obiecta fortiter imprimentia, & moueantur, ut eſt manifeſtum. Vltimò additur præter ea quæ ſunt neceſſaria ad uitam, ſcilicet inſtrumenta anhelitus, nam iſta ſcilicet diaphragma & pectus nullo modo in operationib. ſuis diminuũtur. Cauſæ aũt reditus ſpiritus ad ſua principia eſt primò inclinatio ipſorũ ſpirituũ ad redeundũ ad ſua principia cum ſunt laſſati & reſoluti, ut in ſuis principijs fortificentur & reſtaurentur, nõ quia ſpiritus nutriantur cum ſint inanimati, ſed fouẽtur & alij de nouo regenerentur: ideo Auerrois ſecũdò colliget capite de opere ſomni, comparat ſpiritus militibus qui fracti redeũt ad ducem exercitus, & ad ſigna ut inde fortificati acriores redeant ad pugnam. Trahuntur etiam ſpiritus à ſuis principijs, imprimentibus in ipſos proprietatem qua ad ipſos moueantur, licet etiam moueantur ad ipſa ne detur uacuum ſicut accidit in corporibus ſubtilibus permixtis cum una pars mouetur reliqua ſubſequitur. Licet poſſet dici quòd mẽbra principalia attrahãt ſpiritus nihil imprimendo per ſolam ſubordinationẽ, utilitas quæ ſequitur ex parte ipſorum principalium & deſeruientium eis, maximè ſtomachi eſt, quòd eorum digeſtiones fortificantur ideo dicitur quòd ſomnus eſt quies operationum animalium cum fortificatione naturaliũ, ſed intellige quòd hæc diffinitio eſt cauſalis, quia data per cauſam efficientem quæ eſt reditus ſpiritus, ſi autẽ uelles formalem, dic quòd ſomnus eſt quies operationum animalium cum fortificatione naturaliũ propter reditum ſpiritus animalis. Ex his quidem poſſent dici tres cauſæ ſomni, ſcilicet efficiens quæ eſt ipſe reditus ſpiritus animalis, cauſa autem remotior efficiens eſt ipſa forma impreſſa in ſpiritibus à principalibus, aut naturalis ſubordinatio ipſorum, aut propria inclinatio ipſorum, aut ne detur uacuum, quæ omnes ſunt cauſæ reditus. Cauſa autem efficiens conſeruans eſt oppilatio in rete mirabili & in neruis, uenis, & arterijs, per quas ſpiritus redeunt ad inſtrumenta ſenſus & motus, quæ oppilatio fit à uaporibus aſcendentibus ad cerebrum in prima, ſecunda, & tertia digeſtione qui uapores ingroſſati à frigiditate & humiditate cerebri oppilant huiuſmodi uias de quibus ſermo præceſſit, licet in ſomno præter naturam fiat oppilatio ab humoribus & uaporibus groſſis. Cauſa autem formalis eſt quies operationum animalium. finis aũt eſt fortificatio ipſorum ſpirituum, & digeſtionis ſtomachi & membrorũ principalium, licet non ſit finis ultimus, nam finis ultimus omnium operationum humanarum eſt felicitas &c. Cauſa aũt materialis non eſt aſſignanda, quia neq; ſomnus, neque aliud accidens habet cauſam materialem ex qua. Et ſi Auerrois dicit loco allegato uapores eſſe cauſam materialem ſomni, intellige cauſam materialem cum qua non ex qua, quæ nihil aliud eſt quàm cauſa efficiens. Ex his habemus quod calor in ſomno fortificatur interius, minuitur exterius, quapropter in ſomno indigemus pluribus operimentis quàm in uigilijs, & notate quòd cũ ſpiritus ſint fortificati in ſomno etiã reſoluta oppilatione redeunt exterius, et tunc animal expergeſit, & non credatis quòd ſemper redeant ad extra idem numero, qui prius fuerant ingreſſi, cum ſerè in unaquaq; cibatione fiat nouorũ ſpirituũ regeneratio ſicut continuè fit ipſorũ corruptio. Notate etiã quod ſpiritus redeunt ad principalia à membris omnibus, ut ab oſſe, carne & huiuſmodi quæ non ſunt inſtrumenta, licet nõ ita ſicut ab inſtrumentalibus, & etiam ab inſtrumentis anhelitus, ſed pauci ita ut non diminuantur in operationibus ſuis, & hoc propter cauſas & fines aſsignatos, et ex his manifeſtũ eſt quòd ſomnus eſt paſſio anterioris cerebri, & propriè primi uentriculi, cum in eo magis impediatur ſenſus cõmunis quàm aliquis aliorũ ſenſuum interiorum, & inter exteriores, magis uiſus & auditus, quàm tactus, quia fiunt propter neruos ab interiori cerebro ortum habentes, ſicut tactus per neruos orientes à nucha & cerebro poſteriori. Somnus triplex eſt, naturalis, nõ naturalis, & præter naturam. naturalis qui fit à cauſis naturalibus non lædentibus ſenſibiliter neq; inſenſibiliter ſicut à reſolutione moderata ſpirituũ in uigilijs & laboribus, & oppilatione moderata à uaporibus primæ & ſecundæ & tertiæ digeſtionis. Non naturalis qui fit à cauſis non naturalibus inſenſibiliter lædentibus, ſicut ab exercitio & uigilijs modum excedentibus & præter modum ſpiritus reſoluentibus & à medicina ſoluente, & ſicut à crapula & ebrietate nõ tamen modum excedente & aſſumptione rerum moderatè ſtupefacientium, & ſicut fit in neutris conualeſcẽtię, & hic ſomnus eſt longus et profundus, aut quia ſpiritus ſunt nimium paucificati, unde nõ ſuperſunt ut poſſent exire, aut nimis ingroſſati, unde ſunt facti tardiores ad motũ & fortè nimia oppilatio facta eſt, nulla tamen exiſtente læſione ſenſibili. Præternaturalis aũt eſt qui fit à cauſis ſenſibiliter lædentibus ſicut eſt ſubeth de quo nunc agit Raſis, & ſic patet quid eſt ſubeth, quid ſomnus naturalis, & quid nõ naturalis.

CVm aliquis quaſi dormiens iacet, et tamen ſentit & mouetur, ſed oculos ſecundum plurimum habet clauſos, quos tamen dum uocatur cum clamore, aperit licet iterum ſtatim claudat, jam patitur ſubeth.

Diuiditur præſens capitulum in duas partes. Primò Raſis agit de ſubeth theoricè, ſecundò practicè. ſecunda ibi. Qui cum clyſteribus. De prima parte dicit cum aliquis quaſi dormiens iacet, & tamen ſentit & mouetur ad differentiam apoplectici & ſyncopizati, & ſecundum plurimum tenet oculos clauſos, ad differentiam congelati, de quo in ſequenti capite, qui ſecundum plurimũ ſtat oculis apertis, quos tamen dum uocatur cum clamore aperit, licet ſtatim claudat, ad differentiam præfocatæ quæ non aperit oculos, licet audiat et ſentiat. Et quia ſubeth fit paulatim & poſt ſomnum & diu durat, præfocatio eſt his contraria, hic patitur ſubeth.

Qui cum clyſteribus acutis quæ paulò ante nominauimus curandus eſt. In os quoque ipſius mittendum hydromel, et laborabimus ut deſcendat, ipſum enim nutrimentum exiſtit eius. Caput præterea uſque ad diatritum primũ oxyrodino infundendum. Poſt tertium autem diem ſternutationem prouocabimus ex his quæ nominabimus, & radémus caput, & leniemus ex ſinapi & caſtoreo & aceto.

Hic ponit curam ſubethici quinq; remedijs. Primò curat ipſum cum clyſteribus acutis, dictis in capitulo de apoplexia, quorũ duo aut plura aut ſaltem unum imponatur in die ad diuertendũ et euacuandum materiam phlegmaticam à capite. Clyſteria tamen

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.29

poſſunt eſſe leuiora quàm illa quæ dicta ſunt in cap. de apoplexia, cum ſubeth ſit minor ægritudo quàm apoplexia, ut faciendo decoctionem ex hyſſopo, calamentho, ſtecade arabico, agarico, quibus apud neceſsitatem addatur cẽtaurea, colocynthis, & alia quæ ponuntur in clyſteri deſcripto in cap. de apoplexia.

Secundò curat cum hydromelle pluris aut paucioris aquæ. Commune aũt hydromel recipit 8. partes aquæ, & unam mellis, & bullit uſq; ad tertiæ partis conſumptionem continuè diſpumando, & elaborandum eſt, ut deſcendat ad ſtomachum, quia cum difficultate deglutit. Eſt enim cibus medicinalis. Et ſi uis ipſum magis nutritiuũ pone ſex partes aquę et unam mellis, & ſi ipſum minus nutritiuũ pone 12. partes aquæ, & unam mellis, ſemper diſpumando & bulliendo, donec pars tertia ſit conſumpta, uerum declinante ſubeth oportet ingroſſare dietam dando brodium cicerum, & tandem aliquid carnium & uini. Tertiò applicat capiti oxyrodinum ſuperius deſcriptum, & hoc fronti & temporibus materia fluente per partes extrinſecas uſq; ad diatritũ primum, id eſt, ſpatiũ triũ dierum, donec materia ſit fluxa. Quartò, materiam ſecundum maiorem partem fluxam euacuat à capite cum ſternutatorijs dictis in capitulo de apoplexia, leuiora tamen poſſunt eſſe. Sufficit enim fortè ſuccus artanitæ. Vltimò ponit medicinas reſoluentes ex ſinapi, caſtoreo & aceto, dictas in capitulo de apoplexia. Eſt tamen gradatim procedendũ. primò addendo caſtoreũ, oxyrodino ſupraſcripto, tandem cõponendo caſtoreum calidum uſq; ad finem tertij, & ſinapim calidum in quarto cum aceto forti ad maiorem penetrationem. Iuxta modum conſuetũ ponendæ ſunt ſpecies & cauſæ, ſigna, prognoſtica, & tandem cura. Subeth eſt duplex, quoddam longũ pendens à ſanguine, quoddam graue ſiue profundum pendens à phlegmate. Item, quoddam materiale, quoddã immateriale. Item quoddam per eſſentiam, quoddam per cõmunitatem, aut à toto, aut à membro particulari, & quodcunq; horum fuerit, aut eſt intenſum, aut remiſſum, aut medium, &c.

Cauſæ primitiuæ ſunt, ſicut caſus & percuſſio in capite maximè comprimens os. percuſſio in temporibus, ubi ſunt arteriæ apoplecticæ, colli laqueatio & compreſsio ſuper arterijs apoplecticis, frigus aëris & humiditas ſuperflua, crapula & ebrietas, narcotica ſumpta per os, aut exterius applicita, quorũ quędam oppilant oppilatione attenuatoria, quædam coarctatoria, quædam utroq; modo. Cauſæ corporeæ per cõmunitatem ſunt ſicut febres, & propriè frigidæ & maximè phlegmaticæ in ſuis principijs, nec non multa ſpirituum reſolutio à quacunq; cauſa fiat ſiue corporea, ſiue incorporea, ſimiliter coitu, fame, uigilijs, aut exercitio, aut mora in balneo, reſolutio, aut aliud quodcunq; extenuans & reſoluens ſicut ægritudines acutæ & prolixæ, & ſimilia. Item, communicatio à quocunq; membro mittente uapores ad caput, ſicut à ſtomacho, inteſtinis, & uermes aut materia eorum, & ſic de ſingulis, qui uapores propter ſui multitudinem faciũt oppilationem coarctatoriam. Et ſi propter malitiam complexionis, fiat contractio cerebri, tunc oppilatio eſt attenuatoria, & quandoq; eſt coarctatoria in arterijs ſubethicis à ſanguine aut phlegmate prohibente tranſitum ſpiritus uitalis. Et ſi eſt cõpleta, ſequitur apoplexia. Si diminutiua ſequitur ſubeth. Per eſſentiã aũt in cerebro poteſt eſſe à mala complexione frigida, ſcilicet conſtringente, aut à mala cõplexione humida relaxante, ita ut paries cadat ſupra parietem. Et utraq; eſt oppilatio attenuatoria, aliquãdo eſt à materia ſanguinea aut phlegmatica, quæ ſi ſit in meatibus tranſitus ſpiritus, oppilat coarctatoriè: ſi uerò extra eos ſicut inter craneũ & cerebrum, aut in ipſis anfractibus & ſubſtantia cerebri, ſiue apoſtemet, ſiue non, facit ſubeth oppilando attenuatoriè. Caliditas aũt & ſiccitas non faciunt ſubeth niſi per accidens, caliditas attrahendo, ſiccitas corrugando, & inter omnes qualitates frigiditas eſt potentior in cauſando ſubeth. Signa aũt ſubeth. Et primò prognoſtica. Primũ eſt debilitas capitis à frigiditate, humiditate, repletione & ipſius paruitate. Secundũ eſt grauitas capitis cum heberudine ſenſuum & tarditate ad motũ. Signa diſtinctiua inter ſubeth, apoplexiam, ſyncopim, pręfocationem matricis, & cõgelationem ſunt ex dictis manifeſta. Differt aũt à lithargia, quia lithargia eſt cum febre, cum alienatione & obliuione, hic uerò non, & eſt lithargia ſecundũ plurimum in cerebro poſteriori, hic uerò in anteriori, & propriè in primo uentriculo. Signa cauſarum primitiuarũ ſunt pręceſſio earum & nocumenta ex ipſis derelicta. Signa ſubeth per cõmunitatem ſiue à toto, ſiue à parte, ſunt præceſsio nocumenti totius aut partis, & quod augetur ſubeth cum augmento illius, & decreſcit cũ decremento illius, aut aufertur cum ablatione illius, & per cõmunitatem interdum fit ſubitò, per eſſentiam uerò fit magis paulatim. Signa ſubeth à frigiditate ſine materia erit color uiridis, tendens in nigrum propter mortificationem ſpirituum, pulſus durus propter congelationem arteriæ, tardus diminuta neceſsitate, & nõ erit inflatio in facie nec in palpebris. Et ſi fit ab humiditate ſine materia etiam nõ erit inflatio, nec rubor ſignificans ſanguinem, nec grauitas capitis, ſed erit mollities in toto & in pulſu. Si fuerit à phlegmate, apparebit eius, multitudo in egeſtione, urina, ore, naribus & oculis. Secundò, ſatietas nauſeatiua plurima præcedens regimen proportionale, cõplexio naturalis & ętatiua frigida & humida, pulſus mollis, paruus, latus, quaſi cadẽte ſuperiori latere arteriæ cum quadam fluctuatione ſeu undoſitate, Subeth maximè profundum ſignificat albedo in facie & oculo, linguæ limoſitas, grauitas capitis, ocioſitas, ponderoſitas, inflatio palpebrarũ. Si uerò fuerit à ſanguine, erit inflatio uenarũ colli, linguæ, faciei, oculorũ, frontis, temporum, poſt aures rubedo faciei, & oculorũ caliditas percepta circa caput, & nõ erit ſomnus ita fixus, nec tanti periculi. Si uerò ſanguis & phlegma ſimul ſint in cauſa, ſigna ſunt mixta: & ſi apoſtement, aderunt ſigna mixta apoſtematis quærẽda ex his quæ ſuperius dicta ſunt in ſignis apoſtematũ. Prognoſticum ſubeth non apoſtemoſum ſecundum plurimũ curatur, ſed apoſtemoſum rariſſimè. Cura ſi fuerit à percuſſione, colli laqueatione, caſu, offenſione, conſtrictione, ut cauſa primitiua remoueatur, & nocumentum ab ipſo derelictũ, ſiue ſit uulnus, ſiue contuſio, corrigatur, ſicut dictum eſt in cap. de ſoda ex percuſſione, ad quod recurre. Et ſi pendeat à frigiditate ſine materia, remoueatur cauſa infrigidans, ſi qua ſit, & ſecundò frigiditas inducta altere-

tur

tur cum calefaciẽtibus exterius applicitis ſicut unctionibus, fomẽtis, embrocis ex oleo laurino, ſambacino de lilio, de coſto. &c. Et cũ fomẽtis ex maiorana, ſtecade, calamẽtho, folijs lauri, & cũ interius ſumptis, ſcilicet, diamuſco dulci, diãbra, mithridato, theriaca, cõfectione anacardina, & aqua uitę, quę ſunt ultima in calefaciẽdo interius ſumpta ſicut exterius applicata, & ſunt aliqua cal. in quarto ſicut ſinapis, caſtoreum, euphorbiũ, et huiuſmõi permixta cũ pauco aceti ad maiorẽ penetrationẽ, & eligant medicinę ſecundum gradũ ęgritudinis cui opponuntur. & tertiò omnia hæc ſint capitis cõfortatiua ſtipticitate quadã, aromaticitate, & ſubtilitate ſubſtãtię et forma occulta. Et lapſus humorũ prohibeat cum digerẽtibus, euacuãtibus, & diuertẽtibus ſecundũ oportunitatẽ, & ſimilibus intẽtiõibus, mala cõplexio humida corrigat, ſed ſint ſicca actu & potentia. Si uerò ſubeth pendeat à uenenis ſumptis, ſubitò ipſorũ uomitus procuret, & etiã eductio per uentrẽ maximè cũ lauãtibus & liniẽtibus cor & cerebrũ & ſpiritus confortent. Et bezahartica propria cõtra illa uenena exhibeant, & nocumenta per illa uenena inducta corrigant: ſi uerò ſubeth pendeat à crapula & ebrietate, curet cũ uomitu exquiſito, lõga abſtinẽtia & ſomno, & cum educẽtib. per inferius & cũ cõfortantibus, ſicut dictũ fuit in capite de ſoda ex ebrietate & nauſeatiua ſatietate. Si uerò ſubeth pendeat à materia ſanguinea uel phlegmatica per eſſentiam in cerebro, procede ſicut dictũ fuit in apoplexia ſanguinea, et phlegmatica, pręter hoc quòd ſubeth nõ indiget tanta feſtinatione ſicut apoplexia, nec ita fortibus & extremis curatiõibus cũ ſit ęgritudo minus acuta, et in qua ſaltẽ ante eradicatiua põt permitti digeſtio, nec hic eſt opus tenuiſſima dieta ſicut in apoplexia, ſed det aqua mellis & brodium cicerũ. horũ etiã cura in ſoda ſanguinea & phlegmatica eſt perquirenda. Subeth uerò à multa reſolutione ſpirituum curatur, reſtauratione eorum cum debito regimine & delicato ex his quorum parum, multum nutrit, & cum confortatione membrorum principalium & ſtomachi, nec his opus eſt euacuatione aut diuerſione, ſed tãtum aliquali à ſomni profunditate excitatione. Subeth uerò per communitatem curatur illis quinq; intẽtionibus quæ poſitæ ſunt in cura ſodæ per communitatem, quæ huic loco accommodandę ſunt, duò tamen præcepta ſunt obſeruãda in curatione ſubeth & ſimilium ægritudinum. Primum, ut in approximatione localium uereamur actualem humiditatem, ex qua interdum plus nocetur, quàm iuuetur per potentialẽ ſicci. aut cal. Et propterea in diſcraſia frigida & humida præſtantiora ſunt quæ ſunt calidã & ſicca, actu & potentia, ſicut ſacculi ex rebus calefacientibus & exiccantibus. Secundò, ut timeamus oppilationẽ quæ ex oleagineis frequenter derelinquitur, niſi ſit acetum ſecum mixtum, & propterea poſt approximationem oleorũ & uiſcoſorum ſubſequatur ipſorũ cõueniẽs abſterſio, & lauatiua pręſtantiora ſunt q̃ olea.

DE CONGELATIONE.

CAP. VIII.

CONgelatio ſumitur quinq; modis. Primò prout diſtinguitur contra condenſationem & taliter accepta ſic diffinit ab Ariſt. 4. metheo. quòd eſt paſſio humidi aquei à frigiditate forti per quòd humidũ aqueũ, q̃d eſt terminabile termino alieno per frigiditatẽ induratur, et ſit terminabile termino proprio. Cõdenſatio uerò nihil aliud dicit niſi minorationẽ quãtitatis materia nõ diminuta. Eſt enim denſum cuius partes propinquę iacẽt, & taliter nõ ſumit hic. Secũdò accipit ab Auicẽ. pro tetano ſiue pro cõgelatione materię humidę in neruis ſicut accidit itinerãtibus per loca frigida ex qua nerui tetanant, & taliter nõ ſumit hic. Tertiò accipit à Ga. 2. interiorũ ca. 2. pro impedimẽto operatiõis, & taliter nõ ſumit hic. Quartò ſumit ab eodẽ quarto de accidẽti & morbo pro ſtupore, & taliter non ſumitur hic. Quintò ut hic ſumit pro ægritudine partis poſterioris cerebri, quæ eſt mala cõplexio frigida & ſic. per quam ſpũs fiũt immobiles, & nerui inflexibiles auferẽs ſenſum & motũ uoluntarium, aut notabiliter impediens. Licet Io. Serap. dicat hanc eſſe oppilationẽ in poſteriori uentriculo cerebri, ex qua aufert ſenſus & motus uoluntarius, & hoc modo erit morbus officialis, dic ut libet. Habet enim nomina multa. A Raſi hic dicit cõgelatio. ab Auic. Prima tertij dicitur ſuchos, eſt enim ſpecies cõgelationis. 2. Aphor. com. 3. dicit catalepſis Gręcè quod eſt detẽtio Latinè. A Serap. cap. allegato dicit cathatas. Et quarto interiorũ uocatur catechos ex his manifeſta ſunt quid nominis & quid rei cõgelatiõis.

CVm aliquis quaſi dormiẽs iacet, & nõ mouetur, et licet ſint oculi aperti palpebras tamẽ nõ mouet, cõgelatus eſt ſiue rigidus. Curãdus eſt uerò ex medicinis ſubeth. Hoc tamẽ addito ut oleũ ſambacinũ ſuper caput fundatur, et in omni li. eius ſit uncia una euphor. Ipſum quoq; caput ex caſtoreo et euphorb. et oleo ſambacino liniatur.

Diuidit pręſens ca. in duas partes. Primò. Raſis determinat de cõgelatiõe theoricè. Secũdò practicè. ſecũda ibi. Curãdus uerò erit. De prima parte dicit. Cũ aliquis iacet quaſi dormiẽs & nõ mouet, et ſupple neq; ſentit, et licet oculi ſint aperti, palpebras tamẽ nõ mouet, neq; etiã oculos. Sũt enim eius oculi fixi quaſi intuẽtes in unũ locũ, hic eſt cõgelatus ſiue rigidus. De ſecũda parte dicit, q̃d hic curãdus eſt ex medicinis ſubeth cũ oporteat ipſum fortiter calefieri, licet nõ adeò exiccari. Et propterea uitet acetũ quod concedebat in ſubeth. Et laudat oleũ ſambacinũ. i. ieſſeminũ calidũ et ſiccũ in 2. cui pro una quoq; ℔. admiſceat euphorbij ℥. 1. quod eſt calidũ in quarto, euphorbiũ quoq; et caſtoreum permixta cũ oleo ſambacino eſt medicina propria attingẽs ferè uſq; ad quartũ gradum, quæ in modũ linimẽti capiti eſt applicanda, aut ſi uis maiorem impreſſionem infundantur petiæ lineæ in ea, & applicentur maximè cerebro poſteriori.

Duplex eſt congelatio. Debilis, in qua nõ cõfertur omnino ſenſus et motus uoluntarius, de qua dicit Serapio cap. allegato, quòd habens eam dolet in cerebro anteriori. Alia fortis omnino auferẽs ſenſus interiores & exteriores et omnẽ motum uoluntarium. Credo tertiam ſpeciem in qua aufertur aut minuitur ſenſus & motus uoluntarius omium partiũ corporis

d 4

præterquàm partium faciei, cum nocumentum per eſſentiam ſit frequenter ſolū in uentriculo poſteriori.

Cauſæ primitiuæ ſunt frigiditas aëris exceſſiua ſicut tempore hiemali, & maximè cum flatu uētorum ſeptentrionalium. Et pluuia frigida cum impetu obuians capiti, propriē parti poſteriori, nec non potus aquæ frigidiſſimæ groſſę latentis in puteis profundis in quantitate ſumpta, & propriè ſtomacho ieiuno, & maximè poſt coitum. Exercitium aut balneū necnon uſus ciborum præbentium nutrimentum groſſum, frigidum, & multiplicantium melancholiā naturalem, aut per congelationē genitam, aut phlegma uitreum, ſicut ſunt fungi, melongia, lentes, piſcis nominatus torpedo, imò hic congelat manus piſcatorū ſolo tactu. Et fortè odor argenti uiui, ceruſę aut opij, & ſimilium cauſaret hanc paſſionem. Et fortè poëtæ fingentes homines uidentes caput Meduſæ ſaxificari uolebant ipſos incurrere hanc paſſionem ex qua fiūt immobiles. Et extaſis quam quandoq; incurrunt homines circa aliquod obiectum attentiſſimè ſpeculantes, eſt diſpoſitio huic ſimilis, fiunt enim immobiles ſemiclauſis oculis in unum locum intuentes, licet nō uideant, neque audiant propter animæ fortem conuerſionem ad aliquid ſpeculandum. Nam attentiſ fortibus imaginationibus delata ſub oculis nō uidemus. ſecundo de anima.

Cauſæ corporeæ per communitatem ſunt uapores frigidi melancholici, aut à phlegmate uitreo eleuati, aut à toto ſicut in empiala & liparia, aut in febre ſyncophali humoroſa, aut in quartana, & hi uapores nō ſunt putridi, licet fortè à caliditate putredinali ſint eleuati, aut eleuantur ab aliquo membro particulari, ſicut ſplene, mirach, ſtomacho, inteſtinis qui ad caput uenientes, & propriè ad partē poſteriorē quæ frigidior eſt, ſpiritus cōgelant & neruos reddūt inflexibiles.

Cauſæ uerò corporeæ per eſſentiā in cerebro ſunt melancholia naturalis, aut genita per cōgelationem, & ſimiliter phlegma uitreum congelans ſpiritus, opilans, uentriculum poſteriorem, aut fortè mala complexio fortis frigida & ſicca ſine materia impreſſa ab alia cauſa primitiua cum diſpoſitione cerebri ad huiuſmodi paſſionem.

Signa uerò prognoſtica ſunt diſpoſitio paſſi, quia eſt corpus exangue melancholicum frigidum tam cōplexionaliter quàm ex ætate. Signa uerò demonſtratiua ſunt quia eſt ſine ſenſu & motu uoluntario, uel multum in his diminutus propter ſpirituum congelationem, uentriculi poſterioris opilatione, ſtat oculis apertis, palpebris contractis humido ipſarum exiccato, in cæteris membris ſtat ſicut erat cum incurrit paſſionem, quia nerui ſunt congelati facti inflexibiles, ideo totum corpus eſt frigidum & inflexibile, unde ſtat oculis apertis fixis, ac ſi in unum locum intueretur, & ex his patet differentia inter ipſam & apoplexiam, quia licet ambę priuentur ſenſu & motu uoluntario, tamen apoplecticus ſtat oculis clauſis nec membra ipſius ſunt frigida immobilia, & facies apoplectici eſt magis ſimilis ſuæ naturali faciei, congelati uerò magis tendit in pallorem cum nigredine propter calidi extinctionem differt ab epileptito, quia epilepſia eſt cū motibus ſpaſmoſis, hic ſine motu, nec ſtat cum oculis apertis. Differt etiam à ſyncopi, quia in ſyncopi eſt facies ſicut mortui, ſed non in cōgelatione, & in ſyncopi pulſus eſt cadēs, diuerſus, inordinatus: hic uerò ſatis æqualis, & in ſyncopi non ſtat oculis apertis, neq; corpus eſt rigidum ſicut in cōgelatione. Differt à præfocatione, quia præfocata audit & ſentit & ſtat oculis clauſis, & eſt facies ſibi conſueta, neq; corpus eſt rigidū, ſed in congelatione ſunt his contraria. Differt à ſubeth & lithargia, quia ſubethicus & lithargicus ſtant oculis clauſis, quos tamen aperiunt ſi cum clamore uocentur, ſentiunt, mouentur & loquuntur. Et in lithargico eſt feb. hic uerò adſunt iſtorum contraria, & in ſubethico & lethargico pulſus eſt magnus undoſus, mollis, latus: hic uerò nō multum magnus, ſtrictus & durus. Differt à tetano, quia tetanatus audit & uidet, & exercet ſenſus interiores, hic uerò non. Signa cauſarum ex dictis ſuperius in ſoda, aut apoplexia ſunt ſatis nota & manifeſta.

Prognoſtica. Si congelatio eſt fortis, cura eſt impoſſibilis. Si debilis cura eſt poſſibilis, ſed non apud negligentes.

Cura. Primò ſi pendeat à frigiditate rerum exterius occurrentium, tunc illæ amoueantur. Secundò nocumētum per illas impreſſum à contrarijs abijciatur tā interius q; exterius applicitis, unde exterius capiti & toti corpori obuiet aër calidus, & panni calidi, & capiti, & toti corpori applicentur, necnō medicinæ in textu deſcriptæ, & interius ſi fieri poſſit, detur aqua uitis, aut confectio anacardina, aut theriaca, mithridatum, diambra, diamaſcum, & ſimilia. Tertio excitetur cum diuerſionibus & clamore, quæ etiam iuuant ne fiat materialis. Si uerò ſint interius ſumpta ſicut fungi. Primò ipſorum uomitus exquiſitè prouocentur. Et ſi quid ſupereſt cum lenientibus & lauatiuis educatur, fiant quoque clyſteria ſatis acuta horum eductiua. Secundò cerebrum & membra nobilia confortentur cum theriaca & mithridato, & ſimilibus. Tertiò, bezabartica propria contra unūquodque uenenum exhibeantur. Si uerò fuerit per communitatem procedatur cum intētionibus quinque curatiuis dictis in capitulo de ſoda. Si uerò pendeat à materia exiſtente in cerebro melancholica, aut phlegmatica uitrea, quinq; requiruntur intentiones, ſcilicet, euacuatio, diuerſio, approximatio localium, correctio accidentium, & regimen non naturalium. Si materia fuerit phlegmatica euacuetur cum clyſteribus & medicinis dictis in capitulo de apoplexia. Et ſimiliter fiant eodem modo diuerſiones quæ in apoplexia phlegmatica præcipiuntur. Si uerò ſit melancholica ſicut eſt ſecundum plurimum, fiant clyſteria acuta cum decoctione huiuſmodi. ℞. polipodij, epithimi. añ. ℥. 1. ellebori nigri, ℥. s. ſtecados arabici ℥. 2. ſenę. ℥. s. ſalis indi. ℥. s. aliàs. ℥. 1. bulliāt in 4. ℔. aquę ad conſumptionem medietatis. Sed epithimum ponatur in fine, & de hac colatura imponātur 15. ℥. quibus ſi opus eſt acuere magis addatur hieralogodion, aut hiera diacolocynthidos, aut hiera hermetis, alicuius iſtarum ℥. 1. uel ℥. s. Medicinæ quoq; digeſtiuæ & euacuatiuæ ſumantur ſicut dicetur in cap. de melancholica, & dictum fuit in capi. de ſoda melanch. & fiant diuerſiones, quæ præcipiuntur in apoplexia & præcipuè fiat ſternuatio cum elleboro nig. Tertia uerò intentio perficitur cum medicinis localibus dictis in textu. Aut ſi uis facere fomentum, aut embrocam decoque ſtecadem arabicum, ſenam aſſarum, bu-

glossam

gloſſam uſque ad euphorbium & ſinapim in aqua & ſpongia in hac decoctione infuſa, & optimè expreſſa ſępe capiti applicetur, aut permittatur ex alto cadere ſuper cōmiſſura poſteriori. Et in his medicinis ſemper adde folia & flores ienſemini: ſunt enim propria, nec hic cōpetunt repercuſſiua, quia humor eſt nimis groſſus & indigens multa calefactione. Si quod accidens eſt ſicut urinæ retentio corrigatur ſicut ſæpe dictum eſt. Regimen autem non naturale declinet ad calidum & ſiccum in phlegmatica, ſed in melancholica ad calidū & humidum, quæ ex dictis ſuperius & dicendis in capitulo de melancholia facilè comprehendi poſſunt.

DE PARALYSI. CAP. IX.

Paralyſis Grçcè, reſolutio Latinè. Et quādoq; ſumitur communiſſimè pro nocumēto in ſenſu & motu, ſcilicet ablatione, aut diminutione, undecunque proueniat, non hic ita ſumitur. Sic enim accepta dicitur de apoplexia & congelatione & ſimilibus. Cōmuniter uerò accepta conuertitur cum mollificatione, de qua eſt ſermo apud Auicē. cap. de paralyſi, quę eſt ablatio aut diminutio in ſenſu & motu uoluntario, aut mixto, aut ſaltem in motu in aliqua corporis parte, non in toto. Si enim eſſet in toto, eſſet apoplexia. Et ex his patet quòd mollificatio ſiue mollities non ſumitur hic pro qualitate ſecunda inſequente humiditatem. Paralyſis autem propriè ſumpta eſt ablatio aut diminutio in ſenſu aut motu uolūtario, aut mixto ſecundum alteram medietatem corporis dextram aut ſiniſtram.

Cum aliquis ſe mouere nō ualet, aut unum uel plura ex membris mouere non poteſt, atq; eorum ſenſum amiſit, ipſum paralyſim ipſius membri, aut ipſorum membrorum incuriſſe pronunciamus.

Diuiditur præſens capitulum in das partes. Primò ponit ſigna paralyſis. Secundò curam. ſecunda ibi. cuius curam. De prima parte quid dicat ſatis eſt ex dictis manifeſtum, maximè ex diffinitione paralyſis.

Iam ad ſpecies ueniendum. Prima diſtinctio. Paralyſis cōiter accepta quadruplex eſt. Quandoq; enim eſt in toto exceptis partibus faciei quæ habēt ſenſum & motū à neruis orientibus à cerebro & nō à nucha. Quandoq; eſt in omnibus partibus faciei. Quādoq; ſolum in altera medietate dextra ſcilicet aut ſiniſtra. Quandoq; in membro particulari intrinſeco aut extrinſeco. Paralyſis aūt propriè accepta quæ eſt in altera medietate. Quādoq; eſt in tota medietate, ſcilicet à medietate uerticis capitis uſq; ad pedē. Quandoq; ſolum à ceruice infra nullo exiſtente nocumento in partibus faciei. Secunda diuiſio. Paralyſis. Aut eſt cum totali ablatione ſenſus & motus in parte læſa. Aut ſola diminutione ipſorum. Aut tertiò cum nocumento ſolius motus. Tertia diuiſio. Quælibet iſtarū. Aut fit incipiendo, aut permutando ex alia ęgritudine, ſicut ex apoplexia, epilepſia, cholica, febribus, pleureſi, & ſimilibus. Quarta diuiſio paralyſis, quædam eſt materialis, quædam immaterialis, ſicut pendens à frigiditate, humiditate, ſolutiōe cōtinui, deſiccatiōe.

Cauſa paralyſis immediata, aut eſt mala complexio partis paralyticæ lapſa per calidum, ſiccum, frigidum, aut humidum. Licet mala complexio calida & ſicca, niſi multū exceſſerit rarò impediat ſenſum aut motum, cum uideamus hecticos non impediri in ſenſu aut motu: uerum omnis mala complexio cum excedit deijcit actum propriæ uirtutis. Sed mala complexio frigida & humida facilè ſenſum & motum impedit, cum per frigiditatē ſit contraria ſpiritui, & ſenſum ſtupefaciat, & per humiditatem neruos relaxet, unde fiunt impotentes ad motum. Aliquando cauſa immediata eſt nocumentum in ſpiritu uitali aut animali, aut quia nimis craſſus aut mala qualitatate affectus manifeſta uel occulta, aut nimis paucus unde eſt ineptum inſtrumentum ad ſenſum & motū, aut quia non tranſit ad membra propter nocumētum in uijs tranſitus. Hoc autem nocumentum aut eſt ſolutio cōtinui maximè ſecundum latitudinē, quia ſecundum longitudinem rarò impedit tranſitum ſpiritus. Aut eſt conſolidatio poſt ſolutionem auferens poroſitatē nerui in loco cūſolidationis, aut arterię, non enim hęc membra ſpermatica reſtaurantur per uiam primę intentionis & omnino ſicut erant, niſi fortè in infantibus. Secunda cauſa prohibens tranſitum ſpiritus eſt oppilatio, quæ ſi eſt in cerebro, aut eſt in tota medietate dextra trium uentriculorum, & ſic fiet paralyſis à uertice capitis uſq; ad pedem dextrum, & tūc erit impedimentum in locutione. Aut erit in tota medietate ſiniſtra, & fiet paralyſis totius lateris ſiniſtri. Aut erit oppilatio ſolum in uentriculo poſteriori ſecundū partem dextram aut ſiniſtram, et fiet paralyſis lateris dextri aut ſiniſtri à ceruice infra cū incolumitate partium faciei, quia oppilatio cōmunicat ſolum uni medietati nuchæ, quę diuiſa eſt in duas medietates ſecundum longitudinem uſq; ad caudam mediante panniculo ſubtiliſſimo malè per uiſum diſcernibili, quod rationale eſt, quia oritur à duabus medietatibus cerebri ſic diuiſi. Si uerò oppilatio erit in toto uentriculo poſteriori abſq; oppilatione anteriorum uentriculorum, uel ſolū erit in ambabus partibus principij nuchæ, tunc paralyſis erit in ambabus partibus, dextra & ſiniſtra cum incolumitate partium faciei, licet cutis capitis ſit ſtupida cum recipiat ſenſum à neruis orientibus à ceruice. Similiter ſi fuerit oppilatio in cerebro anteriori & medio ſecundum partem dextram aut ſiniſtrā, erit paralyſis in parte dextra aut ſiniſtra faciei cum incolumitate reſidui corporis. Rariſſimè tamen contingit quòd ſit oppilatio in omnibus originibus ſeptem parium neruorum à cerebro orientium quin comitetur alia ægritudo, ſicut epilepſia & ſimilis. Si uerò oppilatio eſt in nucha non in origine ſua, ſicut in dislocatione ſpondilis cum attritione nucha aut ruptura, ita ut dislocatio ſit quaſi angularis, non ſecundum figuram ſemicirculi ſicut in gibbis, tunc fiet ablatio ſenſus & motus & paralyſis fortiſſima in omnibus membris infra dislocationem. Et ſi erit una ex ſpondilibus colli ſatis citò morietur prohibita pectoris dilatatione. Et ſi eſt ex ſpondilibus infra pectus aderit impotentia retinendi urinam & feces, & ipſas expellendi. Si uerò oppilatio ſit in neruo particulari impedietur ſenſus & motus illius membri cui deſeruit. Et ſimiliter ſi fuerit à materia deferente ſpiritum uitalem.

Cauſæ

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.31

Cauſæ uerò remotiores primitiuæ ſunt ſicut percuſſio, caſus, & offenſio ſuper capite, unde craneum ſuper cerebrum comprimitur, nec non ſpõdiles diſlocantur, & nerui ſcinduntur aut rumpuntur. Similiter arteriæ deferentes ſpiritum uitalem, cuius abſentia non ſolum eſt cauſa paralyſis, imò etiam mortis membri. Similiter frigiditas extrema aëris obuians capiti congelans ſpiritum, aut oppilans oppilatione attenuatoria. Similiter humiditas multa remolliens, faciens cadere unum parietem ſuper alterum. Similiter crapula, ebrietas replens caput, & cerebrum debilitans, uinum enim potens multum tranſiens indigeſtum ad neruos acetoſatur in eis, acetum quoq; acuitate nocet, potus aquæ congelatæ, ſomnus ſuper repletionem, retentio euacuationum conſuetarum, multus coitus, nimia quies, motus laborioſi, ſicut extenſio, conſtrictio & ſimilia, accidentia animæ moleſta ſicut timor & triſtitia.

Cauſæ uerò corporeæ antecedentes & etiam coniunctæ ſunt humores ſuperflui phlegmatici, ſanguinei, licet phlegmatici ut plurimum ſint in cauſa.

Signa uerò pronoſtica ſunt iſta. Primum diſpoſitio corporum frigidorum & humidorum, necnon calidorum & humidorum cum plurimum repleta ſunt, & propriè in ætate decrepita, & maximè in hyeme, aut in uere multũ humido. Secundum pronoſticum. Vrina infantis uiridis pronoſticatur paralyſim, aut ſpaſmum. Arguit enim frigiditatem & phlegmatis abundantiam, ueriſimiliter læſuri neruos infantium debiles. Tertium. Stupor & tremor perſeuerans prognoſticatur ſpaſmum uel paralyſim ſecundum plurimum ſecũdum differentiam materiæ craſſæ, magis factiuæ ſpaſmi, aut ſubtilis magis factiuæ paralyſis. Quartum. Laſſitas membrorum, diminutio in ſenſu & motu, ſunt uia in paralyſim.

Signa demonſtratiua ſunt ſigna Raſis poſita in textu. Et ſuperius expoſita ſcilicet nocumentum diminutionis aut ablationis ſenſus & motus ſolius. Pulſus paruus, tardus et rarus, ſed uirtute debilitata fit frequẽs. Et eueniunt ei uiciſsitudines ſine ordine, id eſt, quòd aliquando frequens eſt magis, aliquando minus ſecundum uarium uirtutis conatum. Et urina ſecundum plurimum fit in eis alba, materia repente ad locum paralyticum. Et quandoque fit ualde rubea propter renum debilitatem in diſcernendo ſanguinẽ ab aquoſitate, aut propter paucitatem eius, aut debilitatem uenarum quę ſunt poſt epar ab attractione ſanguinis, aut propter dolorem, aut aliam ęgritudinem, quapropter non oportet ut ex rubedine urinæ arguatur dominium ſanguinis, & phlebotomiam eſſe faciendam. Signa autem cauſarum ſunt, quia ſi eſt à caſu, percuſſione, conſtrictione, ipſa eam ſignificant, & nocumentum ex ipſa derelictum. Quandoque tamen occultatur cum neruus eſt profundus. Ipſam ergo ſignificat quod ſubitò accidit, & non confert ei curatio. Signa uerò diſtinctiua cauſarũ extrinſecarum habentur ex narratione infirmi uel aſtantium. Si uerò cauſæ fuerint intrinſecæ, tunc ſi fuerit mala complexio, ſigna habentur ex tactu, quia repreſentatur tactui caliditas, frigiditas, mollities uel aſperitas, quod etiam æger percipit. Cognoſcitur etiam ex iuuantibus & nocẽtibus, & quòd facilis eſt curatio, & ex prędeceſſione cauſarum imprimentium illam malam complexionem. Ad hoc etiam adiuuat complexio membri ægri, complexio totius, habitudo, regio, ętas, tempus, regimen præcedens. Signa uerò humorum peccantium ſunt hæc eadem & quæ ſuperius dicta ſunt in cap. de ſoda. Si uerò fuerit ab apoſtemate adſunt ſigna apoſtematum calidorum aut frigidorum aut mixtorũ. Paralyſis uerò cretica ſuccedens alijs ęgritudinibus cognoſcit̃ per præceſſionẽ illarũ, & quòd diminuunt̃ aut auferunt̃ facta huiuſmõi permutatiõe.

Prognoſtica. Primum paralyſis ex frigiditate & humiditate, ſine materia eſt, ex his quibus facile eſt ſuccurrere cum calefactione. Secundum. Quodcunque membrorum mollificatorum ſecundum colorem reliqui corporis exiſtẽs, aut ſibi naturalis non minoratur nec extenuatur, eſt de quo maior fiducia eſt habenda, ſed in contrario contrarium iudica. Tertium. Paralyſis ſubitò eueniens à diſlocatione ſpondilium, & propriè ad interiora, aut à ſolutione continui ſecundum latum non recipit curam, quę uerò fit à ſolutione ſecundum longum, aut ab ictu non conterente neruos uehementer quãdoq; ſanatur. Quartum. Paralyſis fortis eſt quaſi curæ impoſſibilis, debilis uerò nõ facilè ſanatur. Quintum. Tremor & dolor in paralyſi ſuperius, bonum. Sextum, Cum paralyſis tranſit annum, ſecundum plurimum non recipit curam.

Septimum. Ex prohibitione ſpiritus eueniẽs eſt difficilioris curæ q̃; prouenien s à mala diſpoſitione ſpiritus, licet illa quæ fit à corruptione ſpiritus ſi multa ſit uix recipiat curam. Et quæ fit ex prohibitione ſpiritus uitalis eſt deterior, cum aufert uitam ſimul cum motu, & à fortiori cauſa prouenit, quia uiæ ſunt latiores ſcilicet arteriæ quàm nerui. Octauum. Paralyticatur unum membrum magis quàm aliud, quia magis debile, aut quia uias habet latiores, aut quia ſuppoſitum parti cerebri, aut nuchæ quæ magis patitur eſt. Nonum. Latus paralyticum ſi eſt frigidiſſimum & ſanum calidiſſimum, malum, ſignificat enim conuerſionẽ omnium ſpirituum ad latus ſanũ, & ipſorũ paucificationẽ in latere ægro. Vnde partes aquæ & terreæ dominantes in mole deducũt ſe ad frigiditatem actualẽ, & ex hac cauſa macreſcit latus paralyticum, & uariat̃ pulſus in eo à pulſu lateris ſani, ſecũdum frigiditatis dominiũ. Et oculus lateris paralytici minorat̃ ex eadem cauſa, ſcilicet debilitatis uirtutibus naturalibus. Ex his patet quare aliquãdo auferẽ motus & non ſenſus, aliquando econtrariò, nam ſpiritibus paucificatis citius auferẽ motus q̃; ſenſus. Et ſi fiant per diuerſos neruos ſtat unum lædi ſine altero. Et tertiò hoc fiat ſecũdum quòd tẽperamentum pro uno magis corrumpitur quàm pro alio, ſicut lapſus ad humidum magis imperficit motum & econtrariò lapſus ad ſiccum magis impedit ſenſum. Cura

Cuius curã incipiemus pilulas fœtid. quas cõpoſui dãdo, quæ recipiũt pulueris picræ drach. 10. colocynthidis interioris drach. quinq;, eupho. drach. 2. et ſemis, caſtorei, piperis, aſſæ fœtidæ, ſagapeni. opopã. ſceitaragi indi, ſinapis, oĩum ana drach. 1. centaureæ minoris, elaterij, ambarũ ana. drach. 5 gummi

gummi in ſucco rutæ diſſoluantur, & alia ex eis coficiantur, & fiunt pilulæ. Et fiunt ex eis decem potiones.

Diuiditur pręſens pars in duas partes. In prima ponit curam paralyſis phlegmaticæ. In ſecunda curam paralyſis ex percuſſione & caſu. ſecunda ibi. Quòd ſi paralyſis. Prima in quinq;. Primò ponit curam per uentris ſolutionem. Secundò per dietam. Tertiò per medicinas locales. Quartò per medicinã ſumptam per os reſoluentem, ſcilicet confectionem anacardinã. Quintò ponit quid faciendum ſit ſi hæc non ſufficerent. ſecunda ibi. Quarum una poſtquam. tertia ibi. Membra quoq; eius. quarta ibi. Diebus uerò quibus. quinta ibi. Quòd ſi ſumptum. De prima parte dicit, quòd tu debeas incipere curam exhibendo pilulas fœtidas quas ipſe compoſuit etc. ℞. pulueris picrę. id eſt, amaræ, & eſt hiera ſimplex, de qua ſuperius dictum calid, & ſic. in ſecundo, ſoluens magis phlegma quàm choleram, & propriè à capite & ſatis leuiter. ʒ. decem, euphorbij, colocynthidis, caſtorei, aſſę quæ ſuperius dicta & declarata ſunt. Sagapeni, calid. in ſecundo, ſic. in tertio. Gummi ſatis notum, & eſt in medicina cataractę. Oppopanacis calid. & ſicc. in tertio.

Sceitaragi, id eſt, thapſie, & eſt herba ſimilis naſturcio calid. & ſicc. in fine ſecundi, omnium ana. ʒ. 1. Centaureæ minoris. Elaterij, & eſt ſuccus cucumeris aſinini, calid. & ſic. in tertio, & multum ualet in aſcite ſublimatum, & in pilulas redactum cum correctuis ſuis, eſt enim potentiſſimum ad educendum aquam. Gummi diſſoluantur in ſuco rutæ quæ eſt calida & ſicca in ſecundo, proprius in ægritudinibus capitis & neruorum, & ſubdit quot ſunt decẽ potiones. Sed notare quòd unaquæq; potio erit. 3. ʒ. cum dimidia, & temporibus noſtris eſt nimis exceſſiua medicina, quam corpora nequeunt tolerare. Sufficeret enim ʒ. 1. eſt enim euphorbium fortiſſima medicina, cuius doſis eſt Kiràt. 1. uſque ad 3. & Kirat eſt 4. gran. hordei. Et pro unaquaque potione de hoc, ſola ingrediũtur gran. quindecim. Similiter de collocynthide calid. & ſic. in tertio ingrediuntur in unaquaq; potione gran. 30. cuius tamen doſis eſt à Kirat. 6. uſq; ad decem. Aſſa uerò eſt calid. in principio quarti, ſicca in ſecundo. Et Galenus exiſtimauit ipſam aliqualiter ſolutiuam, ſed certum eſt quòd ipſa confert ſolutioni antiquæ frigidæ. opponacum calid. & ſic. in tertio & ſoluit phlegma. Similiter Sagapenũ ſoluit phlegma & aquoſitatem. unde ſi fiat computatio ſufficeret. ʒ. 1. huius potionis.

Quarum unam poſtquam æger ſumpſerit, per tres dies quieſcat. Et nutriatur tũc cum aqua ciceris & oleo & ſinapi. Et deinde bibat aliam potionẽ quod poſtquam ter ſecerit, per aliquot dies quieſcat. Et nutriatur carne fruſtatim inciſa, & in ſartagine frixa, & mutagenath in quibus ſunt ſpecies calidæ, ut piper & his ſimilia. In potu uerò ſumat hydromel.

Hic curat per dietã, dicẽs quòd poſtquã ęger ſumpſerit unam iſtarum potionum quieſcat per tres dies ab omni alia medicina ſoluente niſi fortè acciperet aliquod clyſtere. Et interim nutriatur aqua ciceris condita cum oleo. Eſt enim mos regionis ſuæ omnia cibaria ferè condire cum oleo. Et parum ſinapis poſſet admiſceri loco aromatum ut cibus ſit cãlidior magis proprius contra phlegma. Et in fine trium dierum ſumat aliam potionem ex ſupraſcriptis. Et ſic poſt triduum ſumat aliam & interim nutriatur, ut ſupra. Deinde poſt quieſcat à medicinis ſolutiuis per aliquot dies, ut uerbi gratia, per hebdomadam, & interim nutriatur carne fruſtratim inciſa et in ſartagine frixa, ſed ſit caro leuis ut auium, et mutagenath qui ſunt cibi ex carnibus minutiſſimè inciſis, & cum ſpeciebus conditis. Sed ſpecies in hoc caſu ſint piper, zingib. nux muſcata et ſimiles, quia nutrimentum debet eſſe calidum & ſiccum actu & potentia, quapropter uitentur brodialia & quæ declinant ad frigidum & humidum actu & potẽtia, niſi aliqua de quibus infra. In potu uerò ſumat hydromel. Cuius hæc eſt deſcriptio, ut octo partes aquæ admiſceantur uni mellis, & bulliant ad conſuptionem tertiæ partis, & coletur. Cuius laudes ſunt eximiæ in omnibus ægritudinibus frigidis capitis & neruorum.

Membra quoq; eius ex oleo coſtino inungat. Quod recipit coſti unciam unam, caſtorei unciã mediam, piperis, euphorbij pyrethri, omnium trium ana tertiam unciæ unius. Diſſoluantur omnia in mediã librã olei Keiri, aut de narciſco, & utere eo:

In hac tertia parte docet membra paralitica inungi, ſed multo magis origines neruorum ſcilicet poſterius cerebrum, & totam nucham cum oleo coſtino. Cuius hæc eſt deſcriptio. Recipe coſti. ℥. 1. piperis, pyrethri, euphorbij, ana tertiam. ℥. 1. caſtorei. ℥. s. & diſſoluãt̃ omnia in media ℔. olei de Keiri aut narciſco. Keiri ſecundum quoſdam eſt uiola omnis menſis, & apud Auic. non eſt capitulum de ipſa, ſed apud Serapionem eſt. & Dioſcorides uocat eam leucoion calidam & ſiccam in ſecũdo, & eſt reſolutiua tumorum, prouocat menſtrua, ſanat ragadias, & ualet podagricis &c. pud Simonẽ eſt planta cuius ſunt tres ſpecies, una habet flores albos, altera purpureos, altera citrinos quę eſt ſimiliter calid. & ſic. Narciſcus ſecundum Dioſcoridem eſt bulbus emeticus, ſiue ut latini bulbũ domeſticum, multiſlium dixerunt, folia ſimilia porro habet, ſed minora, haſtam duarum palmarum, ſine folijs, flos eſt illi albus in gyro, & in medio croceus aut purpureus, radicem habet rotundam calid. ſiccam in ſecundo, proprius in paſſionibus neruorũ. Reliqua nota ſunt.

Diebus uerò quibus quieſcit dãdæ ſunt quaq; die drach. 2. de anacardino, quod recipit zingib. pyrethri, nigellæ, coſti, melanopiparis, macropiperis, oggi, omnium ana drachmas decem, myrrhhus, rutæ ſiccæ

ſiccæ, aſſæ fœtidæ, ariſtolochiæ, baccarum lauri, caſtorei, ſceitaragi indi, ſinapis, gentianæ, omnium ana, drach. quinq; mellis, anacardi, drach. quinq; ungantur cũ oleo nucum & cum melle cocto conficiantur, hoc enim medicamen ualde confert paralyſi, apoplexiæ, torturæ, tremori, morphææ, morſib. ſcorpionis, & omnibus paßionibus frigidis, & ſpaſmo humido. Quod cum ſumitur ilico prouocat ſudorem, & infert febrem.

In hac quarta parte adminiſtrat quaq; die 2. ʒ. anacardinæ confectionis, quod recipit zingib. pyrethri, coſti, nigellæ, melanopiperis, id eſt, nigri piperis, macropiperis, id eſt longi piperis, quæ omnia ſunt ſuperius declarata, oggi alias ozi, id eſt, ſem. petroſelini, calid. & ſic. in ſecundo. omnium ana ʒ. 10. myrrhę, rutæ ſiccæ, aſſæ fœtidæ quæ ſupra fuerunt declarata, ariſtolochiæ calidę in tertio ſiccæ in ſecundo, caſtorei calid. & ſic. in quarto, ſceitaragi, id eſt, thapſię ſimilis naſturtio, acuta, aperitiua, calidę ſimiliter in fine ſecũdi, ſinapis calidi in quarto, gentianæ calidę in tertio, ſic. in ſecũdo, ana. ʒ. 5. mellis anacardi cali. & ſic. in quarto. Anacardus eſt fructus arboris qui pediculus elephantis à quibuſdam uocatur, ungatur cum oleo nucum. calid. in tertio, ſic. in ſecundo, & cũ melle cocto conficiantur. Hoc enim medicamen ualde cõfert paralyſi, apoplexiæ, torturæ ſcilicet oris, tremori, albaras, & eſt ſpecies morphęę, morſibus ſcorpionis, & omnibus paſſionibus frigidis, & ſpaſmo humido. Quando autem ſumitur, ilico prouocat ſudorem, & ilico infert febrem, quapropter ualet ad reſolutionem cauſæ coniunctæ paralyſis. Et debet ſumi cum 1. aut. 2. ℥. hydromel.

Quòd ſi ſumptum non affert ſanitatem, æger ab omni medicamine per decem dies abſtineat, excepta dieta, deinde ad ipſius curam redeundum.

Ponit in hac quinta parte quid faciendum eſt cum ſupraſcripta non ſuffecerint ad curam, dicit eſſe abſtinendum ab omni medicamine per decẽ dies excepta dieta, deinde ad ipſius curam redeundum, ſcilicet ordinatè ſicut dictum eſt. Ex quo collige in omni ægritudine maximè in chronicis eſſe faciendum interpolationem medicinarum, ne ægrum tedeat, & abominationem incurrat ex tam cõtinuo uſu medicinarũ.

Quòd ſi paralyſis ex percuſsione aut caſu euenerit, & accidit ſubitò, ita quòd nerui æqualiter contundantur, taliter permanebit, nunquam enim ſanabitur. Quòd ſi non repentè ex prædictis, ſed paulatim & molliter inuaſerit, loco percuſsionis emplaſtrum hoc eſt apponendum, quod recipit farinam fœnugræci, ſemen beben, ſemen: mahalech, ſemen reuſini, bdellium, ammoniacum, adipem anatis, ceram, oleum de lilio. Ex his fiat emplaſtrum & ſuperponatur.

Hic docet curare paralyſim ex percuſſione, dicens quòd ſi ſubitò accideret, taliter permanebit & nunquam ſanabitur, quapropter uanum eſt laborare in eius curatione. Licet in ætate infantili cura ſit poſſibilis, cum membra ſpermatica poſſint in ea ætate ſecundum quod erant primò, reſtaurari. Quòd ſi non repentè ſed paulatim inuaſerit cura eſt poſſibilis, cum tunc proueniat ex decurſu humorum ad locum qui deinceps poſſunt reſolui. Applicat ergo loco percuſſionis emplaſtrum quod etiam origini neruorum eſt applicandum, cuius eſt hæc deſcriptio. ℞. farinam fœnugræci, calidit. & ſicc. in primo, exempli gratia ℥. 2. ſem. behem calid. in primo, ſic. in ſecundo, ſem. mahaleb, id eſt, medulla ceraſi ſylueſtris cal. & ſic. in primo, ſem. reuſini, id eſt, pentadactili quæ eſt cataputia maior ſiue ſponſa ſolis calid. & ſic. in tertio, licet alia ſpecies minor ſit calida & ſicca in quarto, ana ʒ. 2. bdellij cali. in primo & ſic. in primo, ammoniaci calidi in fine tertij & ſic. in primo ana ℥. s. adipis anathis, olei de lilio ana quantum ſufficit ad bene impinguandum, ceræ quantum ſufficit ad debitè inuiſcandum, miſce. Sed nota hanc medicinam debere adminiſtrari uulnere iam conſolidato, aut contuſione remota, paralyſi remanente, licet etiam ſtante contuſione conferat.

Cura paralyſis. Ante omnia tria ſunt conſyderãda & attẽdeda in cura paralyſis ſpaſmi, ſtuporis, tremoris, & ſaltus. Primũ, ut non properemus in principio ad uſum medicinarum fortium, digerentium, euacuantium, & diuertentium. Sed incipiamus à leuibus, gradatim ad fortiora procedendo. Quæ fortia non ſunt applicãda in paralyſi leui niſi poſt quartum. In media poſt ſeptimum. In forti poſt 14. Secundum, ut medicinæ quæ applicantur ſint propriè in huiuſmodi diſpoſitionibus confortantes cerebrum & neruos per uirtutem primam, ſecundam, tertiam, & quartam. Et ſimiliter iuxta poſſe ſint cibaria. Tertium, ut medicinæ locales applicentur origini neruorum ſcilicet nuchæ, & inde orientibus. Si uerò fuerit in partibus faciei applicentur circa ſecundum aut primum uentriculum. Et ſimiliter applicentur membris paralyticis etc. Si ergo paralyſis pendeat à cauſa primitiua, ut à frigore & ſimilib. prætercꝗ à percuſſione. Prima intentio ſit remotio cauſæ primitiuæ, & nocumenti eius. Secunda prohibitio humorum à lapſu. Tertia correctio accidentium. Quarta debitum regimen ſex rerum non naturalium, quæ ordinatè infra ponentur.

Si uerò paralyſis ſit phlegmatica ſicut eſt ut plurimum, ſex requiruntur intentiones. Prima digerit. Secunda euacuat. Tertia diuertit. Quarta cauſam coniunctam reſoluit. Quinta corrigit accidentia. Sexta ordinat debitum regimen ſex rerum non naturalium. Et ego docebo ſimul plures iſtarum intentionum perficere. Ponamus ergo quòd hæc paralyſis ſit fortis, ut ſit exemplum alijs.

Prima

Prima die paralyſi nihil medicinale faciendum eſt. Niſi fortè clyſtere leue ex brodio pulli cũ uncia una ſacchari rubei & pauco ſale, ſi uenter ſtrictus ſit. Aut fiat ſuppoſitorium, & eadem die non comedat neq; bibat, niſi fortè apud neceſſitatem ſumere aliquid hydromellis. Secunda die ſumat pro digeſtiuo, & partim cedat loco cibi hydromel bis aut ter exhibitum in quantitate quatuor unciarũ pro uice, & nihil aliud comedat, niſi fortè ſi eſſet puer aut aſſuetus multæ comeſtioni poſſet dari aliquid modicum panatæ ſubtilis, in qua eſſet ſaluia, ſcilicet minutim inciſa, & cocta, & hoc ſemel tantum in die naturali. Et nihil aliud fiat medicinale, niſi fortè clyſtere, de quo ſupra, aut ſuppoſitorium. In tertia die ſumat pro digeſtiuo aquam ſaluiæ cum melle roſ. aut cum æquali quantitate hydromellis. Aut hydromel in quo decocta ſit ſaluia, ſtecas arabicum, roſmarinus. Aut ſimiles nõ multũ calidæ, aut aperientes non multum. Et eadem die nihil aliud comedat aut bibat niſi panatã de qua ſupra, aut ouum unum cum ſaluia mixtum ſemel aut bis. Et poſt ſex aut octo aut decem grana pini præparata, & fiat clyſtere, de quo ſupra. In quarta die ſimiliter regatur, ut in tertia, ſed in quinta ſexta & ſeptima ſit idẽ regimen cibi & potus de quo ſupra. In his diebus ſingula die fiat clyſtere ſi opus ſit ex decoctione ſaluiæ, hyſſopi, ſtecados arabici ana M. unum, agarici, unciam ſemis, ſalis gemmæ drachmas duas, decoquantur in quatuor ℔. aquæ ad conſumptionẽ medietatis, & ex una ℔. huius decoctionis cum tribus uncijs olei fiat clyſtere. Digeſtiuum uerò ſit hydromel, de quo ſupra poſſet tamẽ addi aliquid oxymellis ſimplicis aut compoſiti, ubi uerò eſſet aſſuetus multiplici comeſtioni, ſicut pueri, interdũ detur aliquid huius confectionis, cuius eſt hęc deſcriptio. ℞. ſacchari ℥. 4. liquefiat cum aqua ſaluiæ infuſionis cinnamomi, nucis muſcatæ & zingib. & fiat manus Chriſti, uel detur parum huius electuarij. ℞. ſaluiæ recentis minutim inciſæ, & cum melle quantum ſufficit, fiat electuarium optimè deſpumando mel. Octauo uerò die ſumat. ℈. duos, pilularum de hiera ſimplici cum ſcrupulo uno agarici præparati in oxymelle ſcylliticо, ex quibus fiant pilulæ ſeptem, & exhibeantur in mane, & tardet prandium per ſex horas poſt. Et ſi uideretur debilis poſſet dari aliquid carnis, aut aues paruæ aſſatæ, aut aliquid ſimile in parua quantitate. Et ſemper in fine menſæ dentur grana pini præparata aut confecta. Et hoc regimen uitæ continuetur uſque ad quartumdecimum diem, dando in cibo ea quæ dicta ſunt, & in potu ſolum hydromel, & abſtinere ſuper famem & ſitim eſt propria cura huius ægritudinis. Sed pro digeſtiuo in hoc tempore ſumat hydromel, de quo ſupra, cui in decoctione poteſt addi aliquid modicum cinamomi, zingiberis, aut nucis muſcatæ, ut. Recipe ſaluiæ, iuæ, ſtecados arabici ana manipulum unum, rutæ, maioranæ, ana M. s. mellis, ℔. s. aquæ, ℔. 4. cinamomi. ℈. duos, zingib. nucis muſcatę ana ſcrupulum unum, bulliant ad conſumptionem tertiæ partis deſpumando, & colentur. Et poſſet etiam addi oxymellis compoſiti unciam unam, & propriè ſi materia uideretur craſſa. licet ut plurimum ſit ſubtilis, & in hoc tẽpore clyſteria fortificentur addendo ſupraſcripto clyſteri. ℥. s. uel unam hieræ compoſitæ. G. aut hieralogodion, aut ſimilium, aut addendo ſupraſcriptis hęrbis in decoctione cẽtauream, aut colocynthidem & ſimilia. Sed in quintodecimo die exhibeantur. ℈. 2. aut ʒ. 1. pilularum fœtidarum, quarum deſcriptionem ponit Raſis in textu ſeruata debita cuſtodia. Et deinceps uſq; ad decimũ & octauum uel uigeſimum diem cõtinuetur idem regimen uitę, aliquantulum tamen ſi oportuerit paulatim incraſſando. Et pro digeſtiuo in his diebus detur oxymellis ſcyllitici, ſyrupi de ſtecados ana ʒ, ſex, cum tribus ℥. digeſtiui ſupraſcripti. Poſtea ſumpto digeſtiuo in his diebus quater aut quinquies detur drachma una, aut ℈. quatuor pilularum fœtidarum, de quibus in textu, ſeruata debita cuſtodia. Et clyſteria in hoc tempore fortificentur multiplicando in hoc tempore centaureã, colocynthidem, & addendo artanitam de quibus in apoplexia, aut multiplicando electuaria ſolutiua, de quibus ſupra, deinde ſequenti die dentur. ℈. duo theriacæ diſtemperatæ cum uncia una hydromellis ſupraſcripti &. ℥. 1. uini potentis, & detur in mane, & dormiat poſt eam, & tardet cibum per ſeptem horas, & ſudet ſi poſſit. Et in hoc tempore cõueniunt diuerſiones fortiores ſicut maſticatoria, & caputpurgia, & ſternutatoria, de quibus ſupra in alijs capitulis. Et ante iſta fortiora, conueniunt leuiora, ſicut fricationes ſuper parte ſana, fricationes enim ſuper parte ægra non fiunt, niſi cum opus eſt reſoluere facta bina aut trina purgatione, poſt hoc conueniunt reſolutiua applicanda parti læſæ & origini neruorũ incipiendo à leuioribus, ſicut eſt oleum de coſto deſcriptione Meſue, uulpinum, de ruta, de ſpica, & ſimiles gradatim aſcendendo ad oleum de coſto poſitum in litera à Raſi, oleum de caſtoreo, de piperibus, de euphorbio, poſtea ad aquam uitis factam ex optimo uino, eſt enim optima & ultima in reſuluendo. Poſtea ad emplaſtra rubificantia, & deſiccantia ex ſinapi & ſimilibus circa nucham & partem poſteriorem cerebri, ſed attendatur ne nimis profunde ulcerẽt aut apoſtement, & propterea locus ſæpe uideatur. Et in hoc tempore competunt uentoſæ ſuper parte paralytica, aliás, prætacta, & propriè in capitibus lacertorum, & in hoc tempore conuenit confectio anacardina, ſed incipiatur primò à ʒ. 1. gradatim aſcendendo uſq; ad duas. Et detur alternis diebus cum. ℥. aut 2. hydromellis debite calefacti, et detur in mane ſtomacho ieiuno, dormiat poſt eam & ſudet, quod ſi non curatus fuerit, quieſcat per decem dies debito regimine ſeruato, deinde iterentur medicinæ fortes, ſcilicet digeſtiua, euacuatiua, reſolutiua, rubificatiua, et confectio anacardina. Et ſi cum his nõ liberetur uadat ad balnea ſulphurea, ænea, & aluminoſa, uel lutoſa, & aërea ſiue fumoſa, & ſumat aquã ſuper nucham & partem poſteriorem cerebri debito regimine in balneis ſeruato. Si uerò paralyſis phlegmatica eſſet leuior, citius poſſet incraſſare dietam, citius deuenire ad digeſtiua fortia, reſolutiua, rubificantia, & confectionem anacardinam. Procedente tempore, poteſt bibere parum uini boni cum hydromelle lymphati, & dieta magis incraſſetur, quæ ſemper decliner ad calida & ſicca, & uitentur brodialia niſi brodium cicerum, & galli antiquiſsimi, & brodium ſerpentis non uenenoſi, & confert cerebrum leporum aſſatum, & herbæ aliquæ in hac diſpoſitione, ſicut quæ dictæ ſunt acorus, & propriè conditus cum melle, & diacorus. Et

c

ex aromatibus cinamomum, zingib. nux muſcata. galanga, & piper, & ex fructibus grana pini &c.

Aër declinet ad calidum & ſiccum, cuius caliditas gradatim intendatur. Somnus ſit communiter ſex horarum, & non dormiat ſuper cibum. Omnes ſuperfluitates ſollicite per conuenientes regiones purgētur. Exercitetur fortibus fricationibus, ſuppleant enim fricationes loco exercitij factæ primò ſuper parte ſana, deinde ſuper ægra ad ſpirituū attractionem, & calidi uiuificationem. Ante illud tempus neq; fricetur, neq; exercitetur.

Accidentia animæ calorem exiccantia ſicut ira cōueniunt. Ordinetur dieta ſicut dictum fuit ſubtilior in principio, quæ gradatim incraſſando procedat, & cum proprijs ſicut hydromel, ſaluia, roſmarinus, acorus, menta, maiorana, ruta, iua, hyſſopus, cappares, brodium cicerum, galli antiqui, ius ſerpentis non uenenoſi, aues paruæ, carnes leporis, & propriè cerebrū aſſatum, gran. pini præparata &c. Vitetur uinum niſi paucum ægritudine iam declinante & mediocriter uinoſum. Vitetur acetum ex aqua frigida, ſit famelicus & ſitibundus.

SEQVITVR DE PARALYſi ſanguinea.

Si uerò ſit paralyſis ſanguinea ſecundum communem opinionem, tūc ab ipſo initio fiat phlebotomia ex parte contraria loco paralytico, & ſatis copioſa, præmiſſo clyſteri ſi oportet, licet nunquam uiderim phlebot. iuuare in paralyſi niſi fuerit à percuſſione, cōtuſione & ſimilibus. Et detur aqua hordei & aqua ſaccharata. Et obſeruetur reliquum regimen ſupraſcriptum in phlegmatica ſi phlegma fuerit ſanguini permixtum, ſicut eſt ut plurimū. Sed localia ſint parum calid. unde ſufficeret oleum chamomælinum, de ſpica, aut ruta, quibus etiam oleum roſ. poſſet addi, imo calida augmentant ægritudinem. Et ita proportionale regimen ſeruetur in reliquis. Ex his potes concipere quid faciendum ſit in reliquis ſpeciebus paralyſis humoralis ſi contingit. Si uerò pendeat à uulnere, cōtuſione, aut laqueatione, dislocatione. Primò huiuſmodi curentur cura ſibi propria. Deinde paralyſis ſi non ſubitò euenerit, quia ſubitò eueniente liberatio eſt impoſsibilis ſecundum plurimum. Curetur ergo cum euacuantibus & diuertentibus. Primò ſi humores ſint in fluxu, & in hoc caſu conuenit phlebot. poſtea ſuper loco paralytico, & loco originis neruorum approximantur medicinæ mollificantes, reſoluentes, poros dilatantes, ut ſpiritus penetrare poſſint, & cum hoc propriè in paſſionibus neruorum ſicut eſt emplaſtrum deſcriptum à Raſi. Et potes facere balneum uel decoctionem ex uulpe cum quibuſdam mollificātibus & reſoluentibus, ſicut fœnugræco, althæa, iua, ſaluia, ſtecade arabico, hypericone, Et permittatur uulpes excoriata primò, & fracta ſecundum oſſa ſua bullire uſque ad carnium ſeparationem. In qua decoctione æger ipſe & membrū paralyticum balneetur fricando, flectendo, reflectendo, & poſtea ungatur cum oleo uulpino, aut ex unguento Raſis & loca bene calida cum pelle uulpis teneantur. Syrupus proprius in paralyſi phlegmatica. Recipe ſaluiæ, roſmarini, ſtecados, ana. M. unum, radicum acori, unciam unam, gariophilatæ, meliſſæ, herbæ paralyſis, rutæ, ſatureiæ, hyſſopi, betonicæ, baccarum lauri, ana. M. ſemis, bulliant cum quinq; ℔. mellis in quatuor ℔. aquæ uſq; ad conſumptionem medietatis, & aromatizetur cum cinamomo, nuce muſcata, zingib. pipere, pyrethro, hoc enim conuenit factis huiuſmodi purgationibus. Sed magis in proceſſu addatur oxymel ſcylliticum. Syrupus de ſtecade deſcriptione Meſue. Vna ʒ. ſtecados arabici in pilulas redacta cum oxymelle ſcyllitico pluribus diebus ſucceſſiuè exhibita liberat à paralyſi. Vna. ʒ. pilularum de hiera ſimplici cum una drachma piperis, cum oxymelle ſcyllitico in pilulis redacta pluribus diebus exhibita potenter liberat. Ex euacuantibus propriè ſunt pilulæ de euphorbio, de opopanaco, de ſagapeno, de ſarcocolla, de hiera magna, ſed uomitiua conueniunt ubi ſtomachus ſuggeret materiā, cum hoc etiam quòd calefaciunt cerebrum. Vnus ℈. aſſæ fœtidæ ſumptus in pilulis pluribus diebus eſt efficax medicina, oleum balſaminum de lateribus fortia ſunt in hac diſpoſitione. Vnguentū efficax. Recipe carpobalſami, euphorbij, ana, drachmā unam, bdellij, ſagapeni, ana drachmas duas, ſalis nitri, caſtoſtorei, ana ℈. duos, pulueris anacardi, ſinapis, ariſtolochiæ rotundæ, ſpicæ, coſti, ſeminis agni caſti, ſtaphiſagriæ, pyrethri, aſphodylorum, radicis ireos, ana drachmam unam, cucumeris aſinini, uini drachmas duas, balſami drachmam ſemis, mellis anacardi drachmam unam, terebinthinæ drachmas ſex, olei de coſto, & de ireos ana unciam unam, olei de ſpica, uncias duas, anethini unciam unam ſemis, pinguedinis urſi, taſſi, uulpis, uulturis ana unciam ſemis, diſſoluantur gummi in aceto ſcyllitico, deinde cū cera citrina fiat unguentum molle. Fiant etiam unguenta alia decoquendo anſerem, in cuius uentre ſit aliquid catti, aut uulpis. Et alia ad hoc propoſitū quæ omitto credens hæc ſufficere. Et hæc de paralyſi dicta ſufficiant.

DE STVPORE. Cap. X.

HOc eſt decimum capitulum, in quo agit Raſis de ſtupore & tremore. Et primò præmittenda ſunt quid nominis, & quid rei ſtuporis. Stupor enim deriuatur à ſtupeo, quod quandoq; admirationem importat, quandoq; ſtuporem mentis, id eſt diminutionem, aut ablationem uirtutum interiorum cerebri, quandoq; ſignificat cuiuſcunq; operationis diminutionem. Sed apud Auicennam hęc dictio ſtupor aliquando apud quoſdam eſt ſynonyma paralyſi, quorum modorum nullus eſt ad propoſitum. Hic uerò ſumitur ſtupor pro ægritudine neruorum, quę ſic diffinitur ab Auicenna. Stupor eſt morbus officialis, id eſt membri organici, faciens euenire nocumentū, in ſenſu tactus ſcilicet deſtructionem aut diminutionem, non aūt corruptionem ad differentiam doloris, aut cuiuſcunq; alterius tactus corrupti, ſicut etiam ſentire delitioſum pro doloroſo aut econtrario aut calidum pro frigido.

QVum aliquis ſentit aliquod ſuorum membrorum ſicut eſt diſpoſitio pedis cum ſit ſtupidus, dicimus in illo membro ſtuporem eſſe. Quapropter eius cura non eſt differenda, quando enim prolongatur tempus huius ægritudinis perducit ad paralyſim.

Diuiditur præſens capitulum in duas partes. Primò agit Raſis de ſtupore. Secundò de tremore. ſecunda ibi. Tremor autem. Prima in duas. Primò notificat tremorem. Secundò oſtendit neceſſitatem feſtinantiæ curæ. Secunda ibi. Quapropter. De prima parte dicit. Cum aliquis ſentit aliquod ſuorum membrorum, aut etiam totum corpus, ſicut eſt pes quando eſt dormiens ſiue obdormitatus, tunc illud membrum patitur ſtuporem, id eſt, diminutionē aut ablationem tactus. De ſecunda parte dicit curam non eſſe differendam cum tranſeat in paralyſim ipſis non differentibus niſi ſecundum magis & minus.

Species ſtuporis ſumuntur ſicut ſpecies paralyſis. Prima diſtinctio. Eſt enim quædam uniuerſalis, quędam particularis, ut in altera medietatū corporis dextræ aut ſiniſtræ, aut in aliquo uel pluribus membris particularibus. Secunda diſtinctio. Aliquis ſtupor ſit incipiendo, aliquis permutando ex apoplexia, epilepſia, dolore capitis, pleureſi, & colica, & ſic de alijs diſpoſitionibus, quibus quandoq; ſuccedit ſtupor.

Tertia diſtinctio. Aliquis ſtupor eſt materialis, aliquis immaterialis. Aliquis intenſus, aliquis remiſſus. Intenſus auferens totaliter tactum, remiſſus ipſum diminuens. Aliquis eſt chronicus, aliquis interpolatus, aliquis continuus &c.

Cauſæ ſtuporis ſumuntur à quatuor, aut enim à principijs ſcilicet ab anima & duobus membris principalibus corde ſcilicet & cerebro, aut à deferentibus ſcilicet nucha, neruis & arterijs, aut à ſpiritu, aut à mēbro ſtupido. Siquidem à principijs, ut ab anima erit, quia ipſa conuerſa ad aliquod ſpeculandum non ſentit obiecta extrinſeca. Vnde ſecundò de anima. Attenti fortibus imaginationibus delata ſub oculis non uidemus. Aut ex parte cordis, nam cum ipſum eſt de proximo incurſurum ſyncopim ſit homo uniuerſaliter ſtupidus ſpiritibus ad cor retractis. Cum ſimiliter propter oppilationem cordis aut aliam ægritudinē ſpiritibus uitalibus non potentibus exire ad membra ſit homo ſtupidus, nam hoc modo accidit apoplexia ut ſupra. Aliquando eſt propter defectum in cerebro, ut in dolore uehemēti, propter quem omnes ſpiritus animales conuertuntur ad ipſum. Aliquando propter oppilationem in cerebro coarctatoriam ex humoribus collectis in uentriculis, aut in origine nuchæ & neruorū, aut attenuatoria ex ſimilibus humoribus, cum apoſtemate aut ſine apoſtemate. Aliquando eſt in deferentibus ſicut in nucha, aut neruis aut arterijs cum ſcinduntur, ſtringuntur, aut aliter oppilantur, ſicut nucha oppilatur, aut ſcinditur propter dislocationem ſpondilis, ut ſupra in paralyſi, & ſimiliter eſt in arterijs. Aliquando prouenit ſtupor ex defectu ſpiritus, aut quia paucus, aut frigidus craſſus, aut affectus alia qualitate manifeſta uel occulta, quapropter non eſt cōueniens inſtrumentum animæ ad ſenſum tactus. Aliquādo eſt ex parte membri cum nimis calefactum ſit, infrigidatum, humectatum, aut exiccatum, licet mala complexio frigida & humida, aliquando ſit in cauſa ut plurimum. Aliquando eſt ex parte qualitatum ſecundarum, ut quia nimis craſſæ ſubſtantię, & propterea cutis pedis poteſt quodāmodo propter ſuam craſsitiem reputari ſtupida reſpectu cutis manus. Et ſimile huic poteſt præter naturale accidere alicui membro. Et propterea medium inter plantam pedum & calcaneum eſt magis ſenſitiuum, & magis titillationem incurrit 35. problematum, problemate ſecundo.

Cauſæ autem remotiores quædam ſunt primitiuæ ſicut percuſsio, caſus, dislocatio, conſtrictio, uiolenta extenſio, & ſimiles, in capite, neruis, aut arterijs, & ſicut morſus ſcorpionis aquatici, aut tactus piſcis nominatus barile uel miracha, necnō medicinæ ſumptę interius, aut exterius applicitæ, nec non quidam ſerpentes calidi corrumpentes complexionem ſpiritus & membri, aër etiā frigidus, nimia crapula, uina potentia, ſunt cauſæ longinquæ ſtuporis, nimius ſomnus, ſuperfluæ uigiliæ, retentio ſuperfluorum conſuetorum expelli, nimia quies, accidentia animæ excedentia, præcipuè nimius timor qui primò facit tremorem, & tandem auctus aufert ſenſum tactus. Cauſæ autem corporeæ antecedentes ſunt humores mali, aut malæ cōplexiones totius, aut membrorum communicantium neruis, ſicut in febribus fortibus accidit ſtupor diſcraſiato ſpiritu, & neruorum cōplexione. Et eædem uel ſimiles poſſunt eſſe cauſę coniunctæ. humores autē facientes ſtuporem ſunt phlegma ſecundum plurimū. Aliquando ſanguis ſicut etiam in paralyſi.

Signa ſtuporis ſunt diminutio aut ablatio ſenſus tactus, aut totius, aut partis cui ſecundum plurimum aliquod nocumentum in motu coniungitur. Signa cauſarum primitiuarum ſunt ipſæmet cauſæ & nocumenta ex ipſis derelicta. Signa cauſarum corporearum ſcilicet malæ cōplexionis, & humoris facientis ſtuporem ſunt dicta ſuperius in paralyſi & in pleriſq; alijs capitulis. Signa ſtuporis facti permutando ſunt præceſsio aliarum ægritudinum & ipſius ſucceſſio quo ſuccedente præcedentes ægritudines minuuntur, aut auferuntur. materia ad neruos, uel ad origines neruorum permutata, licet ſit poſſibile ſuccedere ſtuporem præcedente ægritudine non diminuta imo potius aucta.

Prognoſtica. Stupor perſeuerans pronunciat aliquam ægritudinem cerebri aut neruorum. Cauſa enim diminuta faciēs ſtuporem ſi augeatur, aliquam maiorem faciet ægritudinem cerebri aut neruorum. Secundum omnis ſtupor membri particularis cum perſeuerat tranſit in paralyſim, cum paralyſis & ſtupor non differant niſi ſecundum magis aut minus.

Tertium, ſtupor faciei nunciat torturā oris. Quartum, ſtupor fortis cum uertigine perſeuerans nunciat apoplexiam. Quintum, ſtupor uniuerſalis perſeuerans, mortem prænunciat. Ex iam dictis inferri poteſt pedes aptiores eſſe ſtupori, primò breuiarij capite proprio, & ſecundo prognoſt. cum ſint diſtantiores à fonte caloris, & ab influxu ſenſus & motus, & magis deputati ad motum quàm ad ſenſum, & materiæ frigidæ pluries præcipitantur ad pedes. In manibus uerò ſunt omnia iſta oppoſita. Patet ſecundò quare pes factus ſtupidus, ex compreſſione aut ligatura apparet ualde magnus & grauis præter ſolitum, non enim eſt ob aliud, niſi quia uirtus motiua facta debi-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.34

lis exprohibitione ſpirituum facit arbitrari pedem maiorem & grauiorem, ſicut debili homini apparet paruum pondus eſſe magnum & graue. Et tertiò patet quare in membro dormitante fit quædam ſenſatio, ſicut formicarum per illud membrum diſcurrentium. Hoc enim nõ eſt aliud niſi craſſi uapores & partes ſanguinis & ſpirituum, per meatus illius membri adhuc ſtrictos diſcurrẽtium, quod non apparet dum membrum eſt ſanum, illis diſcurrentibus per meatus membri latiores quàm ſint poſt conſtrictionem aut compreſſionem. Alia cauſa eſt quia uirtus tactiua in ſano non immutatur ex horum diſcurſu per membrum propter ſimilitudinem membri cum eiſdem. Sed membro infrigidato per complexionem ob abſentiam ſpirituum poſtea ab ipſis ſpiritibus ſanguine & uaporibus euenientibus immutatur propter diſſimilitudinem. Nec cauſa huius eſt ut nõnulli arbitrantur quòd uirtus tactiua debilis percipiat obiecta quæ fortis non percipit. Credendum eſt enim quòd uirtus tactiua fortis ſi æqualiter ab obiectis immutetur ſicut tactiua debilis melius ſentiat ea ſicut & cæteræ potentiæ ſenſitiuæ. Aliter tactiua temperati fortiſſima non melius ſentiret obiecta etiam minima quàm tactiua diſtemperati.

CVratur autẽ hæc paſſio ex aliqua parte medicinarum paralyſis, & cum dieta & unctione ex oleo coſtino. Quòd ſi inueterauerit paſſio, æger ex pilulis fœtidis purgandus eſt, & complexio æquanda ex anacardino & dieta.

His Raſis ponens curam dicit quòd ſtupor curatur ex aliqua parte medicinarum paralyſis, et cum dieta, & cum unctione ex oleo coſtino, & hoc intelligitur cum fuerit recens & debilis, & immaterialis, aut pendens à pauca materia, & frigida, ad cuius complexionis immutationem & paucæ materiæ reſolutionem ſufficiet dieta & unctio abſq; purgatione & medicinis fortibus &c. Quòd ſi inueterauerit, & ſupple fuerit fortis, auferent ſenſum cum cuius ablatione etiam motus ſecundum plurimum diminuitur, tunc æger erit purgandus cum pilulis fœtidis ſcilicet ſupraſcriptis in paralyſi, & complexio erit æquanda, id eſt, ad medium reducenda proportionatum membro, cum anacardino & dieta ſuperius poſitis in paralyſi cum plurimum ſtupor & paralyſis pendeant à cauſa frigida & materiali. Curatur enim cum fortis eſt ferè eiſdem medicinis quibus curatur paralyſis, ſed aliquantulum leuioribus, cum etiam fortis ſtupor ſit leuior quàm paralyſis.

Cura uerò ſtuporis ordinanda eſt omnino, ſicut cura paralyſis à cauſa proportionali præcedens. Et omnes intentiones ſupra poſitæ in cura paralyſis, & omnes medicinę, atque omnia inſtrumenta illas perficientia ad hunc locũ adducantur. Verũ non oportet ut ſint ita fortes, nec dieta ita tenuis ſicut in paralyſi cũ ſtupor ſit minor morbus quàm paralyſis. Auicenna tamen præcipit in ſtupore à ſanguine pendente phlebotomiam copioſam cum dieta tenui quæ omnia in paralyſi ſanguinea etiam ſunt attendenda.

DE TREMORE.

Quid nominis tremoris ſatis manifeſtum eſt. Deſcribitur autẽ ab Auicenna ſecunda tertij, capite proprio quòd eſt morbus officialis eueniens propter defectum uirtutis motiuæ à motu lacertorũ ſecundum cõtinuitatem comparis grauitati corporis intromittenti ſua motione motionẽ uoluntariam, quare commiſcentur motus uoluntarij cum motibus nõ uoluntarijs. Subdit poſtea ad declarationem deſcriptionis, quòd tremor eſt nocumentum in uirtute motiua, ſicut ſtupor eſt læſio in ſenſibili. Dicitur primò morbus, quia per ſe & immediatè eſt læſiuus operationis duplicis uirtutis motiuæ, quarũ una eſt mouere quãdo oportet & qualiter oportet, & ad omnem differentiam poſitionis ſecundum humanã neceſſitatem, alia autem operatio eſt ſtabilire membrum & figere, quapropter tremor eſt morbus in ſitu, ſiue capiatur ſitus pro loco ſiue pro ſocietate. Officialis ſi ſit caſus nominatiui, id eſt, compoſitionalis, ſiue morbus in compoſitione: ſi uerò ſit caſus genitiui, id eſt, membri organici, ſiue inſtrumentalis, nam quamuis tremor ſit etiam neruorum, eſt tamen principaliter organicorum quibus motus principaliter attribuitur. Eueniens propter defectum uirtutis motiuæ, qui defectus eſt diminutio non corruptio, cum tremor eueniat hominibus naturaliter diſpoſitis ex decurſu ętatiuo, nec ablatio. A motu lacertorũ. Expreſſit principale inſtrumentum corporeum motus uoluntarij, ſecundum continuitatem, quia in tremore fit motus interruptus. Comparis, id eſt, æqualis. grauitati corporis ſcilicet membri. intromittenti ſua motione motionem uoluntariam factam à uirtute. Quare commiſcentur motus uoluntarij cum motibus nõ uoluntarijs, mediantibus tamen quietibus inter utroſque.

Sed contra, tremor in decrepitis ex decurſu ætatiuo non eſt morbus, igitur diffinitio inſufficiens. Dicitur concedendo antecedens, & quòd Auicen. non diffinit hic niſi tremorem præter naturam. Secundò arguitur, tremor nunquam eſt, igitur antecedens patet, quia quando eſt motus ſurſum nõ eſt, nec quando eſt motus deorſum, nec eſt quando eſt quies. Ad hoc negatur antecedens, & dicitur quòd tremor eſt in quocunq; motu & quiete, ex quibus componitur ſicut & tempus eſt quãdo aliquid ipſius eſt, licet non totum ſimul. Tertiò, tremor nõ lædit operationem uirtutis motiuę nec aliam, ergo non eſt morbus. Antecedens probatur, quia tremor eſt actio læſa uirtutis motiuæ, ſed ipſa actio læſa non lædit ſeipſam quare &c. Dicitur quòd tremor eſt compoſitũ ex duplici motione, ſcilicet, facta à uirtute & grauitate: nũc autem licet facta à uirtute non lædat ſeipſam, læditur tamen ab illa quæ facta eſt à grauitate. Quartò, ſi membrum poſitum in igne fugiens contrarium concutiatur, tunc iſte eſt tremor, & tamen nõ fit à grauitate aliquo modo, ergo, &c. Dicitur quòd iſte nõ eſt tremor cum non ſit aliqua eius pars uoluntaria, ſicut etiam rigor in febribus nõ eſt tremor, cum nulla pars eius ſit uoluntaria: eſt tamen motus præter naturam ſi fiat à cauſa ægra: ſi uerò non, non eſt præter naturam. Quintò, non ſemper tremor fit ex defectu uirtutis motiuæ à motu lacertorum, cum aliquis ſit tremor in quo uirtus motiua intendit figere lacertos & non mouere. Dicitur ſecundum Gal. in lib. de tre-

more

more & rigore, quòd quantumcunq; uirtus intendit ſtabilire membrum & lacertos eius, tamen ibi eſt aliquis motus, ſicut in aue uolante alis extenſis, quę tamen non concutit alas, eſt ibi aliquis motus, licet non multum manifeſtus. Et ita eſt in membro quod uirtus intendit quietare. Ego credo tamen quòd quicquid dicat Galenus, in aue iam dicta eſſe aliquem motum alarum, quia aliter caderet: non tamen ſic eſt neceſſarium in brachio hominis, quòd uirtus teneat extenſum, cum illud inhæreat alicui fixo. Credo ergo deſcriptionem potius eſſe ſupplendam à motu lacertorum uel fixione. Sextò, tremor debilitat uirtutem, ergo nõ cauſatur ex debilitate uirtutis, tenet conſequentia, cum idem non ſit cauſa & cauſatum. Dicitur, quòd idem eſt cauſa & cauſatum, ſed diuerſis modis, tremor quidem debilitat uirtutem fatigando eam, uirtus uerò debilis ipſum producendo: ſunt tamen ambæ de genere efficientium. Septimò, tremor eſt totaliter à natura, nam motio ſurſum eſt à natura, quia à uirtute mẽbri eſt, motio deorſum eſt à natura ſiue naturalis, quia eſt à grauitate, quæ eſt naturalis ipſi membro. Dicitur, quòd eſt à natura nõ tamen naturalis, cum uirtus præternaturaliter diſpoſita ipſum efficiat, unde eſt prętemnaturalis, licet ſit aliquo modo naturalis diſtinguendo naturale contra uiolentum.

Octauò, nunquam uirtus eſt compar grauitati, igitur, &c. Aſſumptum patet, quia in motione ſurſum uirtus ſuperat grauitatem, in motione deorſum ſuperatur. Dicitur, quòd eſt compar ad hunc intellectum quòd ferè toties natura ſuperat grauitatẽ quotiens ab ea ſuperatur, tamen tenendum eſt uirtutẽ eſſe aliquando parem ipſi grauitati, quia uirtus ſuperans grauitatem ſucceſſiuè remittitur, donec à grauitate ſuperetur: ergo cum non ſit tranſitus ab extremo ad extremum ſine medio, erit aliquando uirtus compar grauitati, & hoc erit in principio eſſe quietis. Et ſequitur conſequenter, quòd inter hos motus contrarios mediabit quies inſtãtanea. Tenendo ſicut ueritas eſt, quòd omnis proportio maioris inæqualitatis ſufficiat ad motum deducendo etiam reſiſtentiam extrinſecam, ſcilicet medij. Nonò, Si augetur reſiſtẽtia aut minuitur potentia, non fit motus contrarius, ſed tardatur: ergo motus ſurſum debilitata uirtute debet tardari, & non fieri motus deorſum. Dicitur, quòd ſi augetur reſiſtentia, aut tantum minuitur potentia, quòd reſiſtentia ſe habeat ad potẽtiam in proportione maioris inæqualitatis, quòd tunc fit motus cõtrarius. Si uerò reſiſtentiæ ad potentiam ſit ſemper proportio minoris inæqualitatis, eſto quòd reſiſtentia augeatur, aut potentia minuatur motus tardabitur, & non fiet motus contrarius. Ex quo ſequitur motũ ſurſum factum à uirtute continuè remitti uſq; ad nõ gradum: motum autem deorſum factum à grauitate continuè intendi, cum motus deorſum factus à grauitate ſit uelocior in fine quàm in principio. Ex quo ſequitur iſta concluſio quòd motus per totam horam intenditur, & in fine horæ erit ſub non gradu, quæ concluſio licet ſit poſſibilis, tamen in hoc caſu eſt negãda, cum uirtus antea ſufficiat tardare motum deorſum, quàm ipſum totaliter impedire, imò ueriſimilius eſt hunc modum remitti paulatim ad non gradum, licet fortè à principio uſq; ad aliquod tempus intendatur. Decimò, uelocius mouetur membrum ſurſum quàm uirtus exigat, & ſimiliter deorſum, quàm exigat grauitas membri, ergo præter has ſunt aliæ cauſæ horum motuum aſſignandæ. Dicitur negando aſſumptum. mouetur enim membrum ita uelociter ſurſum, ſicut uirtus motiua cum illo conatu mouet ipſum: mouetur tamen uelocius ſaltẽ in principio, quàm appetitus cognoſcitiuus intendat ipſum mouere. Ex quo ſequitur, quòd motiua & propriè debilis nõ eſt appetitui cognoſcitiuo omnino ſubordinãda, membrum tamen deorſum ita uelociter mouetur, ſicut grauitas cum his circumſtantijs mouet ipſum. Tamen credo ad omnem operationem uirtutis motiuæ debilis, ſiue intendat ſtabilire membrũ tremens, ſiue ad quamcunq; differentiam mouere, præter membri grauitatem concurrentem ſolum ad motum deorſum ipſam uirtutem motiuam debilem cum conatu concurrere. In tremore nanq; ad appoſitas differentias etiã hæc experientia ſatis facilè probari poteſt. Ex his patet differentia inter ſtuporem & tremorem, cum ſtupor ſit paſſio ſenſitiuæ, tremor autem motiuæ. Secundò patet differentia inter tremorem & iectigationem, cum tremor ſit partim uoluntarius, iectigatio autem omnino inuoluntaria. Et tremor eſt alicuius membri organici. Iectigatio muſculorum, quæ ſunt partes ipſorum organicorum.

Tertiò patet differentia inter tremorem & pulſum cordis & arteriarum, quia pulſus cordis & arteriarum eſt merè naturalis, tremor autem mixtus. Et quia inter contrarios motus pulſus, percipitur quies media. Sed inter contrarios motus tremoris non percipitur quies media, non quia inſtantanea, ſed quia breuiſſima. Quartò patet differentia inter tremorem & rigorem, quia rigor eſt merè naturalis, & in ipſo totum corpus concutitur: licet tamen cauſa faciens concuſſionem non ſit in toto. Tremor autem eſt motus mixtus, & non eſt in toto neceſſariò, ſed aliquãdo ſolum in uno particulari membro.

Prima diſtinctio. Species tremoris ſunt ſicut ſtuporis, aut enim eſt in toto, aut in parte ſicut in capite, aut alio membro particulari. Secunda, aut eſt chronicus, aut nouus, aut materialis, aut immaterialis, etc. Accidit autem ut caput moueatur ante & retro, propter nocumentum in muſculis anterioribus & poſterioribus, ſicut aliquando tremit ad latera propter nocumentum muſculorum lateralium. Et quandoque fit tremor in utriſque manibus & non in pedibus, ut quando cauſa non eſt in origine nuchæ, ſed in ramis neruorum penetrãtibus ad manus, aut ſi cauſa fuerit in origine nuchæ expellit eam natura ad loca propinquiora propter minus malum, aut quando ſpiritus motiuus in inferioribus corporis eſt fortior, & magis uincens ſecundum neceſſitatem illorũ membrorum, quia ſunt ad motum magis deputata quàm manus, quare non patiuntur à cauſis, quæ non ſunt ualde fortes, propterea frequentius accidit tremor in manibus quàm in pedibus, & cum liberatur paralyſis, citius redit motus in manibus ꝗ̃ in pedibus, &c.

Cauſæ ſumuntur aut à uirtute, id eſt, à ſpiritu, aut à membro. ſi à ſpiritu, aut quia paucus in toto propter nimias uigilias, aut exercitia fortia, aut famem, coitum, aut balnea, aut alia euacuantia ſenſibiliter, aut inſenſibiliter, aut quia eſt paucus in membro propter retractionem ipſius ad principale, ſicut in

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.35

timore propter aſpectum ex alto, aut propter ambulare ſuper pontem, de cuius pręcipitio timetur, aut propter orare coràm principibus, aut propter diſputare, aut propter uelle inire pugnam, & quomodolibet aliter, aut quia ſpiritus motu inordinato mouentur ſicut in anguſtia, tribulatione, gaudio, deſyderio, paſſione dicta ilen, in qua ſpiritus ſimul ad oppoſitas differentias mouentur. Aliquando eſt defectus ex parte qualitatis ſpiritus, quia craſſus, frigidus, aut putridus, aut alia qualitate occulta uel manifeſta affectus. Quandoq; eſt ex parte membri malè complexionati. Eſt enim complexio potiſſimum & immediatum inſtrumentũ animę ad ſuas operationes perficiẽdas. Hoc autem erit ſi membrum ſit nimis humectatum propter crapulas & mollificatum, aut uidelicet multitudine uini, aut propter potum aquæ plurimæ non in ſua hora, ſicut poſt coitum, balneum, exercitium, & ieiunium, aut eſt mala complexio ſicca faciens membrum non bene obediens flexioni, aut erit oppilatio in membro ex cauſis repletionis multiplicãtibus humores craſſos aut uiſcoſos, aut alijs cauſis oppilantibus coarctoriè, aut attenuatoriè, aut carnoſè, unde non penetrabit ſpiritus ſufficiens ad debitum motum, quo prohibito fieret paralyſis & diminutio ſenſus, tremor, aut ſolutio continui membra debilitans, & quandoque membro & ſpiritui ſimul accidit impedimentum, ſicut ex morſu animalis uenenoſi ſimul nocente ſpiritibus, & membro, aut fortè duplex nocumentum unicuique proprium ſimul coniungetur. Cauſa autem tremoris frequentior eſt frigiditas ſuperflua, aut humiditas remolliens, minor tamen humiditate paralyſim faciente.

Signa tremoris abſolutè ſunt manifeſta ex motu ipſius membri trementis. Signa cauſarum ſunt ipſę cauſæ. Signa autem ipſarum propter defectum uirtutis & ſpirituũ ſunt, quia patiens deficit ex quocunque labore & motu, & ſimiliter à quocunque nutribili facilè releuatur & non poteſt pati famem diuturnam, quoniam ſyncopizaret. Signa uerò ſuperfluę frigiditatis aut humiditatis, & cæterarum cauſarum ſunt ex ſæpe dictis manifeſta.

Prognoſtica. Tremor magis peruerſus eſt qui incipit à ſiniſtro. Secundum, tremor in ſenibus medicatione non eſt remouibilis. Tertium, Tremor eſt uia in ſpaſmum aut paralyſim ſecundum materię diuerſitatem ſubtilis aut craſſæ. Quartum, Tremor in labio inferiori ſignificat uomitum. Quintum, Alienatio ſuperueniens tremori in cauſone, ut dicit Hippocr. ſoluit ipſum propter calorem intenſum præter modum calefacientem cerebrum & neruos, unde ſequitur alienatio, & cauſa tremoris reſoluitur ſicut interdum econtrariò ſoluitur permixtio mentis & cauſon materia ad neruos permutata, propter cuius permutationem ſequitur tremor.

Tremor autem ex eiſdem curatur ex quibus ſanatur ſtupor. Sed ſi ex ſuperflui uini potu euenerit, æger ab ipſo erit abſtinendus. Similiter ſi aqua quæ ex niue diſſoluitur bibendo hanc incurrit paſſionem, ab ipſa abſtineat, & balneum calidiſſimum ingrediatur, in quo tam diu moram faciat donec ſudet à quo cum egreſſus fuerit in ſole aſſiduè moretur.

Hic ponit curam tremoris. Et habet tres partes. Primò ponit curam tremoris abſolutè. Secundò, quando prouenit ex potu uini. Tertiò, quando prouenit ex potu aquæ frigidæ, partes patent. De prima dicit, quòd tremor curatur cum illis, cum quibus ſanatur ſtupor, de cuius cura ſermo præceſſit. Stupor autem & tremor curantur cura paralyſis, uerum leuiores exigunt medicinas ſicut ſunt morbi leuiores paralyſi. De ſecunda parte dicit, quòd ſi tremor prouenit ex ſuperfluo potu uini, æger ab ipſo abſtineat, & bibat aquam ſaccharatam, uel aquam mellis. De tertia parte dicit, quòd ſi prouenit ex potu aquæ quę ex niue diſſoluitur, uel aliter frigida ualde, ęger ab ipſa abſtineat, loco cuius utatur uino pauco mediocris potẽtiæ, uel aqua mellis cum pauco ſaluiæ & piperis, & ingrediatur balneum calidiſſimum, in quo tãtum ſtet donec ſudet, ſiue illud balneũ ſit aëreum ſicut ſtufa, uel igneum ſicut furnus ex quo extractus eſt panis uel ſit aqueum calidum & ſiccum, & actu & potentia ſiue ſit naturale, ſicut thermæ ſulphureæ, aut alia huiuſmodi, aut artificiale. Et ad hoc cõfert ſepeliri in arena ſicca à ſole uehementer calefacta, & ſtatio ſub ſole confert &c.

Cura tremoris perficitur omnino ſicut dictum eſt in paralyſi. Verum ſunt aliqua propria tremori ſicut oleũ de andachocha, id eſt, flore trifolij, quod in hoc habet mirabilẽ proprietatem applicitum ſuper originem neruorum & membro tremulo cum fricatiõe bona. Similiter emplaſtrum factum ex folijs iiſdem trifolij, cerebrum quoq; leporis aſſatum ad hoc mirabiliter confert, & propterea frequenter comedatur. Et ſi tremor eſt in capite expertum eſt ſtecas ſumptum ſingulis diebus pondere ʒ.1. aut. 2. cum ℥.1. hydromellis, aut ſine potu in forma pilularum. Ex nocentibus autem ualde in eo & omni ægritudine neruoſa eſt multitudo phlebotomię, & nimius uſus uini & aceti, & coitus, & aquarum frigidarum: aquæ tamen, pluuialis eſt eis melior & minoris nocumẽti, & in omni ægritudine neruoſa. Caſtoreum quoque & oleum de cucumere aſinino ſunt propria tremori à cauſa frigida proueuiente, ſiue caſtoreum ſit exterius applicitum, ſiue interius ſumptum.

DE TORTVRA ORIS.
Cap. XI.

Tortura quæ apud Serapionem uocatur acauis à quibuſdam ſic deſcribitur. Tortura eſt morbus officialis figuram ſiue formam naturalem faciei corrumpens, ab Auicen. uerò complexius deſcribitur ſecunda tertij. quòd eſt morbus officialis in facie propter quem trahit pars faciei ad partem non naturalem, & alteratur forma eius naturalis & remouetur bonitas obuiationis utrorumq; labiorum & ambarum palpebrarum ex parte. Officialis, id eſt, compoſitionalis. Eſt enim morbus in figura & etiam in ſitu, ſiue ſitus accipiatur pro loco, ſiue accipiatur pro ſocietate, ut patebit ex dicendis. Aliter officialis, id eſt, membri officialis, id eſt, inſtrumentalis & organici; In facie ad differentiam torturæ alterius membri, propter quem trahitur pars faciei ad partem non naturalem, id eſt, contrahitur aliqua pars faciei ad ſitum non naturalem, & alteratur forma, id eſt, figura eius naturalis, & remouetur bonitas obuiationis utrorumq; labiorum, & ambarum palpebrarum ex parte. In his uerbis ſpecificat modum torturæ, & membra torta ſecundum plurimum in facie, ut ſit nobis magis manifeſta. Subdit autem ex parte, cum ſecũdum aliquam partem ſit bonitas obuiationis, & labiorum & palpebrarum, ſcilicet, ſecundum partem uicinam parti ſanę.

Cum hominis os contorquetur, & unum de oculis ſuis claudere non ualet, & ſi præcipitur ei ut ſufflet flatus ab una tantũ parte exire uidetur, ipſum quoq; tunc contorſionem pati dicimus.

Diuiditur pręſens capitulum in partes duas, primò determinat de tortura theoricè. ſecundò practicè. ſecunda ibi. Cuius curam. In prima parte ponit tria ſigna. Primum, quòd os, id eſt, facies uel os, id eſt, labia oris torquentur. Secundum, quòd oculus partis ægrę claudi non poteſt, id eſt, ob ſpaſmum, aut paralyſim palpebrarum nõ potentium ſed ex toto contingere. Tertium, quia nõ poteſt ſufflare niſi ex parte una, ſcilicet ſana, altera non potente, ſcilicet debitè moueri ob ſpaſmum, aut paralyſim, & ſimiliter nec per eam poteſt expuere.

Species torturæ ſunt iſtæ, nam aliqua eſt chronica ualde, tranſiens ſex menſes. Quędam eſt magis recens ſiue paucioris temporis. Iterum quædam eſt intenſa fortis, quædam debilis & remiſſa uix comprehenſibilis. Cauſæ torturæ coniunctæ ſunt duæ ſcilicet ſpaſmus aut paralyſis partium faciei, unde ſit partium faciei contractio, ad quem ſequitur tortura. Spaſmus tum ſecundum plurimum eſt in cauſa, cum partes faciei ſint latæ, ad quas materiæ etiam craſſæ facilè poſſunt præcipitari. Cauſæ autem paralyſis ſunt dictæ ſuperius. Cauſæ ſpaſmi dicentur in capitulo ſequenti. Duas tamen memorabo. Vna eſt apoſtema in collo quod facit torturam, aut cauſando ſpaſmum, quod eſt ſecundum plurimũ in neruis dantibus motum mandibulæ inferiori, quæ ſcilicet oriuntur à prima ſphondyli, aut paralyticans eoſdẽ neruos prohibendo tranſitum ſpirituum, & propriè ſi fuerit apoſtema molle, nerui enim dantes ſenſum & motũ partibus ſuperioribus faciei ramificantur à tertio pari neruorum cerebri. Secunda eſt uulnus in eadem parte aut in partibus faciei per quod ſit paralyſis ſolutis neruis, aut muſculis mouentibus partes illas, aut fortè ſit ſpaſmus neruis & muſculis non totaliter ſectis, aut propter apoſtema, quod ſequitur ad uulnus replens & contrahens partes illas, quæ ſic deinceps perpetuò remanent contractæ.

Signa prognoſtica ſunt dolor profundus in partibus faciei & ſtupor in cute, & multitudo ſaltus, ſiue ſcintillationis in eiſdem partibus prolongari, quodlibet nanq; iſtorũ arguit præſentiã materiæ in his partibus, quæ ſi ampliata fuerit, aut uirtus debilitata, fiet ſpaſmus aut paralyſis, & conſequenter tortura.

Signa demonſtratiua torturę cum aliquando propter eius paruitatem occultatur, eſt riſus aut prolatio dictionũ in quibus eſt O. Ex his enim tortura quantumcunque occulta manifeſtatur. Signa uerò partis læſæ plerunque occultantur, quia interdum pars ſana apparet ita torta ſicut ægra, quia aliquãdo pars ſpaſmata contrahit partem ſanam, ita ut ipſa uideatur torta, & aliquando paralytica multum grauitans et defluens attrahit partem ſanam, ita ut etiam uideatur torta, aliquando ſi parum paralytica ſit contrahitur à parte ſana, ita ut ſcilicet aliquando nulla appareat tortura, aut ſi apparet, æquè bene apparet in parte ſana ſicut in ægra. Signa ergo propria & diſtinguentia ſunt infraſcripta. Primum, quia oculus partis læſæ eſt aliqualiter diſcoopertus, cum palpebræ non poſſunt bene uniri: oculus autem ſanus totaliter à palpebris poteſt cooperiri. Secundum eſt, quia non poteſt expuere nec ſufflare per latus ægrum nec per medium oris, ſed ſolum per latus ſanum. Tertium eſt, ut præcipiatur ut moueat genas & labia contrahendo, & elongando, & manifeſtè tunc patebit, quia non poterit latus ægrum ſed bene ſanum. Signa uerò quòd tortura ſit à ſpaſmo, eſt quia pars ſpaſmata extendi non poſſit, pars uerò paralytica facilè ducitur ad omnem differentiam. Secundum, quia cum ſpaſmoſa coniungitur ſoda, & dolor aliquis, cum paralytica uerò non. Tertium, quia in tortura ex paralyſi ſenſus ſunt magis turbati, & ſentitur in cute leuitas, & in lacertis, & ſtupor quidam, & humiditas profluit ex ore, & eſt palpebra inferior demerſa, & medietas panniculi, quæ eſt ſuper palatum ex parte illa eſt mollificata, ſtupida, humida, laxa, & apparet quòd mediteur homo & aſpiciat ad inferiora, quia palpebra ſuperior multum cadit, & magnam partem oculi claudit. In ſpaſmoſa ſunt ſigna his contraria. Signa autem ſpaſmi ſic. & hum. aut non proportionati ad materiam, uidebuntur in capite ſequenti, & ſigna cauſarum paralyſis in proprio cap. fuerunt poſita.

Prognoſtica. Timor eſt mortis in tortura uſq; ad quatuor dies, quia materia facilè poteſt conuerti ad cerebrum ipſum oppilando uel apoſtemando. Secundum, torturæ extenſæ uſque ad ſex menſes fortaſſe non ſperatur rectificatio. Tortura in decrepitis raròrecipit ſalutem. Tortura ſequens ægritudines fortes ſicut apoſtema cerebri & ſimiles, & ſpaſmum de inanitione, quod ſignatur & ſcitur per euentum eius paulatim factum non recipit curationem.

Cura.

Cuius curam incipiemus cum ſolutione uentris ex pilulis fœtidis. Nutrimentum uerò eius atque ipſius potum dicimus, ut in capitulo de paralyſi diximus. Aegro præterea quotidie in mane antequam comedat ſinapim cum ſyrupo acetoſo gargarizare faciemus, et mittemus eum in domum obſcuram, & præcipiemus ut unam nucem muſcatam in parte oris, quæ torta eſt reti-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.36

neat: Naribus quoque tunc ſufflabimus condiſi, ut ſternutatio prouocetur. Sphondyles quoque colli eius, & faciem eius, & frontem ex oleo coſtino inungere conuenit, & eſt quotidie de anacardino aur. 1. pondus ſumendum. Et ſi paßio hoc modo ſoluta non fuerit ad uentris ſolutiones, & ægri ſedationem redeundum eſt. De tortura uerò quæ nõ repentè, ſed paulatim accidit non loquimur, ipſa nanque non contingit niſi in phreneſi pernitioſa morte iam imminente, & eſt ex ſiccitate.

Hic ponit curam torturæ pendentis à paralyſi aut ſpaſmo humido. ſecundò dicit ſe non uelle ponere curam torturæ factæ paulatim ex ſpaſmo de inanitione cum ipſa ſit pernitioſa. ſecunda ibi. De tortura uerò. In prima parte docet Raſis euacuare. Primò cum pillulis fœtidis. Secundò docet quòd dieta eius ſit ſicut dictum fuit in paralyſi. Tertiò præcipit gargariſma, ut hoc, ℞. ſinapis ℥. s. bulliat in ℔. una aquę ad conſumptionem medietatis & coletur, cum qua colatura miſceantur ſyrupi acetoſi ſimplicis ℥. 2. & gargarizetur ſtomacho ieiuno. Quartò locat tortum in loco obſcuro per quatuor dies uel ſex, ne materia amplietur & dilatetur per multi luminis pręſentiam. Quintò teneat nucem muſcatam in parte oris quæ torta eſt. Sextò prouocet ſternutationem cum condiſi ſuperius declarato, uel loco eius prouocetur cum elleboro, & ſimilibus. Septimò unganeur ſphondyles colli, quia ab ipſis ramificantur nerui uenientes ad faciem. Et ſimiliter unganeur partes frontis & faciei ex oleo coſtino ſuperius deſcripto. Vltimò ſumant quaq; die aur. 1. confect. anacar. ut ſupra in paralyſi. Et ſi cum his non curatur quieſcat per decem dies ſolo regimine bono obſeruato, deinde iterum redeat ad ea quæ iam dicta ſunt. Cura torturæ exigit eaſdem intentiones quæ dictæ fuerunt in paralyſi. Et hic eſto memor ſicut ibi non properare ad uſum medicinarũ fortium in principio digeſtiuarum aut ſolutiuarum, ſed expecta uſq; ad quartum & ſeptimũ & decimum quartum diem ſicut dictum fuit. Neq; aliquo modo ſoluas cum debili aut forti ſolutiuo, niſi præmiſſa digeſtione, ſed ſolum ſit contentus clyſteribus lenientibus. ſecundò in tortura ex ſpaſmo primò mollifica, deinde reſolue, ſed in tortura ex paralyſi ſolummodo reſolue. Ex expertis eſt ut ſumantur ʒ. 2. hieræ Hermetis per menſem continuum. ſecundum expertum eſt zingib. et acorus confecta cum melle ſiue diacorus ſumptus mane & ueſpere ad quantitatem nucis. Phlebotomia uenarum linguæ in tortura ſanguinea optimè confert. Aſſiduatio ablutionis faciei cum aceto in quo decocta eſt ſinapis eſt mirabil. proſpicere in ſpeculo ſæpe iuuat ad rectificationem torturæ. Cauterium ſuper uenam quæ eſt poſt aurem, ultimum ſi per plures dies dimittatur apertum. Sirupus proprius in cauſa frigida. ℞. acori ℔. s. zing. nucis muſcat. ana. ℥. 1. mellis ℔. 1. fiat ſyrupus clarificatus bulliendo ſupraſcripta in ſufficienti quantitate aquę, & adminiſtretur cum aqua decoctionis ſaluiæ, ſed nõ adminiſtretur niſi poſt ſeptimum, & præcedente alia euacuatione. Solutiuum proprium poſt hunc ſyrupum eſt hoc. ℞. pilularum cochiarum fœtidarum an. ℥. s. fiant pilulæ 5. & exhibeantur in mane ſeruata debita dieta & cuſtodia. Gargariſma. ℞. nucis muſc. ℥. s. acori. ℥. 2. pyrethri, ſinapis. zing. ana. ℥. s. aceti ℥. 1. mellis ℥. 2. bulliant in ℔. 3. aquæ ad conſumptionem duarum partium, ſed non fiat gargariſma neq; ſternutatorium niſi præcedentibus purgationibus. Succus auriculæ muris cum nuce muſcata in eo infuſa eſt proprius per nares attractus. Eſt autem auricula muris anagallis, pro ea tamen ſumimus maioranã. Oleum proprium in tortura. ℞. rad. acori ℥. 2. zing. nucis muſcat. ana. ʒ. 2. olei coſt. ℥. 4. uini al. potentis tantũdem, bulliãt ſuper cineres uſq; ad conſumptionem uini, & cum pauco ceræ fiat unguentum. Eſto tamen memor in tortura à ſpaſmo præponere mollificantia, deinde reſolutiua ſuccedant. Mollificatiuum propriũ. ℞. mucil. fœnugræci, ſem. lini, butyri, axungiæ anatis, olei amygdalarum dul. medullæ cruris uituli. an. ℥. s. olei de lilio ℥. 1. nucis muſc. ʒ. 1. ceræ quantum ſufficit, fiat unguentum molle, aut miſceantur mollificantia cum reſolutis. Et hæc de tortua.

DE SPASMO. Cap. XII.

SPaſmus à græco deriuatũ idem ſignificat quod contractio. Et deſcribitur ab Auicen. ſecunda tertij cap. proprio, quòd eſt ægritudo neruoſa, qua mouentur lacerti ad ſua principia, & inobedientes fiunt in dilatatione. Eſt quidem ægritudo, quia ſenſibiliter lædens. Et eſt ægritudo quæ eſt compoſitio pręternaturalis in figura, quia membrum in ſpaſmo malè figuratur contra uoluntatis imperium, & eſt morbus in ſitu, capiendo ſitum tam pro poſitione ſiue loco quàm pro ſocietate, cum membrum neq; in debito loco remaneat, neq; poſſit aſſociari cui debet ſecundum humanam neceſſitatem. Neruoſa, quia licet in omni ſpaſmo membrum organicum lædatur ſecundum ſe totum: læditur tamen principaliter ſecundum partem neruoſam ipſius, Qua mouentur lacerti. Expreſſit inſtrumentum principale motus uoluntarij, unde in hoc differt ſpaſmus à ſingultu, cum in ſingultu non ſit motus lacertorum. Ad ſua principia, ſcilicet ad nucham à qua 31. paria neruorum & unum impar originantur, dantia motum & ſenſum ferè toti corpori à ceruice infra. Et à cerebro originantur ſeptem paria, ut ſupra in anatomia quia omnes concurrentes ad cõpoſitionem omniũ muſculorum ſunt cauſa ut ipſi muſculi ſpaſmentur, & moueantur uerſus nucham aut cerebrum. Et inobedientes fiunt in dilatatione, quia non poſſunt dilatari ſecundum uoluntatis imperiũ, niſi ægritudo remoueatur. Nota primò quòd duplex eſt ſpaſmus, proportionatus ad materiam, & non proportionatus. Non proportionatus eſt ille cuius cauſa immediata effectiua eſt uirtus ſiue anima, ſtimulata tamen à re præter naturam, ſicut eſt dolor, ſolutio continui & huiuſmodi. Proportionatus ad materiã eſt duplex, de repletione & inanitione. Spaſmus de repletione eſt ille cuius cauſa

cauſa immediata effectiua eſt ipſa materia exiſtens in neruo ſiue apoſtemet, ſiue non, nam dilatando membrum & extendendo ſecundum latitudinem & profunditatẽ eſt cauſa, quòd abbreuietur ſecundum longitudinem, quare ſit contractio. Spaſmus de inanitione eſt, cuius principium effectiuum immediatum eſt ſiccitas ignea & terrea in eo creſcens & dominans propter conſumptionẽ humiditatis ſubſtantificę, unde humidum, aëreum & aqueum euaporat, & inter hos eſt differentia, quia in ſpaſmo humido abbreuiatur neruus in longitudine, & incraſſatur in latitudine & profunditate. Sed in ſpaſmo de inanitione ſecundum omnem dimenſionem, fit abbreuiatio & contractio. Ex quibus ſequitur iſtas concluſiones eſſe concedendas. Prima concluſio, aliquis eſt ſpaſmus immaterialis, qui tamen eſt morbus materialis, quia ſpaſmus non proportionatus ad materiam pendens, exempli gratia, ex cholera æruginoſa in ſtomacho eſt ſpaſmus immaterialis, quia non proportionatus ad materiam, eſt tamen morbus materialis curãdus per euacuationem. Secunda concluſio. Aliquis eſt morbus ſiue ſpaſmus materialis, utputa ſpaſmus de inanitione qui eſt proportionatus ad materiam: & tamen eſt morbus immaterialis cum non ſit ibi materia euacuanda, aut ad benignum perducẽda per diſtinctionem. Dicitur autem ſpaſmus materialis, quia in eius quiditate exprimitur materia, ſcilicet ipſius conſumptio. Tertia concluſio. Aliquis eſt ſpaſmus proportionatus ad materiam, & nõ proportionatus ad materiam, patet de ſpaſmo, cuius cauſa effectiua immediata ſit non ſolum materia, ſed etiam uirtus ſtimulata. Et ſi magis uirtus concurrat à prædominio dicetur non proportionatus ad materiam, & econtrario ſi materia à prędominio dicetur ſpaſmus proportionatus ad materiam. Et ſi ambæ ęqualiter concurrant ab utriſq; æqualiter denominabitur, ſcilicet ubi quilibet per ſe eſſet ſufficens ad illum producedum, ubi autem neutra eſſet per ſe ſufficiens, ſed ambæ ſimul, dicetur proportionatus ad materiam, & nõ proportionatus de copulato extremo, & non copulatiuè. Nec ualet hoc argumentum, eſt ſpaſmus non proportionatus ad materiam, ergo non eſt proportionatus ad materiam, nec ibi arguitur ab affirmatiua de prædicato infinito ad negatiuam de prædicato finito.

Quarta concluſio. Aliquis ſpaſmus eſt de repletione & inanitione. Quinta concluſio. Aliquis eſt ſpaſmus non proportionatus ad materiam de repletione & de inanitione, quarum deductio faciliter patere poſſet. Ex his patet, quòd ſpaſmus de inanitione habet unam cauſam priuatiuã, ſcilicet conſumptionem humiditatis, & poſitiuam alteram immediatam crementũ ſiccitatis. Contra, ſi per ſiccitatem fieret ſpaſmus, tunc hectici tertiæ ſpeciei omnes ſpaſmarentur, cum in ipſis ſit facta ultimata exiccatio qua deducuntur ad mortem. Ad hoc dicitur multum intereſſe inter ſiccitatẽ quæ facit ſpaſmum, & quæ facit hecticam tertiæ ſpeciei, nam iſta eſt uniformis ferè æqualis per totam nerui ſubſtantiam ex eo quòd inducta eſt paulatim. Illa uerò quæ facit ſpaſmum nõ eſt uniformis per totum, nec ęqualis in toto neruo, ex eo quòd ab agente uiolento in paruo tempore inducta eſt, unde magis exiccatur una pars nerui quàm altera, fit ergo cõtractio & applicatio in parte, ſcilicet minus exiccata, ſicut in corio proiecto ſuper prunas fit contractio una parte magis exiccata quàm altera, ubi ſi in ſole aut in loco calido diu ſtetiſſet, & multum fuiſſet exiccatum, non fuiſſet contractũ, ſicut & lateres cum coquuntur in fornace ab igne dulci non torquentur, ſed ab igne nimis forti contorquentur. Sed contra, neruus eſt æqualiter diſpoſitus per totum, agens fortè, utputa calor cauſonis poteſt omnibus partibus ęqualiter applicari, ergo non ſpaſmabitur. Præterea, ſi in hectica eſt per totum uniformis exiccatio totum deberet ęqualiter contrahi, & ſic fieri tetanus. Dicitur cauſas reſiſtentes exiccationi nerui in cauſone nõ eſſe æquales, cum pars nerui aliquando ſit circumuoluta membris humidioribus, ſiue iuxta poſita: alia pars membris ſiccioribus, quare non æqualiter reſiſtit per totum, neq; etiam uapores febriles æqualiter omnibus partibus applicantur. Ad ſecundũ dicitur, quòd ſi fieret contractio in hectico, tunc ſpaſmus ille eſſet de inanitione, & ſimiliter ſi corpus extenſum & inflexibile humido ferè uniformiter in omnibus partibus neruoſis exiccato, tunc eſſet tetanus. Sed dico nullam fieri contractionem notabilem, neq; extenſionem ad ſpaſmandum ſufficienter, aut ad tetandum.

Secunda diſtinctio eſt, aliquis ſpaſmus eſt in fieri, ut quando actualiter fit contractio, aliquis eſt in facto eſſe, ut quando membrum poſt contractionem remanet contractum, tunc enim eſt quies ubi dum fiebat erat motus. Et ex hac diſtinctione ſequuntur iſtæ concluſiones. Primò, Aliquis eſt ſpaſmus fiens, qui tamen eſt morbus factus, utputa ſpaſmus de inanitione cum eſt in fieri, & complebitur etiam remota omni cauſa conſeruante ipſum ſicut febre, fluxu, & ſimilib. Eſt enim morbus factus, quia independẽs. Eſt tamen ſpaſmus fiens cum actualiter fiat contractio. Secundò, quòd aliquis eſt ſpaſmus factus, qui tamen eſt morbus fiens cum ad remotionem cauſarũ ſit aptus remoueri, neque à ſeipſo conſeruabilis ſit, ut patet in ſpaſmo de repletione facto & curabili. Tertia diſtinctio. Aliquis eſt ſpaſmus proprius ſicut eſt ſuperius deſcriptus. Alius improprius, ſcilicet ſingultus, quia in ſtomacho non eſt muſculus, aut aliud principium motus uoluntarij. Quarta diſtinct. Aliquis eſt ſpaſmus fortis adeò, ut ceruix contorqueatur & ſtrideãt dentes. Aliquis debilis ſicut oſcitatio & aliquis uniuerſalis in toto qui non differt ab epilepſia, niſi quia eſt cum ſenſu intrinſeco & extrinſeco. Aliquis eſt particularis, et in una medietate, aut aliquo membro particulari. Aliquis eſt ſpaſmus ad poſteriora, & dicitur opiſthotonus. Aliquis eſt ad interiora, & dicitur emproſthotonus. Aliquis ad utrunq; et dicitur tetanus. Ad latera aũt rariſsimè euenit, cum in lateribus pauciores muſculi & nerui ſint ſituati. Et harum diuerſitatum cauſa eſt ſecundum quod cauſa ſpaſmi eſt in diuerſis locis ſicut dictum fuit in paralyſi. Et quicunq; iſtorũ aut eſt initians, aut ſuccedens ad alias ægritudines ſicut ad ſynnachen, pleureſim, ſirſen, & ſimilia.

Cauſæ ſpaſmi non proportionati ad materiã ſunt accidentia animæ ſicut timor & triſtitia, ſolutio cõtinui, frigus nerui ex uulnere diſcooperti, putredo, dolor, pũctura animalis ueneno ſi, comeſtio & applicatio rerũ uenenoſarũ, & cõmunicatio facta neruis ab alijs membris, ſiue abſoluta, ſiue non abſoluta, dummodo nerui non lædantur per eſſentiã, & magis ſpa-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.37

ſmantur nerui ex communitate ſtomachi & matricis quàm propter alia membra. Spaſmi de repletione cauſæ ſunt phlegma, ut in pluribus, deinde melancholia uel ſanguis, rariſsimè cholera, ſiue humores apoſtement neruum ſiue non. Et aliquando eſt uentoſitas, & eſt ex his quæ ueniūt in hora & remouentur in hora, & uulgariter uocatur gramſo. Cauſæ antecedentes ſunt idem humores non actu inbibiti, aut apoſtemantes neruos. Cauſæ primitiuę ſunt crapulæ, ebrietates, ſomnus ſuper ſatietatem. Exercitium fortè corpore pleno, retentio euacuationum etiam conſuetarum, ingredi etiam balneum corpore pleno, liquefactio humiditatum à febre, & ſimiles. Cauſę ſpaſmi de inanitione ſunt febres fortes, ieiunia, uigilia, accidentia animi fortiter exiccātia, fluxus uentris, & alię euacuationes fortes, & cætera præter modū exiccantia.

Signa diſtinctiua inter ſpaſmū & epilepſiam ſunt, quia epilepſia eſt communis toti, & reſoluitur uelociter, & eſt cum periodis & non fit ex inanitione & aufert ſenſum. Spaſmus uerò in his ipſi opponitur, licet tamen ſpaſmus dicatur epilepſia membri, ſicut epilepſia eſt ſpaſmus totius corporis & ſimilātur in motibus contractiuis, &c.

Signa prognoſtica ſunt diſpoſitiones corporum.

Primum, pueri ſunt ad omnes ſpaſmos maximè diſpoſiti. Et etiam ab omnibus maximè releuabiles. Iuuenes ad ſpaſmum non proportionatum ſunt proniores quàm ſenes. Corpora ſanguinea & cholerica ſunt proniora ad ſpaſmū quàm phlegmatica aut melancholica. Secūdum, tremor & dolor circa collum & iuncturas nunciat ſpaſmum, pulſus chordoſus, & propriè cum diuerſitate eſt nuncius ſpaſmi. Tertium oculi contorſio & facies in modum ridentis eſt nuncia ſpaſmi: fit enim ex cōtractione partium faciei, tremor manus ægri occultus, qui aliquando percipitur à medico ſolerti dum tangit pulſum pronunciat ſpaſmū, anhelitus difficilis interſectus, ſuſpirioſus, quia non poteſt dilatari pectus propter contractionē diaphragmatis & muſculorum, & huiuſmodi nunciat ſpaſmum. Signa concordantia habes 6. Aphor. Aphor. 54. In acutis paſſionibus cum febre luctuoſa ſuſpiria malum. Stipticitas uentris propter contractionem muſculorum ani aut matricis ad ſuperiora deriuatis. Retentio urinæ aliquando, & aliquando emittitur cum ſanguine mixta propter debilitatem renum, aut fortem expreſſionem ſingultus. Soda, tremor & dolor prænunciant ſpaſmum, ſtridor dentium, contractio cutis capitis. Signa demonſtratiua eſt ipſa actualis contractio uel contractum eſſe, pulſus tenſus diuerſus in modum ſagittæ aſcendens in medio ſui motus, & deſcendens in fine, & humilis in principio, in quo non apparet manifeſta diaſtole propter nimiam tenſionē, unde oportet fieri pulſus ueloc iores & frequentiores. Item arteria eſt calidior alijs membris calido ſpumoſo ignito propter prohibitam tranſpirationem. Differt autem hic pulſus à pulſu principij paroxyſmi, cum hic ſit tenſior et magis manifeſtus. Signa ſpaſmi non proportionati ad materiam ſunt cauſæ ipſæ, de quibus præceſsit ſermo. Signa uerò ſpaſmi de repletione ſunt eius cauſæ. Diſtinguitur inter ſanguineā & phlegmaticā per ſigna ſæpius dicta. Et cauſæ primitiuę ſeipſum ſignificant. Signa ſpaſmi de inanitione, eſt quia paulatim fit & præceſſerūt cauſæ, ſcilicet inanientes. Prognoſtica. Primum, omnis ſpaſmus uninerſalis ex uulnere eſt mortalis. Secundum, ſpaſmus de inanitione cui in principio non reſiſtitur eſt mortalis. Tertium, ſpaſmus ad poſteriora eſt cæteris deterior. Quartū, habetur quarto Aphor. In feb. non deficiente ſi labiū aut oculus, aut ſupercilium, aut naſus diſtorqueatur, aut nō uideat iam debili exiſtente corpore quodcunque horum fiat iam eſt propè mors. Quintum, Ventoſitas multiplicata cum tremore uentris, mortem ſignificat. Sextum, Saltus ſuperfluus arguens multitudinem uentoſitatis malum. Septimum, Spaſmus non proportionatus ad materiam, niſi ſit uniuerſalis ex uulnere ſecundum plurimum eſt ſalubre.

DE TETANO. Cap. XIII.

TEtanus, quaſi totum tenens à tetano græco nomine deriuatus. Eſt ſecundū Aui. ſecunda tertij cap. proprio, ęgritudo officialis prohibens uirtutem motiuam à cōtractione membrorum, de quorum aptitudine eſt, ut contrahantur propter nocumentum in lacertis & neruis. Eſt enim tetanus morbus in ſitu & in figura, & propterea officialis, id eſt, compoſitionalis, uel membri officialis, id eſt, organici. Nam licet ſit paſsio neruorum: eſt tamen principaliter organicorum, quia principalius & immediatius ſunt ad motū ordinata ſecundum humanam neceſsitatem, nec unquam eſt in neruis quin ſit in organicis. Dicitur prohibens uirtutem motiuam à contractione membrorū, ad differentiam ſpaſmi, cuius eſt membra cōtrahere, & ſubditur propter nocumentum in lacertis & neruis, &c. ad differentiam priapiſmi in quo non eſt læſio neruorum nec lacertorū uirgæ, ſed ſola ipſa tenditur ex multitudine uentoſitatis craſſæ replentis uenas & arterias. Contra ſequitur quòd tetanus non differt à paralyſi. Dicitur, quòd tetanus prohibet uirtutem motiuam à contractione membrorum cum ipſorum extenſione, paralyſis uerò cum ipſorum mollificatione, propterea diffinitio eſt ſupplenda. Et propter hoc etiam differt à ſpaſmo in facto eſſe. Alcuzez uerò dictio arabica uarijs modis accipitur, ut uult Auicen. in cap. de tetano. Quandoq; pro ſpaſmo muſculorum furculæ. Quandoque pro ſpaſmo oculi. Quandoq; conuertitur cum tetano. Sed propriè acceptus Alcuzez eſt tetanus à cauſa frigida, & à uentoſitate proueniens, licet Auicēna in capitulo proprio, & ſimiliter cęteri authores ſint multum uarij in uſu horum terminorum accipientes frequenter unum pro altero.

Species tetani ſumuntur, ſicut ſpecies ſpaſmi. Eſt enim quidam nō proportionatus ad materiam pendens ex eiſdem cauſis, ex quibus pendet ſpaſmus non proportionatus ad materiam. Et quidam tetanus eſt proportionatus ad materiam duplex exiſtens, de repletione & de inanitione. Et cauſæ ſunt eædem, niſi quia in tetano ſunt duo ſpaſmi diuerſorū muſculorū & neruorum ad oppoſitas partes ſiue differentias trahentium, imo duo tetani per quorū extenſionē membrum remanet rectū & extenſum ad nullam differentiam contractū, ſicut ſi eſſet nocumentum in muſculis anterioribus & poſterioribus, aut ſi ſolum unus neruus aut muſculus ſit lęſus, ille eſt lęſus uniformiter per totum, exempli gratia, materia penetrante per riuulos

uulos nerui in totum neruum, unde non magis contrahibilis eſt ad unam partem quàm ad aliam, ſed in ſpaſmo erit in una parte incraſſans illam, & per conſequens trahit ad ſe rdiquam partem. Sed contra, ſi materia exiſtens in una parte nerui, dilatans illam eſt cauſa abbreuiationis nerui ſecundum longitudinē, multo magis exiſtens in toto neruo & dilatans illum erit cauſa abbreuiationis eius. Ad hoc dicitur negando conſequentiam, quia omnis pars erit æqualiter extenſa, ſicut in marſupio undiq; æqualiter extenſo ſecundum longitudinem & latitudinem, non magis contrahetur ſecundū longitudinē q; latitudinē, ſed ſecundum omnē differētiam extendetur & maiorabitur, & ſecundum hunc modum membra undiq; apoſtemata ut non flecti poſſint dicuntur tetanata. Sunt enim ſecundum omnem differentiam magnificata, & ſimiliter poteſt eſſe tetanus de inanitione membro uniformiter exiccato & non contracto, cuius cauſæ ſunt eædem quæ ſpaſmi. Et ſic aliquando uidemus brachium aut crus arefactum inextenſibile. Et ſimiliter erit tetanus non proportionatus ad materiam ex ſimilibus cauſis contingens, ex quibus prouenit ſpaſmus, ſicut ex cauſis primitiuis, ut cū homo dormit ſuper re dura, aut in ſomno unū membrum comprimit alterum, aut aliquod membrum fune extenditur aut percutitur taliter ut membrum non poteſt flecti, ſicut aliquando ex ſimilibus cauſis membrum ſpaſmatur, & non poteſt extendi. Alcuzez autem propriè ſumptus prouenit, aut ex frigiditate ſine materia cōgelante, aut ex materia frigida craſſa undiq; ęqualiter membrum extendente, ſiue apoſtemet, ſiue non, & ſimiliter à uentoſitate, unde ſi materia paralyſis cōgeletur, aut reſolutis partibus ſubtilibus incraſſetur, taliter, ut membrum remaneat extenſum, ex paralyſi fiet tetanus, ſiue alcuzez. Tetanus etiam aliquando fit incipiendo, aliquādo ſuccedit alijs ægritudinibus, ſicut ſynache & pleureſi, quemadmodum dictum eſt de ſpaſmo.

Signa ſumuntur eodem modo ſicut dictum eſt in ſpaſmo. Veruntamen ex ſignis prognoſticis tetani eſt ſaltus plurimus, grauitas ſermonis, durities in lacertis, & dolor in partibus ſphondylium uſq; ad aloſos, & difficultas deglutiendi, & cum ſcalpitur non delectatur. Secundum, urina ſicut putredo & uirus cum horripilatione & tenebroſitate in uiſu, ſudore in capite & ceruice ſignificat extenſionem in utriſque lateribus futuram. Tertium, cum tetanus communis incipit clauditur os, rubeſcit facies, fit dolor fortior & non poteſt ſorbere, multiplicatur palpitatio, & lachrymantur oculi. Et differentia inter tetanum & ſpaſmum in principio ſui eſt, quòd ſpaſmus in lacertis incipit cum motu: tetani uerò principium eſt in lacertis cum quiete. Cætera ſigna demonſtratiua ſpecierum eius & ſuarum cauſarum ſunt ſimilia his, quæ dicta ſunt in ſpaſmo.

Prognoſtica. Primum, tetanus eſt ægritudo acutior cæteris paribus quàm ſit ſpaſmus, & magis pernitioſa cum ſint duo ſpaſmi, unde iuxta Aphoriſmū quintæ particulæ. Quicunq; à tetano apprehenduntur, in quatuor diebus pereunt. Verum ſpaſmus de inanitione eſt deterior quàm tetanus, quia contrahit ſecundum omnē dimenſionem. Secundum, ille tetanus eſt malus quem præcedunt febres inſeparabiles cum inquietudine fletu & alienatione, & fit color citrinus propter eas, et exiccatur os et labiū, denigratur lingua et exaſperatur cutis, & extenditur: eſt enim ex inanitione. Tertium, Omnis tetanus à percuſſione cui aſſociatur ſingultus et permixtio rationis eſt mortalis. Sed circa dicta in litera dubitatur, quare ſpaſmus nō eſt ita periodicus ſicut epilepſia, cum tamen epilepſia ſit ſpaſmus uniuerſalis. Reſpondetur quòd aliquādo fiunt ſpaſmi particulares periodici, ut quędam mulieres ſpaſmantur in manibus ſecundum periodos aggregationis materierum in matrice, ut Galen. in libello de ſpermate, cap. 2. Secundò poteſt aggregari in alio membro materia per congeſtionem, uel quòd ipſa recipiatur ab alio membro in determinato tempore quæ erit factiua ſpaſmi periodici. Dico tamen quòd epilepſia per eſſentiam eſt periodica frequentius quàm ſpaſmus, quia fit ex defectu cerebri, & multa malitia ipſius cuius defectus non corrigitur niſi à corde & epate, cum cerebrū ſit membrum principale, neq; poteſt recipere correctionē per exterius applicita, ſicut membra particularia extrinſeca, propter profunditatem & diſtantiam ipſius cerebri, & propriè ſecundum uentriculos eius in quibus hæc materia continetur. Alia uerò membra facilius corriguntur tam in membris principalibus quàm nō principalibus. Et uirtutes medicinarum melius in membris particularibus penetrant ad profundum. Epilepſia etiam per communitatem eſt frequentius periodica, cum læſio cerebri etiam non ualde magna ſit factiua epilepſię, in qua cerebrum contrahetur. Aequalis tamen læſio perueniens ad neruos, non faciet ipſorum contractionem. Eſt enim natura quę facit huiuſmodi cōtractionem tam in neruis, quàm in cerebro, ut expellat à ſe nocumentum magis ſollicita de cerebro, quàm de neruis: non eſt enim negandū aliquem ſpaſmum particularem eſſe magis periodicum certa epilepſia per communitatem.

CVm aliquod membrum alicuius contrahitur, & ad ſuā redit originem, aut plura ex membris ſic diſponuntur, ſpaſmata eſſe pronunciabimus. Spaſmus aut ſubitò, aut paulatim inuadit. Spaſmo aūt ſubitò euenienti eadem præparanda eſt cura, quàm in paralyſi conferre diximus. In eo tamen fricatione manuum & inunctione ex oleo coſtino plus utimur. Spaſmus uerò qui non repentè, ſed ſuauiter accidit poſt febrem, aut poſt multam uentris ſolutionem, aut multum uomitum, aut ſanguinis fluxum malus eſt & uix curabilis. Quicquid tamen accidit, ei mederi incipiemus. Aegro nanq; hordei aquam, & iura unctuoſa, & mollia miniſtrabimus, & in

aquam dulcem tepidam ipſum mittemus, & ungemus ex oleo uiolaceo tepido, & oleo de ſeminibus cucurbitæ, & præcipuè neruorum radices, in quibus ſpaſmus exiſtit. In tina quoq; diu moretur & ex oleo uiolaceo inungatur. De uino bibat patiens parum, quod tamen multum habeat aquæ admixtionem. Et cibis nutriatur humidis.

Diuiditur hoc capitulum de ſpaſmo in tres partes. In prima ponit ſigna ſpaſmi ſumpta ex quiditate ipſius. In ſecunda ibi. ſcilicet. Spaſmus autem. Ponens unam diſtinctionem ſpaſmi curat ſpaſmum de repletione. In tertia ibi. Spaſmus uerò, &c. Curat ipſum ſpaſmum de inanitione. Prima pars eſt manifeſta ex dictis. In ſecunda parte primò ponit hanc diſtinctionem. Spaſmus autem accidit ſubitò, & eſt de repletione aut paulatim, & eſt de inanitione. Sed ipſi ſpaſmo ſubitò euenienti eadem properanda eſt cura, quæ ſuperius dicta eſt in paralyſi, cum ſit de repletione. Eſt tamen hæc differentia, quia in ſpaſmo indigemus amplius fricatione & inunctione cum manu ex oleo coſtino ſuperius deſcripto in paralyſi, cum humor ſit craſſior. Debemus etiam flectere ipſum membrum ad oppoſitum illi differentiæ ad quam contrahitur. In tertia parte dicit, quòd ſpaſmus qui non repentè, ſed paulatim accidit poſt febrem, aut multam uentris ſolutionem, aut multum uomitum, aut ſanguinis fluxum eſt malus & uix curabilis, imo non poteſt curari niſi in principio. Curat autem ipſum cum rebus humectantibus interius & exterius applicitis, quæ qualitatiuè & ſubſtantificè humectant. Et hęc ſecundum plurimũ debent eſſe frig. minus tamen frig. quàm hum. Et omnia quæ dicit ſunt manifeſta. Concedit tamen uinum multæ aquæ admixtum, quod debet eſſe nouum, nutriendo enim humectat ſubſtantificè. Et cum hoc facit aquam multam quæ ei admiſcetur ad extrema corporis penetrare, quapropter humectat etiam qualitatiuè. In ſpaſmo tamen de repletione debet eſſe uetus iuuãs ad materię reſolutionem.

Cura ſpaſmi de repletione quatuor exigit intentiones curatiuas. Prima ordinat debitum regimen. Secunda euacuat materias communes & cauſam antecedentem etiam diuertendo. Tertia reſoluit cauſam coniunctam membra confortando. Quarta corrigit accidentia. Aër ergo iuxta primam intentionem declinet ad calidum & ſiccum. Dieta ſimiliter declinet ad ſiccum, & ſit ualde tenuis præcipuè in ſpaſmo uniuerſali, ita ut ſint cõtenti aqua mellis aut ſacchari, aut pro cibo ſumant panatam cum pauco ſaluiæ minutim inciſæ, aut ouũ unũ cum ſaluia, aut brodiũ cicerũ cum ſaluia, & ſimilibus. Caueant à carnibus & uino, niſi fortè parum uini antiqui concederetur ad materiæ reſolutionem euacuatione iam præcedente. Declinante tamen ægritudine utatur carnibus facilis digeſtionis declinantibus ad ſiccum ſicut perdicibus, & ſimilibus. Et reliquum regimen ſeruetur, ut ſupra in paralyſi. Secunda intentio, ſcilicet euacuatio perficitur cum phlebotomia, ſi ſanguis aut humorũ multitudo ſit in cauſa. Quæ phlebotomia iuxta ſententiã Auicen. non ſit multũ copioſa tum ut calor innatus non debilitetur qui eſt principale reſoluens, tum etiam quia nerui ſunt frigidi. Et fiant aliæ euacuationes ſecundum exigentiam humorum peccantium, ſicut dictum fuit in paralyſi. Attende tamen quòd in ſpaſmo uniuerſali eſt neceſſaria feſtinatio, nec oportet præmittere digeſtiua, neq; tardare ſicut tardatur in paralyſi. Interficit enim frequenter à prima die uſque ad quartam. Euacuatio autem fiat cum clyſterijs leuibus aut acutis, & cęteris generibus euacuationum ſicut dictum fuit in paralyſi. Vbi autem daret inducias ante digeratur materia, & ſeruentur canones ſuperius dicti in paralyſi. Ad fortiora tamen digerentia & euacuantia eſt cæteris paribus citius procedendum, quàm in paralyſi, cum materia ſit craſsior. Digeſtiua & euacuantia illic requirantur in cap. de paralyſi. Tertiò intentio, ſcilicet cauſæ coniunctæ reſolutio & membrorum confortatio, maximè cerebri & neruorum perficitur cum interius & exterius applicitis. Sed attende quòd quantum ad exterius applicita differt cura ſpaſmi à cura paralyſis, quia in ſpaſmo debent eſſe aliqualiter mollificantia, quia materia eſt craſſa, & membra indigent erectione uerſus figuram naturalem. Primum, ex cõuenientibus proprijs eſt ren contritus cum pinguedine ſua, ſed propriè uulpis aut lupi, & applicitus debitè calidus origini neruorũ & loco ſpaſmato. Secundum, eſt pellis uulpis & lupi, ex qua cum calore ſuo actuali dum nouiter facta eſt excoriatio æger circundetur, ſimiliter inunctio cum adipe luporum & uulpium. Item ſeſſio in aquis decoctionis luporum, uulpium, & ſigillatim, & coniunctim, pręcipuè ſi cum eius decocta fuerint aliqua propria, ſicut abrotonum, anethum, folia lauri, hyſſopus, ſtecas arabica, & ſimilia. Oleum quoq; de lilio eſt ad hoc præcipuum. Lana quoque ſuccida ſuper locis ſpaſmatis præcedentibus prius unctionibus eſt cõueniens. Vnguentum quoq; factum ex ſtyrace liquida. ℥. 1. oleo de lilio. ℥. 2. euphorbij, caſtorei, an. ʒ. 1. ceræ quantum ſufficit, eſt cõueniens. Similiter oleum uulpinum, & oleum de coſto, deſcriptione Meſue. Fortius autem iam dictis eſt oleum de coſto, deſcriptione Raſis. Balnea quoq; et propriè ſulphurea ſunt ad hanc intentionẽ. Sed ex interius ſumptis ſunt diamuſcum, diambra, theriaca, mithridatũ, acori conditi, & diacorum, &c. Vltimum uerò eſt confectio anacardina febrem prouocans, de qua ſuperius in paralyſi. Quarta autem intentio, ſcilicet, correctio accidentium perficitur educendo feces, aut urinã ſi fuerint retentæ, cum eis quæ dicuntur in proprijs capitulis, & ſubueniatur in difficultate anhelitus cum unctionibus dilatantibus muſculos, & poſitione ægri ſi oportuerit in balneo olei, cuius mandibulæ etiam uiolenter aperiantur ſi ſtrictæ fuerint. Et reliqua accidentia curẽtur ſecundum propria capitula.

Cura ſpaſmi de inanitione perficitur cum frigidis & humidis ſecundum totum regimen ſex rerum nõ naturalium, præcipuè aëris tam inſpirati quàm circundantis. Sed tamen ſecundum plurimum maius ſtudium debet eſſe in humectando quàm in frigidando. Hæc autem applicentur extra & intus ſecundum omnem modum, & ſint humectantia quæ intus approximantur tam qualitatiuè quàm ſubſtantificè. Vnde

Vnde cõuenit balneum ex lacte aut ex aquis in quibus cocta ſint folia ſalicis, hordeum fractum, uiola nenufar cucurbita, citruli, aut fiat tota tina ex ſucco cucurbitæ, aut ex aqua roſ. in qua decoctum ſit aliquod horum, aut ex aqua melonis indi, & ſimilibus. Et fiant clyſteria ex rebus ſimilibus additis quibuſdam impinguantibus, ſicut oleum uiolaceum, nenufarinum, aut pinguedo porci lota pluries cum aqua frigida. Et ex oleo uiolaceo inungantur iuncturę & totum dorſum, aut ex oleo nenufarino, aut ſalicis, & cum iſtis permiſceri poteſt pinguedo porci recens, lota pluries cum aqua frigida, & infirmo detur lac recens ſecundum menſuram cõuenientem, quam poſſit digerere febre non exiſtente. Sed pręſente febre detur aqua hordei, aqua cucurbitæ, aqua melonis Indi cum iuleb uiolaceo, aut ſimili. Et ſi cum iſtis miſceatur parum uini albi ſubtilis unius anni tantum dulcis aliqualiter, aut ſaltem non acris erit conueniens, & quieſcat & multum dormiat, & non fiant euacuationes niſi naturales & leues, & gaudeat, & maximũ ſtudium etiam habeatur in humectatione cerebri embrocãdo & ungendo commiſſuras capitis, & totum caput, & inſtillãdo huiuſmodi in auribus & naribus, & utatur conſuſo & brodio conſumpto in quo cocta ſit cucurbita, lactuca & ſimilia, & ſi qua accidẽtia ſuperuenerint, corrigantur ſecundum exigentiam.

Cura ſpaſmi non proportionati ad materiam. Si fuerit à uulnere ſedetur dolor & procuretur ſanies, ad quod optimè ualet emplaſtrum de maluauiſco cum oleo roſ. exterius applicitũ, & terebinthina lota cum uitello oui in uulnere applicita, & tota nucha ungatur & fomentetur cum humectantibus temperatis in actiuis, ſicut eſt oleum amigdalarum dulcium. Et ſi fuerit febris addatur parũ olei uiol. Et ſi fuerit à punctura uulnus aperiatur, & cum inciſione donec uirus tranſpiret, & in punctura inſtilletur ſulphur, aut parum euphorbij diſſolutum cum oleo roſaceo & terebinthina, & ſit actu notabiliter calidum. Et caratim ſiue uermes terreſtres cocti in oleo roſaceo, & applicitì optimè conferunt: & ſi fuerint à putredine alicuius membri uulnerati, optimum remedium eſt cauterium actuale ſuper parte putrida. Et ſi fuerit à frigiditate loci uulnerati, locus & partes circumſtantes fomententur cum pannis infuſis in oleis calidis ad hoc proprijs, ſicut oleo de coſto, & de croco. Et ſi fuerit ab apoſtemate, curetur apoſtema ſecundum quod oportet ſemper mitigando dolorem cum unctionibus & emplaſtris, & infundendo membrum in oleo, & ſimilibus. Et in omnibus his attendendum eſt origini neruorum cum humectantibus ſecundum plurimum temperatis in actiuis: imò frequenter oportet ponere ægrum in tina ex oleo communi, & cum exit à tina induere ipſum camiſia, & caligis ſuffultis lana ſuccida. Et ſi fuerit à ueneno aut à punctura uenenoſorum, cura requiratur ſexta quarti. & à Raſis 8. huius. & origines neruorum fomententur cum humidis declinantibus ad calidum aut ad frigidum ſecundum exigentiam rei uenenoſæ. Et ſi fuerit à cholera praſſina in ſtomacho, aut alio humore, uomitu, aut ſeceſſu ducatur, & ſi fuerit à cõmunitate aliorũ membrorum, ſicut matricis ægritudines illius membri curentur ſecundum quod oportet. Dieta autem debet eſſe tenuis & declinans ad calidum, aut ad frigidum ſecundum exigentiam cauſæ, & accidentia curentur ſecundum quod oportet.

Cura tetani eſt eadẽ quæ ſpaſmi à ſimili cauſa. Verum indiget ut magis feſtinetur, quoniam eſt acutior quàm ſpaſmus. Et ex his quæ ualde conueniunt eſt ut ferueat ſuccus anethi, & mittatur in ipſo catulus calda, id eſt, catulus canis aut uulpis, & decoquatur donec diſſoluatur, & infundatur ęger in decoctione eius bis, aut quantum uel quotiens oportet. Et ſi non haberetur tanta quantitas ſucci, ut in ea poſſet æger infundi. habeantur petiæ quæ in tali decoctione infundantur, & loco nuchæ aut mẽbro tetanato ſuperponatur. Et ſic eſt finis huius cap. de ſpaſmo & tetano.

DE EPILEPSIA. Cap. XIIII.

EPilepſia græcè quaſi compreciſio dicitur uel captiuitas latinè, ex eo quòd ſecundum Alexandrum tenet omnem ſenſibilitatem captiuam. Dicitur morbus caducus, ex eo quòd cadit patiens ob eam. Dicitur morbus comitialis, eo quòd ſi aliquis hoc morbo in comitijs caderet, comitia ad aliam diẽ transferebantur. Comitia uerò dicebantur cõuentus uniuerſi populi Romani, Calendis Ianuarij in campo Martio ad magiſtratus creandos. Dicitur morbus lunaticus ex eo quod ſecundum motum lunæ commoueri uidetur. Hanc alij uocãt ἱερὰν νόσον, id eſt, ſacrum morbum, eo quod ſacram partem corporis poſsideat, ſcilicet cerebrum in quo animam habitare dicunt. Alij ἡράκλειον, id eſt, herculeum eo quod Herculem ferũt hoc morbo laboraſſe, uel quia ſit fortis in poſternendo homines ſicut Hercules. Dicitur etiam comeſſalis, quia comeſſationes, crapulæ, ebrietates ſint ipſius cauſæ. Et παιδικὸν, eo quod facilè pueris accidit: nam παῖς græcè puer latinè dicitur. Et propter hoc à quibuſdam infantilis uocatur. Ab Auicenna uerò cap. proprio. mater puerorum. Epilepſia ab Auicen. ſic deſcribitur: eſt enim ægritudo prohibens membra animata ab operatione ſenſus & motus, & erectione non integrè propter oppilationem contingentem. Eſt quidẽ ægritudo in figura & in ſitu tam pro poſitione quàm pro ſocietate. Prohibens membra animata, id eſt, in quibus uiget uirtus ſenſibilis aut motiua. Ab operatione ſenſus & motus, & erectione nõ integrè, eo quòd ſi fortis ſit, tollit omnem ſenſum interiorem & exteriorem, licet non omnem motum, poſthibet tamen ut corpus poſſit erigi, imò ſi ſit rectum ſtare non poteſt, ſed in terram cadit. Si uerò ſit debilis remanet aliquid ſenſus interioris, ſcilicet cogitatiuæ & memorię, ex eo quòd minus læduntur quàm ſenſus communis, cum magis lædatur uentriculus anterior quàm duo poſteriores, cuius oppoſitum eſt in apoplexia. Et additur propter oppilationem contingentem, ſcilicet in cerebro. non enim abſoluitur epilepſia ab oppilatione cerebri, & propterea etiam dicitur morbus in uia.

CVm aliquis cadit in terram, & torquetur & commouetur, & intellectum amittit, dicimus ipſum epilepticum fore, Quòd ſi ſpuma exit per os, aut ſe com

f

mingit, aut ſperma egreditur, aut egeſtio, paſſio tunc eſt grauior & uehementior.

Diuiditur præſens capitulum in duas partes. In prima ponit ſigna epilepſiæ. Secundò curam. ſecunda ibi. Si autem æger. Prima in duas. Primò ponit ſigna epilepſię in generali. Secundò ſigna fortitudinis eius. ſecūda ibi. Quòd ſi ſpuma. In prima parte ponit tria ſigna. Primum eſt, quòd cadit epilepticus ſi rectus ſit. Secundum eſt, quòd poſt caſum commouetur, ſcilicet motibus quibuſdam ſpaſmoſis. Tertium eſt, quòd intellectum amittit, id eſt, omnem ſenſationem interiorem uel maiorem partem, & ſimiliter omnem ſenſum exteriorem præcipuè auditum & uiſum, licet fortè aliquid tactus in parua epilepſia poſſit remanere. Hæc enim omnia fiunt ſpiritu ſenſibili & motiuo non debitè potente tranſire per uentriculos, neque deferri ad membrum propter oppilationem. In ſecunda parte ponit ſignum fortitudinis epilepſiæ, quod eſt exitus ſpumæ per os, uel urinā egredi, aut ſperma, aut egeſtionem, & ſupplete alias euacuationes, ſcilicet ſanguinis per os aut nares. Hæc enim omnia arguūt fortem ſpaſmum propter quem pectus non poteſt dilatari, & calore ſuccenſo in ſpiritualibus prohibita euacuatione fit ſpuma, de qua in apoplexia ſufficienter dictum fuit. Aliæ ſimiliter euacuationes fiunt propter fortem ſpaſmum & cōpreſſionem muſculorum uentris ſuper inteſtina, & ueſicam ad quam ſequitur expreſſio urinæ & fecum. Similiter ad fortem cōtractionem uaſorum ſpermatis fit ipſius effuſio, & ad fortem contractionē cerebri ſequitur expreſſio ſanguinis per nares & colatorium: non tamen hęc omnia in omnibus fiunt, ſed quędam in quibuſdam ſecundum corporum diſpoſitiones.

Quia epilepſia eſt ſpaſmus uniuerſalis ſecundū plurimum, uel non fit ſine eo, ſicut ſpaſmus particularis eſt epilepſia mēbri particularis, propterea ſpecies epilepſię ſunt ferè eædem cum ſpeciebus ſpaſmi. Prima diuiſio, eſt enim quædam ſpecies non proportionata ad materiam, & eſt ſecundū plurimū. Et quædam proportionata ad materiam. Et hęc eſt de repletione, & non de inanitione, quia epilepſia non poteſt fieri à ſiccitate cerebri tantum, primò quia fit ſubitò, ſed ſpaſmus ſiccus non fit ſubitò. Secundò, quia cerebrum non poſſet tantam ſiccitatem tolerare ut multum ſpaſmetur quin moriatur corpus prius, cum cerebrum ſit membrū principale. Secunda diuiſio eſt, quia alia eſt à principijs generationis, alia ex tempore, & hæc eſt antiqua, aut noua. Item alia eſt fortis, alia debilis, alia materialis, alia immaterialis. Aliqua fit incipiendo, aliqua permutando ex alijs ęgritudinibus, ut melancholia, incubo, & ſimilibus. Item aliqua non periodica, aliqua periodica & cum periodis ordinatis aut nō ordinatis, alia cū motibus ſpaſmoſis, alia ſine

Cauſæ epilepſiæ quædam ſunt primitiuæ ſicut percuſſio, aut in capite, aut in aliquo membro neruoſo, aut morſus animalis uenenoſi, aut ſumptio, aut applicatio medicinæ uenenoſę. Similiter ex ſex rebus non naturalibus aër nimis frigidus, aut putridus, aut plenus fumis malis ſicut aër plenus fumis eleuatis à carbonibus nō potentibus tranſpirare, lumen intenſum ſubitò occurrens. Auditus ſonorū ingentium et horrendorū, crapulæ, ebrietates, & nimia fames, ſomnus nimius, retentio euacuationum conſuetarum, nimia quies, nimius motus, & propriè poſt repletionem. Coitus plurimus & nimia abſtinētia ab eo, timor nimius, nimiaq; triſtitia. Sunt etiam quædā quę à proprietate excitant epilepſiam, aut ſi epilepſia ſit occulta ipſam manifeſtant ſicut comeſtio apij & epatis hircini, mirrha quoq; & ſuffumigium cornu caprini detegit epilepſiam. Indui quoq; pelle hirci nouiter excoriati, aut quæ aliquanto tempore ſteterit infuſa in aqua excitat epilepſiam. Cauſæ corporeæ per eſſentiam in cerebro ſunt dolor fortis aut mala complexio fiens fortis, aut ſolutio continui. Cauſa autem immediata omnis epilepſiæ eſt oppilatio coarctatoria, aut ex uapore uentriculos implente, & origines ipſius nuchæ & neruorum, aut ex materia phlegmatica ſecundum plurimū. ſecūdò melancholica. tertiò ſanguinea, rariſſimè uerò cholerica. Verum ſemper oppilatio eſt cauſa immediata. Remotior ſecundum plurimum uapor aut uentoſitas. Et adhuc remotior ſunt humores à quibus uapores & uentoſitas eleuantur. Oppilatio uerò attenuatoria fit ab eiſdem cauſis in meatibus, non in uentriculis, ſecundū plurimū uerò fit ab ipſa uirtute contrahente cerebrum ſtimulata à re præter naturā, ſiue ſit per eſſentiam in cerebro, ſiue aliunde cōmunicatam. Et propterea ſecundū plurimum epilepſia eſt cum motibus ſpaſmoſis, quia ad contractionem cerebri, ſequitur etiam cōtractio neruorum. Et propterea ſecūdum plurimū non eſt proportionata ad materiam. Epilepſia uerò facta ab oppilatione coarctatoria, non concurrente uirtute ad contrahendum cerebrum, eſt ſecundum plurimū ſine motibus ſpaſmoſis. Cauſę autem epilepſiæ per communitatem ſunt, aut à toto ſicut in febribus, aut criſī, aut à ſtomacho propter fortem dolorem, aut fortem famem, & eſt cōmunitas abſolutè, aut propter pręſentiam humoris calidi aut frigidi in eo cōmunicantis uapores cerebro communitate non abſoluta, aut eſt ab epate, aut ſplene, aut ab inteſtinis, ſicut in uermibus, aut dolore forti, aut à miradi, aut à renibus, aut à ueſica, aut à matrice & eſt frequenter, aut à quocunque alio mēbro particulari, ita ut à pollice pedis perſæpe eleuentur uapores uenenoſi, qui dum attingunt caput faciunt epilepſiam. Verum à matrice frequenter fit diſpoſitio mixta ex ſyncopi & epilepſia, ipſis uaporibus nunc magis cordi, nunc magis cerebro cōmunicatis. Et quandoq; æqualiter: uapores tamen ſpermatici ſunt deteriores quàm menſtrua, & quandoque à uaſis ſpermaticis uiri, cognoui eleuari uapores à ſpermate alterato facientes epilepſiam fortem ſine motibus ſpaſmoſis, qui tandem cum debitis auxilijs ſanitati reſtitutus eſt. Signa quidem quibus differt ſpaſmus ab epilepſia ſuperius dicta ſunt. Differt autem apoplexia ab epilepſia, quia epilepſia eſt cum motibus ſpaſmoſis ſecundum plurimū qui non ſunt in apoplexia. Differt autem epilepſia ſine motibus ſpaſmoſis ab apoplexia, quia epilepſia ſecundū plurimum citò ſoluitur, & eſt cum paroxyſmis, & rariſſimè terminatur ad paralyſim. apoplexia ſi fortis ſit interficit, ſi debilis terminatur ad paralyſim ferè ſemper. Differētia uerò inter epilepſiā fortem ſine cōtractionibus ſpaſmoſis quæ terminatur in paralyſim & apoplexiam debilem, quæ etiam terminatur in paraly-

ſim non eſt perceptibilis, ſunt enim ferè eædem, & ab eiſdem cauſis prouenientes. Et ſi eſt ſignum diſtinctiuum illud ſumitur ab ætate. Signa uerò prognoſtica ſunt grauitas capitis, incubus, uertigo, & reliqua ſuperius poſita in apoplexia: ſi enim hæc ueniant in ſene prognoſticantur apoplexiam, ſi in pueris epilepſiā, ſi in medijs inter hos, nunc epilep. nunc apoplexiam ſecundum corporis diſpoſitiones.

Signa demonſtratiua ſunt quæ dicta ſunt in textu. Item uiriditas uenarum quę ſunt ſub lingua, cum hoc quòd eſt prognoſticum, eſt etiam ſignum demonſtratiuum. Signa uerò epilepſiæ per cōmunitatem ſunt nocumenta aliorum membrorum pręcedentia, cum quorū augmēto multiplicatur diminutione diminuitur, ablatione aufertur, & etiam quia non fit ſubitò, & æger ſentit paulatinum aduentum eius, & eſt cerebrum incolume in ſuis operationibus niſi tempore paroxyſmi. Quando uerò eſt per eſſentiam ſunt ſigna his contraria. Membrū autem his communicans cognoſcitur per ipſius nocumenta, quæ autem ſint materiæ peccantes in capite cognoſcitur per ſigna dominij phlegmatis, melancholiæ, ſanguinis, choleræ, uentoſitatis, & uaporum quæ ſæpe dicta ſunt ſuperius, præcipuè in cephalæa. Cauſæ aūt primitiuæ ſunt ſibi ſigna.

Prognoſtica. Primum, Epilepſia à generatione rariſſimè curatur. Secundū, Epilepſia accidens pueris uſque ad quatuor annos ut plurimum interficit propter multitudinē materiæ & ſtricturam uiarum: oportet enim ſi epilepſia debet curari, ut cauſæ ipſius remoueantur ſi ſit materia per expulſionem ad nares, uel per colatorium, aut quòd permutetur ad exterius, aut in paralyſim tranſeat, ſi ſint uapores aut uentoſitates quòd reſoluantur, ſi dolor quòd mitigetur, ſi mala complexio quòd æquetur. Tertium, Epilepſia accidens pueris poſt quartum annum frequenter curatur circa 14. aut 25. calore facto acutiori, & materijs paucificatis. Si autem his temporibus non curatur, deinceps nō curabitur. Quartum, Epilepſia melancholica eſt cæteris deterior, licet rarius eueniens quàm phlegmatica. Quintum, Epilepſia eſt fortiſſima cum qua fiunt fortes ſpaſmi, deinde quies longa cum prolongatione paroxyſmi: nec etiā reminiſcitur caſus, & præcipuè ſi cum ea fuerit expreſſio alicuius ſuperfluitatis. Sextum, Epilepſia per communitatem ſecundum plurimum ſanatur. Septimum, Alſahaphati morphæa, aut alia huiuſmodi apparentia in cute capitis, aut partibus adiacentibus ſunt terminus epilepſiæ. Octauum, Quādo paroxyſmi epilepſiæ continuantur in omni diſpoſitione interficit. Cura.

Si autem æger ante acceſſionē ſentit quaſi aliquid ex aliquo ſuorum membrorum eleuari, & aſcendendo caput petere, & deinde ſyncopizatur & cadit, tunc oportet in hora qua ſentit illud antequam illud accidat membrū à quo procedit fortiter ligare, prohibebit nanque hoc acceſſionem euenire. In tēpore uerò quietis corpus multotiens erit euacuandum cum pilulis cochijs. Et locus à quo exoritur paſſio ex ſinapi & pipere, & euphorbio ac melle anacardi erit epithymandus, & epithyma dimittendum erit donec ueſicetur, & ueſicæ rumpātur, & aqua quæ in eis eſt collecta effluat. Ipſæ quoque non citò ſunt conſolidandæ, quinimo dimittendæ, ut quod in eis colligitur emanet, deinde conſolidentur: hoc enim huius ægritudinis omnino exiſtit ſalus. Ad ultimum uerò uentoſæ cum parua ſcarificatione ſuperponere utile eſt.

Hic ponit curam epilepſiæ. Et primò per communitatem. ſecundò per eſſentiam in cerebro. ſecunda ibi. Quòd ſi cum epilepſia. Prima pars in duas. Primò ponit curam epilepſiæ per communitatem à membris exterioribus. Secundò per communitatem à ſtomacho. ſecunda ibi. Aeger uerò. Prima iterum in duas. Primò ponit curā epilepſiæ per communitatem à membris exterioribus inchoante paroxyſmo. Secundò tēpore quietis. ſecunda ibi. In tempore uerò quietis, &c. De prima parte dicit, quòd ſi ęger ante acceſſionem ſentit aliquid eleuari ab aliquo ſuorum membrorum & paulatim aſcendendo caput petere, deinde ſyncopizat cum illud ad caput peruenit, tunc pro cura oportet, ut quamprimum ſentit illud eleuari liget membrum à quo iſtud eleuatur, forti ligatura, ſcilicet cum aliqua aluta fortiter ſtringendo membrum illud ſupra locum, à quo ille uapor incipit eleuari. Hæc nanque ligatura aut omnino prohibet paroxyſmū epilepſiæ, prohibendo ſcilicet tranſitum uaporis uenenoſi, aut ſaltem minuet prohibendo ne totus uapor ad ſuperiora feratur. Vnde ſi uapor à manu eleuetur ligetur brachium, ſi à cubito adiutorium ligetur, ſi à pede tibia, ſi à genu uel infra ligetur coxa. Dicunt etiam quòd ſi fiat ligatura infra locū à quo eleuatur confert diuertendo ad inferiora.

De ſecunda parte dicit, quòd tempore quietis inter unum paroxyſmum & alterum erit multotiens euacuandum cum pilulis cochijs.

Sed hic nota duo. Primum, quòd euacuatiua debent habere duas conditiones. Prima, ut reſpiciant membrū determinatū, ad quod debet fieri euacuatio, unde fortè in caſibus iam dictis eſſet melius euacuare cum pilulis de hermodactilis euacuantibus à locis diſtantibus, & à iuncturis, aut ſi ſimul à cerebro & locis iam dictis bonum eſſet has pilulas adinuicem permiſcere. Sed ut euacuetur humor determinatus peccans pilulæ cochiæ à prædominio euacuant phlegma. Si autē peccaret melancholia, oporteret etiam pilulas indas cum iſtis permiſcere, & aliquando aureas, aut ſibi ſimiles cholera ſecum peccante.

Secundum, eſt ut ante iſtas euacuationes pręcedant digeſtiua, non enim poſſet humor euacuari, & præci-

f 2

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.40

Commentary on the Chapter Nine of the Book of Medicine Dedicated to Mansur [F-1-41] (41/266)

puè ineptus euacuationi, & propriè à locis diſtantibus, niſi præcedente digeſtione, quæ etiam digeſtio debet reſpicere tam humores peccantes, quàm etiam membra in quibus peccant.

Secundò, debet ſuper loco à quo morbus exoritur apponi ueſicatorium ex ſinapi, pipere, euphorbio, ana ℨ. unam mellis anacardi, omnium, calid. in quarto, quantum ſufficit ad incorporandum & hoc unguentum dimittatur ſuper loco ab octo horis uſq; ad duodecim, ſcilicet donec locus notabiliter ueſicetur, deinde ueſicæ cũ acu rumpãtur, ut aqua in eis collecta effluat, & ſic conſeruetur ulceratio in loco, ſaltem per uiginti dies aut plures & iam reiterãdo ueſicatorium donec materia quæ eſt radix ægritudinis ſit eradicata, poſtea permittatur conſolidari. Ventoſæ quoq; cum pauca ſcarificatione ad hoc ſunt proficuę trahendo materiam ad exteriora, aut ergo utrumq; fiat, aut alterum tantum ſecundum materiæ exigentiam, ſed materia exiſtente ſanguinea, fortaſſe uẽtoſæ plus conferrent, ueſicatorium quo cõmuniter utor, ſit ex cantharidibus & fermento permixtis adinuicẽ cum aceto fortiſſimo, & loco ſuperponatur ad quantitatem caſtaneæ. Et pes coruinus contritus ad hoc ualet, ſimiliter ruta agreſtis, ſed eſt leuior. Et quando hęc non ſufficerent propter materiæ diſtantiam à membri ſuperficie, & propriè ubi nõ eſſent membra ſuſpecta, ſicut in coxa, naribus ſpatulis applicetur cauterium potentiale, & permittatur profundari ſecundũ exigentiam, & teneatur apertum per 40. dies.

Aeger uerò ſi ante acceſſionem nauſeam aut triſtitiam, aut cordis tremorem ſentit. Et deinde ægritudinis acceſſio ſequitur, cogendus eſt multotiens uomere ex aliquo uomitu. Deinde picram in potu ſæpe accipere conuenit. Stomacho quoque emplaſtrũ ex ſpica, & roſis, & maſtiche, & cortice thuris cum uino odorifero ponendum eſt. Nutrimentum uerò eius totum taliter ſtatuendum eſt, ut paucarum ſit ſuperfluitatum ſicut caro frixa in ſartagine & caro cocta in caziolis, & cibus qui fit de aue quadam quæ habet in palato dentes, & uocatur taguid, & caro de uolatilibus & hœdina.

Ponit curam epilepſiæ per communitatem à ſtomacho, dicens quòd ſi æger ante acceſſionem, id eſt, paroxyſmũ ſentit nauſeam, id eſt inclinationem ad uomitum aut triſtitiam, id eſt conturbationem, aut anxietatem ſtomachicam aut cordis tremorẽ, id eſt, oris ſtomachi, quod antiqui cor appellauere, aut tremorem cordis per communitatem à ſtomacho, deinde ſequitur paroxyſmus epilepſiæ, debemus prouocare uomitum, aut cum impoſitione digiti in ore, aut pennæ, aut cum aliquo uomitiuo ſicut ex ſucco uel decoctione raphani, in quo ſteterit infuſus elleborus per aliquot dies, ſufficit tamen communiter dies una, ita ut de illo ſucco extracto elleboro ſumãtur. ℥. tres, cum. ℥. duabus oxymellis ſimplicis, et ſumatur tepidum prius per horam præcedente comeſtione alaganorum, aut huiuſmodi rerum uiſcoſarum, & incidentium, & exquiſitus ſiat uomitus. Secundò hoc non ſufficiente ſumant hieram picram ſimplicem aut compoſitam, ut ſi quid remanſit euacuetur. Tertiò confortetur ſtomachus ut bene digerat, & ne materiam aliunde recipiat cum hoc emplaſtro uel unguento. ℞. ſpicæ calid. & ſic. in primo, roſarum frigid. & ſic. in primo, maſtich. calid. & ſic. in ſecundo, corticum thuris calid. & ſic. in ſecundo, cum uino odorifero aggregetur, & ſi opus eſt oleo, addatur maſtichinum, uel de ſpica uel cidoniorum, eſt tamen melius in modum fomenti abſq; oleo & cera cum phyltro infuſo in uino & bene expreſſo, in quo ſuprascripta bene decocta fuerint æqualiter de ipſis ſumendo. Quartò nutrimentum eius ſit bonum, paucarum ſuperfluitatũ, declinans ad ſiccum, & propriè humore exiſtente phlegmatico, & propterea carnes comedantur aſſatæ, aut frixa in ſartagine, aut in caziolis quæ ſunt magis cupæ, aliâs concauæ quàm ſartagines, & ſint facilis digeſtionis, ſicut auis uocata taguid quæ habet dentes in palato, quæ non eſt in regionibus noſtris, ſed loco ipſius ſint perdices, turdi, franguelini, phaſiani, turtures, quę augmentum faciunt in cerebro, & augent intellectum. Similiter caro hœdina & leporũ iuuenum eſt adhuc conueniens.

Quòd ſi cum epilepſia ſenſuum affuerit tenebroſitas et debilitas, nec aliqua de prædictis ſignificationibus inueniantur, ægro pilulæ cochiæ multotiens ſunt tribuendæ. Et eius conſeruatio ſubtilianda. Et cibaria quæ diximus danda. Gargariſmus quoque fieri debet. Et ſternutatio ex his quæ diximus prouocanda. Ac naribus pœoniæ puluis ſubtiliſſimus qui ſimiletur alchol, inſufflandus.

In hac parte ponit curam epilepſiæ per eſſentiam. Primò phlegmaticæ. ſecundò ſanguineæ. tertiò ponit electuariũ. quartò redit ad complendum curam ſanguineæ. ſecunda ibi. Si quis autem. tertia ibi. Electuarium. quarta ibi. Electuarium hoc. De prima parte dicit, quòd ſi cum epilepſia fuerit tenebroſitas ſenſuum, id eſt, corruptio & debilitas, id eſt, diminutio ſenſuum, ſcilicet tam interiorum quàm exteriorum, nec aliqua ſignificatio de prædictis inueniatur, quæ nobis ſignificet epilepſiam fieri per communitatẽ ab alijs membris, & hoc maximè quia ſentit acceſſionem eius, tunc ægro ſunt multotiens dandæ pilulæ cochiæ, quia materia ſecundum plurimum eſt phlegmatica. Sed attende ut ſupra, quòd digeſtiones præcedant. Secũdò conſeruatio, id eſt, dieta eſt ſubtilianda ſicut dicetur, et cibaria iam dicta ſunt danda. Tertiò fiat etiã gargariſmus & ſternutatio, & ſupple etiam

etiam maſticatio cum his quæ ſæpe dicta ſunt in capitulis præcedentibus. Quartò puluis pœoniæ, ſcilicet radicis, aut ſeminis eius calid. & ſic. in ſecundo, & propriè in epilepſia ſubtiliſſimus, ſicut alcohol, id eſt, puluis qui in radijs ſolis apparet, eſt inſufflandus naribus.

Si quis aũt cum epilepſia in facie et oculis rubedinem habuerit, et uenarũ craſſitiem, phlebotomandus erit ex ſaphena ſanguis, & ex carnoſitate tibiarũ cum uentoſis erit extrahendus. Capiti præterea oleum roſ. et acetũ ſuperinfundatur, & abſtineat à uino, & à cæpis, et alleis, ac ſinapi, et porris & apio, & fabas, & canabith, & poſtremò ab omnibus fumum caput aſcendentem & replentem generantibus.

Ponit curam epilepſiæ pendentis à ſanguine & cerebro, & à toto communicati, quæ cognoſcitur per rubedinem oculorum & faciei, craſſitiem uenarum, & alia ſigna, de quibus ſupra. Tunc in primis facienda eſt phlebotomia de uena ſaphena, ſed melius ex ambabus, deinde ut legatur ultima pars huius capituli ex uena baſilica & ſupple, aut cephalica, & poſtea ſi oportuerit ex uenis magis proprijs, ſicut ex uenis quæ ſunt ſub lingua, poſt aures, in fronte, in cute capitis non dico in omnibus, ſed in quibus uidebitur magis expedire, quod cognoſcetur ex ipſarum tenſione & craſſitie. Et etiam ad diuerſionem docet ex carnoſitate tibiarum fieri cum uentoſis ſcarificationem, cuius ſimile ſi oportuerit faciendum eſt in natibus & in ſpatulis. Tertiò, fronti, temporibus, aut parti anteriori apponi oleum roſaceum triplum ad acetum ad infrigidandum & repercutiendum. Quartò æger caueat à uino, carnibus omnibus ſanguinem multiplicantibus, necnon à cæpis, alleis, ſinapi, porris, apio, à proprietate excitante epilepſiam, fabis, canabith quæ eſt caulis imperialis ſcilicet caputium, & ab omnibus ad caput euaporantibus, ſed comedat ea quæ ſanguinem infrigidant ſicut panicum, endiuiam acetoſam & ſimiles, & bibat rob, id eſt ſuccũ per decoctionem inſpiſſatum ad ſolem fructuum acetoſorum, ſicut agreſte granati & ſimilium.

Emplaſtrum quod omni epilepſiæ ſpeciei remedium affert. Recipe pirethri, ſiſeleos, ſtecados, omnium ana drach. 10. agarici drach. 5. cordumeni recentis & acuti, aſſæ optimæ, ariſtolochiæ, omnium ana drach. 1. & mediam, deinde extrahatur ſuccus ex ſcilla mixtus cum pari quantitate mellis, coquatur & conficiantur ex eo ſpecies & fiat electuarium ex quo patiẽs quotidie ſumat & caueat ſibi à cibis craſſis.

Electuarium hoc omnibus epilepſiæ ſpeciebus excepta una ſanguinea, quam Gal. nominauit, & nos etiam iam fecimus mentionem, oppitulatur, cui uidi conferre phlebotomiam ex ſaphena prius, & poſtea ex baſilica, deinde eius regimen ſunt ex his quæ ſanguinẽ in corpore minuunt & ipſum infrigidant. A carne præterea & uino abſtineat. Et bibat rob acetoſorum fructuum. Capiti quoque ſuperponantur ea quæ ipſum infrigidant.

Hic ponit electuarium conferens omni epilepſiæ pręterquam ſanguineæ & cholericæ, cuius deſcriptio eſt hæc. Recipe pirethri calid. & ſic. in tertio, aperitiui oppilationum colatorij & narium extrahentis phlegma, ſiſeleos, id eſt ſileris montani calid. & ſic. in ſecundo multum ualentis in ſoda, & ad impregnationem mirabilis confortatiui ſtomachi, & uiſcerum, ſtecados capitalis, maximè ſolutiui phlegmatis & choleræ, mundificatiui cerebri & neruorum an. ℨ. 10. agarici, quod eſt medicina domeſtica euacuans à cerebro & neruis. ℨ. 5. cordumeni id eſt, carui agreſtis uel cardamomi calid. & ſic. aſſæ calid. in quarto, ſic. in ſecundo reſoluentis uentoſitatem, & propriè in epilepſia, ariſtolochiæ rotundæ calid. & ſic. in ſecundo reſoluentis uentoſitatem. ana. ℨ. 1. s. de his accipiatur ſecundum doſim prædictam deſcriptam in textu & cum ſucco ſcilicet ſcillæ multum inciſiuo & ſolutiuo phleg. & melle ana quantum ſufficit fiat electuarium, primò bulliendo ſuccum ſcillæ cum melle donec ſufficienter diſpumetur, poſtea addãtur pulueris ſuprascripti pro unaquaq; ℔. ℥. 2. & s. & de hoc accipiatur in mane ad quantitatem nucis, & poſſet accipi de eo in ſero cum itur dormitum ſaltem per duas horas, aut tres poſt cœnam leuem.

Cura epilepſiæ eſt duplex. Quædam enim adminiſtranda tempore paroxyſmi, diuertendo cum fricationibus, ligaturis fortibus, iteratis, & ſternutationibus & ſuffumigiũ ex aſſa citò remouet paroxyſmũ, & uocetur uocibus fortibus, & eius facies aqua frigida aſpergatur, necnon digiti cõtorqueantur. Verum in hoc differt à cura apoplexiæ, quia non oportet ut faciamus in paroxyſmo eius euacuationes quæ percipiũtur in apoplexia, cum ſit breuis terminationis. Neq; in apoplexia fiant ſternutationes quæ hic præcipiuntur, cum propter multitudinem materię ſit ibi timor de eius agitatione maiori quàm in epilepſia cum à pluri materia pendeat. Hi etiam uerſus in aure dicti ſubitò releuant à paroxyſmo.

Gaſpar fert myrrham, Thus Melchior, Balthaſar aurum.
Hæc tria qui ſecum portabit nomina regum,
Soluitur à morbo Chriſti pietate caduco.

Qui etiam ſecum hæc portant, liberantur ab epilepſia. Vbi uerò paroxyſmi epilepſiæ eſſent continui oporteret phlebotomare & euacuare ſecundum exigentiã materię ſicut in apoplexia. Et extrinſeca fortia

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.41

applicare ſicut ueſicantia cauteria, & etiã ſartaginem ferream ut in apoplexia &c. Cura epilepſiæ à uulnere capitis, ſi eueniat propter cõpreſſionem oſſis ſupra cerebrũ aut retentionem materiæ, tunc ipſum os ſubleuetur aut amoueatur. Et procuretur ut materia tranſpiret. Et ſi cerebrũ ſit apoſtematum curetur cura apoſtematis ſuperius dicta & uidenda quinta quarti ab Auic. Si uerò pendeat à uulnere membri neruoſi ſicut à punctura execata aperiat uulnus ut materia tranſpiret & interius imponatur oleum roſaceũ calidum cum pauco ſulphuris. Et apud fortem dolorem membrũ in oleo calido teneatur, & deſuper lumbrici terranei in oleo cocti ſuperponantur, & curetur uulnus, & apoſtema eius ſi fuerit ſecundũ quod oportet, ſi aũt curato uulnere epilepſia remaneat curetur ſicut epilepſia materialis de qua infra, prouenit enim propter aggregationẽ materiæ determinatis periodis uirtute digeſtiua & expulſiua cerebri debilitatis. Si uerò pẽdeat à morſu animalis uenenoſi fricetur locus morſus ut ſanguis exeat, aut uentoſę cum ſcarificatione ſuperponantur, & emplaſtra attractiua & propria contra genus animalis mordẽtis, & inter cætera applicatio animaliũ nouiter interfectorũ apertorum, cum calore actuali confert trahendo ad ſe uenenũ, etiam ipſa uiua cum ano applicita conferunt, & locus ſuperior defendatur cum aceto & forti ſtrictura per magnam partem eius, & membra principalia cõfortentur cum interius & exterius applicitis, pręcipuè cum theriaca, & bezahartica contra illud uenenũ exhibeantur, nec in his caſibus competunt ſolutiua ſaltem fortia, necꝫ phlebotomia. Si uerò ſumpſerit uenenũ, procuretur ipſius uomitus exquiſitus. Et ſi quid ſupereſt cum lenientibus educatur, ſicut cum multo oleo calid. ſumpto, aut caſſia & clyſteri. Tertiò membra principalia confortentur & dentur bezahartica contra iſta uenena. Et in hoc caſu non cõpetit phlebotomia. Si uerò pendeat ex labore, aut ex aſpectu luminoſorũ, aut ex auditu ſonorum terribilium, aut ex timore & cæteris animæ accidentibus. Primò cauſæ primitiuæ remoueantur. Secundò inducatur ſomnus & quies & reliquum regimen ſecundũ quod oportet ordinetur. Et ſi humores poſiti ſint in fluxu diuertantur & quietentur. Si uerò pẽdeat ab aëre malo uenenoſo, aut fœtenti, aut putrido, aut pleno uaporibus malis, ſicut carbonum. Cauſæ primitiuæ remoueantur. Fiant fricationes, & reliquæ diuerſiones. Et procuretur uaporis in capite contenti reſolutio cum fricatione aliquali capitis & pectinatione. Exhibeanturqꝫ illa quæ cerebrũ & cor confortãt interius & exterius applicita & odorata. Non tamen ſtiptica & ualde oppilantia ſuper capite ponãtur. Ex his poteſt elici cura epilepſiæ pendentis à reliquis primitiuis.

Cura epilepſiæ per cõmunitatem ſeptem cõpletur intentionibus. Prima euacuat. Secunda diuertit tam à membro mittente quàm à cerebro. Tertia diſpoſitionem membri mittẽtis corrigit, ipſum confortando. Quarta uis tranſitus ad cerebrum claudit & intercipit. Quinta cerebrum confortat ne recipiat.

Sexta accidentia corrigit. Septima ordinat debitum regimen ſex rerum non naturalium. Vnde ſi pendet à membro exteriori, ut puta à uapore eleuato, à coxa uel genu, primò materia proportionalis illi euacuetur. Secundò, uapores diuertantur fricando & ligando partem illam inferiorẽ ſcilicet tibiam. Tertiò materia ex loco eradicetur apponendo ſuper loco ueſicantia, aut cauteria. Quartò locus ſuperior ſtringatur forti ſtrictura ut uapores non poſſint ad ſuperiora penetrare. Quintò confortetur cerebrum cum interius & exterius applicitis, ne huiuſmodi materiam recipiat. Sextò. curentur accidentia. Septimò regimen ordinetur ſecundũ quod dicetur, & plures harum intentionum ſimul ſunt perficiendæ. Similiter ſi pendeat à ſtomacho, aut à matrice, aut à uaſis ſpermaticis & cæteris membris procedatur, ut iam dictum eſt. Et ego ponam exemplum de epilepſia per communitatem à matrice. Primò ergo fiat euacuatio proportionalis materiæ peccanti, ut ſi pendeat à phlegmate, euacuetur. Secundò. materia & uapores diuertantur fricationibus, ligaturis, appoſitionibus uentoſarum in coxis & tibijs deſcendendo. Tertiò. materia ex matrice eradicetur prouocãdo menſtrua cum phlebotomia ſaphenarum, aut uenæ quæ eſt in curuatura poplitis, & cum naſtalibus prouocãtibus, inter quæ principatum obtinet farina gith cum mercuriali ſuppoſita in matrice, & cæteris remedijs menſtrua prouocantibus, & materias in matrice contentas eradicãtibus, & ſi eſſet ſpermatica, coitu educatur ſi fieri poſſet, aut ſi proportionali, aut cum exiccantibus ſperma procedatur. Quartò. uiæ intermediæ claudantur cum ſtipticis applicitis circa regionem renum & umbilici, & debita ſtrictura. Quintò. caput confortetur, ne recipiat cum interius & exterius applicitis. Sextò. accidentia curentur. Septimò regimen ordinetur, ſecundum quod dicetur in epilepſia per eſſentiam. Cura epilepſiæ per eſſentiam ſex exigit intentiones curatiuas. Prima digerit. Secunda euacuat. Tertia diuertit. Quarta cauſam coniunctam reſoluit & eradicat. Quinta corrigit accidentia. Sexta ordinat debitum regimen ſex rerum non naturalium. Et in omnibus his ſemper ſit intentio ad cerebri confortationem. Digeſtio uerò in phlegmatica perficitur cum melle roſ. oxymelle ſimplici, oxymelle compoſito ſcyllitico, ſyrupo de ſtecade, & ſumantur cum decoctionibus proprijs, ſcilicet hyſſopi, pœoniæ, ſtecados, pyrethri, aſſæ, acori, origani, ſiſeleos, ariſtolochiæ rotundæ. Si uerò ſit melancholica, tunc detur ſyrupus de epithymo cum oxymelle ſcyllitico, cum decoctione epithymi, detur ſyrupus de pomis dulcibus ſuperius deſcriptus in ſoda melancholica, cum decoctione iam dicta. Tamen multa inferius ponentur in cura melancholicæ quæ huic capitulo accommodanda ſunt.

Secunda intentio in phlegmatica perficitur cum pilulis cochijs, hiera compoſita Gal. hiera diacolocynthidos et ſimilibus, ſed in mixta ex phlegmate & melancholia eſt hoc proprium. Recipe ſiſeleos, ariſtolochiæ rotundæ, caſtorei, ſalis indi. ana ʒ. quatuor, radicis pœoniæ, trochiſcorũ de ſcylla ana. ʒ. ſex, pul. hierapic. ſtecados, epithymi ana drach. decem, polipodij, ʒ. 8. agarici ʒ. duodecim, colocynthidis drach. undecim, turbith, ʒ. 15. mirobala. nigrorũ, belliricorũ, emblicorũ ana ʒ. tres, lap. lazuli. ʒ. 13. et mirobalanorum citrinorũ, ellebori nigri, chamepitheos, chamedreos ana ʒ. 8. & confice pilulã cum melle ſcyllitico. doſis eſt à drach. una uſqꝫ ad drach. unã ſemis. Sed ad materiã melãcholicã eſt hoc propriũ. Recipe hierę pi-

cræ. ʒ.

cræ. ʒ. quinqꝫ, epithymi. ʒ. 10. lapidis lazuli loti. ʒ. 7. ſcammoneæ. ʒ. 1. colocynthidis ellebori nigri, ſpicæ. ana drach. duas, confice pilulas cum aqua mellis. doſis eſt. ʒ. 1. ſed poſt eas ſumant tres uncias decoctionis epithimi, & paſſularum. In epilepſia cholerica, quę rariſſimè accidit, digeſtiua & euacuatiua accipiantur, quę ſuperius dicta fuerunt in ſoda cholerica. In ſanguinea uerò fiat phlebotomia, aut ex ſaphenis multa exiſtente plectoria, aut ſi retẽta ſunt mẽſtrua, aut ſanguis hæmorrhoidalis, & poſtea procedatur ad phlebotomiã cephalicę. Si uerò epar fuerit in cã phlebotometur baſilica, deinde cephalica ſecundũ plurimũ, tamen ſufficit phlebotomia cephalicæ, poſtea phlebotomentur uenæ ſub lingua et alię uenę particulares, ut ſupra in ſoda et Karabito. Tertia uerò intentio ſcilicet diuerſio perficitur cum fricatiõibus primò leuioribus, deinde fortioribus & lotionibus crurium & brachiorũ cum rebus proprijs ſuperius nominatis. materia etiam diuertatur cum clyſterijs, quorum hæc eſt deſcriptio, ſcilicet, ℞. alaſcæ hyſſopi, abſinthij, ana ʒ. 5. pulpæ colocynthidis. ʒ. 2. centaureæ minoris ʒ. 4. carthami. ℥. 1. s. bulliãt in quatuor ℔. aquæ ad cõſumptionem dimidij, de qua accipiantur. ℥. quindecim, & cũ ʒ. s. olei de Kerua, fiat clyſtere. Clyſteria quoqꝫ in apoplex. dicta in hoc conueniunt, diuerſificentur tamen ſecundũ materiæ exigentiam. Quarta intentio ſcilicet eradicatio materiæ cõiunctæ perficitur cũ ſternutatorijs, maſticatorijs, gargariſmatib. ſæpe ſuperius dictis. Et ex proprijs eſt pyrethrum, maſtix, & cubebe, quibus poteſt fieri gargariſma & maſticatorium. Secundò cũ iniectis in narib. ſicut puluis pœonię ſubtiliſſimus, & cum iniectis in aurib. ſicut puluis ſpicę nardi, nã curat perfectè. Et ad hoc ualent ſacculi capiti appliciti, et propriè ſuper cõmiſſura coronali, & ſagittali, & ſtecas, ruta, pœonia, maiorana, nux muſcata & ſimiles, ſimiliter ualet puluis muſtelę, et ſanguis eius & puluis et puluis hirũdinũ iecoris milui inijciatur in aurib. et narib. balſamus etiam ſimiliter iniectus, & ſub lingua uel palato poſitus eſt proprius. Odorata etiã cõferunt ut ruta, nigella, maiorana, & etiã comeſta ſicut theriaca, mithridatum diamuſcus, diapliris arcoticõ & ſimiles. Sed inter cætera duo ſunt ultima curantia epilepſiã cerebralem ſi manu humana poteſt curari. Vnũ eſt ut fiat cõtractio materierũ de profundo capitis ad cutim, ita quòd in cute fiant alſahafati, ad quod faciendum ponatur ſuper magnã partem capitis, & propriè ſuper commiſſura coronali & ſagittali hoc emplaſtrum capite raſo. ℞. ammoniaci diſſoluti cũ pinguedine anatis, aut milui quę eſt magis propria. ℥. 2. fermẽti. ℥. 1. ſina. ſubtiliter puluerizati. ℥. s. cãtharid. ʒ. s. pœonię ʒ. 2. fiat emplaſtrũ, & dimittatur ſuper loco donec rubefiat, & ueſicas faciat & cruſtas, deinde remoueatur & cũ pinguedine milui fiat inũctio, poſtea iterũ emplaſtrũ apponatur, & ſic totiens fiat nunc cum uno, nunc cũ altero donec cruſtæ & alſahafati in capite accidant, et ſic per longum tempus uſqꝫ ad duos menſes aut plures conſeruentur. Reliquum eſt ut fiat cauteriũ actuale aut potentiale in commiſſura coronali uſqꝫ ad oſſis ſuperficiem, & ita ulcus per duos menſes aut plures conſeruetur apertum.

Quinta intentio corrigit ſpaſmũ & dolorẽ ex ipſo accidentẽ inungẽdo ſphondiles cum oleo liliorum alborum, uulpino & de coſto deſcriptione Meſu. Præſeruetur aũt ab imminẽtib. periculis ne ſtet ſuper aquis, aut prope ignem & ſimilia. Sexta autem intentio eſt. Vt ordinetur aër in phlegmatica & melãcholica ut ſit declinans ad calid. & ſic. in phlegmatica, & ſit temperatum in paſſiuis in melãcholica, in ſanguinea aũt & in cholerica ad temperamentũ. Permutetur quoqꝫ regio iuxta aphoriſ. ſecundæ particulæ. Epilepticorũ uerò iuuenibus. Et ſit boni odoris artificialiter cum ſparſione foliorum lauri, rutæ, iuniperi, & cum auiculis cipri, galia muſcata, laudano, & puluere pœoniæ &c. Salata ſit endiuia, ruta, cichorea, fœniculus, aſpharagus, cappares cum aceto parum acuto. Item menta, maiorana, roſmarinus, penthaphilon, de quo Auic. ſcribit quòd bibitum cum uino triginta diebus ſanat. Euitet erucam, allium & cætera euaporantia.

Aromatizet cibaria ſua cum nuce muſcata, cinnamomo, gariophilis, mace, ſiſeli, & ſemine pœoniæ. Potus eius ſit uinum pauciferum medij coloris nõ uinoſum nec antiquum, ſed unius anni bene depuratũ, nam ut dicit Auic. parũ ex ipſo ſumptum dilatat animam & excuſat à multitudine aquæ, nam ipſius multiplicatio eſt nociua ualde. Summè etiã ualent urina artificiata cum ſaluia & rore marino, iuxta doctrinã Dioſc. & Arnoldi. Sed aqua mellis & propriè cum pauco piperis, cinamomi & gariophylorum, eſt præſtantior in phlexmatica. Carnes ſint facilis digeſtionis, boni nutrimenti, paucarum ſuperfluitatum, & aues ſæpius dictæ ſunt præſtantiores quàm quadrupedes, & propriè turtures quæ augmentum faciunt in cerebro & intellectu, ſecundo canon. capite de duragi & propriè cerebra debitè præparata conueniunt. Et ſint carnes iſtæ prius leuiter elixæ, deinde aſſæ uel frixæ, ſimiliter carnes muſculoſæ conueniunt, pingues uerò euitentur. Euitet etiam omnia dantia nutrimentum craſſum ac ſuperfluè humidum, oua ſorbilia conueniunt. In fine menſæ comedat pyrum aſſum uel conditum. Sit cœna leuior prandio, nec etiam comedat niſi celebrata digeſtione cibi præcedentis, & ieiunet ſemel aut bis in hebdomada, non tamen toleret multùm famem, non bibibat extra horas cibationum, non multiplicet cibaria in menſa una. Exercitetur ſtomacho ieiunio intenſiuè & exterius notabiliter ſecundum tolerantiam uirtutis. Non tamen exercitium ſit nimis intenſum, immo potius longum quàm intenſum, & monet Auic. quòd cum infirmus mouet ſuperiora, moueat etiam inferiora. Et induatur ſecundum tempora leuibus non grauantibus, ut pellibus agnorum, dorſorum, uarij, luporum, ceruinorum & ſimilium. Et in æſtate ſint ſuffulti cendalo de grana & ſimilibus. Studeat quantum poteſt ſtare rectus & capite leuato, nec iaceat niſi tempore ſomni. Somnus non ſit meridianus, nec nimis longus, nec nimis breuis, nec ſupra repletionem. Et dormiat ſuper altero laterum, & non ſupinus. Studeat euacuare ſuperfluitates omnes per conuenientes regiones. Et leuis fricatio capitis & pectinatio confert fecibus expulſis. Nec coëat niſi præter modum ſtimilatus fuerit. Accidentia ſint quieta declinando ad lætitiam. Sunt etiam quædam laudata ab autoribus in epilepſia quorum quædam ſubiungam ex magis proprijs quibus in toto pro-

f 4

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.42

ceſſu, aut aliquo eorum utẽdum eſt. Primum eſt ueſica apri immediatè cum abſtracta eſt cum urina ſua, quia nunquã eſt ueſica in animali ſine urina, hęc cum tota urina poſita in furno aut alio modo ad ignẽ exiccata donec poſſit puluerizari exhibita in quantitate fabę cum ℥.1. oxymellis, aut media ſingulo die ſtomacho ieiuno ſanat, autoritate Alexãdri, qui refert ſe uidiſſe quoſdam ſanatos in tertio die aſſumptiõis. Secundum eſt pyrethrũ cõditum ſicut conditur zingib. autoritate Hip. in ſingulo die exhibitum eſt medicina fidelis. Pœonia ſecundum omnẽ modum adminiſtrationis, ſcilicet radix & ſemen, ita quòd etiam appenſa collo ualet autoritate Gal. ſed ſumatur à ſtipite habente florem album. Coagulum leporis bibitũ in quantitate parua ſcilicet à ſex granis uſq; ad decem cum aqua mellis, aut maioranæ, aut rutæ, epar aſininum aſſatum & comeſtũ ualet autoritate Dioſc. Cerebrum cameli & muſtelæ exiccata & potata perfectè curant. Gal. in libello de theriaca: Item puluis muſtelæ, hirũdinum combuſtorum, epata etiã milui, cornu cerui, bibita, aut ſingulariter, aut cõiunctim liberãt.

Ruta ſylueſtris contrita, naribus impoſita alleuiat paroxyſmum & eum retardat. Viſcus quercinus interius ſumptus uel collo ſuſpenſus. Item ben, betonica aut folia trifolij & ſemen cum aqua bibita, aut aſſa cum ſagapeno mixta, ut puta aſſæ. ℈.s. ſagapeni. ℈.1. hæc mixta cũ aqua & uino potu ſumpta ualent. Antimonium à proprietate cõfert. Oſſa capitis hominis cõbuſta & cũ uino ſubtili bibita ſingulo die. ʒ.1. chalbanum ſuffumigatum reuiuiſcere facit epilepſiam. Vngula aſini combuſta & trita, & in potu data, ualet. Britoniæ ſi ſumatur. ʒ.1. aut. 2. pręſeruat ab epilepſia per totũ annũ, ſi ſemel ſumaꝛ autoritate Dioſco, Lapides qui reperiunꝛ in uẽtre hirũdinis, primò natę apud augmentũ lunę ualẽt autoritate Azarauij ſi ponantur in ſubaſcella ſiniſtra aut puluerizari et bibiti. Smaragdus collo ſuſpẽſus & ſimiliter potatus, optimè ualet. Similiter caput cuculli collo ſuſpenſum pręſeruat ab epilepſia, attrahit ipſam ad ſe cum ſingulo menſe patiatur epilepſiam ſicut magnes attrahit ferrum. Et hæc dicta ſufficiant de epilepſia.

DE INCVBO. CAPVT. XV.

INcubus ab incubãdo dictus, eo ſcilicet quod appareat phãtaſma graue incubare homini in ſomnijs, ac ſi cum eo cubaret. Quod phantaſma homines dormientes ſecundum plurimum reputant eſſe dæmonem. Quod fortè aliquãdo eſt uerum. Sed minus poſt aduentum Chriſti, cum antea cum hominibus magis conuerſarentur. Propter quod ſciẽdum de intentione Auguſtini 15. de ciuitate Dei & ſancti Thomæ in prima parte ſuæ theologiæ quòd reperiunꝛ dæmones qui dicunꝛ incubi & ſuccubi imò unus & idẽ eſt incubus poſtea ſuccubus. Vnde dęmon aliquãdo ſuſcipit formã quã ex aẽre cõficit, colorẽ enim ſuſcipit per multã condenſationem ſicut aqua per cõgelationem. Aſſumit ergo formam alicuius mulieris cum aliquo uiro conſuetę, & cum illo ſuccubo uir coit putans ſe coire cum muliere cuius formam dæmon aſſumpſit. Cum dæmon ſit ſuccubans in modũ mulieris & recipit ſperma quod conſeruat. Et factus poſtea incubus accipiẽs formã uiri alicui mulieri conſueti, & ſecum coiens interdũ ipſam impregnat. Nec eſt dicendum inde genitum eſſe filium dæmonis, ſed uiri cuius ſperma recipit, quod poſtea in matricem iniecit, ſicut nec impregnata in Lauello ſecundum quod recitat Auerrois, peperit filium lauelli, ſed eius qui ſpermatizauerat in Lauello. Et hoc modo affirmant doctores fuiſſe genitos gigantes, quorum maior copia fuit ante diluuium quàm poſt. Deſcribitur autem ab Auicen. prima tertij, tractatu. 5. capite proprio ſic: Incubus eſt ægritudo in qua homo ſentit cum ſomnum ingreditur phantaſma graue ſuper ſe cadens & comprimens ipſum & anguſtiatur eius ſpiritus, & interſecatur uox ipſius & motus eius, & fortaſſe præſocatur propter pororum oppilationes, & cum ab ipſo ſeparatur excitat eum ſubitò. Eſt quidem ægritudo quia ſenſibiliter lædens operationes. Si enim incubus accipiatur pro oppilatione eſt ægritudo in uia. Si uerò accipiatur pro iſtis actionibus læſis, ſcilicet motu, anhelitu, & uoce, quamuis ſit actio uel actiones læſæ, & per conſequens accidens ægritudinis, eſt tamen ægritudo ex eo quòd motus impeditus impedit anhelitum, & anhelitus impedit uocem. Sentit autem homo cum ſomnum ingreditur phantaſma graue cadens ſuper ſe & comprimens ſe, quod phantaſma ſecundum plurimum exiſtimat eſſe dæmonem propter opinionem uulgariũ, quòd dæmones de nocte ambulent, & cum hominibus coniungãtur ipſos lædentes. Illud enim nocumentum perceptum in ſomno facit hominẽ ſic iudicare. Si uerò nõ eſſet opinio de huiuſmodi dæmonibus, exiſtimarent eſſe aliud graue alterius generis. Primum autẽ quod impeditur eſt motus, prohibito debito tranſitu ſpirituum ad membra mouenda propter oppilationem diminutam ſecundum plurimum in priori uentriculo, & ad motus impedimentum ſequitur impedimẽtum anhelitus & uocis, & hoc propter oppilationem pororum, id eſt, uiarum ſpiritus. Et cum ab eo ſupple incubus ſeparatur excitat hominem ſubitò, erat enim fortè excitatus uel leuiter dormiens, licet propter hoc nocumentum uel hæc nocumenta non poſſet exire in operationes. Ex quo infertur huiuſmodi oppilationem fieri à leui cauſa. Virgilius tamen 12. Aeneidos loquens de Turno optimè incubum deſcribit in his uerſibus.

Ac ueluti in ſomnis oculos ubi languida preſſit
Nocte quies, nequicquã auidos extendere curſus
Velle uidemur, & in medijs conatibus ægri,
Succidimus, non lingua ualet non corpore notæ
Sufficiunt uires, nec uox nec uerba ſequuntur.

Sed inſtatur quia etiam deberet fieri incubus in uigilijs, quia cauſa opilans poteſt eſſe in uigilijs et ipſam in uigilijs contingit oppilare. Ad quod dicẽdum incubum rariſſimè inueniri in uigilijs cum uapor qui eſt cauſa cõiuncta ſit multò magis aptus reſolui in uigilijs & motibus quàm in quiete & ſomno, non tamen neganda eſt poſſibilitas. Secundò inſtatur, quia deberet etiam impedire ſenſus ſicut motus impedito tranſitu ſpirituum. Ad quod dicitur leuem oppilationem poſſe impedire motum, nõ ſenſum, cum plures ſpiritus ad motum quàm ad ſenſum requirantur. Et ſi impediret etiam ſenſum tunc eſſet epilepſia.

Ex quo apparet differẽtia inter incubum, epilepſiam & apoplexiam tam ex parte cauſæ q̃ accidentiũ. Incubus eſt duplex, quidam fortis & frequens, quidam debilis & rarus. Itẽ quidã materialis, quidã im-

materialis

materialis, quidam per eſſentiã, quidã per cõitatem.

Cauſa immediata eius qui per eſſentiam eſt õppilatio in priori uentriculo uel in origine nuchæ uapore craſſo, aut pauciſſimo humore facile reſolubili. Cauſa antecedẽs eſt ſanguis, phleg. aut melanch. à quibus huiuſmodi uapores eleuantur.

Cauſæ primitiuæ ſunt omnes quæ poſſunt huiuſmodi uapores excitare. Aliquando uerò ſit à frigore extrinſeco oppilante originem neruorum attenuatoriè, nec eſt negandum quin poſſit fieri à dæmone. Sõnus etiã reſupinus eſt multotiens cauſa eius, tertia primi, cap. de ſomno & uigilia, materiæ in uẽtriculo poſteriori congregata ad quem non terminanꝛ uiæ expulſionis, ſicut ad primum & ſecundum.

Cauſæ autem per communitatẽ ſunt oppilatio in nemic. aut in arterijs apoplecticis à ſimili uapore aut à ſimilibus cauſis primitiuis &c.

Signa incubi abſolutè habentur ex relatu ęgri. Signa cauſarum primitiuarũ ſunt ipſæmet cauſæ. Verum difficile eſſet cognoſcere eſſe dæmonem, niſi per ſignum ſumptum à conferentibus, ut quia paſſio recederet per coniurationes & ſimilia quę non pertinẽt ad medicum. Signa autem cauſarum antecedentium poſſunt eſſe nota ex ſępe dictis. Sed quòd ſit per eſſentiam cognoſcitur propter aliquam ægritudinem capitis, aut dolorem, antecedẽtes, aut ſubſequentes, nec non ex uertigine & tinnitu. Si uerò ſit per cõitatem nihil horum adeſt, ſed fortè nocumenta aliorum mẽbrorum antecedunt. Item ſi prouenerit propter decubitum reſupinum ſignificatur eſſe per eſſentiam.

Prognoſticũ. Primũ, incubus eſt anteceſſor unius trium ęgritudinum, apoplexiæ, epilepſiæ, aut manię ſiue melancholiæ. Secundum prognoſticum. Habentes corpus debile ſecundũ cerebrum ſicut conualeſcentes aut habentes malitiam complexionis cerebri ſunt aptiores ad incubum, & apti magis ab ipſo lædi.

CVm quis in ſomno quaſi graue aliquid ſuper ſe cadere ſenſerit, incubũ pati nunciãdus eſt. In ipſius namq; cura nõ eſt tardandum ipſe enim epilepſiæ præãbulus eſt, ipſe namq; præcedit. Aeger quoq; ſi in colore rubeus fuerit, et uenas habuerit plenas ex ſaphena erit minuẽdus. Et uentoſæ in carnoſitate tibiarum ponendæ ſunt. Aeger præterea potu uini & rerum dulcium comeſtione abſtinendus erit, & præcipuè ab omni re quæ multũ generat ſanguinẽ. Quòd ſi huic contrariũ accidit uẽter ex pilulis cochijs multoties erit ſoluendus, et eius regimẽ ſubtilandũ, exercitio quoq; utendũ erit & membra interiora erunt fricanda.

Raſis determinans de incubo, primò notificat ipſum, ſecundò oſtendit feſtinandum eſſe ad curã cum ſit præambulus epilepſiæ, tertiò curans ipſum ſi pendeat à ſanguine multo phlebotomat ſaphenas, & uẽtoſas docet apponere in carnoſitate tibiarum ad diuerſionem, prohibet uinum, res dulces & omnia generantia multum ſanguinem. Si uerò contrariũ acciderit, id eſt, quòd pendeat à phlegmate, uenter multotiens erit ſoluendus cum pilulis cochijs, & eius regimen ſubtilianduum quod declinet ad calidum & ſiccum. Et æger exercitandus eſt ad materiæ & uaporum reſolutionem, & membra inferiora erunt fricanda gratia diuerſionis. Cura omnino perficitur ſicut in epilepſia & propterea omnes intentiones ibi poſitæ & ea quæ illas perficiunt ſunt huic cap. accommodanda. Ex eis tamen quæ optimè conferunt, ſunt grana pœoniæ in potu ſecundum continuitatem ſumpta. Incubus etiã melancholicus curetur ſecundum ibidem dicta, & in cap. de melancholia dicenda.

DE MELANCHOLIA. CAPVT XVI.

MElancholia dicta æquiuocè, de melancholia humore, & melancholia ægritudine. Dicitur à melan. Græcè, nigrum Latinè, & choli fel ſiue cholera. Vnde melancholia quaſi nigrum fel ſiue nigra cholera. Deſcribiꝛ ab Auic. prima tertij, tract. 4. cap. proprio, quòd eſt mutatio exiſtimationum & cognitionum à curſu naturali ad corruptionem & timorem & malitiam propter complexionem melanch. facientem ſylueſtrem ſpiritum cerebri, facientem ipſum timidum propter tenebras ipſius ſicut tenebræ extrinſecæ ſollicitant, & timere faciunt ſecundum quod complexio frigida & ſic. cõtraria eſt ſpiritui debilitans ipſum, ſicut cõplexio calid. & hu. ut cõplexio uini eſt cõueniens & cõfortans. Dicitur mutatio exiſtimationum & cogitationũ, & ſupple etiã imaginationũ aliquãdo. Ad corruptionẽ & timorẽ & malitiam. i. iudicium peruerſum, cum iudicent melancholici recta & honeſta, inhoneſta & non recta, diciantq; inimicitiam pro amicitia. Et frequenter etiam imaginẽtur ea quæ non ſunt ut latrones eſſe in domo aut dęmones, non aũt corrumpiꝛ memoria cũ ſit in cerebro poſteriori, ſed uirtutes iam dictæ ſunt in anteriori, licet lædaꝛ reminiſcẽtia quæ perficiꝛ per actum cogitatiuę. Et per hoc differt à corruptiõę imaginatiuę, ſiue cogitatiuę, cum melanch. dicat corruptionẽ duarũ uirtutũ, differt etiã à ſtoliditate & amẽtia, quia ſtoliditas eſt diminutio uirtutis cogitatiuæ. Amentia uerò quaſi ſine mẽte, cogitatiuę ablatio quantũ ad principalẽ actũ eius, qui eſt diſcurſus, nõ enim magis diſcurrũt q̃ infantes propterea diciꝛ infantilitas, poſſet tamen dici & fortè cõformius cõmuni opiniõi quod ly & teneꝛ diuiſiuè. Subdiꝛ cauſa harũ corruptionũ cum diciꝛ propter cõplexionem melanchlicam, ipſa enim ſiue cũ materia ſiue ſine materia facit ſpiritum cerebri ſilueſtrem, id eſt, nõ domeſticum, ſed ſolitariũ. Interius, id eſt in parte interiori. Et facit ipſum timidum, id eſt, timorem repræſentantem, uel timidum, quia fugiẽtem in modum timidi, propter tenebras ipſius melanch. uel ipſius ſpũs, nã ſicut tenebrę extrinſecę ſollicitãt hominẽ, et timere faciũt, ſic tenebrę intrinſecę ſollcitant ſpũm, & timidũ reddũt, & probat, iſtud eſt, quia cõplexio melanch. frig. & ſic. eſt contraria ſpiritui, quemadmodum cõplexio calida & humid. ut complexio uini eſt conueniens & cõfortans ipſum ſpiritum. Ex quibus infertur melãcholiam

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.43

ſiam corrumpere exiſtimationes & cogitationes, & primò propter complexionem, ſecundò propter nigredinem & tenebroſitatem, tertiò quidem propter id quod ſequitur ex his propter formam ſpecificam occultam ſiue complexionem inſequentem materiam, quæ fortè plus ad hoc concurrit quàm complexio aut tenebroſitas. Sed in hoc utrum nigredo ſiue tenebroſitas melancholiæ aut ſpiritus, aut ſubſtantię uentriculorum concurrant ad corruptiones harum uirtutum eſt magna differentia, & altercatio inter Auer. 3. colliget iuxta finem & ſequaces eius & modernos medicos. Auerrois namq; opinatur nigredinem ſiue in humore, ſiue in ſpiritu, ſiue in cerebro nullo modo eſſe cauſam harum corruptionum, & timoris, aut triſtitię, quia tunc ſequeretur colorem eſſe ægritudinem, cum immediatè & per ſe lædat operationes, ſcilicet debitam receptionem ſpecierum cogitabilium in ſpiritu & eas indebitè repræſentet uirtuti cogitatiuæ, quia ſub ratione horrendi & triſtis conſequens tamen eſt falſum cum nunquam diſtincta ſint genera ægritudinum niſi in malam complexionem & compoſitionem & ſolutionem continui. Econtrario uerò medici, contra Auerroim inſtant. Quia cuius temperies eſt ſanitas, eius intemperies eſt ægritudo per locum à contrarijs, ſed luciditas ſpiritus & cerebri eſt cauſa quòd ſpecies recipiantur ſub ratione conuenientis ſi obiectum tale ſit, ergo tenebroſitas erit cauſa quòd recipiantur ſub ratione horrendi, triſtis & diſconuenientis, & per conſequens nigredo in ſpiritu ſiue tenebroſitas erit ægritudo, Et confirmatur, quia color corneæ & cryſtalloidis eſt ægritudo impediens debitam receptionem ſpecierum uiſibilium. Secundò quantitas aucta aut diminuta eſt ęgritudo, & mediocris eſt ſanitas, ergo ita erit in colore & luciditate, tenet conſequentia, cum quãtitas ſit minus actiua quàm color. Et aſſumptum concedit ipſe Auer. Et ex his infertur ſecundum medicos melancholiam eſſe cauſam corruptionũ harum uirtutum ſecundum complexionem, formam ſpecificam, & nigredinẽ. Secundò inferẽ quòd homines magis timẽt in tenebris q̃ in luce, quia cũ in tenebris nõ poſſint ponere differentiã inter obiecta per uiſum, omnia reputãtur ſenſui communi & uirtutibus interioribus ſub ratione nigri, triſtis, & horrendi, & phantaſiantur dęmones & his ſimilia. Medici autem ſoluunt rationẽ Auerrois cõcedendo ad quod deducit, ſcilicet quòd ſanitas & ægritudo conſiſtunt in colore, luce, & tenebroſitate, uerum dicunt aliqui ex medicis, quòd neq; tenebroſitas ſpiritus neq; nigredo humoris, & ſimiliter luciditas ſpirituum eſt ſanitas, neq; ægritudo, cum huiuſmodi debeantur animatis, & non inanimatis. Sed Iacobus de forliuio diceret quòd inanimata ſicut ſpiritus & humor bene poſſunt eſſe ſubiecta ſanitatis & ęgritudinis, licet nõ debeant denominari formaliter ſana aut ægra, concederet tamen quòd tenebroſitas uentriculorum cerebri eſt ægritudo ſicut eorũ luciditas eſt ſanitas, & ipſos eſſe denominãdos formaliter ſanos & ægros, cum ſint animati, & cum infertur contra medicos quòd plura eſſent genera ægritudinum quàm tria, reſpõderet colorem ad complexionem reduci, quia inſequiẽ complexionem. Vel melius dic quòd medici poſuerũt tantũ tria genera ęgritudinũ omnibus membris cõmunia, malã ſcilicet cõplexionem, malam compoſitionem & ſolutionẽ cõtinui, non tamen negarent alia eſſe particularia genera ęgritudinum ſicut diaphaneitatem, luciditatem, et huiuſmodi quæ non debẽtur omnibus membris, ſed ſolũ oculis & cerebro. Secundò inſtant pro parte Auerrois. Color non poteſt ledere per ſe operationem alicuius membri niſi illud membrum per colorẽ, lucem aut diaphanietatem ſuã exerceat operationes ſed ſolum oculi ſunt huiuſmodi, igitur. Ad hoc reſpondẽt meidici quòd cerebrum per luciditatem tam propriam ſuorum uẽtriculorum, q̃ ſpirituum animaliũ ſuas exercet operationes ſicut et oculus. Tertiò inſtãt contra medicos nullus color poteſt immutare aliquẽ ſenſum interiorẽ cerebri niſi ille prius fuerit ſenſatus per oculum. Sed color melancholiæ exiſtẽtis in cerebro & tenebroſitas ſpiritus animalis nunquã fuit ſenſata per oculum, ergo non poſſunt immutare aliquẽ ſenſum interiorem cerebri, conſequentia nota cũ minori, & maior arguitur, quia ita eſt de obiectis ſenſus uiſus ſicut aliorum ſenſuum. Sed obiecta aliorum ſenſuum, ſicut odor non poſſunt immutare ſenſus interiores, niſi prius immutauerint ſuos ſenſus exteriores ergo &c. Ad hoc reſpondent medici quòd color melancholiæ aut oppacitas ſpiritus nõ ſentiuntur ab aliquo ſenſu interiori, ſunt tamen cauſa ut omnia obiecta repreſentenẽ ſenſib. interiorib. ſub ſpecie opaci & tenebroſi, & per conſequens timendi, horrendi, ſicut etiã color exiſtẽs in cornea, non uideẽ à cryſtalloide, uerum eſt cauſa ut omnia uiſibilia repreſententur ſecundum naturam illius coloris, unde ſi eſt niger omnia uidebuntur nigra. ſi citrinus citrina, & ſic de alijs, ſicut radij ſolares tranſeuntes per uitrum citrinum apparent citrini, & per nigrum nigri. Quartò inſtaẽ cõtra medicos, quia ſi color melanch. immutaret ſenſus interiores, cum hoc faciat ſine lumine etiã poteſt immutare uiſum ſine lumine, cõſequens eſt falſum igiẽ. Ad hoc reſpondẽt medici, quòd neq; color exiſtens in cerebro, neq; color exiſtẽs in oculo immutant uirtutem uiſiuam aut aliquem ſenſum interiorem, ſunt tamẽ cauſa quòd obiecta corruptè comprehendanẽ. Et dicitur ſecundò quòd ad comprehenſionem obiectorum per ſenſus interiores ſufficit lumen intrinſecũ ſpiritus animalis & uentriculorum cerebri, non tamẽ lumen intrinſecũ oculi ſufficit ad uiſionem, quia ſpecies obiectorum ſuorum non ſunt ita depuratæ ſicut poſtea cum immutãt ſenſus interiores. Quintò inſtatur contra medicos ſi tenebra ſpiritus animalis eſſet cauſa timoris ſequeretur quòd alicuius effectus poſitiui, adæquata cauſa eſſet pura priuatio, ſcilicet tenebra reſpectu timoris. Ad hoc reſpõdent medici quòd non ſolum tenebra eſt cauſa timoris, ſed etiã ipſi ſpiritus qui repræſentant & etiam ipſa melanch. eſt cauſa huius per ſuam complexionem, & proprietatẽ occultam. Sextò inſtatur contra medicos. Si melanch. per ſuam proprietatem uel etiam opacitatem eſſet factiua timoris, ergo ſanguis propter ſuam claritatem eſſet factiuus lætitiæ. Reſpondent quod ſanguis clarus aut nitidus per ſuam claritatem, complexionem, & proprietatem eſt factiuus lætitiæ & audaciæ ſicut econtrariò melanch. per omnia hæc eſt factiua timoris & triſtitiæ. Septimò inſtatur, quia melanch. neq; per colorẽ ſolũ põt immutare ſenſus interiores, neq; per ſpecies eius, cum ibi non ſit lumen, quo color & eius

eius ſpecies actuentur. Ad quod reſpondẽt, ut ſupra. Et ad autoritatem Auer. qui dicit quòd color nõ eſt cauſa ſubſtantialis, ad corrumpẽdas uirtutes animæ, ſed hæc cauſa prouenit ab una ſpecie malæ cõplexionis ſicut & aliæ ægritudines & tu ſcis quia habitus animæ ſequuntur complexionem corporis in hac cõiunctione. Et qui dicunt quòd anima terretur propter humorem melanch. nigrum, ſicut terretur homo in obſcuro, dicunt uerba cantionum, id eſt, fabularum, quia aliqua læſio non aduenit animæ in obſcuro, niſi priuatio ſenſati ſenſui uiſibili, quia non uidet anima in corpore, ut poſſit dici quòd ſentiat terrorem nigredinis, & magis fœdum eſt dicere quòd uideat extra, quia anima non eſt extra neq; intus. Sed eſt ſciendũ quòd de natura huius humoris melancholici eſt ut ipſum ſequantur hæc accidentia, ſicut de natura ſanguinis eſt ut ipſum ſequatur lætitia & gaudium. Et propterea dicimus quòd ſanguis dat lumen animæ, & hoc manifeſtum eſt ei qui guſtauit aliquantulum de natura. Non uult ergo Auer. quòd melancholia per ſuam nigredinem ſit cauſa terroris & timoris, ſed ſolum per ſuam complexionem primam, aut inſequentem materiam, uerum nigredo magis cedit loco ſigni quàm cauſæ, ſicut in rheubarbaro citrinitas non eſt cauſa ſoluendi choleram, ſed ſolum ſua cõplexio ſiue forma ſpecifica, uerũ citriritas eſt ſignum rheubàrbaro ineſſe bonam proprietatem in ſoluendo choleram. Nos autem cum medici ſimus, ſequamur medicos, licet rationes medicorum ſupraſcriptę non ſint demonſtrationes.

CVm alicui cogitationes malæ ſine cauſa acciderint, & timor, & triſtitia in eo præualuerit, melancholiæ principium in eo eſt. Cum autem res ad hoc peruenerit, ut etiam ea quæ cogitare cœpit, ore promat, uerba ſua atque actus permiſceat, iam melancholia perfecta eſt. Cui ergo hæ malæ cogitationes & triſtitia & tribulatio accidunt, antequam præualere incipiant, ſuccurrendum eſt, quia ſi præualuerint cura eſt difficilis.

Diuiditur præſens cap. in partes duas. In prima agit Raſis de melancholia theoricè: In ſecunda practicè, ſecunda ibi. Quòd ſi cum melancholia fuerit dolor &c.

Prima in tres. Primò agit ponendo ſigna initiantis melancholiæ, ſecundò perfectè & iam completè. tertiò oſtendit feſtinandum eſſe ad curam antequã perficiatur. ſecũda ibi. Cum autem res. tertia ibi. Cũ ergo malè. De prima parte dicit quòd cum alicui malæ cogitationes acciderint, ſupplete uos & exiſtimationes malæ, ut quia exiſtimat amicos, inimicos inhoneſta pro honeſtis, aut phantaſietur aliqua quæ non ſunt, neque poſſunt eſſe, aut non ſunt ueriſimilia cum timore, & triſtitia ſine cauſa, tunc hic incipit eſſe melancholicus. Credunt enim ſemper ſe decepi, ſemper inſidiari ſibi. De ſecunda parte ponit ſigna melanch. perfectæ dicens quòd quando ad hoc peruenerit ut quæ cogitat ore promat, uerbaque ſua & actus permiſcent, uerbi gratia, dicens ſe eſſe factum regem, aut eſſe dæmonem, aut quia timeat caſum cœli, tunc melancholia perfecta eſt. Vltimò dicit properandum eſſe ad curam melancholię initiantis, nam ſi perficietur, cura erit difficilis, cum omnes ægritudines pendentes ab humore melancholico terreno aut à complexione frigida & ſicca difficiliter ſoluantur, eſt enim inimica principijs uitæ & ſpiritui qui eſt inſtrumentum animæ ad ſuas operationes, ut ſupra oſtenſum fuit.

Melanch. dupliciter ſumitur, communiter & propriè, accepta propriè, eſt ſuperius diffinita de intẽtione Auicen. Et eſt corruptio exiſtimationũ & cogitationum à complexione melancholica frigida & ſicca, cum materia aut ſine materia. Et eſt ſine rixa, ſaltu & agitatione, imò cum quiete. Et in hoc differt à mania propriè ſumpta quæ eſt cum rixa & agitatione & prouenit à mala complexione calida & ſicca, &, humoribus aduſtis. Sed communiter accepta eſt communis tam ad melancholiam propriè ſumptam quàm ad maniam: Eſt enim corruptio exiſtimationum & cogitationum à quacunque cauſa prouenit. Et fortè hoc modo accipit eam Auic. in capitulo de cutubuth, cum dicit quòd cutubuth eſt ſpecies melanch. Et tamen dicit ibidem quòd prouenit à melancholia genita per aduſtionem choleræ uel melancholiæ quod eſt ſatis ueriſimile, cum ſit ſemper in motu, & propterea dicta eſt cutubuth, licet Ger. de ſolo diceret quòd cutubuth eſt ſpecies melancholiæ propriè dictæ. Et ſic uidetur ex ordine capitulorum Auicen. Nec ualet hoc argumentum generatur ex melanch. aduſta, ergo eſt mania, nam dicit ipſe quòd in quadam melanch. aduſta reſeruatur caliditas adurens in quadam uerò non, partibus ſubtilibus reſolutis. Melanch. ergo propriè ſumpta poteſt generari ex melanch. aduſta quecunq; ſit illa, ſi in ipſa non reſeruetur caliditas adurens, & talis eſt materia cutubuth, & propterea cutubuth non eſt cum rixa. Tu uerò dic ut libet hæc non ſunt demonſtrationes. Communiter ergo melanch. accepta diuiditur in maniam & melanch. propriè ſumptam ſuperius diffinitam. Mania uerò eſt duplex una lupina, aliter dicta dæmonium lupinum, uidentur enim non homines ſed dęmones & lupi, qui patiuntur hanc maniam. Alia dicitur mania canina ad canum ſimilitudinem. Et dicitur à quibuſdam quòd in urina patientis maniam caninam apparent quædam ſicut formæ & figuræ catulorum paruorum, ſicut apparent etiam in morſu à cane rabido. Sed cauſa maniæ lupinæ eſt melancho. genita per aduſtionem choleræ, aut melancholiæ & eſt deterior, quia difficilioris curationis, cum humor genitus per aduſtionem melancholiæ ſit magis craſſus, ineptior digeſtioni & reſolutioni & euacuationi. Et ſigna eius ſunt agitatio, ſaltus, inquiſitio, lupinoſitas, id eſt mores luporum, & aſpectus cui non aſſimilatur aſpectus hominis, immo eſt ſicut luporum. Differt etiam ab una ſpecie Karabiri quæ eſt cum dæmonio, quoniam cum hac mania non eſt fe. ſed Karab. eſt cum

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.44

cum ſe. Canina autem eſt ſpecies maniç exiſtens cum ira permixta tripudio & inquiſitione corrupta permixta petitioni quẽadmodum eſt ex natura canum. Et in hac eſt aſſociatio uehemẽs & amicitia, cum obedientia et conuenientia ſimul, licet aliquando ſit cum ira & rixa. Et iſta generatur per aduſtionem ſanguinis cui aliquid choleræ aduſtæ, aut melãcholiæ ex ea genitæ permixtum eſt. Eſt autem alia ſpecies maniæ quæ uocatur ſcintillaris in qua lucent oculi ad modũ ſcintillarum ignis, & imaginantur ſcintillas & ignes. Et hæc prouenit à uaporibus aduſtis melancholicis eleuatis à melancholia genita per aduſtionem ſanguinis & choleræ.

Melancholia uerò licet habeat infinitas ſpecies innominatas. Nam quidã timent caſum cœli ſuper ſe. Quidam quòd terra abſorbeat eos. Quidam timent latrones. Quidam ne lupus aut demones ingrediantur ad eos. Et omnes hi errant in cogitatiua, licet fugientes non errent in exiſtimatiua. Quidam uerò imaginantur res coràm oculis quç non ſunt. Et quandoque imaginantur ſe eſſe factos reges, aut lupos, aut dçmones, aut aues, aut inſtrumenta artificialia, & hi errant in ſenſu communi, & imaginatiua. Et ſunt quidam eorum qui diligunt mortem. Quidam eam abhorrent. Et ſunt quidam qui rident quorum melancholia eſt ſanguinea, imaginantur enim quod placet. & delectet eos. Quidam ſunt qui plorant & imaginãtur res triſtes, quarum cauſa eſt melancholia pura.

Sed melancholia habet duas ſpecies famoſas. Vna dicitur cutubut. Et nomen ſumpſit à quadam ſpecie araneæ quç mouetur ſuper aqua diuerſis motibus ſine ordine. Alia autem dicitur iliſci ſiue heros. Cutubut autem eſt ſpecies melancholiæ plurimum eueniens in februario, non expectans uſq; ad uer, propter ſubtilitatem humoris melancholici ſecundum plurimum. Generatur enim à melancholia genita per aduſtionẽ choleræ, aut melancholiæ in qua fortè caliditas adurens non multum remanſit. Et propterea licet ſit cum motu plurimo, tamen non eſt cum rixa, imò cum timore. hæc enim diligit fugere ab hominibus uiuis & appropinquare mortuis, & ſepulchris cũ malitia furoris repentè aduenientis ei. Et eſt eius proceſſio nocturna, & occultatio diurna. Et totum iſtud facit diligendo ſolitudinem & elongationem ab hominibus. Et cum hoc non quieſcit in uno loco plus una hora, imò non ceſſat diſcurrere & ambulare inceſſione diuerſa ignorans quo uadit cauẽdo ſibi ab hominibus. Quandoq; tamen non cauet ſibi ab eis, parum diſcernens iſtud quod uidet, & ſit ei præſens. Et citrinus eſt color faciei. Et lingua ſicut ſitientis. Et ſuper crura ipſius ſunt ulcera quæ non conſolidantur, quorum cauſa eſt corruptio materiei melancholicæ effuſæ ad crura, & multitudo motus pedum quarum materiæ ad ipſa deſcendunt. Et præcipuè quia occurrit cruribus eius frequenter aliquod offendens, aut canes interdũ mordent eum, quare fiunt in eis ulcera quç difficulter conſolidantur, & propter motum, & quia ſunt cancroſa. Et oculi eius ſunt ſicci, debiles, ſubmerſi non lachrymantes propter ſiccitatem cerebri & oculorum. Cauſa autem ſuæ uariæ inceſſionis ſine ordine, nunc ad unam differentiam, nunc ad aliam, ſicut facit iſta aranea quæ dicitur cutubut, eſt, quia fugiẽs eſt ab omni indiuiduo apparente ei ipſum timens, nã ipſe propter paucitatẽm ſuæ cõſeruationis & defectum rectificatiõis conſilij ſui incipit in parte una moueri et obuians alij indiuiduo iterum fugit ad partem aliam.

Iliſci uerò ſiue heros, aliter paſſio diuina, quia quidã putauarũt à deo fieri. 1. prognoſticorum, cõment. 7. uel quia accidit iſtis ſicut contemplantibus diuina, qui omnem ſuum ſpiritum & cogitationẽ in illa conferunt. Et hæc paſſio eſt ſollicitudo melancholica in qua homo inducit omnem cogitationẽ ſuam ſuper pulchritudinem quarundam formarum & figurarũ cum uehementi deſyderio ad illa proſequendum, licet non ſequatur.

Et ſigna eius ſunt profunditas oculorum, ſiccitas ipſorum, & priuatio lachrymarum, niſi cum fletus adeſt, & motus cõtinuus palpebrarum riſibilis quaſi aſpiciat aliquod pulchrum & delectabile aut audiat rumorem aut iucunditatem, quod prouenit ex apprehẽſione alicuius ſub ratione iucundi, & anhelitus eius eſt plurimæ interſectionis, & multæ eleuationis interdum cum ſuſpirijs. Et nunc alteratur ad riſum et lætitiam, nũc ad triſtitiam & fletũ præcipuè cum audit cantilenas amoris, & propriè cum ſit memoria tripudij, & elõgationis à re amata, & ſunt omnia membra eius arefacta prçter oculos, ipſi enim licet ſint profundi, palpebræ tamen ſunt graues & craſſæ propter uigilias eius & ploratus, propter quos ad palpebras ſæpe aliquid rheumatizat, & in figuris eius ſiue ſitib. nõ eſt ordo, quaſi in nullo ſitu inueniat requiẽ, & pulſus eſt diuerſus abſque ordine, ſicut pulſus habentium tædium. Et eius quidem pulſus, color, & diſpoſitio alteratur cum ſit rememmemoratio eius quod diligitur, aut cum præſentatur ei. Vnde poſſibile eſt ut medicus prudens cognoſcat quòd ſit illud quod diligit cum cum non confitetur ipſum. Cognitio enim eius quod diligitur non parum confert ad curã, & propterea medicus ſemper tangens pulſum patientis faciat rememorari nomina eorũ circa quæ eſt ſuſpitio, necnon figuras, domus, artes, genus, regiones, & comparetur unumquodq; ad nomẽ eius quod diligitur, nam cum rememorabitur illud quod diligit fiet pulſus diuerſitas & interſectio, necnon color eius mutabitur, & ſimiliter anhelitus. Confert autem ſcire iſtud quoniam interdum nullum regimen medicinale prodeſt niſi regimen cõiunctionis inter eos ſi lex & fides permittat. Etiam ſunt uiſi quidã qui poſt tolerantiam febrium, & prauarum ægritudinũ & poſt debilitatem uirtutis ex amore ingenti, ſanitati reſtituti ſunt cum obtinuerint quod ſummopere optabãt, ex quo ſignificamus mirabilem obedientiam naturæ meditationibus animi. Cauſa itaque primaria huius paſſionis eſt amor præter modum, uerum poſtea humores aduruntur, et ad melancholiam conuertuntur quibus amplius hæc paſſio figitur. Melancholiæ prçterea communiter ſumptæ dantur aliç diſtinctiones.

Prima quædam eſt per eſſentiam in cerbro, quædam per communitatem. Secunda, quædam eſt materialis, quædam immaterialis. Tertia quædam fit incipiẽdo, quædam ſuccedit alteri ægritudini. Item quædam eſt periodica, quædam non periodica. Item quædam antiqua, quædam noua.

Cauſa autem melãcholiæ per eſſentiam in cerebro ſunt. Aut mala complexio frigida & ſicca ſine materia, quæ permutando complexionem cerebri & ſpiritus

ritus animalis, & ſimiliter eorum ſubſtantiam, excludendo ſcilicet partes ſubtiles, calidas, luminoſas, facit eorum ſubſtantiam tenebroſam, hoc idem facit mala complexio calida & ſic. nam adurendo denigrat & tenebroſam facit ipſorum ſubſtantiam. Aliquando ſunt hæ malæ complexiones cum materia, aut melanch. naturali aut genita per congelationem, & hæ faciunt melanch. diſtinctam contra maniam. Et aliquando pendent à melanch. genita per aduſtionem ſanguinis, aut phleg. in quibus non reſeruatur multa caliditas adurẽs. Mania autem propriè generatur ex melanch. genita per aduſtionẽ choleræ, aut melanch. aut ſi melancholiæ ſanguineæ aut phlegmatice aliquid choleræ aduſtæ permiſceretur. Et hi humores quandoq; ſunt in uenis cerebri, quandoq; in meatibus, quãdoq; in uentriculis, ſiue apoſtement ſiue nõ. Et hi humores quandoq; ſunt geniti in ipſo cerebro ſiue per propriam eius cõplexionem ſiue per malam qualitatem à reſiduo corporis uel ab extrinſeco ſibi cõmunicatam. Melanch. uerò per colligantiam quandoq; eſt à toto ſicut in quartana feb. & in fine morborum naturalium acutorum, ſcilicet in quibus generantur melanch. per aduſtionem, & ideo iſti phantaſiantur circa mortuos. Quçdam per communitatem à ſplene. Aut quia ſplen non debitè mundificat ſanguinem, aut quia eſt apoſtematus, aut quia uenæ oppilatæ ſunt per quas melãch. trãſit ab epate ad ipſum, aut uiæ ſunt oppilatæ quç tranſeũt ab ipſo ad inteſtina, aut uiæ quæ tranſeunt ab ipſo ad os ſtomachi, & ſic non poteſt expellere melancholiam ſuperfluam.
At quia debilitata eſt expulſiua eius aut attractiua. Vnde neq; expellit ſaltem ad loca conuenientia, aut non debitè attrahit. Quædam eſt mirachia, id eſt à mirach, per mirach intelligendo meſenterium in quo ſunt meſeraicç, quç primò ſit per congregationem ſuperfluitatum craſſarum chiloſarum quç per aduſtionem tranſeunt in melancholiam, & euaporando ad caput faciunt melancholiam. Similiter fieri poteſt ab oppilatione uel apoſtemate meſeraicarum epatis, quia nutrimento non penetrante putret. Et quandoque fit à matrice ſanguine menſtruo per putrefactionem, aduſtionem, uel congelationem in melancholiam uerſo. Et quandoq; fit à ſpermate diu retento modis ſimilibus corrupto. Et nota ſecundum plurimum nõ fit melancholia abſq; communitate cordis imò fortaſſe magnitudo ipſius erit ex corde. Et fortè principium eius ſecundum plurimum eſt ex corde, licet cõfirmetur in cerebro, & eſt in hoc circuitio, quia ad corruptionem complexionis in corde corrumpitur complexio cerebri & econtrario. Huius autẽ potiſsima cauſa eſt ſpiritus animalis, quia ſpiritus animalis eſt continuus ſpiritui uitali in arterijs apoplecticis, & rete mirabili, & ex ipſo generatur, & ſi ſanguis cordis eſſet ſubtilis, terſus, & clarus, reſiſteret corruptioni cerebri & ipſum rectificaret. Et ex ipſo etiã generaretur ſpiritus uitalis clarus, qui eſt materia ſpiritus animalis, quapropter raro aut nunquã fit melancholia abſq; communitate cordis, licet non confirmetur hæc ægritudo niſi in cerebro. Et quandoq; fit per communitatem ab epate, aut quia ſanguinẽ adurit, aut quia non debitè ſeparat melancholiam à ſanguine, nec expellit ipſam ad ſplenem. Et uniuerſaliter à quocũq; membro poteſt fieri melancholia per colligantiam, aut quia aduritur nutrimẽtum ipſius, aut quia non expellit ſuperfluitatem nutrimenti quæ retẽta partibus ſubtilibus reſolutis uertitur in melanch. Cauſæ uerò primitiuæ ſunt aẽr turbulentus frigid. & ſic. aut calid. & ſic. adurens ſicut aẽr æſtatis & dierum canicularium & autumnus eſt huic ægritudini proportionatus. Ver uerò licet ſit diſproportionatum quantum ad cauſç generationem, tamen proportionatum eſt ad mouendum cauſam latentem iam genitam. Vnde 3. aphoriſmorum illo. Vere & autumno maniæ mouentur, & melancholiæ. Hyems uerò eſt diſproportionata niſi fortè per cõgelationẽ melãch. multiplicet. Secundò cibi melancholici, ut lentes, caro uaccina, caprina antiqua, panicum, uinum turbidum, craſſum, exercitium forte, exiccatiuum, ſuperfluæ uigiliç, timor, triſtitia fortis, ſtudium uehemens, longi carceres. Cauſæ autem corporeæ remotç ſunt retentio hæmorrhoidarum, & fluxus menſtrui conſueti. Et quandoq; fit à dæmone corrumpente complexionẽ cerebri. Agit enim per media naturalia ſiue ſemper ibi aſſiſtat, ſiue poſt hanc operationẽ recedat.

Signa uerò melancholiæ quædam ſunt prognoſtica, quædam demonſtratiua. Ex prognoſticis ſunt primò diſpoſitiones corporũ ſicut ſunt corpora bruna, piloſa, extenuata, & econtrario parum diſpoſita ad melancholiam ſunt corpora alba & pinguia. Secunda corpora habentia cor uehementer calidum & cerebrũ humidum ſunt diſpoſita ad melancholiam, quia caliditas cordis eſt generatiua choleræ nigræ in ipſo, & humiditas cerebri eſt ſuſceptiua impreſſionis eius quod generatur in corde, quapropter trauli, id eſt, ſyllabam multotiens repetentes antequã dictionem proferant ſunt ad ipſam parati, & propriè ſi linguas habuerint lenes, oculos mobiles, & quorum facies eſt uehementis rubedinis, & cum hoc ſunt bruni, piloſi, & propriè cum in pectoribus eorum ſunt pili nigri, craſſi, & amplas habent uenas, & labia craſſa, quoniam quædam iſtorũ ſignificãt caliditatem cordis ſicut piloſitas, amplitudo uenarũ, rubedo faciei, oculorum mobilitas, quædam ſignificant humiditatem cerebri, ſcilicet traulitas, mollities linguæ, craſsities labiorum. Tertiò magis diſpoſiti ſunt ad melancholiã uiri quàm mulieres, licet in mulieribus ſit deterior cum proueniat à fortiori cauſa, & ſimiliter magis diſpoſiti ſunt iuuenes & ſenes quàm pueri. Secũdum prognoſticum ſumitur ex aphor. 23. ſextæ particulæ. Si timor & puſillanimitas multũ tempus habent melancholicum perficiunt, ſunt enim melancholiæ ſimul ſignum & cauſa.

Signa uerò initiantis melancholiæ ſunt quæ dicta ſunt in textu. Item uelocitas iræ ſi materia fuerit aduſta, tertiò dilectio ſolitudinis, quia non conuerſatur propter timorem aut triſtitiam. Signa uerò perfectæ melancholiæ ſunt ea quæ dicta ſunt in textu. Signa uerò cauſarum immediatarum, infinitarum ſpecierum ipſius melancholiæ malè poſſunt ſciri ſicut neq; cauſæ diſtinctæ ſciuntur. Verum non reducuntur niſi in ſpeciales modos mixtionis melancholiæ, & ſpeciales conditiones indiuiduales, ſicut dicimus quòd uenenũ canis rabidi inducit ad timorem aquæ, ideo etiam in propoſito ſecundum uarias impreſſiones ſpecierum uariarum, uarios modos melancholiç, & ſecundum uariam diſpoſitionem paſſorum ſit ua-

g

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.45

riario in phantaſijs & iudicijs corruptis, quapropter ipſarum ſpecies eſſe infinitas, aut ſaltem indefinitas facilè concedi poteſt.

Signa uerò melancholiæ per eſſentiam in cerebro, eſt ſuperfluitas cogitationis, & aſſiduatio ſollicitudinis melancholicæ, id eſt, attinentium melancholiæ & aſſiduus aſpectus ad rem unam ut ad terram. Item color niger capitis, faciei & oculorum, & nigredo pilorum capitis, & craſſities. Item anteceſſio inſomnietatis & cogitationū & longa mora in ſole, quæ primò cerebro nocet. Item ægritudines cerebri antecedentes ſicut epilepſia. Item parum iuuamentum ex medela, & in ſumma ſunt accidentia maiora, & magis continua, quando eſt per eſſentiam in cerebro. Item non præceſſerunt, nec fortè cōcomitantur eum aliquæ malæ diſpoſitiones corporis uerìſimiliter factiuæ melancholiæ. Signa uerò eius quæ eſt per communitatem à toto, ſunt nigredo corporis & eius arefactio, & retentio eius quod ſolebat euacuari ex ſplene & ſtomacho & ex ano aut matrice, ſcilicet ſanguinis hæmorrhoidalis & menſtrualis. Item multitudo pilorum craſſorū & nigrorum. Item anteceſſio ciborum melancholicorum, necnon anteceſſio ęgritudinum quibus ſuccedit melancholia ſicut ſunt febres chronicæ & maximè permixtæ.

Signa uerò eius quæ eſt ex ſplene ſunt multitudo appetitus propter effuſionem choleræ nigræ ad ſtomachū, cum paucitate digeſtionis, propter frigiditatem complexionis, multitudo rugitus lateris ſiniſtri, & quandoq; inflatio ſplenis. Si enim ſplen non attrahat melanch. propter aliquam ex cauſis ſupradictis, tunc ſplen attenuatur, Si uerò attrahat & non expellat, ꝑpter cauſas ſupraſcriptas, tunc ſplen eſt tumidus.

Signa uerò eius quæ eſt à ſtomacho ſunt nocumenta ſtomachi antecedentia, aut concomitantia quibus auctis augetur melancholia & diminutis minuitur.

Signa uerò mirachiæ ſunt nauſea & frequens grauitas in mirach, malitia animę, corruptio digeſtionis, & eructuatio acetoſa, rugitus & exitus uentoſitatis, & inflatio, & inuenit dolorem inter utraſq; ſpatulas uſquequo cibus digeratur, & euomit phlegma permixtum choleræ, aut melancholiæ, & quandoque præcedit apoſtema in mirach, aut oppilatio in meſeraicis, & apparet fluxus chiloſus chilo non potente tranſire ad epar.

Signa uerò quòd fit per cōmunitatem à corde aut à matrice, aut membris alijs ſunt præceſſio nocumentorum huiuſmodi membrorū, & propriè cum non uidetur ab alijs cauſis pendere uerìſimiliter.

Signa uerò humoris melancholici ſunt iſta, nam quando eſt à ſanguine, eſt cum riſu, ſiue uero, ſiue nō uero, & non eſt in eo triſtitia uehemens. Si autem eſt à phlegmate eſt cum pigritia & quiete & dominio frigiditatis & ſi à cholera eſt cum agitatione, rixa, & dæmonio. Et ſi eſt per aduſtionem uehementem melancholiæ, eſt etiam cum rixa & dæmonio magis perſeuerante, & ſi fuerit à cholera pura nigra, tunc cogitatio in ipſa erit plurima, & audacia minor niſi moueatur & rixetur, & habet odium cuius nō obliuiſcitur.

Signa uerò cauſarum primitiuarum ſunt ipſæmet cauſæ. Signa uerò dæmonis nulla ſunt niſi quòd dicat aliqua quæ ante neſciebat, ſicut ſi loqueretur literaliter, aut theutonicum, aut ſecundum aliud idioma quod prius neſciebat aut ſciat aliqua occulta quæ uerìſimiliter ſcire non debet. Quanquam Ari. problematum 19. problem. 1. hæc omnia reſoluat in melancholiam. Inquit enim quòd ex melancholia quidam facti ſunt ſicut diuini prædicentes futura. Et exemplificat de Sybilla & Bachide, & quidam facti ſunt poëtæ, ſicut Malanthius Syracuſanus. Ego uerò adhærens ueritati fidei Chriſtianæ credo Sybillam Erythream eſſe propheriſſam, & de Chriſto propheriza ſſe, & Malanthium Syracuſanum qui poſt maniam numeratus eſt inter poëtas, credo ante maniam non fuiſſe expertem poëſis, uerum poſt maniam ſubtiliorem factū eſſe, humiditatibus cerebri eius ingenium hebetantibus reſolutis, non enim credo ſoſa melancholia huiuſmodi poſſe contingere, ſed ex coniunctione angeli uel dæmonis cum anima humana &c.

Prognoſtica. Primum melanch. cum riſu eſt ſalubrior cæteris. Secundum hæmorrhoides, elephantia, uarices ſuperuenientes ſoluunt melancholiam.

Tertium. Melancholia periodica debito ſeruato regimine curatur. Ex indebito uerò regimine efficitur continua non curabilis. Quartum. melancholia per eſſentiam in cerebro multum antiqua non eſt curabilis, per communitatem uerò antiquata frequenter curatur. Quintum euacuatio choleræ nigræ uomitu & ſeceſſu, & ſimiliter eius apparitio in cute ſicut in panno & lentiginibus ſoluit melancholiam.

Quòd ſi cū melancholia fuerit dolor uentris & inflatio, & malus color, & digeſtionis corruptio, & uomitus acceſſus & excreationis multitudo.

Hic Raſis agit de cura melancholiæ. Habet autem hæc pars. 2. partes. In prima ponit curam melanch. ſpleneticæ. In ſecunda ibi. Si autem cum melancholia. Ponit curam melancholicæ per eſſentiam in cerebro. Prima iterum in duas. Nam in prima parte ponit ſigna melancholiæ ſpleneticæ. In ſecunda ibi. Incipienda eſt cura. ponit ipſius curam. In prima parte ponit 6. ſigna. Primum eſt dolor uentris ſcilicet ſtomachi & inteſtinorum. Secundum eſt ipſius uentris inflatio propter uentoſitatem genitam à melanch. eſt enim melancholia plurimum uentoſa, 19. problematum problemate 1. Ventoſitas etiam multiplicatur propter indigeſtionem, phlegmate multiplicato & uentoſato. Tertium eſt malus color. Quartum corruptio digeſtionis, ſcilicet ad acetoſum ſecūdum plurimum, & propterea fit malus color. Quintum eſt uomitus acetoſus, ſcilicet aut melanch. ad ſtomachū deriuatæ, quæ eſt acris cum ponticitate, aut fortè fit uomitus acetoſus, id eſt, phleg. acetoſi per corruptam digeſtionem multiplicati. Sextum eſt multitudo excreationis, id eſt, ſputi per communitatem à ſtomacho. Deinde cum dicit.

Incipienda eſt cura cum phlebotomia ex baſilica aut ſaluatella ſiniſtræ manus. Et ſi ſanguis uiſus fuerit niger, dimittatur egredi in multa quantitate. Subtilis autem & rubeus ſi fuerit, reſtringēdus erit ilico.

Habet

Habet hęc pars ſex partes. In prima ponit curam per phlebotomiam. In ſecunda ibi. Aeger uerò ex rebus. Ponit curam per nutrientia. In tertia parte, ſcilicet ibi. Mittendus eſt in balneo. Ponit curam per balneum. In quarta ibi. Poſt hoc autem decoctione. Ponit curam per medicinas ſoluentes. In quinta ibi. In his autem diebus. Complet regimen per dietam, & reliquum regimen ſex rerum non naturalium.

In ſexta. Et ſtudendū eſt. Docet rectificare ſplenem & ſtomachum. De prima parte dicit incipiendam eſſe curam cum phlebotomia baſilicæ quæ eſt in curuatura brachij in parte inferiori, quando intentio eſt magis euacuare aut in ſaluatella eiuſdem in manus ſiniſtræ, quando intentio eſt cum hoc diuertere. Et hęc ſaluatella reperitur in manu inter anularem & auricularem, & eſt ramus baſilicæ. Et ſubdit quòd ſanguis egrediens eſt conſyderandus: ſi enim fuerit ſubtilis & rubeus, ilico ſtringendus eſt, ſi uerò fuerit niger & craſſus dimittatur egredi in quantitate multa, cum ipſo enim humor melancholicus educitur. Et propterea præcipiat medicus phlebotomanti ut faciat foramen latum, ut ſanguis craſſus poſſit egredi. Nota tamen ſicut dicit Auic. in cap. huic proportionato quamuis ſanguis ſubtilis appareat in princ. non tamen ita ſubitò eſt reſtringendus, ſed permittantur egredi duæ ℥. uel circa, quia aliquādo poſt ſubtilem egreditur craſſus & niger.

Aeger uerò rebus lenientibus eſt nutriendus, ut ſunt alesfidebegi, quæ ſunt ex carne hœdina & arietina.

Ponit curā per nutrientia & dicit quòd nutriendus eſt æger ex rebus lenientibus, id eſt, humidis, & etiam uentrem mollificātibus ſicut ſunt alesfidebegi, id eſt, iura quæ fiunt ex carne hœdina parum diſtante à natiuitate, & arietina unius anni uel circa. Et ſic intellige de reliquis carnibus humidis boni nutrimēti paucarum ſuperfluitatū ſicut capones, phaſiani. Et propriè multum impinguati.

Et mittendus eſt in balneum in quo non diu moretur.

Iubet ægrum poni in balneo aquę dulcis, aut in decoctione rerum humectantium, in quo tamen non multum moretur, ut nō debilitetur, neq; partes ſubtiles reſoluantur, & ideo balneum debet eſſe ſatis temperatum cōforme calori noſtro, & debet etiam aqua balnei proijci ſuper caput ægri. Et per hunc uſum balnei multos à quartana liberauit: digerunt enim humorem melancholicum ipſum reducendo ad benignum uel ad expulſionem præparando.

Poſt hoc autem decoctione de epithymo quam ego compoſui utatur. Recipe mirobalanarum indorum drach. 10. polypodij drach. 5. ſenæ. drach. 8. turbith. drach. 4. ſtecados drach. 10. paſſularum enucleatarum drach. 10. epithymi cretenſis drach. 10. omnia excepto epithymo in 4. lib. aquæ coquenda ſunt donec ad lib. 1. & ſem. redeant, quandoq; hoc factū fuerit addatur epithymū, & ilico ante ignē remoueātur, et dimittātur donec infrigidari cœperint. Quumq; infrigidata fuerint manibus fricata colentur. Deinde ſumantur agarici 2. tertiæ. drach. 1. aloës. drach. 1. ſalis indi. drach. ſem. elleb. nigri quartam drach. 1. & conficiantur cum melle, aut cum iuleb, & fiant ex eis pilulæ quæ per tres horas ante decoctionis acceptionem ſumendæ ſunt, poſtea ſumatur decoctio. Deinde tribus diebus quieſcat. In his autē diebus quibus quieſcit nutriatur ex eis quæ præcepimus. Et in potu ſumat uinum ſubtile & clarum & bene odoriferum. Poſt hoc quoq; iterum ſoluendus eſt ut prius. Hoc uerò ita, ut prædiximus, tertiò iterandum eſt, quarta quoq; potio ei danda eſt. Aeger uerò ab omnibus quæ choleram generant nigram abſtinēdus eſt, ut ſunt carnes ſylueſtres omnes et caro uaccina, & hircina, & magnarum caprarum, & fabæ, & caro ſalita, & caſeus uetus, & lentes, & omnia humectatiua. Vinum preterea groſſum, labores & uigilias euitet. Nec patiatur famem nec ſitim, uino uerò ſubtili in potu utatur, & præcipiendum eſt ei ut dormiat.

In hac quarta parte curat per ſolutiua dando decoctionem de epithymo. ℞. mirobalanorum indorum & nigrorum qui ſunt frig. & ſic. melancholiam ſoluentes ʒ. 10. polypodij cal. & ſic. in ſecundo ſoluentis melancholiam, & phleg. ſalſum ʒ. 5. ſenę cal. & ſic. in ſecundo ſoluentis melancholiam ʒ. 8. turbith. cal. & ſic. in ſecundo ſoluentis phlegma ʒ. 4. ſtecados cal. in primo. ſic. in ſecundo ſoluentis melancholiā & phlegma à capite ʒ. 10. paſſularum enucleatarum cal. & hum. ℥. 10. epithymi cretenſis cal. & ſic. in ſecundo optimè ſoluētis melancholiā ʒ. 10. omnia excepto epithymo coquenda ſunt in tribus ℔. aquę ad conſumptionem medietatis, & cum quaſi facta fuerit huiuſmodi conſumptio addatur epithymum, & ilico ab igne remoueatur, quia epithymum parum ſuſtinet de decoctione, & hæc ſic bullita dimittantur infrigidari & refrigerari, & cum aliquantulum infrigidata fuerint, bene exprimantur & colentur, & colatura reſeruetur, quam debet æger accipere in quatuor uicibus debitè calidam. Et inter unam aſſumptionem &

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.46

alteram medient tres dies, & ſumatur unaquæq; potio in mane celebrata digeſtione cœnæ præcedentis, ſed per tres horas ante unamquamq; iſtarum potionum detur quarta pars iſtarum pilularum. ℞. agarici cal. & ſic. euacuantis phlegma, cholerã & melancholiam ℈. 1. aloës cal. & ſic. euacuantis phlegma & choleram, & rectificantis, ſcilicet alia ſolutiua ʒ. 1. ſalis indi. cal. & ſic. in ſecundo ſoluentis melancholiam ʒ. s. elleb. nigri cal. & ſic. in tertio ſoluentis melancholiam gran. 15. fiant pilulæ 20. cum melle aut iuleb uiol. aut ſimili, quæ pilulæ in quatuor uicibus debent ſumi ſicut decoctio prædicta, ſed per tres horas ante decoctionem, hoc autem fit ut pilulæ ſint primo actuatæ, deinde decoctio ſuccedat per tres horas, ut adiuuet operationem pilularum ſupraſcriptarum, ut etiam humectet & æquet humores uel humoris ſubſtantiam. Si tamen uenter eſſet facilis ſufficeret ſola decoctio, & eſſet præſtãtior quàm pilulæ, cauſis inferius aſſignandis. Tẽpore intermedio æger quieſcat animo & corpore, & nutriatur his brodijs & carnibus quæ dicta ſunt ſuperius. Et bibat uinum ſubtile, clarum, odoriferum, participans aliqua dulcedine, & ſit unius anni tantum. Et æger abſtineat ab omnibus quę choleram nigram multiplicãt ſicut carnes ſylueſtres, leporum, cuniculorum, ceruorum, & huiuſmodi. uitet carnem uaccinam, hircinã, magnarum caprarum, fabas, carnem ſalitam, caſeum ueterem, lentes, & omnia olera præbentia nutrimentum ſiccum, ſicut ruta, & eruca, & ſimiles. Sed cucurbitæ, ſpinachiæ, & cætera humida concedi poſſunt. Vitet etiam uinum craſſum, laborem multum, uigilias multas, imò multum dormiat, nec patiatur longam famem, aut ſitim.

Et ſtudendum in ſplenis curatione ex his quæ in ſequentibus in cap. de ſplenis curatione qui augmentatur, dicturi ſumus. Os quoq; ſtomachi confortandum eſt, & propriè ex medicinis quarum mentionem in ſequentibus facturi ſumus cum ægritudines ſtomachi nomnabimus.

In hac ſexta parte & ultima dicit Raſis ſplenem eſſe curandum, & propriè cum tumidus eſt ſecundum quod inferius dicetur, ubi agetur de curatione ſplenis quãdo tumeſcit. Eſt tamen regula generalis in omni ægritudine quæ fit per cõmunitatem ab aliquo membro, membrum iſtud eſſe rectificandum. Similiter dicit eſſe confortandũ os ſtomachi in melancholia ſplenetica, cum ſtomachus per os eius recipiat melancholiam, quæ præter modum fluens ad ipſum corrumpit ipſius digeſtionem.

Si autem cum melancholica ea quæ nominauimus non fuerint, & acciderit poſt longam morã ſub ſole, aut phreneſim, aut percuſſionem in capite phlebotomia ex cephalica facienda eſt. Et capiti ſtudium adhibendum ex reliquo regimine quod dicimus propriè. Aqua præterea tepida ab alto loco ſuper caput fundenda eſt. Deinde oleũ roſ. cum aceto uini capiti infundatur, & lac muliebre deſuper mulgeatur. Naribus etiã oleũ de ſeminibus cucurbitæ dulcis, & lac muliebre inijciatur. In balneum quoq; ſæpe mittendus eſt, & multum ex aqua tepida capiti eſt ſuperinfundendum. Aeger etiam omnia odorifera quæ frigida ſunt odoret.

In hac ſecũda parte principali curat melancholiam per eſſentiam in capite. Habet hæc pars duas partes. In prima curat melancholiam quæ eſt in mania. In ſecunda ibi. Si autẽ melancholia. Curat melancholiam propriè ſumptã, diſtinctam contra maniam. De prima parte dicit, quòd ſi cum melancholia non fuerint iſta quæ nominauimus, id eſt, illa ſex ſigna melancholiæ ſpleneticæ, imò acciderit poſt phreneſim, aut longam morã in ſole, quæ arguunt ipſam pendere à melancholia aduſta, aut acciderit poſt percuſſionẽ in capite, per quam humores calidi ad caput attrahuntur, qui poſtea aduſti faciunt maniam. In his ergo caſibus in principio facienda eſt phlebotomia ex cephalica quæ eſt incuruatura brachij in parte ſuperiori, tũ ad diuertendum materiã fluentem, tum ad euacuandum materiam iam fluxam. Secundò eſt capiti ſtudium adhibendũ in reliquo regimine ſuperius dicto per euacuationem humoris melancholici. Tertiò aqua tepida eſt capiti ab alto infundẽda ad humectandum & infrigidandum, poſt quam embrocationem oleum roſ. mixtum cum quarta parte aceti, ut magis penetret capiti infundendum: hæc enim infrigidant, confortant & repercutiunt, & deſuper lac muliebre infundatur ad humectandũ & infrigidãdum, oleum etiam de ſemine cucurbitæ, lac muliebre ſingulariter aut coniunctim naribus inijciatur. Vltimò ad infrigidandum & humectandum debet poni in balneo aquæ tepidæ multũ de ea capiti infundendo & odoret ea quæ frigida ſunt & humida, ſicut aquam roſ. & uiol. & ſimiles.

Si autem cum melancholia nihil fuerit eorum quæ diximus in principio matrix uena dextri brachij aperienda erit et ſanguis conſyderandus, & ut prædiximus faciendum erit & regiendum. Et poſtquam hoc regimẽ infirmo adhibueris per aliquot dies quieſcere dimittendus eſt. Deinde ut prius in cura eius incipiendum donec ſanitatis fiat reſtitutio.

Docet curare melancholiã diſtinctam contra maniam, quæ prouenit à cholera nigra non aduſta, aut à melancholia phlegmatica uel ſanguinea, in qua non remanet multa caliditas, & etiã quæ prouenit à melancholia genita per cõgelationem, ſed maximè hoc regimen

regimen eſt proprium melancholiæ naturali & ſanguineæ. Sed maximè quãdo fouentur à mala cordis & membrorum ſpiritualium diſpoſitione. Et habet hæc pars quatuor partes. In prima ponit curam per phlebotomiam. In ſecũda ibi. Studium uerò totum. Ponit curam per debitum regimen ſex rerum nõ naturalium. In tertia parte ponit curã per ſolutiua ibi. Pilulæ quæ choleram nigram. In quarta ibi. In duobus uerò, ponit curam per electuarium lætificans. De prima parte dicit quòd ſi cum melancholia non fuerit aliquod eorũ quæ diximus, ſcilicet ſigna ipſius melancholiæ ſpleneticæ, & ſupple neq; fuerint ſigna manię, matrix uena, id eſt, cõmuni dextris brachij erit aperienda, & ſanguis cõſyderandus: nã ſi fuerit ſubtilis, clarus. non permittatur exire niſi in parua quantitate, ut dictum eſt. Si uerò craſſus & niger permittatur exire ſecundum uirtutis tolerantiã & cæteras circumſtantias. Deinde reliquũ regimen ſcilicet, balneũ, embrocatio, euacuatio capitis obſeruãdum eſt, ut ſuperius dictũ fuit, interponendo inter unã euacuationẽ & aliam tẽpus ſufficiens ad uirtutis reſtaurationẽ.

Studium uerò totum quod erga melancholicos eſt obſeruandum, eſt ut impinguentur & carnoſi fiãt, ex quo enim pingues & carnoſi fuerint ilico ſani erunt. Cibi autem qui illis congruunt ſunt caro arictina, & hœdina, & gallinacea, & panis de ſimula. Oppyrus autem panis nullo modo eſt eis congruus. Vinum quoq; ſubtile & clarum eis conueniens eſt, uinum uerò craſſum non eſt eis bonum, nec nigrum. Lac autem recenter ab uberibus extractum dum adhuc calet eis confert. Piſces recentes & ſeſami de ſaccharo facti. Et oleum amygdalinum. Præterea audire cantilenas, & gaudere, & habere ante ſe res delitioſas, & dormire plurimum confert eis. E contrario uerò cogitare, & ſolos morari, & uigilare maximè nocet eis.

In hac parte ponit ipſorum debitum regimen. Eſt enim ſtudendum ut impinguentur & carnoſi fiant. Ex quo enim pingues & carnoſi fuerint, ilico ſani erunt. Cauendum tamen ne cadant in oppilationes, & propterea caro arietina, hœdina, gallinacea, & ſimiles boni nutrimenti & humidi, & brodia ipſarum conueniunt, & panis de ſimula, id eſt, optima farina. Panis autem oppyrus, id eſt, craſſus & azimus ſicut eſt panis ruſticorum nõ conuenit. Et ſimiliter conuenit uinum ſubtile clarum, album, unius anni, nigrum uerò craſſum aut antiquum non conuenit, lac recenter mulſum ab uberibus, ut non corrumpantur, confert. Et ſimiliter piſces recentes, & ſeſami cal. & hum. conditi cum ſaccharo, et oleum amig. cal. & hum. cõferunt. Et ſimiliter audire cantilenas, gaudere, habere res delitioſas conferunt, ſicut econtrario ſuperfluę cogitationes, ſolos morari, multum uigilare & omnia exiccantia plurimum nocent.

Pilulæ quæ choleram nigram expellunt, de quibus datur his qui decoctionem ſumere nequeũt. Rec. epithymi cretenſis, drach. 20. polypodij, agarici amborum, an. drach. 10. elleb. ni. ſalis indi amborum, an. drach. 5. ſtecados drach. 7. pulueris hieræ pic. drach. 15. bibat ex eis drach. 3. In diebus uerò quibus quieſcit æger, debet ſumere elect. quod uocatur lætificans, quod recipit meliſſæ, cortic. citri, gariop. galiæ muſc. maſtichis, croci orientalis, cinamomi, nucis muſcatæ, cardamomi, neheremit, been al. & ru zedoariæ, doronigi, ſem. ozimi, gariophilati omnium an. partes æquales, muſci quantum eſt 10. pars drach. 1. deinde ſumantur chebuli 20. & emblici 30. & terantur, & in tribus lib. aquæ coquantur donec ad unam redeant & colentur, in colatura uerò addatur mellis lib. 1. deinde bulliant donec aqua conſumpta ſit, poſt hoc ex hoc melle conficiantur ſpecies prædictæ, quod tamen in põdere ſit triplum ad ſpecies. De quo cum neceſſe ſit ad magnitudinem auellanæ ſumendum eſt. Hoc enim medicamen lætitiam & coloris pulchritudinem, & digeſtionis bonitatem operatur & retardat canos.

Ponit deſcriptionem pilularum quæ debent dari his qui non poſſunt ſumere decoctionem. ℞. epithymi, &c. Hæc deſcriptio ſuperius declarata eſt ſufficienter, tamen ʒ. 1. s. pro uice dari poteſt, licet ipſe iubeat dare ʒ. 3. In diebus uerò in quibus. Hic Raſis deſcribit electuarium lætificans in quo ponitur meliſſa dicta ranzata & citraria. & ſecundo canon. bedereſegen. cal. & ſic. in ſecundo. lætificatiua cordis auferens tremorem. Cortices ſubtiles citri aromatici, cordiales cal. & ſic. in ſecundo. Gariophili maximè cordiales cal. & ſic. in tertio. Galia muſc. cuius plures ſunt deſcriptiones in Seruitore & Meſue, maſtix medicina ſtomachalis, theriaca ſtomachie cal. & ſic. in ſecundo. Crocus maximè lætificans ſcilicet, ut ʒ. aur. interficiant lætificando, faciendo ſpiritus exalare cal. in ſecundo, ſic. in primo. Nux muſc. cal. & ſic. in ſecũdo. ſtomachalis & cerebralis. Cinamomũ cordiale præſeruans à putredine cal. & ſic. in tertio. & præſtantius quàm caſſia lignea ad corrigendum putrefactionem

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.47

& rectificādum complexionem,ad mundificandum
uirus malum,ad reſiſtendum medicinis mortiferis &
uenenoſis,ſicut uult Auic.14.tertij c. de cura debilita
tis epatis,& iſtæ duæ excedūt omnes alias medicinas
in effectibus iam dictis. Cardamomum cal. & ſic.in
tertio.ſtomachale, neheremith, id eſt, peonia, de qua
ſupra.Been al.& rub.radices cordiales cal.& ſic.in ſe-
cundo. zedoaria ualens contra uenena habens duas
ſpecies,ſcilicet, zorumbeth cal.& ſic.in tertio.alia eſt
zedoar,quæ eſt præſtantior prima.2.cañ.cap.de zo-
rumbeth.doronigi cal.& ſic.in tertio. cōfortans cor.
Seminis ocimi gariophilati, id eſt, baſiliconis mino-
ris habentis folia parua, & redolentis bene ad differē-
tiam magni, maiora habentis folia, quod calidius &
ſiccius eſt quàm maius ſcilicet circa ſecundum gradū,
et aliter dicitur bedoragi,de iſtis 15.accipiantur.añ.ʒ.
2.muſci gran.12.& eſt cal.& ſic.in ſecundo. hæc om-
nia ſubtiliter puluerizentur,deinde ſumantur chebu-
li numero 20.emblici numero 30.& teratur craſſo mo
do, & bulliant, in ℔.3.aquæ donec redeat ad 1. Ve-
rum mihi uidetur nimis magna quantitas mirobala
norum in comparatione ad aquā, ſufficeret enim me
dietas,& coletur,& colatura iſta bulliat in ℔.1. mel-
lis, donec ſufficienter ſpumetur, & aqua conſumpta
ſit.deinde ſpecies ſupraſcriptę cum hoc melle miſceā-
tur,ita ut mel ſit triplum ad ſpecies quamuis mos cō-
munis apud apothecarios eſt,ut pro.1.℔. mellis po-
nantur ℥.2.et s.pulueris,ſed hoc modo eſt uirtuoſius:
ponunt etiam communiter pro 1.ſachari.s.℥. pulue-
ris, licet ℥.1.poſſet poni.Hoc enim electuarium ſum-
ptum ad magnitudinem auellanę in mane cum retar-
datione cibi ſaltem per quatuor horas inducit lęticiā,
coloris pulchritudinem,digeſtionis bonitatem,et tar
dat canitiem.Sed nota hoc electuar. conuenire in me
lancholia phlegmatica,aut pendente ab humore me-
lancholico genito per congelationem,& non per ad-
uſtionem:eſt enim notabiliter cal.& ſic. Et ſi uelles ip
ſum conuenire in melancholia à cholera nig. & à cho
lera naturali addas ℥.3. paſſularū enucleat.pro una-
quaq; ℔.ipſius.

Primò ponam curam eius quæ eſt per eſſentiam in
cerebro.ſecūdò eius quæ eſt per communitatem.ter-
tiò eius quæ pendet à cauſis primitiuis. Cura itaq; il-
lius quæ eſt per eſſentiam in cerebro, ſi ſit mala com-
plexio ſine materia,exigit 4.intentiones curatiuas.
Prima alterat malam complexionem cum contrarijs
cerebrum in omni diſpoſitione confortantibus & eti
am cor.Secunda prohibet humores à fluxu ad cere-
brum ſi fuerint proni ad fluxum. Tertia corrigit acci
dentia. Quarta ordinat debitum regimen ſex rerum
non naturalium. Prima completur cum notabiliter
humectantibus,ſed ſint aliquādo cal.aliquando frig.
ſecundum diſcraſiæ exigentiam,& cum hoc propria
& cerebri & cordis confortatiua,necnon ſpiritus con
fortantia & illuſtrantia,quæ cōfortatio & ſpirituum
illuſtratio in toto curę proceſſu debet attēdi & in qua
cūq; ſpecie. Et propterea pro completa notitia bonū
eſt,ut hic deſcribā nouem modos confortationis ſpi-
rituum,& per conſequens membrorum principaliū,
& ſibi deſeruentium,deinde medicinas in hac diſpoſi
tione proprias quibus poteris uti ſecundum neceſſita
tem. Nouē modi confortandi ſpiritus. Primò cō-
fortantur ſpiritus per reſtaurationem ad quod ualēt
cerebella hœdorum,aprorū,uitulorum,gallinarum,
frequēter comeſta. Et uinum album aromaticū ſubti
le,& alia generatiua boni ſanguinis & clari, & uitelli
ouorum aqua carnis,& ſimilia. Secundò per ſplen-
didantia ſpiritum,& reddētia ipſum illuſtrem & cla-
rum,ut faciunt margaritæ. Tertiò per congregātia
& prohibentia reſolutionē eius ſicut Karabe & miro
balani emblici. Quartò corrigendo lapſum cōple-
xionalem eius,ut frigidum cum calidis proprijs ſicut
meliſſa, doronigi, muſcus. Et calidum cum frigidis
ſicut roſa acetoſa,& camphora. Quintò per occultā
proprietatem,ut hiacynthus & calcedonius. Sextò,
ſeparando contraria,ut bugloſſa,& cætera quæ ſepa
rant uapores melancholicos à ſpiritu,& melancholi-
am à ſanguine.Et ſicut omnia clarificantia ſiue mun-
dificantia ſanguinem,facientia ipſum illuſtrem ſicut
capillus uen.fumus ter.lupulus. Septimò,per exer-
citātia ſpiritus exercitio ſuaui & ſibi proportionato;
ſicut cogitationes,aſpectus,auditus,rerum gratarum
& deſyderatarum,ut cantilenæ & ſoni. Octauò, cō
fortando & conſeruando calidū complexionale ſpi-
rituum ſicut faciunt omnia aromatica habentia ſub-
ſtantiam ſubtilem aromaticam conformē ſubſtanti-
tiæ ſpiritus,ſicut crocus,& quorum copiam ſubiun-
gam ſtatim. Nonò & ultimò defendendo ſpiritus à
uenenoſis & ab his quæ ſunt ſibi contraria, tam per
qualitates manifeſtas q̄; occultas,& propter modum
mixtionis & alia inſequentia materiam,ſicut faciunt
zedoaria,lapis ſmaragdus, & ſimilia. Et plures harū
intentionum ſi diligenter aduertas tu inuenies in dia
muſco & in electuario de gemmis deſcriptiōe Meſue.
Et in lætificante Alman.in hoc cap.& in ſimilibus cō
poſitis,& de nouo cōponendis ad hoc propoſitum,
in quibus nihil debet poni niſi propter aliquā ſpecia-
lem intentionem propoſito deſeruientem. Nunc ue-
rò ſubiungam medicinas ſimplices & compoſitas al-
teratiuas & euacuatiuas in hac diſpoſitiōe propria ex
quibus ſunt infraſcriptæ. Frigida ſunt primò acetū,
quod aliquando debet eſſe ſcilliticum propter humo
ris craſſitiem & uiſcoſitatem,lactuca,endiuia,lac, cu-
curbita, flores nenufaris,acetoſa,roſa, uiola, coralli,
margaritæ,coriandrum præparatum,flores pruno-
rum,amigdalarum, flores citoniorum,pirorum, &
propriè odorare perſica,pira,poma aromatica. Cō-
poſita,ſaccharū roſ.ſaccharū uio.Syrupus de pomis
Meſue. Olea ex aliquibus ſupraſcriptis. Calida ſunt
aqua lactis,baſilicō, gariophilatum, calamus arom.
gariophili, meliſſa,muſcus,os de corde cerui,ambra,
been utrunq;,cortices citri,crocus,cubugi,id eſt,caro
perdicis, doronigi, enula, gallia, macis,menta, nux
muſcata,roſmarinus,xiloaloēs,paſſulæ. Compoſita
ſunt diamuſcum,diambra,mithridatum,pliris arco-
ticon.Roſata magna Nicolai. Electuarium de gem-
mis Meſue.lætificans Alman.aromaticū roſ.muſca-
tum,gariophilatum. Gabrielis. Meſue. Confectio
Keſmes Meſ.cōditum de citro.Galia muſcata theria-
ca,&c. Temperata & agentia à proprietate ſunt ſi-
cut aurum bugloſſa & flores eius, calcedonius lapis
collo ſuſpenſus.chryſolithus lapis ſiniſtro brachio li
gatus, borago & flores eius.Hiacynthus,ſaccharum
bugloſſatum, ſaccharum boraginatum, lapis beza-
har. Solutiua ſimplicia ſunt agaricus, aloēs,aqua la
ctis,colocynthis,elleborus niger, epithymum,eſula
lapis

lapis lazuli, lapis armenus & mirobalani, chebuli,
& nigri,ſal indus, ſena. Compoſita ſunt confectio
hamech,diaſenæ,pilulæ indæ, pilulæ de lapide lazu-
li,pilulæ de lapide armeno,hiera Raſis, Meſue, deco-
ctio epithymi Meſue. His ergo pro complenda pri-
ma intentione quæ eſt malæ complexionis alteratio
utere ſimplicibus,aut compoſitis exterius applicitis,
aut interius ſumptis ſecundum quod expedit tuo
propoſito. Prohibentur autem humores à fluxu iu
xta ſecundam intentionem euacuando & diuerten-
do ſecundum quod dicetur in ſequentibus. Corri-
gantur autem accidentia præſentia ſecundum quod
expedit iuxta tertiam intentionem, ut pura uigilia
cum ſomniferis exterius applicitis inungendo, em-
brocando auribus & naribus inſtillando, etiam in-
terius ſumptis,incipiendo à leuioribus, & gradatim
ad fortiora procedendo. Et ſimiliter cætera acciden-
tia præſentia corrigantur ſecundum opportunita-
tem. Cauendum eſt etiam ab imminentibus pericu-
lis ægris & aſtantibus, ne ſe ex alto præcipitent & ne
ſe percutiāt, neq; alios, quapropter oportet quòd a-
liquando teneantur in compendibus & uerberentur.
Et ſint deputati eorum cuſtodes aliqui quos uerean-
tur & timeant:niſi enim ſic fiat nec permittent ſe me-
dicari ſecundum quod oportet, & magna interdum
faciunt ſcandala,& cura omnis erit uana. Regimen
autem ſex rerum non naturalium iuxta quartam in-
tentionem declinet ad humidum ſemper,ſed aliquan
do ad cal.aliquando ad frig. ſecundum diſcraſiæ exi-
gentiam,& totum regimen ſit impinguatiuum,prę-
terquàm quod non faciat cadere in oppilationes, &
inter cætera ſomnus ſit prolixus, & omnia animi ac-
cidentia ad iucunditatem declinent. Si uerò mania &
melancholia pēdeat à mala complexione capitis, aut
ſit ualde antiqua,aut ex generatione cōtracta, aut ſe-
quens alias ægritudines,quarum impoſſibilis ſit era-
dicatio ſicut quę ſequitur epilepſiam,cura ſecundum
plurimum eſt impoſſibilis, ſed lenienda & accidentia
mitiganda quantum eſt poſſibile.

Cura uerò maniæ & melancholiæ pendentium à
mala complexione cum præſentia materiæ melan-
cholicæ in cerebro nō aliunde communicatæ ſex exi
git intentiones curatiuas. Prima euacuat euacuatio-
ne integra ex minoratione, digeſtione & eradicatio-
ne etiam iterata ſi oportuerit. ſecunda diuertit.tertia
cauſam coniunctam reſoluit & euacuat, quarta ma-
lam complexionē in cerebro derelictam corrigit, &
cerebrum,& cor confortat. quinta accidentia corri-
git.ſexta ordinat debitum regimen ſex rerum nō na-
turalium.Pro prima intentione.Si melancholia fue-
rit ſanguinea,aut aliud genus melancholiæ cum ſan-
guine peccauerit fiat phlebotomia ex cephalica de-
xtra aut ſiniſtra,ſcilicet,ſecūdum eam partem in qua
maior capitis grauedo apparet, & fiat foramē latum
& ſanguine exiſtente nigro hauriantur 5.aut.6.℥.ſan
guinis ſecundum exigētiam circumſtantiarum. Si ue-
rō ſanguis fuerit ſubtilis aut tendens in album, non
hauriantur ultra 2.aut 3.℥. Et ſi cauſa huius melan-
choliæ fuerit epar,aut ſplen, phlebotometur baſilica
dextra aut ſiniſtra,& ſi retentio menſtruorum aut hę-
morrhoidarum fuerit in cauſa, phlebotomentur ſa-
phenæ:Meſue autem corpore exiſtente pleno ſangui
ne phlebotomat,primò ex uena nigra, deinde ex ba-
ſilica in melancholia:incipit enim à phlebotomia ma
gis cōmuni. Sed in mania incipit à baſilica exiſtimās
epar eſſe cauſam aduſtionis et conuerſionis ſanguinis
in melancholiam. Et etiā poſt has ſi oportuerit phle-
botomanda eſt uena frontis ad eradicationem cauſæ
coniunctæ. Si uerò aliud genus melancholiæ pecca-
uerit diſtans à natura ſanguinis,ſi multum fuerit,mi-
noretur cum 1.ʒ. ſcenę & grā.5.zing.permixtis cum
℥.3.ſeri caprini,uel ſumatur ſerum caprinum cum ʒ.
2.epithymi.& zing.ſalis gemmæ.añ.gran.2.uel mi-
noretur cum pilulis iſtis. ℞.ſenæ, epithymi, pilula-
rum indarum.ana.℈.1.zing.ſalis gemmæ, ana.grā.
2.aloēs eparici ʒ.1. cum aqua bugloſſæ formentur pi
lulæ 15. de quibus poſſunt ſumi quinq; uel ſeptē pro
minoratiuo.Deinde digeraſ materia cum ſyrupo de
pomis deſcriptiōe Sabor apud Meſue in capitulo de
cura maniæ aut melancholiæ, aut cum ſyrupo de e-
pithymo,aut de biſantijs,aut uiolis,aut de fumo ter-
ræ cum aqua bugloſſæ,boraginis,endiuiæ, nenufa-
ris,meliſſæ,& ſimilium quæ declinent ad calidum et
frigidum ſecundum exigentiam melancholię & alia-
rum circumſtantiarum.Et poſſunt ſyrupi diſtempe-
rari cum ſero caprino, & eſſet ualde conueniens. E-
radicetur autem materia ſi fuerit aduſta in mania
cum electuatio hamech, diſtemperato cum ſero ca-
prino, in quo bullierit epithymum,ſenæ,ſal indum,
zingib. & flores bugloſſæ. Si uerò melancholia
non fuerit aduſta loco electuarij hamech ponatur
diaſena Nicolai, aut eradicetur cum pilulis indis de
lapide lazuli, & lapide armeno, & ſimilibus. Mul-
ta etiam ſolutiua per te componere potes obſeruatis
quatuor regulis Meſue. Prima, ut non ſemel mul-
tam & laborioſam facias euacuationem, ſed per in-
terualla parum pro uice educendo,quo euacuato rei-
teranda eſt. Secunda, ut medicinæ exoluentes non
recedant multum à gradu medicinarum incolumi-
um, quod intelligendum eſt tam quo ad qualitates
manifeſtas, quàm quo ad occultas. Tertia, ut ſolu-
tiua ſemper ſint mixta cum humectantibus & leni-
entibus, propterea præſtantiores ſunt medicinæ in
forma liquida q̄; ſicca. Quarta,ut nunquam denu-
dentur à medicinis confortantibus membra princi-
palia & ſpiritus. Similiter multa digeſtiua compo-
nere potes cal.aut frig. ſecundum quod expedit, ſed
ſemper ſint humida non oppilantia, immo oppila-
tionem remouentia. poſſunt enim aliqua ex ſimpli-
cibus, ſupra enumeratis bullire cum aqua lactis, &
poſtea facta debita collatione, poteſt decoctio ſyru-
pizari cum ſacch, eſt enim aqua lactis optimum ue-
hiculum in huiuſmodi paſſionibus. Et nota quòd
bonum eſt huiuſmodi digeſtiuis & euacuatiuis po-
nere aliquid dirigens talem medicinam ad caput, ſi-
cut uiolæ, ſtecas, & ſimilia. Secunda uerò in-
tentio, ſcilicet, diuerſio perficitur cum clyſteribus,
quæ per te potes componere fricationibus, uen-
toſationibus, deſcendendo, lotionibus extremi-
tatum, quæ cum hoc quòd diuertunt, ſint etiam
ad ſomnum inducendum iuuatiua ſi expediret, fi-
ant etiam diuerſiones cum caputpurgijs, maſtica-
torijs, gargariſmatibus, quæ tria cum hoc quòd
diuertunt etiam cauſam coniunctam eradicant,
quod pertinet ad tertiam intentionem. Et ad hoc
optimè ualent cauteria actualia, & propriè cum

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.48

auro facta in cõmiſſura coronali, ſagittali, lambde, & duabus commiſſuris mendoſis quę ſunt in lateribus, non dico quòd omnes ſemper cauterizari debeant, ſed una aut plures ſecundum quod eſt expediens tuo propoſito, ſemper inſpiciendo cuius partis cerebri operatio magis lædatur, & fiat in commiſſura illi parti pertinenti. Et huiuſmodi cauteria non ſolum conferunt in ea quæ eſt per eſſentiam, ſed etiam per cõmunitatem confortando cerebrum ne recipiat, ut apparuit in cap. de ſoda per cõmunitatem & de intentione Auic. Tertia autem intentio quæ eſt cauſæ coniunctæ eradicatio completur cum iam dictis in ſecunda intentione, & partim cum cõplentibus quartam, quæ eſt cerebri & cordis confortatio & malæ cõplexionis derelictę correctio. Et complentur ambo cum quibuſdam localibus, ut embroca roſ. foliorum ſalicis, florum nenufaris, uiol. boraginis, bugloſſæ, an. M. 1. ſenæ ℥. s. ſtecados arabici. ℥. 1. capitis caſtrati numero 1. Caput caſtrati confractũ bulliat in ſufficienti quantitate aquæ cum ſupraſcriptis uſq; ad decoctionem. deinde cum aqua illa tepida caput lauetur & embrocetur alternis diebus, etiam omni die, & pluries in die ſi expedierit. Et ſi non poſſet dormire, huic decoctioni poſſunt addi cortices papaueris & lactuca. Balnea etiam ex ſimilibus humectantibus facta, toti corpori ſunt in hac diſpoſitione conuenientia, & in fine poſſet inungi caput, & maximè in mania cũ oleo roſ. uiol. de floribus ſalicis de nenufare, & etiam myrtino ad confortationem & malę complexionis derelictæ correctionẽ. Et confortetur etiam cor cum epithymatibus in hac diſpoſitione proprijs quæ ex ſupraſcriptis eligantur, ſaccharum quoq; roſ. bugloſſatum, uiol. boraginatum cum gemmis, margaritis, paſſulis tranſmarinis, ſucco pomorum dulcium, & huiuſmodi ualent iuxta quartam intentionem ad cerebri & cordis confortationem. Et ſi mala complexio derelicta eſſet frigida ſicut in melancholia procedatur cum calidis exterius applicitis & interius ſumptis. Supraſcriptæ enim embrocę & unctiones magis conferunt in mania quàm in melancholia, imò in melancholia augeantur cal. & minuãtur frigida: ſemper tamen in quacunq; ſpecie declinẽt ad humidum. Corrigantur accidentia & propriè uigiliarum inſtantia cũ ſyrupo de papauere, ſumpto hora ſomni, cum lacte ſem. papaueris. Et ſi potẽtioribus opus erit, detur requies deſcriptione Nicolai, aut aliqua ex pilulis de cynogloſſa, ſiue alcaiber apud Meſue, cap. de catarrho ex inuentione Alexandri, & etiam inducatur ſomnus cum his quę applicantur fronti & temporibus ſicut cum populeone, cui apud neceſſitatem addatur parum opij, aut cum embrocis de quibus ſermo præceſſit, & cum balneis humectantibus. Et ſi aliquando cibus in ſtomacho corrũperetur, uomitu educatur, & poſtea ſtomachus cõfortetur cum aromatico roſ. & etiã exterius applicitis, & omnia accidentia ſecundum quod oportet corrigantur recurrendo ad illorum capita propria. Sexta autem intentio ſcilicet, debitum regimen, ordinetur ut fuit dictum de intentione Raſis in expoſitione textus. Declinet enim aër ad humidum, & ſit aliqualiter calidus aut temperatus in actiuis in melancholia, ſed in mania declinet ad frigidum unde habitet in terreno, ſed ſit clarus & lucidus. Et domus habitationis ſit ſine picturis, & ſimiliter ſit regimen in cibo & potu, ut dictum eſt de aëre, & ſit impinguatiuum præter hoc quòd oppilet. Sed declinet ad frigidum in mania & ad calidum in melancholia. Et dentur omnia quæ generent bonũ ſanguinem, ſubtilem, clarũ, & cum hoc cerebrum & ſpiritus confortent. Quapropter uinum album uel medij coloris coloris, ſubtile, unius anni tantum, aliqualiter dulce, & debitè lymphatum ſecundum exigentiã, eſt huic propoſito conueniens. Et ſit ſomnus prolixus, & procurentur euacuationes à natura inſtitutæ. caueat à coitu niſi natura præter modum ſtimulata, moderatè exercitetur, & tempore debito & fricationes leues diuertãr, & impinguant & uicem ſupplent exercitij. Et omnia iucũda adminiſtrentur ei cauendo à triſtitia, ira, ſolitudine, cogitationibus profundis & prolixis. Sit tamen deputatus eius cuſtodię aliquis quem timeat & uereatur, & à quo ſecundum opportunitatem uerberetur, ut ſit obediens.

Cura autem maniæ & melancholiæ per communitatem.

Cura autem maniæ & melanch. per cõmunitatem duplex exigit regimen. Vnum circa membrum recipiens ſcilicet, cerebrum, alterum circa membrum mittens. Membra autem mittentia quorum communitate frequenter læditur cerebrum & incurrit melancholiam, ſunt ſex, cor, ſtomachus, ſplen, meſenteriũ, quod eſt cauſa melancholiæ mirachię, licet etiam mirach propriè acceptum poteſt eſſe cauſa eius, epar, & matrix. Primum autem regimen cerebro adhibendum, quod debet obſeruari in toto curę proceſſu, eſt, ut confortetur & prohibeatur ne à membro ſibi communicãte recipiat uapores, aut humores, aut malam qualitatem per quam ipſius complexio diſtemperetur. Hoc autem fit cum interius ſumptis & exterius applicitis ipſum confortantibus ne recipiat huiuſmodi cauſas nocumentorum, & ne labatur in aliquam ægritudinem in quam merito membri ſibi communicantis eſſet aptum labi: ergo in omni diſpoſitione cerebrum debet humectari, debet autem aliquando calefieri & propriè in melancholia, aliquando frigefieri & propriè in mania, ſecundum exigentiam nocumenti ſibi à membro mittente communicati, aut communicandi. Debet etiam confortari cum his quę propria ſunt calidis aut frig. ſecundum exigentiam. Quę autem ſint iſta patere poſſunt ex iam dictis, ſunt enim enumeratę ferè omnes medicinę famoſæ ſimplices aut compoſitæ cal. & frig. hu. & ſic. & temperatę in hac diſpoſitione propriè, tu tamen utere his quæ tibi magis deſeruiunt. Secundum autem regimen reſpicens membrum mittens quatuor exigit intentiones. Prima quia iſta nocumẽta horum membrorum ſecundum plurimum ſunt materialia, eſt euacuatio integrata ex minoratione, digeſtione & eradicatione etiam iterata ſecundum exigentiam. ſecunda eſt diuerſio tam à membro mittentè quàm à cerebro recipiente. tertia eſt cauſæ coniunctæ facientis nocumentum in membro mittẽte reſolutio & remotio. quarta eſt huiuſmodi mẽbri confortatio, rectificando ipſius cõplexionem ut huiuſmodi materias nõ generet, ſed fiat minera materiæ laudabilis. Quæ autem ſunt digerentia & euacuantia materias horũ membrorũ iuxta primã intentionẽ ex dictis, & dicendis manifeſtũ erit. Oportet enim aliquando phlebotomare aliquando electiuè

electiuè euacuare alios humores cum his quæ ſunt propria materiæ peccãti & membro læſo. Et aliquando uomitu, & aliquãdo ſeceſſu, & aliquãdo per alias regiones ſecundum naturę uariam inclinationem. Et quia hi humores cõmuniter ſunt craſſi ſecundum plurimum erit opportunum has euacuationes iterare. Et digerentia debent eſſe ſecundum plurimũ humectantia, ſubtiliantia, incidentia, aperientia, propria materiæ peccanti & membris læſis. Sed aliquando magis ad cal. aliquando magis ad frig. declinent ſecundum exigentiam materiæ, & accidentium, & reliquarum circunſtantiarum. Diuerſio autem iuxta ſecundam intentionem perficiatur cum clyſteribus, lotionibus cruriũ, ligaturis, fricationibus, uentoſationibus, quæ deſcendant à membro læſo ad partes diſtantes. Et etiam aliquando opus eſt prouocare menſtrua & hæmorrhoidas, & ſi quod ulcus antiquum fuerit, conſolidatum, oportet ipſum de nouo rumpere, ut materię retentæ per regiones illas diu conſuetas purgentur. Tertiò autẽ intentio ſcilicet cauſæ coniunctæ à membro mittente reſolutio perficitur cum emplaſtris, & unguentis, & fomentis tam membri quàm materiæ proprijs, & aliquando cum uentoſis, cum ſcarificatione & ſine, & aliquando cum cauterijs tam actualibus quàm potentialibus in membro mittente, licet actualia ſint præſtantiora quæ diu teneantur aperta: ſunt enim efficacia in multis paſſionibus. Et hæc omnia cum hoc quòd euacuant cauſam coniunctã etiam à cerebro diuertunt. Iſtorum autem membrorũ confortatio & malitiæ complexionis rectificatio iuxta quartam intentionem perficitur cum interius applicitis ſuæ diſcraſiæ cõtrarijs aliqualiter ſtipticis, & per uirtutem quartam ipſa confortantibus, quæ omnia patere poſſunt in proprijs capitulis diſpoſitionũ ſingulorũ membrorum. Accidentia autem corrigantur & ordinetur debitum regimen ſex rerum non naturalium ſecundum quod dictum fuit in cura melancholiæ per eſſentiam in cerebro, &c.

DE CVRA CVTHVBVTH.

Cura cuthubuth quæ eſt una ſpecies famoſa melancholiæ exigit illas ſex intentiones curatiuas ſuperius dictas in cura melancholiæ per eſſentiam in cerebro. Verum Auic. appropriat aliqua huic diſpoſitioni. Primum ut multum dormiat & totum regimen notabiliter declinet ad hum. & aliqualiter ad frig. cum pendeat à melancholia genita per aduſtionem cholerę aut melancholiæ. Secundum ut fiat cauterium in ſyncipite ſcilicet, in commiſſura coronali. Tertium ut fiat phlebotomia ferè uſq; ad ſyncopim, de qua nõ paruũ eſt dubium, quando Auic. in nulla ſpeciæ melancholiæ aut maniæ perceperit tantam phlebotomiam, cum tamen in melancholia ſanguinea competat copioſior phlebotomia. Præterea multa extractio ſanguinis qui melancholiæ opponitur, uidetur eſſe cauſa augmẽti melancholiæ. Sed ego credo intentionem Auic. fuiſſe hanc melancholiam eſſe coniunctam multitudini humorum & ſanguinis, cuius ſignum, quia accidit in principio ueris ſcilicet, in februario, & ob iſtam cauſam tantam præcipit phlebotomiam ad euacuandum multitudinem. Et ex hoc poteſt faciliter patere ſolutio ad duas inſtantias adductas in contrarium. Quartum eſt ut uerberetur cum hic ſit multum inobediens.

DE CVRA ILISCI.

Cura autem iliſci quæ eſt una ſpecies melancholiæ pendens à cauſa primitiua ſcilicet ex amore duplex regimen exigit. Primum ut amor & appetitus rei amatę deleatur aut remittatur. Secundũ ſi primum nõ ſufficeret, quia fortè iam pendet à cauſa corporea fixa in cerebro, eſt, ut curetur cura melancholiæ per eſſentiam de qua ſermo præceſſit. Primum autem regimen duobus perficitur modis. Primus eſt ut patiẽs potiatur re amata ſi fieri poteſt, & eſt ex illis quæ lex permittit, nam habitibus præſentibus in materia ceſſat motus. Si uerò iſtud fieri non poteſt, aut lex non permittit, tunc ſecundus modus eſt ut amor aut appetitus ille deleatur, aut remittatur tum faciendo, ut ipſe abominetur rem amatam memorando turpiſſima illius, & quòd illa potius amabat alium quàm ipſum, imò plures, & perſuadendo ei quòd hic eſt tentatio dæmonis, & in præiudicium animæ ſuæ. ſecundo conuertendo animum eius ad alia, tum ſcilicet ad dignitates ad quas exaltetur, tum ad uenationes iocos & ludos, tum ad amorem aliarum quibus potiatur. Corruptio enim puellarum & plures concubitus ipſarum, & ipſarum renouatio & delectatio cum ipſis maximè iuuãt ad delendum amorem primum. Et ſi per hoc non deleatur ſpecies triſtitiæ magnæ, & dolores ingentes, fortaſſe inducent obliuionem primi amoris. Ex his patere poteſt cura melancholiæ, à quacunq; alia cauſa primitiua.

DE CATARRHO. Cap. XVII.

CAtarrhus græcè defluxus latinè. Rheuma gręcè fluctuatio ſiue inundatio latinè. Quãuis in libro de doctrina græca catarrhus ſumitur tripliciter. Communiſsimè & eſt fluxus materiei de uno membro ad reliquum. Cõmuniter & eſt fluxus materiei à capite ad membra ſuppoſita. Propriè eſt fluxus materiei à capite ad pectus. Branchus eſt fluxus materiei à cerebro ad fauces, aut ad amigdalas quæ ſunt parum infra aures. Branchos autem græcè, latine dicitur raucedo. Coryza uerò grauedo eſt fluxus humiditatis ad nares, & nomẽ ſumpſit à ſonitu in oſsibus narium & chartilaginibus ſenſatũ. Et Gerardus de ſolo his duobus uerſib. hæc perſtrinxit.

Cum fluit ad pectus dicatur rheuma catarrhus,
Ad fauces branchus, ad nares dico coryzam.

Ex his patet quid nominis & quid rei. Catarrhus uerò ad omnes ægritudines corporis diſponit. Fluẽs enim ad neruos & originẽ nuchæ poteſt cauſare ſpaſmum, paralyſim & cæteras neruorum paſſiones. Fluens ad oculos, cauſat opthalmiam cæcitatem, & cæteras oculorum paſſiones. Fluens ad aures ſurditatem. Ad caruncula mamillares impedit olfactum. Ad cutim capitis facit alſahafati, tineam, & ſimiles. Ad dentes dolorem eorum & corruptionem. Ad linguam & partes oris, alchola & cæteras ægritudines. Ad guttur ſynanchen. Ad cannam pulmonis, impedit uocem. Ad pulmonem, apoſtema eius & phthiſim. Ad pectus, pleureſim. Et interdum fluens ad partes ſpirituales ſubitò ſuffocat. Ad meri impedit deglutionem. Ad ſtomachum, dolorem in eo, & cæteras ęgritudines. Ad inteſtina, fluxũ & cholicam. Deſcendẽs etiam per neruos & uenas ad loca longinqua cauſat podagram, & cæteros dolores arteticos.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.49

Ad cor cauſant tremorem in eo & cæteras paſſiones. Et ad uenas apoplecticas, apoplexiam. Et per uenas fluens ad epar, cauſat nocumenta in ipſo, & ad renes, & ad ueſicam, quãdoq; excoriationẽ. Et ut unico uerbo omnia cõplectar, poteſt eſſe cauſa quarumcunq; ægritudinum cuiuſcunq; membri ſaltem in genere.

CVm caput alicuius in egreſsione balnei diſcoopertũ fuerit, aut poſt exercitium, aut poſt aliud, fueritq; aër frigidus & uentus ſeptentrionalis, & accidit inde naribus, & palato pruritus, & commotio & ſternutatio.

Diuiditur hoc capitulum in partes duas. Primò ponit cauſas catarrhi & ſigna in generali. ſecũdò curam. ſecunda ibi. Pannus tunc calefaciendus. De prima dicit, quòd dum caput alicuius in egreſſione balnei diſcoopertum fuerit, aut poſt exercitium, aut aliud calefaciens ſicut iram, coitum & ſimilia, & præcipuè ſi fuerit aër frigidus & uentus ſeptentrionalis, qui frigidus eſt & ſiccus, tunc iſte incurret catarrhum. Cuius ſigna generalia ſunt hæc, titillatio pruritus in naribus & palato, & commotio, & ſternutatio. Si enim materia fluat ad nares cauſabitur in eis pruritus commotio propter motus illius materiei & interdum ſternutatio ſi uirtutem ſtimulauerit ad expellendum. Horum autem ratio eſt, quia in balneo humores caleſiũt, ſubtiliantur, pori aperiuntur. Similiter in exercitio & alijs huiuſmodi calefacientibus. Vnde aër frigidus occurrens multum penetrat ad profundum, & multo magis uentus, quapropter fit illarũ humiditatum liquefactarũ per balneum expreſſio ad membra ſuppoſita, & ſic catarrhus. Signa uerò iam dicta ſunt propria, cum cõmotio, titillatio, & pruritus quidam non abſoluatur ab ipſa materia actu fluente. Prima diſtinctio. Catarrhus eſt duplex, quidã cal. quidam frig. Et catarrhus calidus poteſt à cauſa frigida pendere ſicut à uento exprimente humiditates calidas in capite exiſtentes, & poteſt pendere à cauſa calida ſicut à balneo liquefaciente. Idem dicendum eſt de catarrho frigido. Et propterea nõ te decipiat cauſa, nec arguas, cauſa eſt calida, ergo catarrhus calidus eſt, nec contra, eſt cauſa frigida, ergo catarrhus frigidus, ſed uide ſigna inferius ponenda. Verũ ſecũdum plurimũ catarrhus calidus pẽdet à cauſa calida, et frigidus à frigida.

Secũda diſtinctio eſt. Aliquis catarrhus eſt craſſus. Aliquis ſubtilis. Et uterq; poteſt eſſe calidus & frigidus ſubtilis quidẽ cholericus eſt calidus, ſubtilis aquoſus eſt frigidus. Similiter craſſus poteſt eſſe calidus partibus ſubtilib. per actionẽ calidi reſolutis, et poteſt eſſe frig. & factus craſſus per actionem frigidi partes ſubtiles exprimentis. Tertia diſtinctio quidam eſt ſalſus, quidam amarus, quidam acutus, quidam fœtẽs, & hi ſunt calidi: quidam inſipidus, quidam dulcis, & hi ſunt frigidi. Quarta diſtinctio, quidam eſt continuus, quidam interpolatus, imò frequenter periodicus, materia indeterminato tempore ſub certa quantitate ſufficiente ad motũ aggregata, qua fluxa quies erit per tantundem temporis.

Cauſæ ſunt triplices primitiuæ antecedentes & coniunctæ. Primitiuæ quædam ſunt extraneæ ſicut percuſſio capitis cerebrum debilitans. Sumptio uenenorum aut eorum applicatio, balneum calidum. Et comeſtio rerum calidarũ ſicut alliorum cæparum & ſimiliũ, roſæ & uiolæ à proprietate faciunt coryzam. Ex cauſis primitiuis non extraneis eſt aër frigidus, ſtatio ſub radijs lunæ & uenti ſeptentrionales humiditates exprimentes, ſimiliter aër calidus, ſtatio ſub ſole & uenti meridionales caput replentes & humiditates liquefaciẽtes. Et ſi uenti ſeptentrionales ſuccedant ad meridionales plures catarrhos & ægritudines ab eis pendentes expectare oportet, cũ primi caput repleãt, ſecundi humiditates exprimant. Et multiplicantur etiam in hyeme, & propriè ſi prçceſſerit æſtas ſeptentrionalis paucæ pluuiæ, & autumnus auſtrinus pluuioſus. Et quando multiplicantur catarrhi in hyeme & propriè in regionibus meridionalibus propter repletionem capitũ. Item crapulæ, ebrietates, uina potentia, ſatietas nauſeatiua ſunt cauſa catarrhi, & propriè in regionibus meridionalibus, & omnia ad caput multum effumantia & difficilis digeſtionis. Somnus enim multus eſt cauſa eius caput replendo & humectãdo, repletio ſuperflua & retentio ſuperfluorum conſuetorũ euacuari. Item nimia ſanguinis euacuatio per phlebotomiam, aut aliter ſunt cauſa eius. Exercitiũ forte humores liquefaciẽdo & nimia quies caput humectando. Ira fortis & cogitationes fortes humores liquefaciendo ſunt cauſa catarrhi. Antecedentes quidem cauſæ ſunt duplices, quædã per eſſentiam, quædã per cõmunitatem. primi ſunt humores ſuperflui cuiuſcunq; generis in capite exiſtentes, item malæ cõplexiones, ut frigida debilitãs digeſtiuam, & humida debilitãs retentiuã, & calida humorem ſubtilians & ſtimulans expulſiuã. Sicca uerò rariſſimè eſt in cauſa eius, niſi fortè poros obſtrueret quibus prohiberetur uaporũ reſolutio, & mala cõplexio frigida eſt cauſa, cur branchi & coryzæ in ualde ſenibus non maturãtur, cum frigiditas illa ex decurſu ætatiuo acquiſita corrigi non poſſit, quapropter per uiam paulatim factæ congeſtionis in his, & in quibus uirtus digeſtiua & epulſiua eſt debilis, fiunt catarrhi, digeſtiua nõ potente ſufficienter conuertere nutrimentum, & expulſiua non potente ſuperfluitates expellere, debilitas iſtarum uirtutũ quandoq; contrahitur ex principio generationis, quandoq; ex tempore propter longas cerebri ęgritudines. Catarrhi aũt quandoq; fiunt propter cõmunitatem, aut à toto ſicut in febribus, & maximè in principijs febriũ uidemus fieri catarrhos materiebus eliquatis ex caliditate uaporũ febrium, quandoq; per cõmunitatem à membro particulari, ſicut à ſtomacho maximè cũ debilis eſt in digerendo, multis uaporibus ad caput eleuatis, & propriè cũ os ſtomachi eſt debile, nõ ſe corrugans ſuper cibũ. Et ſimiliter pendere poſſunt à reliquis mẽbris noſtri corporis. Sed notate quòd licet plures ſint catarrhi frigidi q; calidi, eo quod ſuperfluitates cerebri ſunt ſecundum plurimũ frigidæ magis q; calidę, ſunt tamen frequentius à cauſa calida q; à frigida, cum cauſæ calidæ faciant catarrhos attrahendo & diſſoluendo. Et ex eo quod magis ponũt materias in motu ipſas ſubtiliando. Frigiditas uerò facit catarrhos debilitando uirtutem, unde paulatim cõgerif materia, & aliquãdo in-

craſſando

craſſando uapores ad caput eleuatos, eſt enim caput ſicut alembicus, ut uult Auic. quandoq; uerò humiditates exprimendo. Frigiditas uerò magis immobilitat, & retinet materias quàm caliditas. huic tamen opinioni non aſſentio cum ſit contra experientiam, & contra Auic. 5. tertij cap. proprio, & contra Gal. 2. techni &c. Notate ſecundò quod caput calidum eſt paratum catarrhis à cauſa extrinſeca ſiue calida ſiue frigida propter pororum dilatationem, caput uerò frigidum eſt magis paratum catarrhis à cauſa intrinſeca. Humidum uerò propter utramq; cauſam eſt ad catarrhos parariſſimum. Tertiò notate quòd corpora habentia ſplenem durum non habent catarrhum, quia habentes unum membrum debile habẽt reliqua membra incolumia materijs ad membrũ debile fluẽtibus, ſecunda cauſa, quia habentes ſplenem durum, habent humores craſſos, terreos, non aptos fluxui. Et ſimiliter econtrario habentes catarrhos non facilè incurrunt duritiẽ ſplenis. Vltimò nota quòd ſoda coniuncta catarrho auget ipſum tum attrahẽdo propter dolorem, tum uirtutes debilitando &c.

Signa prognoſtica catarrhi ſunt cauſæ ipſius: & diſpoſitio corporũ de quibus ſermo præceſſit. Signũ demonſtratiuum commune catarrho & coryzæ eſt titillatio & commotio quædam ſenſata in naribus uel in gutture ſecundum fluxum materiæ ad unam partem uel ad alteram.

Signa catarrhi calid. & frigid. ſunt hæc. Primum ſumptum à complexione maximè capitis, quia ſi calidum ſit, ut quia facies erit rubea uel citrina erit ſignum catarrhi calid. Si uerò contra complexio fuerit frigida, quod ſignificabitur per palorem et plumbeitatem, erit ſignũ catarrhi frigidi. Secundum ſignum eſt ſumptum à caliditate uel frigiditate ſenſata eius quod fluit per nares aut palatum. Tertium ſignum ſumptum à ſapore ſiue odore eius quod fluit, nam ſi fuerit ſaporis aut odoris acuti, aut ſalſi, aut amari, aut fœtentis iſtud eſt calidum. Si uerò inſipidi, dulcis aut acris iſtud eſt frigidum. Quartum ſumitur à colore, ſi enim quod fluit fuerit citrinum aut rubeum, ſignificat caliditatem. Si uerò album & non fuerit ſalſum, frigiditatem. Si uerò nigrum aut uiride ſine ſapore aut odore forti ſignificante caliditatem iſtud eſt frigidum. Si uerò cum dolore forti, illud eſt calidum. Verum nigredo à frigiditate eſt opaca, à caliditate eſt lucida. Quintum ſignum ſumitur à iuuantibus & nocentibus. Si enim iuuetur per ſe à febre & calidis eſt frigidus, ſin contra, eſt calidus. Sextum ſignum ſumitur à nocumentis eius. Si enim fluens ad nares fecerit punctionem, ardorẽ, frequentem ſternutationem cum oculorum rubedine & partium adiacentium, ipſe eſt calidus & præcipuè ſi ibi fuerit paucitas naſitatis, id eſt, locutionis cum naſo, neq; odoratus fuerit uehementer impeditus, neq; oppilatio narium multa. Ex contrarijs autem ſignis cognoſcitur ipſum eſſe frigidum. Si uerò fluet ad palatum & guttur & fecerit aſperitatem, in gutture punctionem, ardorem, mordicationem, alchola, ipſe eſt calidus, & horũ priuatione arguitur ipſum eſſe frigidum.

Signa uerò catarrhi craſſi uel ſubtilis ſumũtur. Primò ex eo quod expellitur. Nam ſi fluat & non terminetur termino proprio ſubtilis eſt. Si uerò ſit globatum & terminetur termino proprio craſſus eſt. Secundò ſumitur ex uelocitate fluxus, nã ſi fluat ſubitò & maximè ad partes diſtantes ſicut ad uias anguſtas ipſius pulmonis ſubitò ſuffocans eſt ſubtilis. Si uerò tarde fluat eſt craſſus imò interdum adeo craſſus eſt, ut uix poſſit euelli. Verum non te decipiat mora ipſius, nam longa mora exempli gratia in pulmone partibus ſubtilibus reſolutis incraſſatur, & ſic cũ expellitur apparet craſſus, ſed hæc ambiguitas tollitur ex uniformitate uel difformitate eius, nam ſi craſſus ſit per totum hoc arguit eius craſsitiem. Si uerò craſſus ſit in medio, ſubtilis in partibus circumſtantibus, arguitur ipſum eſſe ſubtilem, illę enim partes circumſtantes ſubtiles ſunt, quę nouiter aduenerũt nondum incraſſatæ. Cæteræ autem differentiæ catarrhi facilè dignoſcuntur. Signa uerò cauſarũ primitiuarum ſunt ipſæmet cauſæ primitiuæ, antecedentes uel concomitantes nocumenta ex ipſis derelicta.

Cognoſcitur autem eſſe per communitatem à toto, ut quia adſunt nocumenta totius, ut puta febres, in quarũ paroxyſmis catarrhus augetur & ipſis recedentibus minuitur, ipſis ablatis remouetur, ſimiliter ſi præcedat aut adſit nocumentum membri particularis, ut ſtomachi aut aliorum quorum nocumento aucto augetur catarrhus & diminuto diminuitur.

Cognoſcitur autem eſſe per eſſentiam in capite ex ipſius continuitate, & quia non adſunt aliorũ membrorum ægritudines à quibus pendere poteſt. Signa uerò humorum ſcilicet phlegmatis aut choleræ & cætera à quibus pendet ſumuntur à ſignis ſuperius poſitis. Signa uerò cauſarum efficientium corporea, ſcilicet calid. frigid. &c. patent ex dictis in præcedentibus capitulis, ut quia caliditas capitis eſt cum citrinitate faciei aut rubore, & ſimiliter temporum, frontis & oculorũ, & cum caliditate ſenſata circa illas partes. & cæteris ſignis calid. cerebri latius uidendis prima tertij, & ſecundo techni. Si uerò cum frigiditate erit pallor & albedo, color plumbeus, tactus frigidus. Si uerò fuerit humiditas in cauſa, erit multa mollities, laxitas &c. Sicca uerò ex aſperitate & paucitate catarrhorum cognoſcitur.

Signa uerò debilitatis ſiue ex tempore ſiue à generatione contractæ, ſumantur à diminutione operationum cerebri & ortorum uel corruptione, ſimiliter à paucitate reſiſtentiæ cauſis ægris &c.

Prognoſtica. Primũ catarrhoſi ſunt ferè ad omnes ægritudines facile parati maximè habentes catarrhũ ſubtilem. Secundum. Catarrhus per eſſentiam diu inueteratus rarò uel nunquam recipit curationem.

Tertium eſt Hippocratis. Branchi & coryzæ in ualde ſenibus, id eſt, decrepitis non maturantur, 2. Aphor. Ante omnia in cura catarrhi ſunt tres canones obſeruandi. Primus aliquãdo catarrhus & cauſa catarrhi conueniunt. Aliquando contrariantur, & ſiquidem conueniant, ut quia ambo ſint frigidi cum calidis procedemus. Si uerò ambo calidi, cum frigidis. Si uerò contrariantur, ut quia cauſa ſit calida, & catarrhus frigidus, aut econtrario, eſt diligenter conſyderãdum cui magis intendere debeamus. Sed hic attende canones Auic. quarta primi, capite ultimo. Si enim cauſa catarri & catarrhus ęquè fortes ſint, aut cauſa fortior, magis ad cauſam intendere debemus, tum quia cauſa, tum quia ſecundum plurimum ipſa non remota catarrhus non remouetur. Et propterea

Raſis in catarrho proueniente à uento frigido uel aëre frigido docet caput cum panno multum calefieri, etiam ſi catarrhus eſſet calidus. Similiter econtrario ubi catarrhus pendet à ſole uel à caliditate impreſſa in caput deberemus ipſam primò remouere cum frigidis, etiam ſi catarrhus eſſet frigidus. Vbi uerò cauſa eſſet parua & leuis, catarrhus autem ualde fortis magis oportet intendere catarrho, cauſa tamen non omnino neglecta.

Secundus canon eſt ut ſemper in principio caueamus ab omnibus inquietãtibus, & materiam agitantibus, ſiue illa fuerint medicinalia, ſiue pertineant ad regimen ſex rerum non naturalium. Et propriè omnis motus ſiue localis ſiue ſternutatio & cætera huiuſmodi ſunt in principio uitanda.

Tertius canon ut demus ea quæ confortant caput & membrum quod læditur per catarrhum ſicut pulmo & huiuſmodi. Et caueamus à nocentibus ſibi. Et propterea cauendum eſt ab acribus & acetoſis. Et ſimiliter à ualde ſtipticis & ponticis uel ſi huiuſmodi conueniant propter ipſum catarrhum ſicut acetum ad incidendum, bolus armenus ad conſtringendum, hæc acetoſa corrigantur cum dulcibus, ſtiptica cum lenientibus &c.

Cura ergo catarrhi ſecundum Meſue ſex exigit intentiones. Prima ordinat debitum regimen. Secunda digerit materiam. Tertia euacuat. Quarta diuertit. Quinta ſiſtit ipſum. Sexta corrigit accidentia. Et hæc intelligenda ſunt præter intentionem primam generalem quæ eſt remotio cauſæ quę ſecundũ plurimum in cura omnium catarrhorum eſt pręmittenda. Si ergo cauſa fuerit primitiua ſicut aër frigidus, aut calidus, crapula, ebrietas, ſomnus diurnus, & huiuſmodi remoueantur. Et ſimiliter nocumenta ex ipſis derelicta. Si uerò fuerit per cõmunitatem à toto ſicut in febribus, attendatur curæ febrium, catarrho non neglecto, & ſimiliter ſi fuerit per communitatẽ à ſtomacho aut à membro particulari nocumentum illius membri corrigatur & diuertantur uapores ad inferiora, omni genere diuerſionum. Et ſemper in fine menſæ ſumatur aliquod uaporum repreſſiuum, & oris ſtomachi corrugatiuum, ſicut coriandrum, citonium & huiuſmodi, & iterum cura catarrhi nõ negligatur. Si uerò cauſa fuerit per eſſentiam in capite ſicut mala complexio calida aut frigida, aut debilitas aliam conſequẽs diſpoſitionem ex tempore, aut à generatione cõtractam, huic in primis intendatur. Et ſi eius cura, catarrho conueniat ſimul amborum curæ communi intendatur. Igitur iuxta primam intẽtionem Meſue. Si catarrhus fuerit calidus declinet aër ad frigidũ. Si frigidus ad calidum, ſecundum plurimum tamen ad ſiccum. Et hoc dico ubi catarrhus & eius cauſa conueniant. Vbi uerò contrarientur, cauſæ ſecundum plurimum in principio magis attendatur, deinde catarrho, & inter cætera cauendum eſt ab aëre fumoſo, uentoſo, pluuioſo, & ſtatione ſub radijs ſolaribus aut lunæ, & propriè per feneſtram ingredientibus, & ſit boni odoris. Caput uerò magis aut minus teneatur calidum ſecundum temporum exigentiam, ita ut non æſtuet neq; frigeat, habendo tamen reſpectum ad conſuetudinem quæ in hoc multum conſyderanda eſt. Verum in cauſa calida & catarrho calido magis frigidum teneatur, econtrario in catarrho & cauſa frigidis. Reſiduum tamen corporis ſatis calidum teneatur ut uapores nõ retineantur, imò tranſpirent & reſoluantur & ad inferiora diuertantur. Potus eius ſit aqua ſaccharata aut aqua mellis aut hordei aut ſaltem per arenã diſtillata. Cauendum eſt à uino niſi in declinatione, potus tamen non ſit nimius. Vitet potum aquæ frigidæ, niſi catarrhus ualde calidus ſit. Potus aquæ calidæ maturat catarrhos. Verum in catarrho ſubtili calido retentio aquæ frigidę in ore confert. Ex ferculis conueniunt far, hordeũ, ſpelta, ſed maximè horum kiſch. Item kiſch fabarum, farina hordei, amyli, in calido, ſed in frigido kiſch frumenti, ficus ſiccæ, kiſch cicerum. Vitentur caules & cætera multum effumantia, uitentur etiam multum brodialia & propriè in cœnis. Ex carnibus & piſcibus conueniunt quæ ſunt facilis digeſtionis, boni nutrimenti, paucarum ſuperfluitatum, & lac eſt pręcioſum in catarrhis maximè calidis niſi aliud obſtet. Sit cœna leuior prandio imò interdum omittatur. Diminutio enim ciborum & potuum eſt cura prima. In fine menſæ comedat corrugantia os ſtomachi & fumos prohibentia, ſicut coriandrum præparatum, citonium aut pirum coctum, ſomnus nimius nocet, & etiam ſuperfluæ uigiliæ, magis tamen nocet ſomnus & propriè immediatè poſt crapulas & quemcunque cibum & maximè diurnus, dormiat capite leuato ad alterum laterum declinante. Procurentur euacuationes omnium ſuperfluitatum per conuenientes regiones. Fricatio tamen capitis & pectinatio non conueniunt in principio, ſed in fine. Coitus ſuperfluus nociuus eſt, exercitium non conuenit niſi in declinatione. Verum fricationes & propriè partium inferiorum uicem ſuppleant exercitij. Accidentia animi ſint quieta. Secunda intentio, ſcilicet digeſtio perficitur in ſubtili calido cum ſyrupo uiolaceo, de iuiubis, de ſebeſten, de papauere aut cum eorũ decoctionibus. Et mucilago pſilij eſt efficax. Similiter diadragagãtum, diapapauer, diacodion ſunt ultima. Cum hoc enim quòd digerunt etiam ſiſtunt catarrhum. Si uerò fuerit catarrhus, calidus, craſſus cum aliquo iſtorum ſicut cum ſyr. uiolaceo admiſceatur aliquod inciſiuum, abſterſiuum, ſicut ſyrupus acetoſus aut oxymel ſimplex, & aqua hordei potus medicinalis eſt & abſterſiua. In catarrho uerò frigido craſſo conuenit oxymel ſimplex, compoſitũ, ſcilliticum, loch de pino, diairis & ſimiles: Et ſumãtur cum aqua mellis aut hyſſopi aut paſſularum, & ſimilium. Si uerò catarrhus fuerit ſubtilis frigidus aquoſus, conueniũt calida & ſicca incraſſantia ſicut ſyrupus de myrto cum melle roſ. & poſſet ſumi cum aqua decoctionis, thuris, ſandaracæ, nucum cupreſſi, & poſſunt aromatizari cum mace, gariophilis, galia muſcata, & ſimilibus. Verum Meſue digerit catarrhos tam calidos quàm frigidos cum balneis, & cum his quæ capiti applicantur & cum his quæ inijciuntur in aures & cum odoratis per nares calidis aut frigidis ſecundum exigentiam. Sed credo hæc non cõuenire niſi ubi materia fuerit ualde pauca aut ubi fuerit minorata.

Tertia autem intentio completur cum euacuantibus materiam peccantem. Si ergo materia fuerit calida educatur cum decoctione fructuum, ſcilicet iuiubarum, ſebeſten, prunorum, uiolarum, cum quarum decoctione trahatur, caſſiæ, ℥. 1. aut mannæ. ℥. 1. s. & exhibeatur

exhibeatur ſtomacho ieiunio, & poſſet addi apud neceſſitatẽ à. s. ʒ. uſq; ad. 1. electuarij de ſucco roſarum, pilulę etiam alſeiaret poſſent exhiberi poſt cœnam & apud neceſſitatem poſſunt fortificari cum ℈. s. pilularum aurearum, & polypodium habet proprietatem in euacuãdo materiã ſalſam. Si uerò fuerit phlegmatica conuenit hiera ſimplex, hiera compoſita, pilulæ cochiæ & ſimiles. Clyſteria quoq; conueniunt in calida, ſi ſint infrigidantia & humectantia & lenientia, & in frigida ſi ſint calefaciẽtia & magis acuta. Phlebotomia uerò non conceditur niſi in tribus caſibus. Primus, ſi catharrus eſt calidus in corpore calido cũ multa ſanguinis abundantia, ſcilicet in quo ſit oculorum rubedo, uenarum plenitudo &c. Secundus ſi catarrhus fuerit calidus & declinans ad aliquam partem figatur in ea, ſicut in oculis, faucibus, pulmone pleura, diaphragmate. Tertius caſus ſi catarrhus ſit cum febre & maximè continua, arguente materiam uel putreſcentem uel peccantẽ ad intra uenas. Quarta intentio, ſcilicet diuerſio perficitur quandoque cum communibus, ſicut cum fricationibus, ligaturis, uentoſationibus, lotionibus crurium & brachiorum quę debent diueſificari ſecundum materiæ diuerſitatem. In catarrho quidem calido ſint frigidæ, & in frigido calidæ, quandoq; perficitur cum proprijs & ſunt quatuor generũ, ſcilicet caputpurgia, gargariſmata, maſticatoria & ueſicantia ſiue cauterizantia. Caputpurgia uerò fiunt ad diuertẽdum materiam per nares de cuius fluxu timemus ad loca nobilia. Hæc enim digeſta materia & euacuata optimè conferunt, ipſa uerò non digeſta nec euacuata magis nocent agitando materiam, quàm proſint ipſam diuertẽdo. Et hæc diuerſificanda ſunt, in materia quidem frigida conceduntur acuta, ſicut ſuccus artanitæ, elleborus & ſimilia, in calida uerò aqua uiol. cum ſucco blitis aut pauco ſucco artanitæ. Perficitur etiam hæc intentio cum ſuffumigationibus & odoramentis aperientibus nares & deoppilantibus colatoria, ſicut ſi in catarrho calido reciperet fumum decoctionis uiolarum, & in frigido fumum decoctionis maioranæ. Gargariſmata uerò fiunt propter quatuor intentiones. Prima ut partem nobilem per ignobilem purgent ſicut gargariſma factum ex decoctione pyrethri, zingib. & ſimiliũ, purgat enim cerebrũ per uiam oris, aliquãdo fit ad ſtringendum fluxum ſicut adminiſtratio diacodiõ & decoctio roſarum, balauſtiarum & ſimilium. aliquando fit ad abſtergendum illud quod fluit ſicut adminiſtratio oxymellis ſimplicis aut ſcillitici. aliquando fit ad alterandum quod fluit ſicut adminiſtratio camphorę ad calidum, & mirrhæ ad frigidum. Aliquando uerò plures ex his intentionibus per gargariſmata complentur, & propterea gargariſmata in cura catarrhi conueniunt in tribus caſibus. Primus, in catarrho calido ſubtili cum rebus incraſſantibus, & infrigidantibus ut fiat agilis ad expellendum, cum prius propter ſubtilitatem & acuitatem excreari nõ poſſet, ſicut ſyrupo de papauere cum aqua roſ. Secũdus, in catarrho multæ uiſcoſitatis & ſpiſſitudinis cum rebus incidentibus & abſtergentib. ſicut oxymelle ſimplici aut ſcyllitico. Tertius, quando timeremus materiam figi in faucibus aut in gutture ſicut in ſynãchi gargarizamus diamoron, & ſimilibus. Sunt autem quatuor caſus in quibus gargariſmata ſunt ſuſpecta. Primus eſt timor & ſuſpitio catarrhi ad pectus, & ad pulmonem fluere conſueti & propterea in paratis ad aſthma, & phthiſim, & ſimiles paſſiões propter catarrhum cauemus gargariſmata. Secundus caſus eſt ſi catarrhus ſit acutus, ſubtilis, cuius fluxus facilè cõcitaẽ, in hoc enim caſu melius eſt retinere in ore infrigidantia & incraſſantia non gargarizare. Tertius caſus eſt eſt in præfocationibus quæ fiunt ſubitò ad has enim parati non gargarizent. Quartus caſus, ſi catarrhus ſit multus & uehemens quantũ ad motum eius, Hæc autem gargariſmata & maſticatoria fiunt quandoq; ad diuertẽdum materiam fluentẽ ad nares ut per uiã oris expellatur. Maſticatoria enim licet conferant diuertendo ipſam materiam à naribus & in purgando cerebrum, tamen obſunt aliquando faciendo materiam præcipitari ad guttur, ad meri, & ad cannam pulmonis, & propterea etiã in cura corycæ cautè eis utere. Quartum autem genus, ſcilicet rubificatio cutis capitis, & ueſicatio perficitur radẽdo caput in commiſſura coronali, poſtea fricando cum cępe acuto aut ſcillitico aut panno aſpero, & deinde ſuper commiſſura apponere emplaſtrum de ſinapi, & fortius illo eſt fermentum cum cantharidibus ſecum mixtis cum aceto forti, & hæc ſuper loco dimittantur. 10. aut. 12. horis cum bona ſtrictura. Deinde remoueatur & ueſicæ aperiantur, & ſuper loco caules ad ignem mortificatę cum axungia porcina ponãtur, ut locus conſeruetur apertus, ſed oportet ut de quinq; diebus in quinque dies hæc ueſicatio renoueẽ uſq; ad quadraginta dies, quòd ſi hæc non contulerit, cauterizetur ſuper commiſſura coronali, fiat autem hæc cauterizatio cũ ferro ignito cãdente uſq; ad oſſis ſuperficiem, & fiat paulatim, ſæpe cum ſtilo tentando. Poteſt etiam fieri cauterio potentiali, ſed actuale eſt præſtãtius, licet magis horrendum &c. Quinta intentio, ſcilicet catarrhi conſtrictio perficitur cum conſtringentibus ſtatim dicendis. Verum Meſue reprehendit ſtolidos medicos qui ante digeſtionem & mundificationem communem, imò in medio agitationis huiuſmodi cõſtrictiua adminiſtrant, quę ſunt cauſa cumulationis catarrhi, deinde diſruptionis uehemẽtis, quapropter regulariter operando adminiſtrentur poſt intentiones ſupraſcriptas. Verum dubitat Meſue, utrum in caſibus extremis, ſcilicet quando ex catarrho timeremus ſubitam ſuffocationem ſicut pluries uidi in. 24. horis ſuffocari, debeamus procedere cura regulari iam dicta, an ſtatim à conſtringentibus incipere, cum ægritudo non det inducias. Et in ſumma ipſi tutius uidetur regimẽ diuerſiuum quàm conſtrictiuum, nam regimen diuerſiuum licet agitet materiam & multiplicet, tamen conuertit multiplicatum ad partem contrariam non timoroſam. Ego uerò licet credam obſequendum eſſe ſecundum plurimum pręceptis huius medici diuini, tamẽ dicam quæ in his caſibus reperi utilia & quæ nociua. Vocatus itaq; ad hos caſus et inueniens ipſos cum tanta anhelitus conſtrictione ut non poſſent loqui, neque etiam quaſi bibere & cum continuo oregmone, & cum facie liuida tendente in nigram, & cũ ſudore quodam ob anhelitus anguſtiam, ratus ſum hæc tanta nocumẽta & tam ſubita prouenire à catarrho multò & ſubtili, ſubitò ad partes pulmonis præcipitato, aut ad aliquas partes ob quarum nocumentum anhelitus impeditur, & ſic eſſe in continuo flu-

de vesicantibus in catarrho in commissura coronali applicatis.

Cauterium in commissura coronali in catarrho

h

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.51

xu, quapropter eos ſtatui in aëre libero, luminoſo, ad frigidum declinante, iniunxique dietam tenuiſſimam. prohibui eis omnem locutionẽ, & motũ corporeum ſituauique eos ſedantes pectore dilatato parum pannis cooperto, cum nulla ſtrictura pãnorum circa collum neq; circa alias partes. Et ipſis dedi in potu Syrupum de papauere, cum aqua iuiubarũ, & hordei, & diapapauer, aut diacodiõ, & interdũ apud magnam neceſſitatem unã ex pilulis opiatis inferius deſcribendis, aut parum philonij. Et aliquando ad anhelitum dilatandum poſui uentoſam ſuper ſpondilib. pectoris, & aliquando pectore exiſtente plectorico feci phlebotomiã, ubi materia inciperet figi in aliquo membro nobili, & aliquãdo uentoſam in pulpis ſpatulæ ad diuerſionem, & ſecundum hunc modum ferè omnes euaſerunt. Reliqui autem in quibus proceſſum eſt cum euacuantibus & diuertentibus & materiam agitantibus omnes periere, quomodo enim ſperandum eſt huiuſmodi materiã tanto impetu ad partes illas præcipitatam poſſe euacuari aut diuerti, imò huiuſmodi materiam agitantia, amplius eam ad loca profunda fluere faciunt. Conſtringentia catarrhum iuxta quintam intentionem alia ſunt gargariſmata. Alia ſuffumigationes. Alia quæ retinenẽ in ore. Alia quæ odoranẽ. Alia quæ deglutiuntur. Alia quę lambũtur. Ex gargariſmatib. ad catarrhum calidum. ℞. aquæ roſ. ℥.3. cãphoræ ℈.1. miſce. Similiter aqua decoctionis, corticũ papaueris & roſ. cui ſi addatur parum boli armeni eſt præſtantior, non tamen fiat huiuſmodi gargariſatio magno cum impetu. Ad catarrhum uerò frigidum ſubtilem confert gargariſma cũ uino decoctionis olibani, aut uernicis, cui poſſunt addi nuces cupreſſi. Ex ſuffumigijs ad catarrhum calidũ eſt ſemẽ lini prius infuſum in aceto per diem naturalem, poſtea torrefactum & ſuffumigatum. Sandaracha in aceto infuſa eſt ſublimis. Ad catarrhũ uerò frigidum fiant ſuffumigia ex olibano, ligno aloës, ſandaracha mixtis uel diuiſis. Nigellæ quoq; torrefactæ & tritę ſuffumigatio eſt mirabilis. Similiter odor ipſius ligatę in panno. Coſti et nigellæ ſuffumigium eſt expertũ, formæ ſicut auellanæ ex olibano, ſtirace ſicca, caſtoreo, uernice, ligno alloẽ an. partibus æqualibus cõfectæ cum reſina pini, aut pice, aut ladano ſuffumigatæ per embotum abſcindũt fluxum catarrhalem. Retenta in ore ad catarrhum calidum ſunt diacodiõ & diadragagantũ, diapapauer. Et cuilibet iſtorũ ſi addatur lutum armenum incorporando cum pauco ſyr. de myrto efficitur præſtantius, modicum cãphoræ tentum in ore ſiſtit catarrhum cal. Sed ad frigidum conferunt olibanum, & ſimiliter ſpica in ore retenta. Confectio formarum ſimilium lupinis quę retentæ in ore ſiſtunt catarrhum calidum. Recipe amyli, dragaganti, amigdalarum dulcium, ſem. papaueris albi & corticũ eius, gũmi arabici, boli arm. an. ℈. unum confice cum mucilagine pſilij, & ſem. citoniorum, et ſi uis ipſam dulcorari adde diacodion ℥. unã. Aliæ fortiores. Recipe olibani. ℥. unam, myrrhę, croci, ſpicæ, ſtiracis ſiccæ an. ℥. ſemis, opij ſcrupulũ unũ, fiant ex eis formæ prædictæ & teneatur una ex eis in ore & non deglutiatur ſaliua. Ex odoribus ad catarrhum calidum & ad febrem adurentem ſyncopalem aut peſtilentialem ſunt formæ quarum hæc eſt permixtio. ℞. fauſel, id eſt, auellanæ indæ, Sandalorum al. & rub. an. ℥.1. roſarũ. ℥.2.ſ. ſandali maſcatij, id eſt, citrini. ℥. tres, camphoræ. ℥. ſemis, boli ar. ℥. octo, omnia præter camphoram terantur ſicut alcochol & agitentur cõterendo cum aqua roſacea per hebdomadã unã, deinde miſceatur cum eis camphora, & fiant poma quatuor cum gũmi arabico, & aqua roſacea hæc odorata ſiſtunt catarrhum & ualent in peſtilentia curando & præſeruando, ſed cõſeruentur in uaſe uitreo in loco recenti, & liniantur ſæpe cũ aqua roſacea permixtionis camphoræ & ſandali citrini. Sed ad catarrhum frigidum conferũt poma huiuſmodi ſi odorẽtur. ℞. ſtiracis calamitæ. ℈.5. olibani, maſtichis, uernicis, añ. ℈.3. coſti, ſpicæ. añ. ℈.2. ambræ. ℈.1. laudani, ligni aloës, añ. ℈.4. muſci. ℈.ſ. fiat pomum unum cũ dragaganto & aqua roſata damaſcina. Aliud ex inuctione Meſue. ℞. laudani. ℈.8. ligni aloës, ℈.7. galliæ muſcatę. ℈,6. ambræ. ℈.2. muſci. ℈.ſ. fiat pomũ unũ. Sunt enim nobilia & experta in cõfortatione cerebri & cordis frigidi. Res autem quæ lambunẽ ad catarrhum calidum ſunt diadragagantũ, diapapauer, diacodion cum bolo armeno, ut ſupra. Sed thus & mirrha deglutita ſiſtunt catarrhum frigidum. Confectio pilularum ſiſtentiũ omnem catarrhum. ℞. thuris maſculi. ℈.1. mirrhæ, opij, croci, añ. gran. 7. Succi liquiritiæ. ʒ.1. fiant. 7. pilulæ cum aqua roſata, & detur. 1. tempore ſomni. Pilulæ alcaiber deſcriptione Alexandri medici apud Meſue in fine capituli de catharrho ſunt præſtantiſſimæ, & per alcaiber intelligitur cynogloſſa ſiue lingua canis.

Correctio uerò accidẽtium catarrhalium iuxta ſextam intentionem perficitur per uarietatem nocumẽtorum, quæ infert ipſe catarrhus, de quibus in ſequentibus uidebitur, ſi deus uoluerit.

Pannus tunc calefaciendus eſt, & capiti ſuperponendus, in quo tamdiu moretur, donec æger calorem in capitis profunditate ſentiat penetraſſe. Deinde nigellam odorare incipiat, & prouocetur ſternutatio, & caueat ne ſupinus iaceat, & comedat parum, à uino quoq; omnino abſtineat.

Hic ponit curam. Et primò catarrhi. ſecũdò coryzæ. ſecunda ibi. Quòd ſi curſus. Prima in tres. Nam primò ponit curam catarrhi leuis magis reſpiciẽtem cauſam quàm catarrhum. ſecundò ponit curam catarrhi fortis. tertiò pro cura catarrhi inueterati remittit nos ad cap. de tuſſi. ſecunda ibi. Quòd ſi paſſio. tertia ibi. Si uerò tuſſis. In prima parte curat catarrhum leuem à pauca materia pendentem cum panno calefacto craſſo comprehendente totum caput, collum et partes uicinas, quod tãdiu ita calidum teneatur, aut totiens applicetur donec æger ſentiat caliditatem in profundum capitis penetraſſe. Hoc fit maximè ad remouendum nocumẽtum impreſſum ab aëre frigido & uento, & ad reſolutionem materiæ quæ pauca eſt. Secundò odorat nigellam ad eaſdem intentiones. Tertiò prouocat ſternutationẽ confidens materiam paucã per illam regionem poſſe diuerti. Quartò ordinat regimẽ cauẽdo ne ęger ſupinus iaceat, ne materia ad poſteriora capitis pręcipiteẽ, et uinũ prohibet. Quod

Quod ſi paſſio ex appoſitione panni calidi alleuiata non fuerit, nec minuitur per ipſum, fiat phlebotomia ex cephalica, et ſoluatur natura ex rebus quæ non exaſperant ſicut hæc decoctio quam in potu ſumere debet qui tuſſim patitur, & in pectore aſperitatem habet, et indiget uentris ſolutione, quæ recipit iuiubas 20. ſebeſten 30. paſſularum enucleatarum, drach. 10. uiolarum ſiccarum, drach. 4. radicis liquiritiæ fricatæ, drach. 5. ficus citrinas 10. coquãtur in 3. lib. aquæ donec redeant ad. 1. & colentur, & in colatura diſſoluantur caſſiæ fiſtulæ drach. 7. terentabin drach. 10.

Hic curat catarrhum fortem. Et primò ſine febre. Secundò cum febre, & ubi timetur materiam figi in aliquo membrorum ſpiritualiũ. Secunda ibi. Quòd ſi nec phlebotomia, &c. In prima parte. primò curat hunc catarrhum per phlebotomiam & per medicinã ſoluentem leniendo ex quibus arguitur hanc materiam euacuandam eſſe calidam. Deſcriptio autem huius medicinæ ſolutiuæ ſatis eſt manifeſta.

Quòd ſi neq; phlebotomia profuerit, neq; uentris ſolutio, et inde ad pectus materia deſcenderit & commoueantur tuſſis & febris, ilico fiat phlebotomia de mediana. Et patiens à carne abſtineat, & uino & in potu ſumat aquam hordei, & muraba uiolatum quamdiu calor fixus perſeuerauerit, & tuſſis fuerit ſicca & aſpera. Sed poſtquam calor quieuerit & tuſſis mollificata fuerit & ſcreare inceperit, huius decoctio quaq; die cum muraba uiolato danda eſt donec pectus mundificetur, & tuſſis ſedetur, & uox clara reddatur, quæ recipit ficus citrinas 5. iuiubas 10. ſebeſten 20. paſſularum albarum enucleatarum drach. 10. liquiritiæ excorticatæ drach. 5. coquantur uſque ad diſſolutionem, & colentur, deinde & dentur omni die unciæ tres, cum muraba uiolato drach. 5.

Ponit curã catarrhi cum febre, cum incipit imprimere in aliquo membrorum ſpiritualiũ dicẽs. Quòd ſi nec phlebothomia cephalicæ nec uentris ſolutio, de quibus dictũ eſt profuerit, & materia ad pectus deſcẽderit, commouens tuſſim & febrim reitereẽ ilico phlebotomia, & hæc bebet eſſe ex uena communi, ut ſimul à capite & pectore euacuet, & patiens abſtineat à carne & uino, imò bibat aquam hordei cum muraba uiolato, id eſt cõdito uel ſyrupo de uiolis, et hoc quãdiu calor fixus, id eſt, febris fortis perſeuerauerit, & tuſſis fuerit ſicca, id eſt, ſine ſputo, & aſpera, materia non digeſta. Sed quieſcente febre & tuſſi mollificata. Et cum æger ſcreare cœperit materia iam digeſta, decoctio infraſcripta eſt ſumenda cum ſyrupo uiolato uſq; ad pectoris mundificationem & uocis claritatẽ. Deſcriptio autem huius decoctionis & ſimplicia ſunt ſatis manifeſta.

Si uerò tuſſis inueterauerit diuq; permanſerit, tunc oſtẽdemus qualiter curanda ſit, cum de tuſſis cura tractabimus.

Remittit nos ad cap. de tuſſi pro cura catarrhi inueterati.

Quòd ſi curſus in naribus diu perſeuerauerit & non fuerit calor, fluxus erit reſtringendus ſuffumigando nares per traiectorium. Et ſi quod per nares effluit ſubtile ac acutum & citrinũ fuerit, ſuffumigatio fiat ex ſulphure prius in aceto infuſo & poſtea ſiccato, aut ex fabis, aut hordeo excorticatis, & in aceto prius infuſis, & poſtea ſiccatis, aut ex ſaccharo albo & ſandalo albo. Quòd ſi neq; calor, neq; rubor in facie fuerit, ſuffumigatio fiat ex coſto, aut thure, hæc nanq; ſuffumigatio fluxũ reſtringit.

Hic curat coryzam primò frigidam, cuius tamen curam complet in fine capituli ſuffumigando nares, calore neq; rubedine exiſtente in facie, cum coſto herba calida, & ſic. in ſecundo. & thure calido & ſicco in primo. Si uerò coryza fuerit calida, quod comprehendiẽ ex calore & rubedine faciei, et quia illud quod egreditur per nares eſt ſubtile acutũ & citrinum, tunc fiat ſuffumigatio ex thure prius in aceto infuſo, cuius caliditas frangitur per acetum, & ex fabis & hordeo excorticatis prius in aceto infuſis, poſtea ſiccatis: remanet enim in eis uirtus cõſtrictiua propter acetum, aut ex ſaccharo albo, & ſandalo albo, frigido & ſicco in ſecũdo. ſaccharum autem ferè eſt temperatum, & poſſunt adinuicem permiſceri cum aqua roſata, aut pauco aceto faciendo formulas ex quibus fiat ſuffumigatio. Quãdo autem hęc remedia Raſis, ſint adminiſtranda ſatis patere poteſt ex ſuperius dictis.

DE OPHTHALMIA.

CAP. XVIII.

POſtquam Raſis in præcedentibus egit de paſſionib. cerebri, & neruorum. Hic agit de paſſionibus oculorum incipiens ab ophthalmia. Pro quarum notitia præmittendum, quòd oculus eſt membrum inſtrumẽtale in ſuperiori parte corporis ſituatum, aqueum, rotũdum ex ſeptem tunicis &

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.52

tribus humoribus compoſitum, ſex muſculis motũ, uno ſuſtentatum, ad uidendum finaliter ordinatum. Habet enim primò coniunctiuam undecunque oculum circundantem præterquam in parte anteriori ubi eſt cornea quæ coniunctiua oritur ab almodhati. Eſt deinde cornea undiq; circundans oculum poſt cõiunctiuã, quæ in parte anteriori dicitur cornea ad ſimilitudinẽ cornu, in parte poſteriori ſclirotica, id eſt, dura, ortum habens à dura matre, & hæc in parte anteriori ex directo pupillæ eſt craſſa ex quatuor pelliculis compoſita, quæ tamen per anatomiam non facilè diſtingui poſſunt, & in parte anteriori non eſt colorata, ſed peruia & diaphana. poſtquam ſequitur uuea, ortum habens à pia matre ſic dicta, à ſimilitudine grani uuæ, à quo capulus eſt euulſus, & hoc foramen uueæ dicitur pupilla, poſterius autem dicitur ſecundina. Eſt deinde aranea, poſterius dicta retina ortum habens à neruo optico, quæ non immediatè ſequitur uueam, ſed inter eam & uueam mediat humor albugineus, licet in parte poſteriori ſequatur ſecundina: hæc itaq; circundat immediatè humorem cryſtallinum & uitreum. Ex humoribus autem primum occurrit albugineus ad ſimilitudinem albuminis oui, qui eſt maior cæteris in quantitate. Poſt quem ſequitur cryſtallinus non immediatè, ſed mediante tunica aranea, qui cryſtallinus dictus eſt à ſimilitudine cryſtalli. Et dicitur grandineus à ſimilitudine grandinis, aliqualiter durus & rotundus, in parte anteriori ubi recipiuntur ſpecies uiſibiles, aliqualiter planus, in eo enim perficitur uiſio: in parte poſteriori figuræ pyramidalis, circundatus ſecundum partem poſteriorem à uitreo à quo nutritur, ſic dicto à ſimilitudine uitri liquefacti. Et ſic ſufficiat de anatomia oculi. Qui licet dicatur componi ex ſeptem tunicis: tamen in ueritate non ſunt niſi quatuor, ſed ſunt ſeptem ſecundum denominationem. Verum Galenus addit quartum humorem quem dixit contineri inter uueam & corneam quem lucidum æthereum appellauit, ſed cæteri dicunt hanc eſſe partem albuginei per foramem uuæ egredientis uſq; ad corneam. Triplex eſt regimen oculis adhibendum, ſcilicet, regimen quod debetur oculis, inculpatè ſanis, ſiue temperati ſint, ſiue diſtemperati. Regimen præſeruatiuum quod debetur oculis culpatè ſanis & neutris. Regimen curatiuũ, quod debetur oculis ægris & neutris. Primum uerò ſecundum Meſue completur quinq; modis. Primus conſeruat ſuperficiem oculi terſione decenti & naturali, & hoc faciunt medicinæ abſterſiuę habentes mediocritatem & temperiem in terſione, ſicut ſuccus fœniculi, & eſt proprium, & ſimiliter collyrium ex eo cuius eſt hæc deſcriptio. Recipe ſucci fœniculi depurati per reſidentiam eius, & facilem coctionem ipſius in uaſe æneo cum nummis auri puri, ſicut in 1. ℥. ſucci fœniculi ponerentur quinq; folia auri, & poſt ſufficientem colationem ipſius accipitur de ipſo ℥.1. mellis puri, clari. ʒ.3. & bulliant iterum ebullione una, & coletur, ponatur in ampulla uitrea, & ſuſpendatur in ſole, & permutetur de uaſe in uas abijciendo ſuper hypoſtaſim, & diſtilletur ex eo in oculo ſecundum exigentiam. cuſtodit enim ſanitatẽ oculi & abſtergit ipſum & clarificat uiſum, & quandoq; depuratur tantum in ſole abſq; decoctione, & eſt expertũ. Et ad hoc ualet ſuccus memythæ & eſt ſpecies chelidoniæ & eſſet magis proprius in oculis calidis, & cum hoc oportet tueri oculum à fumo, puluere, flatu uentorum, nimia aëris inæqualitate, & ab his quæ faciunt oculum ſeneſcere, ſicut coitus, labor plurimus, fletus excedens menſuram, ebrietas, ſomnus plurimus, nimiæ uigiliæ. ſomnus ſupra repletionem, & cauere à cibis & potibus uaporoſis, turbidis, ſicut caules, porri, acrimonia, ſalſa, fabæ, lentes, & omnia conturbantia ſanguinem & ſpiritum. Item, Fœniculus, uerbena, roſa, chelidonia, ruta. Ex his fit aqua quæ lumina reddit acuta. Si hæc aqua ex his quinq; diſtillata conſeruetur in uaſe ęneo, acquirit ab eo abſterſionem, uerum ubi minori indigeramus abſterſione, conſeruetur in uaſe uitreo. Aliud collyrium uiſum acuens & oculi ſanitatem cuſtodiens. ℞. ſucci fœniculi ʒ. 40. ſucci rutæ ʒ. 20. ponatur in ampulla uitrea cum ʒ. 15. mellis clari obturetur orificium eius et dimittatur in ſole per tres menſes & abijciendo ſecem eius bis uel ter in menſe. Si autem opus eſſet minori calefactione, addatur huic ſucci granatorum dulcium & acetoſorũ, ana. ʒ. 10. & dimittatur in ſole, ut ſupra. Antimonium quoq; lotum, & thutia præparata cum aqua roſata, & aqua fœniculi permixta, ſanitatem oculi calidi conſeruat.

Secunda res completur cum medicinis quæ alterando cuſtodiunt ſanitatem oculi, ſcilicet, calefaciendo, infrigidando, humectando, & exiccando, ſed temperatum cum ſimilibus in gradu & forma cõſeruamus: calidum uerò cum frigidis, frigidum cum calidis, humidum cum ſiccis, & ſiccum cum humidis. Hęc enim ſunt uirtualiter ſimilia & non formaliter. Eligant autem ex his quæ oculi ſunt propria per uirtutem quartam ſicut eſt thutia in exiccando, uiola, pſilium, & albumen oui in humectãdo, fœniculus in calefaciẽdo, roſa in infrigidando. Tertia res completur per medicinas conſeruantes ſanitatem eius in compoſitione licet ſuperficies cõtineatur ſub compoſitione. Et hoc faciunt omnes medicinæ confortantes perforationẽ & concauitatem partium eius, & non ſinẽtes fieri oppilationẽ pupillæ, nimiam dilatationem, ſtraboſitatem, & ſimiles. Siue illæ medicinæ ſint euacuantes, ſiue reſoluentes, ſiue confortantes cum proprietate & ſtipticitate moderatè. Quarta res completur cum medicinis conſeruantibus unitatem & prohibitionẽ omnium cauſarum, quę poſſunt ſoluere continuum, ſiue primitiuæ ſint, ſiue corporeæ. Quinta res completur per medicinas multiplicantes ſpiritum uiſibilem & ipſum illuſtrantes ſicut ſunt carnes aſſatæ, aut elixæ animalium uiuentium de rapina, & ſorbere iura eorum, & propriè picæ. Item ius ſerpentum non uenenoſorum & caro ipſorum comeſta confortat uiſum. Item cerebella hœdorum & gallinarum. Item uinum album aromaticum ſubtile, & alia generantia ſanguinem clarum. Ex maximè autem ſplendidantibus uiſum & ſpiritum uiſiuum ſunt margaritę. Ariſt. inſtruens Alexandrum regem inquit. Frequẽtationes pectinis, & propriè eburnei ſuper caput uapores uiſum impedientes euertunt ad cutim, ne uiſui obſint. Item aſpectus rerum uiridium in loco multæ temperiei uiſum corroborat & oculi fatigationem remouet. Ex proprijs in hoc eſt ſmaragdus. Item iniunxit poſt oculi defatigationem ingredi domũ obſcuram non multæ tenebroſitatis, & intueri per feneſtras in quibus ſit aliquid peruium uiride, uel in-

tueri

tueri aquam clariſſimam in uaſe uiridi exiſtentem, & ſubmergere ipſos oculos in ipſa, ſed hoc fiat tempore calido, & exercitatio legendi literas mediocres, pulchras, uiſum corroborat, & oculi ſanitatem cuſtodit. Et ex proprijs in confortatione uiſus & propriè ubi humores ſint craſſi, uiſcoſi eſt uſus aceti ſcyllitici. Itẽ trifera magna & trifera minor, & propriè cum quarta parte pulueris herbæ adhil, & eſt herba habens folia ſimilia tamariſco, et theodoricum ad hoc multum confert. Item pilulæ lucis euacuando ſunt propriæ. Et chebuli conditi euacuando & confortando. Electuarium ſublimè conſeruans ſanitatem oculorum, & confortans ſpiritum uiſibilem in claritate ſua. ℞. Herbę adhil, aut loco eius euphragiæ. ℥. 2. ſeminis fœniculi. ʒ. 5. macis, cubebæ, cinamomi, piperis longi, gariop. ʒ. 1. puluerizentur ſubtiliſſimè, & accipe mellis deſpumati ℔. 1. ſucci etiam fœniculi cocti depurati, ſucci rutæ depurati, añ. ℥. 1. ſucci chælidoniæ. ℥. s. coquuantur ſucci cum melle uſque dum mellis tenuis habeant ſpiſſitudinem, & ſecum miſce ſpecies & coſeruetur in uaſe uitreo, cuius doſis eſt. ʒ. 3. alienando cœnam uel dimittendo, & ſimiliter ſumat in mane. Regimen præſeruatiuum completur. Primò generaliter cauendo ab omnibus quæ poſſunt lædere oculos ſecundum complexionem, compoſitionem, & unitatem, & ſpiritus, de quibus pro magna parte dictum eſt ſuperius. Et adhibẽdo regimen contrarium lapſui in quem oculus eſt pronus labi, hoc autem conſiſtit in cognoſcendo cauſam lapſus, illud enim ſecundum plurimum eſt, aut propter defectum oculi, aut totius, aut alicuius membri oculo communicantis, et hoc propter nocumentum in complexione cum materia, aut ſine compoſitione, aut unitate. Si ergo defectus ſit propter complexionẽ ſine materia, alteratione indiget cum cõtrarijs ſicut ſuperius dictum eſt.

Si uerò ſit cum materia aut iſta tantum eſt in oculo, aut in partibus ipſi communicantibus. Si ſit in oculo, ſolum educat̃, aut inſenſibiliter per reſolutionem ad quod confert ſuccus & aqua fœniculi, & ſarcocolla, aut ſenſibiliter per lachrymas. Ad quod confert ſal, & ſal armoniacus ut ſi in oculo inijciat̃ aquæ roſ. ſalitæ cum ſale, aut ſale armoniaco. Si uerò ſit in partibus ſibi communicantib. quadruplici regimine indiget, euacuatione ſcilicet, diuerſione, fluxus interceptione, & oculi confortatione. Euacuatio autem fiat cum phlebotomijs aut pharmacijs ſecundum exigentiam materiæ peccantis, quæ reſpiciant utrunq; membrum mittens & ſuſcipiens. Diuertatur etiam materia omni genere diuerſionum, ſiue euacuatiõe, ſiue fricationib. uẽtoſationib. lotionib. &c. Et cũ euacuatione ſicut clyſterib. maſticatorijs, caputpurgijs, gargariſmatibus, phlebotomijs uenarũ nocræ uenarum poſt aures, temporum frõtis, & earum quæ ſunt in cute capitis, necnon prouocatione fluxus ſanguinis narium, hæmorroidalis & menſtrualis. Et ex hoc genere ſunt ſedagina poſita in collo ubi coniungitur capiti, cauteria in cornibus poſterioribus ex directo oculorum, cauterium in cõmiſſura coronali. Interceptio autem fluxus perficitur, aut cum appoſitis frõti & temporibus, aut cum laqueatiõe uenarum & arteriarum ſecundum quod dicetur in curatione ophthalmiæ. Confortetur autem oculus cum his quæ ſunt propria tam interius quàm exterius applicitis moderatę ſtipticitatis, de quibus in regimine conſeruatiuo dictum fuit. Si uerò nocumentum ſit in compoſitione & unitate ſtudendum eſt confortationi oculi cum iam dictis. Et ne humores ad oculum profluant cum intentionibus de quibus ſtatim dictum eſt. Nocumentum autem in ſpiritibus poteſt eſſe, aut propter ipſorum paucitatem aut propter ipſorum craſſitiem & turbulentiam. Primò autem ſubueniendum eſt cum cibis boni nutrimenti paucarum ſuperfluitatum & bono uino ſubtili odorifero. Secundò autem, nocumento ſubueniatur cum his quæ clarificant ſanguinem & ſpiritum, & ipſos ſpiritus illuſtrant de quibus ſuperius dictum eſt, & dicetur in ſequentibus in debilitate uiſus. Et ne ſpiritus paucificetur cauendum eſt à phlebotomijs & alijs modis extrahendi ſanguinem, & à coitu, labore nimio, et ab aſpectu rerum radioſarum & ſplendidarum, &c. Tertiũ aũt regimen patebit in ſequentibus.

De ophthalmia autem præmittẽdum quid nominis & quid rei. Dicitur enim ophthalmia ab ophthalmos Græcè, quod idem eſt quod oculus Latinè, inde ophthalmicum, id eſt, medicamen oculare: Diffinitiuè autem eſt apoſtema in oculo ſcilicet in coniunctiua oculi. &c.

CVm ea quæ in oculis alba ſunt in rubedinem mutata fuerint, fluxerintq́ lachrymæ, & in angulis oculorum lachrymalibus lippitudo collecta fuerit, tunc dicemus ægrum pati ophthalmiam. Et quantum plus ſymptomatum uehementia aut ipſorum affuerit minoratio, tãto eſt ophthalmiæ fortitudo aut ipſius debilitas. Deterior autẽ ophthalmia eſt, cum alba oculorũ uidentur inflata & adeò eleuata, ut oculorum cooperiant nigredinem, & palpebræ inuerſentur.

Iſtud capitulum diuiditur in partes duas. In prima agit de ophthalmia theoricè. In ſecunda practicè. Secunda ibi. In principio uerò. Prima in tres. In prima ponit ſigna. In ſecunda ibi. Et quanto plus. Ponit ſigna fortitudinis & debilitatis eius. In tertia ibi. Deterior autem. Ponit ſigna ophthalmiæ peſſimæ. Quæ dicit in omnibus partibus nota ſunt, & amplius notificabuntur ex dicẽdis. Symptoma duo importat. Aut accidens ſequens ęgritudinem, & taliter ſumitur hic. Aliquando ſignificat motum impetuoſum naturæ contra morbum diſtinctum, contra criſim laudabilẽ. Symptoma enim gręcè periculũ & ruina latinè.

De ſpeciebus ophthalmiæ. Sciẽdum quòd duplex eſt ophthalmia uera, & non uera ab Auicen. dicta cõturbatio, quæ non eſt uerum apoſtema, ſed quædam oculi rubedo pendẽs à cauſa primitiua. Vera autem habet triplicem ſpeciem ſecundũ magis & minus differentem. Quapropter ſpecies appellandæ non ſunt, quia magis & minus non uariant ſpeciem. Vna eſt

h 3

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.53

maxima in qua coniunctiua tantũ eleuatur ut cooperiat corneam, & palpebra inuerſatur ne oculum tegere poſſit, proueniens ſecundum plurimũ ex ſanguine phlegmatico & in oculis eminentib. qui ſunt facilius materierũ ſuſceptiui cũ magna plectoria corporis & capitis, de qua Raſis in litera. Et hæc Græcè uocat̃ chimoſis. Arabicè uerò alguardenigi. Et hęc non ſolum fit à materia calida, ſed phlegmatica & melanch. Exiſtimo tamen ipſam nõ fieri à materia cholerica, et plurimum accidit infantib. licet in adultis etiã uiderim. Eſt & alia ſpecies ophthalmiæ quæ eſt parua à pauco pendens humore. Et per conſequens datur tertia ſpecies inter has media. Et de ſpeciebus ophthalmiæ eſt quæ habent periodum ſecundum periodum generationis materiæ & effuſionis eius. Solent etiã ſpecies ophthalmiæ aſſignari ſex ſecundum humores, à quibus pendent ſcilicet ſanguinea, cholerica, phlegmatica, melancholica, aquoſa, uentoſa.

Sed nunc de cauſis eius. Primò generalib. efficiente, materiali, formali & finali. Cauſa efficiens ophthalmiæ tam antecedens, quàm coniuncta ſunt humores ipſi. Et nõ ſunt cauſa materialis, quia ophthalmia eſt accidens, & accidens non poteſt generari ex ſubſtãtia tanquam ex cauſa materiali. Ophthalmia itaq; neq; aliquod apoſtema, neq; aliquis morbus, cum ſunt accidentia, habẽt humores pro materia ſua ex qua generentur, niſi tantum morbus in numero. Cauſæ efficientes primitiuæ ſunt extrinſecæ à ſex rebus non naturalib. & ſibi annexis ſumptę, necnon alijs indebitè occurrentib. Cauſa ophthalmię materialis in qua nõ ex qua, eſt ipſa coniunctiua. Cauſa formalis eſt ipſe tumor. Cauſa finalis ut oculum deſtruat, &c.

Sed nunc de modo euentus ophthalmiæ dicendũ eſt. Poteſt enim dupliciter generari. Per uiã paulatim factæ congeſtionis ex ſuperfluitate nutrimenti ipſius coniunctiuæ, & etiam ex nutrimẽto malè conuerſo quæ non reſoluuntur, ſed in dies paulatim congeruntur ut tandem apoſtema faciant, quod ſecundum plurimum eſt frigidum. Et generatur etiam per uiam defluxus maximè ex capite, aut per partem extrinſecã mediantibus uenis & arterijs humores ad coniunctiuam deferẽtibus, aut per partem intrinſecam, ſcilicet per foramina orbitæ ad cerebrum terminata per quę muſculi & nerui optici ad oculũ ueniunt. Et tunc humores à cerebro & panniculis ueniunt intrinſecis. Secundum tamen plurimũ, eſt per partem extrinſecam propter colligationem coniunctiuæ cum almochati à quo oritur. Aliquando etiam materię ueniunt oculo ab alijs membris, & propriè cum oculum inſecuta eſt malitia cõplexionis, & fecit eum ſuſceptiuum materierum & eſt debilis, aut ex generatione, aut ex tempore. Nunc autem de ſignis.

Cognoſcitur ophthalmia in genere per tumorem, grauitatem, dolorem, & ruborẽ. Sed ſpecies tres differentes ſecundum magis & minus cognoſcuntur per uiſum. Species uerò diſtinctæ ſecundum humores cognoſcuntur. Quia ſanguinea eſt notabiliter rubea cum tumore notabili, dolore grauatiuo & extenſiuo magis quàm pungitiuo, cum multitudine lachrymarum aut mediocritate, lippitudiniſq; multitudine, & cæteris ſignis arguẽtibus dominium ſanguinis in corpore & capite. Cognoſcitur cholerica per rubedinem clariorem uergentem ad citrinum cum paruo tumore, dolore acuto pungitiuo, effuſione lachrymarum acutarum, pauco lippitudinis, paucaq; oculi glutinatione. Cognoſcitur phlegmatica per colorem rubeum uergentem ad album cum pauciſſimo dolore extenſiuo, aut grauatiuo non pungitiuo, cum paucitate lachrymarum non acutarum, & multa lippitudine & uiſcoſa, & ſimiliter cognoſcitur aquoſa, ſed eſt tumor magis mollis & minor uiſcoſitas lippitudinis, in cæteris ſimilatur phlegmaticæ.

Cognoſcitur melancholica per ruborem uergentem uerſus fuſcum cum pauco tumore, pauciſſimis lachrymis, pauca lippitudine & minuta ſed dura.

Cognoſcitur uentoſa quia eſt ſine lachrymis, ſine lippitudine, ſine grauitate, & per euaporantia facilè remouibilis.

Signa temporum ophthalmiæ ſunt. Quia in principio eſt tumor paruus à pauco pẽdens humore cum pauco rubore, & eſt fluxus lachrymarum ſubtilium ſine lippitudine paucaq; oculi inuiſcatione. In augmẽto apparet maior tumor, & rubor, lachrymæque incraſſantur fiuntq; tenaciores, & apparet notabilis lippitudo notabiliſq; oculi inuiſcatio. In ſtatu eſt maior tumor, qui debet eſſe, ſed fortè rubor tendit ad albedinem quandam, lachrymæ fiunt craſſiores & uiſcoſiores, maior lippitudo, maiorq; oculi inuiſcatio. In declinatione hæc omnia minuuntur. Sed quia quędam lippa ſignificat craſſitiem & uiſcoſitatẽ materię, quædam digeſtionem, inter utrãq; eſt quatuor ſignis diſtinguendum. Nam proueniens ex craſſitie materiæ ferè ſtatim apparet à principio & cõmuniter in ophthalmia phlegmatica à prædominio. Et apparet cum nondum eſt neq; præceſſit uehementia accidentium excepta grauitate, & grana eius ſunt minuta. Et quarto non attinent relucentiæ. Et quatuor ſigna his contraria ſunt in illa quæ prouenit ex digeſtiõe materiæ. Non enim apparet niſi poſt proceſſum ægritudinis & poſt uehementiam accidẽtium, ſcilicet aut cum eſt aut cum præfuit. Et grana eius ſunt craſſa, & attinet cuidam relucentiæ. Quapropter nota quòd lippa eſt ſuperfluitas quartę digeſtiõis oculi, licet in oculo ophthalmico pro parte decidat̃ ab humore faciente ophthalmiam. Sed cuidam fortè uidebitur dubium propter quod ſpecies ophthalmiæ frigidæ rubent, cũ cætera apoſtemata ab humoribus frigidis pendentia nõ rubeant. Cuius cauſa duplex eſt. Prima ſumpta à dolore. Eſt enim oculus ualde ſenſibilis & propter dolorem multus ſanguis & ſpiritus ad coniunctiuam trahuntur qui ibidem cõtenti in uenis ipſius coniunctiuæ dant coniunctiuæ colorem rub. licet non apoſtement, ex quo fit quòd humor apoſtemans etſi frigid. fit ex ſe per accidens tamen caleſit, & per conſequens fit magis illuminabilis ex præſentia ſang. & ſpirituũ. Secunda cauſa ſumitur à multa albedine cõiunctiuę, in qua omnis rubedo eueniens facilè diſcernitur. Cognoſcitur modus euẽtus eius per uenas & arterias extrinſecus quia inueniuntur tumentes uel aliqua ipſarum. Et ſi arteria, eſt magis pulſans conſueto, palpebra ipſa tumens aliqualiter apparet, & ſimiliter loca ipſi propinqua. Et hoc ſignum eſt proprium. Si autem materia fluit per partes intrinſecas multoties fit frequens ſternutatio, & dolor prius incipit à profundo oculi & parte poſteriori eius quàm uideatur ophthalmia.

Prognoſticum

Pronoſticũ. Primũ. Ophthalia ſi rectè curet̃ ſecundum plurimũ ſanatur, niſi quę maxima eſt, frequẽter enim perducit ad putrefactionẽ oculi & aliquãdo tãdem ad mortem putrefactione ingrediente ad cerebrum per muſculos & neruos opticos, frequenter quoque perducit ad exitum uueæ cornea diſrupta per corroſionem aut putrefactionem. Secundum. Quando prolongatur ophthalmia ſecundum plurimum perducit ad ulcerationem uel aliquod ueſtigium in oculo derelinquit. Cauſa enim prolongationis eſt ſumpta ex duobus principaliter. Prima ex materia quæ inceſſanter profluit ad oculum, aut propter multitudinem eius: aut oculi debilitatem, aut uiarum amplitudinem. Secunda cauſa eſt aliquod nocumentum iam impreſſum difficulter remouibile, ſicut ulcus in oculo, aut ſanies retro corneam, aut aliqua mala materia in tunicis inphiltrata, aut ſcabies, aut pili palpebrarum. Tertium. Dolor multum prolõgatus in ophthalmia peſſimum, ſignificat enim materiam aut acutam corrodentem aut multum extendentem, aut maturationem, aut uaporem craſſum tunicis recluſum, ſed hoc minus malum eſt & uaporationibus ſedatur. Cuius doloris quadruplices cauſas diſtingue per ſpecies doloris aut acuti pungitiui & mordicatiui, aut grauantis extenſiui, aut pulſatiui ſine grauitate & perforatiui, atque alijs ſignis ſignificantibus acuitatem materiæ & multitudinem. Et ſignis etiam ſignificantibus maturationem in ſequenti cap. de ulceribus dicendis. Quartum. In regionib. meridianis & temporibus calidis & humidis frequẽter accidit ophthalmia, & facilè curatur, in contrarijs uerò contra. Quintum. Cum præcedit hiems ſeptentrionalis & ſequitur uer meridionale & ſimiliter æſtas, multiplicãtur ophthalmiæ, & multo magis multiplicantur, ſi econtrario tempora ſe habuerint &c.

CVRA OPHTHALMIAE NON VERAE A CAVSA primitiua.

CCura conturbationis perficitur remouendo cauſam. Poſt cuius remotionem ſi aliquid in oculo remanet impreſſum caliditatis aut frigiditatis aut alterius diſpoſitionis pręter naturam, cũ contrarijs remoueatur applicitis oculo & partibus adiacẽtibus. Et in ſumma curetur cura principij ophthalmiæ uerę de qua ſtatim, & cum applicitis, & cum phlebotomia ſi expedierit. Et inter cætera ſomnus prolixus laudatur, quia dolorem ſedat & humorum agitationem. Et ſi quid nocumẽti impreſſum eſt, corrigitur, & maximè remedijs congruentibus pręapplicitis. Et ſi fuerit ex percuſſione prius inijciatur in oculo, & deſuper albumen oui cum aqua roſacea concuſſa, & tandem ſanguis columbæ ut inferius in tarfari ad ſanguinis reſolutionem. Et ſi dolor inſtaret præmiſſa phlebotomia, fiat oculi fomentatio cum philtro aut ſpongia, panno ſubtili lineo inuoluta & infuſa in lacte & oleo roſ. debitè calidis, & bene expreſſa oculo dolenti ſæpe applicita &c. De cura ophthalmiæ ueræ. Cura ueræ ophthalmiæ triplex exigit regimen. Vnum circa cauſam antecedentem. Alterum circa cauſam coniunctam actu facientem ophthalmiam. Tertium eſt utriſque commune. Primum exigit quinque intentiones. Prima eſt minoratio materiæ. Secunda digeſtio. Tertia eradicatio. Quarta eſt diuerſio. Quinta fluxus interceptio.

Prima ſcilicet minoratio completur ſecũdum plurimum per phlebotomiam quæcunq; ſit materia, uel per uentoſationem uel aliquod proportionabile, ſicut ſunt ſanguiſugæ quas inueni magis cõferre quàm uentoſas ſi congruè applicentur. Sed materia exiſtente multa fiat prius ex cephalica contraria ut docet Raſis. Deinde ſi materia ſanguinea ſit, fiat ſequenti die phlebotomia cephalicæ eiuſdem lateris. In hac enim ſanguinea nec digeſtio, nec euacuatio per ſolutiua eſt multum neceſſaria. Si tamen ſanguis eſt multum ſubtilis, aut calidus, competerent infrigidantia & incraſſantia ſicut ſyr. de papauere, de iuiubis, & ſimiles. Si uerò materia ſit cholerica, facta primò phlebotomia, aut ex eodem latere, aut econtrario ſecũdum materię multitudinẽ, minoretur materia cholerica cum lenitiuo, in quo ſit plus alterationis quàm euacuationis ſicut ex decoctione fructuum, prunorũ, tamarindorum, uiolarum, & mirobalanorum citrinorum cum qua trahatur mannæ. ℥. i. s. uel quantum ſufficit, ſuc. etiam roſ. eſt in hac intentione cõueniens ſi aliquid eius ſupraſcriptis addatur, deinde ſequatur ſi oportuerit propter materię multitudinem ſecunda phlebotomia ex cephalica eiuſdem lateris, & in hac cholerica ophthalmia procedendum eſt cum digeſtiuis infrigidantibus ualde & incraſſantibus materiam, ſicut ſyr. uio. de papauere, mucilago pſilij, aqua nenupharis et ſimilia. Et iterandæ ſunt euacuationes, ut materia eradicetur. Si autem plegmatica uel melanch. uel aquoſa, uel uentoſa reliquis conſentientibus, ſimiliter incipiendum eſt à phlebotomia quæ etiam aliquãdo reiteranda eſt propter materiæ multitudinem, minus tamen in melancholica, aquoſa & uentoſa, ſed in uẽtoſa minus quàm in cæteris, ſed in his pendentibus ab humidis frig. poſſunt exhiberi ſolutiua exoluẽtia, ſicut pilulæ cochiæ de hiera cum agarico in phlegmatica, pilulæ indæ in melancholica, turbith non confortatum in aquoſa. Et in uentoſa eſt euacuãdus humor à quo uentoſitas eleuatur.

Digeſtiua autem in materia phlegma. eſt mel roſ. oxymel ſimplex, & in melanch. ſyrupus de epythimo cum ſyrupo acetoſo, aut oxymelle ſimplici. Et poſſunt diſtemperari cum aqua fæniculi, aut euphragiæ, cum his enim digeſtiuis & euacuatiuis intendendum eſt humori facienti ophthalmiã, & membro lęſo tam mittenti quàm recipienti, nec ſtemus contenti una euacuatione, ſed iterandæ ſunt ut materia eradicetur.

Et ſic iam expeditæ ſunt tres intẽtiones, ſcilicet minoratio, digeſtio & eradicatio. Sequit̃ quarta, ſcilicet diuerſio quæ multiplicib. inſtrumentis cõplenda eſt. Eſt enim quædam diuerſio ſine euacuatione, et in hac incipere debemus à partib. propinquis & tendere ad partes remotas, ſicut exempli gratia, in fricationibus debemus incipere à collo & à ſpatulis & deſcẽdere ad brachia deorſum coxas & crura, ſimiliter uentoſando primò nocrea, deinde ad ſpatulas, deinde ad nates, ita in ligaturis & lotionibus. Diuerſio autem cum euacuatione fit econtrario incipiens à remotis & perueniens ad propinqua, et completur multis inſtrumentis, ſcilicet phlebotomijs, & primò debemus incipere à phlebot. uenarũ quę ſunt in nocrea, deinde

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.54

uenarum quæ ſunt poſt aures. deinde uenarũ aut arteriarum temporum, deinde uenarum frontis deinde uenarum quæ ſunt in angulis oculorum domeſticis quæ non apparent niſi apud fortẽ gutturis cõſtrictionem. Iſtæ tamen magis euacuant cauſam cõiunctam quàm diuertant. Et loco iſtarum phlebotomiarum excuſaret appoſitio ſanguiſugarum in locis eiſdem. Secũdum genus diuerſionis eſt laqueatio quæ debet fieri in ſuperiori parte colli ubi collum ceruici coniungitur, & ſic debet teneri per triginta uel quadraginta dies, quotidie trahendo ſedaginum ad diuerſionem materiæ. Tertium genus eſt cauterium ſiue cauterizatio ſiue actualis ſiue potentialis, & debet primò fieri in poſteriori capitis ex directo oculi ophthalmici, ut non penetret niſi uſq; ad almochati cuius eſcaræ caſus procuretur & dimittatur apertum, deinde ſi oporter fiat in commiſſura coronali, quod apud uehementem neceſſitatem penetret uſq; ad os, & diu teneatur apertum. Hæc tamen ſunt de illis quæ poſtponi debent quantum eſt poſſibile. Non dico tamen quòd hæ diuerſiones in ſingulis ophthalmijs ſint neceſſariæ ſed eas memoro, ut unuſquiſq; poſſit uti his quæ ſuo propoſito magis ſeruiunt. Non obliuiſcamini tamen phlebotomiæ uenarum quæ ſunt in nocrea uel uentoſationis in eadem, ſi nõ reperiuntur uenæ aut ſanguiſugarum appoſitione. Ex hoc enim loco ſanguinis extractio eſt inter cæteras diuerſiones præſtantiſſima. Quinta & ultima intentio quantum ad cauſam antecedentem eſt fluxus interceptio. Quæ primò completur cum medicinis cõſtringentibus applicitis fronti & temporibus, de quibus Raſis ponit unam deſcriptionẽ in litera. Et ab hac intentione per medicinas complenda quamuis poſterius poſita ſit, in ordine tamen ab hac uia operationis ferẽ ab initio facta, ſcilicet una phlebotomia aut duabus plus debitis inchoare. Perficitur ſecundò cum ſectione uenarum uel arteriarum, quod fieri non debet niſi cum ſupraſcripta ad curam nõ ſufficiunt, quæ ſi ſint magnę, debet primò ſcindi pellis, & uena in duabus partibus ligari in medio ligaturę ſcindi & extrema cauterizari, ubi tamen eſt magna neceſſitas euacuationis, nõ eſſet inconueniens ut extremitas uenæ ſciſſæ, quæ eſt uerſus oculum, dimittatur tantum non ligata donec ſanguinis quantitas ſufficiens fluat, in arterijs tamen hoc eſſet magis ſuſpectum. Si autem fit de paruis uenis ſcindatur per medium abſq; ligatura & cauterizatione, ſanguis enim ad libitum reſtringi poteſt. Hæc tamen ultima intentio maximè conueniens eſt materia fluente per partem extrinſecam, ſed materia fluente per partem intrinſecam ſimus ſolliciti in euacuationibus & diuerſionibus iteratis.

Cura autem localis reſpiciẽs cauſam coniunctam tribus perficitur intentionibus. Primò repercuſſione pura conueniente in principio. Secundò reſolutione pura conueniente in declinatione & poſtrema parte ſtatus. Tertiò repercuſſione mixta reſolutione conueniente augmento & ſtatui, ita tamẽ ut gradatim procedatur à repercuſſiuis puris paulatim augendo reſolutiua donec deueniamus ad reſolutiua pura. Si autem ophthalmia tenderet in uiam exituræ, recurrendum eſt ad capitulum ſequens de exituris & ulceribus oculorum. Reſtat tertium regimen duas exigens intentiones communes tam cauſæ antecedenti quàm coniunctæ, ſcilicet correctio accidentium ex quibus maximè corrigendus eſt dolor, aut cum remouentibus cauſam de quibus iam dictum eſt, aut cum ſtupefacientibus leuibus, aut opiatis, de quibus ſeriatim poſt expoſitionem textus agetur, aut cum anodinis & facientibus materiam euaporare maximè præmiſſis uniuerſalibus. Et ubi dolor ex conculcatione materiæ in loco proueniret, ſicut cum balneis totius corporis, aut cum ſuffumigationibus & fomentis applicitis oculo dolenti, & partibus adiacentibus ex decoctione uiolarum, roſ. ſeminum citoniorum, fœnugræci, florum chamomilæ, meliloti, anethi, & ſimilium, & ſicut fomẽtum factum ex lacte & oleo roſ. Spongia aut philtro in ipſis infuſo & oculo dolenti aliquotiens applicito, non eſt tamen diu oculus fomentandus ne dilatando & calefaciendo materia ponatur in fluxu. Si uerò dolor proueniret, ſicut plurimum prouenit, aut quia apoſtema exituraretur aut quia ulceraret oculi particulam, recurre ad capitulum ſequens de ulceribus exiturarum. Vltima intentio eſt debita adminiſtratio ſex rerum non naturalium ſecundum exigẽtiam intentionum pręcedẽtium. Aliter enim regendus eſt æger in principio, aliter in augmento & ſtatu, aliter in declinatione, aliter cum dolor inſtat, aliter cum eſt ſine dolore. De regimine tamen harum rerum non naturalium. Raſis aliquid tangit in litera. Aliqua ſubiungam poſt textus expoſitionem. Iam igitur ad expoſitionem quorundam dictorum in textu ueniendum eſt, quia quæ clara ſun comittentur.

IN principio uerò curationis ophthalmiæ, cephalica eſt phlebotomãda ex manu uel ex brachio partis contrariæ quæ eſt oculus infirmus, niſi leuis fuerit ophthalmia. Et quanto fortior fuerit ophthalmia, tanto plus eſt minuẽdum de ſanguine. Deinde uenter ex mirobalanis citrinis & tereniabim & ſucco fructuum ſoluendus eſt. Et æger à carne & à uino & à rebus dulcibus abſtinere debet & cibum minuere.

Pars practica diuiditur in ſex partes. In prima docet curare principium. In ſecunda quæ incipit ibi. Quòd ſi iſta non ſuffecerint. Docet curare augmentum. In tertia quæ incipit ibi. Et ſi lippitudinis. Docet curare ſtatum: In ultima ibi. Si autem oculus leuior. Docet curare declinationem. In quinta ibi. Ex his autem. Redit ad ponendum medicinas principij. In ſexta ibi. Sief album. Ponit deſcriptionem medicinarum quarũ ſuperius fecit mentionem. In prima parte omnia clara ſunt præterquam cum dicit, phlebotometur cephalica ex manu uel ex brachio. Pro quo ſciendum quòd penes Auic. cephalica quæ in manu phlebotomatur non eſt ramus cephalicæ quæ in parte ſuperiori apparet in cubito, ſed eſt ramus uenę communis ſicut eſt ſceilen, ut eſt apud Auicennã prima primi doctrina. 5. cap. 4. de anatomia uenarũ manus, hæc tamen poteſt dici cephalica, quia confert in paſſionibus capitis. Sed tamen eſt differentia inter phlebotomiam harum uenarum, quia quæ eſt in pollice & eſt ramus uenæ communis confert ad longinqua diuertendo, illa autem quæ eſt in brachio magis multitudinem euacuando, & immediatus à parte læſa.

Quòd ſi iſta non ſuffecerint, ſief album in lacte puellam lactantis fricandum & in oculis diſtillandum. Et ſi lippitudinis multitudo affuerit in oculis collecta, radius cotto inuoluatur & madefiat in aqua, & cum ea oculus ab illa lippa mundetur. Deinde puluis albus aſpergatur & ſuperponendo oculis aliquid, ut cottum ſuauiter ſuſtentetur & ligetur. Et æger in domum tenebroſam mittatur. Et ingeniandum eſt quantum poſsibile eſt ut ſomnus prouocetur. Caueat tamen ne ſuper oculum infirmum dormiat, & ne caput depreſsum ſit ſed ſuperius eleuatum. Nec ueſtinentorum capitia ſint ſtricta nec in faciem ſe diu proijciat.

Docet adminiſtrare ſief album in cuius deſcriptione ponit ſarcocollam, & ideo ſecundum Meſue conuenit in augmento, non in principio. Sed quis fortè inſtabit quòd Raſis omiſit medicinas principij. Dicendum eſt quòd ſic dat ipſas intelligi, nã ſi ab hoc ſief albo remoueaſ ſarcocolla eſt medicina principij. Vel fortè hic Raſis breuitati indulgẽs uoluit hoc ſief eſſe medicinam principij ophthalmiæ prouenietis ex materia mixta ex humoribus calidis & frigidis. Verum conſuetudo Meſue & aliorum autorum in principio ophthalmiæ calidæ eſt apponere albumen oui cum aqua roſacea, uel lacte. In ſecunda parte principij ſief album ſine ſarcocolla & in augmento cum ſarcocolla, & tandem addere aliquid aquæ fœniculi aut aqua decoctionis, ſem. citoniorũ, aut fœnugræci, ubi quæratur maior digeſtio, et maior ſedatio dolorum. Caue tamen ſummopere ne matures. Et ſi lippitudinis. In hac tertia parte omnia clara ſunt, docet enim curare ſtatum, & ideo ponit puluerem album qui fit ex ſarcocolla & ſief memithe. caue tamen ne pulueris ſubſtantia mordicet ideo fortè melius eſt ut ſimus cõtenti collyrijs in forma liquida, ſief & collyrium idẽ ſunt, ſcilicet medicina ocularis. Et habẽt formam oblongam ad ſimilitudinem oſſis dactili, quanquam moderni intelligant per collyrium medicamen oculare liquidum. Collyrium aliquando accipitur pro ſuppoſitorio quod eſt ad ſimilitudinem ſief ſiue collyrij propriè ſumpti.

Si autem oculus leuior fiat & dolor ſedetur, ac lachrymæ minuantur phlebotomia iam facta, & uentre ſoluto, balneum multoties & frequenter ingrediatur, ex hoc enim paſsionis reliquiæ diſſoluentur. Quòd ſi in oculo humoroſitas & grauedo remanſerint, puluis citrinus eſt immittendus. Ex his autem quæ habenti ophthal. multum conferunt, eſt ut frons & palpebræ ex hoc liniantur epithymate. Quòd Rec. ſief, memithe, roſ, aloes, licij, ſandali rub. ſauſel, croci orientalis, omnium ana partes æquales, fiant ex eis pilulæ, cumq; neceſſe fuerit reſoluatur una ex eis in ſucco coriandri, aut in ſucco endiuiæ, aut in aqua roſacea, & liniatur cum eo & liberabitur ſi deus uoluerit. Sief album. Recipe ceruſæ ablutæ drach. 10. ſarcocollæ craſsæ drach. 3. dragagan. drach. 1. opij drach. ſemis, fiant ex eis pilulæ lenti ſimiles. Puluis citrinus. Recipe ſarcocollæ craſsæ drach. 10. aloes. drach. 2. croci drach. 2. myrrhæ drach. 1. licij drach. 2. & his optimè tritis immittatur puluis cum opus fuerit. Puluis albus. Recipe ſarcocollam albam & pinguem, quæ mittatur in lac mulieris quod melius eſt cum alicuius iuuenculæ fuerit, & dimittatur in umbra donec ſiccetur & teratur optimè & omnibus drach. decem ipſius addatur ſief, memithæ drach. 2. quæ iterum optimè trita roponantur, & cum opus fuerit in oculum mittantur.

In hac ultima parte ponit puluerem citrinum reſolutiuum declinationi conuenientem qui fit ex ſarcocolla, aloẽ, croco &c. Verum applicat in hac ultima parte res conuenientes principio ut puta conſtringẽtia intercipientia fluxum quibus ſtatim ab initio uti debemus, ſcilicet facta prima phlebotomia, ſief, memithę, id eſt ſuccus memithę inſpiſſatus. Eſt autẽ memithe planta frigidæ naturæ quæ diciſ glaucium, & eſt ſpecies chelidonię frig. et ſic. in primo, cuius ſuccus extrahahaſ poſt aliqualem exiccationem ut partes aqueæ reſoluanſ & ad formam ſief reducaſ & ſic in ſole exiccetur. Licium uerò temperatum in actiuis ſiccum in ſecundo fit ex folijs, granis, radice cuiuſdam arboris ſpinoſæ ſimilis buxo, multum ualet in ophthalmia. Fauſel, id eſt, auellana inda.

Croci orientalis, id eſt, communis quo utimur, crocus autem hortulanus eſt flos chartami, & cætera

nota ſunt. Et nota quòd Raſis in declinatione concedit balneum, in quod multotiens æger ingredi debet ad reſolutionem reſidui materierum, quod balneum debet eſſe aëreum aut aquæ dulcis. Sed tempore iſto hoc non utuntur, nequaquam autem conuenit in augmẽto, eſſet enim cauſa maioris fluxus humorum ad oculum & augmenti apoſtematis, imò neq; conuenit in ſtatu niſi cum tota materia fluxerit. In deſcriptione pulueris albi ponit ſarcocollam quæ eſt gummi calid. in ſecũdo, ſiccũ in primo, multum ualens in ophthal. ad reſoluẽdum & abſtergendum. Et eſt pręparandum in lacte mulieris iuuenculæ. Aliàs docet eſſe præparandum in lacte mulieris nutrictis puellam, quod ultimum intelligendum eſt ipſam peperiſſe illam quam nutrit, ſic enim lac eſt frigid. & humidius. Eſt autem melius ut ſit iuuencula quàm ſenex, quia lac ipſius eſt humid. licet calidius, ſed eſt calidius cali. uiuificante & ſpirituoſa oculo conueniente. Cætera patent &c.

Sed ut modus curationis ophthalmiæ pro iuuenibus clarè dearticuletur, ponamus exemplum. Occurrit tibi fortè plectoricus patiens opthalmiam ſatis notabilem & infeſtãtem mixtam humoribus calidis dominantibus præcipuè ſanguine ſicut frequenter accidit: Raro enim ſiunt apoſtemata ſingularia, tertia quarti. In prima die ophthalmiæ fiat phlebotomia ſtomacho ieiunio uenæ cephalicæ in brachio contrario oculo ophthalmico, & hauriantur ℥. decem ſanguinis, plures & pauciores ſecundum exigentiam uirtutis, repletionis, ætatis, temporis anni & aliorum à quibus quærenda eſt licentia in phlebotomia. Et ſi fuerit ſtipticus ſecundum uentrem præmittatur huic phlebot. clyſtere lenitiuum. Et eadem die ponatur in oculo aliquid aquæ roſ. & propriè ex roſ. ſylueſtrib. actu frigid. nam quæ in oculis ponuntur debẽt eſſe actu frigida ſecundum plurimum, & quæ in auribus, calida de ſex horis in 6. horas. Et clauſo oculo ponat̃ deſuper faldella cotti lenis circundata petia linea ſubtili infuſa in aqua roſ. quæ cooperiat oculum & partes circunſtantes, & præcipuè magnam partem frontis, & aliqualiter ſtrictè ſuper oculo ligetur ita ut dolorem non inferant: quę ſimiliter de ſex horis in 6. horas cum ſuauitate renouetur. Si autẽ dolor uehemens inſtaret in hoc principio permiſceatur hæc aqua roſ. cum aliquo leui ſtupefaciẽte ſicut eſt aqua papaueris, mucilago pſilij, ſuccus lactucæ, ſolatri, aut pomorum mandragoræ quæ mixta in oculo & ſuper oculo, & partibus adiacẽtibus applicentur. Secunda die phlebotometur ex cephalica eiuſdem brachij & hauriant̃ ℥.6. ſanguinis uel circa, qua completa ponatur de ſex horis in ſex horas ſief albũ ſine ſarcocolla cum aqua roſ. aut lacte diſtemperatum aut ſuper cote cum eiſdẽ fricatum & ſit ſine opio ſi dolor nõ affuerit, aut cum opio ſi dolor erit, & ſuper frontem, & ſuper tempus oculo communicans ponatur repercuſſiuum. Deſcriptio ſief albi. ℞. gummi arabici, dragaganti, amyli ana ℥.1. ceruſæ lotæ. ʒ.1. ſ. & diſtemperentur cum albumine oui. Huic ſi dolor affuerit addantur opij grana ſeptem. Deſcriptio repercuſſiui applicandi ſuper frontem & tempora. ℞. ſief, memithe, roſarum, licij, boli armeni. añ. ʒ. 1. cum albumine oui optimè incorporetur, & fiat ſicut unguentum & extendatur ſuper petia lata ſecũdum frontis latitudinem & fronti apponatur. Et una alia ſimiliter tempori, oculo communicanti & non remutẽtur niſi de tertio in tertium, aut cum cadunt per ſe. Si tamen hoc tẽpore infeſtaretur addatur ʒ.s. opij, et utere ut prius. Aliud repercuſſiuum, doloris uehementis ſedatiuum. Recipe croci, memithę, lycij, aloës, gummi arabici, acatiæ, opij, ana partes æquales, confice formas ſimiles auellanis cum ſucco ſolatri aut rubi, & cum oportet diſſolue unam earum cum ſucco ſolatri aut rubi, aut mucilagine ſeminũ citoniorũ aut pſilij, aut albumine oui, aut aqua roſacea ſecundum exigentiam neceſſitatis.

Et in hoc liquore infundatur faldella cotti petia linea ſubtili circundata & ponatur ut ſupra, & remittatur ſecundum neceſſitatem ſatis frequẽter, ne nimis ſuper oculo exiccetur & inuiſcetur, remotio enim rei multum inuiſcatæ eſſet cauſa augmẽti doloris, & maioris fluxus humorum, & propterea multum uiſcoſa non ſunt ſuper oculo ponenda ſicut huiuſmodi faldellæ infuſæ in albumine oui et ſimilibus multum oculo adhærentibus. Deinde tertia die ſoluatur uenter ſi non fuerit nimium ſolutus cum aqua decoctionis mirobalanorum citrinorum, prunorum, tamarindorum, uiolarum, cum cuius uncijs tribus aut 4. trahatur caſſiæ uncia una aut ʒ. 10. aut diſſoluatur cum ea mannæ. ℥. una ſemis, & potio calida exhibeatur, poſt cuius ſumptionem tardet prandium per quinq; horas, & hæc euacuatio poteſt deinceps replicari ſecũdum exigentiam ſemper digerendo materiam cum ſyrupo de papauere, & ſimilibus & idem collyrium oculo imponat̃, & cætera fiant ut ſupra uſq; ad quartum diẽ. Et in hoc quarto die gratia diuerſionis phlebotomentur uenæ nocrę. Et ſi non reperiuntur, uentoſetur locus iſte cũ ſcarificatione aut ſanguiſugæ apponantur. Deinde quinta die ſief albo ſupraſcripto addatur. ʒ.1. ſarcocollæ nutritę in lacte mulieris, & diſtemperentur cum lacte mulieris & aqua roſ. & quarta parte mucilaginis, ſem. citoniorũ, aut hoc ſief addita ſarcocolla ſuper cote cũ lacte fricet̃. In hoc enim tẽpore opus eſt digeſtione aliqua & doloris ſedatione, cum in hoc tempore uniuerſaliter debeat eſſe augmentum quod magis declaratur ſi oculus lippitudinẽ habere cœperit: Ante enim hoc tempus, ſcilicet in toto principio non eſt in oculo lippitudo neq; inuiſcatio notabilis palpebrarum ſed ſolum fluxus lachrymarum ſubtilium: Et in hac quinta die ſi opus fuerit propter materiæ multitudinem gratia diuerſionis phlebotomentur uenæ quæ ſunt poſt aures ex parte oculi ægri & dimittantur per ſe conſtringi, aut ſanguiſugæ apponantur. Hoc etiam ultimum collyrium uſq; in diem ſeptimum continuetur, ſcilicet quouſq; peruentum fuerit ad principium ſtatus quod declarabitur per multitudinem lippitudinis & palpebrarũ inuiſcationem cuius lippitudinis grana ſunt craſſa attinentia cuidam relucentiæ. Deinde poſt ſeptimum collyrio addatur plus ſarcocollæ & aliquid aquæ fœniculi ſicq; continuetur uſque in diem. 10. uel. 11. Et in unaquaq; mutatione eſt oculus debitè à lippis abſtergendus cũ extremitate ſtili cotto inuoluti, & etiã ſi opus fuerit poterit cũ aqua roſ. tepida madefieri, & cum ea oculus lauari & abſtergi, & poſt debitã abſterſionẽ medicinę debent imponi. Et in hoc tẽpore exterius ſuper oculo ponat̃ cottum petia linea ſubtili circundatũ infuſum in decoctione roſarũ & fœnugręci,

aut

aut roſ. & meliloti. Si autem hoc tempore dolor excreſceret ſignum eſt ulceris aut exituræ, pro quorum curatione recurre ad capitulum ſequens de ulceribus & exituris. Poſt 11. autem uſq; ad 14. uel circa in quo tempore eſt declinatio, quę per ſigna prius poſita cõprehendi debet, perueniatur ad reſoluentia pura quæ de intentione autorum in forma pulueris, & liquida poſſunt applicari, licet ut credo tutius ſit cum humidis procedere, puluis enim frequenter & ſi ſit optimè trituratus & præparatus ſua aſperitate dolorem commouet, & eſt aliquãdo cauſa noui fluxus humorum ad oculum. Et ex conuenientibus in declinatione eſt ut oculus collyrizetur cum ſarcocolla nutrita cum aqua fœniculi & diſtemperata, cui propter humoris caliditatẽ aliquid thutiæ præparatæ poſſet addi, aut oculo imponatur collyrium, huiuſmodi deſcriptione Meſue. ℞. ſarcocollæ nutritæ. ʒ. 1. croci, ſpicę, aloës loti. an. gran. 6. diſtemperentur cum aqua fœniculi, cui ſi in oculo uideatur nimia caliditas, addatur aliquid aquæ roſ. Et ſi oculus toleret, in forma pulueris poteſt applicari. Exterius autem ponatur cottum infuſum in decoctione fœnugræci, roſ. meliloti in aqua & uino. Regimen autem ſex rerum non naturalium eſt ut æger locetur in aëre temperato obſcuro nõ uentoſo neq; fumoſo aut mali odoris, teneatq; non ſolũ oculum ipſum clauſum, ſed etiam ſanum, unius enim oculi cõmotio inquietat alterum, teneatq; caput temperatè calid. & in omnem euentum nihil gerat ſtrictum circa caput neq; circa collum. Dormiatq; capite eleuato ſuper ceruice aut ſuper latere oculi ſani, & nequaquam ſuper oculo ægro, dormiatq; multum, de nocte maximè, ſed non dormiat niſi diſtanter à cibo per 2. horas uel circa, habeatq; propoſſe uentrem lubricum ut aſſellet bis in die, aut naturaliter aut auxilio medicinali, ſcilicet ſuppoſitorio aut clyſteribus, nullo modo exercitetur, nec loquatur, ſed fricationes uicem ſuppleant exercitij, quæ fiant ſatis fortes aut mediocres incipiendæ à ſpatulis aut brachijs deſcendendo. Et poſſunt fieri bis in die ſtomacho ieiuno, ſimiliter lotio crurium cum aqua calida, cõfert tam ſtomacho ieiuno quàm poſt cibum. Sit ſperans & gaudens. Vitet omnia animi accidentia multum excedentia. Dieta eius ſit tenuis, unde cibum minuat, imò cœnam aliquando omittat, caueatq; à uino, carnibus, & rebus dulcibus in toto curæ proceſſu præterquam in declinatione, ac uniuerſaliter quanto accidentia ſunt uehementiora ſit dieta magis tenuis, & in omnem euentum declinet ad frigidum. Caueatq; ab euaporantibus etiam ſi frigidi ſint ſicut acetum, & etiã ab his quæ à proprietate nocent oculis aut à modo ſubſtantiæ ſicut lactuca, coriandrum, lentes, & inflatiua omnia, unde comedat ptiſanam, panicium, & condiantur cum pauca agreſta, aut uino granatorũ, ſed non ſit multum acetoſa, comedatq; in fine menſæ aliquid repreſſiuum uaporũ ſicut pyrũ aut citonium coctum uel confectum. In declinatione poteſt uti carnibus leuibus in pauca quantitate, & uino paucifero lymphato non uaporoſo, & quanto magis procedit ad finem declinationis, tanto magis dieta incraſſetur. Hæc dixi in cura regulari ſecus in cura coacta. Accidentia namq; & uirtutis debilitas interdum ordinem curationis præuaricant. Et ex hoc poſſunt dici modi curationis cæterarũ ſpecierũ ophthalmiæ, Et erit auxilium ad plura ſequentia capitula. Si enim ophthalmia fuerit cholerica, communiter una phlebotomia ſufficiet, & humor cholericus erit aliquotiẽs euacuandus cum aqua fructuũ de qua ſupra, & cæteræ intentiones reſpiciẽtes cauſam antecedentem ut ſupra compleantur. Et medicinæ locales declinent plus ad frigidum, & minus ad ſiccum. Si uerò fuerit phlegmatica, euacuetur humor phlegmaticus cũ his de quibus ſermo pręceſſit, & remedia plus declinent ad calidum & ſiccum. Si uerò melanch. euacuetur humor melancholicus, & remedia localia ſint magis humida & ſatis in actiuis temperata. In aquoſa euacuetur humiditas aquea cum his quæ dicta ſunt & remedia localia ſint magis ſic. & ad calidum declinantia. In uentoſa aũt euacuet̃ humor à quo eleuatur uentoſitas & procedatur cum calidis & ſiccis uentoſitatẽ carminantibus, quæ aũt ſint huiuſmodi in quacunq; materia cõpetentia non dearticulatè ſcribo, ſed facilè poſſunt elici ex dictis & ex dicendis, ſi enim omnia dearticulatè ponerentur, magnũ uolumen excreſceret & tædium legentibus pareret imò etiam longius proceſſi quàm decreueram, ſed hoc erit auxiliũ ad ſequentia, gratia tamen completioris doctrinæ deſcribã aliqua localia ſecundũ uarias ſpecies ophthalmiæ. Si ergo ophthal. fuerit frigida, phlegmatica utere in principio ſief hoc, cũ ſucco myrti aut aqua roſ. cuius hæc eſt deſcriptio. ℞. ſief albi deſcriptione Almanſoris. ʒ. 1. ſpicæ, croci, ana gran. 5. diſtemperentur cum ſucco myrti, aut aqua roſacea, & in proceſſu utaris iſto. Recipe ſarcocollæ. ʒ. 1. ſpicæ. ℈. 1. roſarum. ℈. 2. croci. ℈. 1. opij, aloës, gummi arabici, amyli, dragaganti. ana. ℈. s. conſice cum aqua pluuiali et utere eo cum aqua fœniculi, aut ſucco eius, ſed dolore nõ exiſtente remoue opiũ. Si aũt materia fuerit melancholica addatur cum ſimilibus mucilago, ſemen citoniorũ, aut utamur ſimilibus collyrijs ad calidum declinantibus cum lacte. Materia uerò exiſtente cholerica utamur ſief albo cum opio aut ſine opio, cum aqua papaueris aut mucilagine pſilij, aut ſimilibus, & in proceſſu cum lacte & mucilagine ſem. citoniorũ, & addatur in ſtatu parũ ſarcocollę et aqua fœniculi. Et materia exiſtẽte aquoſa utamur thutia cum ſarcocolla & ſimilibus. Sed materia exiſtente uentoſa reſoluatur cum filtro aut ſpongia infuſa in aqua decoctionis roſ. fœniculi, cymini, meliloti, aliquotiens applicita purgatione præcedente. Puluis etiam citrinus, & ſimiliter puluis albus Almanſoris conuenientes in ſtatu & declinatione, ophthal. cal. aut mixtæ etiam eſſent conuenientes in principio ophthalmiæ frig. aut ſaltem in augmento, ſi miſceantur cum lacte, aqua roſ. mucilag. ſem. citoniorũ & ſimilibus & cum decoctione meliloti, & ſem. citoniorũ. Et exterius aũt applicandis ſuper toto in principio ophthal. cal. eſt cottũ carminatũ circundatũ petia lini ſubtili infuſum in aqua roſ. Et ſi dolor eſſet infundatur in aqua papaueris cum lacte & aqua roſ. & in proceſſu conuenit pomũ coctũ cum aqua roſ. permixtum aut coctũ ſupraſcriptũ fuſum in aqua decoctionis roſ. meliloti & ſem. citoniorũ, & ſic ulterius procedendo addantur calida & minuantur frigida. Sed in ophthalmia frigida in principio exterius ſuper oculo applicetur cottum infuſum in aqua decoctionis roſ. & myrti. Et in proceſſu infundat̃ in aqua decoctionis, anethi, roſarũ & maluę in uino ſtiptico,

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.56

& magis in proceſſu in uino decoctionis meliloti, ſpicæ, fœnugræci, & roſ. Ex applicandis autem fronti & temporibus in ophthalmia calida ad repercutiendum eſt iſtud quo communiter utor. ℞. boli ar. ℥.1. aquæ roſ. ℥.3. aceti. ℥.1. albuminis oui numero 2. miſce & infundantur petiæ & fronti & temporibus applicentur. Sed in ophthalmia frigida cum hoc miſce thus & maſticem, uerum apud neceſſitatem poſſet ſuprascriptis addi. ℈.s. opij aut amplius ſecundum maiorem neceſſitatẽ ſedandi dolorem. Et ſi materia eſſet calida ualde cholerica poſſet addi ſuccus ſemperuiuæ aut ſolatri, aut aqua papaueris. Quòd ſi materia faciẽs ophthalmiam eſſet corroſiua utaris ſief albo cum opio, cum albumine oui, & poſtea addas aliquid ſief de plumbo uel elyſir de quibus in ſequenti cap. Et nota quòd ea quæ ponuntur in oculis debent eſſe actu frigida, & nõ multum ſtiptica, ſed ea quæ fronti, temporibus apponũtur debent eſſe ualde ſtiptica & continuari uſq; ad ſtatum incluſiuè, ea autem quæ in oculis ponuntur uariantur ſecundum tempora, & ſimiliter quæ ponuntur ſuper oculis.

DE VLCERIBVS OCVLORVM. Cap. IX.

Circa rubricam intellige quòd hæc rubrica, ſcilicet de ulceribus oculorum multos decipit interpretes huius capituli. Exiſtimant enim quòd Raſis in hoc cap. ſolum agat de ulceribus oculorum, cum tamen primò agat de puſtulis ſiue exituris oculi ad quas ſequuntur ulcera cum rupta ſunt, poſtea de ulceribus. Et utrorumq; in præſenti cap. ponit curationem. Et propterea fortè fuiſſet conuenientius ut rubrica diceret de puſtulis & exituris oculorum. Sed Raſis à fine, ſcilicet ab ulceribus in fine remanentibus ſumpſit denominationem. Præmittenda ſunt ergo iuxta conſuetudinem quid nominis & quid rei, puſtulæ ſiue exituræ, & ſimiliter ulceris. Puſtula enim dicitur quaſi apoſtema paruum, eſt autem apoſtema, ſecunda primi, ægritudo compoſita ex tribus morbis, ex quibus cum coniungitur prouenit una ægritudo. Aldubellet uerò eſt apoſtema colligens humores calidos ſiue frigidos. Sed exitura eſt dubellet colligẽs humores calidos, unde termini ſe habent ſicut ſuperius & inferius. Exitura autem fit dupliciter incipiendo & permutando. Exitura incipiendo eſt illa quę ſicut incipit fieri, ita incipit colligere. Sed exitura permutando eſt quæ primò fit, deinde poſt tempus colligit. Exituræ autem quæ fiunt in oculis, & propriè in cornea ſecundum plurimum fiunt incipiendo. Vlcus autem eſt ſolutio continuitatis cum ſanie ad differentiam uulneris, quod eſt ſolutio continuitatis ſine ſanie.

Cum in oculis fortis dolor & punctio nociua ac pulſus ſentitur, & lachrymarum fluit multitudo, & cum palpebræ eleuantur, & oculi aperiuntur, loca quæ ſunt in albis ipſorum inueniuntur rubea, & ſi totum fuerit rubeum, & unus locus magis rubere inuenitur, aut in nigredine locus aliquis albus apparet, puſtula iam in oculo exorta eſt.

Ad hanc uerò curandam paſſionem neceſſarius eſt medicus ualde inſtructus in curis oculorũ. Nos tamen curationes ipſius ſummas & aggregationes dicemus. Dicimus itaq; quòd ulcera quæ in coniunctiua naſcuntur, hoc eſt in albis oculorũ non adeò ſunt timenda ut ea quæ in cornea, hoc eſt in oculi nigredine fiunt. Deterius uerò ulcerum eſt illud quod in nigredine ſub pupilla exiſtit, eminẽtia namq; ad iſtũ eſt uelocior.

Diuiditur autem præſens capitulum in partes. 2. in prima agit de puſtulis ſiue exituris corneæ theoricè. In ſecunda ibi. Horum autem ulcerum, agit practicè. Prima in tres. Nam in prima ponit ſigna earum. In ſecunda ibi. Ad hãc uerò curandam, oſtendit eſſe neceſſarium medicum in ægritudinibus oculorum eſſe eruditum, pro harum diſpoſitionũ curatione. In tertia ibi. Dicimus autẽ quòd ulcera, ponit diuiſionem harum puſtularum in ſuas ſpecies, oſtendens quæ ſit deterior. Pro declaratione huius partis theoricæ iuxta conſuetudinẽ noſtram primò uidendæ ſunt ſpecies & cauſæ puſtularum corneæ & ulcerum eius. Secundò ſigna. Tertiò prognoſtica.

Puſtulæ igitur corneæ. Quædam ſunt phleg. pendentes ab aquoſitate ſiue phlegmate aquoſo, & dicuntur apud Auic. ueſicæ. Et apud Axarauium ampullæ. Quædam ſunt cholericæ, quas Auic. appellat exituras. Sed Raſis hic & Ioãnes Serap. ſecundo breuiarij & Ieſus Ali ulcera. Tertię ſunt ſanguineæ quæ bothor ab Auic. dicuntur. Quartæ melanch. & propriè ex melancholia aduſta quas cancros Auic. nominauit. Raſis tamen breuitati indulgens ſolummodo de cholericis & ſanguineis tractauit hic. Puſtulæ uerò phlegmaticæ pendentes à phlegmate aquoſo nõ aũt craſſo, quia nõ poſſet in ſubſtantiam denſam niſi difficillimè penetrare, diſtinguuntur quinq; modis, ſcilicet ſitu, quantitate, modo ſubſtantiæ, acuitate & colore. Situ quidem, nam quandoq; aquoſitas cõtinetur inter primũ & ſecundum corticem corneæ, quandoq; inter ſecundum & tertium, quandoq; inter tertium & quartum. Ex parte quantitatis, nam quędam pendent à multa materia ferè totam corneam occupante, quædam à pauca ſiue mediocri. Modo ſubſtantiæ, quia quædam pendent ab aquoſitate ſubtiliori, quædã craſſiori. Acuitate uerò, nam quædam pendẽt ab aquoſitate magis acuta & corroſiua, quædam ab aquoſitate ſuaui non acuta. Colore autem, nam quædam tendunt in nigrum cum diaphaneitate, quædam ſunt albæ non diaphanæ. Primæ ſunt illæ quæ continentur inter primũ corticem & ſecundum. Secundæ ſunt illæ quæ continentur inter tertium & quartum. Mediæ autem inter has ſunt cõtentæ inter ſecundum & tertium. Ratio autem primarum

rum eſt, quia aquoſitas illuminatur à lumine cõtinentis propter propinquitatem. Vnde uiſio aſpicientis poteſt penetrare per ipſam, uſque ad uueam, & propterea apparet coloris nigri, nam quandocunq; nigrum ponitur ſub diaphano apparet diaphanum coloris nigri. Secunda ratio eſt, quia radij penetrantes per ipſam uſq; ad uueã reflectuntur ab uuea ad aquoſitatem, & propter diſtantiam aquoſitatis ab uuea radij reflexi ſunt rectiores & magis nigredinem ueæ repræſentantes. Si uerò aquoſitas continetur inter tertium & quartum corticem, tunc nõ poſſet ſufficienter illuminari à lumine continentis, neq; uiſio aſpicientis poſſet per ipſam penetrare ad uueam, quapropter apparebit ſub colore ſuo, ſcilicet albo & non apparebit diaphana, & etiam quia radij ſiqui penetrant uſq; ad uueam, poſtea reflexi non ſunt recti propter propinquitatem, ipſa aquoſitate exiſtente ex directo medij pupillæ, quanto enim radij illi reflexi ſunt breuiores tanto ſunt minus recti, & propterea minus repræſentant nigredinem uueæ. Et quanto ſunt diſtantiores ſunt magis recti & melius ipſam repræſentantes. Oppoſitum tamen accidit reſpectu ipſius ægri, nam illa quæ eſt interior apparet ſibi magis nigra & tenebroſa cum magis uiſum impediat, & minus illuſtretur à lumine continentis. Econtrario exterior apparet magis alba, et minus tenebroſa propter cauſam oppoſitam. Et ſi quis quæreret quomodo diſtinguitur hęc ueſica, ſiue puſtula nigra à puſtula nigra reſpectu humoris melancholici. Dicendum quòd nigredo conſurgens merito ſitus eſt cum luciditate & paruitate, ſed conſurgens merito humoris eſt nigredo propria terminans uiſum non lucida ne diaphana.

Idem dicendum de his puſtulis cum pendent à cholera aut ab alijs humoribus, quæ enim ſunt magis extra apparent magis claræ, quæ uerò magis intra magis opacę, ſemper tamen tendunt in colorem humoris ex quo generantur. Vlcera uerò quæ Auic. exituras appellat, ſunt ſeptem ſpecierum, & generantur ſecundum plurimum ab humoribus acutis aduſtis quatuor, in ſuperficie corneæ, & accidit propter ipſa aſperitas, cum palpebra comprimitur ſupra corneа. Prima, eſt ulcus ſimile fumo uel pulueri in colore, & tenue expanſum occupans locum magnum. Secunda ſpecies eſt profundior, uehementius alba & minoris quantitatis, & nominatur nubes propter ſimilitudinem cum nube alba. Tertia dicitur coronalis, quia eſt ſuper corona nigredinis, & quandoq; occupat aliquid de albo coniunctiuè, & quod eſt ſuper corona eſt album, & quod eſt ſuper coniunctiua eſt nigrum. Quarta ſpecies nominatur lanoſa, exiſtẽs in ſuperficie corneæ, ac ſi lana pauca eſſet ſuper ipſa. Tres aliæ ſunt profundæ, quarum una nominatur anulus, ſubmerſam habens profunditatem, & eſt ulcus profundum, ſtrictum mundum, propterea nominatur anulus ad ſimilitudinem gemmæ anuli, & penetrãt uſq; ad ultimum corticem. Secunda nominatur ungula, & eſt minoris profunditatis & latioris occupationis. Tertia eſt ulcus, quod nominatur aduſtiuum, & eſt ulcus ſordidum habens cruſtas in cuius mundificatione eſt timor, Et etiam ſi non mundificatur eſt timor, quia humiditas currit per corroſionem panniculorum, & corrumpitur cum ea oculus. Item ulcera & puſtulæ diſtinguuntur, nam quædam ſunt in coniunctiua, & ſunt minus mala, quædam ſunt in cornea, & ſunt deteriora. Et deterius ex illis quæ ſunt in cornea, eſt factum ex directo pupillæ.

Cauſæ puſtularum ſunt quatuor humores iam dicti & quæcunq; poſſunt illos humores mouere ad oculos ſiue ſint cauſę primitiuæ, ſiue corporeæ. Cauſæ uerò ulcerum ſunt aut ophthalmia aut puſtulæ corneæ, de quibus ſermo pręceſsit, ipſis enim eruptis ſuccedunt ulcera. Et quandoq; generantur à cauſis primitiuis, ſicut gladio & ſimilibus caſu & offenſione. Aliquando fiunt ab humore paulatim ſuperficiẽ corrodente, & etiam lachrymæ acutæ diu continuatę poſſunt hoc facere. Et nota quòd puſtulæ quandoq; rumpuntur exterius & ſanies fluit extra, quandoq; rũpuntur interius & ſanies continetᷓ retro corneã & ſimilatᷓ ungulæ, eſt enim ſicut quędam lunula.

Signa puſtularum ſunt ea, quæ dicta ſunt in textu ſcilicet fortis dolor propter membri ſenſibilitatem, punctio nociua propter acuitatem & mordicationẽ humoris, aut puſtulæ ruptionem & pulſus ſiue dolor pulſatiuus propter uehementem caliditatem, unde arteriæ coniunctiuæ pulſantur amplius ſolito. Et multitudo lachrymarum cum multa aquoſitate ad oculum deriuata, tam propter dolorem quàm propter caliditatem. Quintum ſignum per quod locus ulceris diſtinguitur eſt, quia ſcilicet ſi puſtulæ uel ulcera ſunt in albis oculorum loca illa apparent rubea. Et ſi totum fuerit rubeum locus ulceris uel exituræ apparebit magis rubeus, ſed in nigredine oculi locus ulceratus uel puſtulatus apparebit albus. Ratio primi eſt duplex dicta ſuperius. Vna quia in coniunctiua ſunt multæ uenulæ, & propter dolorem ulceris & calid. multum ex ſanguine & ſpiritu attrahitur ad coniunctiuam & magis ad locum læſum, & propterea rubet ſicut facies ſanguine ad ipſam attracto. Secunda cauſa eſt quia in coniunctiua alba omnis rubedo eſt ualde manifeſta. Cauſa autem quòd apparet albedo in cornea eſt, aut propter ſaniem ibidem exiſtentem albam, aut ſi ſit ulcus ſine ſanie aër ſubingrediens repræſentat colorem album, ſicut ſubingrediẽs cornu in fruſta diuiſum. Tertia cauſa, quia per puſtulam & ulcera perditur diaphanitas cornеę, & quia color magis conformis diaphaneitati eſt albedo, color apparet albus diaphaneitate in albedinem conuerſa, ſicut uidemus aquam diaphanam per congelationem effici albam & uiſum terminare. Eſt enim color extremitas perſpicui terminati corporis per opacum Cætera quæ in hac parte dicit Raſis theoricè ſunt nota. Dicit tamen in parte ultima huius partis theoricę, quòd ulcus exiſtens ſub pupilla ex directo pupillæ, uel etiam parum infra pupillam eſt deterius cæteris, cum ad ipſum uelocius ſequatur eminentia, id eſt, exitus uueæ. His addas ſextum ſignum, ſcilicet, quòd qui habet ulcera aut puſtulas in cornea, & propriè calidas non poteſt tollerare lumen, tum ſcilicet, quia lumen calefacit, tum quia ſpiritus & ſanguinem trahit ad locum unde ſit maior inflammatio & dolor propter motum humoris & ſpiritus ad locum. Et tertia cauſa eſt, quia in ulcere lumen penetrat ad cryſtalloiden nõ debitè mundificanũ per ulcus in cornea, quapropter non poteſt ipſum ſuſtinere.

Prognoſtica. Primum. Puſtula aut ulcus profundum in cornea ducit ad cæcitatem aut aliquod ueſti-

i

gium album derelinquit,ſcilicet,cicatricem quæ non eſt diaphana cum ſit reſtaurata per uiam ſecundæ intentionis. Secundum, Puſtula uel ulcus canceroſum ſecundum plurimum eſt incurabile ducens ad deſtructionem oculi, & eſt magis doloroſum in oculo, quàm in alia parte noſtri corporis. Tertium. Secundum plurimum deterior eſt ruptio ad interiora, quàm ad exteriora oculi, licet eruptio utrinq; ſit cæteris deterior.

Horum autem ulcerum curã cum phlebotomia incipere debemus, & ſanguinis extrahere multitudinem ſecũdum quod poſſibile fuerit. Conſequenter autem uenter ſoluendus eſt. Et æger ſibi cauere debet à carne & uino dulci. Et eſſe contentus herbis frigidis, & in potu ſola aqua uti. In oculo uerò in initio ſief album cum lacte muliebris eſt mittendum, & ſi pulſus iam eleuari et ſedari uidetur, ſperandum eſt quòd ægritudo ſoluatur ſine ſaniei collectione. Quòd ſi pulſus poſt ſanguinis extractionẽ & uentris ſolutionẽ ac ſief albi immiſſionẽ quieſcere non uidetur, parua fiducia in hoc quod diximus, eſt habenda. Eſt itaq; tũc ſief de olibano mittendũ in oculo, et pila aliqua oculo ſuperponẽda & cũ ligatura ſtringenda. Ante uerò q̃ hoc eueniat, oculus ſuauiter eſt ligandus & ſine ſuperpoſitione pilæ. Et non ceſſes in oculum ſief de thure ſæpe diſtillare donec ſanies in pilã uideatur.

Hic ponit curam puſtularum & ulcerum corneæ. Et diuiditur hæc pars in duas partes. In prima parte ponit regimen uniuerſale curationis iſtorum. In ſecunda ibi. In oculo uerò. Ponit regimen particulare. De prima dicit eſſe inchoandum curã cum phlebotomia extrahendo ſanguinem ſecundum conditionem patientis. Secundò, æger ſoluendus eſt cum medicina leniente frigida deſcripta ſuperius in capite de ophthalmia. Tertiò regatur æger cauendo ſe à carne & uino & propriè dulci, ſed ſit contentus herbis frigidis ſicut portulaca, endiuia, lactuca, cucurbita, & ſolum aquam bibat. In oculo uerò, hic ponit regimen particulare, & diuiditur in quinque partes, in prima parte ponit curam iſtarum puſtularum uſque ad ſtatum. In ſecunda ibi. Quòd ſi pulſus. Ponit curam ipſarum in ſtatu uſquequo rumpantur. In tertia ibi. Ex quo uiſum fuerit, ponit curam ulcerum remanentium poſt rupturam puſtularum. In quarta ibi. Cum autem caro, &c. ponit curationem albedinis remanentis poſt curationem ulcerum. In quinta parte ibi. Sief de thure. Ponit deſcriptionem quatuor collyriorum complentium intentiones ſupraſcriptas. De prima parte dicit, quòd in principio ſief album diſtemperatum cũ lacte mulieris eſt ponendũ in oculo, & ſi per huiuſmodi impoſitionem ſimul cum remedijs uniuerſalibus dolor pulſatiuus alleuiari & ſedari uideretur, ſperandum eſt quòd ægritudo ſoluetur ſine collectione ſaniei. Quòd ſi dolor pulſatiuus poſt remedia ſupraſcripta, non quieſcat, parua fiducia habenda eſt, quòd ęgritudo ſoluetur ſine collectione ſaniei, imò credendum eſt perſeuerante dolore pulſatiuo ſaniem colligi, & propterea eſt accelerandum ad maturationem, & ſief de olibano eſt ponendum in oculo, & pila aliqua ſicut faldella ex cotto eſt ſuperponenda oculo, & cum ligatura ſtringenda, quæ omnia fiunt ne cornea rumpatur, & humores & uuea exeãt.

Si uerò non timeremus ruptionem corneæ non eſſet neceſſarium pilam oculo ſuperponere & ſtringere, continuetur ergo ſief de thure donec puſtula rupta & ſanies in pilam ſuperpoſita uideatur.

Ex quo enim hoc uiſum fuerit, ſief de plumbo uti neceſſe eſt uſquequo profunditas fiat plana & tota caro generetur, ea tamen, quæ diximus, tunc ſunt facienda cum puſtula non eſt magna. Quoniam cum magna fuerit, fueritq; iuxta pupillam, aut inferius ea, eſt tũc neceſſe ut cum eliſir mediceтur, ne oculus emineat. Ad pilæ quoq; ſuperpoſitionem & ligaturam eſt redeundum. Aeger præterea ſemper ſupinus iacere debet, & à forti motu abſtinere.

Docet curare ulcera remanẽtia poſt rupturam ponendo in oculo ſief de plumbo uſq; quo profunditas fiat plana, & tota caro generetur. Et ſubdit, quòd hęc facienda ſunt cum puſtula non eſt magna, ipſa enim exiſtente magna propriè iuxta pupillam aut infra eam, ita ut manifeſtè timeamus de exitu uueæ & humorum, tunc eſt neceſſe, ut cum ſief eliſir poſito in oculo medicetur, ne oculus emineat rupta cornea & egrediente uuea. Et in hoc caſu debemus pilam ſuperponere & ligare, & æger debet iacere ſupinus, & abſtinere à forti motu, imò etiam à locutione. Iſto autem ſief eliſir utimur ad alteram duarum intentionũ, aut ſanie emanante ad prohibendum ne ulcus corrodatur & amplificetur. Eſt enim frigidum, ſiccum, & ſtipticum. Aut eo utimur ante ruptionem puſtulæ ad faciendum eam rumpi interius, ne oculus deformetur, & ſanies interius collecta in proceſſu poterit reſolui, aut cum operatione manuali extrahi ſcindendo in parte inferiori, ubi ſcilicet, collecta fuerit, ſicut dicetur in curatione cataractarum.

Cum autem caro in loco uulnerum perfectè generata fuerit, uel locus apoſtematis carne repletus fuerit, remanebit ibi in oculo albedo. Quòd ſi ulcus profundus fuerit, albedo eſt craſſa, & ſi in ſuperficie tantum

carnis

carnis fuerit, erit ſubtilis. Vlcus quoque ſi à pupilla fuerit remotum, & ſteterit ſeparatim per ſe ueſtigium, illud quod remanet nihil mali faciet. Si autem iuxta pupillam quandoq; fuerit poſt ulceris curationem ueſtigium remanens, prohibebit uiſionem. Quapropter tunc utendũ eſt rebus et medicinis, quibus ueſtigium quod diximus abſtergi & deleri poſſit.

Docet curare albedinem poſt conſolidationem ulcerum remanentem, quæ aliquando eſt craſſa & profunda, aliquando ſuperficialis ſecundum quod ulcus eſt profundum aut ſuperficiale. Et hoc aliquãdo non impedit uiſum ſi non fuerit ex directo pupillæ, & aliquando impedit ſi fuerit ex directo, quapropter utendum eſt medicinis, quibus ueſtigium illud poſſit abſtergi & deleri, de his autem dicetur inferius in capite de albedine oculi.

Sief de thure. Recipe ammoniaci, ſarcocollæ amborũ. ana. drach. 5. tubris, drach. 10. croci, drach. 2. conficiantur ex mucilagine fœnugr. & fiet ex eis ſief. Sief de plumbo. Rec. plumbi uſti, antimonij, thutiæ ablutæ, calcuce caumenon, gummi Arabici, dragag. omnium. ana. drach. 8. opij, drach. 5. terantur, et cum panno ſerico, qui ſit ſubliſſimus cernantur & cribellentur, & conſpergantur ex aqua pluuiali, & fiet ex eis ſief: Sief ex quo caro in ulceribus oculorum generatur, & uueæ egreſſio prohibetur, & ueſtigiũm ſubtiliatur. Rec. cadmiæ ablutæ, thutiæ ablutæ, ceruſæ, antimonij, thuris omniũ, ana. drach. 2. myrrhæ drach. 1. ſarcocollæ craſſæ, drach. 1. & 5. ſang. dracon. aloes, opij, ana. drach. 1. fiat ex eis ſief. Eliſir quo eſt utendum cum timetur ne ex ulcere uueæ ſequatur egreſſio. Rec. antimonij, hæmatitis amborum, ana. drach. 10. acatiæ, drach. 3. aloes drach. 1. terantur, & fiant ex eis ſief, & adminiſtrentur apud neceſſitatem.

Hic deſcribit quatuor ſief, complẽtia quatuor intentiones ſupraſcriptas. Primum eſt ſief de thure maturans puſtulas. ℞. ammoniaci cal. in tertio, ſic. in primo maturatiui & reſolutiui ſarcocollæ, ana. ʒ. 5. thuris cal. & ſic. in primo, ʒ. 10. croci ʒ. 2. conficiatur ſief cum mucilagine, fœnigræci, extrahendo ſecundum doctrinam Seruitoris. Secundum eſt ſief de plumbo carnem generans in ulceribus mundificãs & ſigillans ℞. plumbi uſti frigidi & humidi maximè correctiui ulcerum malignorũ, antimonij frigidi in primo ſic. in ſecundo, thutiæ ablutæ frig. in primo ſic. in ſecudo æris uſti calidi in ſecundo ſic. in tertio abſterſiui, gummi arabici, dragaganti omnium, ana. ʒ. 8. opij ʒ. 5. terantur & tamiſientur & conſpergantur aqua pluuiali, quæ eſt magis ſubtilis & abſterſiua. Deinde ponit aliud ſief, ex quo caro in ulceribus generatur, & prohibet egreſsionem uueæ & ueſtigium ſubtiliat. ℞. cadmiæ ablutæ, quæ eſt fuligo adhærens parietib. ſuperioribus fornacis, in cuiuſcunq; metalli purificatione, & eſt diuerſæ complexionis ſecundum diuerſitatem metallorum, thutiæ, ceruſæ, antimonij, thuris, ana. ʒ. 2. myrrhæ, ʒ. 1. ſarcocollæ craſſæ, ʒ. 1. s. ſang. drac. qui eſt frig. & ſic. conſtrictiuus, prohibens fluxum, conglutinans ulcera & plagas recentes, aloẽs, opij, añ. ʒ. 1. fiat ex eis ſief. Sief eliſir quo utendum eſt, cum timetur ne ex ulcere ſequatur egreſsio uueæ. ℞. antimonij, lapidis hematitis frig, in ſecundo, ſic. in tertio, & ualet multum in ulceribus oculi. Et habet proprietatem mirabilem ad gomorheã, & debet eſſe lotus añ. ʒ. 10. acatiæ, ʒ. 3. ſed nos non habemus acatiam, quæ fit de ſucco arboris, cuius gummi eſt dragagantum, ſed loco illius utimur ſucco prunellorum, aloẽs, ʒ. 1. fiant ex eis ſief cum albumine oui: nam hoc ſief eſt frigidum, ſiccum, ſtipticum, conſolidatiuum.

Triplex eſt harum puſtularum regimen curatiuũ, ſicut dictum fuit in ophthalmia. Primum eſt uniuerſale reſpiciens cauſam antecedentẽ. Secundum eſt particulare reſpiciens magis coniunctam. Tertium eſt commune utriq;. Regimen uniuerſale quinq; perficitur intentionibus curatiuis. Prima eſt minoratio. ſecunda digeſtio. tertia eradicatio. quarta diuerſio. & quinta fluxus interceptio. Et hæ omnes perficiuntur cum phlebotomijs, euacuationibus, digeſtionibus, diuerſionibus, & fluxus interceptionibus, ſicut dictum fuit. In ophthalmia à ſimili cauſa prouenienre ſola eſt differẽtia, quia rarius oportet intercipere fluxum cum repercuſsiuis fronti & temporibus applicitis, & cum ſectione uenarum & arteriarum in puſtulis corneæ, q̃ in ophthalmia, cuius cauſa eſt, quia materiæ fluentes ad coniunctiuam frequentius fluunt per uenas & arterias extrinſecas, quàm per intrinſecas, eo quòd coniunctiua oritur ab almochati. Econtra uerò cornea à dura matre quæ ſub craneo eſt, quare materię frequẽtius fluunt ad ipſam per interiora, quàm per exteriora ſaltem in comparatione ad coniunctiuam. Attamen ubi in utraq; neceſſariũ ſit intercipere fluxum cum eiſdem remedijs eſt illud faciẽdum, &c.

Secundum uerò regimen exigit tres intentiones curatiuas, ſicut dictum fuit in ophthalmia, ſcilicet, repercuſsionem in principio, repercuſsionem cum reſolutione in augmento uſq; ad medium ſtatus gradatim augendo reſolutiua, à medio ſtatus deinceps reſolutiua pura, ſi puſtulæ tendãt in uiam reſolutionis, & hæ eiſdem remedijs ferè complendæ ſunt, niſi quòd magis ſedatiua doloris & ſtupefacientia ſunt neceſſaria in puſtulis corneæ, quàm ophthalmiæ propter doloris magnitudinem. Veruntamen eſt differentia, quia puſtulæ corneæ frequentius maturantur, q̃

i 2

ophthalmia, eo quòd cornea eſt magis denſa, & minus habens de caliditate innata, & etiam quia inter cortices eius facilius materia colligitur. Et propterea in principio puſtularum indigemus repercuſsiuis ſecundum plurimum magis frig. & ſtupefacientibus, & dolorem ſedantibus ſicut lacte cum aqua pa. aut ſicut ſief albo cum opio, ſiue ſarcocolla cum lacte: in augmento uerò addatur ſarcoc. Et ſi dolor & pulſatio, & cætera accidentia uideantur remitti, tunc ſperandum eſt puſtulam per uiam reſolutionis terminari. Si uerò pulſatio & reliqua accidentia augeantur, ſuſpicandum eſt de maturatione. Et propterea iubet Raſis, tunc apponi ſief de thure, ſed quia hoc eſt nimis cal. laudo, ut in primis incipias cum magis domeſticis, ſicut cum mucilagine ſem. cit. aut ſem. lini. aut fœnugr. cum ſief albo, & poſtea uenias ad ſief de thure cum lacte, quod tanto tempore continuetur, donec puſtula rupta fuerit, & ſanies in pila uideatur. Et ſi illa pila ſiue faldella eſſet infuſa in lacte, aut in aliqua decoctione maturatiua, ſicut ſem. citoniorum, ſem. lini, aut fœnugr. cum pauca aqua roſ. eſſet præſtantius. Hoc autem fit ut per illam compreſsionem conſeruetur cornea ne diſrumpatur, & hic etiam modus eſſet obſeruandus in ophthalmia, ſi ophthalmia aliquando maturaretur. Rupta uerò exitura intentio remanet ad ulcus triplex, ſcilicet, mundificatio, carnis generatio, & conſolidatio. Prima perficitur cum aqua decoctionis mellis roſ. aut aqua ſacch. aut cum ſief de plumbo cum lacte permixto: habet enim uirtutem mundificatiuam, & eſt cæteris præſtantius.

Secunda intentio perficitur cum eodem, & aqua rubi, idem etiam ſigillationē perficit, ſed magis proprium in ſigillando eſt ſief eliſir. Dicit tamen Raſis, quòd ſi puſtula eſt magna uel ulcus magnum, loco ſief de plumbo ponamus ſief eliſir, quod intelligi poteſt, ut dixi circa tex. & ante maturationem ut ſanies fluat interius, ne tota cornea diſrumpatur, quod maximè uerum eſt, ubi puſtula illa eſſet profunda, ſcilicet inter tertium & quartum corticem, poſſet etiam intelligi, ut adminiſtretur ſief eliſir in ulcere magno & propriè corroſiuo ad prohibēdum corroſionē, eſt enim frigidum & ſiccum & ſtipticum. Et in his caſibus ſemper debet fieri compreſsio cum pila, ſed cum curantur ulcera ſit infuſa in aqua roſ. Et eſto memor nunq; ſuper oculum apponere aliquod tenax, ne in remouendo dolorem faciat. Si uerò uulnus eſſet recens, factum à cauſa primitiua, prima intentio eſſet phlebotomia. Et ſi alius humor ſuperabundaret in corpore educatur, & maximè cum medicina leniente. Secunda intentio eſt prohibitio diſcurſus materierum ad oculos cum repercuſsiuis ſuperius dictis fronti & temporibus applicitis. Tertia eſt adminiſtratio intētionis circa uulnus. In principio ponatur aqua albuminis oui in oculo, & die ſequenti aqua albuminis oui cum ſief albo, & ita continuetur uſq; ad quartum. Et deinceps addatur iſtis ſief de plumbo pro tertia parte & gradatim minuatur ſief album, & augeatur ſief de plumbo donec ſief de plumbo ſolum ponatur, & poſtea ad cicatrizandum ponatur ſief eliſir. Si autem timeremus egreſſum uueæ, ſtatim apponamus ſief eliſir cum albumine oui, & ſemper pila in aqua roſ. infuſa eſt ſuper oculo comprimenda. Tertium regimen commune utriq; perficitur duabus intentionibus, ſcilicet correctione accidentium et debito regimine uitæ. Accidentia uerò corrigenda ſunt tria, ſcilicet, dolor, aut cum remouentibus ſuperius dictis, aut cum anodinis fomentando oculum lacte & oleo roſ. tepidis, aut cum ſtupefacientibus tam interius quàm exterius applicitis. Secundum eſt inſtantia uigiliarum curanda cum ſtupefacientibus interius & exterius applicitis. Vnde omni nocte cū uadit dormitum dētur ℥, 2. ſyr. de papauer. cum hoc enim quòd digerit materias ſubtiles cal. etiam ſomnum inducit. Et ſi non ſufficeret detur à ʒ. s. ad 1. requies deſcriptione Nicolai, aut aliqua pilula opiata, aut lac ſem. papauer. ponatur in ferculis. Regimen uerò perficitur cum aere, cibo & potu, ſicut dictum eſt ſuperius, & dieta debet eſſe ſubtilior, quàm in ophthalmia, & magis frigida actu & potentia. Et reliquū regimen obſeruetur niſi quòd hic opus eſt pluri ſomno, maiori quiete, animi & corporis. Si uerò puſtula eſſet aquoſa poſt uniuerſalia & euacuationem ſibi propriam cum turbith non confortato, ſcilicet aut eius infuſione in aqua fœniculi eſt neceſſarium procedere cum his, quæ illam humiditatem exiccant, ſicut medicamine de luto comparato ad ſaniem, loco cuius utimur luto ſigillato. ℞ luti ſigil. & torrefacti. ʒ. 3. thutiæ præparatæ, ʒ. 1. cadmiæ lotæ, & antimonij abluti, ana. ʒ. 2. ſcoriæ æris ablutæ, ʒ. 3. opij ſi dolor fuerit, ʒ. 3. gummi ʒ. 4. terantur cum aqua pluuiali, & fiat ex eis ſief, & adminiſtretur cum aqua fœnugr. aut fœniculi, & quando multiplicatur curetur cum ferro faciendo foramen paruum in parte inferiori, & eodem modo & cum eiſdem medicinis extrahatur ſanies contenta ſub cornea. Verum de hoc latius, ubi de cura cataractarum. Si uerò apparet bothor ſanguineum in cupum aliqualiter eleuatum poſt uniuerſalia diſtilletur in oculo frequenter lac, poſtea ſanguis columbæ aut turturis calidus ſicut exit à uena, & pomum coctum cum aqua roſ. permixtum ſuper oculo applicetur, & aliqualiter comprimatur. Si uerò fuerit puſtula canceroſa tunc poſt uniuerſalia intentio eſt ſedatio doloris cum ſief, ſcilicet, albo opiato, & lacte mulieris, & emplaſtrum factum ex uitello oui, & oleo roſ. exterius applicitum eſt conueniens.

Intendatur ergo ſedationi doloris, modis ſuperius dictis. uera autem cura non eſt poſsibilis & potus lactis laudatur in ea. ſimiliter euacuatio cum ſero caprino in quo ſit ſenæ & epithimum. Verum fortè eſſet præſtantius oculum euellere cum non uideatur cura poſsibilis, fortaſſe enim (ſicut aliquando uidi) cancer per partem poſt partem communicabitur cerebro, & ſequetur mors, & propterea melius eſſet oculum euellere, & ſinere multum ſanguinem egredi & deinde locum cauterizare cum cauterio actuali.

DE HIS QVÆ IN OCVLIS CADUNT Cap. XX.

SVmatur reſina, id eſt, gumma pini, & per oculum trahatur, & extrahit illud quod in oculo cecidit.

Circa iſtam rubricam nota, quòd ea quæ in oculis cadunt ſi ad placitum remoueri poſſunt, non ſunt di-

cenda ægritudines, licet etiam uiſum impediant, aliter ſequeretur quòd compedes eſſent ægritudo, & quòd indutus ueſtes graues eſſet æger: ſunt enim hi in operationibus ſenſibilibus impediti. Si uerò illud quod cecidit in oculo non ſit ad placitum remouibile, quia fortè fixum in oculo aut in palpebra, ſi impediat operatiōes eſt morbus, aut in numero, aut in uia, ſi impediat ddationem ſpecierum ad cryſtalloidem, aut ſaltē eſt cauſa opilationis, quæ eſt morbus in uia. Verum hæc fuit differentia inter Gal. & Auic. quia Gal. uoluit quòd nihil debeat dici ſanitas aut ægritudo ſi pendeat à cauſa primitiua. Auic. uerò uoluit omnem diſpoſitionem immediatè nocentē operationibus aut ipſas perficientem eſſe dicendam ægritudinem aut ſanitatem ſiue pendeat à cauſa primitiua, ſiue non, dummodo ſit in aliqua naturarū, ſcilicet complexione, compoſitione aut unitate. Mihi tamen magis placet opinio Auic. Et ſecundum nullum iſtorum authorū id quod cadit in oculo ad placitum remouibile eſt dicendum ægritudo. Si autem non poteſt ad placitum remoueri, quia fixum & incarnatum, et ſenſibiliter læderet operationes ſecundum utrunq; iſtorum eſt dicendum ęgritudo. Pro cura aduerte quòd multiplex eſt modus extrahendi id quod cecidit in oculo Primus ſi fuerit illud ſub palpebra ſuperiori aut inferiori trahatur cum una manu palpebra ſuperior inferius notabiliter capiendo ipſam cum digitis in extremitate ſua. Et ſimiliter trahatur cum alia manu eodem tempore palpebra inferior inferius, & præcipiatur ægro ut uoluat oculum ad ſuperiora, & ſubitò quod cecidit in oculo exhibit. Si autem prima uice non conſequaris effectum experiaris ſecunda uice & tertia, & hic modus eſt leuiſsimus omnium. Secundus modus eſt, ut impleas os tuum aqua aut lacte & dilatata palpebra quantū fieri poteſt inſuffletur aqua aut lac cum uelocitate in oculum. Iſtud etiā aptius fit per catathir, ſiue iniectoriū. Tertius multotiēs dilatata palpebra, ab ubere lac in oculū inijciatur. Et iſti modi utiles ſunt quando aliquid acutum ſicut ſal ammoniacus, aut argentum ſublimatum, aut ſimilia ceciderint in oculum. Quartus contineatur anhelitus obturando os & nares, donec oculi lachrymētur, & exhibit cum lachrymis quicquid in oculo continetur.

Quintus inuerſetur palpebra & in extremitate ſtili ponatur reſina, aut terbenthina, aut uiſcus, & tangatur quod cecidit in oculo, & extrahatur. Sextus fricetur carabe ſuper panno, donec uehementer calefiat & uicinetur illi quod cecidit in oculo & adhærebit ipſi. Attrahit enim feſtucā ſicut magnes ferrum.

Septimus ſi illud ſit infixum in oculo aut palpebra cum molletis dentatis, aut tenacula acuta dentata extrahatur. Et ex his patet litera textus.

DE ALBEDINE OCVLORVM Cap. XXI.

NOta quòd albedo, albula, nubes nebula, albugo, tela, pannus aliquando accipiuntur ut termini ſynonymi ſignificantes hanc diſpoſitionem quæ diffinitiuè eſt ueſtigium apparens in ſuperficie corneæ ſecundum plurimum tendens in albedinem. Verum apud aliquos diuerſa important, ut apud Auic. nebula importat ueſtigium magis ſuperficiale, albugo magis craſſum, ſed de his non eſt curandum. Sunt tamen hæc nomina ſumpta à rebus, quibus hæc paſsio aſsimilatur. Verum Raſis ſolummodo loquitur de albedine, quæ eſt cicatrix ex ulcere derelicta: eſt autem hæc albedo ſi ſit coràm pupilla uiſum impediens, morbus in uia. Si uerò ſit concaua aut eleuata, & lædat per illud, poſſet dici morbus in ſuperficie & in ſitu. Si autem lædat per colorem, ut quia faciat obiecta apparere citrina, aut alterius coloris cuius non ſunt reducitur ſecundū aliquos ad morbum in complexione, ſed ſecundum ueriorem ſententiam reducitur ad morbum in colore. Si uerò non lædat per colorem ſuum, aut quia non ſit ex directo pupillæ nec aliter lædat, tunc non eſt ægritudo: eſt tamen de his, quæ cum ægritudinibus nominantur 2. primi. doctrina prima capite ſexto.

ALbedo quæ in oculis contingit eſt ueſtigium poſt ulcerum curationem remanēs quando conſolidantur.

Hoc caput diuiditur in duas partas. In prima agit de albedine oculi theor. In ſecunda ibi. Hæc autem paſsio, &c. Agit de ipſa practicè, prima in duas. Primò ponit ipſius diffinitionē & cauſam. In ſecūda ibi. Quæ cum in oculis, &c. innuit ſpecies eius. De prima parte dicit, quòd albedo in oculis contingens eſt ueſtigium remanens poſt ulcerum conſolidationem, cuius cauſa eſt, quia illud quod generatur loco illius quod deperditū eſt ex ulcere, generatur per uiam ſecundæ intētionis ex nutrimēto, quapropter non eſt omogeneum primo, cum primum deperditum fuerit membrum ſpermaticum, quod non poteſt reſtaurari, ſicut prius, propter carentiam materiæ ſparmaticæ à principio generationis contractæ. Verum in infantibus propter propinquitatem temporis principijs generationis, ſi parua ſit facta deperditio & ſuperficialis poteſt reſtaurari per uiam primæ intentionis omnino primo ſimili deperdito, ad quod etiā cōcurrit quòd uirtutes naturales ſunt fortiores in infantib. q̃ in adultis potētes melius aſsimilare nutrimentum ſecundum naturam eius cui apponitur.

Quæ cum in oculis pueorū ſit, leuior eſt ad curaudum q̃ cum accidit annoſis. Cum enim in annoſis ſit, ad ſanandum fortaſſe impoſsibilis exiſtit, niſi ſubtiliſsima fuerit.

In hac ſecunda parte innuit quòd quæ generatur in oculis pueorum, eſt leuior ad curandum, q̃ cum accidit annoſis, imò forſitan in eis cura eſt impoſsibilis niſi albedo ſubtiliſsima fuerit, huius cauſa patet ex iam dictis. Species albedinis ſunt tres, quædam eſt ſcilicet cicatrix ex ulcere derelicta, quædam eſt ueſtigium ex humore imphiltrato in ſuperficie oculi, quædam eſt ueſtigium ex defectu uirtutis aſsimilatiuæ proueniens, ſicut albaras & morphæa. Et cuiuslibet iſtarum ſpecierum, quædam eſt craſſa, profunda, quædam ſuperficialis. Quædam magna occupans magnam partem, quædam parua, & quædam noua quædam antiqua. Cicatricum uerò quædam concaua, quædam eleuata. Secundę & tertiæ ſpeciei, quędam alba & eſt phlegmat. quædam tendens in uiridi

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.59

tatem uel citrinitatẽ, & eſt cholerica, quædam in rubedinem & eſt ſanguinea, quædam in fuſcum & eſt melancholica, ſed ut plurimum ſunt albę, etiam ſi tẽdant in alium colorem. Ex his patent cauſæ ipſarum.

Signa uerò ipſarum abſolutè ſumuntur ex uiſu. Signa uerò cicatricis ſunt. Primum, quia aliquando eſt concaua, cæterę autem albedines non ſunt concauæ. Secundum ſignum cicatricis eſt ulcus præcedens, & omnia ſigna ulceris & puſtularum ruptarum dicta ſuperius. Tertium ſignum, quia frequenter non bene tolerat lumen. Quartum ſignum eſt paruum iuuamentum à medicinis. Secundæ uerò ſpeciei ſunt ſigna oppoſita, licet aliæ ægritudines præceſſerint, & non ulcera. Signa uerò tertiæ ſpeciei ſunt, quia illa ueſtigia facta, ſunt ſigna manifeſta ſine manifeſta ægritudine præcedente, uel fuerunt à generatione contracta, & hoc ſecundum plurimum.

Prognoſtica. Primum, cicatrix in pueris etiam mediocris quandoq; remouetur, in annoſis uerò nõ niſi ualde ſuperficialis & minima. Secundum, cum ſecunda ſpecies albedinis etiam craſſa in infantibus facilè remouetur, ſed in annoſis ſi craſſa fuerit, & antiqua nõ remoueť, niſi fortè cum operatione manuali perficienda ſecũdum quod dicetur in ſequentibus: in medijs autem iudicia media ſunt habenda. Tertia ſpecies non eſt curabilis, licet fortè paliabilis.

Hæc autem paſsio ex his medicaminibus curanda eſt, poſtquam æger balneum egreſſus fuerit, aut faciem ſuper uaporem aquæ cal. quouſq; rubea ſit teuuerit. Si tamen ex hoc medicamine in uenis rubedo oculi & dolor peruenerint per aliquot dies ab eo quieſcendum donec oculus quieſcat, & poſt ad idem redeundum. Medicamen ualde utile ad albedinẽ remouendam & uiſum clarificandum, ego quoq; non uidi quòd eo melius aut æquale eſſet ad albedinem remouendam. Rec. maſſacumiæ, ſpumæ maris, ſtercoris magni lacerti, baurach. ſacchari bigeri omnium, ana. partes æquales, deinde ſumantur acori, chelidoniæ, fœniculi omnium, ana. partes 10. coquantur in lib. 1. aquæ donec ad quartam redeat et coletur, ex hac aqua imbibantur ſpecies, quas diximus, ita quòd conficiantur ex ea, & ſiccentur in umbra, deinde iterum terantur & cõſpergantur ut prius & ſiccentur. Quod poſtquam quater factum fuerit ſiccentur & terantur & in oculis mittantur. Hoc medicamen nulli, ut prædiximus, compar exiſtit in remotione albedinis: remouet enim hoc medicamen craſſam albedinem, etiam ex oculis animalium.

Hæc pars diuiditur in partes duas, nam in prima parte ponit primã intentionẽ, quæ eſt albedinis mollificatio. In ſecunda parte ibi. Si tamen ex hoc medicamine. Ponit ſecundam intentionem, quæ eſt ipſius abſterſio. De prima parte dicit, quòd ęger primò debet in balneum poni, aut teneat faciẽ ſuper uaporem calidum, aquæ calidæ uſquequo rubea ſit ad hoc, ut albedo mollificetur. De ſecunda parte dicit, quòd ſi ex hoc medicamine, de quo dicetur, poſito in oculo immediatè poſt albedinis mollificatiõem rubedo fiat in oculo, & dolor proueniat per aliquot dies ab hoc medicamine quieſcendum eſt, donec oculus ad naturalem redeat diſpoſitionem. Deinde ſecundò, idem medicamen eſt imponendum pręcedente prius mollificatione, ut dictum eſt, & ſic eſt procedendum, nunc ponendo medicamen, nunc interponendo mollificationẽ, donec albedo cõſumpta ſit. Deinde deſcribit iſtud medicamen, quod ſummis laudibus extollit, quod medicamen Raſis accipit à Gal. in lib. ſecretorum, ℞. maſſa cumiæ. & Simonla. credit quòd ſit uitrum nõ perfectè decoctum. Alij credunt quòd ſit compoſitio quædam, qua uaſa terrea uitreantur, ſcilicet, facta ex uitro ſilice & plumbo, licet aliqui ſolum componant ipſum ex plumbo ſe habente in proportione dupla ſeſquialtera ad ſilicẽ, id eſt lapidem à quo excutitur ignis, uitrũ enim ſecundum Auic. cap. proprio, ualet ad delendas albugines, & dicit ibi quòd eſt inter lapides, ſicut ſtultus inter homines: nam ſicut ſtultus, placidus, eſt obſequens alijs hominib. ſic uitrũ eſt obſequens recipiẽs quidem colorẽ cuiuſcũq; quod ſecum commiſcetur, ſpumæ maris cal. & ſic. in tertio abſterſiuę uehementer, ſtercoris ſtellionis uel diab, quod eſt multũ ualens in cataracta & baurach, loco cuius accipimus ſal, nitrum, ſacchari albiſsimi, ana. partes æquales, & deinde ſumatur acori cal. & ſic. in ſecundo, chęlidoniæ cal. & ſic. in tertio, fœniculi cal. & ſic. in ſecundo, ana, ℥. 10. & iſtæ tres ſunt medicinæ oculares abſterſiuæ. Coquantur in 1. ℔. aquæ & colentur, in qua aqua imbibanť ſpecies prædictæ, deinde ſiccẽtur in umbra, & iterum terãtur & conſpergantur eadem aqua, ut prius & exiccẽtur, quod poſtq; factum fuerit quater ſiccentur & terantur ſubtiliſsimè, & in oculum mittantur: delet enim non ſolum albuginem homini, ſed albug. craſſam brutorum.

Cura duplex exigit regimen. Vnum generale habendum circa cauſam antecedentem ſi adſit ſicut in albugine pendente ab humore: ſi uerò nõ adſit, caueatur tamen fluxus humorum in paratis ad hoc, quòd regimen perficitur digeſtione, euacuatione, diuerſione ſecundum humorũ exigentiam, & aliquando fluxus interceptione cum ſuperius dictis in cura ophthalmiæ. Secundum regimen reſpiciens ipſam ægritudinem iam factam duabus perficitur intentionibus.

Prima mollificat ipſam albuginem, & oculi ſubſtantiam teneram facit cum balneo in aqua dulci toti corpori, aut cum inclinatione faciei ſuper aquam decoctionis raparum, aut paleæ hordei, aut palęę auenæ, aut fœnic. uerbenæ, rutæ, chęlidoniæ, & huiuſmodi. Secunda

di. Secunda intentio eſt poſt ſuffumigium immediatè apponere aliquod abſterſiuum & ſubtiliatiuũ incipiendo à leuiorib. ſicut ſacch. al. candid. aqua diſtillationis mellis, aut puluis factus ex candid. ſarcocol. & ſpuma mar. aut cum oſſe ſepiæ, aut cum urina pueri coagulata in furno in uaſe æneo aut cum ſtercore hirundinis, & eſt ſatis forte. Auic. commendat ſuccum centaureæ min. cum ſucco pap. ruffi mixto cum pauco melle, & ſuccus linguæ paſseris eſt proprius, & eſt hęrba cum qua hirundines recuperant uiſum. Vel ℞. ſtercoris hirundinum ſubtiliſsimè pulueriz. ℥. 1. mellis quod ſufficit ad incorporandũ, miſceantur, & diſtemperentur cum aqua acori uel euphragiæ, & fiat collyrium. Secretum Gerardi. Recipe aquã roriſma. quæ fit hoc modo, habeatur uitrum mundum & impleatur floribus roriſm. & fortiter obturetur & ponatur ſub terra in dieb. magni æſtus per 40. dies, et aqua quæ inuenieť in oculo imponatur. Vltimum eſt medicamen Raſ. ſupra ſcriptum. Sed attende tria. Primum quòd incipias à leuiorib. deinde gradatim procedas ad fortiora. Secũdum documentũ eſt, quando experiris medicinas fortes, accipias ſtilum in cuius extremitate ſit cottũ, & illud in funde in aliquo liquore, deinde fac pilulę rem adhærere & ſuperpone cum ſtilo ſolum loco ubi eſt albugo, & remoueas & reiteres ſecundum quod tibi uidebitur expediẽs. Tertium ſi rubedo aut dolor in oculo acciderit ex huiuſmodi acutorum impoſitione, deſine per aliquot dies donec oculus ad primã redeat ſanitatem. Et ſi aliquo auxilio opus ſit, impone lac, deinde redi ad medicamẽ. Et propterea cũ utimur iſtis fortib, non eſſet malũ apponere frõti & temporib. aliquod defenſiuũ. Si uerò cũ medicinis auferri nõ poteſt, auferať operatiõe manuali, ut infra dicetur, aut ſi cura uera fieri nõ poteſt cum aliquo colore palietur albugo. Regimen aũt ſex rerũ non naturalium iam patere poteſt ex ſæpius dictis.

DE SCABIE ET PRVRITV OCVLORUM. Cap. XXI.

PRimò agendum eſt de ſcabie. Secũdò de ſebel oculorum. Scabies & pruritus differunt, quia pruritus eſt triſtis ſenſatio, ſcilicet cum pũctione & acuitate in ſuperficie intrinſeca palpebræ. Scabies uerò eſt ægritudo in ſuperficie cũ aſperitate & rubedine, aut puſtulis in ſuperficie intrinſeca palpebræ cum pruritu. Vnde hoc modo pruritus eſt accidens, quia actio læſa uirtutis ſenſitiuæ, ſed ſcabies propriè eſt ægritudo in ſuperficie intrinſeca palpebræ cõnotando pruritum. Species ſcabiei ſecundum Auic. ſunt triplices. Prima eſt aſperitas cũ rubedine quam ſecundum plurimũ præcedit pruritus, & fit aſperitas propter exiccationẽ ſuperficiei palpebræ & rubedo ex accenſione ſanguinis & aliorũ humorũ. Secunda ſpecies eſt granuloſa cum rubedine & aſperitate aſsimilata granis intrinſecis ficus immaturę, quæ tendũt in rubedinẽ. Illæ aũt puſtulæ ſiue grana ſunt facta ex materijs leuiorib. cum caliditate & acuitate, et eſt cum aliquali ulceratione. Tertia ſpecies eſt in qua ſunt grana dura cum uehementia ſciſsionis & pauca rubedine, fit autem ſciſsio propter nimiam ſiccitatem diſcõtinuantem, ſed durities fit propter craſſum terreum derelictum partibus ſubtilioribus euaporantibus, & propterea non eſt cũ tanta rubedine, ſicut prima & ſecunda ſpecies, cum per aduſtionem tendat in fuſcedinem. Sunt itaq; grana eius, ſicut grana ficus ſiccæ. Verum Ioannes Serapion diſtinguit in quatuor ſpecies. Prima nominatur diſſutis, & eius intentio eſt pruritus. Secũda curechatis, aliàs trachetis, & eius intentio eſt aſperitas. Tertia ſucceſsis, & eius intẽtio eſt ficus. Quarta tuluſis, & eius intentio eſt exiccatio durities aut ſoliditas, & ſi bene cõſyderes non diſcrepat ab Auic. Cauſæ coniunctæ ſunt quatuor ſanguis, ſcilicet aduſtus, cholera aduſta, phlegma ſalſum, aut per aduſtionem tranſiens in melancholiã, & melancholia aduſta. A phlegmate uerò & melancholia puris non generatur ſcabies aut pruritus cum oporteat eorum materiã ſubtilitate quadam participare. Verum per putrefactionẽ uaporib. acutis eleuatis ad cutim poſſet fieri pruritus, ſecundum plurimum tamen generanť ſcabies & pruritus à materia mixta 7. quarti, ſicut materia ſanguinea cui admiſceť cholera aduſta, uel ſub propria forma, uel per nimiam aduſtionẽ in melancholiam uerſa. Aliquando ſanguini pmiſcetur phlegma ſalſum, & baurachiũ & nominať ſcabies humida reſpectu prioris, à qua fluit humiditas ſubtilior, & paucior. Et ſi hoc phlegma ſalſum eſſet conuerſum in melancholiã, uel meland. alterius generis cũ ſanguine miſcereť, ſcabies eſſet ſiccior, paucior ẽ emittens humiditatẽ. Diciť aũt hoc phlegma nitroſum uel baurachium ad ſimilitudinẽ ſalis, nitri et baurach quę inter genera ſalis ſunt acuta, ſicut illud inter phlegmata. Cauſæ antecedẽtes ſunt idem humores, cum nondum collecti ſunt in loco. Et quæcunq; cauſæ corporeæ ſunt horum productiuæ. Cauſæ uerò primitiuę ſunt omnia exacuentia humores, & in huiuſmodi conuertibilia ſicut ſalſa, acuta, amara, uehemẽter dulcia, oleaginea unctuoſa, bibita & comeſta. Scabies & pruritus quandoq; fiunt incipiendo, quandoq; permutando maximè ex ophthalmia, puſtulis & ulceribus, licet ipſorũ præſentia augeat & conſeruet ophthalmiã & ulcera, ſintq; ipſorum productiua. Pro declaratione iſtius materiæ tria ſunt diſcutienda. Primum, ubi cõtineatur materia pruritus & ſcabiei. Secundũ eſt, utrũ eadem ſit materia pruritus & ſcabiei. Et ſi differunt quæ ſit craſsior & acutior. Tertium utrũ pruritus ſemper pręcedat ſcabiẽ. Quantum ad primum præmittendum quòd materia pruritus eſt duplex, ſicut ſcabiei, antecedens & coniũcta. Pręmittendũ ſecundò, ꝙ pruritus quãdoq; eſt per eſſentiam in membro, quandoq; per cõmunitatem ſiue per colligãtiam, ſicut eſt de cæteris ſpecieb. dolorũ et delitiei. Quibus præmiſsis dicendum. Prima concluſio. Cauſa coniuncta ſcabiei et pruritus ſecundum plurimum eſt inter duas cutes, ſcilicet hymen & ueram cutem, patet de pruritu, quia plurimum ſedatur ſcalpore cuius actio non profundatur. Patet hoc idem de ſcabie cum puſtulæ ipſius in cute contineantur. Secundò, quia cura utriuſq; perficitur per abſtergentia & exiccantia in cute poſita. Secunda concluſio, cauſa coniuncta pruritus non neceſſariò eſt in cute. Patet in habentibus pruritum, in quibus puſtulæ non apparent, huiuſmodi enim materia ſub cute contineť pungens & ſtimulans ſuperficiem intrinſecã, licet tamen pruritus poſſet eſſe à ſolo uapore ad cutẽ perueniente & hic facillimè pauco ſcalpore ſedať. Tertia concluſio, licet ſit ſemper pruritus in ſcabie: non tamen neceſſariò materia faciens puſtulas ſcabiei eſt pruritiua.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.60

Patet concluſio cum uideamus aliquando ſcabioſos non prurire ſecundum partem puſtuloſam, ſed ſecundum ſuperficiem cutis intrinſecã, quod prouenit, aut ex uapore ad cutem delato, aut ex materia prurítiua.

Quarta concluſio in pruritu tam per communitatem abſolutam, quàm non abſolutam materia pruritus in parte pruriente non continetur, quæ concluſio patet ſatis ex notitia terminorum. Eſt autem pruritus per communitatem abſolutam cum parti pruriẽti nihil corporeum communicatur. Econtra per communitatem non abſolutam, quando aliquid corporeum parti prurienti communicatur ſicut uapor. Quinta concluſio, cauſa antecedens pruritus ſecundum plurimum eſt in uenis, & aliquando in uijs medijs inter uenas & cutem, &c. Pro ſolutione ſecundi dubij nota primò, quòd aliquis pruritus eſt intenſus, aliquis eſt remiſſus, aliquis mediocris. Secundò nota, quòd quanto pruitus eſt intenſior tanto materia eſt calidior & ſubtilior aliorum paritate ſuppoſita ex parte ſenſibilitatis & cæterorum. Et econtrario quãdo pruritus eſt remiſsior, materia eſt minus ſubtilis & acuta, patet, quanto materia prurítiua eſt magis ſtimulatiua, & impreſsiua, tãto eſt calidior & ſubtilior. Et contra quanto minus, tanto eſt groſsior uel frigidior & aquoſior, iuxta aphoriſmum nonũ quintæ particulæ. Latæ puſtulæ non ualde pruriginoſæ, &c. Contra, quia ſuppoſita paritate ex parte caliditatis quanto materia eſt craſsior, eſt magis impreſſiua, & per conſequens magis prurítiua, patet, quia quãto eſt craſsior, habet plus de multitudine formę, quam potentia rei inſequitur, igitur, & confirmatur experientia, nam quanto cholera eſt craſsior tanto profundat magis actionem ſuam, ſicut cholera zinaria, unde 13. de ingenio ſanitatis, ſi cholera fuerit craſſa, & calidiſsima cutem excoriabit uſque ad ſui interiora, ſicut accidit in formica miliari in comparatione ad heriſipillam. Ad hoc dicendum inhærendo ſententiæ priori, quòd quanto humor eſt craſsior aliorum paritate ſuppoſita, tanto eſt impreſsiuior & actiuior. Sed dico ſecundò quòd ſi cum humore craſſo fuerit iuncta multa caliditas, faciet aliud genus doloris deterioris, quàm ſit dolor pruritus. Et ſi inſtetur, ponamus quòd quanto craſsities plus imprimit, q̃; ſubtilitas, tanto caliditas in humore craſſo remittatur, & ſequitur quòd humor ſubtilis & craſſus minus calidus æquè intenſum facient pruritum. Credo concedendum eſſe illud ad quod deducitur. Cum hoc tamen concedendum eſt intentiſsimum gradum pruritus prouenire ab humore ſubtili & non craſſo, licet diuturnior & non facilè per ſcalporem ſedabilis proueniat ab humore craſſo magis quàm ſubtili. Tertiò nota quòd quidam pruritus ſcalpore ſedatur, ſcilicet qui pendet à materia ſubtili & pauca. Calefit enim membrum ſcalpendo, pori dilatantur, materia ſubtiliatur, unde facilè exhalat. Econtrario materia exiſtente multa & craſſa, non tota reſoluitur. Et ſi fortè tota cõiuncta etiam ſoluatur, fortè noua materia antecedens traſit in coniunctam. Prima concluſio. Materia pruritus intenſi citò per ſcalporem ſedabilis eſt ſubtilior, materia ſcabiei remiſsi pruritus, & non facilè per ſcalporem ſedabilis. Secunda concluſio. Materia ſcabiei intenſi pruritus facilè ſedabilis eſt ſubtilior, materia pruritus remiſsi non facilè ſedabilis. Tertia cõcluſio. Ex paucitate pruritus tam quo ad intenſionem, quàm quo ad durationem, materia pruritus arguitur, aliorum paritate ſuppoſita. Quarta concluſio. Non eſt neceſſarium materiam ſcabiei, & pruritus eſſe diſtinctarum ſpecierum cum ab omnibus ſpeciebus humoris aduſti, de quibus ſupra poſsit utraq; pendere. Quinta concluſio. Pruritus & ſcabies conſequens ipſum, ſecundum plurimũ ab eodem pendent humore, qui cum primò cuti applicatur facit pruritum, poſtea magis egrediens facit ſcabiem. Sexta concluſio, ſecundum plurimum materia pruritus quem non conſequitur ſcabies, eſt ſubtilior, materia ſcabiei patet, quia ſecundum plurimum facilè ſcalpore ſedatur. Oppoſitum quandoq; contingit cum propter materiæ craſsitiem nequeant exterius expelli. Cauſæ enim pruritus ſine ſcabie ſunt aut craſsities materiæ aut nimia ſubtilitas: eſt enim uapor aut ſicut uapor, aut denſitas cutis, aut imbecillitas uirtutis ſicut in ſenibus. Pro ſolutione tertij dubij pone duas concluſiones. Prima ſecundum plurimum pruritus præcedit ſcabiem, patet, quia materia ſcabiei ſecundum plurimum eſt pruriginoſa, ergo in prima applicatione ad cutem faciet pruritum, poſtea egrediens faciet ſcabiem, cum quo tamen ſtat quòd multi ſunt pruritus ad quos non ſequitur ſcabies. Secunda concluſio, impoſsibile eſt ſcabiem præcedere pruritum, patet, cum ſcabies in quiditate ſua includat pruritum. Corolarium ſcabies & pruitus quandoq; fiunt ſimul tempore, patet, de puſtulis quæ non fiunt à materia pruriginoſa quæ poſtea per aduſtionẽ baurachia facta & pruriginoſa ſimul incipit facere ſcabiẽ & prurítũ, id eſt, illæ puſtulæ fiunt ſcabies cũ ante nõ eſſent ſcabies.

Signa uerò ſcabiei & pruritus abſolutè ſunt ex dictis manifeſta, ſcilicet, ex rubore cum pruitu & aſperitate, & ſæpe infirmus ſcalpit palpebram, ſigna uerò ſpecierum, de quibus ſupra, ſunt ex dictis manifeſta. In quo autem differat ſcabies à lepra eſt alibi uidendum, inter quas & ſi multæ ſint differentiæ, hæc una eſt potiſsima, quia cum lepra, ſemper aſſociatur defectus tertij actus uirtutis nutritiuę, ſcilicet aſsimilatio, quod non eſt in ſcabie. Signa uerò cauſarum ſunt, quia ſi eſt à ſanguine, eſt notabilis rubor purpureus ſine puſtulis aut ſatis diminutis intenſus pruritus, & facilè ſedabilis, & ſi aliquid emanat illud eſt ſatis ſubtile. Et ſi eſt à cholera pruitus acutior & facilè ſedabilis, & rubedo tendit in citrinum, & poſtulæ paruæ profundę, & ſi quid egreditur eſt ſubtile citrinum. Signa uerò baurachiarum comprehenduntur ex rubedine tendente in albedinem. Et ex puſtulis latioribus id quod egreditur eſt pluris quantitatis tendens in albedinem: & pruritus eſt remiſſus non facilè ſedabilis. Melancholia uerò ſubtilis aduſta comprehenditur ex rubore tendente in fuſcedinem. Et ex aſperitate magna cum puſtulis profundis & aliquando cruſtis paruis, & quod egreditur tendit in fuſcedinem. Complexio quoque, habitudo & tempus, ætas, ars, regio, regimen præcedens, ſunt quoq; coadiuuantes in cognoſcendo huiuſmodi diſpoſitionum cauſas.

Prognoſtica. Pruritus & ſcabies primæ ſpeciei eſt cum medicinis curabilis, quæ uerò eſt tertiæ ſpeciei, non eſt curabilis niſi cum operatione manuali. Media uerò rariſsimè curabilis niſi cum operatione manuali, &c.

De

DE SEBEL. Cap. XXII.

Sebel ſecundum Auic. eſt pãniculus accidens oculo ex inflatione uenarum apparentium in ſuperficie coniunctiuæ & corneæ, & texitur quidem in eo quod inter ea ſicut fumus. Verum ſecundum Raſim non eſt panniculus, ſed ſimilitudo panniculi, cuius ſententia eſt uerior, accipiendo panniculum propriè, quia non contexitur ex neruis & ligamentis, ſicut texitur panniculus. prima primi. doctrina quinta, capite primo. Sed quia extenditur ſupra cõiunctiuam & corneam ad modum panniculi, ideo dicitur panniculus. Repletio autem uenarum eſt cauſa ſebel, & modus eſt, quia uenæ capillares multæ diſperſæ per coniunctiuam, ſed paucæ & ſubtiliſsimæ per corneam tranſeuntes intumeſcunt, & fiunt apparentes, & propter magnam propinquitatem apparent in forma panniculi. Secundò imaginamur, ſicut placuit Auic. quòd ab illis reſudet ſanguis ſubtilis, qui coagulatur in forma telæ & panniculi. Vel tertiò imaginemur, ſicut magis placuit Raſi, quòd caro coniunctiuæ & corneæ tumeat aliqualiter inter illas uenas propinquiſsimas, unde faciunt nobis phantaſiam, quòd hoc totum apparens ſit unus panniculus ſed in uero ibi ſunt naturales uenæ, ut in ſecunda parte canticorum com. 87. & zoar. libro 8. cap. de ſebel. & ex iſto poteſt inferri differentia inter ſebel & ungulam, quia ipſa eſt quoddam nerueum, uel ſicut nerueum ſine repletione uenarum, oriens à lachrymali domeſtico, nec cooperit niſi in forma ſagittæ, ſed ſebel cooperit totum oculum uel quaſi totum, & habet alias circumſtantias, de quibus ſupra. Ex quibus infertur quòd ſebel eſt ęgritudo in ſuperficie ſitu & uia. Et præter hæc ſecundũ Auic. eſt morbus in numero.

Sebel eſt duplex, quoddam nouum, quoddam antiquum. Item quoddam groſſum, quoddam tenue.

Sebel quandoq; cauſatur per uiam defluxus materijs fluentibus ad uenas coniunctiuæ & corneę, quandoq; per panniculum extrinſecum, ſcilicet almochatin, quandoq; per panniculos intrinſecos, ſcilicet, duram matrem uel piam matrem, ſiue uenas & arterias earum, quandoq; generatur per uiam paulatim factę congeſtionis in uenis ipſius oculi ex nutrimento non debitè conuerſo & retento & ſuperfluitatibus non reſolutis. Cauſæ uerò coniunctæ ſunt ſanguis ſolus, aut alij humores cum ſanguine mixti, ſed alij humores ſine ſanguine ipſum cauſare non poſſunt, cholera enim pura ipſum cauſare nõ poteſt, cum propter ſui ſubtilitatem impediat coagulationem & panniculationem, purum etiam phlegma & melancholia non faciũt ſebel cum ſint alba & fuſca, & ſebel rub. ſed iſti mixti cum ſanguine poterunt ipſum cauſare, & ita erit ſubel ſanguineũ, ſanguineum cholericum, ſanguineum phlegmaticum, & ſanguineum melancholicum, &c.

Signa ſebel aſpicienti ſatis manifeſta ſunt cum uideat panniculum rub. tegentem coniunctiuam et corneam pro magna parte ex uenis iam dictis tumentibus contextam. Signa etiam cauſarum manifeſta ſunt, eſt enim ſanguineum notabiliter rubeum, purpureum, ſanguineum cholericum rub. tendens ad citrinitatẽ, ſanguineum phlegmaticum rub. tendens in alb. ſanguineum melanchnlicum rub. tendens in fuſcum. Sunt & alia ſigna ſuperius in ſcabie dicta, quibus materia peccans cognoſcitur. Si uerò deſcenſus materiæ ad oculum per panniculum extrinſecum eſt exuberatio uenarum exteriorum, rubedo faciei, pulſatio uehemens in fronte aut temporibus ſi deſcendat per arterias, aliud ſignum fluxus materiæ per extrinſeca ponit Ieſus Ali capite de ſebel. quòd te trahente palpebram inferiorem uerſus te ſebel eleuatur, ac ſi erigeretur uerſus te propter maiorem colligantiam palpebræ cum exterioribus oculi, quod ſignum eſt abſq; calumnia. Signa uerò deſcenſus materiæ per panniculos intrinſecos ſunt, quia nihil iſtorum, quæ dicta ſunt, apparent. Signa uerò quòd materia eius paulatim congeſta ſit, eſt quia factum eſt paulatim in longitudine dierum ſebel, præterea conſequuntur quædam accidentia, ſcilicet pruitus propter uapores & materias ſubtiles aduſtas retentas, lachrymæ ex oculi debilitate, aut pruitu, aut ex indebito concurſu ſiue contactu palpebræ ſuper oculum, nocumentum à lumine ſolis uel candelæ propter diſgregationem materię attractionem, & eius dilatationem, debilitas uiſus, aut ex debilitate oculi, aut quia impedit delationem ſpecierum pupilla conſtricta, æſtuatio oculi, tum propter dolorem, tum propter multi ſanguinis & ſpirituum præſentiam, minoratio oculi & pupillę retento nutrimento in uenis, & ideo delato ad oculum uel oculi ſubſtantiam.

Prognoſtica. primum. ſebel eſt de ægritudinibus, quæ eradicantur. Secundum. Sebel eſt morbus contagioſus, ita ut permutetur de uno oculum ad alium aut ad oculum aſpicientis ipſum uaporibus exeuntibus inficientibus oculum aſpicientis ſimili infectione, aut propter imaginationem & præcipuè ſi aſpiciens ſit debilium oculorum. Tertium. Sebel nouum ſubtile curabile eſt medicinis, antiquum uerò & craſſum non niſi operatione manuali.

QVum palpebra inuerſa et interius apparet rubea, & aſpera, & ſcabies adeſt. Et cum ſuper alba oculorum & ſuper nigredinem uidetur ſimilitudo panniculi ex uenis rubeis & craſsis texti, adeſt paſsio, quæ uocatur ſebel. Hæ uerò duæ paſsiones ſunt graues & chronicæ & uix curabiles.

Primò agit de his diſpotitionibus theoricè. Secundò practicè. ſecũda ibi. Patiens tamẽ dum ſanus. Quod dicit in prima parte, ſatis eſt ex dictis manifeſtum. Pro cura harũ diſpoſitionũ ante omnia ſciendum, quòd ſi ſcabies & ophthalmia aut ulcera cõiungant prius inchoandum eſt à curatione ophthalmiæ & ulcerũ, & uniuerſaliter omnium ægritudinũ, quæ ſunt maiores, poſtea ueniendum ad curationẽ ſcabiei & ægritudinum minorũ. Et hoc ubi harum ægritudinum curatio perfici poſsit, ubi uerò maiores curare non poſſent, nõ curatis minoribus à curatione minorum inchoandum eſt, maioribus non neglectis iuxta canonem Auic. 4. primi capite ultimo.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.61

Triplex eſt igitur regimen harum diſpoſitionum curatiuum. Primum uniuerſale reſpiciēs cauſam antecedentem. Secundum particulare ſiue locale reſpiciens cauſam coniunctam. Tertium eſt commune utriq;. Primum exigit quinque intentiones. Prima minorat. Secunda digerit. Tertia eradicat. Quarta diuertit. Quinta fluxum intercipit. Prima autem intentio, ſcilicet minoratio ſecundum plurimum in ſcabie & ſebel, ſed maximè in ſebel complenda eſt per phlebotomiam, aut cæphal. ſi materia fuerit pauca, aut baſilicæ ſi epar communicet mittendo materiam. Et ſi in cauſa fuerit retentio menſtruorum aut hæmorrhoidarum præmittatur phlebotomia ſaphenæ eiuſdem lateris, & poſtea duobus diebus intermedijs, aut tribus, aut pluribus phlebotometur cæphalica eiuſdem lateris. Hauriatur autem quantitas ſang. ſecundum tenorem uirtutis & cæteras circunſtantias indicantes de phlebotomia. Et penes Raſim facta phlebotomia uniuerſali, aliquando phlebotomamus uenam frontis ad eradicandam materiam coniunctam, uel de proximo tranſituram in coniunctam. Si uerò non appareat dominium ſang. imò aliorum humorum quod frequenter accidit in ſcabie, minoretur materia peccans, aut cum pilulis de fumoterræ, quibus admiſceatur parum pil. aur. aut aggrega. ut uirtus ducatur ad caput, aut cum infuſione, aut decoctione polip. ʒ. 1. in ſero caprino, cui etiam potioni addatur parum ſuc. roſ. aut aqua lupulorum, ut uirtus ducatur ad caput. Electuarium quandoq; hamech eſt in hoc caſu præſtantiſsimum ſi ʒ. 5. eius miſceantur ſero caprino, aut aqua lupulorū facta minoratione, à qua inchoandum eſt materia exiſtente multa. Si uerò pauca à digeſtione incipiendum eſt, & procedatur ad digerentia ſicut eſt ſyr. de fumoterræ, cum aqua lupulorum, ſuccus quoque fumiterræ ſolus depuratus per reſidentiam aut permixtus cum ſero caprino eſt præſtantiſsimus in hac diſpotitione & in ſcabie totius, mundificans ſangui. quod maximè eſt attendendum, Et ex mundificantibus eſt caſsiafiſt, fumuſter. capil. uen. lupuli & epithymus cōfert in hoc, & in euacuando humorem melancholicum, quapropter cum melancholia eſt in cauſa, ſemper miſceatur, & in digeſtiuis et euacuatiuis: habet enim antonomaſiam ſuper omnibus euacuantibus melācholiam, licet debiliter ſoluat, quapropter ſyr. de epithymo eſt proprius in digerendo humorem melancholicum: ſi uerò aliquādo phlegma groſſum eſſet in cauſa, ſicut aliquando in ſebel, miſceatur in digeſtiuis oxymel ſimplex aut compoſitum, & penet caput per acetum. Digeſtiua nanq; in his diſpoſitionibus, imò in omnibus debent reſpicere determinatam materiam & membrum, tam mittens, quàm ſuſcipiens per tertiam & quartam uirtutem, & per primā & ſecūdam reſpicere diſcraſiam membrorum & materiæ, necnon modum ſubſtantiæ ipſius humoris, & ut uiæ conſeruentur apertæ aut ſtrictæ ſecundum exigentiam, & reſpiciant reliquas ſpecies compoſitionis & unitatis, ſic enim operatio ſua fęlicitatur, & in ſcabie, & pleriſq; alijs diſpoſitionibus attendendum eſt mundificationi ſang. ſicut cum illis, de quibus dictum eſt. Quid autem ſit mundificare ſang. & clarificare, & per quas uirtutes hoc complentur, & quot modis fiat, & quæ ſunt medicinæ hoc facientes, & ſimiliter, quibus modis ſpiritus illuſtrentur, pro parte dictum eſt in capite de cura melancholiæ, ſed magis exquiſitè dicetur in capite de cura debilitatis uiſus. Digeſta autem materia eradicetur, aut cum phlebotomijs ſecundum exigentiam, & in hoc ualet phlebotomia uenæ frontis, de qua Raſis in litera, aut cum ſolutiuis, de quibus ſermo præceſsit, quæ etiam in his diſpoſitionibus ſunt iteranda, & uniuerſaliter in omnibus diſpoſitionibus, in quibus materia difficulter eradicatur, aut propter diſpoſitionem membri aut materiæ. Et non obliuiſcaris, quòd aloës eſt proprium ſolutiuum in ſcabie. ſeptima 4. capite proprio ita ut ſolus frequenter excuſet, & ſic abſolutè ſunt tres primæ intentiones, ſcilicet minoratio, digeſtio, & eradicatio. Quarta intentio, ſcilicet, diuerſio poſſet perfici omnibus generibus diuerſionum cum euacuatione & ſine, ſicut dictum fuit in ophthalmia, & prouocentur menſtrua & ſang. hæmorrhoidalis ſi ex eorum retentione acciderint. Ex proprijs autem diuerſionibus ſunt phlebotomię uenarum nocræ, uenarum poſt aures, temporū, & frontis, præcipuè illarum quæ uidentur magis tumentes, aut in his aut in aliquibus ipſarum ſanguiſugæ apponantur, phlebotomia etiam uenarum quæ ſunt in angulis lachrymalium domeſticorum optimè confert magis eradicando materiam, quàm diuertendo, ſed non uidentur niſi poſt fortem gulæ conſtrictionem. Quinta uerò intentio, perficitur cum appoſitione repercuſſiuorum fronti & temporibus, & ſecūdò cum ſectione uenarum & arteriarum deferentium humorem ad oculos, ſicut dictum fuit in ophthalmia, ſed hæc non fiant niſi materia fluente per uenas & arterias extrinſecas. Secundum regimen locale quandoq; perficitur cum medicinis in pruritu et ſcabie leui & ſebel incipiente, quandoq; cum operatione manuali in ſcabie, ſecundæ ſpeciei, & tertiæ, & ſebel antiquæ. Operatio uerò cum medicinis duas exigit intentiones, ſicut in albedine. Prima perficienda eſt cum mollificantibus, ſicut cum balneo aquæ dulcis, & cum fomentatione decoctionis raparum, & aliorum, ſicut dictum fuit in albedine. Secunda intentio perficitur cum abſtergentibus & exiccantibus, & interdum aliqualiter corrodentibus imediatè applicandis poſt fomentationē prædictam in utraq; diſpoſitione, & inchoandum eſt à leuioribus gradatim procedendo ad fortiora. Ex proprijs autem leuibus eſt puluis factus ex ſacch. candid. thutia, ſarcocol. ſpuma maris añ. fortius autem hoc eſt. ℞. aloes partem 1. ſalis ammon. partem ſ. confice cum melle, aliud ſatis domeſticum. ℞. carabe partem 1. corticum granatorū partes duas. conficiantur cum melle & applicetur. Et fortius iſto eſt medicamen Auic. accipiatur cortex oui, & ſtet in aceto cal. 10. diebus, uel dimittatur cum aceto in ſole, & poſtea exiccetur in umbra et teratur ſubtiliſsimè, & applicetur, eſt enim proprium in ſebel, puluis etiā lapidis hematitis eſt proprius in utraq; diſpoſitione, & maximè in ſebel. Fortius autē iſto ſief rub. deſcriptum à Raſi. ℞. hematitis, colcotar uſti, id eſt, uitrioli Romani, & eſt cal. in quarto, & lapis hematitis non ablutus eſt cal. in primo. ſiccus in ſecūdo. ſed ablutus frig. & minus ſiccus, añ. ʒ. 3. æris uſti. ʒ. 2. myrrhæ, croci. añ. ʒ. 1. piper. lōn. cal. et ſic. in quarto cōſpergantur uino ueteri poſt optimā puluerizationē,

& fiant ex eis ſief, & ſi timeres huiuſmodi approximationē permiſce cum tertia parte, aut ſ. ſief al. & tūc paulatim auge ſecundum neceſsitatē, & ſecundum quod oculus tolerat, & lapis hematitis ſolus cōfert, aut cum pauco mellis. Aliud Meſue ſatis domeſticum. ℞. ceruſæ, uiridis æris, añ. tere cōtritione ultima, & confice conterendo cum uino albo potenti, & ſucco rutæ, & ponātur iu uaſe æneo lympido per diem & noctem, poſtea coletur & colatura reſeruetur in uaſe uitreo, & diſtilletur in oculo mane & ſero. Sief cōferens ulceribus & ſcabiei oculorū cum caliditate. ℞. cadmię, croci, ſcoriæ æris, gummi arab. æris uſti. añ. ʒ. 3. myrrhæ lapidis hematitis, ſpic. añ. ʒ. 1. opij, ro. an. ʒ. 1. piperis al. gran. 4. confice cum uino, & utere cum albumine oui. Sed in horū applicatione obſeruentur hi canones. Primus, ut à leuiorib. inchoetur gradatim ad fortiora procedendo. Secūdus, ut ſępe in oculo aſpiciamus ſi nimis aut diminutè imprimāt. Et ſi nimis impreſſerint, & dolorē & ruborem pręter modum fecerint, dimittemus ipſorū impoſitionem per aliquot dies, donec oculus ſit reſtitutus. Et poſtea faciemus ut prius. Si aūt mediocriter, ſequamur eo modo, ſi diminutè, gradatim augebimus, donec ſufficienter imprimant. Operatio uerò manualis in ſcabie ſic perficitur. Iaceat æger ſupinus ſuper aliqua tabula capite aliquātulum eleuato & inuerſetur palpebra, & ſub palpebra inuerſa ponatur ſtilus aliquantæ latitudinis, cui palpebra cum fricatur adhæreat, deinde medicus inuoluat digitum ſuum indicē cum folio paritarię aut ficus, & tenēdo palpebrā, & ſtilum, cum alia manu fricet ſuperficiem intrinſecā palpeb. donec erumpantur granula quæ ſunt in eius ſuperficie, & bene ſanguinare permittatur, & poſt lauet palpebram, & oculum cum aqua roſ. tepida. Aliquando hæc operatio perficitur cum una lima ſubtiliſsimè dentata fricando ſuperficiem palpebræ, ut prius & citius expeditur. Aliquando uerò fricant cum huiuſmodi lima prius ponendo ſuper ſuperficiem palpebræ aliquem puluerē, ſicut ſpuma maris. Credo quòd ſecunda operatio ſit cæteris expeditior. Poſtea mundificato oculo, ſcilicet, à ſanguine cum aqua roſ. tepida aut aceto, aut uino forti, aut cum his mixtis ſimul imponūt medicinam aliquam abſtergentē ex ſuperius deſcriptis ad conſumendum reſiduum illius quod remanſit. Deinde claudat oculum deſuper ponendo faldellam ex coto circundata petia linea ueteri, & infuſam in lacte & aqua roſ. aut in lacte & oculo roſ. ſi uolunt magis mitigare dolorē & aliquando ſecum cōiungunt uitellum oui, ſed Meſue emplaſtrat tēpore frigido cum amygdalis, & cymino, & mica panis infuſa in uino cocto cum pauco croco. Sed tempore calido cum uitellis ouorum oleo roſ. & uiol. Sebel autē cum operatione manuali curatur ſic: Extent ægrum ſuper tabula, aut faciant ipſum ſedere ſuper una bancha equitando bancham, & ponant miniſtrum poſt ipſum, qui eleuet palpebram ſuperiorē, & trahat inferius palpebrā inferiorē ita ut oculus ſtet apertus, deinde medicus accipiat cū uncino, id eſt, paruo unco argenteo uenulam unam, & eleuet, et poſtea cum acu penetret ubi eleuata eſt, & annectat eam cum filo de ſerico ſubtili, aut ſi non uult penetrare cum acu, penetret cum ſeta porcina, in cuius extremitate eſt filum de ſerico, & ſic annectunt ipſum, deinde hoc idem facient in alia parte eiuſdem uenæ uel alterius, & ſic faciunt in uenis, id eſt, magnis apparētibus tam in parte ſylueſtri, quàm in parte domeſtica omnibus filo annectendo, ut ſupra. Deinde omnia huiuſmodi fila eleuabunt & incident omnes illas uenulas, quibus ſunt fila alligata totaliter ex tranſuerſo, & ſinent multam quantitatem ſang. egredi, & hanc operationē faciant in coniunctiua & non in cornea: nam per exitum ſang. ab huiuſmodi deliteſcunt etiam uenæ corneæ. Deinde poſt hoc, oculo ſcilicet, mundificato à ſanguine, ut ſupra, imponunt medicinam abſterſiuā, ſed Meſue prius imponit aquam infuſionis cymini, & poſt illam, puluerē citrinum & ligēt oculum exterius applicando, quę dicta ſunt ſuperius in ſcabie. Sed bonum eſt ut poſt has operationes fronti & temporib. applicētur defenſiua, ne materia propter dolorem attrahatur ad oculum, deinde ponatur in domo obſcura & quieſcat, & dormiat capite eleuato, & non ſuper latere oculi læſi, & inungatur ei dieta tenuis frigida ſine carnibus, ouis & uino neque maſticent aliquid, neq; loquantur niſi uoce ſubmiſſa, & quanto minus eſt poſsibile moueātur, & fiant iſtę operationes tempore temperato, ſcilicet, uere aut autumno. Tertium regimen utriq; commune duas exigit intentiones, ſcilicet accidentiū correctionem & regimen ſex rerum non naturalium. Corrigatur itaq; dolor fomētando oculum cum lacte & aqua roſ. aut oleo roſ. Et ſecundum Auic. uitellus oui ſanat dolorem ſequentem operationē ſebel cum inciſione ſi oculo ſuperponatur, & melius eſt, ut ſit tepidus inter duas petias inuolutus, ſed tangens oculum ſit ſubtiliſsima. Et ſi hæc non ſuffecerint adminiſtretur in oculo ſief album cum opio. Si uerò eſſet inſtantia uigiliarū ſedetur, ut ſuperius dictum eſt, cauendum eſt etiam poſt operationem manualem in ſcabie & ſebel ne palpebræ adhæreant oculo & ſecum inuiſcētur. Ad hoc autem confert bis aut ter in die aperire palpebras & ab oculo ſeparare, ſed melius eſt oculum intra palpebras aliquotiens reſoluere. Vltima intentio eſt, ut locetur in aere ſatis tēperato non uentoſo neq; fumoſo boni odoris aliqualiter obſcuro. Cibi & potus ſint declinantes ad frigidum & humidū, niſi fortè in ſebel phlegmatica in quo declinet ad ſiccū, & ſint præbentia nutrimentum ſubtile non craſſum aut uiſcoſum. Caueat à ſalſis acutis, amaris, dulcibus, unctuoſis, acetoſis multum, & ab omnibus multum uaporoſis, inter cætera caueat à nucib. eruca, caulibus, & ab omnibus quæ ſunt difficilis digeſtionis & à melle, caueat à uino uinoſo & ebrietate, ſit cœna leuior prandio, dormiat multum de nocte, & non incipiat dormire niſi diſtanter à cibo per duas horas, & capite eleuato, & nullo modo ſuper latere oculi lęſi, nec cum facie deorſum, neq; faciat aliquā operationem ſecūdum quam oporteat caput inclinare deorſum. Caueat à coitu & uitet iram, clamorem, rixam, nec ferat aliquod ſtrictum circa collum, &c.

Patiens dum ſanus eſt phlebotomia ex brachio & fronte, & uentris ſolutione uti debet. Et in commeſtione uitare dactylos & ſeſamos de melle, & uitet ebrietatem.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.62

Hic ponit curam, & primò per uniuerſalia, ſecundò per particularia: ſecunda ibi. Et quando non eſt plenus. De prima dicit, quòd patiens dum ſanus eſt, debet uti phlebotomia ex brachio & uena frontis & uentris ſolutione, de quibus dictum eſt, & uitet dactylos & ſeſamos conditos cum melle, quia præbent nutrimentum craſſum & aduſtum. Sed uidetur includere contradictionem cum dixit: Patiens dum ſanus eſt. Iſtud ergo intelligendũ eſt de regimine pręſeruatiuo, patiens, id eſt, aptus pati has diſpoſitiones utatur phlebotomia, & cætera ne huiuſmodi diſpoſitiones incurrat. Aliter patiens has diſpoſitiones, id eſt, nullam aliam habens ægritudinem, nam poſſet habere aliquam aliam ægritudinem qua prohiberentur huiuſmodi operationes ſicut phthiſim.

Et quando non eſt plenus ſæpe ingredi balneum eſt ei utile. Et frequẽter immittere oculo ſief rubeum ſimiliter cõfert. Sief. rub. Rec. hematitis, colcothar combuſti amborum. an. drach. 3. æris uſti, drach. 2. myrrhæ croci, an. drach. 1. piperis long. drach. s. conſpergantur ex uino ueteri & fiat ſief, his præterea ægritudinibus confert ſief uiride, cuius deſcriptio in cap. de ungula continetur. Quòd ſi paſsiones iſtæ uetuſtæ fiant, ſcabies fricatione indigebit & ſebel collectione, non tamen menſuræ huius libri conuenit, ut de his tractemus.

Primò ponit curationem localem cum medicinis: ſecũdò cum operatione manuali. ſecunda ibi. Quòd ſi paſsiones. De prima parte duas elicit intentiones curatiuas. Prima eſt mollificare oculum cum balneo & fomentis, ſicut dictum fuit. Secunda eſt abſtergere, exiccare, & reſoluere, & corrodere cum ſief rub. & ſimilibus, cuius deſcriptionem ponit, & declaratum fuit ſuperius, reliqua ſunt manifeſta, &c. Curat tertiò operatione manuali remittẽs nos ad aliud cap. 1. ad ſuam chirugiam, quia hic ſolum phyſicè tractat.

DE PRVRITV LACHRYMALIVM Cap. XXIII.

ENdiuia tenera ſumatur & teratur, & fiant ex ea magdaleones parui & ex oleo uiol. inungantur & oculis ſuperponantur. Et in hora dormiendi ligentur. Roſatum tamen melius eſt & citius confert. Et ſi hoc non ſuffecerit, lentes abſque corticibus, & ſumach & roſ. rub. & granati carnoſitas ſumantur, & contrita ex careno conſpergantur, & more emplaſtri ſuperponantur.

Hic agit de pruritu lachrymalium, de quo ſuperius dictum eſt, quantum eſt expediens. Lachrymalia enim citius pruriũt, quàm cæteræ partes oculi, & propriè lachrymale domeſticum, quia plures materiæ ad ipſum defluunt cum uiæ ſint latiores. Diuiditur hoc capitulum in partes duas. Primò ponit curam per localia. in ſecũda ibi. Quòd ſi non ſuffecerit. Ponit curam per uniuerſalia. De prima parte dicit, quòd fiant magdaleones parui, id eſt, corpora parua ſcilicet, ad quantitatem orbitæ ex endiuia tenera, id eſt, non multum antiqua, quæ ſcilicet, contundatur cum oleo uiolaceo aut roſ. quod eſt melius, quia magis confortat & repercutit, & oculis ſuperponatur in hora dormiendi, & ligetur ut conuenienter adhæreat eſt enim hoc medicamen frig. & humidum, repercuſſiuum, conueniens in principio alterans humorem iam fluxum, & remouẽs malam complexionem impreſſam & prohibet materiam fluentem. Secundum medicamen ſi hoc non ſolum ſuffecerit, eſt ut lentes frig. & ſiccæ abſq; corticibus, ut non ſit in eis aſperitas, & ſumach & roſæ rub. & granati carnoſitas intrinſeca, omnia frig. & ſic. & ſtiptica conterantur & poſt contritionem conſpergantur ex careno cal. & hum. mitigatiuo & reſolutiuo, & eſt uinum coctum & reducantur ad formam emplaſtri, & ſuperponatur ut prius ligando: eſt enim medicamen augmenti uſq; ad medium ſtatus.

Quòd ſi non ſuffecerit ex cephalica prius phlebotometur patiens, deinde ex uena frontis & ex uenis quæ ſunt in lachrymalibus angulis. Venter quoq; frequenter ſoluatur, & multotiens balneum ingrediatur.

Ponit curam uniuerſalem per phlebotomiam uenæ cephalicæ & uenæ frontis & uenarum, quæ ſunt in angulis lachrimalibus domeſticis. Venter etiam ſoluatur & balneum ingrediatur, de quibus omnib. ſufficienter dictum eſt ſuperius. Medicamen uerò proprium in pruitu & in prima ſpecie ſcabiei miſceatur thutia præparata ſubtiliſsimè puluerizata cum uino maluatico, aut optimo uino antiquo albo, & aqua roſ. et poteſt admiſceri magis aut minus de uino ſecundum quod uolumus maiorem & minorẽ exiccationem & reſolutionem, & hoc collyrium quater in die oculo imponatur. Aliud infallibile. ℞. ſang. drach. aloẽs epatici, ſarcocollæ nutritæ, añ. ʒ. 1. zing. gariophi. croci, cãphoræ, añ. ʒ. s. thutiæ præparatæ, ʒ. 4. terãtur puluercs ſubtiliſsimè, & miſceant in uini maluatici, & aquæ roſ. añ. ℔. 1. bulliãt in uaſe uitreo, ponendo illud uas in una caldaria aquę, per cuius bullitionẽ bulliat dictum collyrium exiſtens in uaſe uitreo uſq; ad tertiæ partis conſumptionem & uſui reſeruetur. Et quandocunq; eo utimur conquaſſemus uas, melius eſt tamen ut ante horum applicationem fomententur oculi cum decoctione aliqua, de qua ſupra, & excuſabit à balneo, quod Raſis præcepit fieri.

DE VNGVLA. Cap. XXIIII.

VNgula dicta ad ſimilitudinem unguis, eo quòd ipſa tegit ſecundum plurimum extremitatem oculi uerſus lachrymale domeſticum,

ſicut ungues tegunt extremitatẽ digitorum. Deſcribitur ab Auic. 3. tertij, cap. proprio, quòd eſt additio coniunctiuæ, & uelaminis continentis oculũ incipiẽs ſecundum plurimum à lachrymali domeſtico, & currens ſemper ſuper coniunctiuam. Et quandoq; tegit corneam & inuadit eam, ita quòd cooperit foramen. Dicitur primò additio, ſcilicet, pręter naturam, coniunctiuæ, id eſt, uelaminis continentis oculum. Coiunctiua enim undecunq; continet oculũ præter ubi eſt cornea. Et dicitur coniunctiua quia cõiungit partes oculi adinuicem, aut quia coniungit oculum cum craneo in orbita, & currit ſemper ſuper coniunctiuam, licet non ſemper tegat corneam. Et re uera ungula eſt membrum cum ſit corpus ex prima mixtione humorum genitum & non compoſitum, ergo ſimplex. Et non eſt panniculus, quia non componitur ex uillis nerueis & ligamentis, neque eſt neruus, ut patet ſatis ex paucitate ſenſus: relinquitur ergo quòd ſit caro, quia cum nullo alio ſimplici tantã habet conuenientiam quantam habet cum carne. Et cum caro ſit etiam quintuplex ueriſimile eſt ipſam eſſe carnem confuſam præternaturalem. Ex quo infertur ungulam eſſe morbum in numero. Morbum quidem quia ſenſibiliter impedit motiuã oculi, & quandoq; ſenſitiuam faciendo dolorem, in numero, quia addit in numerum partium oculi. Si autem cooperiat pupillam, eſt etiam morbus in uia, & poteſt etiam dici morbus in ſitu & ſuperficie. Et nota quòd aliquando in ipſa apparent uenulæ per ſubſtantiam eius diſſeminatæ.

CVm aliquid panniculo ſimile ex angulo qui eſt ex parte naris oriri uidetur, & album oculi cooperire, & peruenit uſque ad nigredinem, generatur paſsio quæ dicitur ungula. Cuius nocumentum tunc ſolum eſt peius cum peruenit uſq; ad nigredinis partem quæ eſt iuxta pupillam.

Hoc capitulum de ungula diuiditur in partes duas. In prima parte determinat de ipſa theoricè. In ſecũda ibi. Hæc igitur paſſio. determinat practicè. Prima pars ſatis ex dictis eſt manifeſta. Et non dixi ungulã eſſe panniculum, ſed panniculo ſimilem, quia ſubtilis & lata. Et ipſam dixit eſſe deteriorẽ cum peruenit ad partem nigredinis, id eſt, corneæ quę eſt iuxta pupillam, id eſt, ex directo pupillæ, tunc enim uiſum impedit, pupilla enim propriè eſt foramen uueæ multum proximæ ipſi corneæ. Species quandoq; ſumuntur à modo ſubſtantię, & ſunt tres. Neruea quia ad nerui ſimilitudinẽ in duritie. Et carnea quia ad carnis ſimilitudinem quando eſt mollior. Adipoſa quia ad ſimilitudinem adipis, & hanc tertiam ſpeciem ponit Albuca. Secundò diſtinguuntur ex parte caloris. Nam quædam eſt rubea notabiliter à ſanguine proueniẽs. Quędam alba à phlegmate permixto cum ſanguine. Quædam citrina ſiue uiridis à cholera mixta cum ſanguine. Quædam nigra à melancholia mixta cum ſanguine. Semper enim ſanguis concurrit ad generationem membrorum tam cõiuncta generatione quàm ſeiuncta, & ſimiliter ad nutricationem. Vtrum autem ad generationem membri omnes humores concurrant ſicut elementa ad mixti generationem, eſt alterius ſpeculationis. Diſtinguiť etiam ex parte quantitatis. Nam quædam eſt magna occupans magnam partem coniunctiuæ, imò corneam ipſam. Quędam eſt parua. Quædam mediocris. Item quædam eſt craſſa. Quædam ſubtilis. Diſtinguitur quartò ex parte adhærentiæ. Nam quædam eſt multum inuiſcata cũ cõiunctiua aut cornea. Quædam leniter eſt & facillimè ſeparabililis. Quintò ex parte originis. Nã quædam oriť ex lachrymali domeſtico, & eſt ſecundum plurimum, quia illud propter latitudinẽ uiarum eſt plurimum materierum ſuſceptiuum. Quandoque oritur à lachrymali ſylueſtri & eſt rarius. Quandoq; à profunditate palpebræ inferioris aut ſuperioris, & eſt rariſſimum. Sextò & ultimò. Quædam antiqua. Quædam noua. Et quædam à generatione contracta. Cauſæ pro magna parte ſunt manifeſtæ. Cauſa enim materialis ex qua, eſt ſecundum plurimum ſuperfluitas nutrimenti lachrymalis & coniunctiuę, licet etiam aliæ materiæ ſuperfluentes poſſint eſſe cauſę materiales ipſius. Cauſę primitiuæ ſunt quæcũq; huiuſmõi humores multiplicãt et ad oculos declinare faciũt. Cauſa efficiẽs eſt uirtus augmentatiua cũ colore naturali. Formalis eſt forma carnis. Finalis in quantũ caro ut habeat eſſe, ſed finalis in quantũ morbus ut lædat. Materia uerò adipoſæ eſt phlegma aquoſum cum parte unctuoſa ſanguini permixtum. Signa ſatis nota ſunt, cum ſenſibus ſubiaceant.

Prognoſtica. Primum. Quę dura eſt, antiqua, craſſa, magnam partem occupãs, & multum inuiſcata & propriè cum cornea, eſt incurabilis. Secundum. Adpoſa mollis, parum inuiſcata, ſubtilis, diſtãs à cornea, eſt facilè curabilis. In medijs diſpoſitionibus iudicia ſunt media.

Hæc igitur paſsio dum ſubtilis eſt cum ſief uiridi, & ſief de chalcantho eſt medicanda. Si autem uetuſta fiat & craſſa, cum ferro eſt expolienda.

Primò ponit modos curationis. Secundò ponit duplicem deſcriptionem ſief, ibi. Sief uiride. Quid dicat in prima parte ſatis notum eſt. Innuit enim duplicem modum curationis. Vnum cum medicinis. Reliquum cum operatione manuali.

Sief uiride quod cõfert ſebel & ſcabiei & ungulæ et albedini. Rec. ziniar. drach. 3. colcothar uſti drach. 6. arſenici rubei, baurach, ſpumæ maris, omnium ana drachmam unam, ſalis ammoniaci drachmam ſemis, ammoniaci drach. duas, ammoniacum in ſucco rutæ diſſoluatur & ſpecies ex eo conſpergantur & fiat ex eis ſief, eſt enim mirabile. Sief de chalcantho quod confert ungulæ. R. æris uſti, chalcanthi amborum

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.63

ana drach. 5. ziniar. drach. 2. ſalis ammoniaci, baurach, arſenici ſublimati omnium ana drach. 1. terantur & per hebdomadam unam dimittantur, deinde fiant ex eis ſief, & fricetur ungula cum eis.

℞. ziniar, id eſt uiridis æris corroſiui, calid. & ſic. in quarto. drach. tres, colcotar uſti, id eſt, uitrioli rub. uſti, calid. & ſic. in tertio. ℥. ſex, arſenici rub. calid. in tertio, ſic. in ſecundo. baurach, ſpumæ maris calid. & ſic. in tertio. omnium ana. ℥. 1. ſalis ammoniaci calid. & ſic. in quarto. ℥. ſemis ammoniaci. ℥. 2. ammoniacum diſſoluatur in ſucco rutæ, & cæteri pulueres conſpergãtur eodem ſuc. & ſimul incorporando fiat ſief, quod eſt mirabile ſiue in forma pulueris, ſiue in forma liquida applicetur. Sief de chalcãtho. Recipe æris uſti, chalcanthi, id eſt, uitrioli uiridis ana drach. quinque, ziniar drachmas duas, ſalis ammoniaci, baurach, arſenici ſublimati, omnium ana. ℥. 1. terantur & per hebdomadam, unam dimittantur, interim ipſa bene puluerizando & incorporando & fiat ſief ex eis cum aliquo liquore ut ſuc. rutæ & cum eis ungula fricet. Quatuor ſunt ſpecies uitrioli, ſcilicet, Colcothar quod eſt citrinum, chalcanthum uiride, & hęc ſunt calid. & ſic. in tertio. Chalcadis ſcilicet album. Aſſuriæ rub. & hæc duo ſunt cal. & ſic. in ſecundo. Veruntamẽ Simon Ia. dicit quòd colcothar eſt chalcanthum uiride antiquatũ. Arſenici. 3. ſunt ſpeces. Rub. Citrinum, quæ ſunt minus acuta, calid. in tertio, ſic. in ſecũdo. Albũ dictum realgar calid. & ſic. in quarto. Sed arſenicum ſublimatum eſt cæteris acutius & multum cauſticum, & eius operatio durat tribus diebus dum profundè cauterizat quapropter conſyderet qualiter in oculo adminiſtretur, ſed de hoc ſtatim dicetur.

Cura ungulæ triplex exigit regimẽ. Primum uniuerſale circa cauſam antecedentem. Secũdum locale. Tertium utriq; commune. Primum cumpletur. 5. intẽtionib. ſcilicet minoratione, digeſtione, eradicatione, diuerſione, & fluxus interceptione. Quæ omnes qualiter debeãt compleri ſatis poteſt ex ſupraſcriptis patere cap. de ſcabie et ophthalmia. Secundũ regimen duob. perficitur modis, primò cum medicinis, ſecundò cũ operatione manuali. Primus uerò modus conueniens in ſubtilib. et mollib. & propriè quando non poſſunt leuiter cũ operatione manuali remoueri duabus perficitur intẽtionib. Prima eſt mollificatio cum balneo aut fomẽtis ſupraſcriptis. Secũda immediatè poſt fomentationẽ apponere medicinas abſtergentes & corrodentes à leuiorib. inchoando & gradatim ad fortiora procedendo. Thus ſolum tritũ & aſperſum cum aqua calid. & poſtea collyrizatum eſt expertum & ſecurum. Collyrium Ruffini deſcriptũ à Ieſu Ali. ℞. lapidis hęmatitis loti, æris uſti, cadmiæ, argenti. añ ℥. 4. pip. al. ℥. 2. pip. nigri, ſpumę maris. añ. ℥. 8. aloës ſuccotrini, ſpicę, garyop. añ. ℥. 4. zing. ℥. 3. amyli, mirob. belliricorum. añ. ℥. 2. croci, ſalis ammo. añ. ℥. 1. terantur et cribellent ſubtiliſſimè & utere. Eſt enim ſublime & famoſum. Collyriũ Auic. ex teſta cãcrorum fricata ab ea linimento mixto cum oleo cucurbitę eſt apud eos mirabiliter laudatum. Fortiora ſunt deſcripta per Raſ. in textu. Et ſi uis uti fortib. ſine quibus ſecundum plurimum iſta operatio cõpleri non poteſt. Accipe ſief deſcripta à Raſi & tenendo aliquod ipſorum inter digitos applica cum extremitate eius ſuper ungulam. Et tãdiu teneas donec æger ſentiat dolorẽ, & poſtea amoueas. Et pone in altera parte eiuſdẽ ungulæ & ſic paulatim tota conſumet aut intingat extremitas ſtili cotto inuoluta in aliquo collyrio forti ex ſupraſcriptis, & applica ſuper ungula ut prius, aut illi extremitati prius in aliquo liquore balneatę annectẽ pulueres ſupraſcriptæ ſief. Et applica quouſq; ſentiat dolorem ut ſupra. Et ſi oculus incurreret ophthalmiam & dolorem, deſiſte ab huiuſmodi operatione per aliquos dies. Deinde reuertere donec cõpleta ſit. Et hoc modo ſecurè poteris uti huiuſmodi medicinis fortib. Elonga tamen hanc operationẽ à cornea quãtum potes. Et cum facis huiuſmodi operatiões doloroſas bonum eſt ponere deſenſiuum circa frontem & tempora ne humores fluant ad oculum, & clauſo oculo pone deſuper faldellam cotti infuſam in lacte, & aqua roſ. & oleo roſ. ad doloris mitigationẽ. Modus autẽ operationis manualis in ungula eſt triplex. Primus ſi ungula nõ ſit multum cum oculo inuiſcata & cũ uncinis in extremitate eius mãgis ſeparata ſiue minus inuiſcata capiatur palpebra eius aperta & ſic retẽta per aliquem bonũ miniſtrum eleuet. Et ſi opus ſit alio uncino ad meliorem eleuationem applicetur, poſtea cum inſtrumento ad modum lancetę, ſed obtuſo aliqualiter excoriet ipſam ab oculo ſeparãdo uſq; ad lachrymale cui annexa eſt, & ibidem incidat cum forfice & cautè ne caro lachrymalis incidat, ſic enim fieret fluxus lachrymarũ perpetuus. Secundus modus eſt in illa quæ multũ cum oculo eſt inuiſcata ut ſuſpẽdatur cum uncino propter duritiem eius in parte magis eleuata & craſſa, & ſi non poteſt capi cum uncino propter duritiem eius perforetur ibidẽ cum acu ſubtiliſſima, in cuius extremitate ſit filũ, & cum filo ſuſpẽdat & eleuet quãtum aptè fieri poteſt, qua eleuata adhuc inſigatur alia acus capiendo maiorem partẽ eius, & quantum de ipſa capi poteſt, dummodo nõ lædatur oculus et tracto filo de ſerico uſq; ad medium eius trahat filum, nunc ad unam differẽtiam nunc ad aliã ſecãdo & ipſam ab oculo ſeparãdo primò uerſus corneã, poſtea uerſus lachrymale donec totaliter ſeparetur. Et ſi uideretur tibi quòd cum pilo caudæ equinæ ſeparari melius poſſet ſecando ipſam experire quo melius perficiatur operatio hæc poſtea iuxta lachrymale incidatur, & in hac operatione cauendum eſt ab inciſione partium oculi, caro enim lachrymalis cognoſcitur per rubedinem & mollitiem, & coniunctiua cognoſcitur per duritiem & maximè caue ne cornea lædatur. Tertius autem modus ſecundum Albu. proprius in ungula adipoſa acceptatus à multis in curatione macularum de quib. ſermo præceſſit, perficit cum raſorijs raſpando ſiue abradendo totũ quod eſt in ſuperficie oculi, illud enim aptè fieri poteſt non radendo oculum, cum illa additio ſit oculo mollior, & poſt has operationes imponũt in oculo cyminũ maſticatum cum ſale ad prohibendum inuiſcationẽ oculi cum palpebra. Ego autem credo conuenientius eſſe immediatè poſt has operationes ſief album cum lacte ad ſedandum dolorẽ & prohibendum ophthalmiã. Prohibetur autem inuiſcatio, faciendo ægrum ſæpe mouere oculum ſub palpebra, & ſi non poſſit aperiatur

tur aliquando palpebræ ſi ab oculis ſeparentur, & poſtea ſi opus eſt tranſactis duobus diebus uel tribus aliquid ex medicinis abſtergẽtibus, de quibus ſupra, ad conſumẽdum reſiduum in oculo ponatur. Tertium regimen duas exigens intentiones, ſcilicet correctionem accidentium & debitũ regemen ſex rerum non naturalium ex capitulis præcedentibus poteſt elici.

DE ATARFATI SIVE SANGVINE effuſo in oculo. Cap. XXV.

MAcula rubea, atarfati, tarſa, puſtula, ſanguis infuſus in oculo ſunt termini ſynonymi ſignificãtes hanc diſpoſitionẽ quæ diffinitiuè eſt ſanguis in ſuperficie oculi adhærens & inuiſcatus. Et ſi ſit ex directo pupillæ impediẽs uiſionem eſt morbus in uia. Si uerò ſit in alia parte oculi et lędat ad malam complexionem cum materia reducitur. Si uerò non lædat non eſt ægritudo, ſed eſt de his quæ non ſunt ægritudines, & tamen cum ægritudinibus numeratur, ut eſt apud A. ſecunda primi doctrina prima, cap. ſexto.

Species eius ſunt, quia aliquando ſanguis ille occupat magnam partẽ ſuperficiei oculi. Aliquando paruam, exiſtens ſicut punctum rubeum, ideo atarfati dictum eſt. Item aliquando eſt recens ſanguine nouiter infuſo, & eſt coloris rub.

Aliquando eſt antiqua, & tunc eſt nigra, uel tendens in nigrum reſolutis ex longa mora partibus igneis & aẽris, remanentibus partibus terreis tendentibus in fuſcum.

Cauſa immediata eſt duplex. Vna eſt exitus ſanguinis à uena uel arteria, aut quia ſoluit ipſarum continuitas aut per uiã reſudatiõis. Cauſa aũt ſolutionis cõtinui ipſarum quandoq; eſt primitiua ſicut percuſſio, caſus, fricatio oculi, motus laborioſus, ſtatio ſub ſole & huiuſmodi. Quandoq; eſt intrinſeca corporea ſicut multitudo ſang. extendens, & ipſius ebulitio, ſicut aliquando in febrib. balneo, & forti exercitio unde humor ebulliẽs ſcindit uenam, & fortaſſe ſubtiliatus reſudat extra uenam. Aliquando eſt humor corroſiuus ſubſtantiam uenæ corrodens. Secunda cauſa coniuncta eſt aliquid remanens ex materia apoſtematis ſang. reſoluto ſecundum maiorem partẽ, ſiue ut uerius dicam, illud remanens eſt ipſa macula, ſed apoſtema præcedẽs uel cauſa immediata ipſius eſt cauſa huius maculæ. Signa ſunt macula rub. aſpicienti eſt manifeſta, quòd autẽ ſit ex reliquia apoſtematis ex præcedente apoſtemate cognoſcitur, quòd uerò ſit à cauſa primitiua ex relatu ægri habet, quòd uerò ſit à cauſa corporea cognoſcit cum nulla cauſa primitiua pręceſſerit. Vtrum autẽ à plenitudine uel ab acuitate cognoſcitur, quia plenitudinem declarat tẽſio uenarũ. Ebullitionem uerò declarat complexio calid. corporis & cauſæ ſanguinem ebullire facientes, ſed quòd ſit ex reſudatione cognoſcitur quia tenuis & ſubtilis eſt. Et quando eſt ruptura uenæ, craſſior eſt macula illa ſang. craſſiori fluente.

Prognoſticum. Hæc diſpoſitio eſt ex toto genere ſalubris natura aut arte curabilis. Cura triplex exigit regimen ut ſupra. Primum uniuerſale. Secundũ particulare. Tertium commune utriq;. Primum regimẽ uniuerſale quidem completur per phlebotomiam ſecundum quod ſuperius dictum fuit. Necnon medicina ſolutiua, quæ debet eſſe leniens & infrigidans ſicut aqua fructuum cum caſſia aut mãna. Diuerſio etiam perficitur, tam diuerſionib. cõmunibus, q; proprijs, ſcilicet phlebot. particulariũ uenarũ capitis. de quib. ſupra. Fluxus etiam interceptio, perficiatur ut ſupra.

Secundum regimen perficit in principio cũ repercutientib. & in fine cum reſoluentib. & abſtergentib. in medio autem cõmixtis. Ex conuenientib. in principio eſt aqua albuminis oui in oculo infuſa. Aut ſi in ea infundatur parum boli armeni, & deinde coletur & ſic colata & expreſſa oculo imponatur. Et deinde ſecũda die ponatur in oculo lac in quo bolus armen. et ſimilia ſunt infuſa. Exterius autem applicetur albumen oui cum oleo roſ. contuſum. Deinde tertia & quarta die & quinta imponatur ſanguis columbi calidus, aut turturis, extrahẽdus per phlebotomiam uenarum, quæ ſunt ſub ala, aut per decoctionẽ & eſt calidior. Et hoc tempore emplaſtret oculus cum fœnugræco, & roſis coctis in aqua roſ. aut emplaſtretur cum folijs ſalicis coctis cum aqua roſ. deinde emplaſtretur cum fœnugreco, & roſ. cum uino decoctis. poſtea cum nõ eſt timor noui fluxus uaporetur oculus cum decoctione chamomilę, meliloti, aut foliorũ caulium, & poſtea emplaſtretur cũ folijs ſalicis, et caulis tritis, & coctis cum uino potẽti antiquo. Et in hoc tẽpore ponantur in oculo collyria fortia. ℞. thuris. ℥. 1. tere ultima cõtritione, et funde ſuper ipſum ex aqua pluuiali in qua ſolutũ ſit ſal cõmune & ſi uis ut magis imprimat diſſoluatur in aqua ſal ammoniacũ, aut ſal gẽma & cum ſupraſcripto thure etiam miſceat, & fiat collyrium. Fortius autem eſt illud quod à Raſi in litera deſcribitur. Olibani quoq; una, & ſalis gemmæ tertia unius partis in lacte diſſoluta egregiè conferunt & ſimiliter cũ aqua raphani. Si uerò macula rub. fuerit reliquia apoſtematis, fomentetur oculus, primò cum decoctione paſſularũ cui parum fœnugræci addi poſſit, deinde collyrizet cum ſucco paſſularum ſine arillis & aqua mellis, & cum eiſdem cum quibus ſit fomentatio poteſt emplaſtrari, ut quod derelictum eſt emplaſtretur & mollificetur & reſoluatur.

Tertium regimen cõmune utriq;, ſcilicet complendum eſt per correctionẽ accidentium, & per regimen ſex rerũ non naturalium, patere poteſt ex ſæpe dictis. In principio enĩ dũ eſt dolor & æſtuatio debet eſſe tenuis. Poſtea his accidẽtib. declinantib. põt incraſſari.

QVum in oculo ex percuſſiõe aut ex re alia punctum rub. fieri cõtingit, ſanguis qui ibi eſt diſſoluendus eſt, poſtquam æſtuatio quieuerit. Sumantur igitur arſenici rub. olibani, ammoniaci, myrrhæ, omnium. an. partes æquales & fiant ex eis ſief qui in ſuc. coriandri fricentur & in oculo diſtillentur, quandiu tamen dolor perſeuerat albugo oui ſumenda eſt & oleo roſ. commiſcenda & cottum ex eis inuolutum oculo eſt ſuperponendum.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.64

Habet hoc caput 2. partes. In prima ponit cauſam huius paſſionis. In ſecunda curam. Secunda ibi. Sanguis qui ibi eſt. Quod dicit in prima manifeſtū eſt. In ſecunda parte. Primò docet quid faciendum eſt cum ægritudo proceſſerit, cuius cauſa eſt, quia medici ſecūdum plurimum non uocanť in principio ſed poſteaq̄ aliquandiu proceſſit. Secundò ponit curã quæ debeť principio. Quæ dicit in parte iſta manifeſta ſunt. Deſcribit enim collyriū ſatis forte applicandū, poſtquàm æſtuatio, id eſt, calor & dolor & fluxus humorum ceſſauerit. ℞. arſenici rub. olibani, myrrhæ, ammon. an̄. partes æquales fiant ex eis ſieť cum ſucco coriandri, qui etiam cum uis uti eis ſunt fricãdi ſuper core in ſucco coriãdri & collyrizãdi, melius tamē eſt ut arſenicū ſæpe abluať cum aqua roſacea aut ſucco iam dicto. Et fortè melius eſt ut hoc collyriū cū extremitate ſtili cotto inuoluto applicet, quia ad placitū ſic poteſt remoueri & ſuper macula reiterari. Hic eſt dubiū nondū deciſum. Vtrum ſcilicet in cornea ſint uenę & arteriæ per quarum rupturã poteſt fieri tarfati. Et uidetur quòd ſic quia nutriť & uiuit, & quia patiť ſebel qui eſt pãniculis accidēs ex inflãmatione uenarū apparentium in ſuperficie cõiunctiuæ & corneæ, in oppoſitum arguiť. Quia quantumcunq; eſſent minutæ adhuc apparerent. Item eſſent plenæ ſanguine qui nō eſt diaphanus, & per cõſequens non eſſet perfectè diaphana, imò in aliqui. partib. colorata. Itē ſi oculus uidet uaporē & impediť ab eo multo magis impedieť à præſentia ſanguinis in cornea. Credo conformando me dictis A. et cęterorū et experiētię quòd in ea ſint uenulę et arterię minutiſſimę, quę ſunt diaphanę & non replerę ſanguine, ſed humiditate prima de ſecūdis, facta diaphana, & trãſparente ſecundū ipſius corneæ exigētiam, ſed cum multus ad oculos fertur ſanguis, ſang. replentur & apparēt. Et ad argumēta in oppoſitū dico quòd ſi uapor impediat uiſum, iſtę tamen non impediunt cum ſint diaphanę, ſicut cornea, neq; uidētur ab ipſa ſeparatę cum ſint minutiſſimę & ei ſimiles.

DE LACHRYMIS SIVE DISTILlatione oculi. Cap. XXVI.

Lachrymæ. Diſtillatio oculi ſunt termini ſynonymi ſignantes hãc diſpoſitionē, quæ diſſinitiuè eſt ægritudo ſecundū quã oculi ſemper apparent humidit. aquoſa, & quandoq; currunt guttę. Vel breuius. Lachrymę ſunt humiditas aquoſa ab oculo profluēs, & in alia ueritate ſunt ægritudo in uia, cū uiſum impediat prohibendo debitã delationem ſpecierū uiſibilium per corneã, et hęc nō ſunt niſi ſuperfluitas aquoſa reſecata in ſecūda, tertia, aut quarta digeſtione. A quoſitate nanq; genita in epate per ſecundam digeſtionem, et poſtea expulſa cum ſang. ad chilim magna pars eius tãquàm ſuperflua expellitur per uenas emulgētes ad renes, & deinde à ſanguine colata expellitur per poros uritides ad ueſicam & mingitur. Reliquum aūt ipſius aquoſitatis quod remãſit cū ſanguine ut uehiculū ſit ipſius ſanguinis, penetrat cum ſanguine ad extremitates uenarum quę ad oculos terminantur & ſit lachryma. Generatur ſecundò materia lachrymæ in tertia digeſtione in extremitatib. uenarum cum ſanguis conuertitur in primã humid. de ſecundis, eſt enim illius tertiæ digeſtionis ſuperfluitas, & hęc ſimul eſt materia lachrymarū & etiã ſudorū, licet etiã prima aquoſitas ſit materia ſudoris.

Tertiò reſecatur ſuperfluitas aquoſa in quarta digeſtione cum prima humiditas de ſecundis tranſmutatur in ſecundam & tertiam, & tamen tertia, ſcilicet cambium trãſmutatur in quartam, ſcilicet in glutem & membrorum ſubſtãtiam. Duæ enim in quarta digeſtione reſecantur ſuperfluitates altera craſſior, & eſt illa immundities quæ apparet in corporis ſuperficiē, & ex hoc genere ſunt muci narium cerumē auriū etc. Altera ſubtilis quæ aliquando in uaporem, aliquando in ſudorem paucum & ſubtilem cõuertitur, & delata ad oculos in lachrymas conuertitur. Duæ autem ſunt uiæ per quas hæc materia lachrymarum ad oculos defertur. primò per uenas exteriores frontales & tēporales ad oculos terminatas, ſecundò per uias intrinſecas peruenientes ad oculos & per foramina quę ſunt in orbita. Poteſt addi tertia uia quia humiditas fluens per nares quandoq; per foramina oſſium naſi ad oculos terminata deriuatur ad oculos ſicut econtrario. Collyria poſita in oculis deferūtur per eadem foramina narium ad os, unde quinta tertij ſentitur in ore ſapor alcohol poſitæ in oculo, huiuſmodi autem ſignum eſt quia multis humiditatib. defluentib. per nares oculi lachrymantur.

Species lachrymarum ſunt duplices. Quędam uoluntariæ prouenientes aut ex triſtitia dum ſit cerebri conſtrictio, & conſequenter humiditatis aquoſæ expreſſio, aut ex lætitia per quam ſit cerebri dilatatio & ſuorum meatuum, & conſequenter per canales dilatatos humiditatis aquoſæ effuſio, & ſimiliter ſiunt in ira propter caliditatē dilatantem & materiã mouentem ad exteriora, de quarū cura nō eſt ſermo in propoſito. Aliquæ autem ſunt inuoluntariæ. Et ſunt duplices, quædam natiuæ, & quædam temporales ſiue accidentales, quarum quædam ſunt antiquæ, quædã nouæ. Et iſtarum quædam ſequuntur alium morbū ſicut feb. apoſtemata cerebri & his ſimilia. Quædam uerò non, & primæ remouētur cum remotione ęgritudinum quas ſequuntur. Secundę uerò quandoque ſunt continuæ, quandoq; interpolatæ ſecundū differentiam cauſarū à quibus pendent et omnes iſtæ ſunt duplices, quædam ſcilicet calidæ & quædam frigidę. Sunt tamen quædã lachrymæ accidentales conſequētes ultimam debilitatem omnium uirtutum oculi & cerebri ac reſidui corporis quę accidūt in propinquis morti, & hæc non ſiunt à uirtute expellente, ſed ſiunt à grauitate humiditatis inclinãtis deorſum, quo etiã modo ſiunt oregmones in propinquis morti. Et de his ſæpe in prognoſticis & in aphoriſmis & lib. reg. acut. ſit mentio &c.

Cauſæ lachrymarum in genere ſunt quatuor. Defectus membri ſuſcipiētis ſcilicet oculi. Defectus membri mittentis, puta capitis & cerebri. Præſentia materiæ. Et uiarum latitudo. Ex defectu quidem oculi dupliciter. Aut quia caro lachrymalis amota eſt, aut à generatione deficit, cuius defectus eſt dicendus morbus in numero diminuto. Aut eſt debilitas ipſius oculi, & maximè contentiuæ.

Defectus autē membri mittentis quod eſt cerebrū, aut caput ſaltem mediatè, licet à toto corpore ad caput poſſit hæc materia deriuari. Eſt autem in uirtute contentiua non potente retinere debitè, aut digeſtiua ſuperfluitates multiplicante, aut in expulſiua non potente

tente inſenſibiliter reſoluere aut per loca cõuenientia expellere, & hoc propter malam complexionem ipſius cerebri frigidi & humidi ſecūdum plurimum ex tempore aut ex natiuitate contractã, aut propter malam eius complexionem, aut propter apoſtema ipſius calid. et frig. aut mixta aliquãdo accidunt propter feb. maximè ſanguineas faciētes multas materias euaporare ad caput, quæ deinde in humiditatem aquoſam condenſantur aut liquefaciunt materias ipſius cerebri, unde ad loca ſuppoſita fluunt. Pręſentia autem materiæ eſt cauſa lachrymarum, aut ratione ſuæ multitudinis, aut ratione ſuæ acuitatis expulſiuam ipſius capitis ſtimulantis. Latitudo autem uiarum ſiue intrinſecarum ſiue extrinſecarū ad hoc adiuuat ſicut ad cæteros fluxus. Et quãdoq; cauſæ lachrymarum ſunt primitiuæ, ſicut frigus forte mordicando oculos, & exprimendo multo magis quàm calor. Similiter res ſternutationem inducentes &c.

Signa lachrymæ ſunt uiſui nota. Defectus carnis lachrymalis etiam ſenſui ſubiacet & habetur ex relatu ęgri, aut aliorum, quia fortè fuit abſciſſa ungula nimis profundè in lachrymali domeſtico, aut quia impreſſit fiſtula in eodem quæ ſua ſanie corroſit carnem lachrymalē, aut quia curata eſt cū corrodētibus, aut cauſticantib. aut quia hic defectus fuit à natiuitate cõtractus cum ſemper habuerit lachrymas.

Signa debilitatis oculi ſunt quia oculus facilè recipit ſuperfluitates, unde ſit frequenter ophthalmicus, aut quia naturaliter eſt eminens albus, cuius debilitas eſt à natiuitate cõtracta, & maximè cum parentes ſui fuerint debilium oculorū, eſt enim morbus hæreditarius. Signa ſumpta ex parte cerebri ſunt ſigna debilitatis digeſtiuæ, contentiuę & aliarum uirtutum, nam ſi abſolutè debilis eſt, uirtutes omnes ipſius & ortorū ab ipſo ſunt diminutę, ſi uerò digeſtiua debilis ſit multiplicantur ſuperfluitates in ipſo. Si uerò contentiua ſit debilis quæūcq; ſuperfluitas in ipſo aggregata etiã ſi pauca ſit quamprimum fluit ad membra ſuppoſita. Sed fortaſſe quidam inſtabit, quia hoc eſt ex fortitudine expulſiuæ non ex debilitate contentiuæ. Ad quod dicendum, quòd ſi hæ materiæ expellantur ab ipſo per uias à natura inſtitutas hoc arguit fortitudinem expulſiuę. Si uerò fluant non per loca conueniētia ſicut ad oculos, pulmonem, neruos arguitur potius debilitas contētiuæ q̄ fortitudo expulſiuæ. Signa autem ægritudinum quæ ſunt cauſæ earum debilitatum cerebri, uel uirtutū eius malæ complexionis, malæ compoſitionis & apoſtematum habenda ſunt ex his quæ in capitulis præcedentibus dicta ſunt. Signa materiæ: Si multa ſit eſt grauitas capitis & dolor extenſiuus aut grauatiuus ipſius, aut quia fortè hæ materiæ undique profluunt ab ipſo cerebro.

Si uerò materia ſui acuitate ſit cauſa lachrymarū cognoſcitur ex dolore acuto in capite necnon caliditate lachrymarum. Signa uerò latitudinis uiarū ſunt priuatio ſignorum aliarum cauſarum, & quia uenæ in fronte & temporib. multum latę et amplę uidenť.

Signa lachrymarum quæ natiuę ſunt habentur ex relatu.

Signa lachrymarum in propinquis morti ſunt ipſa mortis propinquitas.

Signa lachrymarum calidarum habentur ex relatu ægri, aut quia ulcerant partes quas attingunt, necnon interdum frequens ſternutatio ægri materia fluente per uias intrinſecas.

Signa quòd ſequãtur alias ægritudines aut cauſas primitiuas ſunt præſentia ipſarum ægritudinum aut cauſarum primitiuarum.

Prognoſticum. Primum. quæ natiuę ſunt non curantur, niſi proueniunt ex ſuperflua humiditate per decurſum ætatiuum uſq; ad ætatem iuuentutis corrigenda. Secundum. lachrymæ antiquę difficillimè curantur. Tertium. lachrymæ ſequentes alias ægritudines curantur ſi curari poſſunt, ſi uerò non, non. Quartum. lachrymæ diuturnæ frequēter perducunt ad fiſtulam lachrymalem. Vltimum, quæ proueniunt ex defectu totali uel maioris partis carnis lachrymalis non curantur, eſt enim caro lachrymalis frenum lachrymarum qua remota etiam in corpore temperato fluerent lachrymæ. Sed hic remanet dubium nondum diſcuſſum, à quibus partibus oculi lachrymę fluant, an à lachrymali domeſtico an ſylueſtri. Ad quod dicendum quòd à lachrymali domeſtico ſecūdum plurimum cum ad ipſum plures uiæ & latiores terminentur. A lachrymali autem ſylueſtri, modicū cum ad ipſum pauciores uiæ & ſtrictiores ſcilicet uenę & arteriæ temporales terminētur. Sed dicit Beneuentus, quòd lachrymæ licet appareant in lachrymalibus, propriè tamen fluunt à duobus foraminib. paruis in fine pilorum palpebrarum, uno in palpebra ſuperiori, altero in inferiori apud lachrymale domeſticum. Et ſubdunt aliqui quòd lachrymæ quę ueniunt propter animi accidentia, ſcilicet triſtitiam, iram, & huiuſmodi profluunt à foramine inferiori cum hæc animi accidentia in corde ſiãt, unde rationabilius eſt ut effundantur ex palpebra inferiori, quæ magis communicat cordi quàm ex ſuperiori. Quæ autem ueniunt per alias cauſas magis crebro communicãtes defluunt per foramen palpebræ ſuperioris. Ex iam dictis facilè colligimus ſolutionem quorūdam problematum, Primum quare in riſu fluunt lachrymę & in triſtitia niſi ſit uehemēs et ſubita non fluūt. Huiuſmodi enim eſt cauſa quia in riſu & gaudio fortis ſit expanſio humorum et caloris ad circumferentiam totius et etiam per uiam cuiuſdam impreſſionis cerebri factæ in riſu fluunt lachrymæ. In triſtitia uerò paulatim facta non fluunt lachrymæ, quia ſit retractio humorū & ſpirituum à circumferentia ad centrum, ſed in ſubita ſit compreſſio cerebri & expreſſio humiditatum. Et ex eadem cauſa in timore nō ſiunt lachrymæ, quia ſubitò retrahuntur humores, & ſpiritus ad cor. Sed in ira quandoq; ſiunt lachrymæ propter uehementē agitationem, expanſionem, & commotionē humorum ad exteriora, & hoc uerū eſt nō in principio irę, ſed in proceſſu cum calor magis expanditur.

Secundū problema, quare habentes oculos lachrymoſos iudicantur luxurioſi. Sed hoc ſolum habet ueritatem in quibuſdã, in quibus oculi ſunt lachrymoſi propter ſubtilitatē & mobilitatem humorum, & latitudinem uiarum, cum caliditate. Hæ enim ſunt cauſæ concurrentes ad hoc ut homines ſint luxurioſi.

Vbi autem haberent oculos lachrymoſos ex alijs cauſis problema non contineret ueritatem. Verum potius econtrariò poſſumus dicere luxurioſos habere oculos lachrymoſos, quia in ipſis debilitantur uirtutes omnes & proprie celebri, quare merito abun

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.65

dant lachrymæ, necnon cæteræ ſuperfluitates.

Tertium problema, quare in forti intuitu alicuius obiecti fiunt lachrymæ. Cuius cauſa eſt, quia in tali intuitu debilitatur oculus, merito fixiõis ſpirituum ſecundum habitudinem unã. Secundò à lumine & obiecto oculi ita fixi debilitãtur, imò quandoque in eis fit etiam quidam modus doloris. Tertiò muſculi ita fixi ſecundum habitudinem unã extenduntur, & ita ipſis remanentibus extẽſis per aliquod tempus fit humiditatum oculi expreſſio.

Quartum, quare lachrymæ ridentiũ apparent frigidæ. Dicendum iſtud prouenire, quia propter expãſionem caloris ad faciẽ in riſu, redditur facies calida & lachrymæ minus calidæ quàm ſit facies apparent frigidæ, ſicut urina exiſtentis in balneo, mĩcta ſuper coxam ſuam apparet frigida, cũ tamen ſit calida. Ad hoc adiuuat, quia in ridente calore expãſo ad exteriora lachryma redditur frigidior. In plorante uerò eſt econtrariò duabus cauſis ſupraſcriptis contrarijs.

Quintum, quare uiſo aliquo obiecto delectabili uel audito fluũt lachrymę. Huius enim cauſa eſt, quia ut dictum eſt in lætitia calor & humores exterius expanduntur & uiæ dilatantur, quare &c.

Cura lachrymarũ. Si ſequantur cauſas primitiuas aut ægritudines alias fit per remotionem illarum cauſarũ & ægritudinum ſi remouibiles ſint, & cum hoc intendatur confortationi membrorum, ſcilicet oculorum cum ſtipticis moderatè & prohibeatur fluxus humorum ad oculũ debito ſeruato regimine. Si uerò ſequãtur defectum carnis lachrymalis non integrũ nec pro maiori parte, curantur, cum impoſitione pulueris citrini ab Auicenna & Raſi in diuiſionib. laudati. Recipe ſarcocollæ nutritæ. ℥. 10. ſief memithe. ʒ. licij, aloës, añ. ℥. duas, croci. ℥. 2, ſemis, ſpumæ maris. ℥. s. aggregentur & ſubtiliſſimè terantur, puluis etiam factus ex thure ſiue fumo thuris, qui melior eſt ſarcolla & aloë, eſt ad hanc rem etiam præſtantiſſimus, ſed medicinæ iſtæ ſint præparatæ cum aqua decoctionis myrti. Si uerò lachrymæ proueniunt ſecundũ quod eſt ut plurimum ex præſentia materiæ multæ aut acutæ cũ debilitate uirtutum cerebri & oculorũ et latitudine uiarum, aut ex pluribus de cauſis ſupraſcriptis.

Cura completur ſex intentionibus. Prima euacuat. ſecunda diuertit. tertia cauſas debilitatis cerebri remouet ipſumq; confortat. quarta fluxum intercipit. quinta oculum confortat. ſexta ordinat regimen cõueniens ſex rerum non naturaliũ. Prima intentio cõpletur cum minoratione materiæ ut cũ pilulis de hiera ſimplici, cui agaricus addi poteſt materia exiſtente frigida, aut cum pilulis aſſaieret, ſi magis ad caliditatem declinat. Et fiat digeſtio in materia calida, cum iuleb roſ. aut ſyrupo de papauere, ſi calidior ſit. Si uerò frigida cum melle roſaceo. Et breuiter cum exiccãtibus in omni diſpoſitione. Sed calefacientibus aut infrigidantibus ſecundum exigentiam materiæ & mẽbrorum. Non autem cum ſubtiliantibus neque aperientibus imò inuiſcantibus & incraſſantibus. Eradicatio autem fiat cum pilulis cochijs aut hiera compoſita. G. in frigida, aut cũ aureis in calid. & cum his mixtis in mixta. Diuerſio autem completur cum lotione brachiorum & crurium & totius corporis fricatione deſcendẽdo, necnon cum balneis aëreis, aut aqueis in quibus ſudor prouocetur, Magnificè enim conferunt & conſumendo materiam aquoſam & diuertendo. Item cum maſticatorijs et gargariſmatibus ad hoc proprijs. Et tandem cum cætera non ſufficiunt cum cauterio in cõmiſſura coronali, quod eſt ad hoc præcipuum, maximè in cauſa frigida. Tertia autem intentio, ſcilicet capitis confortatio dupliciter cõpletur. Vno modo remouendo cauſas debilitãtes cerebrũ. Alio modo confortãdo ipſius uirtutes & ſpiritus multiplicando & confortãdo cum ſibi proprijs per uirtutem primã tertiam & quartam. Si ergo cauſæ debilitantes cerebrum fuerint ægritudines aut cauſæ primitiuæ remoueantur ſi remouibiles ſint. Si uerò fuerit complexio ipſius cerebri naturalis lapſa humid. & frigid. quæ eſt ſecundum plurimum cauſa huiuſmodi, tunc cum eiſdem poterit corrigi cerebrum, & cõfortari ſicut eſt ſacculus ex milio & ſale torrefactis corticibus citri, maiorana, calamintha, ſtecade, cipero & ſimilibus. Quibus ſi maior fuerit frigiditas & humiditas addi poſſet ſemẽ nauſturtij & ſinapis, qui ſacculi calefiãt ſuper latere calido uino potente aſperſo, & applicẽtur parti capitis anteriori & medio, aut caput lauetur cum lixiuio exiccante & confortante. Ex cinere uitis & ſtipitum caulium in quo decocta ſit maiorana, bachara, folia lauri & in fine cum uno cyatho uini potentis antiqui maluarici lauetur. Aqua ardens capiti applicita eſt in hac diſpoſitiõe ultima. Cõfortatur etiam cerebrum, & mala complexio frigida & humida corrigitur cum interius ſumptis, ſicut theriaca, & mithridato, diambra, & electuario de gẽmis cum ſpeciebus Meſue, pliris arcoticon Nicolai, & tandem cum aqua ardente cuius parum à. ℥. una uſq; ad ℥. 2. bibatur & teneatur os clauſum. Si uerò fuerit mala complexio calida corrigatur cum frigidis & ſic. ſicut cũ ſacculo ex milio torrefacto & roſis, cuius ſi maior fuerit caliditas addantur ſandali, ſed fortè præſtãtius eſt hæc extrinſecã omittere, nã ſi calida fuerit cerebrum diſcraſiant, ſi frigida humiditatem exprimunt & augent lachrymas. Procedatur ergo cum interius ſumptis ſicut cum iuleb, roſ. ſyrupo de papauere aut diacodion cui aliquid ſpecierum diambræ, uel diamuſci ad cerebri confortationem addi poteſt, & cum odoribus quos require in capitulo de catarrho.

Quarta autem intentio, ſcilicet fluxus interceptio, cõpletur ſi materia fluat per uias extrinſecas conſtrictiuis, fronti & temporibus applicitis, de quibus ſermo præceſſit in ophthalmia. Sed proprium in hac diſpoſitiõe in materia frigida eſt quod ponit Meſue ex inuentione Democriti. Recipe lanam ſuccidam non ablutam, & combure & cinerẽ eius diligenter tere & ex eo cum albumine oui line frontem et tẽpora, mox enim materiei fluxum amputat & lachrymarũ. Multa huiuſmodi dicta ſunt ſuperius in ophthalmia ualẽtia in cauſa calida, & frigid. & mixta. Sed his non potentib. intercipere fluxum ueniendum eſt ad ſectionẽ uenarũ ſicut in ophthalmia dictum fuit. Si uerò materia fluat per partẽ intrinſecã hæc non conferunt, ſed intercipiẽdus eſt fluxus neceſſariò cum interius ſumptis, ad quod optimè cõfert diaolibanũ deſcriptione Nicolai dãdo ex ipſo. ℥. s. cũ ℥. una uini albi calidi, in quo coctum ſit olibanum per tres aut quatuor horas poſt cenam leuem. In cauſa uerò calida ſumat unã ex pilulis his. Recipe thuris. ℈. unum, myrrhæ, opij, croci, ana grana quinq;, fiant pilulæ cum ſyrupo de papauere.

papauere. Grana quoq; thuris ſimiliter myrrhæ deglutita ad hoc conferunt & non eſt in his timor de ſtupore & propterea ab ipſis & ſimilibus non eſt inchoãdum, & multa alia remediorũ genera ad hoc require in capitulo de catarrho. Quinta intentio, ſcilicet oculi cõfortatio completur cum rebus mẽſuratè ſtipticis præcipuè cũ puluere Raſis ualẽte in cauſa mixta. Sed in cauſa calida remoueatur piper, & ex hoc fieri collyrium cũ aqua myrti cõfert. Et ad hoc iuuat puluis tutię ablutę ſolus cum aqua myrti. Item puluis oſſium mirobalanorum combuſtorum, cum dicta aqua. Itẽ Recipe tutiæ præparatæ cum aqua myrti. ℥. 1. coralli albi & rub. oſſium mirobalanorum chebulorum combuſtorum, ſumach gallarum, aloës, olibani, opij ana. ℈. s. pulueres ſubtiliter triti miſceantur cum aqua infuſionis dragaganti & gummi arabici & eſt optimũ. Vltimum cui nõ eſt par per deſcriptionem Meſue ex inuentione Zrizes regis Medorum conferens lachrymis, ardori, aſperitati oculorum & ferè omnibus ęgritudinibus ex cauſa calida, & etiã aliqualiter in mixta & confert principio cataractę, & qui uidet unam rem quaſi duas. Recipe ſarcocollæ nutritæ in lacte mulieris diebus pluribus. ℥. 4. dragaganti albi, olibani, ſcoriæ ferri, magaritarum nõ perforatarũ ana. ℥. 1. ſpicæ indi, cadmię, auri & argenti, acaciæ ana. ℥. s. amyli, ceruſæ ana. ℥. 3. tutiæ præparatæ ſubrubeæ. ℥. tres, tere omnia cum ſucco granatorum acetoſorum et fac ſiccari ſicut prius, deinde cũ aqua infuſionis hueg, id eſt acori, ultimò cum aqua ſolatri, deinde pone camphoræ. ℥. unam. ſacchari albi, aur. 1. deinde tere ultima cõtritione, et fiat ex medietate eius ſief cum aqua roſ. ex alia medietate alcohol ſubtiliſſimus & poſſumus etiã eo uti cum albumine oui & lacte etiam mulieris, eſt enim optimum confortans oculũ. Sed nota quòd pulueres præſtantiores ſunt in lachrymis quia fortius imprimunt, & etiam magis oculis inuiſcantur & adhærent ſi non faciant ardorem. Aqua tamen ardens ſecũdum quod diu expertus eſt quidam ex ſocijs confert optimè ad exiccandas lachrymas in cauſa multũ frigida & humida ſi lachrymale cum hac balneetur aliquotiẽs in die. Sed quærit aliquis quare medicamina applicãda oculo in lachrymis, imò in omni paſſione oculi niſi ubi ſanguis flueret & ubi etiã timeretur de exitu uueæ debent eſſe commenſuratæ ſtipticitatis & non fortis. Et in alijs membris cum uolumus cõſtringere aut repercutere utimur fortiter ſtipticis. Dicendum quòd oculus fortificatus eſt ille qui lachrymas principaliter conſtringit & retinet. Fortificatur autẽ per ſtiptica mẽſuratè & non per fortia. Quòd ſi quis inſtaret etiam de brachijs & cæteris membris. Repellunt enim à ſe uaſa confortata ſtipticis pharmacijs. Diciẽ quòd non eſt ſimilitudo quia in brachio & pluribus alijs membris ſimilibus materiæ fluunt per uenas ſuper quibus ſtiptica fortia aptè poſſunt applicari, imò & ligaturæ repercutientes, ſed ſuper oculo nõ ſic, unde melius eſt in eo intendere omnino ad confortationem magis quàm ad ultimã ſtipticitatem ipſum debilitantem. In materia autem fluẽte ad oculos applicamus ſuper uijs ſcilicet fronte & temporibus extremè ſtiptica, imò ferè ſic eſt in omni membro, applicamus fortiora ſtiptica ſuper uijs per quas materia fluit quàm ſuper parte recipiẽte. Ex his infertur opiata eſſe uitanda quantum eſt poſſibile. Sexta & ultima intentio, ſcilicet debitum regimen perficitur ut dicimus in catarrho.

CVm lachrymales oculorum anguli ſemper humidi uidentur, patiens quotidie ieiunus ingrediatur balneum, & in oculum iſtum alcohol mittat. Rec. tutiæ drach. 10. coralli rub. mirobalanorum citrinorum, fricati aloes, omnium ana drachmas 2. piperis, drach. ſemis, fiat ex eis puluis qui aſſiduè mittatur in oculo.

In hoc capitulo ponit curã lachrymarum. Et primò curat per balneum de quo dictum fuit, & poteſt eſſe balneum aqueum & aëreum ad exiccãdum & diuertendum, materiam. ſecundò ponit curam per puluerem ſubtiliſſimum in oculo ponẽdum. ℞. tutiæ. ℥. 10. corallorum rub. frigid. in primo, ſic. in ſecũdo, mirobalanorum citrinorũ, aloës ana. ℥. 2. piperis. ℥. s. fiat puluis & ualet in cauſa mixta & remoto pipere ualet in calid. & ſic patet textus &c.

DE DEBILITATE VISVS Caput. XXVIII.

DEbilitas uiſus, nocumentũ, defectio tenebroſitas, ſunt termini ſynonymi huius diſpoſitionis de qua diuerſi autores ſub his diuerſis uocabulis determinant, quę debilitas uiſus diffinitiuè eſt actio uiſus diminuta corrupta uel ablata uel læſio uiſus diminutè corruptè uel ablatè, nã cum Raſis nõ faciat aliud capitulũ de corruptione uiſus, ablatione congruũ eſt ut hoc cap. ſit commune his trib. modis lęſionũ. Ex quibus inferẽ hanc debilitatẽ eſſe accidẽs licet etiã poſſit eſſe morbus impediendo operatiões uirtutum interiorum cerebri ſaltẽ per communitatem.

Sed pro terminorũ declaratione, ſciendũ eſt actionẽ tripliciter lædi, ſcilicet diminutè, corruptè, & ablatè. Actio quidẽ ablata eſt cũ omnino auferẽ ſicut in uiſu cęcitas, et in appetitu omnimoda ipſius priuatio et diciẽ mors appetitus. Actio corrupta eſt actio nõ cõueniens alicui indiuiduo ſpeciei humanę naturaliter diſpoſito ſiue ſibi ſano, ut exẽpli gratia in appetitu, appetitus carbonũ & ſimiliũ non cõuenientium ſpeciei humanæ, & in uiſu uiſus unius rei quaſi duæ ſint, & unius coloris pro altero. Actio ſecunda diminuta uel diminutè lęſa eſt cũ minuiẽ operatio à perfectione operationis conueniente homini ſibi ſano, non tamẽ mutans ſpeciem. Sicut in appetitiua appetitus remiſſus, aut nimis intẽſus ut caninus. Et in uiſiua uiſio remiſſa. Non tamẽ eſt ſimile, de uiſiua cogitatiua, & aliquibus operationib. animalib. ſicut de appetitiua & multis alijs. Nã ille poteſt lædi diminutè dupliciter, per remiſſionẽ, & intenſionẽ ſicut in appetitiua. Sed in uiſiua et in quibuſdã alijs nõ credo hoc euenire, ſcilicet quòd lędantur per intenſionem, imò quanto eſt intẽſior, & acutior tãto eſt perfectior, etiã ſi quis haberet uiſum lyncis, licet multi ducti apparẽtib. rationibus opinentur contrariũ. Et hæc omnia intelligenda ſunt ad bonum intellectum, dico enim non eſſe poſſibile uiſionem lædi per intenſionem cum fortitudine

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.66

uirtutis uiſiuæ quæ maximè arguitur ex tolerãtia excellentium ſenſibilium, ſed ſine huiuſmodi fortitudine poteſt lædi per intentionem. ſecus autem in appetitiua & alijs, poſſunt enim lædi per intentionem etiam ſtante fortitudine appetitiuæ. Sed contra, uiſio acuta eſt cauſa imaginationum, quarum cauſa nõ eſt uiſio obtuſa, ergo &c. Antecedens eſt A. tertia tertij tractatu 4. cap. de imaginationibus, ut cum uiſiua propter eius acuitatem uidet uaporẽ exiſtentem intra corneã, quem oculus obtuſi uiſus non comprehendit, per huiuſmodi enim uiſionẽ imaginat̃ homo aliquod obiectum eſſe in medio coram pupilla, quod tamen non eſt. Et cõfirmatur, quia huiuſmodi uiſio eſt corrupta, ergo læſa. Aſſumptum probatur, quia pro uapore ad intra oculum repræſentatur obiectum extra oculum coram pupilla. De hoc autem dicetur in cap. de imaginationibus.

Quum triplex ſit ſpecies debilitatis uiſus iam dicta, uideamus ſubdiuiſionem uniuſcuiuſque in ſuas ſpecies. Viſio enim diminuta duas habet ſpecies, quarum, utraque tripartitur. Sunt enim quidam malè uidentes de prope, & bene de longè. Quidam econtrariò malè de longè & bene de prope, quidam malè de prope et de longè. Item aliqui bene uident in claro & res claras & albas. Et malè cõtra, ſcilicet res nigras, & in obſcuro, quæ diſpoſitio dicitur noctilopa. Aliqui bene in obſcuro & res nigras, & malè ecõtra, quæ diſpoſitio dicit̃ aliar. Aliqui enim malè uident utroq; modo. Similiter uiſio corrupta duas habet ſpecies, unã, circa ſenſibile propriũ. ſicut uidentes unũ colorẽ pro alio alterã circa ſenſibile cõmune. Et eſt quadruplex. Sunt enim aliqui errãtes circa numerũ, quibus unum apparet duo, & econtra. Aliqui circa motũ & quietem quibus res mota apparet quieſcens uel econtra. Aliqui circa figuram quibus quadrata apparent circularia & econtra. Et aliquibus iſtorum apparent omnia in medio perforata, & aliquibus ſecundum latus abſciſſa. Aliqui errant circa magnitudinem, quibus res magnæ apparent paruæ & ecõtra. Quintò aliqui errant ſecundum ſitum, licet nõ ſit ſenſibile commune aut proprium, de quo fortè quis mirabitur cum diſtantia & propinquitas plurib. ſenſib. poſſint ſentiri, & iſtorũ aliqui iudicabunt res ſemper magis de prope q̃ ſint. Aliquando omnia magis diſtanter quàm diſtent. Actio autem ablata non habet ſpecies niſi quod aliqui ſunt uidentes aliquid luminis, licet nihil diſcernant. Et aliqui omnino nihil uident. Sed hæc ultima ſpecies propriè dicitur actio ablata, prima autem impropriè & apud communitatẽ. Et iſtæ omnes ſpecies aliquando ſunt ex tempore, aliquando ſunt ex generatione contractæ.

Cauſę debilitatis uiſus in genere ſunt duplices, quędam per communitatem, & quædam per eſſentiam. Per communitatem dupliciter. Aut à toto. Aut à membris particularib. ſcilicet ſtomacho, cerebro, & ortis ab eo matrice & cæteris. Per communitatẽ à toto poteſt fieri debilitas uiſus ex omni genere malæ complexionis, ſine materia, & cum materia communicante oculo ſub forma humoris aut ſub forma uaporis et fumi. Ex caliditate enim ſuperflua totius accidit debilitas uiſus, ſicut in multum febrientibus, aut alio modo extremè calefactis, tum propter caliditatem reſoluentem ſpiritus, tum propter uapores ad oculos delatos. Imò in febribus non ſolum accidit diminutio uiſus, ſed aliquando corruptio cum exiſtimant ſe uidere aliqua quæ non ſunt, & hoc propter uapores coram ipſa cryſtalloide ſituatos huiuſmodi res repræſentantes. Ex ſuperflua etiam humiditate & frigiditate accidit debilitas uiſus, ut in hypoſarca chronica ſpiritibus incraſſatis & paucificatis. Et ex omnibus cauſis addentibus repletionem corporis ſuperfluam, ſiue quo ad uaſa ſiue quo ad uirtutem poteſt accidere debilitas in uiſu. Accidit tertiò ex uehementi inanitione & ſiccitate, de qua Raſis in litera, ſicut in ethicis, aut alio modo conſumptis propter ſpirituum uiſibilium & humorum paucificationem & tunicarum exiccationem. Et propterea in conualeſcẽtibus accidit debilitas uiſus ſpiritibus reſolutis & humido exiccato. Siccitas etiam cum materia melanch. maximè obeſt ſpiritibus uiſiuis tanquam ſibi maximè contraria ut ſuperius in melanch. licet frequentius uiſio lædatur à phlegmatica. Eſt ſecundò debilitas uiſus per communitatem à membris particularibus ſicut à ſtomacho frequentius eueniens propter ipſius malam complexionem frigidam & humidam, cum materia phlegmatica ad caput uaporante, de qua Raſis in litera, licet per pręſentiam cuiuſcunque materiæ in ſtomacho exiſtentis poteſt actio oculi diminui & corrumpi. Item per communitatem à capite propter omne genus ægritudinis, ſcilicet complexionis, compoſitiõis, unitatis & propter apoſt. ſed maximè cum hæ ægritudines ſunt in parte anteriori cerebri magis oculo communicante. Nam partes integrantes oculum ſecundum magnam partem à parte anteriori capitis oriunt̃. Vnde propter illius partis ægritudinẽ actio uiſus corrumpitur, diminuit̃, & cum ultimantur, aufertur. Maximè autẽ uiſus debilitas accidit per communitatem à neruis opticis ad hoc ordinatis ut deferant ſpiritus uiſibiles à cerebro ad oculos, & econtrariò ab oculis ad cerebrum, ſcilicet ad ſenſum communem ſpecies uiſibiles. Et propterea in medio antequàm exeãt, in cerebro coniuncti fuerunt, ſiue crucientur ſiue non. Propter ergo ipſorum nocumẽta, ut cum ſpaſmantur aut mollificantur, aut diſcontinuãtur, accidit frequẽter ut unũ appareat duo. Cum autem oppilantur non totaliter diminuitur uiſus, ſi totaliter, aufertur. Similiter cum patiũtur apoſt. aut ſolutionem continui ſecundum plurimum uiſus aufertur, & propterea cõtuſiones & inciſiones factæ in parte anteriori cerebri frequenter uiſum diminuunt, corrumpunt & auferunt. Eſt etiam debilitas uiſus per cõmunitatem ſecundi paris neruorum cerebri uenientium ad compoſitionem ſeptem muſculorum oculi, propter quorum nocumenta uiſus magis corrumpit̃ur quàm minuatur, aut auferatur, faciunt enim frequenter unum apparere duo, & etiã per ipſorum nocumenta oculi obliquantur. Et ſimiliter poteſt uiſus impediri per cõmunitatem à matrice & cæteris membris, ſicut à palpebris cum patiuntur ſcabiem aut alias ægritudines ſibi proprias. Similiter à carne lachrymalis cum minuitur & cum lachrymale fiſtulã incurrit. Cauſæ autem primitiuę ſunt quæcunque poſſunt huiuſmodi nocumenta totius membrorum particulariũ aut ipſius oculi facere aut conſeruare. Cauſæ uerò debilitatis oculi per eſſentiã ſumunt̃ à quatuor, ſcilicet à cõpoſitione oculi, ſpiritib. tunicis. et humorib.

A compoſitione

A compoſitione quidem ut cum nimis magnus aut nimis eminens, nã propter eminentiã melius uidet in obſcuro q̃ in claro, melius de propè q̃ de lõgè, melius res nigras quàm albas &c. Ecõtra aũt oculus profundus ſe habet in omnib. Licet abſolutè cęteris parib. oculus profundus ſe habeat melius in omnib. iſtis q̃ oculus eminens, ſicut et oculus paruus reſpectu cuiuſcũque uiſibilis melius ſe habet q̃ oculus magnus. Secundò cauſæ debilitatis uiſus per eſſentiam ſumunt̃ à ſpiritib. nam quandoq; multiplicantur, quandoq; paucificantur, quandoq; ſunt craſſi, quandoq; ſubtiles, quandoq; clari, quandoq; turbidi, quandoq; uniti, quandoq; diſgregati. Cauſę autem multitudinis ſpirituum ſunt multitudo humorũ & nutrimenti cum bonitate membrorum principalium & ſibi deſeruiẽtium, & paucitate reſolutionis ipſorũ. Paucificationis uerò ſunt cauſæ contrarię. Et coitus paucificat ſpiritus. Et deterior eſt paucitas ſpirituum q̃ multitudo eorundẽ. Licet multitudo quãdoq; noceat, cum ipſis multiplicatis nõ ſit liber eorum tranſitus per uias anguſtas. Et quia propter multitudinẽ fiunt minus parui, hoc tñ rariſſimè accidit, propterea dixit A. quòd eorum multiplicatio eſt melior uſus uel res &c. Cauſæ uerò craſſitiei ipſorũ eſt ſanguis craſſus eſt quo generant̃ frigid. & humid. & permixtio uaporum cum eis poſtquã geniti ſunt & econtra. Cauſæ ſubtilitatis ſunt ſubtilitas ſanguinis, calid. & ſic. & eorum depuratio à uaporib. Mediocritas tamẽ in craſſitie & ſubtilitate eſt melior, & propterea uitãda ſunt prębẽtia nutrimentũ nimis craſſum & ſubtile, & quæcũq; pręter modum calefaciunt, infrigidant, humectant, & exiccãt. Nec ualet ſi arguat̃, quia calid. & ſic. plerunq; incraſſant humores reſoluendo partes ſubtiles terreis remanentib. & ita poterit eſſe in ſpiritib. Dicitur quòd nõ eſt ſimilitudo, quia ſpiritus ſunt ſubtiliſſimi naturę aëreæ, apti facillimè per calid. & ſic. tranſire in naturam igneã, & ſic magis ſubtiliari. Cauſæ aũt turbulẽtię ipſorum eſt turbulẽtia ſanguinis ex quo generant̃, & turbulẽtia uaporũ ſecũ permixtorũ, ſcilicet poſtq̃ geniti ſunt, ſicut econtra cauſæ claritatis ſunt claritas ſanguinis, & eorũ à uaporib. depuratio. Cauſæ aũt primitiuæ ſunt quæcunq; generant ſanguinẽ turbidũ et quæcũq; ipſum turbidãt ſicut omnes qualitates primæ modũ excedẽtes. Et ecõtra, claritatis ſunt cauſæ contrariæ. Cauſæ uerò unionis ſpirituũ eſt aër tendẽs in obſcurũ cum debita tẽperie ſicut econtrariò nimia luciditas & aëris calid. ſuperflua eſt cauſa diſgregationis. Et ex his poſſumus uidere cauſas ſex ſpecierum diminutionis uiſus, & cauſas bonitatis uiſionis. Nam ſi ſpiritus ſint multi clari mediocres fit optima uiſio de propè & de longè in claro & in obſcuro, & reſpectu cuiuſcunq; obiecti. Habẽtes aũt ſpiritus his cõtrarios ſcilicet paucos obſcuros nimis craſſos aut ſubtiles econtrariò malè ſe habent in omnib. huiuſmodi diſpoſitionib. Habentes uerò ſpiritus multos obſcuros & craſſos bene uidẽt de longè, de propè uerò malè, bene res lucidas et albas, malè nigras, bene in claro, malè in obſcuro, & melius magna q̃ parua, et tolerãt obiecta excellentia ſicut aſpectum ſolis melius quàm habẽtes ſpiritus multos & claros et mediocres in ſubſtantia. econtrariò ſe habent in omnibus oculi habentes ſpiritus his cõtrarios, ſcilicet paucos ſubtiles & claros, poſſet etiam eſſe tanta paucitas ſpirituum & obſcuritas quòd omnino uiſus auferret̃, ſicut in propinquis morti, & in quibus eſt integra oppilatio neruorum opticorũ, diſgregatio etiam ſpirituũ minuit uiſionem. Sicut econtra unio perficit niſi modum excedant, quod rariſſimè accidit. Et omnes hæ cauſæ ſunt aut à principio generationis aut ex tẽpore cõtractæ.

Tertiò ſumuntur cauſæ debilitatis uiſus per eſſentiam à tunica oculorum. A cõiunctiua quidem cum diu paſſa eſt ophthalmiã, licet aliqui ophthalmici clarius uideant quàm ipſi ſani. 31. problematum problemate 9. nam multis lachrymis fluentib. depurantur humores oculi & ſpiritus redduntur clariores. Ex nocumento etiam corneæ debilitatur uiſus, corrumpit̃, & aufertur, cum enim patitur exituram & ulcus, ſi ſit in tota cornea uiſus aufertur, ſi partem pupillæ occupet, uiſus diminuitur, aut corrumpitur, & ſimiliter cũ remanet ex ulcere cicatrix aut aliud ueſtigium, ſi ſit in medio apparent obiecta perforata ſecundum aliquã partem. Si in extremis coràm pupilla, apparent obiecta diminuta ſecundum aliquam partem. Et quadrata quandoq; apparent rotunda propter diminutionem uiſionis, quia anguli non uidentur, quod etiam accidit cum obiecta ſint diſtãtia. Si uerò cornea ſit colorata colore rub. propter artaſari apparẽt obiecta rubea. Si uerò colore citrino ut in hicteritia, apparẽt omnia citrina & ſic erit actio corrupta reſpectu ſenſibilis proprij, tunc enim accidet de ſpeciebus ad oculum delatis ſicut accidit de radijs ſolis ingredientibus per uitrum citrinum aut rub. apparent enim rubei aut citrini, nonnunquam etiam cornea exiccatur aut humectatur ſuperfluè, ex quibus perdit paruitatem, & eſt cauſa diminutionis uiſus, aut ablationis. Et quandoq; etiam uapor exiſtẽs coràm pupilla ſiue naturalis ſiue accidentalis ſicut in principio cataractę eſt cauſa corruptionis uiſus ſecundum ſitum, nam aliquid iudicatur coràm pupilla quod non eſt. Hic autem uapor & cataracta non ſolum poſſunt eſſe cornee adhęrentes, ſed etiam uueæ & telæ araneæ & in quocunq; loco inter corneam & cryſtalloidem. Aliquãdo propter ſolutionem continui in cornea oculus nõ poteſt tolerare lumen nec uidet in claro licet fortè in obſcuro, ex eo quòd tranſitus luminis nõ gradatim ſed magis ſubitò peruenit, ſcilicet ad cryſtalloidem ut optimè ſentit A. cap. de debilitate uiſus. Quandoq; fortaſſe hæc ratio dubia uidebitur, cum ſemper lumen ſubitò penetret ad cryſtallinum, & non gradatim, neque in tempore. Sed per gradationem illam intellexit A. modificationem quãdam luminis factam per partes oculi, quæ ſunt ante cryſtalloidem quæ modificatio quomodo fiat ſubitò à potentia finita difficile eſt uidere. Sed credo ſicut ſpecies ſubitò multiplicantur, ita ſubitò poſſunt moderari cum ſint intentionales, ſicut radij tranſeuntes per uitrum ſubitò modificantur & colorantur ſecundum colorem ipſius quantum ad apparentiam. Et quandoque cornea rumpitur & egrediũtur humores & uuea. Ex defectu etiam uueæ quæ naturaliter debet eſſe nigra debilitat̃ uiſus cum eſt minus nigra debito ſic enim oculus efficit̃ albus & ſi nimis nigra ſic efficitur niger. Et melius uidet in claro ſicut ei contrarius in obſcuro. Aliquando foramẽ uueæ nimium dilatatur & dicitur alintiſar. Aliquando nimium conſtringitur, & tunc pupilla apparet parua & dicitur conſtrictio pupillæ, quæ cõſtricta

natura

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.67

naturaliter melius uidet omnia obiecta quocũq; mo-
do ſituata q̃ oculus pupillæ latæ, licet habentes pupil
lam latam melius uideant in obſcuro q̃ in claro, me-
lius magna q̃ parua, melius nigra quàm alba. Et me-
lius de prope q̃ de longe, & ſemper iudicant obiecta
minora q̃ ſint, pupilla uerò parua ecõtrario ſe habet
in omnib. Ex hoc patet cauſa corruptę uiſionis reſpe
ctu magnitudinis. Sed contra arguitur quòd pupilla
magna magis de prope uideat quàm parua. Sit obie
ctum æquale ita propinquum utriq; pupillę ut à neu
tra uideri poſſit propter propinquitatem, elongetur
paulatim æqualiter ab utraq; tũc manifeſtũ eſt quòd
conus pyramidis huius rei citius recipietur in pupil-
lam magnam quàm paruam, ergo citius & magis de
prope uidebit ipſum. Ad quod dicĩ quòd argumen
tum concludit de obiectis maiorib. pupilla, ſed nõ de
minorib. aut æqualibus, nec ualet argumentum, ma-
gis de prope uidet, ergo melius uidet. Et ſi argueretur
quòd obiecta minora pupilla de æque bene ſecundũ
conum ſuæ pyramidis recipiũtur in pupilla magna
ſicut in parua, ergo æquè cito ab utraq; uideri debẽt.
Dicitur negando conſequentiã non enim ſufficit ſola
receptio coni pyramidis in pupilla, ſed debita oculi
diſpoſitio quæ eſt deterior in pupilla magna q̃ in
parua, neq; etiã ſpecies trãſeunt ita unitę in magna ſi-
cut in parua. Et ſi infertur ulterius quòd quãto pupil
la eſt minor deberet melius uidere, ſpecieb. tranſeunti
bus magnis unitis. Dicĩ quòd nõ ſequitur, quia po-
teſt eſſe ita parua quòd extremitas pyramidis tranſe-
untis per pupillam prius deperderetur antequam at-
tingat cryſtallinum. Et hoc tenendo quòd ſpecies rei
uiſibilis deferantur ad cryſtallinum ſub forma pyra-
midis. In tela aũt aranea poteſt eſſe omne genus ægri-
tudinis, unde per nocumẽtum eius poteſt uiſus dimi-
nui, corrumpi, auferri, ſed tamen de nocumento eius
autores non fecerunt mentionẽ tam ſpecialẽ, eo quòd
eſt in profundo conſtituta nõ ita ſubiacens uiſui, alia-
rum uerò tunicarum præter corneam, uueam & telã
araneam nocumentum non eſt primitiuũ ſed media-
tum, lædunt enim uiſum communicando nocumen
tum his de quibus ſermo præceſſit. Credendum tamẽ
eſt quòd omnes poſſunt pati malam complexionem
cuiuſcunq; generis, malam compoſitionem, ſolutio-
nem continui & apoſtemata. Quartò & ultimò lędi-
tur uiſus merito humorũ. Albugineus ergo uel mul-
tiplicatur nimiũ, & hæc eſt una ex cauſis propter quã
oculi ſunt nigri, aut paucificaĩ aut naturaliter aut pro
pter ægritudinem chronicam uel acutam ipſum reſol
uentem. Et hæc eſt una ex cauſis propter quam oculi
ſunt glauci, ſicut ſunt oculi multorum ægrorũ & con
ualeſcentium qui poſtea ſanitati reſtituti habent ocu-
los nigros. Et nõ eſt dubium quòd iſti uident melius
de propè quàm de lõgè, melius nigra quàm alba me-
lius in obſcuro quã in claro, contrarij autẽ contrario
modo ſe habent. Aliquando albugineus obſcuratur
aut propter uapores aut aduentum alterius materiæ
ipſum turbidantis, aut quia propter aliquam ægritu
dinem taliter mutatur in ſubſtantia eius abſq; aduen-
tu alterius materiæ, & tunc malè uidet in omni diſpo
ſitiõe, licet minus malè res claras in claro, imò aliquan
do hac cauſa uiſus aufertur aliquando aũt corrumpi-
tur ut cum eſt in eo præſentia uaporis aut cataractę di
minutæ, propter quod exiſtimatur aliquod obiectũ
eſſe coràm pupilla quod non eſt. Cryſtalloides uerò
aliquãdo magnificatur, aliquãdo ſituatur uerſus cor
neã. Et hæ duæ cauſæ ſunt quòd oculi apparẽt glauci
ſicut contrariæ faciunt oculos nigros. Aliquando ni
mis ſubtiliatur & nõ tolerat ſplendorem neq; bene ui
det res albas, ſicut cum incraſſatur melius uidet in cla-
ro res albas, aliquando uerò obſcuratur propter cau-
ſas ſimiles quæ dictę ſunt in albugineo & in omni di-
ſpoſitione, malè uidet ſicut cum eſt benè clarus eſt cau
ſa perfectæ uiſionis, aliquando cryſtalloides non eſt
ſituata ex directo pupillæ, & ſi eſt eleuata ſurſum aut
deorſum magis debito unũ apparet duo. Si uerò ad
latera ſit ſtraboſitas. Nocumentum aũt uitrei ut dicit
A. non eſt primitiuũ ſed lædit uiſum pro quanto cõ-
municat nutrimentum cryſtalloidi qui ab ipſo nutri
tur ſi dat ipſi nutrimentum infectum aut opacum. Et
propterea omnia uaporoſa, inflatiua, turbidãtia ſan-
guinẽ & ſpiritus ſicut legumina, uina turbida, cœpæ
& huiuſmodi ſunt uitanda. Ex his ergo iam manife-
ſtæ ſunt cauſæ oculorũ, licet colorẽtur oculi frequẽter
ſecundum colorem cutis & complexionis dominiũ.

Pro cuius rei ampliori notitia ſciendum eſt coniũ-
ctiuam & omnes alias tunicas pręter corneã & telam
araneã eſſe uerè coloratas, nõ diaphanas, nõ lucidas.
Cornea autem & tela aranea ſunt diaphanæ non co-
loratæ neq; lucidę licet ſecundum G. tela aranea ſit lu
centiſſima, ut infra. Albugineus uerò & uitreus ſunt
diaphani, licet albugineus magis, non colorati nec lu
cidi. Cryſtallois autem ſola inter cęteras partes eſt dia
phana non colorata habens lucem propriam qua cæ
teras partes oculi luminis ſuſceptiuas illuminat, imò
in quibuſdam animalibus illuminat medium extrin
ſecum, ſicut in cattis, lupis, leonibus, ſerpentibus, buf-
fonib. Sed ſolum reſtat una cauſa ſumpta ex multi-
tudine ſpirituum, per quorũ præſentiam oculus red-
ditur glaucus & bene uidet in omni diſpoſitiõe ſicut
per paucitatem ſpirituũ oculus redditur niger & ma
lè uidet in omni diſpoſitione, quę quidẽ paucitas ſpi
rituum accidit aut propter paucitatem nutrimẽti aut
diſpoſitiones reſoluentes aut propter oppilationem
in neruis opticis, aut propter longum aſpectum rerũ
albarum & lucentium ſicut accidit iter agentibus per
niues. & qui ſolem intuentur, aut propter lõgam mo
ram in tenebris propter quam tãdem ſpiritus pauci-
ficãtur. Et hæc eſt una ex cauſis propter quam ſi quis
diu contraxerit morã in tenebris, poſtea uenĩẽs ad lu-
cem magnam ſubitò excæcatur. Illi enim ſpiritus qui
paucificati fuerunt propter longam moram in tene-
bris propter lucem ualde intenſam reſoluuntur ante-
quàm alij ſuccedant, & ſic remanent cæci quæ cęcitas
deinceps auferri non poteſt cum de priuatione ad ha-
bitum non ſit poſſibilis regreſſus. Quam rem Diony
ſius Syracuſanus ſæpe expertus fuit hoc modo, excę-
cans multos quos diu incarceratos tenuerat.

Iam reſtat ut circa uiſionẽ corruptã aſsigneĩ cauſę
propter quid ſcilicet unũ apparet duo, niſi enim effe-
ctus in proprias cauſas reſolueremus, nõ poſſemus ei
curã debitã adminiſtrare. Sex ergo ſunt cauſæ quòd
unũ apparet duo. Prima ſumiĩ ex parte uelocis & in-
ordinati motus ſiue fluctuoſi ſpuũm deferentiũ ſimu
lachrũ rei uiſæ, prius enim q̃ prima ſpecies recedat à
ſenſu cõmuni in quo fit iudiciũ imprimiĩ ſecũda ſpẽs
eiuſdẽ uiſibilis delata per ſpiritũ ſubſequentẽ propter
agitationem

agitationem in ſpiritu uiſibili deferente, ſicut apparet
cum forma ſolis ſuſcipitur in aqua uelociter fluente,
apparent enim duæ formæ ſolis recepta noua forma
in aqua antequam prima deſtruatur, & ſicut apparet
gutta uelociter mota, quòd ſit una linea, & in baculo
ignito uelociter circumducto quòd ſit circulus. Hoc
autem accidit ebrijs, iratis, his quibus caput eſt contu
ſum propter caſum aut offenſionem & quibuſcunq;
ex quacunque cauſa ſit hic motus inordinatus & flu-
ctuoſus ſpirituum.

Secũda cauſa ſumitur ex parte humiditatis ſeu ua-
poris ſeparantis ſpiritum uiſibilem in duas medieta-
tes uel plures quod accidit etiam habenti ſolummo-
do unum oculũ, & hæc ſeparatio poteſt eſſe ante cry-
ſtallinum in ipſo cryſtallino, & poſt ipſum ſicut acci-
dit in rheumatiſmis & in principio aquæ.

Tertia cauſa, quando unus oculus magis quàm al
ter contrahitur ſecundum rectitudinem aut propter
ſpaſmum illius muſculi qui eſt ad retinendum oculũ
aut propter contractionem unius nerui optici magis
quàm alterius aut alterius relaxationẽ, unde propter
breuitatem uiæ ſimulachrum rei uiſæ citius deferĩ per
unum neruum quàm per alium ad ſenſum commu-
nem, & ſic primo ſimulachro non corrupto in ſenſu
communi reliquum ſubſequitur. Quarta cauſa eſt di
ſcontinuatio neruorum opticorum propter ſpaſmũ
unius duorum neruorum aut amborũ, unde ſpecies
non uniuntur. Quod etiam poteſt accidere à caſu aut
à percuſſione. Quinta cauſa ſumiĩ ex parte unius ocu
li contorti ſurſum aut deorſum ſicut in ſtraboſitate,
non aũt ad latera, quia in hac conuerſione unius ocu-
li ſurſum aut deorſum ſpecies delatæ ad ſenſum com-
munem non uniuntur in cõiunctione neruorum, ſed
tranſeunt ſeparatę, non autem eſt ita in cõtorſione ad
latera, quia in hac neruus opticus non tãtum contra-
hitur. Et hæc eſt cauſa quam aſſignat Ariſt. 31. proble
matũ, problemate 7. Et G. 10. de utilitate particula-
rum cap. penultimo, licet huiuſmodi ſolutio multas
patiatur inſtãtias, quas gratia breuitatis omitto. Se-
xta cauſa dicta eſt ſuperius de intẽtione leſu Hali, quã
do cryſtallinus eſt ſituatus à magis ſurſum aut deor-
ſum debito, quod credo intelligendum eſſe altero cry
ſtallino non ſimiliter ſituato.

Supereſt dicere cauſas corruptæ uiſionis reſpectu
motus & quietis, reſpectu propinquitatis & diſtãtię.
Cauſę enim quare quieſcens apparet moueri, eſt mo-
tus fluctuoſus & inordinatus ſpirituum de cuius cau-
ſis dictum eſt ſuperius.

His adde multitudinem uaporum permixtorum
ſpiritibus qui ſunt cauſę inordinati motus ſpirituum
ſicut in uertigine & ſcotomia ſufficienter dictum fuit,
ſpiritus enim ſequiĩ motum uaporum ſecum permi
xtorũ, ſed de hoc ſufficiãt quę dicta ſunt in uertigine.

Quòd autem mota appareant quieſcentia nõ cre-
do contingere. Cauſæ autem quòd diſtantia propin
qua appareant, ſunt cauſæ ſuperius dictæ, quod ma-
gna apparent parua, quia ſi res magnæ apparent par
uæ, etiam diſtãtia inter oculum & rem uiſam quam-
uis ſit etiã magna apparebit parua, & per conſequens
res uiſa apparebit propinqua, & cauſæ quare propin
qua apparent diſtantia ſunt cauſæ his contrariæ. Et
fortè propter hanc cauſam diſtantia & propinquitas
non ſunt ſextum ſenſibile commune, ſed ad magnitu
dinem reducuntur.

Signa debilitatis uiſus abſolutè habentur ex relatu
ægri. Quod ſi referre neſciat, aut ſi fortè uelles ad ex-
cellentiam artis dicere quas ægritudines patitur con-
ſydera oculum & omnes partes eius quantum pupil
la ſit dilatata, aut conſtricta, quàm bene ſit clarus ocu
lus, quàm bene moueatur, & conſydera diſpoſitio-
nem membrorum, per quorum communitatem ocu
lus poſſet lædi, & nunquid parentes eius fuerunt debi
lium oculorum, nam medicus exercitatus ſciet dicere
quas ęgritudines patiatur, & quas ueriſimiliter eſt in-
curſurus. Si uerò oculus lædatur per communitatem
à toto uel à parte cognoſcitur, quia præceſſerunt ęgri
tudines totius aut alicuius membri, cum quibus ocu-
lus eſt debilitatus, & quum augetur debilitas uiſus,
& econtrario minuitur cum illæ minuuntur et quòd
debilitas ſecundum plurimum cõmunicatur ambo-
bus oculis, imò pluribus ſenſibus ſimul. Et ſi fuerint
cauſæ calefacientes & exiccantes apparet oculi conca
uitas & exiccatio, & lęditur ex ieiunio, ab euacuatio-
ne, & ab aẽre calido & ſicco. & iuuatur à contrarijs, et
interdũ oculi apparent albi cum ſumpto albugineo,
cum prius fuiſſent nigri aut medij &c. Et ſi ſint cũ ma
teria ſicut in febribus humoralibus aliquãdo corrũ-
pitur uiſio uaporibus delatis ad oculum facientibus
exiſtimare aliquod obiectũ eſſe coràm oculis, quod
non eſt. contra uerò ſi fuerit à frigiditate & humidita
te, & propriè ſi cũ materia aderit inflatio oculi & for-
tè cacexia, iuuatur à calid. & ſic. ieiunio. euacuatione,
nocetur à contrarijs. Et ſi fuerit per communitatem à
ſtomacho aderunt nocumenta ſtomachi.

Et ſi fuerit cum præſentia materiæ plegmaticæ pa-
tietur oculus imaginationes albas. Et ſi in ſtomacho
fuerit pręſentia cholerę patietur imaginationes citri-
nas, & ſi melancholiæ imaginationes nigras, & ſecun
dum plurimum magis lędiĩ ſtomacho pleno uiſus q̃
uacuo. Et ſic diſcurrere per matricẽ & alia membra. Si
uerò lædatur uiſus per communitatem ad caput hoc
declarant ipſius capitis diſpoſitiones præſentes aut
præteritę maximè in parte anteriori exiſtẽtes. Et etiã
quia nõ ſolum uiſus læditur, ſed ſecundum plurimũ
omnis ſenſus aut plures. Ponit tamẽ A. caſum ſpecia
lem quòd propter nocumentum cerebri ſtat aliquan
do homo oculis apertis non potens claudere palpe-
bras, nec uidens ſed audiẽs, quod eſt propter nocumẽ
tum communicatum neruis opticis & neruis mouẽ-
tib. palpebras abſque hoc quòd communiceĩ quinto
pari neruorum cerebri, quod poteſt eſſe à cauſa primi
tiua & à percuſſione, & ſimilibus & à cauſa intrinſeca
aut à mala complexione frigid. & ſic. & eſt quædam
ſpecies congelationis. Si uerò ſit in uiſu nocumẽtum
per læſionẽ neruorum opticorum. ſcilicet apoſtema
oppilationẽ, ſolutionem continui, eſt ſecundum plu-
rimum uiſus ablatus, ſed ſi propter apoſt. adeſt feb. et
ſi propter oppilationẽ adeſt grauitas ſine feb. & eue-
nit ſubitò ſecundum plurimum, ſi propter ſolutionẽ
continui ipſa ſolutio eſt ſignum. Cognoſcitur tamẽ
oppilatio neruorum opticorũ fricando unum ocu-
lũ & tenendo alterum compreſſum & uidere utrum
in oculo fricato poſt fricationem aperto immediatè
comprehendatur pupillę illius oculi dilatatio & con-
ſtrictio quibus apparentibus non eſt oppilatio cũ ſpi
ritus liberè tranſeant, ipſis uerò nõ apparentib. adeſt
oppilatio

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.68

oppilatio in neruis opticis, & tu poſtea experire in alio oculo tenendo primū compreſſum. Si uerò lædaſ oculus per cōitatem ad ſecundū par neruorū ſecundū plurimum impeditur motus oculi, & euenit ſtraboſitas & frequenter unum apparet duo, ſtraboſitate facta ſurſum aut deorſum. Et cū ſit ſurſum, res uiſa apparet magis infra. Et cum ſit deorſum appareat magis deſuper. Similiter ſi fiat ad latus dextrum, res uiſa apparet magis in ſiniſtro & econtra.

Sed nunc agamus de ſignis debilitatis uiſus per eſſentiam.

Si ego fuerit propter malā complexionem aut cōpoſitionem aut magnitudinem oculi aut eminētiam ſenſui nota eſt, ſubtilitas uerò ſpirituum comprehēditur quia uidēt ſine perſcrutatione ſicut econtrario in habentib. ſpiritus craſſos requiritur perſcrutari, aliter uehemens intuitus, & aliquandiu obiectum intueri ad bene uidendum. Similiter ſubtiles non tolerant longam moram uiſionis nec aſpectum rerum lucentium nec mediū ualde luminoſum, ſed contra euenit habentibus ſpiritus craſſos. Et hi non bene uident in obſcuro ſicut priores, & bene uident de longe, malè de prope, ſicut ſubtiles econtrario. Spiritus autē turbidi malè uident ſecundum omnem diſpoſitionē melius tamen in claro & res claras ꝗ in obſcuro & res nigras & frequēter patiuntur imaginationes. Spiritus autem diſgregari cognoſcunſ per cauſas ipſos diſgregantes. Vt quia iter egerunt per niues & diu aſpexerunt res lucentes & albas & immediatè poſt illud malè uident in obſcuro. Auicennna uerò reddens rationem huius, ſcilicet quòd habētes ſpiritus craſſos ſicut ſenes bene uident de longè malè de prope, & habētes ſubtiles ecōtrario, dicit, quòd ſi uiſio fiat extra mittēdo, tunc radius uiſualis exiens ab oculo & tendens ad rem uiſam longinquam, ſi craſſus eſt ſubtiliatur, et ad medium reducitur proportionatum uiſioni. Si ſubtilis eſt reſoluitur, ſed uidendo propinqua ſi ſubtilis eſt in ſua ſubtilitate conſeruatur, craſſus autem non ſubtiliatur quantum eſt oportunum pro uiſione, quare habentes ſpiritus ſubtiles melius uident de prope, ſed habentes craſſos melius de longè. Quæ opinio nullo modo ſaluari poteſt, nam per radium uiſualē aut intelligunt ſpiritum uiſibilem, eſtq; corpus ſicut manifeſtè expreſſit Ieſus Hali & Gentilis. Et tunc ſequitur quòd uiſio nō fiat in inſtanti, imò exiget tempus ualde magnum, ſcilicet, antequā ſpiritus trāſeat ad obiectum ualde diſtans, ſicut ad cœlum, non enim poſtq; corpus eſt poſſunt tranſire in pleno niſi cum reſiſtentia. Amplius, hic ſpiritus in tanta diſtantia, & in tam frequentibus aſpectibus debent omnino conſumi, etiam ſi eſſent multo pluris quantitatis immenſæ. Prę terea cum tranſeant per media diſtemperata, utputa per ſphęram ignis deberent corrumpi & ſic uiſio impediri. Rurſus quomodo hęc corpora tranſirent per ſphæras cœli quæ nequaquā ſolui poſſunt niſi dareſ penetratio corporum, &c. Vltimò ex flatu uenti debet linea uiſualis impediri uēto ſimul impediente aērem & ſpiritus. Non credo itaq; quòd ſit poſſibile uiſionē fieri per exitū ſpiritus ab oculo ad rem uiſam. Si uērò per radium uiſualem intelligant ſpeciem ab oculo exeuntem ad rem uiſam, quod tamen non placuit Gentili, tunc ſtabit difficultas eadem non ſoluta quam ipſi hoc ponēdo, ſoluere uolunt: non enim apparet quomodo ſpiritus craſſus ſubtiliatur propter exitum ſpecierum, quæ ſunt intentionales nihil reſoluentes, aut minuentes de ſubſtātia oculi, aut ſpiritus. Præterea ſpecies intētionales quomodo poſſunt ſubtiliari aut incraſſari? Præterea ſi ſpecies intentionales uadant ad obiectum, non propter hoc uidebitur obiectum, niſi ſimilitudo uel ſpecies obiecti ueniat ad ipſum oculum, quare uidetur fruſtra in uiſione tot ſpecies multiplicari. Si autem uiſio fiat intus ſuſcipiēdo, ſpeciebus intentionalibus ab obiecto ad oculum tranſeuntibus, tunc dicit Auic. quòd obiecto exiſtente lōginquo criſtallinus multum commoueſ, ex qua forti commotione ſi ſpiritus eſt craſſus, ſubtiliaſ & ad medium reducitur ſpiritus autem ſubtilis nimium reſoluitur, ſed obiecto exiſtente propinquo non ſit glacialis motus ita fortis, & per conſequens ſpiritus craſſus non ſubtiliatur, ſed ſubtilis bene uidet in ſua ſubtilitate conſeruatus, quæ opinio niſi haberet Auic. & reliquos autores ipſam defendentes, multum uideretur extranea, non enim apparet qua ex cauſa propter aſpectum ad longinqua glacialis moueatur nō ab obiecto, quia eo quòd diſtans eſt minus poteſt in glacialem imprimere quàm ſi propinquū eſſet, & ſic ipſum minus commouere, non etiam à lumine medij, quia ſiue obiectum ſit propinquū ſiue longinquum idem eſt lumen alterans oculum glacialem & ſpiritus. Fortè dicitur ſicut placet Iacobo Forliuiēſi, quòd licet ſit idem lumen totale mouens oculum aſpicientē de longè, & oculum aſpicientem de prope: nō tamen uterq; oculus totaliter irradiatur, quia maior multitudo radiorum rectorum peruenit ad oculum diſtantem ꝗ ad propinquum. Cōtra ſit a. oculus, ſpirituum craſſorum uidens b. obiectum ad diſtantiam pedalem. & c. omnino ſimile b. ad diſtantiam bipedalem, manifeſtum eſt quòd ab eadē multitudine radiorum rectorum illuminatur a. oculus ſimul uidens b & c. Præterea omnes radij exiſtentes in medio luminoſo peruenientes ad oculum ſub forma pyramidis perueniunt ad oculum, ergo omnes tales recti perueniunt ad oculum, ergo non maior quantitas radiorum rectorum peruenit ad oculū uidentis de longè ꝗ de prope. Aſſumptum probatur quia ſimile eſt de radijs et ſpeciebus uiſibilis, ſed ſtante oculo fixo ſecundum unum ſitum eleuato uiſibili, aut depreſſo, aut laterali moto: intra tamen diſtātiam in qua uideri poſſit ſemper ſpecies rectę perueniunt ad oculum, ergo erit ita de alijs, ſic etiam in ſpeculo omnes ſpecies obiectorum quomodocunq; ſituatarum, & omnes radij uenientes ad ſpeculum recti perueniunt ad ipſum, ergo oculus ab æquali quantitate radiorum rectorum irradiatur ſiue uideat de prope, ſiue de longe. Præterea ſi fieret uiſio in medio obſcuro, obiecto exiſtente in claro, ſicut eſt poſſibile, non apparet quòd habēs ſpiritus craſſos deberet melius uidere de longe quàm de prope, quia ſpiritus ſui non ſubtiliarentur à lumine medij. Et in hoc caſu habens ſpiritus ſubtiles debet longius uidere, quàm habens ſpiritus craſſos, quia ſpiritus ſui ſubtiles in medio obſcuro et frigido in ſua ſubtilitate conſeruabuntur & craſſi non ſubtiliabuntur, imò incraſſabuntur. Nec etiam poteſt dici quòd ſpiritus magis ſubtilientur propter obiectū longinquū, quàm propinquū propter laborem, cum tātus labor & difficultas ſit uidere lōginqua magna ſicut propinqua paua,

quæ

quæ ratio placuit Iacobo Forliuienſi, imò æqualis difficultas eſt uidere quæcunq; obiecta nimis de prope, ſicut nimis de longe, cum neque propter nimiam propinquitatem, neq; propter nimiam longinquitatem poſſint uideri, ergo in uidēdo de prope & de longe ſpiritus æqualiter debet ſubtilitari. Latitudines enim difficultatis uiſionis propinqua & remota ſunt æquales, cum ambæ ad non gradum potentiæ uidendi terminentur. Vltimò ſi propter uiſionē ad longinqua ſpiritus craſſus ſubtiliaretur ſequitur quòd immediatè poſt illud cum factus eſt ſubtilis deberet bene uidere de prope, cuius oppoſitum experimur. Solent ergo perſpectiui ſoluere dicentes, quòd quanto conus pyramidis rei uiſu eſt acutior, tanto magis imprimit in uiſum, & ſpiritum uiſibilem amplius debilitat, ſed conus pyramidis obiecti quanto eſt diſtantior tanto eſt acutior, ergo quanto eſt diſtantior, tanto magis imprimit in uiſum, & debilitat ſpiritum uiſibilem. Cum ergo ſpiritus ſubtilis ſit debilior ſpiritu craſſo magis debilitabitur ex diſtantia obiecti, ꝗ ſpiritus craſſus, quare non poteſt ita de longe uidere ſicut ſpiritus craſſus. Ecōtra autem obiecto appropinquante conus pyramidis eſt obtuſior, & per conſequens minus imprimens in oculum, & propterea cū maiori propinquitate ab oculo ſpiritus ſubtilis poterit uideri cui parua impreſſio ſufficit ad uiſionem: nō autem ab oculo habente ſpiritus craſſos cum maior pro cauſanda uiſione neceſſaria ſit impreſſio. Sed contra, ſequeretur fieri ſaltum de extremo ad extremum ſine medio, & latitudinē actionis ſubitò deperdi, quod patet, quia obiecto ab oculo recedente, donec in fine horæ non uideatur, nam continuè intenditur per totam horam impreſſio obiecti in oculum, quæ tamen in fine horæ eſt ſub non gradu. Secundò ſequitur, quòd habens ſpiritus craſſos uideret obiecta minora, quàm habens ſpiritus ſubtiles, conſequēs eſt contra experientiam. Probatur conſequētia, quia quanto obiectum eſt minus, conus pyramidis eſt acutior cæteris paribus, & per conſequens magis impreſſiuus iuxta reſponſionem hanc, ergo, &c. Præterea lucidū ſiue album quanto eſt propinquius oculo, tanto agentius imprimit in oculum, ergo reſponſio falſa. Et cōfirmatur, quia omnis actio fit per contactum & debitam approximationem agētis ad paſſum. Sed quanto obiectum magis appropinquat oculo magis ſibi approximatur, quare. &c. Quidam clariſſimus doctor reſoluit hos effectus in corrugationem pupillæ, id eſt partis corneæ ex directo pupillæ: uel pupillæ, id eſt, foraminis uueæ, dicit quòd in pleriſque ſicut in ſenibus corrugatur pupilla ex conſumptione humidi ſubſtātifici, quapropter minoratur ſecundum quamlibet partem ſui. In his ergo conus pyramidis rei uiſæ non ſuſcipitur niſi in parte nō corrugata, quæ quia parua eſt, non poteſt ſuſcipi niſi ſit paruus: nunc autem quanto res uiſa eſt diſtantior, tanto conus pyramidis eſt acutior, & per conſequens melius ſuſcipietur in parte non corrugata parua, & per conſequens melius uident de longe, quàm de prope. Contra, quælibet pars pupillæ ſiue corrugata, ſiue nō corrugata eſt diaphana, ergo in qualibet parte & in tota ſuperficie ſuſcipitur conus pyramidis, tenet conſequentia, & aſſumptum manifeſtū eſt ad ſenſum. Secundò ſequeretur, quòd deberet melius uidere obiecta parua quàm magna. Conſequens eſt contra experientiam, probatur conſequentia, quia conus pyramidis obiecti parui eſt minor, & per conſequens melius ſuſcipietur in parte non corrugata. Tertiò ſequeretur, quòd iſti deberent curari per humectantia, conſequens eſt contra experientiam, nam curantur per exiccantia. Quartò, quòd hecticus ſenectutis aut conſumptus ex ęgritudine ex ſimili fundamēto deberet melius uidere de longe ꝗ de prope, conſequens eſt contra experientiā, ergo, &c. Quintò, hæc opinio eſt inſufficiens cum reperiantur iuuenes melius uidentes de longe ꝗ de prope, & ecōtrario aliqui quorum effectuum cauſa non poteſt reſolui in corrugationem aut non corrugationē pupillæ. Item ſequitur quòd ſenes deberent ęquè bene uidere obiecta minora ſua pupilla, ſimiliter iuuenes quod eſt cōtra experientiam. Illorum autem error qui reſoluerant hos effectus in ſpiritus magnos & paruos, tunicas & humores craſſos & ſubtiles facilè deprehenditur. Credo igitur aliter eſſe dicendum. Pro cuius rei declaratione præſuppono primò uiſionē fieri per pyramidem uenictem ab obiecto ad oculum, cuius baſis eſt in obiecto, conus in cryſtalloide, hoc ſuppoſitum communiter ſentiunt philoſophi & perſpectiui. Secundò ſuppono, quòd obiectū poteſt eſſe ita diſtans, ut non uideatur, eo quòd conus pyramidis non attingat ad cryſtalloidem in qua fit uiſio. Et ſi attingat ita debiliter imprimit, ut non ſufficiat ad uiſionē, ſimiliter obiectum poteſt eſſe ita propinquum, ut non uideatur, eo quòd conus pyramidis, licet perueniat ad pupillam, non tamē peruenit ad cryſtalloidem ſub forma pyramidis impeditus à foramine uueæ, aut ſi perueniat ita debiliter imprimit, ut non ſufficiat ad cauſandum uiſionem. Hoc ſuppoſitum experientia probatur. Tertiò ſuppono, quòd reſpectu cuiuſcunq; obiecti uiſibilis eſt ſignanda certa diſtantia in qua optimè uideri poteſt, ita ſcilicet, quòd nec ſub maiori illa, nec ſub minori in eodem medio ita bene uideri poteſt, quæ diſtantia non eſt eadem reſpectu omnium oculorū. Si enim reſpectu alicuius obiecti pedalis didiſtantia ſit optima oculo tēperatiſſimo habenti ſpiritus ſatis multos mediocriter ſubtiles & optimè illuſtres cum cæteris circūſtantijs faciētibus ad optimam uiſionem. Maior diſtantia requiritur habenti ſpiritus craſſos, cum qua ſcilicet, maior diſtātia obiectum fortius imprimat in oculum, & minor diſtantia requiritur habenti ſpiritus ſubtiles, cum qua minori debilior fiat impreſſio. Quartò ſuppono, quòd reſpectu cuiuſcunq; obiecti eſt ſignanda certa diſtantia in qua illud obiectum ex natura ſua fortiſſimè imprimit in oculum impreſſione faciente ad uiſionem & oculum debilitante, quod non prouenit niſi quia reſpectu cuiuſcunq; obiecti eſt ſignandus conus ſuæ pyramidis determinatæ acuitatis, cum qua optimè imprimat in oculum, ita quòd maior aut minor non ita imprimeret in oculū. Hoc experiētia patet, & pro parte ſequitur ex ſecundo. Et hæc diſtantia non eſt illa, de qua dictum fuit in tertio: iſta enim diuerſificatur ſecundum diuerſitatem oculorū: hæc uerò eſt una & eadem ex natura rei & reſpectu omniū oculorum. His præmiſſis ſoluitur problema, nam reſpectu cuiuſcunq; uiſibilis habenti ſpiritus craſſos, requiritur illa diſtantia in qua obiectū fortiſſimè imprimit in oculum impreſ-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.69

ſione faciente ad uiſionem optimam illius obiecti ab oculo, quia ſpiritus craſſus nō facilè patit̃ ab obiecto. Et hęc diſtantia eſt maior illa quæ requirit̃ oculo temperato ad uiſionē illius cum minor impreſſio ad eius optimam uiſionem ſufficiat. Et quæ requiritur oculo temperato eſt maior requiſita habenti ſpiritus ſubtiles, huic enim ualde parua impreſsio ſufficit ad uiſionem, & à magna oculus debilitaretur. Cum hoc tamen ſtat quòd oculus temperatus melius uideret in omni diſtantia q̃ habens ſpiritus craſſos, & quàm habens ſpiritus ſubtiles. Et ſimilis ſolutio aſſignanda eſt reſpectu habentium tunicas & humores craſſos aut ſubtiles. Contra ſequitur quòd oculus ſpirituum ſubtilium deberet uidere ad maiorem diſtantiam, q̃ oculus ſpirituum craſſorum, quia ultra diſtantiam in qua oculus ſpirituum craſſorum exigens fortiſſimam impreſſionē optimè uidet, remittitur impreſſio uſq; ad non gradum, ergo erit deuenire ad impreſſionem optimè proportionatam oculo ſpirituum ſubtilum. Ad quod dicitur quòd non ſolum ſufficit determinata impreſſio ab obiecto ad bene uidendum, ſed etiam determinata coni acuitas oculis proportionata. Exigit etiam oculus ſpirituū ſubtilium conum obtuſiorem, & oculus ſpirituum craſſorum conum acutiorem, & tēperatus medium inter hos. Contra ſequitur quòd oculus ſpirituum craſſorum poſſet uidere obiecta magis parua, q̃ oculus ſpirituum ſubtilium, poſtq̃ exigit conum acutiorem, nam quanto obiectum eſt minus cęteris paribus conus eſt acutior. Negatur ad quod deducitur, nam licet ratione coni acutioris debeat melius uidere: tamē deficit impreſſio ſufficiens quę debet eſſe fortis in oculo ſpirituū craſſorum, & debilis in oculo ſpirituum ſubtilium: quanto enim obiectum eſt minus cæteris paribus, tanto minus imprimit, ſed ubi obiectum paruum ab utroque uideri poſſet maior diſtantia exigeretur oculo ſpirituum craſſorum, q̃ oculo ſpirituum ſubtilium. Et ex hac opinione infertur, quòd nō omne agens quanto eſt propinquius paſſo tanto fortius agit, licet enim illud ſit uerum in actione reali non eſt uniuerſaliter uerum in actione ſpirituali, ut docet experientia.

Signa debilitatis uiſus propter nocumenta tunicarum, aut humorum ſumuntur, ſicut ſtatim in exemplo declarabo, occurrit tibi ſortes conquerens de mala ualetudine oculorum: debes igitur ipſum oculum diligenter aſpicere notando cōpoſitionem quàm eminens ſit & q̃ magnus. Quòd ſi uideres eminētiam præter modum ac magnitudinem, nunciare potes ipſum eſſe debilium oculorum, & procliuem in multas paſſiones de repletione, & quòd ad præſens non habet perfectum uiſum. Poſtea etiā conſydera utrum oculus ſit ſtraboſus, & ſi ſtraboſitas ſit ad latus dextrū tunc ipſi nuncia quòd res uiſæ debent ei apparere magis in parte ſiniſtra quàm ſint, & ſi ſtraboſitas ſit ad ſiniſtrum nuncia oppoſitum. Si uerò ſit ſurſum & notabilis res debēt apparere magis deorſum quàm ſint. Et ſi ſtraboſitas ſit deorſum nuncia contrarium, &c. Et ſi ſtraboſitas ſit ſurſum aut deorſum notabilis in uno oculo tantū una res apparebit duæ. Poſt hoc conſydera diſpoſitiones ſingularum partium palpebrarum carnis lachrymalis coniunctiuæ, & ſi quæ erunt diſpoſitiones præternaturales nunciare potes nihil interrogando cum iſtæ uiſui ſubiacent. Poſt hoc conſydera corneam nunquid habeat puſtulam uel ulcus quæ comprehendūtur ex ſignis ſupraſcriptis in cap. ſuo. Si uerò nullum iſtorum habuerit cōſydera, nunquid ſit aliquod ueſtigium in cornea, & etiam ſi eſt cicatrix nuncia præceſsiſſe ulcus. Si uerò albedo alterius generis ipſe paſſus eſt defluxum humiditatis ad oculum poſt cuius reſolutionē hęc macula remāſit, & ſi huius macula quęcunq; nō ſit ex d recto pupillę nullo modo uiſum impedit: ſi uerò ex directo pupillæ occupans totā pupillam, conſydera an ſit peruia aut non. Si enim ſit peruia potes nunciare quod apparet ut uideat per quoddā uelum, et ſi eſt alba, obiecta apparent alba: & ſi citrina, citrina: & ſi rubea, ut in atarſati rubea, & ſic de ſingulis coloribus. Si uerò non ſit peruia & occupet totam pupillam, tunc nuncia ꝙ nihil uidet niſi fortè ſplendorem. Si uerò macula illa in peruia occupet medium pupillæ ſolum, dic quòd omnia obiecta apparēt in medio perforata. Si uerò ſit in latere dextro pupillæ obiecta apparebunt diminuta in latere ſiniſtro. Et ſi in latere ſiniſtro apparebunt ex oppoſito diminuta. Et ſi in parte ſuperiori aut inferiori obiecta ſimiliter apparebunt diminuta in parte ſuperiori aut inferiori. Si uerò nullum iſtorum fuerit, conſydera an ipſa tunica cornea ſit bene peruia an non, quòd ſi non conſydera, utrum proueniat ab humiditate ſuperflua, quod declarabitur quia tenſa eſt, oculus plenus, & multæ humiditates profluunt à capite & oculo, & præceſſerūt cauſæ replentes, tunc dic ei quòd diminutè uidet ac ſi per uelum aſpiceret. Et ſi illa imperuietas multum aucta ſit, dic ꝙ patitur irim prouenientem ex reflexione luminis cryſtalloidis ad nubem oculi, id eſt, ad humiditatem quæ eſt in cornea aut in albugineo, ſicut in maiori mūdo ſit iris ex reflexione radiorum ſolarium à nube ipſis oppoſita.

Si uerò imperuietas corneæ proueniat ex ſiccitate, tunc apparet ſicut corrugata, oculus diminutus cum pauca effuſione humiditatum ab oculo & cerebro, & tunc nihil habet niſi quia diminutè uidet, ac ſi uideret per uelum, ut ſupra. Poſtea cōſydera pupillam, id eſt, foramen uueæ utrum ſit dilatatum aut conſtrictum præter modum. Quòd ſi extremè pupilla dilatata ſit aut conſtricta ferè nihil uidebit. Si autem notabiliter dilatata aut conſtricta, non tamen extremè uidebit omnia maiora q̃ ſint propter conſtrictionē, propter dilatationem uerò omnia minora quàm ſint. Poſt hoc conſydera nunquid uideatur homo oculi, id eſt, forma aſpicientis in oculum. Quòd ſi non uideatur tunc iſtud eſt aut ex defectu corneæ, aut albuginei, aut cryſtalloidis, aut telæ araneæ. Si quidem uideris corneam obfuſcatam non ſolum ex directo pupillæ, ſed in alijs partibus argue quòd ſit ex nocumēto eius. Si autem uideris corneam bene peruiam argue albugineum turbidatum, uel telam araneam, uel cryſtalloidem inter quæ diſtinguitur interrogando ægrum an appareat ipſi nubes prohibens uiſum, & tunc eſt ex nocumento albuginei obſcurati, uidet enim parum aut nihil. Si autem non uiderit nebulam & non apparet homo oculi ut ſupra, tunc iudica turbidationem telæ araneæ & cryſtalliodis.

Pro quo ſciendum quòd homo oculi ſiue idolum oculi quod eſt forma aſpicientis eſt in tela aranea, per quam reflectuntur ſpecies aſpiciētis in oculum, ut eſt apud Hali Abbatem tertio theoricę, & apud Gal. 10. de utilitate

de utilitate particularū 6. cap. cuius hæc eſt litera. Pupillæ idolum in hac tela aranea uelut in ſpeculo quodam conſiſtit, eſt enim lenis & micans ſuper omnia ſpecula. Sed contra ſequeretur uiſionē non perfici in cryſtalloide, cuius tamē oppoſitum omnes arbitrantur, conſequētia probatur, quia ſi à tela aranea quę eſt ante cryſtalliodem reflectuntur ſpecies uiſibiles ſicut in ſpeculo, ergo aliqualiter terminat ſpecies uiſibiles ſicut & ſpeculum, ergo cum non perfectè tranſeāt ad cryſtallinum, non ſiet uiſio perfectè in cryſtallino. Ad quod dicitur ꝙ in ſuperficie cryſtallini, cui hæc tela aranea tenuiſsima eſt immediata, perficitur uiſus, & ſimul ab hac tela & ſuperficie cryſtallini reflectuntur ſpecies, & ſunt cauſa apparitionis hominis, ſed hanc Gal. appropriauit telæ araneæ tanq̃ parti denſiori, neq; etiam ualet argumentum, reflectuntur aliqualiter ſpecies per telam araneā, ergo non tranſeunt ſpecies ſufficiētes pro uiſione ad cryſtallinum. Nam à quocunq; membro ſiat reflexio, certum eſt etiā ſpecies tranſire per neruos opticos ad ſenſum cōmunem Si autem nullum iſtorum nocumentorum quæ dicta ſunt appareant tibi aſpicienti in oculo, tunc conſydera, utrum nocumentum ſit in neruis opticis & tunicis ſequentibus cryſtalliodem, & tunc facias experimentum, de quo ſupra, an pupilla per confricationē & alterius oculi compreſsionem dilatetur & conſtringatur an non. Si nō, tunc argue oppilationem in neruis opticis aut in tunicis poſterioribus oculi & nuncia ei ipſum non uidere. Sed inter oppilationem neruorum & tunicarum diſcernitur, quia ſi ſubitò euenit & ablata ſit uiſio, ſubitò eſt in neruis opticis: ſi uerò paulatim eſt in tunicis poſteriorib. Sed in qua ſit eſt difficile cōprehendere. Cognoſcitur tamen cauſa nocumenti an ſit mala complexio, an apoſtema, & etiam quæ ſpecies malæ cōplexionis & apoſtematis, per ſigna horū propria ex capitulis generalibus perquirenda. Quòd ſi uideris oculum bene diſpoſitū ſecundum omnes partes apparentes, & uides ipſius debitum motum non ſtraboſitatē, non oppilationem, iudica ipſum eſſe ſanum, niſi fortè haberet imagines per eſſentiam aut per communitatem, de quarum ſignis infra dicetur in capitulis proprijs, aut niſi forté haberet dolorē qui per uiſum à medico cognoſci non poteſt, aut fortè unū apparet duo propter aliquas ex cauſis ſupraſcriptis quæ uiſui nō ſubiacēt, aut niſi haberet diminutam uiſionē cauſa ſpirituū, de qua ſupra.

Aliud ponendum in practica eſt, ut per ſigna propria diſtinguamus inter cauſas colorum oculorum, ut ſciamus effectus in proprias cauſas reſoluere, & eiſdem curam adhibere ſi oportuerit.

Si ergo occurrēs tibi, habeat oculos glaucos, debes conſyderare. Primò an color cutis totius corporis & pilorum ſit ſimiliter glaucus, id eſt albus, & tunc hanc albedinē oculi debemus in dominium complexonis phlegmaticę corporis & humorum reſoluere.

Si uerò non habeat ſimilem colorum in cute aut in pilis, debemus quærere an hęc glaucedo ſit contracta à generatione, an ex tempore propter aliquam diſpoſitionem præcedentem. Si ſit ex tempore & habeat oculos aliqualiter concauos, ſcilicet, magis conſueto & exiccatos, prouenit ex diminutione humoris albuginei, præcipuè ſi non uideat ita bene res ſplendentes & in claro ſicut conſueuit.

Si uerò hæc albedo ſit naturalis, quærendum eſt an bene uideat in omni diſpoſitione an non: ſi bene, eſt illa albedo ex altera duarū cauſarum, aut ex multitudine ſpirituum & claritate, aut ex magna relucentia cryſtallini inter quæ diſtinguitur, nam ſi fuerit homo bonę habitudinis bene coloratus, abundās in ſanguine & ſpiritu, credendum eſt illam glaucedinē prouenire ex multitudine & claritate ſpirituum.

Si uerò haberet diſpoſitiones his contrarias prouenit ex relucentia cryſtallini.

Si uerò non bene uidet in omni diſpoſitione, imò melius in obſcuro q̃ in claro poteſt ex tribus cauſis contingere, aut ex paucitate albuginei, aut ex parua nigredine uueæ, aut ex magnitudine cryſtallini, ſiue poſitiōe eius uerſus partē anteriorem oculi inter quæ diſtinguitur, quia ſi ex paucitate albuginei, oculus apparet concauus, depreſſus non plenus. Si uerò ex pauca nigredine uueę, aut ex defectu cryſtalloidis hoc nō apparet, ſed inter illa duo diſtinguitur, quia cum cryſtallois eſt magna, aut poſita uerſus partē anteriorem apparet albedo oculi cum relucētia. Si uerò ſit ex defectu uueæ, apparet oculi albedo ſine relucentia, ſed inter magnitudinem cryſtallini & poſitionem eius uerſus ſuperficiem oculi diſtinguitur, quia quando eſt locata multū uerſus ſuperficiem uidet nigra, bene etiam in obſcuro, alba uerò male etiam in claro. Sed quando albedo prouenit propter magnitudinē cryſtallini ęqualiter bene aut male uidet in claro & in obſcuro, ſed tamē non ita bene uidet in aliqua diſpoſitione, ſicut eſt conueniens. Et ex ſignis cōtrarijs ſi conſyderaueris, ſigna diſtinctionis cauſarum colorū nigrorū cōprehendere poteris, hęc dixi quæ nunq̃ legi, neq; audiui. Tu aūt ſi in aliquo eſt erratū, corrige &c.

Prognoſtica. Primū, defectus uiſus per cōmunitatem ad neruos opticos ſecūdum plurimū irremediabilis eſt, niſi tribus aut quatuor diebus corrigantur.

Secundum, defectus uiſus propter paucitatem ſpirituum & cauſas inanientes eſt deterior, quàm propter craſsitiem eorum & cauſas replentes. Tertium, debilitas prouenien propter cryſtalliodem & telam araneam eſt deterior cæteris & minus corrigibilis.

SI cum debilitate huius humiditatis ſigna apparuerint manifeſta, quæ tempore famis & exercitij parumper diſſoluantur, pilulæ cochiæ multotiens aſsiduè erunt tribuendæ. Nutrimentum quoque patientis deſiccatiuum eſſe debet. Et æger ſæpe uomere cogendus eſt. Pulueres etiam deſiccatiui oculis ſunt immittendi.

Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima ponit curam debilitatis uiſus propter humiditatem phlegmaticam exiſtentem in toto, aut in cerebro aut ſtomacho, aut alio membro oculis etiam communicatam, ſub qua etiam comprehenditur cura illius, quæ eſt propter turbulentiam & craſsitiem ſpirituū.

In ſecunda parte incipiente ibi. Quòd ſi cum prædicta. Ponit curam illius quæ prouenit ex ina-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.70

nitione totius, & exiccatione tunicarum & humorum oculi, necnon ex paucitate & ſubtilitate ſpirituum. In tertia ibi.

Confectio alcohol. Reuertitur ad ponendum medicinas locales ponendas, in oculo pro curatione debilitatis uiſus ex repletiõe, à cuius cura incipit in principio capituli.

In prima parte omnia clara ſunt, niſi quòd q̃uis ſolum ponit medicinam euacuantem humiditates phlegmaticas, ſcilicet pilulas cochias, & non ponat digerentia ut breuitati indulgeat, dat tamen ea intelligi. quorum ſuperius multiplicem poſuit deſcriptionem ad quæ recurre.

Intellige etiam dum dicit: Aeger ſæpe uomere cogendus eſt, ſcilicet cum facilitate, donec cibus & materia phlegmatica ſtomachum replens, oculis communicans ſit educta. Vomitus enim uiolentus facit oculos exire ipſos debilitans, & materias ad ipſos præcipitans, propterea oculi in uomitu ligandi ſunt. Nutrimentum patientis debet eſſe deſiccatiuũ, tum quia paucum, tum quia actu & potentia ſiccum, quapropter à nimio potu & brodialibus eſt cauendum.

Quòd ſi cum prædicta ægritudine affuerint ſiccitas & corporis obfuſcatio nutrimentum erit augendum, & uinum in potu eſt tribuendum, ac ſuper caput ipſius aqua tepida fundẽda, & incuruatio ſuper eam facienda, balneum præterea ingrediatur, in quo tamen non multum ſudet. Naribus quoq; oleum de amygdalis dulcibus atq; auribus eſt immittendum. Oculis uerò lac mulieris adoleſcentis quaq; die eſt inijciendum, quod etiam frequenter fieri conuenit. Hæc uerò debilitatis uiſus ſpecies fortior ſit in tempore famis, & dum uenter uacuus fuerit.

Ponit curam debilitatis uiſus cõtingentis ex ſiccitate ad quam ſequitur corporis obfuſcatio ſanguine & ſpiritu paucificatis, in qua lac imponẽdum eſt oculis, adoleſcentis debet eſſe, quia magis humidum, magis uiuificum & ſpirituoſum. Amplius ſpiritus & oculos confortans.

Confectio alcohol quod ualde acuit uiſum. quia cauſa humoris debilitatur. Recipe tutiæ ablutæ & ſiccatæ, drach. 20. deinde extrahatur ſuccus lampſuci uiridis, & per noctem unam reſidere dimittatur & coletur ex quo tutia conſperſa dimittatur quouſq; ſiccetur, poſtea teratur, deinde ſumantur zingib. piperis nigri, macropiperis, chelidoniæ omnium, ana. drach. 2. ſalis ammoniaci, drach. 1. cũ tutia fuerit, drach. 20. poſt hæc omnia terantur & ex ſucco teneri fœniculi conſpergãtur, & ſiccata iterum terantur & reponantur, & cum neceſſe fuerit oculis immittatur, ad hoc prætere a ualde confert ſief de fellibus.

Quod dicit in tertia parte notum eſt. Eſt enim puluis iſtæ exiccatiuus, reſolutiuus uaporum, & humiditatis turbidæ, & ipſius cum lachrimis eductiuus, & cum hoc egreditur tutia & chelidonia oculum cõfortantes. Collyria etiam de fellibus & quædam alia pro ampliori doctrina iſtis adiungantur, &c.

Cum debilitas uiſus dupliciter eueniat per eſſentiam & communitatem. Ab ea ſcilicet, quæ per communitatem euenit eſt inchoandum. Et primò ab illa cuius cauſa eſt totius corporis repletio, aut alicuius particulæ oculis communicantis maximè ſtomachi, cerebri & neruorum, horum enim communitate frequentius uiſus debilitatur, quia communitate aliorum membrorum maximè ſtomachi, cum uaporum multitudine, tum uiarum latitudine, tum quia directè reſpicit oculos, & partem cerebri anteriorem.

Cuius curatio quinq; exigit intẽtiones curatiuas. Prima euacuat. Secunda diuertit. Tertia regit membrum mittens. Quarta oculum cõfortat. Quinta ordinat debitum regimen ſex rerum nõ naturaliũ. Prima quidem intẽtio ſi cauſa repletionis fuerit ſanguis, qui dominatur perficitur cum phlebotomia aut alia euacuatione huic proportionali, necnon prouocatione hæmorrhoidarum & menſtruorũ, ſi eorum retẽtio fuerit cauſa, & ſimiliter cum euacuatione cuiuſcunq; humoris, cuius cauſa oculus debilitatur, de quibus omnibus necnon digeſtiuis ſuperius ſufficienter dictum fuit in plurib. cauſis, & ſi materia fuerit in ſtomacho prouocetur uomitus, ſed leuiter iteratis uicibus, ne uomitus impetuoſus materias ad oculos pręcipitet & ipſos debilitet. Secunda intentio perficitur cum fricationibus, uentoſis, clyſterib. crurium lotionibus. Item ſi expediret cum phlebotomia uenarũ nocę, & quæ ſunt poſt aures, &c. ut ſupra in ophthalmia, aut in his locis ſanguiſugæ applicẽtur. Summopere tamẽ caue à nimia ſanguis euacuatione, nam ſpiritus paucificantur, quorum magna copia eſt neceſſaria ad uiſus fortitudinẽ. Si uerò materia fuerit phlegmatica aut alterius generis diuertenda caputpurgijs maſticatorijs, gargariſmatibus. Caputpurgia tamen per nares poſtponantur quantum poſsibile eſt. Vltimò uerò his non ſufficientibus fiat cauterium aut in occipite aut in coronali, potentiale, aut actuale, quod melius eſt, de quo ſupra. Tertia intentio, ſcilicet membri communicantis regimen & maximè ſtomachi perficitur cum confortantibus digeſtiuam eius, & arcentibus uapores à capite præmiſſa euacuatione, ad quod in cauſa frigida optimè cõfert triphera minor. Item chebuli conditi, & propriè in mane ſumpti. In calida uerò triphera deſcriptione Meſue in capite de debilitate uiſus, cuius eſt hic textus: Sabor triphera mirabilis uiſum cõfortans, cuius accidit impedimentũ propter fumos ignitos cholericos aut ſalſos, & eſt ei impreſsio fortis, reducit enim oculos ad formam uigoris

uigoris adoleſcentiæ. Recipe mirobalanorũ citrinorum, chebulorum & indorũ, ana. ℥. 2. s. belliricorum emblicorum, ana. ℥. duas ſacchari, ℥. 6. tere in uaſe lapideo, & funde ſuper ipſum aquæ fontium claræ aſpergendo parum, & hoc fac per triduũ, deinde permitte exiccari, & poſtea ſparge ſuper ipſum diſtillando ex oleo roſ. & amygdalarum, & contere per alios tres, & iterum permitte exiccari, deinde accipe roſarum, ſandali, cubebæ, machaſar, id eſt, ſandali citrini, cordumeni, ana. ℥. 2. ſpodij, macis, ana. ℥. 1. ſucci galliæ muſcatæ. ℥. 1. s. deinde accipe ſacchari albi ℔. 1. & & fac ex eis formulas ſimiles auellanis, & da quolibet mane ana. ℥. 2. ad 3. cum aqua calida. Et in hac cauſa optimè cõfert ſaccharum roſ. & mirobal. citrini conditi. Quarta intentio perficitur cum his quæ in oculo ponuntur complexionem & unitatẽ conſeruantibus, præſeruantibus, & curantibus, ſi quid nocumenti impreſſum ſit, & ſpiritus & humores illuſtrãtibus. Ex quibus eſt aqua communitatis facta ex fœniculo, uerbena, roſa, chelidonia, ruta, per diſtillationem aut decoctionem, & in cauſa frigida optimè confert collyrium, ex laminis auri ſuperius deſcriptũ in conſeruatione oculi. Aliud collyriũ in cauſa calida deſcriptione Meſue: cõfortat. n. uiſum debilẽ, & ſedat multitudinem lachrymarum. ℞. antimonij loti & pręparati in aqua pluuiali circa dies uiginti, tutiæ pręparatæ cadmiæ, id eſt ſpumę, argẽti uel auri, ana. ℥. 6. marchaſitæ, ℥. quatuor, tere unumquodq; per ſe, & tere bene per dies plurimos cum aqua pluuiali multotiẽs, donec ſiccentur aquæ eorum, deinde terantur cum aqua fœniculi multotiens cum cõtinuitate dierum aliquorum, ſimiliter donec exiccẽtur. Tertiò uerò cum aqua ſampſuci. Quartò cum aqua rutę. Quintò cum aqua chelidoniæ, deinde exiccentur & addatur cum eis ſedenegi præparati, id eſt, lapidis hematitis, & croci, ana. ℥. 1. margaritarũ non perforatarũ. ℥. 2. muſci ℥. 1. tertiam, camphoræ, ℈. s. & proijce ipſa in mortario cũ prędictis, deinde adde ſumach. ℥. s. tere uſquequo exiccentur & fac alcohol, & adminiſtra mane & ſero, quoniã probatum eſt & expertum. Quòd ſi nõ uolueris ipſum adminiſtrare in forma alcohol, diſtẽpera cum aqua roſata, aut fœniculi ſecundum quod eſt conueniens ſuo propoſito, &c. Quinta intentio completur ut infra. Sit aer tẽperatus aut parum à temperie declinans ſecundum exigentiam diſpoſitionis corrigendæ, uitandus eſt aer fumoſus, uentoſus, nebuloſus, ualde clarus & nimiũ obſcurus, habitetq; in domo non alba neq; nigra, ſed coloris medij, & propriè uiridis declinantis ad obſcurum aut clarum, ſecundum exigentiã diſpoſitionis corrigendæ. Aſpectus enim rerum uiridium maximè cõfert ſicut aquę uiridis aut exiſtentis in uaſe uiridi in qua ſi oculi ſupercalefacti teneantur aperti tempore æſtiuo, confert in uiſus confortatione. Et ſimiliter aſpectus gemmarum uiridium ſicut ſmaragdi, ſimiliter ſpeculi uiridis optimè enim confortat. Sit eius potus uinum ciſiolum bene clarum pauciferũ, aut mediocris uinoſitatis lymphandũ magis aut minus cum aqua bene conditionata ſecundum diſcraſiam temporis, & circumſtantiarum exigentiam: non bibat tamen niſi in prandio & cœna, & non ſuperfluè, neq; bibat in fine menſę, ſed poſtq; potauerit aliquid uaporis repreſsiuum accipiat, ut citonia aut pyra cõdita, aut coriandrum confectum, aut præparatum. Sit eius panis bene conditionatus in quo aliquid fœniculi aut ſimiliũ uiſum confortantium ponatur. Sint eius ſalatæ cappares, ruta, uerbena, chelidonia, fœniculus, endiuia, ſcariola ſparagi, cicorea, lupuli. Vitetur lactuca, quæ ſalatæ condiantur cum aceto non multum acuto, aut cum uino granatorũ & agreſta ſecũdum diſpoſitionis exigentiam. Melius tamen eſt, ut coquantur ut ſint facilioris digeſtionis. Sint eius fercula, quę ex pane aut ouis fiant, ſecundum omnem uſum communem. Ex granis cõueniunt hordeum, pannicium, ſpelta, far, rizum, & propriè ubi opus eſſet nutrimento craſsitiori. Vitentur faba, phaſeoli, cicera, lentes, mef, id eſt, biſi ſit rarò in uſu. Ex herbis conueniunt fœniculus herba adil, quæ eſt ſimilis tamariſco, petroſelinum, ſerpillum, ſaluia, maiorana, borago, rapę, cucurbitę, in diſpoſitione & tẽpore calido amygdalata fermia.

Vitentur tamen fercula in cœnis & propriè in diſpoſitione humida. Vitetur anethum. Ex carnibus magis conueniunt aues, quàm quadrupedia, & propriè quæ ſunt facilis digeſtionis paucarũ ſuperflitatũ, ſicut perdices, phaſiani, turdi, alaudę, turtures, columbi uolare incipiẽtes, & paſſeres ſunt proprij. Ex quadrupedibus conueniunt uituli, hœdi caſtrati annuales, lepores, capreoli, cuniculi, quæ in prandio ſint elixæ, in cœnis aſſatæ, ſaltẽ quæ ex his ſunt facilioris digeſtionis. Ex piſcibus minus nocui ſunt petroſi, agiles, parui in ſpecie ſua, & ſquamoſi ſicut ceuiali, lucij, ſtrili, cauedani, barbones, eorum ouis adiectis ſenetæ ſcardue, marſones, & carpiones. Vitentur tinchę, anguillæ, cancri, ſturiones piſces tamen marini minus nociui ſunt. Eligantur ergo ex eis cõuenientes ſecundum ſpeciem ſuam: frequens tamen uſus piſciũ inducit cæcitatem. Sapores conueniẽtes tempore frigido, & in diſpoſitione multũ frigida ſunt piperata, & ſimilia cum aromatibus & melle, & ſaccharo condita. Vitentur alleata, ſed tempore calido & diſpoſitione calida, uinum granatorum, & agreſta, & acetum paucæ acuitatis, & ſapores, qui ex his fiunt ſicut ſalſa et ſimiles. Vitẽtur omnes ſapores qui ſunt ex cœpis, porris. Omnia enim hæc acrumina uitanda ſunt. Vitentur lac & lacticinia, licet aqua lactis conueniens ſit, butyrum & oleum conceduntur, uitetur caſeus. Ex fructibus conueniunt ficus & uuæ bene maturæ. Similiter uuæ ſiccæ pruna, mora, pepones. Sed præſtantia ſunt pyra & citonia cocta in fine menſę. Item conueniũt auellanæ, amygdalæ, pineæ piperatæ, & fiſtica. Ex conditis conueniunt pyra & citonia. Sed zing. conditum in diſpoſitione & tempore frigidis. Aromatica conueniunt ſicut zingib. piper, cinamomum macis nux muſchata, gariophili, crocus in diſpoſitione & tempore frigidis. Sed in cibatione hę regulę obſeruẽtur, ut nunq; comedat niſi digeſtione celebrata. Surgat à menſa cum reliquijs famis, non multiplicet cibaria in menſa una, ſit cœna leuior prandio, imò frequenter cœnam dimittat, & in cœna uitet brodialia, ſit ſomnus mediocris, ſcilicet, ſeptem horarũ, aut circa, ſomnus minus nocet, ſed ſuperfluæ uigiliæ magis, dormiat capite eleuato, et nunq; cum oculis deorſum neq; dormire incipiat niſi diſtanter à cibo per duas uel tres horas, neq; dormiat in meridie niſi parum, ſcilicet circa horam mediam, & capite eleuato à medio Maij uſq; ad medium Auguſti, & hoc niſi ſomnum

I 5

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.71

nocturnũ aliqua occaſione omiſerit. Euacuet ſuperfluitates à natura inſtitutas ſollicitè & per loca conuenientia. Coitus multum nocet niſi ad ipſum ſuperfluente materia ſtimuletur. Sed eius exercitium ſit mediocre: ſuperfluum nanq; ſpiritum reſoluit, & nimia quies ſpiritum incraſſat. Similiter eligatur exercitiũ oculo proprium, unde neq; obiecta minima, neque multum diſtantia diu aſpiciat, neq; colores extremos neq; nimis lucida aut obſcura, ſed media & propriè colorem uiridem ut ante, neq; faciat aliquod exercitium per quod teneat caput & oculos inclinatos, neque poſt cibum immediatè exercitet, ſed quieſcat per duas aut tres horas, ſit ſperans & gaudens. Accidentia animi exceſsiua & moleſta fugiat. Caueat à fletu longo, licet paucis aliquando uiſum corroboret humores oculi depurando & ſpiritus illuſtrãdo per exitum lachrymarum. Cura aũt debilitatis uiſus propter exiccationem tunicarũ & conſumptionem ſpiritus & humorum per cõmunitatem à toto perficitur cum humectantibus, tam qualitatiuè q̃ ſubſtantificè interius & exterius applicitis. Quæ debẽt eſſe aliquando frigida ſicut in hectica febrili. Aliquando calida aut temperata in actiuis ſicut in hectica ſen. Interius autẽ quę ſunt conuenientia ad impinguandum & humectandum tam qualitatiuè q̃ ſubſtantificè, & cum hoc propria in confortatione uiſus collige ex regimine præcedente & ex capitulis hecticę ſenectutis & febrilis. Sed exterius applicanda ſunt balnea aquæ dulcis tepidæ, in quibus non ſudent, & illa aqua eſt ſuper caput infundenda. Vitẽtur balnea aerea & aquarũ calidarum, olea etiam humida exterius applicita, ſicut amygdalinum & uiolatũ conueniunt, & ſimiliter in naribus & auribus iniecta: oculis autẽ lac & propriè humanum uel aſininum imponatur frequenter, & in ſumma recurratur ad capitula de hectica ſenectutis & febrili. Sed inter cætera attendat̃ capitis humectationi cum infuſione lactis ſuper ipſum, et epithimatione ipſius cum eo, & cum infuſione decoctionum humectantium laudatarũ in melancholia & mania. Hanc tamen curã integrè pertractat Raſis in hoc cap. Curationes ægritudinũ ſpecialium, ſiue cõmunium, ſiue propriarũ, ſcilicet, quibus nocetur oculus, haberi poſſunt ex his, quæ dicta ſunt ſuperius, & ex dicendis inferius. Curatio uerò nocumẽti uiſus per communitatem ad neruos opticos, quod ſecundum plurimũ eſt deſtructio uiſus eſt malè poſsibilis. Et ideo cum Aui. poſuit cauſas & ſigna deſtructionis uiſus non ſubiungit curã reputans eam impoſsibilem. Quia tamen alliqui ſaltem duo per me curati fuerunt, quibus acciderat deſtructio uiſus ſubitò propter oppilationẽ neruorum opticorum, curam ſubiungã, imò me Ioan. Arcul. ſcribente hoc cap. cõiunx cuiuſdã uerò Veronenſis, quæ ex dolore defuncti filij in una nocte cæcitatem incurrerat humiditate propter dolorẽ & cerebri conſtrictionẽ expreſſa ad neruos opticos, ſcilicet, curata eſt. Cuius ſignum eſt, quia perfricationẽ oculorum ſecundum modum ſuperius recitatum pupillæ non dilatabantur aut conſtringebantur. Subiungam itaq; modum curationis per me ſeruatum. In primis iniunxi illis diætam ualde tenuem, ita ut nihil eis conceſſerim niſi aquam mellis per quatuor dies, & etiam quòd nullo modo mouerẽtur, imò quòd non loquerentur timens ne motus amplius faceret fluere materias ad locum, ad quem fluere inceperant. Faciebamq; ipſos dormire capite eleuato quaſi ſedendo. Et ſi non habebant uentris beneficium cum ſuppoſitorio aut clyſteri leui iubebam feces educi, qui duo in quarta die ſanati ſunt. Multos alios curaui, quos poſt multos dies ſuæ cæcitatis uiſitare incępi, & nullum eorum ſanaui, in quibus ſic proceſsi. Primò minoraui materiam cum pilulis de hiera ſimplici & agarico. Deinde digeſsi cum melle roſ. & oxymelle ſimplici diſtemperatis cum aqua betonicæ & fœniculi. Deinde eradicaui cum pilulis cochijs: Et aliquando aliquibus eorum habentibus habitudinẽ ſanguineam cum rubedine oculorum & tumore uenarum. feci phlebothomiam ex cephalica. Deinde ſuperioribus in quib. uidebam phlegma abundare. Iterabam digeſtiuum cum oxyimelle ſcyllitico & ſyrupo de ſtecade cum aquis ſupraſcriptis, & iterũ eradicabam cum cochijs, deinde diuertebam cum maſticatorijs & gargariſmatibus, & tandem cum caputpurgijs per nares. Vltimò his non conferentibus feci cauterium in commiſſura coronali uſq; ad oſsis ſuperficiem, quod dimiſi apertum donec os ſquamatum fuerat. Exterius ſuper parte anteriori capitis apponebam medicinas reſoluentes & caput confortantes. Curã autem nocumenti uiſus ex alijs cauſis per communitatem pendentis, hic nõ ſubiungam ne omnia capitula in uno perſtringam, &c. Cura autem debilitatis uiſus per eſſentiam in oculo, licet ex multis cauſis pẽdere poſsit, quarum cura perquirenda eſt ex ſuperius dictis, & ex inferius dicendis, hic ſolummodo cura perſtringenda eſt triũ cauſarum. Prima quando prouenit propter humiditatem turbidam in tunicis & humoribus. Secunda propter turbulentiam & nimiam craſsitiem ſpiritus uiſibilis. Tertia propter paucitatem & nimiã ſubtilitatem eius. Cura ergo debilitatis uiſus propter humiditatẽ turbidam cõpletur quatuor intẽtionib. Prima eſt euacuatio integrata ex minoratione. ſ. digeſtione, & eradicatione, ut ſuperius dictũ fuit, licet in hoc caſu magis ꝓpria oculis exhibẽda ſunt, ſicut pro minoratione pilulę de hiera ſimplici aut cochię ꝓ eradicatiõe addendæ ſunt pilulæ lucis. Sed pro digeſtione cũ melle roſ. oxymelle ſimplici, aut ſcyllitico miſceatur aqua fœniculi, rutæ, & ſimilium. Syrupus in hac cauſa proprius. ℞. maioranæ, betonicæ, gariophilatæ, meliſſę, chelidoniæ, ana. M.s. radicũ fœniculi, petroſelini, an. ℥.1. ſem. aniſi, fęniculi, endiuię, rutę, an. ℥.s. eufragiæ ℥.1.s. ſacch. ℥. 15. & fiat ſyrupus, cuius doſis eſt ℥.1.s. cũ ℥.3. aquæ decoctionis harũ rerũ. ℞. ſenæ, eufragiæ, ſem. fœniculi, florũ boraginis, ana. ʒ. s. bulliant in ℔ 3. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, & coletur, et hoc in autumno, ſed in uere loco ſenę ponatur acorus & ſtecas. Et poſt purgationem ordinariam frequenter utatur pilulis lucis cum mirobalanis kebulis conditis. Secunda intentio eſt diuerſio cum maſticatorijs, gargariſmatib. caputpurgijs per nares. Et his nõ conferẽtib. fiat cauteriũ in cõmiſſura coronali. Tertia intẽtio eſt materię turbidæ ab oculo reſolutio & ipſius per lachrymas eductio, ad quod optimè cõfert puluis Raſis in hoc cap. Itẽ collyria de fellib. magnificant̃ in hoc caſu. Sed attẽde ꝙ fella ſunt quadruplicia. ſ. reptilium. Inter quæ acutiſsimum eſt fel uiperæ, ſuper cuius adminiſtratione non eſt pręſumendum niſi in modiciſsima quantitate & cum maxima

xima

xima cautela. Ex eius enim impoſitione quorũdam oculi ſunt diſsipati. In ſecundo gradu acuitatis ſunt fella auium, ſed maximè earũ quæ uiuunt ex rapina. In tertio gradu ſunt fella quadrupedum, ſed inter hęc magis acutum eſt fel leopardi & leonis, & minoris acuitatis eſt fel porci. In quarto gradu ſunt fella piſciũ & minoris acuitatis cęteris. Tu uerò incipe ab his quę ſunt minoris acuitatis, dummodo ſint propria, & in caſu laudata. Verum etiam fella in acuitate diſtinguũtur ſecundum quod ſunt animalis ieiuni aut depaſti, quod eſt minus acutum. Collyria autem appropriata & approbata ab authoribus in fine capituli ſubiungam, & cum hoc quædã electuaria in hac diſpoſitione & in ſequentibus propria. Quarta intentio eſt debitum regimen ſex rerum non naturalium ſuperius memoratum pręcipuè in cibo & potu quæ in hac diſpoſitione debent paucificari, & ad ſiccum dclinare. Vnde uitentur brodialia & omnia uaporoſa caput & oculum replentia, &c. Nocumentum autem uiſus propter ſuperfluam craſsitiem & turbulentiam ſpirituum exigit duplicem intentionẽ generalem. Prima eſt ſanguinis clari & ſubtilis generatio, quę eſt materia ſpiritus. Secũda ipſorum ſpirituum clarificatio & ſubtiliatio. Primum duplici regimine perficitur.

Primum eſt debitum regimen ſex rerum nõ naturalium ſuperius memoratum maximè in cibo & potu. Vnde in hoc caſu ſunt eligendæ carnes laudabiles generantes ſanguinem ſubtilem & clarum, ſicut auium laudatarum magis quàm quadrupedum, & ſimiliter uinum ſubtile ciſiolum aut album non uaporoſum, oua ſorbilia, & breuiter ſanguinem craſſum & turbidum generantia uitentur. Secũdum regimen eſt medicinale per quod ſanguis iam genitus, licet ſit turbidus & craſſus ſubtiliatur & clarificatur. Ad quod faciendũ duo ſunt genera medicinarũ ſecundum quod ſanguis dupliciter poteſt fieri turbidus. Vno modo in ſubſtantia ſua. Alio modo per admixtionem aliorum humorum ipſum turbidantiũ. Primi modi turbulentiæ conferunt medicinæ à proprietate ſanguinem clarificantes, inter quas præcipui & famoſi ſunt lupuli, qui uia cibi & medicinæ poſſunt exhiberi, capillus ueneris & fumus terræ. Et ſunt multæ compoſitæ inter quas ſunt duæ præcipuè, ſcilicet, decoctio capillorum ueneris, & fumiterrę, quarum deſcriptionem require à Meſue in ſuo antidotario. Carnes autem uiperæ ſecundum quod pręparat̃ in lepra in hoc caſu, & in illo, cuius ſtatim rememoratio præceſsit. ſ. in nocumento uiſus ex humiditate turbida ſunt pręcipuę. Aliud eſt genus medicinarum ſoluentiũ & ſeparantium humores turbidos à ſanguine, ſicut ſunt ſenę & epithymũ in ſeparando melancholicos humores, & mirobalani, & agaricus in ſeparando cholericos, & phlegmaticos, & poſſumus miſcere hæc cũ ſupraſcriptis à ꝓprietate ſanguinẽ clarificantibus, imò etiã quædã propria in uiſus confortatione calida aut frigida ſecundũ quod eſt expediens ꝓpoſito noſtro. Et ſi quis quæreret quæ uirtus eſt iſta clarificatiua ſanguinis eſt ne uirtus tertia? Et ſi tertia, eſt ne uirtus ſolutiua? Dicendum quòd eſt uirtus tertia, quia reſpicit determinatum humorem, ſcilicet ſanguinem, & non eſt uirtus ſolutiua, licet ſecundum plurimum reperiatur in medicinis ſolutiuis. Secunda intentio principalis eſt ipſos ſpiritus iam genitos depurare à uaporibus ſecum cõmixtis, & ipſos turbidantibus, & ipſos etiam in ſui ſubſtantia ſubtiliare, ſicut de ſanguine eſt dictum, quæ duo perficiuntur prohibendo uapores à ſtomacho, & à toto tranſire ad caput cum fricationibus & alijs generibus diuerſionum, & cum confortantib. ſtomachũ, & claudentibus os ipſius, & uaporibus reprimentibus, de quibus omnib. ſupra. Secundò perficitur cum pectinationibus & capitis fricationibus ſtomacho ieiunio & celebrata digeſtione integrè. Tertiò cum his quę in loco ponuntur ipſos uapores reſoluentibus, de quibus partim dictum eſt, ſed uberius dicetur inferius. Perficitur hæc intentio, ſecundò principaliter cum his, quæ à proprietate ſubſtantiam ſpiritus clarificant & ſubtiliant, & uirtutes membrorum principalium & oculi confortant ſicut ſunt triferæ, de quib. actum eſt, & quædam etiam electuaria, de quibus agetur, & multa odorabilia inter quæ præcipuus eſt odor maioranæ ſiccæ.

Cura autem debilitatis uiſus propter ſpiritus paucos & nimium ſubtiles perficitur. Primò per debitum regimen ſex rerum non naturalium, & præcipuè cibi, & potus, quæ in hoc caſu debent eſſe multi nutrimenti & humidi & aliqualiter craſsi & compacti, non tamen turbidi ſicut ſunt carnes electę quadrupedum, & pedes uitulorum, & quædam fercula ſicut hordei, faris, rizi, frumenti, ſpeltæ. Et in hoc caſu conuenirent carnes caprinæ & uinum mediocris potentiæ, ciſiolum bene clarum, ſed non ſubtile. Secundò perficitur cum confortantibus uirtutes membrorum principalium, ſed non multum calidis neq; ſubtiliantibus, ſicut ſunt gemmæ, triſera, deſcriptione Meſue capite de debilitate uiſus, ſuperius poſita ſaccharum roſ. & ſi opus fuerit calidis, eligat̃ trifera minor, theriaca, mithridatum, quorũ caliditas ſi uideat̃ ſuperflua alteret̃ cum ſaccharo roſ. aut trifera ſtatim memorata. Mirobalani tamen, ut uult Meſue, in hac re ſunt præcipui. Regimen autẽ confortandi ſpiritus ſecũdum nouẽ modos dixi in capite de melancholia.

Hic nunc ſubiungam deſcriptiones quorundam medicaminum in debilitate uiſus. Primũ eſt uinum artificiatum cuius eſt hæc deſcriptio. ℞. uini nouiter expreſsi ℔. 50. euphragiæ M. duos, ſaluiæ domeſticæ rutæ, maioranæ, chelidoniæ, roriſmarini, betonicæ, ſeminis aniſi, fœniculi ana. M.s. cinnamomi. ℥.s. miſce, & permitte bullire. cum quo uino poterunt ſumi electuaria theriacæ, triferæ pulueres & ſimiles medicinæ in cauſa frigida & humida. Eſt enim uehiculum medicinarum ad caput & oculos. Puluis ex inuentione Gentil. Recipe foliorũ betonicæ, rutæ, euphragię, ſem. aniſi, cinnamomi, zingib. cardamomi, ſem. fœniculi, petroſelini, ſileris montani, origani, hyſſopi, cubebæ, liquiritiæ. ana. ʒ. duas, ſacchari optimi ad pondus omnium, ſumatur de eo medium coclear in mane cum pauco uini ſupraſcripti. Sed in cauſa calida utendum eſt trifera ſuperius deſcripta ex inuentione Meſue, uel utendus eſt huiuſmodi puluis. ℞. mirobalanorum citrinorum. ℥. 1. chebulor, indorum, belliricorum, emblicorum, ana. ʒ. 1. terantur in uaſe lapideo tribus diebus omni die bis ſemper aſpergendo cum aqua roſ. & permittendo ſiccari, de quo puluere accipiatur. ℥. 1. ſandali rub. coriandri præparati an. ʒ. 1. euphragię, ʒ. 2. miſce, de quo puluere poteſt accipi medium cholear alternis diebus cum ſucco roſ.

l 4

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.72

aut cum pauco uini ſupraſcripti ſubtripli ad aquam roſaceam, hic etiã puluis poteſt fieri ſolutiuus addendo turbith, & zingib. aut diagridium ſecundum exigentiã neceſsitatis, & poteſt dulcorari cum ſaccharo roſaceo. Nunc ſubiungam quædam collyria de magis expertis. Primum & facile eſt Gentil. Recipe antimonij præparati, tuthiæ præparatæ, ana cum aqua fœniculi quantum ſufficit, fiat collyrium.

Secundum eſt Geargi de Solo, auis dicta pica exiccetur in furno donec poſsit puluerizari & puluis ſubtiliſsimus ex ea oculo imponatur, qui ſi cum ſucco fœniculi, miſceatur, aut aqua roſacea erit cõueniens huic propoſito. Tertium eſt Meſue ſuperius memoratum ex ſucco fœniculi cum nũmis auri aut auro chalcinato, cum argento uiuo, non cum mordicantibus, cui ſi addatur 20. pars fellis galli, ut uult Meſue, erit magis reſolutiuum & abſterſiuũ. Et ad hoc cõfert cohol ſuperius memoratum autoritate eiuſdem, ſed magis in cauſa calida. Aliud eſt Ruf. ℞. licium & contere contritione multa cum ſucco fœniculi depurato uſq; dum fiat, ſicut mel, & reconde in uaſe uitreo, & quidam poſteriorum addiderunt ad omnem ℥. eius fellis galli aut perdicis. ℈. 2. Tuthia quoq; ſola. Primò cum aqua pluuiali lota & exiccata. Deinde cũ aqua fœniculi trita & exiccata. Tertiò cum aqua ſampſuci ſimiliter trita & exiccata. Quartò cum aqua ialſaraxion oculis impoſita optimè confortat. Aliud ex inuentione Meſue cõferens ſuper calefactione oculorũ, & debilitati uiſus cauſa humiditatis ſubtilis & acutæ & mordicationi & pruritui in oculis. ℞. tuthiæ carmenæ lotæ in aqua pluuiali, deinde in aqua roſ. pluries ʒ. 10. fricata, mirobalanorum citrinorum cum aqua roſ. 6. licij, ʒ. 2. s. zingiberis, piperis longi, an. ʒ. 1. aſpergantur cum ſucco agreſtæ & conterãtur cum eo, deinde exiccentur & pulverizentur & fiat alcohol. Poteſt etiam fieri collyrium liquidum miſcẽdo cum aqua roſ. aut ſucco fœniculi ſecundum ꝙ tuo propoſito eſt conueniens. Aliud poſitũ ab Auic. de quo dicitur ꝙ tanti exiſtit iuuaminis ꝙ oculo talem efficit ne ei noceat in ſolem aſpicere. ℞. lapidis fantici, id eſt marchaſitæ, lapidis magnetis, lapid. baris, id eſt, albu minis albi, ſeding, id eſt, ſedenegi ſiue lapidis hæmatitis, calamenthi ſicci condiſi, quod quidam elleborum dicunt, quidam ſuccum cucumeris aſinini. Sed Simõ Ianuenſis dicit eſſe quandam herbam qua utuntur tinctores non repertã apud nos, omniũ an. partem 1. fellis uulturis, fellis uiperæ ana. partẽ 1. miſce. Tu de collyrio crede quod uis. facilius eſt dicere q̃ facere, ego in oculo humano non auderẽ ponere. Et hoc teneas conſilium in medicinis oculis imponendis, ut ſemper à leuioribus incipias gradatim aſcendendo ad acutiora, ne ſequatur nouiſsimus error peior priore. Attamen de modo utendi felle uiperæ dicã in cap. de imaginationib. oleum balſami in hoc caſu magnificatur ſecundum quoſdam, & dicunt ꝙ aut meliorat oculum, aut cõſeruat in eadem diſpoſitione quam reperit, ſed ſufficit una gutta, & hoc in diſpoſitione frigida.

DE TVMORE PALPEBRARVM. Cap. XXVIII.

Epithimetur ex epithimate quod in ca. de ophthal. nominauimus. Tumor palpebrarum. Alintiſar. Inflatio oculi. Inflatio coniunctiuæ ſunt nomina ſynonyma hanc paſsionẽ ſignificantia, de qua diuerſi authores ſub his diuerſis nominib. determinant. Quæ diffinitiuè eſt apoſtema palpebrarũ oculi cum intumeſcentia notabili ut plurimum coniunctiuæ cõmunicans ſecundum Ieſum Hali. Et propterea ipſam appellat inflammationem cõiunctiuæ tractatu primo, cap. 42. Et in hoc differt ab hordeolo nodo & pleriſq; alijs apoſtematibus palpebrarum.

Species ſumuntur à cauſis corporis, ex quibus generãtur, quæ ſecundum Auic. ſunt quatuor, uentoſa aquoſa, phlegmatica, melancholica. Non enim poſuit hanc paſsionem à ſanguine aut à cholera prouenire, quanquam plerique alij dicant ipſam ab omni humore poſſe prouenire. Quod uidetur rationabilius, magis conſonum menti Raſis qui curando hanc paſſionem dicit quòd epithimetur epithimate in capite de ophthalmia nominato. Et certũ eſt epithima iſtud magis conuenire in materia calida quàm frigida, fit enim ex ſief memithe, roſ. aloẽs, licio, ſandalo rub. ſaufel croco orientali, ana diſſolutis in ſucco coriandri, aut endiuiæ, aut aqua roſacea. Reſpõdent tamen hunc humorem ex ſanguine aut cholera prouenientem uocari roſarium, ſed hæc nomina omittamus. Poteſt autem prouenire à cauſa primitiua mouente antecedentem inconiunctam.

Signa huius paſsionis abſolutæ, quia in initio ſui apparet frequenter ſicut punctura acus, muſcæ, aut cimicis cum pruritu, deinde ſtatim palpebra notabiliter tumeſcit. Sed quæ prouenit ex ſanguine eſt cum tumore & duritie tenſiua colore rubeo tendente ad obſcurum dolore extẽſiuo & pulſatiuo & alijs ſignis phlegmonis. Quæ uerò ex cholera minoris eſt tumoris, tenſionis, cum dolore magis acuto & colore rub. claro uel ad citrinum tendente, & alijs ſignis heriſipelæ. Sed quæ ex uentoſitate euenit ſubitò ſecundum plurimum magis declinans ad lachrymale domeſticum, ſicut & cętera, & eſt ſine grauitate, neq; mutatus eſt color palpebrę, & eſt cum tumore notabili in quo non remanet ueſtigium impreſsionis, & cum pauco dolore. In phlegmatica autem licet color non mutetur, tamen eſt durities minor & remanet ueſtigium impreſsionis per aliquod tempus cum nullo dolore. Similiter in aquoſa eſt mollities maior q̃ in phleg. ſine dolore in qua licet facilis fiat impreſsio, tamen citius remouetur quàm in phlegmatica, & minus cito, quàm in uentoſa, neque color palpebræ eſt mutatus, uel eſt mutatus ad albedinem, tam in phlegmatica q̃ in aquoſa. In melancholica uerò eſt durities notabilis non tamen ſicut in cancro & ſephiros cum ad tantam exiccationem huius ægritudis materia non prouenit, non enim in tam paruo tempore accideret, uidemus enim crancros & ſephiros ad tantum tumorem non niſi longo tempore prouenire. Vnde hanc melancholiam quodammodo mixtam arbitrari debebus cum alijs humoribus augmentũ uelocitantibus. Et tumor hic ſecundum Auic. communicat ſupercilijs & maxillæ, ſed magis maxillæ, quia grauis eſt deſcendere & cum colore fuſco & pauco dolore, &c. Pronogſticũ. Primũ hæc ægritudo ſecũdum A. conſequitur ophthal. & uariolas. Quod Gentil. exponẽs dicit propter ſeriem textus Auic. debere intelligi de melanch. & cauſas aſsignat, quas omitto, quæ euenit ſecũdum ipſum poſt curationẽ ophthal. & uariolarum,

larum, quod credo nequaq; conuenire intentioni A. neq; experientiæ, ſed intelligendũ eſt ꝙ ſequiur ophthalmiam & uariolas, id eſt, quod euenit poſtq; hæ paſsiones inchoatæ ſunt, uidemus enim perſæpe inchoata ophthal. multa materia fluente per partem exteriorẽ palpebras tumefieri. Similiter in augmento uariolarũ & in ſtatu uidemus palpebras eſſe adeò tumidas, ut nõ poſsint aperire oculos, non obſtat niſi cum materiæ ophthal. & uariolarũ ſint calidæ plurimum hoc apoſtema eſſet calidum, quod repugnat dictis A. niſi uelit hoc apoſtema quandoq; eſſe calidum maximè qñ ſequitur alias ægritudines, & fit per uiã defluxus niſi fortè initiatiuè ſit frigidum. Prognoſticũ ſecundum. Hic tumor palpebrarũ curatur ſecundũ plurimum ſi bene tractet. Si uerò imperitè perducit plerunq; ad cancrenam materia exiſtente multa & cãlida, exiſtente aũt melanch. plerunq; ad cancrum & ſephiros, &c. Cura tres exigit intentiones generales. Prima eſt circa cauſam antecedentẽ complendam per euacuationẽ, diuerſionem, fluxus interceptiõnem. Secunda eſt circa cauſam coniunctam cõplendam repercuſsione principio cõueniente, reſolutiõe declinationi conueniente, repercuſsione et reſolutione ſimul conueniẽtib. augmẽto & ſtatui, et hoc ſi incedat in uiã reſolutionis. Si autẽ in uiam maturationis loco reſolutiuorum applica maturantia. Tertia intentio duas exigit intentiones particulares, ſcilicet correctionem accidentiũ & debitum regimen, quæ omnia fiant ſicut in ophthalmia. Sed eſt dubium non paruum, an phlebotomia & repercuſsio cõueniant in hac paſsione. Quod non arguit ex intentione Auic. neq; phlebot. neq; repercuſsionem conſulentẽ, quam intentionem approbat Gentil. in expoſitione capituli de alintiphac. Hanc opinionem manifeſtè ponit Ieſus Hali uetans phlebotomiã & repercuſsionẽ, à quo Auic. totũ hoc caput accepit. In oppoſitũ eſt Raſis. Ex cuius dictis non explicitè ſed implicitè cõprehendere poſſumus phlebot. & repercuſsionẽ cõpetere, cum doceat curare hanc paſsionem medicamine repercuſsiuo poſito in capitulo de ophthalmia. Et confirmatur, quia in cuiuſcunq; apoſtematis principio competunt repercuſsiua niſi in caſibus exceptis. Et certum eſt quòd hic non eſt ex illis, & in apoſtemate ſanguineo omnes concedunt phlebotomiam poteſt autem palpebra apoſtemari à quocunq; humore ſicut & oculus. Pro ſolutione huius dubij dicendum quòd aliqua eſt manifeſta differẽtia in cauſis huius paſsionis inter Auic. & Ieſum Hali ex parte una, & Raſim & pleroſq; alios ex parte altera. Volunt enim primi hanc paſsionem ſolum ex quatuor humoribus iam dictis prouenire. Alij præter hos quatuor humores frigidos arbitrantur ex cholera & ſanguine prouenire poſſe. Eſt ſecunda differentia quam Ieſus Hali exprimit, quòd ſecundum plurimum non prouenit hæc paſsio per uiam defluxus. Sed ophthalmia econtra ſecundum plurimum prouenit per uiam defluxus. Ex quo infertur ſecundum Ieſum Hali & Auic. qui ſequitur ipſum, ſcilicet neq; phlebot. neq; repercuſsionem competere, tum quia materia eſt frigida non bene curabilis per phlebot. tum quia non defluit ad oculum ſed congeritur. Phlebot. autem debetur cauſæ antecedenti non coniunctæ. Sed ſecundum alios authores ponentes ipſam prouenire ex humoribus calidis qui ſecundum plurimum defluunt ad oculum, & non congerũtur, dicendum eſt phlebot. & repercuſsionem competere, multo minus tamen competunt repercuſsiua ſuper loco q̃ in ophthalmia, ex eo quòd palpebra eſt membrum ignobile in cõparatione ad oculum, propterea uitandum eſt ne repercuſsiua applicita ſuper palpebra repercutiant materiam ad oculum & eo magis quia ſecundum plurimum huic paſsioni coniunctiua communiter præcipuè ſecũdum Ieſum Hali, ergo multo etiam magis debemus eſſe ſolliciti de coniunctiua quàm de palpebra, ſicut & in ſynanche, in qua ſimul materia eſt interius, & extra ſolum, interius applicamus repercuſsiua, exterius autem attractiua. Et fortè propter hanc cauſam dixit Ieſus Hali generaliter ſiue ſit factum hoc apoſtema per uiam defluxus ſiue per uiam paulatim factæ congeſtionis repercuſsionem non competere. Sed nunc ad medicinas locales ueniamus diſtinguentes modum curationis. Si hoc apoſtema fiat à cauſa primitiua ut contuſione, debemus in principio adminiſtrare albumen oui contuſum cum oleo roſ. & interius albumen oui cum aqua roſac. poſtea ſecunda die oleum roſaceum cum uitello oui ſi dolor affuerit. Si uerò non fuerit epithimabimus cum oleo roſaceo deſuper aſpergendo puluerem myrti, demum procedere ad reſolutionem ſanguinis contuſi, ſicut exigunt canones, interius autem ueniemus ad ſief album & tandem ad cætera competentia in ophthalmia ſecundum tempora ſua. Et ſi ibi fuerit atarfati ut plurimum eſt, curabimus curatione eius, ſicut ſuperius dictum eſt. Si autem apoſtema exterius tendat in uiam maturationis maturabimus & aperiemus, ut docemur in canonibus uniuerſalibus. Si autem proueniat à cauſa antecedente, ſcilicet ſanguine fluente ad palpebram in principio repercutiemus cũ medicamine Raſis cuius deſcriptio eſt in capitulo de ophthal. aut cum aqua roſ. oleo roſ. aceto, bolo armeno ſimul mixtis. Et ſi materia fuerit cholerica his poterimus addere aliquem ſuccum frigidum ſicut ſemperuiuæ aut ſolatri, quæ conſilio meo magis applicanda ſunt ſuper fronte & temporibus q̃ ſuper palpebris. Procedẽtibus autem temporibus reſolue aut matura, aut cum mixtis procede ſicut in phlegmone & eriſipelate & authores pręcipiunt cõmiſcendo medicamina huic membro magis propria. Si uerò materia fuerit uentoſa cum ſubitò fiat ſecundum plurimum manifeſtum eſt repercuſſiua non competere. Sed ſecundum Ieſum Hali nihil à principio faciendum eſt. ſ. in prima die, ſed in ſecunda ſi ęgritudo nõ eſt curata lauet facies & oculus cum aqua calida & dieta ſubtilietur. Si tamen oportuerit applica ſacculũ ex milio, et ſale, & cimino torrefactis. Sed Gerardus de Solo docet adminiſtrare farinã milij cũ aqua fœniculi. Si uerò materia fuerit phleg. aut aquoſa epithimandæ ſunt palpebræ ex aloe cum ſucco fœniculi. Et ſi fortius uis reſoluere applica ſief rub. leue diſtemperatum, cum aqua fœniculi aut pluuiali, aut aqua fabrorum, & chimolea cum pauco aceti, ſi uis magis reſoluere cum pauco lixiuij. Deſcriptio ſief rub. Raſis in ſuo antidotario. ℞. floris æris uſti, qui fit in minera æris ʒ. 3. colcothar uſti. ʒ. 2. æris uſti ʒ. 5. myrrhę, croci, an. ʒ. 1. piperis. ʒ. s. fiant ex eis collyria cum uino albo. Hoc enim eſt reſolutiuum efficax. Aliud ex inuentione noſtra ſatis domeſticum. Reci-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.73

pe aloes, myrrhæ, licij, acatię, ſief memithę, ciperi, croci orientalis, boli armeni, ana miſceantur cum aceto, & ſucco fœniculi, aut addatur parum lixiuij ſi uis magis reſoluere, & in materia multũ aquoſa, potes permiſcere cum aqua fabrorum & addere chimoleam. Si autem materia fuerit melancholica, mollifica primò, deinde reſolue, aut cũ mixtis procede ſicut cum mucilaginibus maluauiſci, fœnugræci, lini, & pinguedine gallinę, quibus, ſi uolueris magis reſoluere adde bdellium, aut ammoniacum in aceto diſſolutum. Et tu ex cura apoſtematum ſciroticorum collige medicamina huic diſpoſitioni conuenientia addendo aliqua propria ſecundum exigentiam particulæ patientis, &c. Tertium autem regimen ex ſæpe dictis poteſt eſſe manifeſtum, & textus clarus eſt.

DE INVERSIONE PILORVM palpebrarum. Cap. XXIX.

Si pilus fuerit unus aut duo, alijs palpebrarum pilis cum maſtiche, aut oleo ſeni ſunt annectendi, aut radicitus euellantur, & loca à quibus euulſi ſunt cum ferro acuto, aut acu adurantur. Si autem multi fuerint, neceſſe eſt cauo palpebræ incidatur. Loqui tamen de hoc, noſtri libri menſuram prætergreditur.

Pilus à pelle dicitur, quia ex pelle procedit. 11. ethimologiarum, capite primo, ſicut capillus dicitur capitis pilus. Pilus eſt diffinitiuè pars corporis inanimata, tenuis, rotunda, longa, dura, flexibilis, in poris cutis ſecũdum radicẽ fixa, ab exhalatione fumoſa terreſtri, uiſcoſa unctuoſitate participante, genita à calido adurente ad poros cutis eleuata, ſed à complexione cutis & aeris in pilum denſata ad decorem tutelamq́; corporis atq; ipſius ab huiuſmodi fumoſis exhalationibus mundificationem finaliter ordinata. Ex qua diffinitione elicere potes cauſas pilorum ſcilicet materialem, efficientem tam incitatiuam quàm completiuam, & cauſam materialem in qua & formalem atq; finalem. Pili autem palpebrarum quadrupliciter poſſunt male diſponi, aut paucificantur, quia tenues, aut curti, aut pauciores debito generantur, aut multiplicantur modis contrarijs, aut inuerſantur in oculum non ſeruantes debitum ſitum. Et hæc inuerſatio tamir uocatur, aut non debitè colorantur, ut quia producuntur albi, aut alterius coloris non naturalis, cum debeant eſſe nigri. Paucificantur autem propter defectum materiæ terreſtris unctuoſæ, aut defectu agẽtis, aut paucitate calidi, aut ex defectu cutis. Ex defectu quidẽ materiæ quia conſumitur, ſicut accidit in ægritudinibus exiccãtibus, ut phthiſi, hectica, & ſimilibus, aut quia materia pilorum in pediculos conuertitur, quæ ab illis poſtquam geniti ſunt etiam conſumitur, aut quia materia pilorum à præſentia alterius materiæ acutæ aut ſalſę conſumitur, ſicut in alopetia aut ex defectu caloris cum paucificatur, ſed hoc rariſſimè eſt cauſa defectus pilorum palpebrarum aliorum aut multotiens cum uideamus in omni ætate, in omni complexione pilos palpebrarum debitè generari. Defectus autem ex parte cutis eſt aut propter oppilationem pororum cutis & ſtricturam, aut nimiam dilatationem, ſiue ex tempore ſiue generatione cotractæ ſint, aliquando accidit propter ulcera, corroſiones manifeſtas, & puſtulas in palpebris exiſtentes ex quibus ſit pilorum caſus, ſicut & in cæteris membris. Et ex contrarijs cauſis tam efficienti quàm materiali, ex qua & in qua accidit pilorum multiplicatio. Inuerſantur autem pili in oculum, aut quia pori exitus pilorum ſunt obliquati uerſus oculum directi, aut ex generatione, aut ex tẽpore, aut quia palpebra ipſa eſt contracta & iam uerſus oculum curuata, aut quia radix unius pili naſcens in poro alterius ſub radice eius non potens exire directè propter impedimẽtum radicis alterius pili curuatur interius uerſus oculum. Male autem colorantur pili, aut propter ægritudines conſumẽtes, unde ex defectu humidi dealbantur ſicut ſegetes cum matureſcunt humido deficiente dealbantur, & hæc albedo incipit ab extremitate pilorum: dealbantur ſecundò pili propter præſentiam materiæ phlegmaticæ putrentis in radice eorum, ſicut accidit in canicie, aut propter præſentiam albaras aut morpheæ in cute pilorum, ſecundum cuius colorationem etiã pili colorantur, & hic color incipit à radice pilorum tendens paulatim ad eorũ extremitatem. Sed ad propoſitum redeũdo, cum quatuor ſint hæ diſpoſitiones pilorum ſolum una, ſcilicet inuerſatio dicitur ægritudo cum ſenſibiliter lædat operationes, et eſt plerũq; cauſa ophalmię & prauarum ægritudinum, eſt enim morbus in ſitu. alię autem diſpoſitiones non ſunt ægritudines, licet perſæpe pendeãt ab ægritudinib. aut cauſis præternaturalib. Et ex his liquent hæ diſpoſitiones & cauſæ earũ. Signa autem manifeſta ſunt cum ſenſui ſubiaceant.

Prognoſticum. Hæ diſpoſitiones curanť cum malæ diſpoſitiones pilorũ non niſi à forti agenti poſsint rectificari, ſuſtinent autem pili, & cutis pilorũ fortes medicinas ſui duritie & uiſcoſitate multum reſiſtentibus, &c. Cura paucificationis pilorum in duob. conſiſtit. Primò in remotione cauſæ pilos paucificantis. Secundo in contractione uel attractione materiæ pilorum generationi proportionatę. Si ergo cauſa paucitatis pilorũ fuerit humidi conſumptio & exiccatio cum humid. & reſiſtentib. curanda eſt. Si autem propter præſentiam pediculorũ ipſos remoue, & interfice & materiã generationis ipſorũ conſume, ut docet Auic. 3. tertij. tract. 3. cap. 1. Et Raſ. 2. contin. Si uerò fuerit præſentia materiæ acutæ & ſalſæ in origine pilorum cura curatione alopetię. Si uerò fuerit propter ulcera aut puſtulas in cute pilorũ conſumentes materiam generationis pilorum & poros oppilantes aut ipſos corrodentes cura curatione alſahaphati. Si uerò fuerit nimia ſtrictura aut dilatatio pororũ à generatione contracta nõ recipit curã. Hic aũt ſolummodo debemus inniti circa ſecundum. ſ. circa attractionem materię terreſtris unctuoſæ ſubijciẽdę pro generatione pilorũ. Ad quod faciẽdum quaſdam ſubiungam medicinas, hoc tamẽ præmiſſo ꝙ medicinæ facientes naſci pilos ſunt diuerſorum modorũ. Quædã enim agũt à ꝓprietate occulta, ut lapis lazuli & lapis armenus. Quædam à caliditate trahendo materias pilorũ uerſus poros, cõcurrente etiã quadam proprietate ſi-

cut ſpica

cut ſpica nardi, & celtica. Quædam faciunt hoc quadam ſtipticitate confortatiua partium membri unde calor uigoratur, ſicut laudanum, & cætera. Quędam faciunt hoc non generando pilos de nouo, ſed ipſos genitos cõſeruando, ſicut medicinæ ſtipticę & uiſcoſæ. Quędam faciunt hoc remouendo malitiam materierum corrodentium. Et iſtæ ſunt diuerſę ſecundum quod materiæ corruptę egent rectificatione, ſiue exiccatione, ſiue abſterſione aut reſolutione, aut corrigendo aliquod genus malitiæ complexionis. Et iſtæ ſub primo regimine continẽtur, quædam ad hoc iuuatiuę ſunt tenendo alias medicinas in loco, ſicut medicinæ uiſcoſæ ſui uiſcoſitate faciẽtes alias medicinas palpebræ adhærere ſicut mel. Et ſi inſtetur, quia medicinæ uiſcoſæ oppilant poros, ergo prohibent generationem pilorũ oppilando, negatur conſequentia nõ enim omne uiſcoſum eſt oppilatiuũ, ſicut mel, & ſi ſit aliqualiter oppilatiuũ, maior tamen eſt conferentia ex parte aliorum q̃ hoc paruum nocumentũ. Deſcriptio conueniens ad pilorum generationem. ℞. lapid. armen. lapid. lazuli. ana. cum melle incorporenť & applicentur. Secundum magis efficax, eſt ſtercus muris aduſtum aut non aduſtum cum melle confectum. Tertium magis iuuans in cauſa cal. ſcilicet, ubi eſt pruritus, rubedo & corroſio, eſt ut granatum cum ſua totalitate decoquatur in aceto donec diſſoluatur, & ſuper locum ponatur. Et hoc quidem magis confert prohibendo caſum pilorum, q̃ eorum nouam generationem procurando. Medicinæ autẽ prohibentes ortum pilorum poſtq̃ euulſi ſunt, multę ab authoribus recitatæ. Vna eſt ex rubigine ferri cum ſaliua diſtemperata uel limatura ferri cocta cum aceto, uel ferrum calcinatum, ſiue crocus ferri coctus cũ aceto. Secundũ eſt ſanguis ranæ propriè in cãnetis habitantis. Tertium eſt tinea canis ſeu lendines canis contuſæ & loco applicatę. Quartũ eſt cum frigidis ſtipticis & opiatis claudentibus poros, & calorem naturalem debilitantibus. Quintum eſt cum ſief de uitriolo ex inuentione Ieſu Hali conferente pilul. additis, ſilach ſcabiei ungulæ, ſebel. ℞. gũmi arabici, dragaganti, aloes, ſuccotrini, uiridis æris. arſenici rubei, colcothar, æris uſti trium piperũ, ſedenegi, amyli, rubeæ tinctorum, bataturæ, æris uſti, ana. ℥. 2. ſanguinis draconis, acatiæ, ana. ℥. 1. s. tutiæ, ſpicæ, licij, gallę uſtę, ana. ℥. 1. cadmiæ argenti, cæruſæ myrrhę, ana. ℥. 1. ſalis ammoniaci, ana. ℥. 4. diſſoluatur arſenicum cum aqua rutæ, & ſucco pomi citrini, alia bene puluerizata miſce & fiat ſief. Sed certè dicant omnes quicquid uelint, ego adhuc non inueni medicinam in hac re conferentẽ, ſicut nec Galenus ut teſtatur 10. de ſimplici medic. Nam cum plures expertus fuerit non inuenit aliquas in hac re conferentes, &c.

Cura autem inuerſionis pilorũ quinq; modis perficitur, de quib. tres tanguntur à Raſi in pręſenti cap.

Primus eſt inuiſcãdo pilos inuerſatos cum pilis naturalib. cũ maſtiche aut oleo ſeni, id eſt, de illa regione quod uiſcoſum eſt. Sed inter cętera, ut refert Auic. in hoc præſtantior eſt gumma piſciũ. Sed caue ne pili inuerſi ſuperẽt pilos rectos, & trahant ipſos in oculũ.

Secundus modus eſt per cauterium actuale factum in modum acus curuæ, debet ergo palpebra inuerſari, & ipſius extremitatem debemus capere inter duos ſtilos ex utraq; parte ligare, & pilos inuerſos cum moleta dentata extrahere. Deinde oculum tueri cum paſta, ut dicit Ieſus Hali, oculo ſuperpoſita, ſed melius fiet cum cotto in aqua roſata infuſo, oculo ſuperpoſito, & ita acum illam curuam ignitam in poros pilorum extractorum infigere ſemel, aut pluries & ſatis profundè, donec tota caro porri ſit combuſta, poſtea lacte applicito ſuper loco dolor mitigetur, & poſt mediam horam aut quartam ſtili ſoluantur, ut palpebra ad ſitum naturalem redeat, deinde cum prohibentibus ophthalmiam medicetur.

Tertius modus eſt poſitus à Raſi, ſcilicet inciſio, ſed hoc penes authores tripliciter poteſt fieri. Aliqui incidunt palpebram interius parum diſtanter ab origine pilorum, & ſecant ſatis profundè ad hoc, ut caro orta in ſciſſura propellat, & inuerſet palpebrã alterius, & hic modus eſt ſatis inanis, & carens ratione, alij autem ſcindunt cutim palpebræ exterius aliquã partẽ ipſius eleuando ad modũ unius alutę, & deinde cõſolidant unum labrum cum alio ueniendo aut ſutura, aut alio ingenio, ut palpebra poſt conſolidationẽ remaneat aliqualiter exterius inuerſata. Modus autẽ capiendi pellem aptior eſt, ut cum picicarolis eleuetur, & comprehendatur inter duos ſtilos ſubtiliſsimos ſecũdum eam quantitatem, quæ uidetur tibi neceſſaria ad hoc, ut palpebra remaneat aliqualiter inuerſa, adeò ut pili non ingrediãtur in oculum, deinde ſtili ſtringanť ex utroq; capite notabiliter, & pellis iſta intercepta, ſcilicet cum forfice ſuper ſtilis ſcindatur, deinde antq̃; ſtili remoueantur, figatur acus una uel plures immediatè ſub ſtilis utrũq; labrũ uulneris cõprehendendo, deinde ſtili remoueanť & fiat punctũ unum aut plura ſecundum neceſsitatẽ, quę remaneãt uſq; ad conſolidationẽ perfectã. Et ſi remanere non poſſent inuiſcetur unum labiũ cum alio cum medicinis ad hoc proprijs. Et hic modus eſt ex inuentione noſtra. Alij incidunt totaliter extremitatẽ palpebrę, in qua naſcunť pili inuerſata ipſa palpebra prius intercepta inter duos ſtilos, ut dictũ eſt ſuperius, ſed non pauca apparebit deformitas. Quartus modus non tactus à Raſi eſt cum ſuitione. Et eſt ut ligeť primò palpebra inter duos ſtilos ad modum iouectę circa mediũ ipſius, & cum acu perforetur prope pilũ inuerſum ab intra, ad extra ita ut pũcta acus ueniat exterius ex directo pili inuerſati in margine aliorũ pilorũ, & cum acus eſt fixa in palpebra nondũ ex toto penetrãs, figatur pilus inuerſus in foramẽ acus, & ſi non poteſt aliter infigi, capiať capillus duplicatus, & figať ita duplus in foramen acus, & cum illa duplicitate, quę ab authoribus uocať anſa capiatur pilus inuerſus, & trahatur donec pilus ingrediatur foramen acus, & poſtq̃; ingreſſus eſt trahatur acus exterius ſimul cum pilo inuerſo, & ibi permittať cõſolidari, ſed bonũ eſt ut inuiſcetur exterius cum uiſco aut alio glutino, ut non poſsit redire, & hic eſt modus omnium pulcherrimus. Et ſicut dixi de uno pilo ita fiat de reliquis ſi plures ſint. Sed caue ne per idem foramen multotiens acus reiteretur: eſt enim cauſa quòd foramen illud fiat latũ, unde pilus ſubtilis non remanebit laterib. adhærens, & ex hoc cõprehendere poſſumus in actu practico quòd quanto acus eſt ſubtilior tanto eſt aptior, dummodo hæ operationes cũ ea poſsint perfici. Vltimus modus recitatus ab authoribus, quem non approbo, eſt ut euellatur pilus, deinde cum prohibentibus eius generationem procedať,

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.74

Commentary on the Chapter Nine of the Book of Medicine Dedicated to Mansur [F-1-75] (75/266)

ſcilicet, cum medicinis ſupraſcriptis, quarum adhuc nullam inueni, cui uidere poſsim. Vltima diſpoſitio pilorum eſt eorũ nõ debita coloratio ad quam remouẽdam duplex eſt intẽtio. Vna remouere ægritudinẽ aut cauſas à quibus dependet illa mala coloratio, ſcilicet, cauſas caniciei, aut morphęam, aut albaras, ſi ab eis pendet quæ faciliora ſunt dictu quàm factu. Sed quomodo remoueantur require à Raſi 5. huius, et ab Auic. 7. quarti. Quòd ſi remouere non poſſunt reſtat ultima intentio, ſcilicet, coloratio illorum pilorum cum tincturis colorantibus ſecundum exigentiam pilorum naturalium ſuorum, ſed præſtantius eſt. ut ſint nigri quàm alterius coloris, licet in pleriſq; diſpoſitionibus reperiantur rubei, quas tincturas collige, ubi ſupra in locis allegatis, & ex iam dictis patet literæ expoſitio.

DE AQVA DESCENDENTE IN oculo. Cap. XXX.

QVandoq; aqua deſcens in oculo, imaginatio, phantaſia, apparitio, ſunt termini ſynonymi ſignificantes hanc diſpoſitionem, de qua diuerſi authores ſub his diuerſis nominibus determinant, licet ſtrictè uim uocabulorum conſyderanti appareat quòd hic terminus aqua deſcendens in oculu ſit inferior ad alios tres cum non omnis imaginatio ſit aqua deſcendens in oculo, ſed bene contra. Sed utamur hoc uocabulo largè ſicut utitur Raſis in præſenti capitulo. Hæc diſpoſitio diffinitiuè eſt uiſio corrupta oculorum qui ſentiuntur coràm uiſu, ac ſi ipſi ſint mixti in aẽre, & hic colorem accipimus largè, ex quo fortè infertur, quòd propriè loquendo hæc diſpoſitio non eſt ægritudo, ſed accidens ægritudinis loquendo de ea, quæ comparatur ad nocumentum. Eſt enim accidens oppilationis quę eſt morbus in uia cuius oppilatiõis cauſa eſt aliquod corpuſculum interpoſitum inter cryſtalliodem & res diſtinctè uiſas. Sed contra, hęc uiſio corrupta ſiue comparetur ad nocumentum, ſiue non, per ſe & immediatè lædit operationes alicuius uirtutum cerebri quia per ipſum & per ſe immediatè corrumpitur iudiciũ, quia iudicatur aliquod eſſe in medio coràm uiſu quod non eſt, ſiue iſtud iudicium attribuamus ſenſui communi ſiue cogitatiuę. Ad quod reſpondetur, quòd hæc uiſio corrupta comparata ad opilationem eſt accidẽs, ſed comparata ad iudicium quod corrumpit eſt morbus, aut cauſa ſaltem morbi. Si autem hæc uiſio corrupta ſit de his, quę non comparantur ad nocumentum, dicendum eſt quòd non eſt accidens morbi, neq; morbus, neq; cauſa morbi, quamuis actio ſit corrupta, ſed non corruptè læſa, & corrumpit iudicium, ſed non corruptè lædit. Sed contra, eodem modo & æqualiter & æquè intenſè corrumpitur iudicium, per uiſionem non corruptè læſam pendente ab acuitate ſenſus, ſicut per uiſionẽ corruptè læſam pendente ab oppilatione, ergo qua ratione hæc pendens ab oppilatione corruptè lædit iudiciũ, eadem ratione pendens ab acuitate uiſus etiam corruptè lædit iudicium. Pro ſolutione huius dicẽdum, ꝙ aliud eſt uiſionem eſſe corruptam, & aliud corruptè læſam. Ad uiſionem enim corruptã ſufficit quòd iudicetur aliquem colorem eſſe coràm oculis qui non ſit. Sed ad uiſionem corruptè lęſam requiritur pręter hoc ut ſit error circa ſenſibilia communia aut propria communiter occurentia, circa quæ cum debitis circumſtantijs non debet eſſe error. Primum accidit in homine acutiſsimi uiſus. Sed ſecundum accidit in his, qui habent uapores craſſos in oculis. Et ad formam argumenti cum dicitur, æqualiter & æquè intenſè corrumpitur iudicium per uiſionem non corruptè læſam pendentem ab acuitate ſenſus, negatur, ut patet ex fundamẽto iam dicto, imò non ualet hoc argumẽtum, uiſio Sor. reſpectu aliquorum obiectorum eſt corrupta, & uiſio Platonis ſibi ſani reſpectu nullius obiecti eſt corrupta, neq; alio modo læſa reſpectu obiectorum quę poteſt uidere, ergo melior eſt uiſio Platonis, quàm Sor. quia uiſio Platonis reſpectu illorum obiectorum eſt ablata reſpectu quorum uiſio Sor. eſt corrupta, quod eſt deterius, &c.

Species imagnationum ſunt duplices. Quædam non comparatæ ad nocumentum quæ non fiunt niſi in oculis acutiſsimi uiſus. Quædam comparatæ ad nocumentum, quæ fiunt in oculis mediocris aut obtuſi uiſus. Pro cuius intellectu eſt ſciendum quòd omnium imaginationum cauſa immediata eſt obiectum aliquod non paruum, aut ſaltem non paruum ea paruitate, quæ eſt medium inter res diſtinctè uiſas, & cryſtalloidem poſito quòd obiectum aliqualiter uidetur, ſed non diſtinctè comprehenditur. Si ergo hoc obiectum ſit minimũ ſiue in oculo ſit, ſiue in medio extrinſeco non uidetur niſi à uiſu acutiſsimo, licet non diſtinctè comprehendatur, & hoc eſt duplex, uel dupliciter ſituatur. Aliquando eſt in medio extrinſeco corã pupilla ſicut ſunt atomi, à quibus aer quantumcunq; purus non denudatur, nec etiam aqua nec alia media denudantur. Et aliquando ſituantur in oculo, & ſunt quidam fumi ſiue uapores minimi ab oculis reſoluti, à quocunq; enim membro ferè ſemper aliquid reſoluitur. Et hi fumi uidentur in uiſu acutiſsimo ſicut & atomi, de quibus ſermo præceſsit. Et hæ imaginationes prouenientes ex tanta acuitate uiſus non comparantur ad nocumẽtum, cum non ſint morbus neq; alia res præter naturam, nec ipſe oculus eſt læſus in complexione, compoſitione, unitate, nec in aliquibus particulis ipſum integrãtibus, nec etiam per communitatem. Et ſimile huic quod dictum eſt de uiſu accidit in ſenſu auditus, & eſt apud Raſim ſecundo continentis, & Ieſum Hali. tractatu tertio, capite primo. Fit enim aliquando tinnitus & ſibilus quod eſt actio corrupta, non comparata ad nocumẽtum propter actuitatẽ auditus audientis, minimum ſonitum exiſtentem in organo auditus propter uaporem minimum in eo motum, à quo organũ auditus non denudatur. Aliquando audienti ſonitum minimũ in aere, aut in alio medio extrinſeco, à quo aer quantumcunq; quieſcens non denudatur. Aliquando ſit propter craſſam uentoſitatem in organo auditus exiſtentem, & hæc ad nocumentum comparatur. Imaginationes autem comparatæ ad nocumentum fiunt ab obiecto exiſtente in ipſo oculo comprehenſo à uiſu mediocri uel obtuſo, ſiue ſit uapor craſſus, ſiue ſit ueſtigium alterius generis: eſt enim cauſans aliqualem oppilationẽ & hoc obiectũ licet comprehendatur aliquo modo: non tamen diſtinctè comprehenditur. Et hæ imaginationes ſunt duplices. Quædam ſunt propter nocumentum tunicarum,

ſcilicet

ſcilicet corneæ, aut telæ araneæ, propter aliquod ueſtigium in aliqua ipſarum derelictum, aut ex ægritudine, aut ex aliqua cauſa præternaturali, quæ quãuis ſit in cornea, non tamen uidetur ab homine in oculo aſpicienti, licet comprehendaſ ab ægro, cuius rei cauſa eſt, quia nõ uidetur ab oculo aſpiciente propter ſuã paruitatem, ſed comprehenditur ab ęgro ex eo quòd impedit debitum tranſitum ſpecierum uiſibium, minimum enim exiſtens in pupilla, quod à nullo oculo aſpiciente acutiſſimi uiſus uideri poteſt, poteſt multũ impedire trãſitum ſpecierum uiſibilium: nam ad hoc quòd res & ſi ſit maxima ſicut cœlũ uideatur, oportet formam eius recipi in pupillam, & tandem in cryſtalloidem, minimum ergo impedimentum exiſtens in pupilla aut in cryſtalloide poteſt impedire uiſionẽ magnæ partis cœli. Aliquando hoc nocumentũ eſt in humoribus, ſcilicet, albugine aut cryſtalloide: frequentius tamẽ in albugineo, cum omnẽ impreſſionẽ ſui ſubtilitate facilius ſuſcipiat. Et hoc erit dupliciter. Aut propter rem aduenientẽ ipſis humorib. ſiue ſub forma uaporis, ſiue ſub forma humoris qui uapor liue humor mixtus cũ albugineo et cryſtalloide reddit ipſos non peruios aut non peruios ea peruietate, qua debẽt eſſe, & qua ſunt cęteræ partes eorũ. Vnde ſi aliqua pars ipſorum fiat imperuia, & oppilet totum foramen pupillæ, tunc eſt cæcitas, ſicut quando cataracta perficitur. Si nõ oppilet partem: tunc ſi eſt in medio, res non uidetur, niſi ſecundum latera et non ſecũdum medium. Si autẽ ſint in aliquo latere res non uidentur ſecundum illud latus, imò apparẽt diminutæ. Si autem illa pars ſit peruia, ſed non peruietate conſimili primæ, tunc apparent diuerſę imaginationes ſecundum ipſius diuerſitatem. Si enim tẽdat in citrinũ, apparent imaginationes citrinę & obiecta omnia citrina. Si autem ad rubeũ declinet, apparent rubea, & ſic de alijs coloribus. Et hæc quæ ueniunt ad oculum ſunt ſimplicia, aut uapor aut humor. Si uapor tunc prouenit à toto ſicut in febribus & criſibus, aut à ſtomacho, aut à cerebro per uenas, & arterias & neruos, aut ipſe uapor ab ipſo oculo reſoluitur, & coràm cryſtalloide ſituaſ. Si uerò ſub forma humoris hoc maximè eſt à cerebro, ſicut in rheumatiſmis per uias neruorum, uenarum, & arteriarum. Aliquando uerò hi humores alterantur & efficiuntur non bene peruij, nõ propter rem aduenientem, ſed quia mutantur in ſubſtantia ſua, aut propter caliditatem ſubtiliantem aliquam partem ipſorum, et conuertentem ad naturam aẽris, unde illa pars apparet alba ſiue lactea: aẽr enim commixtus humido aqueo facit colorem album faciendo ſpumã, tertio & quinto de generatiõe animalium, & 21. particula problematũ, problemate primo. Aliquando mutantur à frigiditate congelante & incraſſante, unde ſit color albus aliquãdo ab humiditate tenebrante, aliquando à ſiccitate incraſſante, uel inſpiſſante.

Diuerſificantur enim ſpecies imaginationum multipliciter. Aliquando ſecũdùm colorem, ut quia apparent citrinæ ipſis pendentib. à fumis cholericis, aut à ueſtigijs citrinis peruijs. Aliquando apparent albæ ipſis pendentibus à uaporibus phlegmaticis, aut ueſtigijs albis peruijs, ita aliquando apparent rubæ aut nigræ ex ſimilib. cauſis. Sed hic nota quòd ſi ueſtigiũ ſit non peruium cuiuſcunq; coloris ſit, ſemper imaginatio apparebit nigra, cuius cauſa in ſequentibu[s] aſſignabitur. Aliquando diſtinguuntur imaginationes ratione quantitatis, quia quædam magnæ, quædam paruæ ſecundum quantitatem uaporis aut ueſtigij ſituati inter cryſtalloidem & res uiſas. Aliquando diſtinguuntur ratione craſſitiei, aut ſubtilitatis ratione uaporis, aut ueſtigij craſſi, aut ſubtilis. Aliquãdo diſtinguuntur ſecundum figuram, quia quædam apparent cimicales, quædam muſcales, quædã capillares, & ſic de ſingulis, ſecundum uarias figuras rei ſituatæ inter cryſtalloidem & res uiſas. Aliquando apparẽt ſurſum moueri, aut deorſum, aut lateraliter ſecundũ uaporum uarium motum.

Ad euidentiam eorum quæ dicta ſunt, cadunt hic duo dubia. Primũ. Vtrum res nõ peruia ſituata poſt cryſtalloidem uerſus cerebrum, poſſit eſſe cauſa imaginationum. Et arguitur quòd ſic, uapores eleuati in febribus aut criſibus ſunt cauſa imaginationum cum perueniunt ad cerebrũ: cauſant enim aliquando phreneſim nõ ueram, ergo quęſtio uera pro parte affirmatiua. Secundò, hi uapores eleuati, uel exiſtentes in parte anteriori cerebri mouẽtes ſpiritus motu inordinato ſunt cauſa uertiginis aut ſcotomiæ, & per conſequens imaginationum: imaginantur enim homines corpus ſuum moueri, aut res aliquas circa corpus ſuũ moueri, et eo magis quia ſcotomia interprętatur obtenebratio uiſus. Tertiò res non peruia exiſtens in humore uitreo, poteſt uideri per cryſtalloidẽ ſicut & res exiſtens in albugineo, ergo cum malè uideatur poterit eſſe cauſa uiſionis corruptæ, & per cõſequens imaginationum, &c. Aſſumptum probaſ, quia ſunt omnia neceſſaria ad uiſionẽ, ſcilicet, obiectum medium cryſtallois uidens lumẽ tam extrinſecum quàm ipſius cryſtalloidis. Quartò ſpecies reſeruata in memoratiua, aut in aliqua uirtutum cerebri poteſt peruenire ab ultimo uentriculo ad medium, à medio ad primum, à primo ad cryſtalloidem, & ſic poterit uidere per cryſtalloidem, ergo à fortiori aliquod corpus nõ peruium exiſtens in cryſtalloide, uel poſt cryſtalloidem poterit uideri, & ſi malè uidebitur erit cauſa uiſionis corruptæ & imaginationum, aſſumptum eſt Auer. 3. colliget. in cap. de accidentibus ſenſus, uiſus, & in lib. de ſenſu & ſenſato. Et confirmatur, quia illa ſpecies perueniens à cerebro ad oculum obuians uaporibus exiſtentibus, in uitreo inficietur ſecũdum naturam illorum uaporum, ergo perueniens ad cryſtalloidẽ, ſic infecta erit cauſa imaginationũ ſicut ſpecies exteriorũ obiectorũ peruenictes ad cryſtalloidẽ, inficiuntur ſecũdum colorem uaporum aut humiditatis extraneæ exiſtẽtis in albugineo, et ſunt cauſa imaginationum, ut referũt omnes. In oppoſitum autem eſt Auer. dictum quòd cauſa imaginationum eſt res non peruia inter cryſtalloidem & obiecta exteriora, non autem poſt cryſtalloidem. Pro ſolutione huius quæſtionis præmittendum imaginationes eſſe duorum modorum, quædam enim pertinent uirtutibus cerebri, ſcilicet, ſenſui communi, imaginatiuæ, quæ apparẽt tam in luce, quàm in tenebris, tã homine uidente, quàm nõ uidente, & de iſtis nõ eſt quæſtio noſtra ſed queſtio noſtra eſt de imaginatiõibus quæ appropriaſ uiſui, & nõ fiunt niſi homine uidẽte. Et circa hunc modũ eſt duplex reſpõſio. Illi enim qui tenẽt uiſionẽ fieri in cryſtalloide quæ eſt cõmunis opinio,

m

dicũt quòd res nõ peruia poſt cryſtalloidẽ nõ eſt cauſa imaginationum, tum quia nõ eſt medium inter res uiſas & cryſtalloidem. Sed reſpondendum eſt ad duo argumenta, ſcilicet ad tertium & quartum facta ante oppoſitum quæſtionis. Vnum probat, quòd hęc res nõ peruia uidetur à cryſtallino, quia ſunt quatuor requiſita ad uiſionem, ſcilicet obiectũ, quod eſt ipſa res non peruia, medium diaphanum, ſcilicet, ipſe humor uitreus, cryſtallois uidens, & lumens ſufficiens. Dicitur quòd non eſt medium ſufficiẽs. Et ſi arguiẽ quòd eſt medium diaphanum ſicut & albugineus. Dicitur quòd nec uitreus, nec albugineus ſunt ſoli mediũ ſufficiens ad uiſionem colorum niſi concurrat medium extrinſecum, de hoc tamen clarius in ſequẽti quęſtione. Ad aliud argumentum cum dicitur ſpecies tranſiens à cerebro ad cryſtalloidem obuians uaporibus exiſtentibus in uitreo inficietur ſecundum naturam uaporum quibus obuiabit, ergo ſic infecta uiſa à cryſtalloide erit cauſa imaginationum rubearum aut citrinarum, &c. ſecundum naturam rei inficientis.

Ad hoc dicitur quòd hæc eſt ſpecies multum immaterialis & multo magis denudata à cõditionibus materialibus, quàm ſint ſpecies uenientes ab obiectis exterioribus cum obuiant uaporibus exiſtentibus in albugineo, & etiã hæc ſpecies poteſt eſſe cauſa uiſionis, quia multũ eſt immaterialis abſq; hoc quòd tranſeat per medium extrinſecum, & hoc tenẽdo opinionem Auerrois. Sed ſecundum opinionem tenẽtem uiſionem fieri in cruciatione neruorum opticorum eſt duplex reſponſio, ſcilicet, una quę magis placuit Gentili qui dicit quòd hæc res non peruia poſt cryſtalloidẽ non eſt cauſa imaginationũ ex eo quòd ipſa non poteſt uideri, nec aliquo modo comprehẽdi per uiſum, cum cuiuslibet quod debeat aliquo modo uideri ſiue bene, ſiue malè, oporteat ſpecies plus depurari & modificari in cryſtalloide, et etiã quia hęc res non eſt medium inter cruciationem neruorum, & obiecta exteriora ex eo, quòd uiſio poſt cryſtalloidem non fit ſecundum rectitudinem linearum, nec ſecundum formã pyramidis, ſed fit quia ſpecies uiſibiles in cryſtalloide iam depuratæ ſuſcipiuntur in ſpiritibus, & deferuntur ad cruciationem neruorum in qua fit uiſio.

Alia reſpõſio quæ mihi magis placet eſt, quòd res nõ peruia poſt cryſtalloidem poteſt eſſe cauſa imaginationum, quia ſpecies obiectorum uiſibilium trãſeuntes per hanc rem non peruiam poſſunt infici ſecundũ naturam huius rei, quamuis hęc res per proprias ſpecies non poſſit uideri, ut oſtendetur in ſequenti quæſtione, & quamuis etiam poſt cryſtalloidem non fiat uiſio ſecundum rectitudinem linearum, quia ſpiritus deferẽtes ſpeciem ſimul cum ſpecie poterunt infici ab hac re non peruia, & ſic erit cauſa imaginationum.

Et ex his iam apertè liquet, quid ſit in hac tota quæſtione tenendum, & quomodo ad argumenta facta in principio quæſtionis ſit reſpondendum. Sed tenẽtes uiſionem fieri in neruis opticis, malè poterunt ſaluare uiſionẽ fieri in inſtanti, ſcilicet, cũ ſpiritus nõ moueaẽ in inſtãti à cryſtalloide ad cruciationẽ neruorũ.

Secundum dubiũ. Vtrum res non peruia exiſtens in oculo poſſit uideri. Et arguitur quòd non. primò uiſibile poſitum ſupra oculũ non poteſt uideri, ergo à fortiori poſitum in oculo non poterit uideri, conſequentia tenet & aſſumptũ eſt philoſophi & commentatoris ſecundo de anima. Secundò ad uiſionẽ requiritur medium extrinſecum, ut uult Auer. 2. de anima cõment. 77. ergo res exiſtẽs in oculo cũ non multiplicet ſpecies ſuas per medium extrinſecum non poterit uideri. In oppoſitum arguitur, quia uapores in oculo exiſtentes uidenẽ cum de ipſis per uiſum faciamus iudicium, ut quòd ſint citrini uel rubei, &c. Præterea ſpecies uenientes à cerebro ad oculũ ſunt cauſa uiſionis, ut fuit dictum in præcedenti quæſtione ex intentione Auer. Et certum eſt quòd non multiplicantur per medium extrinſecum, ergo multo magis res exiſtens in oculo per proprias ſpecies uideri poterit. Prę terea lumen poſitũ ſuper oculo & in oculo uideri poterit, ut docet experientia. Imò experimur in nobis ipſis quòd ſi comprimamus oculũ in lachrymali domeſtico uerſus partem ſylueſtrem, ſiue teneamus oculum clauſum ſiue apertum uidemus aliquod lumen.

In hac quæſtione dicunt aliqui quòd res non peruia in oculo exiſtens uidetur, ſed malè, ſcilicet, diminutè aut corruptè, ſicut tangibile poſitum ſupra neruũ ſentitur, ſed diminutè aut corruptè, & cauſam aſſignant, quia ſunt ipſi, quatuor ad uiſum neceſſaria, ſcilicet obiectum, lumen medium, intrinſecum, & cryſtallois uidens. Contra ſequiẽ primò quòd res non peruia exiſtens immediatè ſupra cryſtalloidem non poſſet uideri, nec aliquo modo comprehendi, cum non multiplicet ſpecies ſuas per aliquod medium, & ſic non poterit eſſe cauſa imaginationum, quod eſt contra Ieſum Hali, tractatu tertio, cap. de accidentibus cryſtalloidis. Secundò ſequitur quòd uuea ſemper deberet uideri. Conſequens contra experientiam, ſemper enim uideremus aliquod nigrum uel cœleſtinũ. Tertiò ſi uapor exiſtens in oculo, aut aliud ueſtigium poſſet uideri ab oculo in quo eſt, etiam poſſet uideri ab oculo extrinſeco aſpicienti, conſequens eſt falſum, nemo enim uidet uapores oculi ægri. Fortè dicitur quòd non eſt ſimilitudo, tum quia uapor exiſtens in oculo eſt multum propinquus cryſtalloidi, & magis diſtans à cryſtalloide oculi aſpicientis, tum quia iſte uapor eſt in medio aqueo in quo ſpecies multiplicatę apparent maiores, ſicut experimur de oculo uidenti obiectum in aqua. Contra primũ quia aliquando imaginationes pendentes à uapore apparent ſub forma cimicis, aliquãdo maiores, ergo licet ſit minor diſtantia inter uaporem & cryſtalloidem oculi ægri quàm inter illum & oculum aſpicientem, tamen adhuc poterit apparere oculo aſpicienti, ſed ſub quantitate minore, ut uerbi gratia, ſub forma pulicis, nec obſtat ſecunda ratio, quia ſpecies tranſiens de medio dẽſiori in rarius, diuertitur à perpendiculari, & propterea ſi obiectum ſit in aqua & oculus uidens ſit in aẽre, obiectum apparet maius quàm ſi ambo ſint in aqua aut in aẽre, uapor itaq; exiſtens in oculo deberet apparere maior oculo aſpicienti quàm oculo in quo eſt.

Quartò principaliter ſi res exiſtens in oculo uidetur ſemper debere apparere in eadem diſtantia, cum ipſa res uiſa non moueatur, ut pono, neq; cryſtallois, nec medium mutetur, nec lumen, ſed conſequens eſt falſum, quia ſi oculus habens imaginationes aſpiciat in aẽrem apparet ipſi quòd imaginationes ſunt in aẽre, ſi in parietem quòd ſint in pariete.

Quintò principaliter ſi res exiſtens in oculo uidereẽ per ſpeciem propriã, ſequereẽ quòd ueſtigium album exiſtens in cornea deberet apparere album, ſed conſequẽs eſt falſum, quia quãto eſt albius, tanto oculo in quo eſt apparet nigrius, ut docet experiẽtia. Certè iſtæ rationes ſunt efficaces, & de neceſſitate concludunt rem exiſtentẽ in oculo propriè uideri non poſſe ab oculo in quo ſunt. Cum ergo aliquo modo cõprehendantur ab oculo in quo ſunt, ut docet experiẽtia, quia ſi uapores ſint citrini apparent imaginationes citrinæ, & ſi rubei rubeæ, oportet ut ſubiungamus modum ſecundum quem res exiſtens in oculo cõprehendiẽ. Dico ergo quòd res exiſtens in oculo aut eſt peruia, aut nõ peruia. Si peruia aut peruietate ſimili peruietati oculi, & tunc nõ uideẽ, neq; eſt cauſa imaginationum &c. Si autem ſit peruia peruietate non ſimili peruietati oculi, tũc uideẽ. Et eſt cauſa imaginationũ, ſed nõ uideẽ per ſpecies proprias, ſed per ſpecies obiectorum extrinſecorum, quæ ſpecies delatæ ad cryſtalloidem tranſeuntes per hanc rem taliter peruiã inficiuntur ſecundum naturã huius rei, & ſic obiecta apparent citrina aut rubea &c. ſecundũ colorẽ huius rei in quocũq; loco fuerit hæc res, ſiue immediatè ſuper cryſtalloidẽ, aut tela aranea, aut albugineo, aut cornea.

Et ſimile huius accidit ſicut experimur in radijs ſolaribus trãſeuntibus per uitrum, quia apparent colorati ſecundum colorem uitri. Si autem hæc res ſit non peruia, tunc nullo modo uidetur nec per ſe nec per accidens, ſed bene comprehenditur per potentiam ſuperiorẽ, ut ſenſum cõmunem aut cogitatiuã eo quòd obiecta extrinſeca apparent nigra, aut obſcura, aut perforata, aut diminuta ſecundum illam partẽ à qua ſpecies ad partẽ oculi non peruiã multiplicanẽ. Quibus ſic uiſis nunc reſtat ut reſpondeamus ad rationes adductas poſt oppoſitum quæſtionis. Duæ enim rationes ante oppoſitum nihil aliud probant niſi quòd uiſibile poſitum in oculo, aut ſuper oculo non poteſt uideri niſi in lumine propter ſuã materialitatẽ, & hoc per ſpecies proprias, cũ quo tamen ſtat quòd per ſpecies obiectorum exteriorũ color exiſtens in oculo uideri poſſet. Ad primum poſt oppoſitũ cum dicitur, quòd per uiſum iudicamus uapores citrinos aut rub. &c. Iam apparet qualiter ſit reſpondendum. Ad tertium & ſecundũ uolo poſtponere reſponſionem in fine quæſtionis. Tamen cum diciẽ quòd lumen poſitũ ſuper oculo, aut in oculo poteſt uideri, concediẽ, negatur tamẽ cõſequentia cum inferẽ, ergo etiã res nõ peruia poſita in oculo aut ſuper oculo etiã poterit uideri ex eo quòd lumẽ eſt multum immateriale, nec ad hoc ut uideaẽ exigit mediũ extrinſecum, ſed color eſt multũ materialis, nec aliquo modo uideri poteſt per ſpeciem propriam niſi ſpecies ſua delata ſit per medium extrinſecũ, ut de materiali ad immateriale reducatur, & quia tactum eſt in illo argumẽto quòd nobis comprimẽtib. oculum in lachrymali domeſtico apparet aliquod lumẽ, oportet ut huiuſmodi apparitiõis cauſam uideamus. Dico ergo quòd hoc lumen quod uidetur in cõpreſſione oculi facta in lachrymali domeſtico & non in alijs partib. oculi, eſt lumen cryſtalloidis reflexũ ab uuea ad ipſam cryſtalloidem, quod lumẽ ideo apparet in forma circuli, quia fit reflexio ab ipſa uuea perforata, & non fit reflexio in parte in qua ipſa eſt perforata. Et ſi quis argueret contra, quia ſemper iſtud lumen deberet apparere quia ſemper cryſtallois multiplicãt lumen ſuum ad uueam, & ſemper flectitur ab uuea. Diciẽ quòd licet ſemper multiplicet lumẽ, tamẽ ipſa cryſtalloide mota per compreſſionẽ fortius ipſum multiplicat, aut quia moueaẽ, aut quia mota magis appropinquat ipſi, ſcilicet uueę, unde facilior ſit reflexio ſicut experimur quòd nobis mouẽtib. enſem lucidum, apparet magis ſui luminis multiplicatio, & etiã maior ſui luminis reflexio. Ita etiam hoc apparet lumine ſolis cadẽte ſuper aqua quę aqua quanto magis agitatur tanto lumen magis multiplicatur, & tanto magis à parietib. circunſtãtib. reflectitur. Et ſi quis diceret etiã ex cõpreſſione aliarum partium oculi, et non ſolum à lachrymali domeſtico deberet apparere hoc lumen cũ ſimiliter moueatur ipſa cryſtallois. Dicitur quòd non tantũ moueretur ſicut ſi fiat compreſſio in lachrymali domeſtico, et etiam ſi moueatur ipſa cryſtallois per compreſſionem in alijs partib. tñ nõ moueẽ uerſus uueã, ſicut ex cõpreſſione in lachrymali domeſtico. Ad quartũ cum diciẽ tãgibile poſitũ ſupra ſenſum ſiue ſupra organũ tactus aut in organo tactus ſentiẽ, ergo poſitũ ſupra oculũ aut in oculo debet uideri, tenet conſequentia à ſimili, & aſſumptum eſt manifeſtũ ad experientiã. Reſpondeẽ quòd nõ eſt ſimile, quia uiſus eſt potentia magis immaterialis q̃ tactus, propterea exigiẽ ad hoc ut color uideaẽ etiã ut multiplicet ſpecies ſuas per mediũ extrinſecum ut de materiali ad minus materiale reducatur, nõ ſic eſt de tangibili, quia tactus eſt potentia multum materialis, & propterea non exigitur mediũ extrinſecum, ſed ſufficit intrinſecum. Et propterea dicũt aliqui, quòd ſi tangibile ſit poſitum ſupra ſenſum ſiue ſupra neruum, neruus non ſentit ſecundum partẽ immediatam ipſi tangibili, ſed ſecundũ partem ſequẽtem, & ipſa pars immediata tãgibili gerit uicem medij. Ad ſecundum cum dicitur ex 3. collig. de accidentib. ſenſus uiſus quòd ſpecies delatę à memoratiua ab aliqua uirtute intrinſeca cerebri ad ſenſum communem, & à ſenſu cõmuni ad uiſum uel auditum eſt cauſa uiſiois & auditionis &c. ergo à fortiori ſpecies multiplicata ab obiecto exiſtente in oculo erit cauſa uiſionis, negaretur conſequentia apud uolentem ſequi Auer. ex eo quòd ſpecies perueniẽs à cerebro ad oculũ eſt multum immaterialis non indigens medio extrinſeco ad hoc ſcilicet ut ad immateriale reducatur. Sed ſpecies rei exiſtẽtis in oculo eſt multum materialis indigens medio extrinſeco ad hoc ut ad immateriale reducatur, & ſit conueniens obiectũ ſenſus uiſus. Et ſic ſecundum Auer. haberemus concedere homines uidere & audire, & exercere omnes operationes ſenſus in ſomno ſicut in uigilijs. Sed cõtra ſequitur quòd ſine lumine contingit uidere, conſequens falſum contra philoſophos et perſpectiuos, cõſequentia probatur, quia ſpecies patris tui iam defuncti in memoratiua, aut in uirtute phantaſtica reſeruata, aut ab aliqua potentia cerebri cognitiua comprehenſa poteſt deferri ad cryſtalloidem. Et ſimiliter ſpecies uocis eius deferri ad organum auditus, & ſic fiet uiſio eius, & auditus uocis eius tam in ſomno q̃ in uigilia, tam in luce q̃ in tenebris. Sequiẽ ſecundò quòd non ens propriè & uerè uidetur & auditur, quia ſpecies & ſimulachrũ coloris & figuræ patris tui exiſtens in cryſtalloide repręſentans patrem tuum eſt cauſa ſufficiens ad ueram uiſionem. Similiter ſpecies uocis eius comprehenſa per auditum eſt cauſa ſufficiẽs ad ueram auditionem

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.76

æquè bene ſicut ſi uox patris tui aut color eius exiſtẽtis corã te multiplicaretur per medium ad organũ uiſus & auditus. Tertiò ſequitur quòd color nõ eſt obiectum uiſus, nec ſonus, auditus, conſequens falſum contra omnem ſcolam philoſophorũ. Et conſequentia probaſ, quia nihil eſt color, nec obiectum uiſus, nec ſonus, nec obiectum auditus niſi illud ſit, ſed hic color patris tui, & hæc uox eius non eſt, nec poteſt eſſe, ergo ſequitur quòd color non eſt obiectum uiſus, nec uox auditus.

In oppoſitum eſt Auer. cuius hic eſt textus. Sed ſit modo cõtrario, quia motus incipit in uirtute imaginatiua propter formam receptã deforis in uigilia aliquo tẽpore & illa eſt remota, & propterea mouet primò ſenſum communem, & communis particulares ſenſus, tunc ſentiunſ res quaſi eſſent extra, et ſicut hoc fit in ſomno eodem modo fit in uigilia propter multam ſollicitudinem circa aliquam rem. Et per hoc cõfirmantur uirtutes animæ, aut propter aliquam ęgritudinẽ fixam in corpore, aut propter timorẽ, aut triſtitiam, quia reſoluitur quidam uapor & aſcendit cerebrũ, & in ipſo imprimiſ forma rei cogitatæ, & aſcẽdendo ſuperius mouet ſpiritum animalem, et deducitur iſte motus uſq; ad uirtutẽ imaginatiuã, & mediãte ipſa mouetur ſenſus communis, & ille mouet particularem ſenſum, & ſentitur res ac ſi eſſet extra, & uulgus credit quòd hoc fiat ab angelis aut dæmonibus. Et huius demonſtrationes declaratæ ſunt ibi, & hæc quidem ſunt accidentia quæ ſuperueniunt omnibus ſenſibus. Et fortè hæc eſt cauſa quòd pleriq; homines ſe dicũt in uigilia uidiſſe & audiuiſſe mortuos loquẽtes, et referunt uerba audita. Et referunt aliquando ſe uidiſſe dæmões. Tu in hac materia tenẽ quod uis pro nulla parte ſunt demõſtrationes. Ego tamen pro parte mea uolo credere Auer. Sed reſpondeamus ad rationes adductas in cõtrarium. Ad primum cum infertur quòd ſine lumine contingit uideri, conceditur de lumine extrinſeco, ſed nõ de intrinſeco ipſius cryſtalloidis & ſpirituũ uiſibiliũ. Et ſi quis diceret quòd ſi quis eſſet cæcus aut priuatus auditu poſſet ne uidere aut audire per huiuſmodi ſpecies delatas à cerebro ad organa iſtarum potentiarum. Dicitur quòd non, ad quãcunq; enim ſenſationẽ requiritur potentia ſentiens. Ad ſecundum cum infertur quòd nõ ens uideſ & auditur, uerè conceditur quòd æquè bene auditur & uideſ, ſicut ſi obiectũ eſſet in præſentia, imò quod plus eſt nõ ens, nec potẽs eſſe, nec quod unq; fuit, nec quod unq; erit propriè uideſ & auditur, nam quodcunq; poteſt per uirtutem imaginatiuam imaginari, poteſt etiã uideri & audiri ſpecieb. illis delatis ab imaginatiua ad hos ſenſus exteriores, & per ipſos cõprehenſis, per quos repræſentatur forma & ſimilitudo, ac ſi obiecta eſſent in præſentia, quãuis accidat error & decipiatur homo credens has res uiſas & auditas eſſe corãm ipſo cum nõ ſint &c. Ad tertium negatur conſequẽtia, ſed bene uerum eſt quòd color qui non eſt nec poteſt eſſe, & ſimiliter ſonus qui non eſt &c. ſunt obiecta uiſus & auditus, nec ualet hoc argumentum, hoc uidetur aut eſt obiectum uiſus, ergo hoc eſt, ſicut non ſequitur, hoc imaginatur, ergo hoc eſt. Et ſi inſtetur quòd arguitur à tertio adiacente ad ſecundũ, qui ſecundum logicos eſt optimus modus arguendi &c. Dicitur quòd non arguitur illo modo, ſed debet argui, hoc eſt obiectum uiſus, ergo hoc poteſt obijci uiſui. Sicut non ſequitur, hoc eſt obiectum uirtutis imaginatiuæ, ergo hoc eſt, quia eſſe obiectum alicuius potentiæ non eſt niſi comprehẽdi per ipſam. Sed non ſequitur, hoc comprehenditur per aliquam potentiã, ergo hoc eſt. Aliter dicitur quòd à tertio adiacẽte ad ſecundũ non tenet uniuerſaliter argumentum cũ terminis ampliatiuis. Sed fortè quis inſtabit. Quia hæc uiſio de qua ſermo pręceſſit eſt corrupta, quia per ipſam iudicatur obiectũ eſſe in præſentia quod non eſt, ergo non eſt uera & perfecta. Secundò, quia hæc eſt differentia inter ſenſus exteriores & interiores, quia exteriores cõplent operationes ſuas in præſentia obiecti, interiores uerò tam in præſentia quàm in abſentia, ut eſt de intẽtione Ariſtotel. 2. de anima. Ad hoc reſpõdetur quòd iſta uiſio in ſe nõ eſt corrupta, quia per ſpecies ad uirtutem uiſiuam à cerebro delatas optimè comprehenditur forma, & ſimulachrum rei per ſpecies illas repræſentatę. Sed pro tanto dicitur quòd eſt corrupta, quia eſt cauſa quòd imaginatio corrũpatur iudicando aliquid eſſe in præſentia quod non eſt, nec ſequitur, hæc uiſio eſt corrupta hoc modo, ergo non eſt uera & perfecta, ſicut uiſio fumi per uiſum acutiſſimum eſt uiſio corrupta, & tamen uera. Ad ſecundum dicitur, quod uerum eſt quòd ordine recto ſenſus exteriores ſentiunt in præſentia obiecti, ſed ordine retrogado non eſt inconueniens, quòd ſentiant in abſentia obiecti, ſicut ordine retrogado imaginatiua, aliquãdo imaginaſ per ſpecies delatas à memoratiua. Hoc enim modo fit reminiſcentia. Et tamen certum eſt quòd quocunq; modo imaginetur imaginatiua, eſt uera & perfecta imaginatio, ergo & ſimiliter ſpeciebus delatis à ſenſibus interioribus ad exteriores. Poſſet tamẽ quis oppoſitum determinationis ſenſatæ defendere, & fortè probabilius & conformius opinioni communi. Et dicere quòd ad uiſionẽ ueram requiritur præſentia obiecti. Tu uerò eam partẽ teneto, quæ magis tibi conſona erit. Hæc enim dixi nunq; audita nec lecta, tu uerò in quibus erratum eſt corrige, &c. Signa imaginationũ abſolutè ſunt ipſęmet imaginationes. Signa imaginationum propter acuitatem uiſus quæ non comparantur ad nocumentum ſunt tria. Primũ, quòd ſunt leues & materiæ nullo modo uiſui nocentes ſecundum quod ſunt diuerſorum modorum & figurarum. Secundum, quod atomi in aẽre exiſtentes ſunt diuerſi, & ſecundũ quod fumi in oculo exiſtentes ſunt diuerſi à quibus oculus non denudatur. Tertium quòd aliquãdo deſunt iſtæ imaginationes in duob. caſibus, ſcilicet, aut cum aẽr non eſt bene clarus, aut cũ homo non aduertit, extra hos caſus ſemper comprehenduntſ. Signa aũt imaginationum quæ comparantur ad nocumentum ſunt his contraria. Signa uero imaginationum per cõmunitatem à toto ſicut in febribus aut criſibus ſunt ipſæ febres, aut criſes, quibus auctis augentur imaginationes & diminutis diminuuntur, & ſecundò, quia ſunt cõmunes utriuſq; oculis. Signa imaginationum per cõmunitatem à ſtomacho ſunt. Primum ipſa ſtomachi nocumenta quibus auctis augentur etiam imaginationes & diminutis diminuuntur. Secundũ, quod ſunt communes utriuſq; oculis. Tertium, quod augẽtur tempore repletionis ſtomachi, & præcipuè rebus uaporantibus, & propter malos motus ſumpto cibo,

& diminuuntur in uacuitate ſtomachi, et ipſo inanito & famelico, niſi pendeant ex cholera in quo caſu frequenter augetur cholera tempore famis ad ſtomachum repentè, & per ſumptionem cibi moderati, frigidi, ſtiptici ſedantur. Quartum eſt, quòd per euacuationem ipſius ſtomachi uomitu aut ſeceſſu minuuntur, & ex contrarijs cauſis augentur, &c. Signa imaginationum per communitatem à matrice aut alijs membris particularibus ſunt nocumenta matricis, & aliorum, quibus auctis augentur, & diminutis diminuuntur. Et ſunt communes utriſque oculis & menſtruis, & alijs humiditatibus à matrice debitè fluentibus minuuntur, ipſis retentis augentur. Et ſimiliter de ſuperfluitatibus aliorum membrorum. Signa imaginationum per communitatem à cerebro quæ ſecundum plurimum minantur cataractam magis quàm imaginationes per communitatem ab alijs membris, ſunt ipſa capitis nocumenta, quibus auctis augentur, & diminutis diminuuntur. Et ſunt aliquando communes utriſq; oculis. Aliquando proprię uni oculo, ſecundum quod uapores aut materiæ caput replentes ſunt in una parte cerebri, aut in utriſque dextra & ſiniſtra. Quod cognoſcitur per grauedinem & alias læſiones unius partis tantum, aut ambarum. Secũdum ſignum, quia hæ imaginationes ſecundum plurimum augendo procedunt, & in cataract. tranſeunt multo magis quàm per communitatem ſtomachi propter. 3. cauſas. Prima, quia uapores ſeu materię cerebrales attinẽt magis naturę aquę. & cõformiores ſunt ipſi cataract. quàm uapores ſtomachales. Secundò quia nocumenta ſtomachi faciliùs remouentur q̃ nocumenta cerebri. Tertiò, quia materia exiſtens in cerebro facilè etiam fluit ad membra ſuppoſita, ſcilicet oculos & cætera inſtrumẽta ſenſuum. Signa uerò imaginationum per eſſentiam in oculo quibus diſtinguuntur ab illis quæ ſunt per cõmunitatem ſunt. Primum, abſentia nocumentorum aliorum membrorum oculis communicantium. Secundum, præſentia nocumentorum ipſius oculi, uel quæ ſaltem præceſſerunt. Tertium, quòd ſecundum plurimum ſunt proprię uni oculo. Quartum, quòd ſint continuę à quibus oculus nunquàm abſoluitur. Quintum quòd non recipiunt facilem mutationem ſed aut ſtant uniformiter, aut ſi augentur augendo procedunt, aut ſi minuuntur minuendo procedunt. Signa uerò propter nocumentum corneæ ſunt. Primum, ægritudines in cornea præcedentes, ſcilicet ulcus albugo & ſimiles, ex quibus derdictum eſt aliquod ueſtigium occultum. Secundum, quòd non recipiunt facilem mutationem, ita ut nunc augeantur, nunc minuantur. Sed aut ſtant uniformiter, aut ſi augentur augẽdo procedunt, & ſi diminuunſ, diminuendo procedunt. Tertium, quia ſunt continuę à quibus oculus nunq; abſoluitur. Quartũ, quia nõ perducunt ad cataractam. Signa imaginationum per eſſentiam in albugineo ſunt ipſa nocumenta albuginei cũ priuatione nocumentorum aliarum partium oculi, quę nocumẽta ſunt aliquod genus malitię cõplexionis calid. frig. humid. uel ſic. cum materia uel ſine materia. Verum mala complexio ſicca quæ cognoſciſ ex eo quòd tempore famis & inanitionis augetur & ex contrarijs cauſis minuiſ nunq; perducit ad cataractam, licet ſit cauſa imaginationum. Mala aũt cõplexio calid. rarò perducit ad cataractã, ſed tñ aliquando, ſcilicet cum aliqua particula humoris albuginei ſubtiliatur, & in aẽrẽ conuertiſ, pars autem aẽrea genita per calid. & mixta cum parte aquea eſt cauſa coloris albi, ſicut in ſpuma, licet hæc propriè non erit cataracta, ſed bene ualde ſimilis cataractæ, ita ut medicus malè poſſit diſtinguere inter hanc & cataractam. Et fortè quòd hæc per approximationem infrigidãtium tam exterius q̃ interius ipſa parte aẽrea incraſſata, & ad naturam albuginei reducta poterit curari, & reputabitur mirabile. Mala autem complexio frig. et humid. eſt illa quæ ſecundũ plurimũ eſt cauſa, ut imanatiões trãſeant in aquã & uerã cataract. trib. modis.

Primò contrahendo aliquam partem ipſius albuginei, ita ut per congelationem acquirat albedinẽ & fiat non peruia, aut propter humid. obſcurantem faciendo ipſam non peruiam. Sed eſt difficile uidere utrum hæc propriè ſit dicẽda cataracta, & utrum cum acu poſſit deponi. Secundò, retinendo uapores proprios & alienos, ſcilicet per communitatem, & ipſos in aquam conuertendo cui concordat gloſa Alman, in hoc cap. Tertiò, debilitando digeſtiuam, & etiam expulſiuã ipſius albuginei, ita ut nutrimentũ eius ſiue uerè nutriatur ſiue non, non debitè conuertatur in ipſum albugineum, ſed generetur aliqua pars non peruia, & erit defectus ultimi actus qui uocatur aſſimilatio. Aut fortè, quia ſuperfluitates in unaquaq; digeſtione reſecandæ debilitata expulſiua non reſoluenſ, ſed remanẽtes conuertenſ in humid. aqueam quę erit uera cataracta genita per uiam paulatim factæ congeſtionis, ſicut & illa quæ erit per retentionem uaporis proprij incraſſati in aquam, dicetur uera cataracta & genita per uiam paulatim factę congeſtionis &c. Secundum ſignum, quia hæ imaginationes ſunt continuę à quib. oculus nunquã abſoluiſ. Tertium, quòd non recipiunt facilem mutationem, ſed aut ſtant, aut ſi augentur in augendo procedunt, et ſi minuunſ minuendo procedũt. Quartum, quia apparet quædam obfuſcatio in pupilla tam ipſi ægro, q̃ oculo aſpiciẽti, licet cornea appareat bene terſa & peruia. Quintũ, quia ſecundum plurimũ perducunt ad cataract. maximè illæ imaginationes quæ pendent à mala cõplexione frig. & humid. & hę ſemper agendo procedũt. Signa uerò imaginationũ per eſſentiã in tela aranea & cryſtalloide ſunt ipſæ imaginationes abſq; nocumentis aliarum partium oculi Secundum, quia nõ recipiunt facilem mutationem. Tertium, quia ſunt cõtinuę. Quartum, quia non perducunt ad cataract. Et in ſumma cataracta non eſt niſi in ipſo albugineo, ut infra oſtendeſ, licet poſſit adhærere tunicis. Signa autem quibus cognoſcuntur imaginationes ducẽtes ad cataract. ab alijs ſunt, quia ducẽtes ad aquã ſunt proprię uni oculo ſecundum plurimũ, & ſunt cõtinuę, & augmentando procedunt & apparet oculo obfuſcatio tam ipſi ægro q̃ aſpicienti. Et apparẽt ſicut cãdelę duplices aut ſimiles rei luminoſæ lumine extrinſeco recepto in uaporib, aqueis craſſis. Et aliquãdiu retento donec comprehendaſ à cryſtalloide, aut forti lumine, ſcilicet ipſius cryſtalloidis & ſpirituum uiſibiliũ reflexo ab ipſis uaporibus craſſis ad cryſtalloidem, et non pertrãſeunt duo menſes ſecundũ Alman. quòd cataracta completur. Et ſecundũ Raſim ſecundo cõtinentis, & leſum Hali, tract. tertio, cap. de imagina-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.77

tionib, non pertranſeunt tres menſes aut quatuor. Et ſecundum Auicennam ſex menſes quòd cataract. cõpletur: cataractarum autem non perducentium ad aquam ſunt ſigna contraria. Sed ne cui mirum uideaſ quare autores ita diuerſos terminos poſuerũt, nec uidentur concordes, quia hoc inuentum eſt experiẽtia, unde ſecundum quod diuerſi autores diuerſa tempora experti ſunt, ita etiam diuerſa tempora ſcripſerunt quæ diuerſitas potuit accidere ratione diuerſorum regiminum, diuerſorum temporũ, diuerſarum regionum, diuerſarum complexionum. Auic. uerò tẽpus elegit longius. Sed ſcias quòd aliquãdo cataractæ accidunt nullis præcedentibus imaginationibus, humiditate ad albugineũ delata ferè ſubitò per neruos opticos aliquando ea die, uel ſecunda qua apparent imaginationes apparet aqua ex eadem cauſa, aliquando plurib. diebus apparẽt imaginationes quæ continuè augendo procedũt, & ſic fit aqua ſecundum plurimũ ante duos menſes, per uiam, ſcilicet paulatim factæ cõgeſtionis, aut quia uapores aliunde delati ad albugineum incraſſantur, & in cataractam conuertuntur. Quandoq; uerò pertranſeunt ſex menſes & amplius antequam imaginationes in aquam uertanſ, ſed hoc eſt rariſſimum. Attẽde tamen duo, quòd plures fiũt imaginationes ducentes ad aquam per communitatem à cerebro q̃ per eſſentiam in oculo. Et fiunt pluries per eſſentiam in oculo quàm per communitatẽ à ſtomacho aut ab alijs membris. Sed de non perducẽtibus ad aquam contrarium iudica. Vnde licet uapores ſtomachi aut aliorum membrorum poſſint ducere ad cataractam, hoc tamen rarum eſt, frequenter tamen faciunt imaginationes non ducentes ad aquam.

Prognoſtica ex iam dictis ſatis innoteſcunt. Iam enim uiſum eſt quæ imaginationes proueniunt ex acuitate uiſus, quæ non comparantur ad nocumentũ, & quæ comparantur ad nocumentum. Et inter comparatas ad nocumẽtum, iam notæ ſunt illæ quæ ſunt malè perducẽtes ad cataractam. Et ſimiliter quæ licet noceant uiſui, non tamen perducunt ad cataractam. Sed quia aliquando ad imaginationes ſequuntur cataractæ. Et quia Raſis in præſenti capitulo aliquid de ipſis loquitur, ideo pro completiori doctrina de cataractis eſt agendum.

DE CATARACTA.

CAtaracta ergo deſcenſus aquæ, aqua deſcendens in oculũ gutta, ſuffuſio ſunt termini ſynonymi ſignificantes hanc diſpoſitionem. De qua diuerſi autores ſub his diuerſis nominib. determinant. Dicitur cataracta à catarratin, quod idem eſt quod decritto, oculus enim cataracticus eſt qui demiſſu aquæ obſtruſus eſt. Dicitur aqua ad ſimilitudinem aquæ fluidæ in principio, In proceſſu autem dum confirmata eſt dicitur ad ſimilitudimem aquæ congelatæ. Et ex eadem cauſa dicitur gutta. Diciur enim deſcenſus aquę ſiue aqua deſcendens ex eo quòd frequentius fit per uiam defluxus quã per uiam paulatim factæ congeſtionis. Et ex eadem cauſa dicitur à G. infuſio ſiue ſuffuſio. Et diffinitiuè eſt oppilatio ex aqua inter corneam & cryſtalloidem ſituata uiſum impediens. Licet aliqui alij aliter diffiniant, quòd eſt macula pannicularis intra oculum coràm pupilla, per quam uiſus prohibetur, ex humid. extranea in oculo exiſtente, temporis diuturnitate & frigid. oculi congelata. Et hæc diffinitio propriè diffinit cataract. iam confirmatam. Et ex prima diffinitione quæ eſt artificialior collige quòd cataract. eſt morbus in uia & non in numero ut quidã opinati ſunt, nõ enim ſenſibiliter lædit operationes pro quanto eſt aliquid ſuperadditum partibus oculi. Nam ſi illa aqua eſſet in profundo albuginei non coràm pupilla, non læderet ſenſibiliter operationes, & tamen æquè bene eſſet aliquid ſuperadditum partibus oculi, ſed quia eſt coràm pupilla prohibens uiſum lędit operationẽ principalem oculi, & propterea morbus in uia, nõ autem in numero. Ex quo cõcipe quòd aqua eſt cauſa morbi ſcilicet oppilationis, ipſa enim oppilatio eſt morbus, & læſio operationis uiſiuæ eſt accidens. Ipſa tamen aqua licet non ſit morbus in numero, reducitur tamen ad morbum in numero &c.

Sed circa dicta cadit dubium nondum diſcuſſum, cuius dubij ſolutio eſt multum neceſſaria ad curandũ cataract. operatione manuali, ſcilicet in quo loco cataracta ſituetur, & per conſequẽs ad quem locum debeat peruenire acus pro depoſitione cataract. In quo dubio autores & doctores multum fuere diſcordes. Aliqui namq; ut Azarauius cap. de aqua. Hali Abbas 9. theoricæ, & tertio eiuſdem. Et ſimiliter Galen. 3. techni. Et Gilbertus cap. de aqua, uolunt aquam ſituari inter uueam & cryſtalloidẽ, & per conſequens acum pro deponendo cataractam debere penetrare uſque ad intra uueã. Econtra uerò Ieſus Hali, A. Meſue, Albucaſis afferunt aquam cõtineri inter uueam & corneam, & conſequenter acum non debere perforare uueam ſed ſolum coniunctiuam, & ſcliroticam coniunctiuæ immediatam, & ita immediatam ut appareat una ſola, ſicut & cornea manifeſtè apparet cũ cõiunctiua uniri ipſis ſolum differentibus ſecundum peruietatem & imperuietatem.

Pro cuius dubij ſolutione prætermittendum cataractam dupliciter ſumi, ſcilicet communiter & propriè. Cataracta communiter ſumpta eſt oppilatio aquoſa, prohibens uiſum, unde ubicũq; poteſt eſſe oppilatio aquoſa prohibens uiſum ibi poteſt eſſe cataracta. Vnde non ſolum ante cryſtalloidẽ, ſed in cryſtalloide & poſt cryſtalloidem, ſcilicet in uitreo retina & ſecundina ſclirotica cõiunctiua neruis opticis poteſt eſſe oppilatio aquoſa prohibens ſpiritus uiſibiles uenire ad cryſtalloidem, & ſic poteſt eſſe cataract. communiter ſumpta, quę tamẽ ab oculis aſpicientibus nõ uidetur, quam aliqui appellant guttam ſerenam, ſed fortè melius eſt conformando ſe dictis autorum appellare guttam ſerenam cataract. apparentem, connotando quòd cum hæc ſit oppilatio ultra cryſtalloidẽ prohibens tranſitum ſpirituum ad oculum, ſed litem de nominib. omittamus. Cataract. aũt propriè ſumpta eſt oppilatio aquoſa prohibens tranſitum ſpecierum uiſibilium ab obiectis exteriorib. ad cryſtalloidem, & hæc ab oculis aſpicientibus uideri poteſt. Vbicũq; ergo poteſt eſſe hęc oppilatio poteſt etiam eſſe cataracta propriè ſumpta, de qua eſt quæſtio noſtra. Cũ ergo hæc oppilatio aquoſa poſſit eſſe in toto ambitu à cornea uſq; ad cryſtalloidem, imò etiam in ſuperficie ipſius cryſtalloidis, ſequiſ quòd in toto hoc ſpacio poteſt eſſe cataracta propriè ſumpta. Et ſic aliquando erit in ſuperficie cryſtalloidis. Aliquãdo ad-

herens

herens telæ araneæ ſiue uerſus cryſtalloidem ſiue uerſus uueã. Et poteſt eſſe in qualibet parte albuginei & in foramine uueæ & in ultima parte albuginei adhærens corneæ. Quòd autẽ in his omnibus partibus poteſt eſſe oppilatio aquoſa manifeſtum eſt quia in omnibus his partibus poſſunt eſſe imaginatioes aquoſę, ad quas ſequntur cataractæ ut ſupra determinatũ eſt.

Præterea in omnib. his partib. per uiam paulatim factæ congeſtionis poteſt cataract. fieri, tum ex nutrimento harũ partium non bene conuerſo, tum ex ſuperfluitate nutrimenti non bene reſoluta, tum etiã ex uaporib. qui ad quamcũq; harum partium communicari poſſunt, poſſet etiam in omnib. his partib. per uiam defluxus à capite. cataractæ generari, nam poteſt fluere materia ab almochati ad coniunctiuã quæ exiſtẽs in coniunctiua poteſt reſudare ad albugineũ, & tunc colligeretur cataracta inter corneam & uueã. Et in hoc caſu cum fit per uiam defluxus ab almochaei laudant autores ſectionem uenarum temporalium aut frontalium. Poteſt etiam materia humida deriuari à dura matre ad ſcliroticam, & cõſequenter ad corneam, & ab ipſis ad albugineum, & tunc ſituabitur cataracta inter corneã & uueam, poteſt etiam tertiò materia humida in pia matre cõtenta deriuari ad ſecundinum & uueam & ab ipſis reſudari ad albugineum, & tũc ſi reſudet ad intra uerſus cryſtalloidem cataracta ſituabitur inter cryſtalloidẽ & uueam. Si uerò ad albugineum reſudabit uerſus corneam, tunc cataracta ſituabitur inter corneam & uueam.

Si uerò hæc humiditas reſudet ab extremitate circuli ipſius uueæ, tunc directè erit in ipſo foramine uueæ. Si uerò materia humid. fit in cerebro, & profluat ad neruos opticos, & à neruis opticis ad retinam et telam araneam, & reſudet à tela aranea uerſus cryſtalloidem, tunc adhærebit ſuperficiei telæ araneæ & cryſtalloidis. Si uerò reſudet uerſus uueam, tunc ſituabitur in extremitate albuginei apud telam araneam, & fortè adhærebit telæ araneę. Ex his itaq; manifeſtum eſt in omnibus his partib. poſſe generari cataractam, ipſamq; poſſe ſituari tam inter cryſtalloidem & uueam q̃ inter uueam & corneam. Ex his etiam manifeſtum eſt quomodo aliquando totus albugineus aut maior pars eius eſt una cataracta ipſo albugineo alterato, & propter aliquam ægritudinem facto albo et inperuio, aut propter multam humiditatẽ ad ipſum a capite decurrẽtem ipſo ſimiliter facto albo & inperuio, hinc eſt quòd aliquãdo totum quod apparet de oculo eſt albũ. Sed iam reſtat ut ſoluamus quaſdã rationes ſenſibiles contra utramq; opinionẽ. Primò cõtra Azarauium & cæteros tenẽtes cataractam ſituari inter cryſtalloidem et uueam, & operatorem cum acu debere perforare coniunctiuam ſcliroticam & uueam ut perueniat ad ipſam cataractam, nam ex hac operatione deberet ſequi exitus albuginei per foramen acus, conſequens eſt contra experientiam, ergo poſitio falſa. Secundò quia cataracta nõ poſſet extrahi per ſectionem corneæ in parte inferiori, conſequẽs eſt contra experientiam. Et A. in cap. proprio, & cõtra Græcos ſic operantes. Sed ad hoc reſpondetur ſequendo opinionem iſtorum quæ in parte uerior eſt quàm opinio contraria. Ad primũ quòd albugineus cum ſit aliqualiter uiſcoſus propter ſtricturam foraminis, acu ſcilicet exiſtente ſubtili ſicut debet eſſe albugineus non poteſt exire, quia extracta acu quàmprimum foramen clauditur, etiam quia hoc argumẽtum æquè bene procedit contra opinionem contrariam cum acus ſecundum opinionem ſuam etiam penetret ad albugineum. Præterea hæc ratio eſt contra eos, quia aliquãdo cum punctura acus aliquid de albugineo extrahitur. Ad ſecundum dicitur quòd non omnis cataracta curatur per ſectionem corneæ, ſed ſolum illa quæ eſt immediata ipſi corneæ & quæ eſt fluida.

Et fortè quòd in hoc caſu eſſet melius ut illud inſtrumentum eſſet perforatũ ita ut cataracta poſſit ſuggi, & hoc inſtrumentũ eſſet cõueniens ad extrahendum ſaniem exiſtentem ad intra corneam. Sed contra opinionem A. & cæterorum ſunt quinque rationes non faciles. Prima quia ſi cataracta continetur intra corneam & uueam non poſſet apparere dilatatio & conſtrictio uueæ, quod tamen eſt ſignum ſemper apparens in cataracta curabili, & probatur conſequentia, nam cataracta opponitur ipſi uueæ uel ipſi foramini uueæ, & cooperit ipſum. Cum ergo non ſit diaphana non poterit ab aſpiciẽte uideri ipſius dilatatio aut conſtrictio aliter non prohiberet uiſum. Secunda, quia cataracta curabilis non deberet ſemper apparere ex directo pupillæ, imò aliquando ſupra, aliquando infra, aliquando deorſum, aliquando dextrorſum, aliquando ſiniſtrorſum ſecundum quod accidit aquam colligi. Conſequens contra experientiam, quia cataracta curabilis ſemper apparet ſolum ex directo pupillæ. Tertia ratio, quia cataracta deberet multoties apparere maior quàm pupilla, immo æquè magna ſicut tota cornea, cum accidat aliquando multam humiditatem coagulari totam corneam occupantem, conſequens contra experientiam, quia apparet ferè ſemper ad quãtitatem pupillæ ſaltem cataracta curabilis. Quarta ratio, quia acus impoſita perueniens ex directo cornee cum cornea ſit diaphana in omni tẽpore ſui deberet uideri in qualibet parte, ſed conſequens eſt falſum, quia non uidetur niſi ex directo pupillæ, cuius ſignum eſt quòd operatores perforant uueam unde acus ſolum apparet ex directo pupillæ &c. Quinta ratio ſumitur ex difficultate operationis quæ ferè æquatur impoſſibilitati. Eſt enim difficillimum perforare coniunctiuam et non uueam ſibi immediatam in ea parte in qua fit perforatio cuius maxima apparet difficultas ex eo quòd aliqui ſunt experti in oculis mortuis, & nunq̃ poſſunt perforare ſolum coniunctiuam, ita ut penetrent cum acu inter coniunctiuã & uueã ad uacuum coràm pupilla, ergo multo minus in oculis uiuis, qui dolent & non ita quieſcunt tempore operationis. Iſtæ quidem rationes ut uides ſunt apparenter concludentes cõtra A. Ieſum Hali, & alios hanc uiã ſequentes. Et fortè ſi multoties operati fuiſſent, mutaſſent opinionem. Credo ergo propter ratiões prędictas quòd ſecundũ plurimum cataracta deponibilis eſt ad intra uueam, aut in circumferentia foraminis uueę, licet etiã aliquãdo contineatur intra corneam et uueam, ut ante probatum eſt. Et credo quòd abſolutè melius ſit et depoſitioni cataract. congruentius ut operator cum acu perforet uueam, nam hoc modo facilè deponet cataractam quę erit intra uueam in quacunque parte fuerit, immo etiam ſi eſſet immediata telæ araneæ. Ca-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.78

uendum tamen ſummopere in curatione ne moueaƭ & diſrumpatur tela aranea, ſic enim neceſſariò uiſus impediretur, eſt enim poſt cryſtal. principaliſſima particula concurrens ad uiſionem, nec eſt ut quidam ſomniauerunt, quòd cataracta deponibilis adhæret telæ araneę & ſimul deponitur cum tela aranea. Et dicunt quòd hæc eſt cauſa propter quam ſemel depoſita cataracta in uno oculo nunquàm alia generatur in eodem, poteſt etiam cum hac operatione facilè deponi cataracta quę eſt propè uueam uel in ipſius foramine, & quæ eſt ultra foramen uueæ adhærens corneæ penetrando acu per foramen uueæ uſq; ad corneam, non autem ita facilè ſecundum modum Ieſus Hali & A. poterit deponi cataracta ea, ſcilicet maximè quæ eſt ad intra uueam ut patet conſyderanti, quāquàm Ieſus Hali dicat quòd per foramen uueæ contorquēdo acum intromittitur cuſpis acus, & cataracta exiſtens intra uueam poteſt trahi extra uueam, & poni ſub cornea. Et dicit quòd in extractiōe dilatabitur foramen uueæ, deinde ex ſe claudetur ſicut in exitu fœtus aperitur collū matricis, deinde poſt exitum clauditur. Sed facilius eſt dicere quàm facere. Et pro opinione contra Ieſum Hali, A. & cæteros eſt operatio omnium modernorum qui deponendo eas perforāt uueam & eligunt hunc modum tanquàm aptiorem & faciliorem ad quem minor dolor & remiſſiora ſequunƭ accidentia, ſecuti enim fuiſſent primam ſi fuiſſet conueniens. Artes enim factæ ſunt per additamenta & cuiuslibet eſt addere quod deficit. 1. ethicorum. Sed tamen quia rationes contra A. & Ieſum Hali cōcludebant cataractam deponibilem nunquàm contineri inter uueam & corneam, ideo ad ratiōes illas eſt reſpondēdum. Ad primum cum infertur quòd non poſſet uideri dilatatio & cōſtrictio pupillæ cataracta poſita inter uidentem & uueam, negatur conſequentia quia cataracta depōibilis debet eſſe aliqualiter trāſparens, & à lumine irradiabilis. Vnde habentes ipſam aliqualiter uident lumen, licet non uideant colores &c. Vnde uuea mota aliqualiter poterit uideri licet difficulter. Ad ſecundum cum infertur quòd non deberet ſemper ſituari ex oppoſito pupillæ, ſed aliquando magis ſupra uel infra. Conceditur ut plerunque accidit unde propter hanc cauſam aliquando cataractici uident medietatē inferiorē unius rei, aliquādo ſuperiorem, aliquando dextram, aliquando ſiniſtram. Ad tertiū cum infertur quòd aliquādo deberet occupare totam corneam. Conceditur & tunc illa cataracta nullo modo eſt peruia nec illuminabilis & apparet tegere totam corneam, & non eſt deponibilis uel rarò. Si autem ſit à lumine irradiabilis tunc magis irradiaƭ in ea parte in qua eſt ſubtilior, ſed eſt ſubtilior in circumferentijs corneæ quàm in medio ipſius, et ideo in medio ipſius apparet magis terminare uiſum, et ſic habere magis rationē cataractæ, in circumferentijs aūt licet ſit, quia non terminant uiſum, non habent rationem cataractæ, & hæc eſt cauſa propter quam cataracta uidetur minor in loco lucentiſſimo quàm in loco obſcuriori ſicut etiam ea quæ continetur intra uueam uidetur minor, ſcilicet quia propter diſgregationem luminis foramen uueę conſtringitur & in obſcuro dilatatur. Ad quartum cum infertur, quòd deberet uideri cuſpis acus cum eſt ex directo corneæ & non ſolum pupillæ, conceditur, ſed nō apud operātes modernos qui perforant uſque ad uueam, uel perforant uueam, non enim uidetur nunc niſi ex directo pupillæ. Ad ultimum argumentum ſumptū ex difficultate operationis dicitur quòd hæc operatio eſt difficilior, ſed tamen nō eſt impoſſibilis. Et ſi arguatur quia in oculo mortuo non poteſt fieri, ergo minus in uiuo dolente, & non ita bene quieſcente, negatur conſequentia, quia in uiuo hæ tunicę magis diſtāt calore ſpirituum dilatante & quodammodo replente inter tunicam & tunicam quo conſumpto corrugantur, & magis ſibi inuicem appropinquant. Signa autem quibus diſtinctè comprehendi poteſt an cataracta ſit inter uueā & corneam an poſt uueam an in foramine, ſubiungam cum agetur de ſignis &c. Species cataractarum quandoq; ſumuntur à quantitate. Quia quædam ſunt magnæ oppilantes totam pupillā ut ex nulla parte remaneat diſcooperta, & tunc obiecta extrinſeca ſecundum nullā eorum partē comprehendi poſſunt, & aliquando eſt ita magna ut ferè occupet totū oculum albugineo toto propter aliquam ægritudinem facto in peruio, eſt enim totus una cataracta. Et ſimiliter ſimilitudo humid. ferè per totum albugineum à cerebro deriuetur. Quædam ſunt paruæ oppilantes ſolum partem pupillæ et tunc obiecta uidentur ſecundum eam partem ſecundum quā pupilla eſt diſcoperta. Vnde obiectorum aliquando uidetur dextra pars & non ſiniſtra. Aliquando ſuperior & non inferior. Aliquando ſolum uidetur circumferntia, imò in medio exiſtimantur ſicut obſcura ſiue perforata, licet eadem obiecta ut dicit A. quæ ſecundum unum ſitum non uidetur totaliter ipſorum ſitu mutato totaliter uidebuntur. Aliquando ſpecies cataractæ ſumuntur à colore. Et ſunt quatuor in genere, albus phlegmati proportionatus, rubeus ſanguini, citrinus, aut uiridis clarus, choleræ, niger melancholiæ. Sub colore albo continentur ſex ſpecies, ſcilicet cataractæ. Primò coloris aërei aut ætherei. Secundò coloris margaritalis. Tertiò coloris albi uergentis ad citrinum ſiue plumbei. Quartò coloris albi tendentis ad uiridem. Quintò ſimiles argento uiuo non ſolum in colore ſed etiam in motu, nam ex quacunque oculi palpitatione, imò ex motu ſpirituum agitanƭ et mouentur ex eo quòd illa aqua eſt fluida non condenſata. Sextò ſunt gypſeæ ipſo plegmate multum inſpiſſato. Sub colore autem rubeo atteſtante ſanguini continentur rubeæ, claræ, ſiue aureę, non enim reperiuntur aliquæ quæ proprio ſanguinis colori atteſtentur. Quædā prudenter à ſanguine ſunt albæ ſanioſæ ipſo ſanguine in ſaniē uerſo, quod tamen rarò accidit, nam ſi uertatur in ſaniē ſanies deſcendit in albugineo ſua grauitate & non ſtat coràm pupilla, aliquādo ſunt citrinæ aut remiſſę aut intēſæ. Et aliquando uirides clarę & hę pendent à cholera, aliquādo ſunt melancholicæ, aut nigræ aut uiolaceæ, aut uirides obſcurę, quanq; color uiridis obſcurus non ſolum pēdere poſſit ab humore ſic colorato, ſed etiā multitudine aquæ, aqua enim multa profunda ſicut experimur in fluuijs apparet uiridis obſcura. Color enim niger non ſemper pendet ab humore nigro, ſed aliquādo apparet in pupilla propter luminis diminutionem & nō eſt uera nigredo, ſed obſcuritas. Tertiò ſumunƭ ſpecies cataractæ à modo ſubſtantiæ. Nam quędā ſunt ſubtiles nōdum inuiſcatę ſicut accidit

dit in principio cataractarum non confirmatarum. Quædam ſunt adeo incraſſatæ & inuiſcatæ ut ſint quodammodo in pannum uerſæ, & multum adhærentes; quædam ſunt mediæ inter has quæ ſolæ ſunt cum acu deponibiles. Sumuntur & quartò ſpecies cataractæ. Nam quædam ſunt cum oppillatione nerui optici aut alicuius partis ultra cryſtalloidem. Quędā ſine oppilatione. Quinta diuiſio, nam quædam ſituantur inter corneam & uueam, quędam inter uueam & cryſtalloidem, quædam in circumferentia foraminis uueæ, ut antea dictum fuit &c.

Signa cataractæ abſolutæ ſunt ipſæmet cataractæ quæ à domeſtico artis facilè comprehēduntur habēte uiſum acutū. Differunt enim ab albugine & alijs ueſtigijs exiſtentibus in cornea, quia hæc ſunt in ſuperficie corneæ extrinſeca cataractæ ultra corneam. Differūt à ſanie retro corneā quia ſanies in parte inferiori corneæ apparet ad modum lunellæ, & ſi cooperit totam corneam diciƭ cataracta, ſimiliter partem corneæ ex directo pupillæ. Signa cataractæ quę diuerſificantur ſecundum quantitatem nota ſunt ad uiſum & ex relatu ægri. Signa cataractæ diuerſificatæ ſecundum colores nota ſunt cuicunq; bene uidenti, nā & ſi aliquādo color obſcurus per priuationem luminis reputeƭ niger, & à non bene conſyderante reputetur pendere à melanch. tamen ſi quis exercitatus bene aſpiciat cōprehendet diuerſitatem inter colorē nigrum uera nigredine & obſcurum. Signa cataractæ diſtinctę ſecūdum uel penes modum ſubſtantię ſunt duo. Primum quia ſiquis fricat oculum cataracticum & immediatè poſt aſpiciat in oculo, & uideat aquam dilatari in tantum ut una pars appareat ab altera diuidi & ſeparari tunc eſt nimis ſubtilis. Si autem appareat dilatari & non ſeparari & poſtea immediatè ad ſitum ſuū cōſuetum redeat, tunc eſt mediocris et cum acu deponibilis. Si autem per fricationem nullo modo moueaƭ, eſt nimis indurata non curabilis. Secundò iſti experimentatores ponunt cottum ſuper oculo, & fortiter ſufflāt, ut illud cottum motum fortiter commoueat oculum, & immediatè aſpicientes in oculum iudicāt per motum cataractæ aut priuationem motus ſecundum quod ſtatim dictū fuit. Sed conſilio A. hæc experientia non eſt ſæpe tentanda, nā eſt ex eis quæ conturbant aquam, & facit curam cum inſtrumento difficilem. Signa diſtinguentia utrum ſint cum oppilatione alicuius partis ultra cryſtalloidem aut non ſunt quia oculus alter debet claudi & comprimi, tūc ſi per compreſſionē apparebit dilatatio aut conſtrictio pupillæ alterius oculi eſt ſignum oppilationem non adeſſe, ſpiritualibus, trāſeuntib. de uno oculo ad alterū. Si uerò fiat dilatatio & conſtrictio, adeſt oppilatiō, uel uno oculo cōpreſſo alter oculus in quo uis experiri fricetur & uideatur utrum pupilla dilatetur & conſtringatur. Verum hoc ſignum fallit ſi cataractæ craſſæ eſſent in ambobus oculis tunc enim pupilla propter inuiſcationem à cataracta non poterit moueri, & ſi mouebitur non comprehendetur ab aſpiciente, fallit ſecundò quando quis pateretur alintiſar, aut cōſtrictionem præternaturalem in ambobus oculis. Secundum ſignum eſt quia ſecūdum plurimum ubi nō eſt oppilatio integra uidetur aliquis ſplendor cum oculus eſt in loco lucentiſſimo conſtitutus & præcipuè ſi uenerit de obſcuro loco ad clariſſimum, aut ſi ſubitò magnum lumen præſentatum fuerit. Signa cataractarum ſituatarum inter corneam & uueam ſunt impedimentum uiſionis uueę, nam ſi cataractę ſint malæ non irradiabiles à lumine uuea nullo modo uidetur, ſi uerò ſunt irradiabiales foramen uueæ aliquo modo uidetur & in loco clariſſimo tamen cum difficultate. Secundum ſignum, quia apparent nō ſolum oppilare corneam ex directo pupillæ, ſed interdum multo maiorem partem aut totā corneam præcipuè ſi aſpiciantur in loco tenebroſo. Tertium, quia ſecundum plurimum ſunt aliqualiter laterales non in directo ipſius pupillæ ſed aliquando magis à dextris, aliquando à ſiniſtris, ſuperius uerò magis aliquādo, aliquando magis inferius, licet ſint pupillæ communicantes, quia aliter non eſſent cataractæ. Quarum ſignū quia pupilla eſt & apparet ſtrictior conſueto ipſa cataracta impellente uueam interius ſua corpulentia. Vnde foramē apparet minus, ſed oppoſita ſigna ſunt omnino, cum cataracta eſt intra uueā, quia uuea clarè uidetur etiam in loco nō multum lucenti. Apparet ſolum ex directo pupillæ & nunquam occupare maiorem partem quàm ſit pupilla licet aliquando minorem & foramen uueę ſecundum plurimum apparet maius conſueto ipſa cataracta ſua corpulentia expellente uueam, unde foramen dilatatur. Signa cataractæ exiſtentis in circūferentia foraminis ſunt omnia ſigna iam dicta quando eſt intra uueam, aut maior pars eorum. Sed eſt unum ſignum diſtinctiuum ſenſibile, quia foramen uueæ apparet minus remotū ab oculo uidente quàm ipſa cataracta, ſi ipſa cataracta ſit de albis ſicut ut plurimum eſt, nam in æquali diſtantia color niger apparet propinquior q̃ albus.

Prognoſtica. Primum cataracta maxima quæ ferè totum occupat oculum non eſt curabilis. Secundum. Cataractæ aëreæ, ſcilicet margaritales declinantes ad uiride cineritiæ ſiue plūbeæ ſunt curabiles. Sed ſimiles argento uiuo ſecundum Græcos facilè curantur. Gypſeę uerò & ſimiles argento uiuo non ſunt cū acu deponibiles. Aureæ citrinæ non uehementis citrinitatis difficilè curantur. Sed intenſę citrinitatis nō curantur. Sed nigræ uiolaceæ, plumbeæ, uehementis nigredinis non curantur. Virides obſcurę non curātur. Virides clarę difficilè curantur. Cataracta mediocris ſubſtantiæ cum acu deponibilis eſt, ſubtilis ſubſtantiæ nondum confirmatæ cum medicinis aliquādo curāntur, licet rarò, non autem cum acu deponī poſſunt. Nimis autem incraſſatæ quæ non mouētur per compreſſionē neq; cū acu neq; medicinis ſunt curabiles. Cataractę quę ſunt cū oppilatiōe nerui optici integrę ſunt incurabiles, ſed ſine oppilatione curabiles. Et cataract. quę poſt caſum aut ęgritudinem cerebri aut propter percuſſionē in capite ſiue in oculo accidit ſit difficilis curatio eius. Cura quia imaginationes et cataractę multū ſunt affines, de ambarū cura ſimul agendū eſt hoc pręmiſſo quòd hic nō intēdo curare imaginatiōes prouenictes ex acuitate uiſus, quia non comparanƭ ad nocumentū nec intendo ponere curam earum quę pendent à ſiccitate quæ remouentur per humectantia interius & exterius applicita, quia de ipſis actum eſt ſufficienter in capite de debilitate uiſus. Ad quod recurre neq; hic intendo ponere curam imaginationum prouenientium ex ueſtigijs derelictis in cornea ex albugine, ulcere, & alijs

ægritudinibus

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.79

ægritudinibus in ipſa præcedentibus, nam de earum
cura ſufficienter dictum eſt ſupra. Hic ergo ſolum in-
tendo ponere curam imaginationum ducentium ad
aquam & ipſius aquæ initiantis aut perfectæ ſiue ſint
per communitatem ſiue per eſſentiam in oculo.

Cura itaq; harum imaginationum et aquæ initiã-
tis per cõmunitatem à toto, aut à ſtomacho aut à ca-
pite & neruis opticis quinq; exigit intentiones cura-
tiuas. Prima euacuat. Secunda diuertit. Tertia regit
membrum mittens. Quarta oculum cõfortat ne ma-
teriam aliunde ſuſcipiat, & ſi quid ſuſceperit reſoluit
& euacuat. Quinta ordinat debitum regimen ſex
rerum non naturalium & annexorum. Prima in-
tentio cõpletur eiſdem inſtrumẽtis, de quibus in cap.
de debilitate uiſus proueniẽte per communitatem di
ctum eſt, hoc addito quòd euacuatiões pro cura ima-
ginationum & aquę initiantis ſunt multotiens reite-
randæ frequenter ex minoratiuo, digeſtiuo, & eradi-
catiuo, euacuantes diuerſos humores, & ſecundũ hu-
moris exigentiam à quo pendet imaginatio ſiue cata
racta, qui tamẽ ut plurimum eſt phlegmaticus uel a-
quoſus, rarò cholericus ſanguineus aut melancholi-
cus. Et propterea rarò in hoc caſu competit phleboto
mia aut alia ſanguinis euacuatio. Et ſi materiæ peccã-
tes fuerint in ſtomacho, uomitu poſſent euacuari, ſed
cum timore & magna obſeruatione ne materia præ-
cipitetur ad neruos opticos aut ad oculos itaq; capi-
te exiſtente pleno nullo modo fiat, & cum hoc facilis
ſemper debet eſſe uomitus. Secunda intentio, ſcilicet,
diuerſio perficitur cum fricationibus, ligaturis, clyſte
ribus, pedum lotionibus, & ſi materia fuerit in capite
cum gargariſmatib. maſticatorijs, caputpurgijs per
nares, quæ tamen poſtponenda ſunt quantũ eſt poſſi
bile ne propter uicinitatem materias ad oculum prę-
cipitent. Et his non ſufficientibus cum laqueatione in
ſuprema parte colli terminata ad occiput, & cum cau
terio in parte poſteriori capitis, ſcilicet, in cornu capi-
tis ex directo oculi patientis, & cum cauterio in com
miſſura coronali, & ſi materia fuerit ſanguinea, quæ
rarò eſt, cum phlebotomia uenarum nocreę, & uena-
rum poſt aures, & frontaliũ & temporalium ſi opus
fuerit, imò laudat Auic. in hoc caſu inciſionem arte-
riarum temporalium, quod ſimiliter de uenis tempo
ralib. eſt intelligendũ, ubi materia fluat ad oculos per
partem extrinſecam quæcunq; ſit materia, de quibus
omnibus ſufficienter actum eſt in capitulo de debili-
tate uiſus, ad quod recurre. Tertia intentio perficitur
in confortando digeſtiuã & expulſiuam eius, ut ſi ſto
machus fuerit in cauſa, quod tamẽ rarò eſt in imagi-
nationibus ducentibus ad aquam, licet imaginatiões
non perducentes ad aquã perſæpe cauſet. Debet enim
cõfortari cum interius & exterius applicitis poſt ſuf-
ficientem euacuationẽ & diuerſionẽ, ad quod in cau-
ſa frig. & hum. quæ eſt ut plurimũ, iam laudata eſt tri
phera minor, & chebuli cõditi, & multa ſuperius no-
minata in debilitate uiſus, in quo caſu maximè os ſto
machi debet confortari ipſum corrugãdo, & claudẽ-
do in fine menſe cum cytonijs aut piris conditis, aut
coriandris præparatis, de quibus in cap. de debilitate
uiſus. Similiter caput eſt confortandum cum electua
rijs de quibus ſupra, ad cuius & etiam oculorum con
fortationem optimè cõfert maiorana ſicca odorata.
Quarta intentio perficitur cum collyrijs ſuperius di-
ctis in cura debilitatis uiſus propter turbidam humi-
ditatem in oculo, craſſitiem & turbulentiam ſpi-
rituum, ad quæ recurre, & accommoda huic loco
ſiue huic cap. Inferius etiam ſubiungentur multa col-
lyria experta & in hoc caſu laudata. Ad hoc etiam
conferunt electuaria & tripheræ, & mirobalani con-
diti, de quibus omnibus ſupra. Vltima intentio ex-
quiſitè pertractata eſt in cap. de debilitate uiſus, ſed in
hoc caſu amplius ſubtilianda eſt dieta, ita ut ſecundũ
Auic. ſolum comedant ſemel in die, nõ bibãt uinum,
ſed aquam mellatam aut ſaccharatam non comedant
humida brodialia, ſed ſtent contenti aſſatis aut frixis,
euitent omnia euaporantia, & omnia præbentia nu-
trimentum craſſum, & morentur in aëre ſicco, & de-
clinante ad calidum ſecũdum plurimum, & aſpectus
rerum uiridium maximè in hoc confert, & præcipuè
fortis & longus aſpectus in oculo aſini ſylueſtris for-
titer diſgregat aquam ſubtiliat & reſoluit, &c. Cura
autem imaginationum & aquæ initiantis per eſſentĩ
am in oculo perficitur cum eiſdem intentionib. et in-
ſtrumẽtis de quib. amplè dictum eſt in curatione de-
bilitatis uiſus propter humiditatem turbidam exiſtẽ
tem in oculo ad quæ recurre & huic cap. accõmoda-
inferius autem ut dixi, ſtatim ſubiungentur collyria
in hoc caſu propria, reſoluentia uapores atq; aquã in
oculo iam collectam, et ipſam cum lachrymis educẽ-
tia ſicut etiam ſuperius dictum fuit. Sed attende tamẽ
quòd eſt differẽtia aliqualis inter localia adminiſtra-
ta pro cura imaginationum, & inter ea quæ admini-
ſtranẽ pro curatione aquæ iam initiatæ. Prima enim
debent eſſe leuiora. Secunda acutiora, quanto diffici-
lius eſt reſoluere aquam quàm uapores, ſed in omni-
bus tamen incipe à leuioribus gradatim procedendo
ad fortiora ſecundum quod ordo medicinalis expo-
ſcit, ſed iam ad textus expoſitionem accedamus, dein
de ſubiungemus ultra medicinas Raſis alias in hoc
cap. proprias, & ultimò ponemus curam cataractæ
confirmatæ cum operatione manuali, relinquentes
curam cataractæ induratæ, & in panniculum ſolidũ
uerſæ, quæ nullo ingenio eſt curabilis.

*QVandoq; uidetur alicui quòd ante
ſe habeat cimices uel alia parua cor
pora ſubtilia & radioſa, quod aliquando
cauſa ſtomachi, aliquando ex proprio nocu
mento ipſius oculi contingit. Ideoq; differẽ
tia inter hæc duo deſyderãda eſt. Neq; pro
paruo eſt habendum cum hoc accidens eue-
nerit. Ex eo nanq; quòd cauſa ſtomachi ac-
cidit nõ eſt multum timendũ quòd oculo no-
cumentũ inferat. Ex eo uerò quòd ex pro-
prio uitio contingit ualde timendũ eſt, hoc
enim aquæ principiũ exiſtit. Hæc aũt paſ-
ſio dũ recẽs eſt et in principio curabilis eſt,
Sed cum iam ad perfectionem deuenerit ſa
nari non poteſt, niſi cum inciſione, & for-
taſſe etiam inciſio prodeſſe non poterit.
Quapropter differẽtia inter hæc duo præ
dicta diligẽter eſt inueſtigãda quæ eſt pro-
ut dicemus. Quãdo imaginationes quæ ui-
dentur utriq; apparent oculo, exiſtimandũ
eſt hoc contingere ex uitio ſtomachi, & cõ-
tra, & cum imaginationes in hora faſtidij,
& in hora malæ digeſtionis plura ſolitò ui
dentur: In hora autẽ famis & laboris pau
ciora apparent, exiſtimandum eſt etiam
hoc ex ſtomacho eſſe. Et ſi ex quo iſtæ ima-
ginationes acciderunt, duo præterierunt
menſes aut plures, & in pupilla non fuerit
uiſa conturbatio, exiſtimandum eſt hoc ex
ſtomacho eſſe. Quando autem iſtæ imagina
tiones tibi aggrægatæ fuerint, pilulas co-
chias in potu tribue. Et ſi paſſio omnino
remouetur, iam exiſtimationes prædictæ
certificatæ erunt. Si autem uno tantum ocu
lo apparuerint, & uno modo in horis om-
nibus permanſerint, exiſtimandum eſt uitiũ
aquæ adeſſe, præcipuè cum in pupilla non
fuerit obfuſcatio, obfuſcatio nanq; ſi fuerit
in pupilla, dubitatio iam tunc erit ſublata.*

Hic Raſis agit de imaginationib. quas appellat a-
quam deſcendentem in oculo cum frequenter ſint a-
quæ initium. Diuidiẽ hic textus in duas partes. in pri
ma: agit de ipſa theoricè. in ſecunda practicè ibid. Cũ
autem hæc paſſio. Prima in tres. in prima ponit diffi
nitionem imaginationum. in ſecunda ibid. Quòd a-
liquãdo cauſa ſtomachi. ponit duas ſpecies imagina-
tionum. in tertia ibid. Quãdo imaginationes. Ponit
ſigna diſtinctiua inter utrãq; ſpẽm. Dico quòd in pri
ma parte ponit licet nõ explicitè diffinitionẽ imagina
tionũ, quã tu ſupple et ordina, ut ſupra dictũ fuit. Sũt
enim imaginatiões uiſio corrupta, cimicũ, aut rerũ ſi
milium, aut aliorũ corporũ ſubtiliũ, radioſorũ, aut
non radioſorum, quæ ſcilicet, apparẽt coràm oculis,
licet non ſint. Et ex his concipere potes quaſdam ſpe-
cies imaginationũ ſumptas à colore figura aut quãti-
tate de quib. ſupra. In ſecũda parte ponit duas ſpecies
imaginationum, unam per communitatem à ſtoma
cho, aliam per eſſentiã in oculo inter quas eſt, ut ipſe
dicit ſollicitè diſtinguendum, nam licet ex ea quæ ue-
nit per communitatem à ſtomacho nõ ſit multum ti-
mendum tamen multum timendum eſt ex ea quæ
prouenit per eſſentiam in oculo, cum hic frequen-
ter ſit aquæ principium, quæ in eius principio ali-
quando cum medicinis eſt curabilis: cum autem con-
firmata eſt non curabilis niſi cum inciſione, id eſt, de-
poſitione quæ fit cum acu, aut inciſione quam faciũt
quidam perforando corneã in parte inferiori, & ex-
trahendo cataractam de qua infra. Et fortaſſe aliquan
do etiã non confert aliquod ingenium curationis, &
propterea diligenter eſt inueſtiganda differentia inter
utramq; imaginationem, ut ab initio cura conueniẽs
poſſit adhiberi. Sed circa hanc partem nota quamuis
ſint multæ ſpecies cataractæ præter ſupraſcriptas. Ra
ſis breuitati indulgens tetigit ſolummodo duas fre-
quenter euenientes, de omnibus tamen ſuperius actũ
eſt plenè. In tertia parte ponit ſigna diſtinctiua inter
utranque ſpeciem, ſcilicet, inter imaginationes quæ
ſunt per cõmunitatem à ſtomacho, & illas quæ ſunt
per eſſentiam in oculo ponens quatuor ſigna diſtin-
ctiua. Primum, quia imaginationes per communita
tem à ſtomacho ſunt communes utriq; oculo. Secun
dum, quia multiplicãtur & augentur in hora faſtidij,
id eſt, abominationis cibi, ſcilicet, nauſeæ ſubuerſio-
nis, & uomitus, & huiuſmodi nocumẽtorum ſtoma
chi ex repletione ipſius prouenientiũ. Et in hora ma-
læ digeſtionis, id eſt, corruptè aut diminutè. In hora
autem famis & laboris, id eſt, inanitionis quæ laborẽ
ſequitur diminuuntur. Tertium ſignum eſt, quòd ſi
pręterierũt duo mẽſes aut plures, ſcilicet, tres aut qua-
tuor ſecundum quod dicit ipſe Raſis, ſecundo con-
tinentis, aut 6. ſecundum quod dicit Auic. Et non fue
rit in oculo perturbatio ſupple uiſus, exiſtimandum
eſt has imaginationes eſſe cauſa ſtomachi. Quartum
ſignum, quia prouenientes à cauſa ſtomachi facilè
ſunt curabiles per exhibitionem pilularum cochiarũ
educentium materias, à quibus pendent. Sed fortè
præſtantius eſſet in hoc caſu exhibere hieram picram
ſimplicem aut compoſitam. Modus tamen curatio-
nis iſtarum ſufficienter poſitus eſt. Et ex quatuor ſi-
gnis contrarijs concipe quòd ſunt per eſſentiam in o-
culo. Exiſtimandum eſt, ſcilicet, iudicio uerìſimili nõ
tamen certo, quamuis enim omnia ſigna arguentia i-
maginationes eſſe ducentes ad aquam apparuerint,
non tamen certè iudicandũ eſt niſi cum hoc obfuſca-
tio in oculis & tenebroſitas affuerit: nam quandoq;
imaginationes iſtæ poſtquam incęperunt curantur
abſque hoc quòd perducant ad aquam aut naturæ,
aut medici beneficio, &c. Deinde cum dicit.

*Cum autẽ hæc paſſio in oculo propria
fuerit, prohibendum eſt infirmo, ne cum uẽ-
toſis minuat ex collo ſanguinem, nec ex bra-
chio, nec comedat piſces, nec omnia quæ hu-
mectare poſſunt. Venter uerò frequen-
ter ſoluendus eſt ex pilulis cochijs. Et æ-
ger ex calefactiuis & deſiccatiuis nutrien-
dus eſt. Hydromel præterea in potu eſt ei
tribuendum. Et in oculis ſief de fellibus
mittẽdus. Sief de fellib. quod proficit aquæ
in principio & dilationi pupillæ & eis qui
poſt occaſum ſolis nõ uidẽt, et tenebroſitati*

uiſus

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.80

uiſus quæ ex humore. Recipe fellis gruis, fellis ſaboth, fellis hircini, fellis ancipitris, fellis aquilæ, fellis perdicum, omnium ſiccorum unum aut plura, ſumanturq́; de omnibus drach. 10. iſtorum ſiccorum, euphorbij, colocynthidis, ſagapeni, omnium ana drach. 5. trita aggregentur, & ex ſuc. fœniculi teneri & mittatur in oculum.

Ponit curam aquę initiãtis, ex cuius curatione dicere potes tres generales intẽtiones ſuperius declaratas. Prima euacuatio eſt quam facit, non quidem phlebot. aut uentoſis ex eo quod rariſſimè accidit in hoc caſu quòd ſit conueniens ſanguinis extractio. In quibus tamen caſibus accidit, dictum eſt ſuperius, ſed cum euacuãtibus phlegma & aquoſitatem, ſicut ſunt pilulæ cochiæ non una uice ſed ſæpius exhibẽdæ. Secunda intentio eſt regimen uitæ cum calefacientibus & exiccantibus facilis digeſtionis non uaporoſis nec prębentibus nutrimentum craſſum, unde abſtineat à uino et bibat hydromel, id eſt, aquam mellis. Tertia intẽtio eſt cum localibus & maximè cum collyrio ex fellibus cuius deſcriptionem ponit, ſcilicet ℞. fellis ſaboth, id eſt, uarioli &c. hoc tamen collyrium eſt acutum ualde. Vnde conſulo ut in primis leuiora tentẽtur de quibus ſtatim dicetur. Sed quia A. ſecundum unam expoſitionem Gẽtil. laudat fel uiperę, ſecundũ aliam uituperat, licet credam quòd intentio eius fuerit laudare & non uituperare. Attẽde ſeptem conditiones obſeruãdas ſi uolueris ipſum applicare. Prima quòd eligatur fel uiperę non uenenoſæ, ſaltem extremæ, ſcilicet talis qualem comedere poſſemus, cuius electio tangitur quarto canon. fen. tertia, capitulo de cura lepræ. Secunda conditio eſt quòd tale fel miſceatur cum alijs medicinis frangẽtibus acuitatem eius ſicut dragagantum, gummi arabicum & ſimilia & ipſum in peruia quantitate. Tertia eſt quòd corpus ſit bene mundificatũ. Quarta quòd non ſit puer, ſed deuenerit ad complementum ætatis ut tunicę eius oculi non ſint multum molles aut paſſibiles. Quinta quòd tunicæ oculi non habeant aliquam ulcerationem nouam nec antiquam nec malam complexionẽ calid. aut apoſtema nec aliam debilitatem accidentalem. Sexta quòd homo nõ ſit multum famelicus nec habeat corpus multum inanitum ut nõ trahatur intus aliquid fellis. Septima quòd cum collyrizatur oculus, habeat os plenum aquę ut ſi quid per foramina narium redundet & ingrediatur os non tranſgluriatur, ſed recipiatur in aqua & expuatur. Si ergo tanta ſit ſpes in hoc felle, ut dixit A. cap. de debilitate uiſus, & ut quidam referunt ſe expertos fuiſſe adminiſtra obſeruatis ſeptem conditionibus ſupraſcriptis. Fel ſecundum Raſim debet eſſe exiccatum, non humidum, nam reſolutis partibus humidis remanet in reliquo fortior impreſſio. unde ſi nolueris tãtam impreſſionem melius eſt ut eligatur humidum. Sed iam præter medicinas Raſis & eas quæ dictæ ſunt ſupra in cap. de debilitate uiſus ad reſoluendum humiditatem turbidam in oculo ſubiungam quaſdam in hoc cap. proprias. Ex A. elice quatuor. Prima eſt ſuccus fœniculi cum oleo debitè incorporatis. Secũda eſt alcohol cum ſemine alktem quod eſt ultimum in reſoluẽdo aquam, alketra exiſtimo ſclaream, aliter dictam centrum galli, ſiue galli cryſtinam & gallientum uulgari ſcarloſa. Tertia eſt caput hirundinis aduſtum cum melle confectum. Quarta eſt oleum balſami collyrizatum. A, etiam laudat odorem ſampſuci, id eſt, maioranę & præſtãtius eſt ut ſit ſicca. Ex gloſa Raſis elice hanc deſcriptionem. ℞. ſalis ammoniaci, opopanacis, añ. ℥. 1. diſſoluantur in lacte ficuum. Gerardus de Solo accipit fellis, balſami ana. ℈. 2. ellebori albi, piperis ana. ℈. 1. pulurizanda pulurizentur & miſce cum aqua diſtillationis raphani. Meſue collyrizat cum aqua rutæ mixta cum ſagapeno aut cum ſucco fœniculi mixto cum felle, hircino melle & ſagapeno quod eſt ultimum. Sabor accipit fellis hircini exiccati in uaſe æneo granorum lauri excorticatorum ana. ʒ. 5. ſagapeni. ʒ. 1. gummi. ʒ. s. miſcentur cum melle pauco & urina pueri non polluti. Ieſus Hal, comedat fel uaccæ mixtum cum aſſa fœtida & pauco balſami. Sed attende quòd in oculo non ſit aliqua ægritudo prohibẽs horum acutorum approximationem ſicut mala complexio calida, ulcus aut apoſtema. Et ex bona præparatione ad reſolutionem aquæ eſt ut ante horum adminiſtrationem anhelet aliquis diu in oculum patientem poſtquam maſticauerit ſemen fœniculi, aut piper, aut allium, aut ſimile acutum, poſt quam anhelationem immediatè ſubſequatur collyrizatio cum aliquo de ſupraſcriptis, aut fomentet primò oculum aqua cal. decoctionis fœniculi, aut infundat oculum in aqua cal. decoctionis fœniculi in uaſe uiridi, nec ſolum ad hoc conferunt exterius applicita, ſed interius ſumpta, ſicut ſunt electuaria dicta ſuperius in debilitate uiſus ex humiditate turbida & propter craſſitiem ſpirituum, & ſicut hæc trazea quam conſulit Tadeus. ℞. ſem, fœniculi, aniſi, ameos, ſileris montani, zinzib. gariophilorum, cubebarum piperis longi, nucis muſcatæ, radicum chelidoniæ, euphragiæ, rutæ, beronicæ, aſſæ, regiæ, & ſimilium fiat puluis miſcendo cum ſaccharo, aut cum ſufficienti quantitate mellis, fiat elect. non tamen quòd ſi cataracta fuerit cholerica aut ſanguinea cõueniunt pro reſolutiõe ipſius remiſſiora calida tam exterius q̃ interius applicita. Et ſimiliter diuerſificãda ſunt medicamina ſecundũ tẽpora anni, & cõplexionem corporis, & oculorũ. Et propterea poſitę ſunt diuerſæ medicinæ, tu utere his quę magis tuo propoſito ſeruiũt.

Iam ſupereſt ut ponamus modum deponendi cataractam cum acu quæ deponẽda non eſt niſi ſit ſubſtãtię mediocris & boni coloris, ut antea fuit dictum. Si ergo fuerit nimis tenuis, incraſſetur cum cibis et potib. prębẽtib. nutrimentũ craſſum, non tñ caput multũ replentib. ne cataracta augeat. Conceduntur ergo in hoc caſu piſces, carnes craſſę, rixũ, frumentũ, et ſimilia incraſſantia nõ multũ uaporãtia. Imò etiã in hoc caſu ſi caput nimium repleret, euacuandũ eſt tam euacuationibus communibus, q̃ proprijs, & incraſſata cataracta ſufficienter præmiſſis euacuationibus etiam & phlebotomia, ſcilicet, ſi propter multitudinẽ ſanguinis uideat opportuna, & patiẽte bene diſpoſito, tam ſecundum corpus, q̃ ſecundum animam, ut quia nõ ſit tuſſiculoſus, aut habens aliam ægritudinẽ, nec iracundus, aut habens aliud accidens animi moleſtũ. Et

ſimiliter

ſimiliter oculo nõ habente aliam ægritudinem, procedatur ad operationem, poſtquam æger quieuerit per duos dies poſt euacuationes ſupraſcriptas, ipſo tamen habente beneficium uentris quotidie, aut naturaliter, aut medicinali auxilio, ſcilicet ſuppoſitorio, aut etiam clyſteri, ipſo etiam interim utente dieta tenui, aut ſaltem mediocri. Et ſi timeatur fluxus materiæ ad oculum per partes extrinſecas, ut quia aliàs ſit conſueta fluere approximetur fronti & temporibus aliquod ſtipticum ex dictis in opthalmia. Et tunc operator præparatis neceſſarijs, ſcilicet acu argentea, cuius hæc eſt figura. Et faldela cotti noui in albumine oui bene contuſo infuſa, & aliqua petia ſubtili linea ueteri circundata, quæ ſimiliter madefacta ſit, & ſi uideatur albumen oui eſſe nimis tenax addatur parum aquæ roſaceę, quod fortè melius eſt ne in ſeparatione dolorem faciat, & ſimiliter faſcia ſit parata. Et ſit tempus temperatum ſicut uer aut autumnus, aut fiat temperatum artificialiter, neq; ſit uentoſum aut nebuloſum. Et ſit luna, ſcilicet decreſcens & non in ariete, ſitque æger ieiunus non multum famelicus in loco claro conſtitutus, ſedens ſuper una bancha equitando. Et operator ſedeat ſuper eadem altius aliquantulum facie ſua uerſa uerſus faciem ægri. Et cum cruribus ſuis amplexetur coxas ægri, & habeat ſub pedibus eius duas banchas uel duo ſcabella firmiter fixa, quibus tempore operationis inniti poſsit, & miniſter ſit poſt ægrum ſtans rectus, ut poſsit uidere operationem, cuius pectori æger adhæreat & teneat palpebram ſuperiorem eleuatam cum indice aut medio digito, & medicus inferiorem palpebram deprimat ſiniſtram cum manu ſiniſtra, dextram cum manu dextra, & ſic oculo aperto operator ſufflet in eo ter aut quater poſtquam maſticauerit fœniculum, ut cataracta motum cum calore recipiat & depoſitioni obediat, deinde præcipiat patienti ut uertat oculum uerſus naſum & teneat ipſum firmum, & tunc in nomine Dei præmiſſo ſigno crucis intromittat acum per medium coniunctiuę diſtanter à cornea per medium digitum, aut plus, aut minus, ſecũdum oculi magnitudinem intornando acum & perforando intus donec penetret uueam, & immediatè cum ſenſerit acum eſſe in loco uacuo uertat acum uerſus foramen pupillæ, ne aliquo modo tangat cryſtallinam. Et caueat ne nimis intromittat acum, communis enim quantitas eius quod de acu intromittitur eſt quantitas digiti parui. Et propterea bonum eſt ut illa parte acus uſq; ad quam debeat intromitti uel parum altius ſit aliquod ſignum fixum, ut margarita aut ſimile, uel ſit in ea parte deaurata, aut aliter colorata, & quando uidebis acum per corneam, aut ſi non uidebis credis uerìſimiliter perueniſſe ad cataractam, quoniam cum cataracta eſt in foramine uueæ, aut inter uueam et corneam non poteſt uideri acus, quamuis acus perueniat ex directo foraminis uueæ, licet quandoque per motum acus uideatur umbra eius. Si autem cataracta ſit poſt foramen uueæ uerſus cryſtalloidem, puncta acus uidetur clarè cum eſt ex directo foraminis, quia cadit puncta acus inter cataractam & foramen uueæ. Et tunc deponat ipſam trahendo paulatim cum ſuauitate ad partem inferiorem, & eam ſic depoſitam, teneat tãto tempore quod diceret ter pater noſter, aut unum miſerere, deinde paululum acum trahat & uideat ſi aſcendat, & ſi reaſcendit iterum eam deponat totiens quòd inferius remaneat: faciendo tamen omnia cum ſuauitate, & cauendo tactum cryſtallinæ aut telæ araneæ, & ſimiliter dilatationem uueæ & perforationem corneæ. Si autem cataracta non poteſt deponi ad partem inferiorem, quia fortè adhæret parti ſuperiori, deponat ipſam ad partem ſuperiorem, aut ſcilicet, ad dextram aut ſiniſtram in qua parte depoſita quieſcit. Et propterea dixit Auic. quòd medicus ante depoſitionem debet experiri mouendo cataractam cum compreſſione ad quam partem magis declinet, & ad eam partem deponere, ad quam uiſa eſt in motu ſuo declinare. Et tunc acum extrahat intornando eam ſicut ipſam intromiſit, & tunc ad extollendam artem oſtende ſibi aliquod obiectum, & interroga quid eſt hoc, ut circumſtantes admirentur & magnificent opus tuum, & propterea bonum eſt, ut oculus ſanus ſit coopertus ante operationem, & non ſolum propter hoc ſed propter alia.

Tutius tamen eſt, ut cum adhuc tenes acum in oculo & deprimis cataractam, ut oſtendas obiectum, de quo dictum eſt, deinde clauſa palpebra ſuperpone cottum quod antea pręparaſti, & ligentur ambo oculi ut unus alium non moueat, & educatur cautè ad lectum propinquum, & præcipiatur quies, ſilentium, obſcuritas, & iaceat in lecto ſuper ceruicem capite eleuato, & parum comedat & bibat aquam coctam, & comedat mollia non indigentia maſticatione ſicut ptiſana hordei, aut oua ſorbilia, ſed non prima aut ſecunda die, ſed tertia aut quarta, & ſic deinceps. Et utatur regimine infrigidatiuo prohibente apoſtema, et uſq; ad quatuor dies non mutetur niſi de tertio in tertium, aut ſaltem niſi ſingula die ſemel, & tranſactis quatuor aut quinq; diebus, ſingula die bis ſemper imponendo albumen oui conquaſſatum cum pauca aqua roſacea, & ſic fiat uſque ad nouem dies. Deinde paulatim redeat ad cibum & potum & operationes ſibi conſuetas paulatim illuminando aerem in quo moratur, &c.

Duo autem ſunt accidentia quæ ſuperuenire poſſunt, quibus eſt ſubueniendum, unum, ſcilicet cum operatio ſit alterum poſt operationẽ. Primum, cum operatio ſit aliquid ſanguinis poteſt reſudare coràm pupilla, quia fortè pungitur uuea aut cornea, ut illum ſanguinem omni tuo poſſe ſimul cum cataracta deponas aliter erit nouiſsimus error peior priore. Secundum quòd poſt depoſitionem aliquando ſuperuenit dolor tum ex ophthalmia ſuperueniente, tum ex uulnere quod malignatur. Cura ergo ophthalmiam cum ſief albo & reliquo regimine ipſius, ulcus etiam in principio cum ſief albo, & deinde paulatim addendo ſief de plumbo & reliquum regimen eius. Et tempore uehementis doloris non oportet quòd oculus teneatur uehementer compreſſus. Et ſi ſuperuenerit pruritus, qui tamen ſub dolore reponitur, ſubueniatur cum aqua roſacea tepida, qua non ſufficiente aliquid thutiæ præparatæ ei addatur. Et tandem ſi multum moleſtat cum iam ſecuri fuerimus ab apoſtemate, imponatur collyrium noſtrum ſupraſcriptum in capite de prurìtu & rubedine palpebrarum. Aliqui tamen ex Græcis antiquis, ut recitat Albucaſis & Auic. faciebant foramen ſubtus, ſcilicet corneam, quod fortè melius eſt facere in coniunctiua cum acu canulata, ut ſugendo extrahant cataractam, quę operatio eſt inconueniens

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.81

niſi aliquibus obſeruatis conditionibus. Prima, ut aqua ipſa ſit citra uueam et non ultra. Secunda, quòd illa aqua ſit fluxibilis non confirmata, & quòd hæc operatio fiat paulatim, ne ſimul albugineus extrahatur, & hæc eſt propria cura ſaniei retro corneam. Multa, hoc dixi in capite, quia communiter eſt male cognitum.

DE NYCTILOPE AC ÆGILOPE. Cap. XXXI.

Nyctilops, ſequibare, amicalopes, ſuberrati, aſſe, tenebroſitas, ſunt termini ſynonymi ſignificantes hanc diſpoſitionem, de qua diuerſi authores ſub his diuerſis nominibus determinant. Ab Hali Abbate 9. theo. 13. cap. dicitur ſequibare. A Raſi 9. conti. aſſe. Ab Auic. & Raſi nyctilops quaſi noctis paſsio, ſiue uiſus obſcuritas. Et diffinitiuè eſt actio diminutè læſa, ita ut euaneſcat uiſus in nocte, id eſt in obſcuro, & uideat in die, id eſt in claro, & debilitetur in fine eius. Et econtra haliar, glaucoſis ægilops, ſileua, ſunt termini ſynonymi ſignificantes diſpoſitionem nyctilopi contrariam, glaucoſis quidem, quia accidit habentibus oculos glaucos: ſic enim appellatur quinto de generatione animalium: ſecundo cap. & tertia aphoriſmorum, ultimo aphor. Et eſt actio diminutè læſa, ut non uideat in die ſed in nocte, quod non eſt abſolutè intelligendum, ut nullo modo uideat in die, ſed diminutè, cum non poſsit tenere oculos apertos & lumen multum tolerare, nec econtra quòd uideant in nocte perfectè, ſed non ita impediuntur in nocte ſicut in die in comparatione ad oculos ſanos, ſiue temperatos, imò fortè melius uident in die quàm in nocte. Sicut etiam non eſt intelligendum de nyctilope, quòd nullo modo uideat in nocte, ſed quòd melius in die quàm in nocte in comparatione ad oculos ſanos, quanquam defendi poſsit quòd aliquis nyctilops melius uideat in loco lucentiſsimo, & melius toleret aſpectum ſolis, quàm oculus temperatus, & ſimiliter aliquis aliarticus melius uideat in nocte, quàm oculus temperatus. Ex quo tamen non ſequitur, quòd uiſio abſolutè ſumpta ſit perfectior in ægro aut diſtemperato, quàm in ſibi ſano aut temperato. Sed bene uiſio reſpectu determinati obiecti aut medij, aut breuiter cum circumſtantijs quibuſdam limitata non abſoluta. Et ex his diffinitionibus inferre poſſumus, quòd hæ diſpoſitiones, ſcilicet nyctipolis & haliar non ſunt ægritudines, ſed accidentia ægritudinum, à quibus immediatè pendent, &c.

Species harum diſpoſitionum ſunt, aut quia hę operationes ſunt multum læſæ aut parum, id eſt quòd iſtæ diſpotiones præternaturales ſunt remiſſæ aut intenſæ, ſunt recentes aut chronicæ, ſunt per eſſentiam in oculo aut per communitatem licet omnes iſtæ improprie ſpecies appellandæ ſint.

Cauſæ harum diſpoſitionum licet plurimæ ſint, ad hunc tamen modum unitatis reducũtur, quia cauſa immediata & adæquata nyctilopis eſt requiſitio multi luminis ad uiſionem cum hoc quòd oculus poteſt ipſum tolerare. Et econtrario cauſa immediata & adæquata haliar eſt requiſitio non multi luminis ad uiſionẽ cum hoc quòd oculus non poteſt multum lumen tolerare. Et ex hoc ſequitur quòd illi, qui nihil uident niſi lumen magnum, quamuis non poſsint niſi lumen magnum tolerare, ſicut habentes ulcus in cornea, & quibus uuea egreditur, non ſunt dicendi haliartici, ſicut econtra, neque ſunt dicendi, ſcilicet nyctilopes, qui nihil uident niſi lumen, quamuis multum lumen tolerare poſsint: utraq; enim eſt uiſio colorum, licet diminuta. Cauſæ autem nyctilopis & haliar etiam ſumuntur à tribus, ſcilicet, aut à tunicis oculi, ſcilicet, cornea uuea, et tela aranea, aut ab humoribus, ſcilicet albugineo & cryſtalliode, aut ſpiritibus. A cornea quidem cum eſt nimis craſſa aut nõ bene peruia. Hæ enim diſpoſitiones ſunt cauſæ nyctilopis, ſicut contrariæ, ſicut nimia tenuitas cum pluri ma peruietate ſunt cauſæ haliar. Nimia autẽ craſsities corneæ ſecundum plurimum eſt ex multa humiditate, ſiue ex tempore, ſiue ex generatione contracta. Et cõtra tenuitas corneæ eſt ex ſiccitate ſecundum plurimum: Imperuietas autem corneæ poteſt ſequi omne genus malæ complexionis, & multas etiam alias ægritudines, de quibus omnibus amplè dictum eſt in cap. de debil. uiſus. Verũ ulcus ſuperficiale, licet faciat corneam imperuiam eſt quandoq; cauſa haliar, oculo non potente multum lumen ſuſtinere, cum hoc tamen quòd non ſit ita imperuia, ut non poſsit uidere, quod etiam ferè accidit in omni ophthalmia.

Eædem cauſæ nyctilopis & haliar, ſumuntur ex diſpoſitionibus telæ araneæ, ut de cornea dictum eſt ex uuea, quia aut eſt nimis nigra reddens totum oculum obſcurum & eſt cauſa nyctilopis, aut econtrario parum nigra reddens totum oculum glaucum, et eſt cauſa haliar. Similiter ſi foramen eius ſit multum ſtrictum, ſiue naturaliter, ſiue præternaturaliter eſt cauſa nyctilopis, & econtra ſi nimis latum eſt cauſa haliar, quanquam conſtrictio pupillæ naturalis ſit cauſa, ut melius uideat in claro & obſcuro, quàm pupillæ dilatatio, comparando tamen uueam ad reliquam melius uidet, habens pupillę conſtriſtionem in claro quàm in obſcuro, & econtra habens dilatationem pupillæ. Ab albugineo uerò cum eſt multus in quantitate aut non bene peruius eſt cauſa nyctilopis ſicut contrariæ diſpoſitiones ſunt cauſæ haliar.

Cauſa autem multiplicans albugineum ſecundum plurimum eſt humiditas, ſcilicet cum præſentia materiæ ſanguineæ aut phlegmaticæ, ſicut cauſa paucitatis eſt ſiccitas, ſicut accidit conualeſcentibus, & qui paſsi ſunt longas ægritudines unde in his oculi efficiuntur glauci, & ipſis ad ſanitatem redeuntibus multa humiditate reaſſumpta, efficiuntur nigri, &c. Cauſæ autem imperuietatis albuginei dictæ ſunt ſuprà in capite de debil. uiſus, & capite de imaginationibus. Ex cryſtalliodæ uerò, quia ſi fuerit magna & multũ lucens, aut uerſus ſuperficiem oculi eſt cauſa haliar. Contrariæ diſpoſitiones ſunt cauſæ nyctilopis. Ex ſpiritibus uerò, quia ſi fuerint multi craſsi aut turbulenti, ſunt cauſa nyctilopis, contrariæ diſpoſitiones, paucitas. ſubtilitas cum claritate ſunt cauſa haliar. Vnam cauſam nyctilopis ſcribit Ieſus hali, ſcilicet nimius aſpectus ſolis, & rerum albarum, ſicut accidit iter agentibus in niue, & econtrario longa mora in tenebris eſt cauſa haliar, quod totũ reſoluitur in craſsitiem & ſubtilitatem, paucitatem & multitudinem, unionem & diſgregationem ſpirituũ, & etiam aſſuefactionẽm quandam, uirtutes enim naturales neceſsitatem aliquam aſſumentes fortius operantur. Et ex his

his iam apparet ſolutio multorum propblematum. Primum, propter quid habentes oculos nigros ſunt frequẽtius nyctilopes, & habentes glaucos & uarios, ſunt frequentius haliartici. Secundum, quare aliqui exiſtentes in claro bene uident in obſcuro, aliqui, male & econtrario aliqui exiſtentes in obſcuro bene uident in claro, aliqui male, aliqui bene utroq; modo, aliqui male utroq; modo, quanquam omnes exiſtentes in obſcuro, melius uideant in claro, quàm exiſtentes in claro uideant in obſcuro. Tertium, quare habentes multitudinem colorum in oculis ſuis ſunt apti ad hoc, ut fiant nyctilopes, & ſimiliter anfractuoſi in oculis ſuis, ut dicit Auic. per anfractuoſos intellige oculos in quibus apparẽt quædam profunditates obſcuræ, hæ enim arguunt aut paruam peruietatem humorum, aut tunicarum, aut craſsitiem & turbulentiam ſpirituum cum paucitate. Quarto, quare oculi eminentes ſunt proni magis ad haliar econtra concaui ad nyctilopes. Cauſę autem nyctilopis & haliar per communitatem à ſtomacho capite & toto corpore ſumũtur, ſicut dictum eſt in cap. de debilitate uiſus, & cap. de imaginationibus, ſed certè non cauſant nyctilopem, neq; haliar, niſi inducendo nocumentum per eſſentiam in oculo, de quibus ſermo preceſsit, aut ipſa augendo. Signa autem nyctilopis & haliar & & ſpecierum & cauſarum earũ, ſiue ſint per eſſentiam ſiue per communitatem, ſiue corporeæ, ſiue primitiuæ, ſumuntur eodem modo, ſicut in debilitate uiſus dictum eſt, & non immeritò: hę enim ſunt ſpecies debilitatis uiſus, imò ferè ex eiſdem cauſis proueniunt, ex quibus uiſio delonge & non de prope, & econtra proueniunt. Prognoſtica. Haliar conſequens ſubtilitatem ſpirituum, & paucitatem, & cauſas inanientes ſecundum plurimum deterior & minus corrigibilis cæteris paribus, quàm nyctilops, conſequens nocumenta telæ araneæ, & cryſtalliodis raro uel nunquam ſunt corrigibiles. Nyctilops conſequens conſtrictionem foraminis uueæ præternaturalem, eſt magis timenda quàm haliar conſequens eius dilatationẽ prę ternaturalem, &c. Sed tunc circa hoc dubitatur. Vtrum homo per aliquam diſpoſitionem naturalem, aut præternaturalem poſſet uidere in umbra & tenebris. Et arguitur quòd non, quia ſine lumine non contingit uidere, igitur quæſtio falſa pro parte affirmatiua, tenet conſequentia, & aſſumptum eſt philoſophi & coment. 2. de anima, com. 67. Præterea Auer. in com. de ſenſu & ſenſato dicit: lux non eſt in oculo per naturã oculi, ſed intrat ipſum ab extra. Et ſi ineſſet ei de eius natura, tunc in obſcuro uideret. In contrarium eſt Auic. cap. de haliar 3. tertij, & confirmatur, quia quædam animalia uident in tenebris ſicut leones, ſerpentes, cattæ, bufones, &c. ut dicunt philoſophi, & docet experientia, ergo etiam homo, per aliquam diſpoſitionem poterit uidere in tenebris tenet cõſequentia, quia homo quadã uirtualitate continet factiones & perfectiões omniũ, ut inquit Ariſt. in lib. ad Alex. etiã quia uidemus in homine fieri mirabiles tranſmutationes ex multis ægritudinibus, ut Auic. 1. tertij & Gal. 3. inte. & Ariſt. 30. proble. prob. 1. Inquit enim quòd ex melãcholia quadam facti ſunt quodammodo diuini uaticinantes & futura prædicẽtes, & exemplificat de Sybilla & Bacchide. Et quidam facti ſunt poetæ, ſicut Maracus Siracuſanus, & recitat Concil. ibidem ſe habuiſſe à medico fideli, quòd quædam mulier illiterata dum eſſet melancholica latinum congruum loquebatur, qua ſanata locutio illa literalis euanuit, & multa etiam ſimilia in noſtris temporibus referuntur, quæ certè mirabiliora uidentur, quàm quòd homo uideat in tenebris. Et nouiſsimè noſtris temporibus fuit Paduæ quædam mulier nominata Angariel, de qua mirabilia prædicantur. Pro ſolutione huius quæſtionis præmittendum primò, quòd medici per umbram intelligunt medium diminutè illuminatum, ſicut eſt in nocte, per tenebram uerò medium omnino luce priuatum. Philoſophi autem quiditates rerum proprias indigantes per tenebras intelligũt luminis priuationem, & per umbram tenebram remiſſam: tenebra enim lumini priuatiuè opponitur, unde non gradus luminis eſt tenebra infinita, reliqui uerò gradus luminis inter gradum infinitum, & non gradum habent tenebram admixtam.

Ad propoſitum credo tenendum eſſe nullum animal poſſe uidere in medio ſummè illuminato: uiſibile enim tantæ excellentiæ cuiuſcunq; animalis uiſum corrumperet, imò etiam neq; in medio multum propinquo illi quod ſummè illuminatum eſt. Inter animalia tamem eſt differentia. Quædam enim ſunt lumen intenſum tolerantia, ſicut ſcilicet aquilæ, uultures, & ſimilia, & multo intẽſius quàm homo. Et ſicut tolerant lumen intenſius quàm homo, ita uident magis delonge, licet fortè de prope, & obiecta minima melius uideat homo, & ſimiliter in umbra ſiue in lumine remiſsiori melius uideret homo quàm huiuſmodi animalia, quod totum prouenit ex craſsitie maiori ſpirituum uiſibilium, & humorum in his animalibus quàm in homine, imò dicitur quòd uultures uident cadauera diſtantia per quingenta miliaria. Quædam animalia ſunt melius uidentia in obſcuro quàm homo, imò uidentia in medio omnino lumine exteriori priuato, ſicut leones, ſerpentes, catti, lupi, buffones, licet non omnino uideant ſine lumine, habent enim lumen intrinſecum, quod eſt lumen cryſtalloidis, & conſequenter ſpirituum uiſibilium qui generãtur ex ſpiritibus animalibus in cryſtalloide, quod lumen eſt adeò intenſum, ut illuminet medium ſibi propinquũ & facit ut colores ſibi propinqui potentia uiſibiles, actu uideantur. Et hæc animalia optimè uident de prope, & obiecta minima ſibi propinqua, & multo melius quàm homo licet fortè in claro, & de longe melius uideat homo, quàm hæc animalia quod totum prouenit ex maiori ſubtilitate ſpirituum cum claritate in his animalibus, quàm in homine, & ſimiliter ex maiori paruitate humorum, & tunicarũ, & maiori paruitate, & claritate cryſtalloidis: ſunt autem quædam animalia quæ neq; in claro, neque in medio multum obſcuro uident, ſicut ueſpertiliones quod prouenit ex paucitate ſpirituum cum pauca claritate ipſorum, & ſimiliter cryſtalloidis licet fortè ſatis mediocres ſint in craſsitie & ſubtilitate, & hęc male uident delonge & de prope, ſicut & homines qui habent paucos ſpiritus uiſibiles, & male claros. Ad propoſitum ergo cum quęritur, utrum homo ſine lumine exteriori poſsit uidere per aliquam diſpoſitionẽ naturalem, aut præter naturalem. Tenendum eſt quòd non, ut exiſtimo quanquam Gentilis contrarium arbitretur nam fruſtra eſt illa potentia, quę nunquam reducitur

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.82

ad actum nunquam autem eſt auditum neq; uiſum, neque ſcriptum quòd homo ſine lumine exteriori uideat, & ſuas poſſet exercere operationes in tenebris, quanq; aliqui in medio multum remiſſè illuminato uideant, habentes, ſcilicet, ſubtilitatem ſpirituũ & humorum cum claritate & magna paruitate, & ſi cum hoc habent multitudinem ſpirituum uiſibilium bene uident in claro & in obſcuro, & bene de prope & de longe. Et ſi quis inſtaret, quid prohibet etiam ſimilem diſpoſitionem in oculo humano reperiri in cryſtalloide, ſcilicet ualde lucente, & conſequenter ſpiritus uiſibiles in ea genitos ita lucidos, ſicut in animalibus ſupraſcriptis, nam certum eſt cryſtalloidem humanam eſſe lucidam, & eius luciditatem poſſe intendi, & certum eſt quòd magis & minus non uariant ſpeciem, quamuis enim cryſtallois humana fieret, ita lucida ſicut cryſtallois ſerpentis uel leonis, ſiue à natiuitate, ſiue ex tempore non propter hoc defineret eſſe humana, neq; mutaret ſpeciem, quia hæc diſpoſitio non eſt eſſentialis illis ſpeciebus quibus ineſt, nec forma ſpecifica aut proprietas inſequens ſpeciem: ſic enim eſſet propria uni ſpeciei & non communis tot ſpeciebus. Amplius dicit Auic. q; haliartici uident in tenebris & umbra, & niſi ſit ſuperfluus per tenebras intelligit medium omnino lumine carens. Ad hoc reſpondetur. Ad primum dicitur quòd ſicut omnium naturam conſtantium determinatus eſt numerus magnitudinis & augmenti. 2. de anima, ſic omnium natura conſtantium determinatus eſt terminus intenſionis, quamuis neq; magnitudo maior aut minor, neq; intenſio maior, aut minor uarient ſpeciem, & conſequenter dicendum quòd luminoſitas illa non eſt forma eſſentialis, neq; ſpecifica improprietas uni ſpeciei propria. Sed eſt forma accidentalis inſequens complexionem, & modum mixionis pluribus ſpeciebus communicabilis, ſed non ſpeciei humanæ. Simili enim argumento poſſet probari odoratum hominis, poſſe intendi ad gradum odoratus canis, & ſimilia, quæ ſatis reputantur abſurda. Sed iam reſtat ut reſpondeamus ad argumenta in oppoſitum. Et quia omnia argumenta tam ante oppoſitum, quàm poſt adducta aliqualiter tendunt contra determintionem quæſtionis, ad omnia eſt reſpondendum. Ad primum igitur cum dicitur quòd ſine lumine non contingit uidere conceditur, ſed animalibus de quibus ſupra ſufficit intriſecum ſine extrinſeco, homini uerò præter intriſecum requiritur extrinſecum. Et ad Auer. in com. de ſenſu et ſenſato, cum dicitur quòd lux non eſt in oculo per naturam oculi intelligit de oculo humano, & plurimarum ſpecierum, non de omni oculo, & intelligit de luce ſufficiente ad uiſionem ſine lumine extrinſeco. Certum eſt enim quòd tam in oculo humano quàm cæteris ineſt lux, ſcilicet per naturam, ſed quibuſdam ſufficit ad uiſionem lumen intrinſecum, quibuſdam uerò non, quorum animalium diuerſitas à nobis facilè comprehendi poteſt, nam illa animalia, quorum oculi adeò in tenebris lucent, ut à nobis uideri poſsint, & non ſolum oculi, ſed os & caput, & medium ſibi propinquum poſsint in tenebris uideri. Et quanto plus de medio ſibi propinquo illuminant, tanto melius in tenebris uidere poſſunt. Et ſi inſtetur, ergo etiam obiecta eorum lumine illuminata, & ad tantam diſtantiam deberemus uidere ſicut ipſa. Dicitur quòd aliqua uidentur, ſed non omnia, nec ad tantam diſtantiam cum minima illuminatio propter ſuorum oculorum diſpoſitionem ſit eis ſufficiens, ad uiſionem non homini. Ad argumenta poſt oppoſitum reſpondetur. Ad authoritatem Auic. in cap. de haliar, dicitur q; per tenebras intelligit medium remiſſè illuminatum ſicut in nocte ualde obſcura, ſed per umbram intelligit medium obſcurum magis tamen illuminatum, ſicut eſt immediatè poſt ſolis occaſum. Ad ſecũdum dicitur quòd homo, ſcilicet uirtualitate quadam continet actiones omnium animalium, id eſt, quòd quicquid faciunt cætera animalia naturali inſtinctu, homo uiribus ſui intellectus, & aliarum potẽtiarum animæ coadiuuantibus organis corporeis facere poteſt. Sicut enim quædam animalia in aquis natant & degũt. Similiter hoĩs ex induſtria in aquis natant, & piſces capiunt, & merces nauibus hinc inde ferunt. Et ſi aues per aerem uolant, ſimiliter & homines per artem columbis utuntur ad portandum literas ſubitò ad loca ſcilicet diſtantia. Ex his itaq; & ſimilibus cõcludi poteſt, quòd homo uirtualitate quadam continet actiones omnium animalium. Ad tertiam rationem arguentem mirabiliores effectus euenire in quibuſdam ægritudinibus maximè in mania & melancholia, quàm ut homo uideat in tenebris. Conceditur. Sed ulterius dicitur conformiter loquendo ſecundum fidem, quòd hi, ſcilicet effectus non ſolum in uim ægritudinis & cauſas reſoluendi ſunt naturales, ſed in cauſas ſupernaturales, ſcilicet in dæmones, aut angelos, qui cum anima humana coniunguntur. Cui opinioni conſentit Auic. 1. tertij, & quarta ſexti naturalium. Et Sybilla Erithræa tenetur de Chriſto prophetizaſſe, ſiunt autem prophetæ ex coniunctione ſuperioris intelligentiæ cum anima humana, ut Auic. loco ſupraſcripto, quanquam aſtrologi hos effectus in cauſas cœleſtes referant, ut apparet in centiloquio & tertio quadripartiti. De bachide autem multa poeticè referuntur, quibus non leuiter credendum eſt. Et fortè Ariſt. 30. problem. probl. 1. multa de his poeticè locutus eſt, quanquam uiſus ſit hos & ſimiles effectus, aut in melancholiam, aut in ebrietatem reſoluere, oſtendens per longum proceſſum ex melancholia & ebrietate omnino ſimiles effectus prouenire.

De Maraco autem Siracuſano qui poſtquam maniam incurrit, factus eſt poeta. Dicitur quòd non eſt inconueniens aliquem propter maniam fieri acutioris intellectus, & ſaltem in aliqua re determinata melius ſpeculari, quàm in ſanitate humiditate cerebri reſoluta, quæ antea uires intellectus obtundebat. Sicut & ſuperius de intent. Ariſtot. conceſſum eſt aliquem oculum ophthalmicum acutius uidere, quàm ipſum ſanum, & ſic Maracus Siracuſan. factus maniacus, numeratus eſt inter poetas, cum ante ad poeſim, ſcilicet hebetiorem habuerit intellectum. Licet non credendum ſit ipſum ante maniã omnino poeſeos inexpertum fuiſſe. Sic enim miraculoſum fuiſſet, & in cauſas ſuper naturales reſoluendum. Eodem modo in propoſito noſtro concedo aliquem haliarcum melius uidere in tenebris quàm ipſemet antequã haliar incurriſſet, non tamen poſſe uidere omnino ſine lumine exteriori per aliquam diſpoſitionem aut ex tempore aut ex natiuitate acquiſitam niſi ſupernaturaliter, qui

qui enim fecit uidere cæcum natum, poterit facere quòd homo uideat ſine lumine exteriori. Et ex his iam manifeſtum eſt quid ad cætera reſpondendum ſit. Si enim uera ſunt quæ medicus fidelis retulit Petro Apponenſi de muliere illa quæ prius illiterata facta maniaca congruè loquebatur, qua ſanata locutio literalis euanuit, manifeſtum eſt ipſam fuiſſe dæmoniacam. Similiter etiam dico de muliere Patauina, quæ ideo Angariel nominata eſt à nomine dæmonis à quo uexabatur. Sed conſulo tibi ut in ſimilibus non facilè credas, homines enim plerunque ſunt mendaces ducti quadam auiditate magna & inuſitata prædicandi. Ego enim cum à 25. annis & citra fuerim diligẽs horum inquiſitor nondum uidi aliquos effectus, quos non potuerim in melancholiam referre. Et etiam Petrus Apponenſis, qui fuit diligens omnium rerum inueſtigator, non dicit ſe hæc miranda uidiſſe, ſed audiuiſſe. Et fortè Ariſtot. cum multa talia audiuiſſet, & non uidens tempore ſuo aliquid, quod non poſſet in cauſas naturales reſoluere, ideo omnia talia in ebrietatem & melancholiam reſoluebat, ut in longo proceſſu patet 30. problemarũ, problemate primo, &c. Excuſamur à proſequendo curam nyctilopis & haliar ſecundum omnes earum cauſas propter ea, quæ dicta ſunt in capite debilitatis uiſus, cuius curam proſecuti fuimus ſecundum omnes eius cauſas & ſpecies. Eſt nanq; manifeſtum quòd nyctilops & haliar ſunt ſpecies debilitatis uiſus pendentes ferè ab eiſdem cauſis à quibus pendet uiſio de longe & non de prope, & ſimiliter de prope & non de longe, unde hic perſtringemus curam nyctilopis ſolum prouenientis propter humiditatem turbidam in humoribus, & propter ſpiritus craſſos & turbulentos, cuius cauſa remotior poteſt eſſe, & eſt ſæpe humiditas corporis ſuperflua, aut alicuius membri oculo communicantis, maximè ſtomachi, aut capitis, & ponam etiam curam nyctilopis propter longum aſpectum rerum albarum & lucẽtium, & ſimiliter ex paucitate ſpirituum & ſubtilitate, cuius cauſa remotior eſt ſæpe ſiccitas corporis ſuperfluua, aut alicuius particulæ oculo communicãtis, & ſimiliter curam haliar ſcilicet propter longam moram in tenebris, &c.

Cura itaq; nyctilopis propter humiditatem ſuperfluam turbidam in humoribus oculi, & propter craſſitiem & turbulentiam ſpirituum ſi ſit non ſolum per eſſentiam in oculo, ſed etiam per communitatem exigit iſtas intentiones, de quibus dictum eſt in debilitate uiſus, à ſimili cauſa quas huic cap. accommoda. Vnam tamen tantum hic proſequar, ſcilicet, reſolutionem humiditatis humores oculi turbidantis et incraſſantis, necnon reſolutionem uaporum ſpiritus incraſſantium & turbidantium cum localibus huic diſpoſitioni proprijs. Et quia Raſis ponit in hoc cap. plures medicinas huic diſpoſitioni proprias, ideo capitulum Raſis exponamus prius, deinde præter medicinas Raſis, alias ſubiungamus, &c.

AD hoc utile exiſtit epar caprinum ſcindere & ponere ſuper unam ſectionem piper longum, & cooperire ipſum ex alia ſectione pipere longo in medio exiſtente, deinde ponere ipſum in furno & dimittere ipſum donec aſſetur & deſiccetur, quo facto piper longum quod in medio erat ſumatur & bene teratur cum pauco muſco, deinde ex liquore qui ex epate aſſato expreſſus fuerit, aſpergatur & ſiccetur & in oculo mittatur. Aut fel caprinum cum melle mixtum in cortina ſuper ignem miſceatur, deinde radius in eo illinitus immittatur in oculum. Quod autem ad hoc magis ualet eſt, ut ſief de fellibus in oculum mittatur. Si autem hæc non ſuffecerint uenter ſoluatur. Et ſanguis ex duabus cephaleis & ex fronte minuatur. Et regimen ſubtilietur.

Diuiditur hoc cap. in quatuor partes. In prima ponit unam medicinam. In ſecunda ibi. Aut fel caprinũ ponit aliam. In tertia ibi. Quod autem ad hoc. ponit tertiam. In quarta ibi. Si autem hæc non. ponit ſcilicet quid agẽdum ſit his localibus non ſufficientibus. Primum eſt ut epar caprinum ſcindatur per medium & melius eſt ut in eo fiant plures ſciſſuræ, & in medio ſciſſurarum ponatur piper longum craſſo modo contuſum, & bene iungãtur partes adinuicem, & aſſetur in furno tandiu donec ſit bene coctum: non ſit tamen exiccatum, quo facto, piper longum quod erat in medio ſumatur & ſubtiliſsimè teratur, & miſceatur cum pauco muſco, quod ſit ſubſexcuplũ aut ſuboctuplum ad piper, deinde hic puluis cum ſucco qui ex epate aſſato exprimitur, miſceatur optimè in modum collyrij incorporando, ex quo collyrio eſt aliquid in die ſaltem quater in oculo imponendum.

Hoc quidem collirium calefacit, exiccat, & reſoluit humiditatem & uaporem, humores, & ſpiritus ſubtiliat, oculum confortat, ſpiritus & humores illuſtrat. Magis tamen conforme eſt menti Raſis, ut hic puluis poſtq; fuerit liquore epatis hircini cõſperſus, ſiccetur, & in oculum mittatur: epar enim caprinum ſiue hircinum quocunq; modo adminiſtratum cõfert in hac diſpoſitione ſua occulta proprietate, ſiue poſtquam aſſatum eſt, aut elixatũ comedatur, & præcipuè cum aliquibus in hac diſpoſitione proprijs ſicut eſt piper longum, ſal indum, euphragia, ſemen fœniculi, ſiler montanum, & ſimilia, ſiue dum aſſetur aut elixetur nictilopi ſuffumigẽtur, ſiue collyrium modo ſupraſcripto ordinatum, oculo imponatur. Sed dicitur quòd epar hirci magis confert uiris, capræ uerò mulieribus. Et ſimiliter, ut refert Auic. epar leporis eſt in hac diſpoſitione conueniens, ſimiliter præparatum.

Secunda medicina Raſis eſt, ut fel caprinum cum melle, ſcilicet mixtum in curcuma uel in aliquo uaſe ſimili ſuper ignem miſceatur, donec bona fiat mixio, & ſtilus in cuius extremitate ſit aliquid cotti iſto me-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.83

dicamine illinitus ponatur in oculo. Tertia medicina eſt collyrium de fellibus in præcedenti cap. à Raſi poſitum: In ultima parte dicit Raſis, quòd ſi hęc nõ ſufficerent uenter ſoluatur, & ſanguis ex duabus cephalicis & fronte minuatur, & regimen ſubtilietur, dans per hæc uerba intelligere tria ex intentionibus poſitis in cap. de debilitatę uiſus, ſcilicet euacuationem perſiciendam tam phlebotomia, quàm pharmacia, diuerſionem & debiti regiminis ordinationem. Cauſa autem quare aliquando ſola localia ad curam ſufficiunt eſt, quia humiditas hæc aut hi uapores ſunt per eſſentiam in oculo, non aliunde communicati, &c. Cum autem materia aut uapores aliunde communicantur ſcilicet à ſtomacho, cerebro, aut à toto requiruntur præter localia intẽtiones, quæ ordinatè in cap. de debilit. uiſus poſitæ ſunt. Et ſunt. Prima euacuatio complenda per phleborotomiam utriuſque cephalicæ ſi ſanguis fuerit in cauſa et fuerit nyctilops utriſque oculis & complenda etiam per pharmaciã ſi alij humores fuerint in cauſa. Secunda eſt diuerſio, quam Raſis per phlebot. uenæ frontis dedit intelligi. Et tu ſupple omnia genera diuerſionum de quibus in cap. de debilitate uiſus longo ſermone actum eſt. Tertia eſt membri communicantis regimen, ſicut ibidem dictum eſt, & oculi confirmatio, ne recipiat. Quarta eſt humiditatis in oculo exiſtetis reſolutio, quæ per angulos lachrymales educitur, ipſorumq; humorũ & ſpirituũ ſubtiliatio & illuſtratio. Quinta eſt debitum regimen ſex rerum non naturalium, & annexorum, ſicut ibidem longo ſermone poſitum eſt, &c.

Cura autem nyctilopis propter craſsitiem ſpirituum & turbulentiam exigit duas intenſiones generales, de quibus in debilitate uiſus actum eſt. Quarũ una eſt ſanguis ſubtilis & clari generatio qui eſt materia ſpiritus. Altera eſt ipſorum ſpirituũ ſubtiliatio & illuſtratio, quæ qualiter compleri debeãt, & cum quibus ibidem ſufficiẽter dictũ eſt. Illuc ergo recurre. Sed nota ꝙ Auic. & Meſue appropriant in hac diſpoſitione uinum uetus purum uinoſum ante cibum, ſcilicet, per mediam horam, aut unam horam iam perfecta cibi pręcedentis digeſtione, & iam perfectis euacuationibus & diuerſionib. de quibus ſermo præceſsit, et ſit in pauca quantitate, ſcilicet duarũ ℥. aut circa: hoc enim datur ad ſpiritus & humores ſubtiliandos. Et ſi exhiberetur immediatè poſt ſumptiõem alicuius electuarij, aut pulueris in hac diſpoſitiõe proprij, de quibus in debilit. uiſus, propter humiditatẽ turbidam, & propter craſsitiem & turbulentiam ſpirituũ acetum eſt præſtantius. Et poſſet exhiberi etiã per tres horas ante cibum aut pluries, dummodo eſſet perfecta digeſtio cibi præcedentis, loco huius poſſet exhiberi uinũ artificiatum in iſto cap. deſcriptum. Nota ſecundò ꝙ Meſue in nyctilope proueniente ex multitudine ſanguinis, facta phlebotomia ex cephalica, præcipit phlebotomiam uenarũ lachrymalium, id eſt, quæ ſunt in lacrymalibus domeſticis ad euacuãdum cauſam coniunctam. Similiter ſanguinẽ extrahi ex uenis narium aut cum ſanguiſugis, aut cum inſtrumento facto ex ſetis porcinis, aut cum fuſtibus herbæ quæ ſanguinaria uocatur. Vbi tamen hæc duo fieri debent, prius ſanguis ex naribus eſt prouocandus, deinde ex angulis lachrymalibus, ex quibus eliciuntur tres intentiones, ſcilicet euacuatio, diuerſio, & cauſæ coniunctę remotio. Quarta autem intentio, ſcilicet humiditatis et uaporum reſolutio, & humorũ, & ſpirituum ſubtiliatio & illuſtratio perficitur non ſolum cum his, quæ in oculo ponuntur, ſed etiam cum interius ſumptis, ſicut herba adhib, id eſt, euphragia, cubebæ, fœniculus, chebuli conditi, nux muſcata condita, tripheræ pulueres, electuaria, uinum artificiatum, epar hircinũ comeſtum, carnes uiperarum præparatæ, ut in lepra & multa alia, de quibus dictum eſt in debilit. uiſus, & pleriſq; alijs capitulis. Sed pręter collyria ſuperius deſcripta ex intentione Raſis eſt collyriũ expertum ex intenſione Alexandri. ℞. ſucci fœniculi depurati partem 1. mellis, fellis hircini, ana. partem s. expertũ eſt, cui ſi admiſceatur ex ſtercore cocodrili 1. illius ſerpentis & ſtercore ſtellionis, an. partis 1. quarta pars, ſanat in paucis diebus, &c. Similiter laudat cohol ex pipere longo, zingib. & ſpica. Cura autem haliar propter paucitatem et ſubtilitatẽ ſpirituum, & humorum perficitur duplici regimine. Vnum eſt debita adminiſtratio cibi & potus, & aliarũ rerum non naturalium quib. multum de ſanguine laudabili & aliquãtulum craſſo, non tamen turbido generatur, qui eſt materia ſpirituum uiſibilium & humorum oculi. Secundum eſt confortatio uirtutũ naturalium, ut ex cibo bonus chilus, ex chilo bonus ſanguis, ex ſanguine multi ſpiritus & humores aliquantulum craſsi, ſed non turbidi generentur, de quibus actũ eſt ſufficienter in debilitate uiſus, ad quod recurre. Et hi debent multum dormire & eſſe ocioſi animo & corpore, & multũ humectari qualitatiuè & ſubſtantificè, & debent uti mirobalanis & tripheris ex illis factis ad cõfortandum ſpiritus & uniendum, ſed ſint permixtæ cum aliquibus humectantibus. ſ. ſyrupo aut ſaccharo uiolato. Et ueſtes & operimenta ſua cum egrediunt domum tranſeuntes per medium lucidum debẽt eſſe nigra, & locus habitationis debet eſſe mediocris coloris maximè uiridis. Et in ſumma totũ regimen ad frigidum, aut ad temperiẽ in actiuis. Et rarò conueniunt euacuationes niſi adſit humor præter modũ ſpiritus ſubtilians, qui euacuandus eſt cum lenib. in quibus ſint mirobalani aut eorũ uirtus. Et ſi longũ eſſent acturi iter per loca alba aut lucentia, portent uelum nigrũ coràm oculis.

Cura autem nyctilopis propter longum aſpectũ rerum albarum & lucentiũ, & ſimiliter haliar propter longam moram in tenebris & aſpectũ rerum nigrarum perficitur. Vnde in nyctilope fiat tranſitus paulatim de medio claro in obſcurum. Et econtrario in haliar de obſcuro in clarum. Et magis ſucceſsiuè & paulatim, ꝗ in nyctilope de claro in obſcurũ cum lumen fortius imprimat, quàm tenebra. Demũ hoc regimine non ſufficiente procedatur in haliar cũ multiplicantib. & incraſſantib. ſpiritum & humores, & in nyctilope cum ſubtiliantibus ſpiritus & humores, & ipſos illuſtrantibus ſicut iam dictum eſt, &c.

DE DILATATIONE PVPILLÆ. Cap. XXXII.

Dilatatio pupillæ, alinthiſar ſunt nomina ſynonyma ſignificantia hanc diſpoſitionem, de qua diuerſi authores ſub his diuerſis nominibus determinant. Quę diffinitiuè ſecundũ Auic. eſt ut fiat foramen uueæ latius quàm eſt à natura. Et contra conſtrictio eſt ut ſit foramen uueæ ſtrictius,

quàm conſuetum ſit, ex quibus infertur quòd utraq; earum diſpoſitionum eſt morbus in uia, ut quia uia delationis ſpecierum nimis dilatatur aut conſtringitur, imò aliquando uia aufertur foramine penitus obſtructo, &c. Duplex eſt alinthiſar ſiue pupillę dilatatio. quædam naturalis, quædam pręternaturalis, id eſt, reddens oculum ægrum uel neutrum. Et hęc iterum eſt duplex, quædam ex tempore, quædam ex generatione contracta. Quarum utraque eſt duplex, quædam magna, & interdum adeo magna, ut conſequatur corneam, quædam parua non multum tranſcendens limites ſibi naturales. Eædem ſpecies & diuiſiones conſtrictionis, pupillæ poſſunt aſsignari, cum quædam ſimiliter ſit naturalis, quædam pręternaturalis. Et præter naturalium quædam ex tempore, quædam ex generatione contracta. Et utraq; duplex, nam quædam magna & interdum ita magna, ut foramen penitus obturetur, quædam parua non multum recedens à limitibus naturalibus.

Cauſas dilatationis aut conſtrictionis naturalium non oportet aſsignare, cum ipſi non debeatur curatio, ſed præſeruatio uel reductiuo, quæ non ſunt pręſentis propoſiti. Vt plurimũ tamen dilatatio naturalis inſequitur humiditatem & multitudinem albuginei, & conſtrictio cauſas his contrarias. Cauſæ autem dilatationis & cõſtrictionis præternaturalium quandoq; ſunt per cõmunitatem, quandoq; ſunt per eſſentiam in oculo. Sed quia neceſſariũ eſt in his diſpoſitionibus uueam lædi, aut per eſſentiã aut per communitem, placet nunc ordine reſolutorio cauſas harum diſpoſitionũ inueſtigare reſoluendo hos effectus in cauſas propinquas, & propinquas in remotas, & remotas in remotiores. Cauſæ itaq; imediatæ harum diſpoſitionum ſunt aut mala complexio, aut apoſtema aut ſolutio continui, aut mala compoſitio, ſicut malus ſitus eſt cauſa tam dilatationis quàm conſtrictionis, ut clarius inſequentibus. Et ſi mala complexio, ſecundum plurimum eſt aut humida aut ſic. Et ſi humida, aut ſine materia, & ſic mollificando eſt cauſa conſtrictionis, aut cum materia ſubtili paralyticãte, & ſic etiam eſt cauſa conſtrictionis, aut cum materia craſſa ſpaſmãte. Et tũc illa materia aut eſt imbibita in parte uueæ terminata ad foramen eius, & ſic ex cauſa conſtrictionis, aut in parte uueæ terminata ad ſecundinam, & ſic eſt cauſa dilatationis. Si uerò in tota uuea eſt cauſa conſtrictionis. Si uerò fuerit complexio ſicca, aut eſt non proportionata ad materiam, & ſic non eſt cauſa dilatationis nec conſtrictionis, aut proportionata ad materiã, & hæc dupliciter, aut inaniens & reſoluens humidum ſubſtantificũ ipſius notabiliter, ita ut ſit cauſa conſtrictionis partium, & contractionis partium adinuicem. Et tunc ſi eſt in parte terminata ad foramen, eſt cauſa conſtrictionis, & ſi eſt in parte terminata ad ſecundinam, eſt contrahendo cauſa dilatationis. Si autem ſit uniformiter per totum eſt cauſa conſtrictionis. Si uerò ſit ſiccitas cum pręſentia materiæ, aut materia eſt imbibita in parte terminata ad foramen, & ſic eſt cauſa conſtrictionis, aut in parte terminata ad ſecundinam, & ſic eſt cauſa dilatationis, aut in tota, & eſt cauſa conſtrictionis. Mala autem complexio calida & frigida non faciunt ſecundum plurimum dilatationem, aut conſtrictionem niſi immediatè, licet imaginabile ſit frigiditatem immediatè partes contrahere in ea parte in qua eſt, & ſic eſſe mediatam cauſam dilatationis aut conſtrictionis ut ſupra, & ſi ſit per totum eſt cauſa conſtrictionis: ſi uerò ſit apoſtema, aut eſt in parte terminata ad foramen, & ſic eſt cauſa conſtrictionis, aut in parte terminata ad ſecundinam, & ſic eſt cauſa dilatationis, aut in tota & erit cauſa conſtrictionis. Solutio autem continui eſt cauſa harum diſpoſitionum, & per ſe, ſoluendo uueam, unde ſi ſoluatur in parte foraminis dilatatur, cui non eſt cura, & ſi in parte poſteriori conſtringitur, & per accidens attrahendo humores & apoſtemando, & dilatabitur, & conſtringetur ſecundum differentiam loci apoſtematis, ut antea.
Cauſæ autẽ harum diſpoſitionum mediatę aut ſunt in albugineo, aut ſunt inter uueam & corneã. Si in albugineo aut quia ſuperfluè humectatur & multiplicatur, & ſic in quantum humectatur eſt mollificando uueam cauſa conſtrictionis, licet in quantum multiplicatur eſt cauſa dilatationis extendendo eam, aut quia ſuperfluè exiccatur & paucificatur, & ſic ratione ſiccitatis eſt ſecundum plurimum cauſa dilatationis, licet ratione paucificationis ſit cauſa conſtrictionis.
Si uerò cauſa ſit inter corneam & uueam, ſcilicet, humiditas retenta eſt, impellendo uueam ad interiora ſecundum plurimum eſt cauſa conſtrictionis. Si uerò cauſa per communitatem ſit remotior, aut eſt in cerebro, aut in alijs membris, licet ſecundum plurimum ſit hæc cõmunicatio à cerebro, ſed à quocunq; membro ſiat communicatio eſt ſecundum alterum trium modorum, aut per ſimplicem alterationem, aut per uaporum traſmiſsionem aut humorum. Et quocunque modo ſit, non poteſt uuea dilatari aut conſtringi niſi propter aliquod nocumẽtum impreſſum in ipſa à membris ſibi, ſcilicet communicantibus quod non eſt aliud, niſi aut mala complexio, aut apoſtema, aut aliud ex nocumentis, de quibus ſermo præceſsit, aut ſaltem aliquis modus malę compoſitionis ſicut eſt in compreſsione uueæ ab humore contento inter corneam & uueam, aut extenſio eius ab humore albugineo ipſam ſui multitudine dilatante. Et ſi quis conſyderet, hæc cauſa reducitur ad morbum in ſitu, &c. eſt enim malus ſitus immediatè cauſa dilatationis, aut conſtrictionis. Cauſæ autem primitiuæ ſunt ſicut percuſsio capitis aut oculi.

Signa dilatationis et conſtrictionis abſolutę nota ſunt ad ſenſum. Signa naturaliũ & pręternaturaliũ ſumuntur ex perfectione operationum oculorum, aut ex earum læſione præcipuè uiſionis, quæ eſt principaliſsima eius operatio. Signa accidentalium & earum quæ ſunt à generatione contracta, habentur ex relatione cognoſcentium ægrum & diſpoſitiones, oculorum ſuorũ. Signa uerò cauſarum ſiue ſint per communitatẽ, ſiue per eſſentiam, ſiue ab humiditate, ſiue à ſiccitate, aut à quacunq; cauſa dependeant, habentur ex his, quæ longo ſermone dicta ſunt in capi. de debilitate uiſus. Sed circa ſigna diſtinguentia inter dilatationem & conſtrictionem pupillæ cadit dubitatio non parua.

Vtrum dilatatio pupillæ faciat res uideri minores quàm ſint, & contra, conſtrictio maiores. Et arguitur quòd non, quia quanto res repræſentantur ſub cono maiori apparet maior, & ſub cono acutiori minor, ſed in dilatatione pupillæ res repræſentãtur

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.84

ſub cono maiori & in conſtrictione ſub minori, ergo queſtio falſa pro parte affirmatiua, tenet conſequẽtia, & maiorem declarat experientia, quia aliter non poteſt ſolui, quare res delonge uiſę apparent minores & de prope maiores. Et hoc etiam eſt, ſicut principium in perſpectiua, minor etiam declaratur, quia lineæ uiſuales peruenientes ad cryſtallinum per uiam latam faciunt angulum magis latum. Et cõtra per uiam anguſtam coanguſtantur, et faciunt angulum acutiorẽ. Amplius ſpecies receptę in ſpiritu magis diſperſo amplius diſperguntur & dilatantur, & contra in ſpiritu unito conſtringuntur. Sed in dilatatione pupillæ ſpiritus eſt magis diſperſus, & contra in conſtrictione unitus, ut omnes concedunt, ergo in dilatatione pupillæ res debet apparere maior, & contra minor in conſtrictione. In oppoſitum eſt Auic. tertia tertij, cap. de alinthiſar ſic dicit: Et quandoq; eſt amplitudo oculi naturalis & nocet uiſui, uidet enim res minores q̃ oportet. Et Azarauius in cap. de dilatatione dicit de proprietate huiuſmodi ægritudinis, eſt & eius ſignũ, quia uidentur res minoris corporis quàm uerè ſint. Et in cap. de ſtrictura dicit: Signum huius ægritudinis proprium eſt, quia uidentur ei res maiores quàm uerè exiſtunt. Idem ſcribitur pluries ſecundo continentis, unde authoritate Butegni: Si pupilla ſit ſtricta patiens uidet res maiores quàm ſint. Hinc multæ aſſignantur ſolutiones, ſicut eſt in rebus dubijs conſuetudo, cum nulla ſit certa ei integrè ſatisfaciens. Prima eſt originaliter Ieſus Hali reſoluentis hos effectus in fortitudinem & debilitatem uirtutis uiſiuæ, nam quia in dilatatione uirtus uiſus eſt debilior propter ſpirituum diſperſionem res apparent minores. Et econtrario in conſtrictione, quia uirtus uiſiua eſt fortior propter ſpirituũ unionem res apparẽt maiores. Sed certè hæc ſolutio ſtare non poteſt, non poteſt enim aſsignari cauſa quare ex fortitudine uirtutis conſurgentis ex unione ſpirituum propter ſtricturam pupillæ debeat eſſe error in uiſione. Abſurdum enim eſt quòd fortitudo uirtutis faciat errorem in uiſione, ſic enim oculo temperato deberent res apparere maiores q̃ ſint, & fortè propter hanc cauſam Auic. ſolum dixit amplitudinem naturalem eſſe cauſam, ut res minores appareant, nullam faciens mentionem de conſtrictione. Pręterea cum in dilatatione & conſtrictione tam naturalibus, q̃ præternaturalibus uirtus uiſiua debilitetur in comparatione ad oculum temperatum in utriſq; debẽt obiecta apparere minora quàm ſint. Præterea poteſt eſſe tanta debilitas in oculo pupillæ conſtrictæ, ſicut in oculo pupillæ latæ, ergo in utroq; obiecta apparebunt maiora quàm ſint, quod implicat, antecedens facilè deduci poſſet. Secunda reſponſio eſt Gen. ſiue recitata per eum, quòd quia in dilatatione ſpiritus uiſibilis eſt rarus & diſperſus non poteſt ſpecies uiſibilis in eo multiplicari multiplicatione quæ fit cum terminatione, quòd requiritur ad hoc ut aliquid in alio uideatur, & ideo res poteſt uideri in aqua, & non in aere. Cum igitur ſpecies ibi taliter non multiplicentur, oportet quòd res non diminutè uideantur, & ſic minores quàm ſint. Et econtrario quia in conſtrictione propter multam ſpirituum coadunationem ſpecies poſſunt multiplicari cum terminatione, ideo apparent maiores. Et huius exemplum eſt, quia in ſerenitate hyemali minutiſsimæ ſtellæ apparent, quia ſpecies earum poſſunt recipi terminatiuè in aere craſsiori, quæ ſtellæ non apparent in ſerenitate æſtatis propter aeris raritatem. Sed certè hæc ratio nihil aliud cõcludit, niſi quòd aliqua obiecta poſſunt uideri in conſtrictione pupillæ propter ſpecierũ unionem, quæ non poſſunt uideri in dilatatiõe, propter diſgregationem, ſed tamen ſi ab utroq; oculo eadem obiecta uidentur, potius concludit, quòd obiecta in dilatatione pupillæ debeant apparere maiora, cum ſpecies magis diſperſæ tranſeant ad pupillam. Et econtrario in conſtrictione minora cum tranſeant magis unitæ, Sed fortè dicet Gen. hanc inſtantiam facere pro opinione ſua, nam omne obiectum quod ab aliqua potentia deſinit uideri, prius uidetur ſub maiori quantitate, poſtea ſub minori donec paulatim apparenter decreſcendo euaneſcat, ergo in propoſito ſi propter diſperſionem ſpecierum uiſibilium deſinat uideri, ſequitur quòd continuè minoris, & maioris quantitatis apparebit, ergo diſperſio ſpecierum uiſibilium quæ eſt in dilatatione pupillæ eſt cauſa, ut res minores appareant. Ad quod dicendum, quòd reſponſio Gẽtilis eſſet bona, ſi maior præaſſumpta eſſet uera, ſcilicet quòd omne obiectum quod ab acuta potentia deſinit uideri, prius uidetur ſub quantitate maiori poſtea ſub minori, ſed licet ſit uera de omnib. quę deſinunt uideri propter diſtantiam: non tamen eſt uera de omnibus quæ deſinunt uideri propter diſgregationem ſpirituum & ſpecierum uiſibilium in dilatatione pupillæ, niſi ſcilicet obiectum continuè maneat in eadem diſtantia, neq; de obiectis quæ deſinũt uideri propter cataractam cum in dies paulatim cõfirmatur, nec habet ueritatẽ in his quæ deſinunt uideri propter nimiam propinquitatem, aut propter tenebras. Et breuiter credo q; non habeat ueritatem niſi in his, quę deſinunt uideri ex eo quòd conus pyramidis ſpecierum uiſibilium non poteſt attingere cryſtallinum cum prius attingeret ex eo quòd ille conus continuè factus eſt acutior, & acutior, & paulatim diminuẽdo proceſsit donec deueniret ad non quantum, ſiue non gradum, quod non eſt niſi propter diſtantiã, aut quia obiectum continuè diminuendo proceſsit, aut quia mediũ paulatim fit denſius, & propriè ſi fiat denſius uniformiter, difformiter extremo denſiori terminato ad cryſtallinũ, radius enim tranſiens de medio rariori in denſius conuertitur ad perpendicularem. Sed reſtat ut reſpondeatur ad experientiam Gentilis, quia ſtellæ minutiſsimę non apparent in ſerenitate æſtiuali, quæ apparẽt in ſerenitate hyemali. Dicoq; propter ſubtilitatem aeris ſpecies diſperguntur, ita ut conus ſuæ pyramidis non poteſt attingere cryſtallinum. Dico etiam quòd ſi aer ultra modum denſaretur ſtante æquali diaphaneitate conus pyramidis illarum ſtellarum minutiſsimarum non poſſet attingere cryſtallinum. Vnde ad bene uidendum requiritur, quòd in medio ſit commenſurata denſitas, & raritas, non enim ſi totus aer eſſet ita denſus ſicut cryſtallum, aut uitrum, poſſemus uidere aliquam ſtellam, tamen cum toto hoc dico, quòd illæ ſtellæ ſiue magnæ, ſiuæ paruæ, quæ uidentur in ſerenitate æſtuali non apparent minores, quàm ipſæmet appareant tempore hyemis, ut patet ad experientiam de ſtellis nobis cognitis, quod tamen deberet eſſe ſecundum Gentilem, unde apparet quòd hæc experientia

rientia ſit magis contra opinionem quàm pro opinione. Nã neque poteſt Gentilis in huiuſmodi cauſæ aſsignatione intelligere, quòd in ſpiritu unito ſpecies terminatiuè recipiantur per modum cuiuſdam reflexionis ſicut exemplum ſuum de his quæ poſſunt uideri in aqua, & non in aere uidetur ſonare, quia ſi uiſio fiat in cryſtallino, uel ultra cryſtallinum ſecũdum quod tenent omnes, deberent habentes hanc ſpirituũ unionem propter terminationem ſpeciei & reflexionis ad extra deterius uidere, quàm habentes ſpiritus diſperſos, ipſis ſpeciebus non ita bene potẽtibus tranſire ad locum in quo perficitur uiſio. Neq; poteſt intelligere quòd illę ſpecies terminatiuè receptæ in ſpiritu, poſtea per ſpiritum deferantur ad cryſtallinum, quia exemplum ſuum de ſtellis minutiſsimis uiſis in ſerenitate hyemali, &c. nõ eſſet ad propoſitum, quia & ſi illæ ſpecies melius terminatiuè recipiantur in aere denſiori, nõ eſt in illo aere ſpiritus delator illarum ſpecierum ſic determinatarum ad oculum noſtrum, niſi fortè diceret, quòd aer ille eſt immediatus oculo noſtro in cuius ſuperficie ſunt ſpiritus delatores. Sed tunc oporteret concedere, quòd ſi aer immediatus oculo noſtro eſſet ſubtiliatus, tunc ſtellæ minutiſsimæ ita male apparent in ſerenitate hyemali ſicut æſtuali, ſed omittamus in hoc longius proceſsi, quàm ſtatueram. Credo tamen quòd hæc opinio haberet bonum intellectum, licet non fuerit clarè recitata & explicata per fundatores eius. Tertia cauſa recitata per Gentilem eſt. Propter quam eſt præmittendum, quòd habentes latitudinem pupillæ ſunt debilis uiſus debilitate tali, quòd indigent non multo lumine, quia diſpergeretur ſpiritus uiſibilis, & egent forti motu ex parte rei uiſæ mouentis, nam res debiliter mouens non cauſaret modum motus ſufficientis ad uiſionem & ideò uidemus quòd diſſoluti in uirtute tractatiua non percipiunt niſi fortia tangibilia.

Secundum quod præmittere oportet eſt quòd lineæ uiſuales quanto ſunt magis centrales tanto ſunt fortiores. Et quanto ſunt magis laterales tanto ſunt debiliores, ſicut etiam dicimus de radio qui eſt cẽtralis quoniam rectus eſt fortior. Ex quibus apparet quare habens pupillam latam uidet res minores quia maximè uidet res ſub lineis rectis fortiter imprimentibus & non ſub lineis lateralibus, & econtrario habens pupillam ſtrictam quia fortis eſt uiſus uidet ſub utriſq;. Sed hæc cauſa non poteſt dare modum quare in ſtrictura pupillæ res appareat maior imò deberet ſolum apparere ſicut eſt uel ſecundum quod eſt, etiam ex hac cauſa habetur quòd in dilatatione mediũ centrale rei apparet & non apparent extrema quod eſt contra experientiam, ſic enim quadrata triangula apparerent rotunda, præterea in conſtrictione uiſiua uirtus eſt debilis in cõparatione ad pupillam comparatam, ergo in conſtrictione obiecta debent apparere minora, quàm ſint ex fundamento præaſſumpto & in ſola temperata, aut ſibi uicina debent obiecta apparere quanta ſunt, quare hæc ſolutio licet apparẽs ſit, eſt longè à ueritate diſtans. Hæc etiam cauſa & ſecunda præſupponunt quòd in ſpiritu uiſibili ſpecies recipiantur terminatiuè, quod difficile eſt defendere. Si enim eſt pars in oculo in qua ſpecies recipiant terminatiuè, iſta eſt cryſtallinus humor & tela aranea. In ſpiritu autem recipitur ſolum delatiuè niſi quis forſan diceret quòd in ſpiritu quia eſt delator proximus ad uiſionem etiam terminatiuè recipiatur.

Quarta cauſa eſt propria Gentil. ſumpta ex quodam dicto Ariſtotelis 31. problematum, problemate, octauo, ubi quærens propter quid obtuſè uidentes ſcribunt literas paruas, dicunt quòd ſcribunt literas paruas, quia conſtringunt ſiue coadunant palpebras, unde ſpecies rerum uiſibilium recipiuntur in oculo ſub angulo acutiori cum foramẽ tranſitus ſpecierum coanguſtetur ob clauſionem palpebrarum, & ſimile etiam eſt in his, quæ habent latas pupillas, ſcilicet, cum à lumine intenſo eorum ſpiritus amplius diſgregetur. Econtrario euenit in habentibus pupillam ſtrictam, nàm dilatant palpebras, quia ſpiritus conſtrictus & denſus multa luce indiget, & ideo ſpecies poteſt uenire ad oculum ſub forma pyramidis lata & ſpiritus denſatus recipit illam ſpeciem ſub modo latiori, ſicut recipitur ſpecies in aere craſſo. Sed contra ſequitur ex primo dicto quòd habentibus pupillam magnam deberent res apparere minores ſecundum longitudinem & non ſecundum latitudinem, conſequens eſt falſum, & contra experientiam, conſequentia probatur, quia anguſtatur foramen tranſitus ſpecierum ſecundum longitudinem & non ſecundum latitudinem. Sequitur ex ſecundo dicto, quòd quia ſpecies recipiuntur in ſpiritu denſato ex paruitate pupillę quòd res debeant apparere minores ex eo quòd radius ſiue ſpecies tranſiens de medio rariori in denſius conuertitur ad perpendicularem, & ſic repręſentatur ſub cono acutiori, & econtrario, recepta in ſpiritu rariori dilatatione pupillæ deberet apparere maior, quia ſpecies tranſiens de medio denſiori in rarius diuertitur à perpendiculari quare cum hæ ſolutiones quæſito non ſatisfaciant, oportet alium modum ſoluendi inueſtigare. Dico ergo quòd aut comparantur oculo in ſui dilatatione & conſtrictione, naturalibus aut præternaturalibus. Siquidem primo modo cum oculus habens pupillam latam ſit debilis uiſus, & econtrario pupillam ſtrictam ſit fortis uiſus ſecundum plurimum repræſentãtur res habenti pupillam latam minores quàm ſint ob uiſus debilitatem, & econtrario habenti ſtricturam ob fortitudinem uirtutis uiſiuæ repræſentantur res ſecundum quod ſunt. Et propterea A. loquens de dilatatione pupillæ naturali, dixit quòd in ea res apparent minores, & in capitulo de conſtrictione pupillæ non dixit quòd appareant maiores, non enim eſt credendum quòd fortitudo uirtutis uiſiuæ ſit cauſa erroris ipſius.

Contra, quicunq; gradus potentiæ uiſiuæ reperiẽ in conſtrictione pupillæ, æqualis reperitur in dilatatione, ergo quantum eſt ex parte uirtutis nulla debet eſſe diſparitas in uiſione, tenet conſequentia, & antecedens eſt manifeſtum, cum tam in dilatatione quàm in conſtrictione ſignanda ſit latitudo potentiæ uiſiuæ à gradu correſpondente uiſiuæ temperatæ uſque ad non gradum, licet in dilatatione & conſtrictione naturalibus ſit ſolum ſignanda latitudo terminata à temperamento ad certum gradum incluſiuè, qui gradus terminans latitudinem eſt æqualis in dilatatione & conſtrictione.

Dicitur ad hoc, quòd antecedens eſt uerũ, attamen quia ex ęquali lapſu in conſtrictione non ita debilitatur uirtus ſicut in æquali lapſu in dilatatione, medi-

ci aſcripſerunt hunc defectum dilatationi & non conſtrictioni. Si uerò comparētur oculi in ſui dilatatione & conſtrictione præternaturalibus cum ſecundum plurimum dilatatio inſequatur humiditatem ſuperfluam per quam incraſſantur humores præcipuè albugineus, ſimiliter tunicæ & ſpiritus & econtra conſtrictio inſequatur ſiccitatem per quam ſubtiliantur humores tunicæ & ſpiritus niſi illa ſiccitas ad ultimū perueniat per quam poſſent humores incraſſari reſolutis partibus ſubtilibus & remanentibus terreis, tenendum eſt ſecundum plurimum in dilatatione res debere apparere minores, & econtra in conſtrictione maiores ex eo quòd ſi eſſet tranſitus de medio rariori in denſius conuerteretur ad perpendicularēm, unde conus ſuę pyramidis efficitur acutior, & ſic ſpecies uiſibiles tranſeuntes ab aere ad oculum cuius ſpiritus tunicæ & humores ſunt incraſſati propter humiditatem ſuperfluam faciunt conum ſuæ pyramidis acutiorem, & propterea repræſentant res minores quàm ſint, & econtra ſpecies tranſeuntes ab aere ad oculum cuius ſpiritus tunicæ & humores ſunt ſubtiliatæ faciunt conum ſuæ pyramidis latiorem, & per conſequens repræſentant res maiores quàm ſint, uel ſaltem concluditur quòd & ſi in conſtrictione ſequēte ſiccitatem ſubtiliantem humores, & non ſemper appareant res minores quàm ſint, ſaltem de neceſsitate apparent res maiores quàm appareant in dilatione conſequente humiditatem incraſſantē & cætera. Vbi autem dilatatio proueniret ex alijs cauſis, & ſimiliter cōſtrictio non eſt neceſſarium problema illud uerificari.

Quòd autem conſtrictio ſecundum plurimum inſequatur ſiccitatem, dicit Auic. in cap. de conſtrictione, ſic inquiens, & plurimum accidit hoc accidens ex ſiccitate. Ex quo ſyllogizare poſſumus ſecundum plurimum dilatationem inſequi humiditatem, quod etiam clarius plurimi authores experientia teſtantur. Hanc ſolutionem ſi placet accipe, aut male dicta corrige. Hęc etiam ſolutio poſset ampliari ad dilatationem & conſtrictionem naturales. Sed contra ſpecies tranſiens de aere ad quemcunque oculum tranſit de medio rariori ad denſius, ergo res ſemper debent apparere minores. Ad hoc dicit̃ quòd in oculo temperato eſt commenſurata denſitas faciens pro optima uiſione, & ut obiecta appareant quanta ſunt. In reliquis autem labentibus ab hac, ſcilicet denſitate temperata accidit ut res appareant maiores aut minores quàm ſint.

Iam ſupereſt, ut reſpondeamus ad argumenta adducta in principio. Ad primum cum dicitur, quòd quanto res repræſentantur ſub cono maiori, apparent maiores, & ſub minori minores. Conceditur, & negatur minor, quia licet ratione dilatationis pupillæ res poſsit repræſentari ſub cono maiori, tamen ratione incraſſationis & dēſitatis humorum tunicarum & ſpirituum conus pyramidis conſtringitur, & ſic res illa apparet minor. Et in conſtrictione pupillæ contra euenit propter ſubtilitatem humorum, tunicarum & ſpirituum. Ad ſecundum dicitur quòd ſi ratione dilatationis ſpiritus debeat diſpergi & ratione conſtrictionis pupillæ magis uniri, attamen ratione incraſſationis ſpirituum & tunicarum et humorum in quibus ſpiritus continentur ſunt minus apti in dilatatione pupillæ diſpergi quàm in conſtrictione. Secundò negatur conſequentia. Spiritus ſunt magis diſperſi in pupilla lata quàm inſtricta, ergo ſpecies debent tranſire ad cryſtalloidem magis diſperſæ, plurimum enim facit ad uniorem ſpecierum denſitas medij intrinſeci quàm faciat ad dilatationem diſperſio ſpirituum. Sed ubi cum dilatatione pupillæ eſſent ſpiritus, humores, & tunicæ ſubtiliatæ, & e contrario cum conſtrictione incraſſari ſicut poteſt accidere, omnino contrarij effectus euenirent, & multo magis cum duæ cauſæ ad eundem effectum producendum ſeſe iuuarent. Ex quo etiā concluditur quòd ubi dilatatio pupillæ & incraſſatio humorum, &c. eſſent ęquè potentes ad contrarios effectus producendum, effectus tamen producendus gradui medio corresponderet, & ſic obiectum repræſentaret ſub quantitate quam habet, & idem in conſtrictione deduci poſſet, & tu conſydera.

Prognoſtia. Primum dilatatio naturalis deterior eſt quàm conſtrictio naturalis, imò non reputatur mala niſi modum exceſſerit, &c. Certum eſt enim mediocritatem in dilatatione & cōſtrictione eſſe laudabilem & temperamento pertinere, & econtrario extrema uitioſa & diſtemperata. Aequalis tamen lapſus à temperamēto in dilatatione eſt deterior quàm æqualis lapſus in conſtrictione. Et econtrario conſtrictio præternaturalis cæteris paribus eſt deterior quàm dilatatio, & quia pronior in uiſus ablationem. Et quia communiter pendent à ſiccitate & inanitione quibus difficillimè ſuccurritur. Et econtrario dilatatio ab humid. & cauſis replentibus quibus faciliter ſuccurritur. Secundum prognoſticum. Hæ diſpoſitiones à natiuitate contractę aut longi temporis, ſiue confirmatæ non ſunt remouibiles, & minus remouibilis eſt dilatatio quàm conſtrictio cum dilatatio ſit morbus diminutionis conſequens defectum materię aut uirtutis informatiuæ. Et econtrario conſtrictio ſit morbus augmenti. Tertium. Si dilatatio tanta fuerit ut ad coniunctiuæ circumferentiam proueniat & econtra cōſtrictio tanta fuerit ut foramen penitus oppiletur rarò aut nunq̃ curam recipiet. Quartum. Hæ paſsiones ſequentes ſodam aut alias cerebri ægritudines difficillimè curabiles ſunt, quia ægritudines cerebri ad iſtas creticè terminantur. Quintum. Hæ paſsiones pendentes à percuſsione, & ſimilibus cauſis primitiuis ſi magnæ ſint, difficillimè curantur, aut nunquam. Si uerò paruæ aut mediocres facillimè, ſi enim diſrumpitur uuea non recipit curam.

QVm pupilla, hoc eſt, foramen quod eſt in nigredine oculi adeo dilatari uidetur, ut undiq; pertingat ad albedinē, fueritq; hoc poſt uehementem cephaleæ dolorem parua eſt habenda fiducia in eius cura. Sed ſi dilatatio parua fuerit tunc aſsidua ſolutio uentris ex cochijs multotiens & ſief de fellibus in oculos eſt mittendus. Quòd ſi pupillam poſt percuſsionem dilatari contingat

ri contingat, non eſt inde timendum, quia remouebitur, & fiat itaq; emplaſtrum ex farina fabarum & camæmila & è uiſco cum uino & aqua.

Raſis in præſenti capite determinans de dilatatione pupillę ſiue alinthiſar, tria facit. In prima parte determinat de dilatatione pupillæ conſequente cephaleam. In ſecunda ibi. Sed ſi dilatatio, Ponit curam dilatationis pupillæ non ualde magnæ propter humiditatem ſuperfluam exiſtentē in oculo aut propriam aut communicatam. In tertia ibi. Quòd ſi pupillam. Ponit curam dilatationis ſequentis percuſsionem. De prima parte dicit. Cum pupilla, id eſt foramen, ſcilicet quod eſt in nigredine oculi, id eſt, uuea adeò dilatatur, ut undiq; circum circa perueniat ad albedinem, id eſt, coniunctiuam, fueritq; poſt uehementem capitis dolorē, parua eſt fiducia in eius cura, tum propter eius magnitudinē, tum quia eſt critica, unde à capite ſemper noua deriuat̃ materia. De ſecunda parte dicit, quòd dilatatio pupillæ conſequens humid. oculi ſuperfluam, aut propriā aut communicatā curatur frequēter exhibendo pilulas cochias cum debita tamen interpolatione, ne uirtus terreatur. Secundò ponendo in oculo ſief de fellibus, cuius deſcriptio præceſsit in cap. imaginationum. In tertia parte curat dilatationem ſequentem percuſsionē innuens facilem eius curam cum hoc emplaſtro. Recipe farinæ fabarum, quæ eſt frigid. & ſic. repercuſsiua & partim reſolutiua. ℥. 2. chamæmillæ calid. & ſic. in primo reſolutiuæ ſiue attractiuæ ℥. ſemis, euiſci, id eſt, althææ calid. & ſic. reſolutiui et doloris ſedatiui ℥. 1. cum aqua et uino nigro ſtiptico, in quib. chamęmila et althęa coctæ fuerint fiat emplaſtrum, quod quidem competit non ſtatim à principio, ſed poſt tertiam aut quartā diem cum ſit partim repercuſsiuū partimq; reſolutiuum. Sed contra quia Auic. 3. tertij cap. de alinthiſar, dicit quòd alinthiſar ſequens percuſsionē non habet curā. Reſpondetur quòd Auic. intelligit cum dilatatio eſt magna, & propriè ſi ſit cum fractura uueæ: Raſis autem intelligit hic cum eſt parua & ſine fractura uueæ.

Cura dilatationis & conſtrictionis pupillæ conueniunt ſi pendeant à cauſis ſimilibus, unde ſi pendeant ab humiditate ſuperflua aliunde oculo communicata ſex requiruntur intentiones. Prima eſt euacuatio ſecūdum humoris exigentiam, ſi enim fuerit ſanguis in cauſa fiat phlebotomia ex una cephalica, uel ambabus ſi ambo oculi fuerint læſi. Si uerò pendeant ab alijs humoribus fiat euacuatio ſecūdum humoris exigentiam reſpiciens tam membrum mittens quàm recipiens integrata ex minoratiuo digeſtiuo & eradicatiuo aliquotiens reitera, non tamen ita frequenter, ut uirtus terreatur, de quibus dictum eſt in cap. debilitatis uiſus. Auic. tamen aſsignat terminum decē dierum, ſcilicet inter euacuationem & euacuationem.

Secunda intentio eſt diuerſio complenda materia exiſtente ſanguinea cum prouocatione hæmorrhoidarum, menſtruorum, ſanguins narium, ſi eorum retentio fuerit in cauſa. Item cum uētoſatione, phlebot. uenarum, nocreæ, & aliarum, de quibus ſermo præceſsit. Si uerò aliæ materis peccauerint fiant diuerſiones aliæ conuenientes, & propriæ uſq; ad ipſa cauteria ſi oportuerit.

Tertia intentio eſt regimen membri mittētis complendum cum euacuatione, diuerſione ipſius, confortatione, ne huiuſmodi materiam multiplicet, ſed expellat per loca conuenientia.

Quarta intentio eſt reſolutio cauſæ coniunctę quę ſecundum plurimum eſt humiditas phleg. quę completur cum alcohol ex tuthia. Item cū collyrio ex ſucco fœniculi, cui addi poſset parum fellis gruis aut hœdi, aut tātundem mellis. Auic. uerò laudat hoc. ℞. felli hœdi, fellis gruis an. aureos 2. croci. ʒ. 1. piperis 170. gran. ſuc. liquiritię aur. 5. & tertiam, ammoniaci, aur. 2. mellis quantum ſufficit, terantur terenda cum aqua fœniculi, & miſcendo cum melle fiat collyrium. Ad euacuandum etiam cauſam coniunctam confert phlebot. uenarum quę ſunt in lachrymalibus domeſticis.

Quinta intentio eſt correctio accidentiū inter quę cauendū eſt ne dilatata pupilla unius oculi altera dilatetur, & propterea iubet Auic. fieri alcohol alteri oculo cum tuthia præparata ne dilatetur ſicut prius.

Sexta intētio eſt debitum regimen quod debet ad ſiccum inclinare, & ad calidum ſecūdum plurimum, uerum materia exiſtente ſanguinea declinet ad frigidum, inter cætera laudat Auic. aquam ciceris cum oleo ſeſam. Si uerò pendeant hæ paſsiones à ſiccitate, tunc adhibeatur omne regimen intrinſecū & extrinſecum humectatiuum qualitatiuè & ſubſtantificè, & in ſumma regatur regimine hecticæ.

Et inter cætera aliquando fiat fricatio oculi & partium circūſtantium, ut nutrimētum trahatur ad oculum, ſit tamen breuis. Si uerò pendeat à percuſsione. Prima intentio eſt diuerſio cum phlebotomia cephalicę eiuſdem lateris ſecundum plurimum. Et ſi oportuerit apponantur uentoſæ cum ſcarificatione in ſpatulis, aut nocræa, aut in his locis ſanguiſugæ applicentur. Secunda, fiat repercuſsio ponendo in oculo, & ſuper oculo aquam albuminis oui cum aqua roſacea per duos dies aut circa, deinde ſuper oculo ponatur emplaſtrum Auicennæ, ex farina fabrarum ſine corticibus & farina hordei ana ℥. una, cum aqua foliorū ſalicis & endiuiæ, aut ponatur lana infuſa in uitello oui & oleo roſaceo, cum pauco uino ſtiptico, & tunc in oculo lac diſtilletur. Et poſt hoc emplaſtrum, oculo ſuperponatur emplaſtrum Raſis magis reſolutiuū & tunc in oculo diſtilletur ſanguis turturum, columborum, aut pullorum, poſtremò autem cum materia amplius non fluit adminiſtretur collyrium factum ex tuthia, croco & myrrha ana, cui ſi oportuerit addantur aliæ medicinæ magis reſoluentes, de quibus dictum eſt in tarphati, & ſimiliter exterius apponantur magis reſoluentia, &c.

DE FISTVLA LACHRYMALI. Cap. XXIII.

HOc eſt ultimum cap. de paſsionibus oculorum in quo Raſis agit de fiſtula lachrymali. Et iuxta morē noſtrum primò uidenda ſunt quid nominis, et quid rei. Sed quia fiſtula lachrymalis ut plurimū ſequit̃ apoſtema lachrymalis, ideò de ipſo à nobis prius agendum eſt. Apoſtema lachrymalis penes A. dicit̃ bachilus, & eſt apoſtema ſecundum plurimum factum in lachrymali domeſtico.

Huius enim quatuor ſunt ſpecies ſecundum qua

tuor humores, phlegmaticum ſanguineum, cholericum & melancholicum. Verum Auic. de duobus tantummodo loquitur, ſcilicet phlegmatico quod eſt de genere glandularum, ſiue ſit cum chiſti ſiue ſine chiſti, & de ſanguineo. Ex eo quòd iſta duo ſunt ſecundum plurimum euenientia, ſcilicet phegmaticum quidem propter multa phlegmata à cerebro ad lachrymale domeſticum rheumatizãtia. Sanguineum etiam accidit frequenter propter uueam quæ eſt in lachrymali domeſtico, à qua facilè egreditur ſanguis illius apoſt. factiuus. Et hoc apoſtema dicitur exitura bothoralis. Apoſt. enim quæ fiunt in hoc loco ſunt ſecundum plurimum exituræ incipiendo, licet ſecundum plurimum fuit difficilis ſuppurationis, & propterea ex longa mora frequenter putrefaciunt os, ut aliquam particulam, ſcilicet panniculum aut charthilaginem. Apoſtemata uerò cholerica & melancholica rarius accidunt in hoc loco. Et hæc exitura bothoralis exiſtens ſecundum plurimum ſanguinea eſt duplex. Eſt enim quædam magis ſuperficialis ſubiacens uiſui, quædam magis profunda non ſubiacens uiſui, ſed cum compreſsione ſentitur, & eſt deterior. Arguit enim aut craſsitiem materiæ, aut debilitatem uirtutis expulſiuæ, & eſt tardioris ſuppurationis quàm prima ſecundum plurimũ corrumpens os, aut aliam particulam intrinſecam.

Cauſę horum apoſtematum ſunt primò quatuor cauſę generales, ſcilicet fortitudo membri expellentis ſcilicet cerebri ſecundum plurimum, præſentia materiæ & latitudo uiarum, debilitas membri ſuſcipientis cum aptitudine ad recipiendum propter carnis ſpongioſitatem, & propterea hic locus ſcilicet lachrymale domeſticum frequentius apoſtematur quàm ſylueſtris. Cauſa autem efficiens eſt ſanguis ſecundum plurimum, deinde phlegma, poſtea cholera aut melancholia, licet ſecundum plurimũ hæc apoſtemata ſint mixta. Signa huius apoſtematis ſunt tumor, durities, dolor, grauitas, ophthalmiam conſequens, & ſimiliter fluxus lachrymalis. Cognoſcitur autẽ ſanguineum, aut quia rubeum purpureum cum tenſione dolore extenſiuo, & notabili tumore ſecundũ plurimum, cuius rubedo per compreſsionem non dealbatur. Cognoſcitur phlegmaticũ, quia album cum pauco aut nullo dolore, & ſi eſt cum chiſti facilè impellitur de loco ad locum, & parum eſt aptum terminari per ſuppurationem. Cognoſcitur cholericum, quia rubeum clarum uel tendens ad citrinũ cum pauca tenſione & duritie paucaq; eminentia, & dolore pungitiuo, cuius locus rubeus albeſcit per cõpreſsionem, & eſt cum multitudine lachrymarum, ſcilicet calidarum. Cognoſcitur melancholicum, quia tendens infuſcum cum duritie multa & pauco dolore. Hæc apoſtemata ſecundum plurimum generantur per uiam defluxus per partes exteriores, & ſecũdum plurimum ſuppurantur, & tandem rumpuntur, aut intra oculum, aut ad extra per cutim, aut utrinq; materia exiſtente multa & acuta, aut rumpuntur ad nares oſſa putrefaciendo & perforando, ita ut interdum putredo cõmunicetur colatorio, aliquando corrumpuntur chartilagines palpebrarum aut panniculus cooperiens eos, aliquando nullum iſtorum corrumpitur apoſtemate exiſtente pineali, ita ut ſolum cutis rumpatur. Prognoſtica. Corrũpentia os & præcipuè os colatorij ſunt cæteris difficiliora quæ rariſsimè aut nunquam curantur. Pinealia autem facilè curantur, mediorum iudicium eſt medium.

Sed nunc dicamus de fiſtula lachrymali. Nam fiſtula lachrymalis & algarap ſunt termini ſynonymi. Et ſecundo continentis dicitur algarap tranſumptiuè à quodam inſtrumento, ſiue uaſe non habente niſi unum foramẽ per quod aqua infunditur, licet interius ſit amplum. Sed nota quòd fiſtula accipitur dupliciter communiter ſcilicet & propriè, fiſtula enim communiter ſumpta dicitur de quocunq; apoſtemate cauernoſo, & taliter ſumitur hic, propriè autem ſumpta eſt ulcus cuius fundum eſt amplum, & orificium ſtrictum cum duritie & nodoſitate partis intrinſecæ. Hæc autem fiſtula dicta algarap aliquando dicitur lachryma propter multitudinem lachrymarum. Et à Simone Ianuenſi, egilops. Et ab Azarauio abracor. Et hali Abbate cornu uel corna. Et ſecundo continentis, authoritate G. ægilops. Species eius ſunt quæ aliquando eſt ſuperficialis, aliquando profunda. Et hæc eſt duplex, aliquando cum corruptione oſsis & panniculi, aliquando ſine. Item aliquando cum duritie & abſtractione, aliquando ſine.

Cauſæ ſunt apoſtemata iam dicta cum erumpuntur. Item diuturnus fluxus lachrymarum. Signa fiſtulæ eſt reſudatio, uirus, aut ſaniei. Item etiam egreſsio ipſius manifeſta per compreſsionem ſuper lachrymale. Egreditur enim aut per oculum, aut per nares, aut per aliquot foramen cutis. Item malus color, & mala diſpoſitio illius partis nec non fluxus lachrymarũ & diſpoſitio ad ophthalmiam. Cognoſcitur quòd ſit ſuperficialis ex apoſtemate pręcedente ſuperficiali & facilè ſcilicet paucis diebus erupto. Et cognoſcitur econtra quòd ſit profundum ex apoſtemate profundo, ſcilicet cui tardata eſt eruptio. Cognoſcitur quòd ſit cum oſtracoſitate ex longitudine temporis, & quia per tactum ſentitur durities manifeſta præter conſuetudinem. Cognoſcitur quòd ſit cum corruptione oſsis per tactum cum proba argẽtea aut plumbea, & per uirus quod egreditur cum eſt ſubtile tendens in citrinitatem. Cognoſcitur aut putredinem eſſe communicatam colatorio, per uirus fœtidum, ſubtile, citrinum, per os egrediens.

Cognoſcitur quòd chartilago oculi ſit corrupta per uiſum. Quòd autem panniculus ſit corruptus cognoſcitur, quia faciliter proba penetrat in ipſum.

Prognoſtica ex dictis facilè innoteſcunt. Hoc tamen affirmare potes, quòd hæ fiſtulæ communiter ſunt chronicę, tum propter continuum defluxum ad lachrymale domeſticum, tum propter motum oculi & lachrymalis, tertiò quia non poteſt fieri ligatura conueniens in ulceribus, quartò quia medicinæ debiles non imprimunt, fortes uerò nocent oculo, &c.

CVm angulus lachrymalis reſudat, et cum premitur, ſanies et uirus ab eo egrediatur, fiſtulam pati intelligitur. Quæ cum cauterio curatur. De hoc tamen loqui plus eſt quàm huic noſtro libro attineat. Nos tamen iam ei adinuenimus medicamen,

men, quod ſi adhibitũ fuit, ipſam per multos menſes adeo tardare facit, ut æger ſanus uideatur. Medicamen autem illud eſt. Recipe aloes, thuris, ſarcocollæ, ſanguinis dracõis, balauſtiæ, antimonij, aluminis, omniũ ana partes æquales, ziniar quãtum eſt quarta pars unius, fiant ex eis ſief. Cumq; neceſſe fuerit fiſtula in tantum prematur, ut quicquid ſaniei in ea cõtinetur egrediatur.

Deinde infirmus ſuper latus in quo nõ eſt fiſtula iaceat, & de prædicto ſief aliquid diſſoluatur in aqua de qua in angulo lachrymali tres guttæ aut quatuor intimarizentur magno exiſtente interſtitio inter proiectionem unius guttæ & alterius, quo facto æger per tres ſic iaceat horas. In mane quoque ſequentis diei ſimiliter fiſtula bene præmatur, & fiat eadem cura, quod per hebdomadam unam fieri conuenit, & etiam tam diu donec à fiſtula nihil egrediatur cum premitur. Ex hac nanq; cura locus multis menſibus ſiccus permanebit. De curis oculorum quantum huic loco neceſſarium eſſe putauimus, iam ſatis dictum eſſe credimus. Alia uerò quæ ſunt de curis quæ per ferrum exercentur dimittamus, quia multis indigẽt medicaminibus. Sunt autem quædam ex eis quæ in locis in quibus de decoratione tractabimus, & ſanitatis cuſtodia continentur.

Diuiditur hoc cap. in quatuor partes. In prima parte notificat ipſam fiſtulam. In ſecunda ibi ſcilicet quæ cum cauterio, innuit ueram curationem fiſtulæ. In tertia parte ibi. Nos tamen adinuenimus, ponit curationem fiſtulę mendoſam. In quarta ibi. De curis oculorum, excuſat ſe ab ulteriori determinatione de paſsionibus oculorum. Quæ dicit in omnibus iſtis partibus, ſatis manifeſta ſunt. Verificemus ſolum receptam quæ optimè confert in exiccatione fiſtularum & earum conſolidatione. Aloe nanq; eſt calidum in ſecundo, ſic. in tertio, paucæ mordicationis conglutinans fiſtulas & ulcera difficillimæ conſolidationis ſecundum Serapionem, authoritate Galeni in de ſimplicib. centeſimo nonageſimo ſexto. Secundò eſt thus calidum in ſecundo, ſiccum in primo abſtergens obſcuritatem uiſus, replens uulnera profunda, & incarnat ea apud Dioſcoridem libro primo ſimplicium 71. Tertiò eſt ſarcocolla calid. in ſecũdo, ſicca in primo corrodens carnem mortuam, & reſtaurans corroſam. Quartò eſt ſanguis draconis frigid. & ſic. in tertio ſecundum Serapionem, conglutinans ulcera & plagas. Quintò ſunt balauſtiæ frigid. & ſic. in primo ualde ſtipticæ, reſtringentes incarnantes & conſolidantes. Sextò eſt antimonium frigid. in primo, ſic. in ſecundo deſtruens carnes putridas ulcerum, mundificans ſordes eorum & conſolidans ea, prohibens puſtulas fieri in combuſtione ignis, conſolidans ulcera à combuſtione facta mixtum cum cerusſa & mumia. Septimò eſt, alumen habens multas ſpecies, hic uerò ſumitur alumen de rocha calidum et ſiccum in tertio, conſtringens fluxum ſanguinis, deſiccans ulcera. Octauò eſt zinar, corroſiuum, fortè calidum & ſiccum in quarto. Ex his ergo apparet quanta ſit uirtus huius antidoti in huiuſmodi, ſcilicet fiſtulis & alijs in quib. eſt humiditas, ſcilicet ſuperflua.

Dicit autem Raſis hoc debere imponi poſtquam aliquod ſief ex his diſtemperatum eſt cum aqua decoctionis gallarum, exiſtente magno interſtitio, id eſt, ſpacio inter prohibitionem unius guttæ & alterius, ut optimè poſsit ad profundum penetrare, quapropter foramen debet eſſe prius bene dilatatum, & ulcus bene abſterſum, & ſeruare reliqua, quę in textu dicta ſunt. Apoſtematis lachrymalis, & ſimpliciter fiſtulæ eiuſdem triplex eſt regimen, ſcilicet uniuerſale quod debetur cauſæ antecedenti, & particulare proprium cauſæ coniunctæ, tertium eſt regimen commune utriſque. Primum exigit tres intentiones, ſcilicet euacuationem, diuerſionẽ, & fluxus interceptionem, quæ omnes complendæ ſunt, ſecundum quod dictum fuit in ophalmia. Secunda, ſcilicet particulare quod debetur apoſtemati ſi ſit genitum per uiam defluxus, & terminetur per uiam reſolutionis exigit tres intentiones, repercuſsionem in principio, in medio repercuſsiõem mixtam reſolutioni, ſed in fine reſolutionem tantum. Repercuſsiua quæ debentur, in principio ſunt leuia, ſicut in materia calida, aqua roſacea, aqua albuminis oui, lac & oleum roſaceũ permixtum cum aceto quod bullierit uſque ad aceti conſumptionem, & ſuperponatur lachrymali petia infuſa in eo, cauendo, tamẽ ne aliquid eius oculum ingrediatur. Si autem materia ſit frigida, huic aliquid bdellij in aceto diſſoluti permiſceaſ, & deſuper ponatur, poſtea gradatim addatur ammoniacum, ſuccus fœniculi. Et ſi apparet durities, parum mucilaginis althęę, aut fœnugræci, & ſimilium, tandem ammoniacum in aceto diſſolutum cum decima parte atramenti, id eſt uitrioli, eſt conueniens reſolutiuum, nux rancida contrita & ſuperpoſita eſt ultima. Si uerò tendat ad maturationem adiuuetur cum diachilon, & ſimilib. poſtẽa rumpatur, Sed conſulo tibi ut non expectes eruptionẽ fiendam à natura, ſed tu erumpe cum cauterio, aut cum ſagitella, & diſtanter ab oculo, & ſi minus tarda fuerit maturatio erumpe ante maturationem completam ne ex longa mora partes intrinſecæ corrumpantur, & fac foramen latum ut conuenienter poſsis perficere omnes operationes in hoc caſu opportunas. De maximis enim erroribus & tardantibus curationem eſt paruitas foraminis. Quòd ſi fuerit ruptum cum ſagitella, imponatur pro prima uice, aut etiam duabus uicibus ſtuelli ſtupei in albu-

o

mine oui infuſi iuxta conſuetudinem. Si uerò cum cauterio ponatur uitellum oui in oleo roſaceo infuſum duobus diebus. Poſtea quomodocunq; ruptum ſit, perueniatur ad mundificandum ſiue ad mundificantia. Et ex conuenientibus eſt mel roſ. aut oxymel ſimplex. Et ex proprijs eſt lanugo inuenta in canna prope radicem permixta cum melle roſaceo, aut oxymelle, fortius iſtis eſt unguentum Ægyptiacum remouens carnem mortuam. Et adhuc fortius eſt hoc. Recipe mellis uiridis, æris, aluminis, ana, & miſce. Et conueniens ad mundificandum, & exiccandum, & conſolidandum eſt medicamen Raſis poſitum in litera, &c. Si uerò os ſit putrefactum neceſſarium eſt ipſum amouere, aut cum cauterio actuali quod ordinetur ſecundum exigentiam oſsis remouẽdi, & orificium ulceris, communis autem modus eſt, ut defendat totus oculus, & etiam labia orificij cum petijs lineis aut cotto infuſis in aqua roſacea, aut albumine oui, aut in aliquo ſucco frigido quod ſemper faciẽdum eſt cum uoluerimus uti aliqua medicina cauſtica, & deinde inſtrumentum bene ignitum ponatur uſq; ad os bene adhærendo ipſi oſsi, ſemel, bis aut pluries ſecundum exigentiam, & propterea ſint parata plura inſtrumenta taliter ignita & ſemper fundum ulceris à ſanie aut à ſanguine abſtergatur, ne operationem impediat, poſt hoc albumen oui cum oleo roſaceo & uitello oui cõcuſſum ponatur intus & deſuper & in oculo ponatur ſief album cum albumine oui, lacte, aut aqua roſ. ne oculus ophthalmetur, & ſuper oculo etiam cottum petia linea circundatum in aqua roſacea infuſum, & fronti & temporibus repercuſsiua applicentur. Si uerò æger abhorreat cauteriũ actuale dilatato orificio ulceris cum ſectione, aut tentis de ſpongia, de medulla mellegæ, uel ſambuci, uel gentianæ procedatur ad ſquamationem oſsis, & remotionem ſubſtantiæ corruptæ, aut oſtracoſæ cum medicinis incipiendo à leuioribus, ſicut eſt alumẽ de roca combuſtum, & peucedanum eſt proprium in ſquamatione oſsis, & fortius eſt uitriolum combuſtum, & potius eſt euphorbium, uitriolum tamen aliquanto tempore cõtinuatum ſuper oſſe eſt mihi expertum, fortius autem in omnibus & infallibile eſt cauterium factum ex capitello, ſed inueteratum ualde, ut amplius in aquã non cõuertatur, ſi enim quantitas grani frumenti ſuper oſſe ponatur poterit ſquamat non ſolum hoc os, ſed etiam cætera oſſa, & eſt mihi expertum. Auic. tamen laudat dicbardich & ſecundum aliquos fit hoc modo. ℞. bdellij, ammoniaci an. ℥. s. diſſoluantur ad ignem, & proijciãtur deſuper uiridis æris. ʒ. 2. plus ſi uolueris facere ipſum acutius. Aliter deſcribitur à Raſi ſecundo continentis. ℞. arſenici citrini partem unam, æris uſti partem s. ſalis ammoniaci partes quatuor, infundantur in aqua calcis per hebdomadam & exiccentur in ſole, deinde ſublimentur & reſeruetur quod ſublimatum eſt in uaſe uitreo, & eſt multum acutum. Aqua quoq; ſeparationis auri ab argento ſi in eo cottum in extremitate ſtili infundatur & applicetur. Et ſimiliter aqua diſſolutionis cauterij, & hæ aquæ leuiter poſſunt applicari cum extremitate ſtili in quo uis, & per foramen canulæ potes intromittere ſtilum in cuius extremitate ſit cottũ in huiuſmodi aquis infuſum. Et ſic perficies operationem tangendo locum corruptum & nocebis ſano. Ex his ergo omnibus collige ſex intentiones curatiuas. Prima eſt dilatatio orificij ulceris, ſecunda cauterizatio donec mortificetur caro ſcilicet fiſtuloſa & os corruptum, aut alia ſubſtantia, ſcilicet putrida, tertia eſt abſterſio & eleuatio partium cauſticarum ad quam intentionem perficiendam ponantur mundificantia, de quibus ſupra, tranſactis duobus diebus, in quibus uitellum oui cum oleo roſaceo mixtum poteſt imponi, quarta eſt generatio carnis, quę debet fieri cum notabiliter exiccantibus propter humiditatem ulceris ſuperfluam & propterea non denudentur à pauca quantitate uiridis ęris. Et ad hoc perficiendum ualet medicamen Raſis in litera, quinta eſt ſigillatio perficienda cum unguẽto de lithargirio, & quandoq; cum alumine combuſto, ſexta eſt accidentium correctio, ſcilicet doloris & ophthalmiæ, ſcilicet minuendo & temperando oculum cum frigigis & circa frontem & tempora, repercuſsiua apponendo, & propriè dum fiunt operationes fortes & doloroſæ, &c. Vltimum regimen commune utrique cauſæ reſpicit accidentia, de quibus dictum eſt. Et ſecundò regimen ſex rerum non naturalium uariandum ſecundum exigentiam intentionum, de quibus ſupra, ſed ſit dieta magis tenuis & declinans ad frigigum quanto accidentia ſunt fortiora, & quando perficis aliquam operationem doloroſam ex iam dictis. Cura uerò mendoſa in textu poſita fuit & ſufficienter ordinata, &c.

DE PASSIONIBVS AVRIVM, ET PRImò de anatomia. Cap. XXXIIII.

ACtum eſt in præcedentibus de paſsionibus cerebri & neruorum & oculorum. Hic agitur de paſsionibus aurium. Et iuxta conſuetudinem præmittam anatomiam auris, & modum regiminis conſeruatiui eiuſdem, imò potius præſeruatiui, deinde ad curandas eius ægritudines accedam iuxta ſeriem capit. Raſis. Auris dicta eſt ab hauriendo eo quòd per aures doctrinam haurimus. Nam per auditum maximè efficimur ſcientes, primo metaphyſice, & in libro de ſenſu & ſenſato, ſecundum accidens uerò ad prudentiam auditus plurimum cõfert, ſermo enim audibilis exiſtens eſt cauſa diſciplinæ, quare infra concludit q̃ ſapientes à natiuitate utroq; ſenſu præditi ſunt, priuati autem ſunt cæci, muti, & ſurdi, licet enim ſenſus uiſus de ſe magis conferat ad ſcientiam q̃ auditus, per accidens tamen magis confert auditus, & unuſquiſq; noſtrum in ſeipſo facilè poteſt iudicare. Auris deſcriptio eſt membrum inſtrumentale chartilaginoſum, rotundum, ſubtili panno uelatum cum quibuſdam eleuationibus anfractuoſis habens foramen ſimiliter anfractuoſum, non rectum perueniens uſq; ad extremitatem foraminis oſsis petroſi, in quo eſt neruus auditiuus in modum panniculi contextus duræ matri continuus, in quo ſpiritus audibilis complantatus continetur, & ante ipſum ſibi cõtiguus eſt aer ſtans, ueſica quadam circundatus ad audiendum finaliter ordinatum. Eſt enim membrum inſtrumẽtale & organicum ratione operationis nobilis facientis ad bene eſſe indiuidui, & eſſe compoſitum, fuit autem chartilaginoſum, ut eſſet ſonorum, & non fuit factum oſſuoſum ne caſu aut percuſſione frangeretur, neq; factum fuit carneum aut pan-

niculare,

niculare, quia non bene ſeruaſſet figuram & compoſitionem ſibi neceſſariã, & fuit rotundum, ut eſſet bene capax aeris, & deinde ſonorum, habuit autem anfractus ad ſimilitudinẽ oſtraci limatiarum, ut melius fieret aeris, & inde ſonorũ reuerberatio. Fuit autẽ uelatum pãniculo duro ſubtiliſsimo, qui ſecundum ueriorem ſententiam eſt genitus ex uillis nerueis ortum habentibus à quinto pari neruorum cerebri, aut ex uillis ligamẽtalibus ortum habentibus ab oſſe petroſo, ut auris haberet debitum ſenſum & cum hoc bene reſiſteret exterius occurrentibus. Fuit autem foramen eius anfractuoſum non rectum, ne uentus aut aer diſcraſiatus aut fortis ſonus ſubitò ſine modificatione ad organum auditus perueniret, neruus autem auditiuus eſt pars principaliſsima, in qua fit auditus ſicut cryſtallois reſpectu uiſus in oculo, & ſpiritus cõplantatus eſt inſtrumentum auditus, ſicut ſpiritus uiſibilis ipſius uiſus, & aer ſtans circundatus ueſica, quod totum uocatur miringa, auditus eſt medium intriſecũ ſpecierum, ſicut albugineus eſt medium intrinſecum ſpecierum uiſibilium, & foramen auris ab Auic. eſt appellatum aſſarmach, ſicut foramen uueę dicitur pupilla, in quo uniuntur ſpecies ſoni, ſicut in foramine uueæ ſpecies uiſibiles, non eſt autem niſi hæc differentia, quia foramen uueę eſt coopertum cornea, non autem foramẽ auris. Illud enim fuit neceſſarium in oculo, ne albugineus exiret. Similis autem neceſsitas non eſt in aure. Eſt autem ad audiẽdum ordinatum tanq; in finem, q̃uis enim auris habeat alias operationes naturales miniſtrantes, & miniſtratas & uitales. Et q̃uis ſit deputata ad expurgandum ſuperfluitates cholericas cerebri, ut patet in cerumine auriũ, quod per eam egreditur: attamen principaliſsima operatio eſt audire, & non eſt cerebrum euentare ſicut quidam exiſtimauerunt, neq; etiam per aures reſpirare, quod Ariſtoteles reprobat primo de hiſtorijs animalium.

Ex quibus patere poteſt anatomia auris. Fuerunt duæ, ne nocita una auditus impediatur, patet etiam numerus partiũ componentium aurem, ſcilicet chartilago, panniculus, foramen, aer ſtans cum ueſica ſua, neruus auditiuus, & ſpiritus complantatus. Patet ſecundò ſitus, quia fuerunt in alto conſtitutę ut eſſent proximæ cerebro, quod propter uiſum debuit eſſe ſuprema pars corporis, fuerunt in lateribus conſtitutę, & non ante propter oculos & inſtrumenta guſtus & olfactus, quæ hunc locum ſibi uendicarunt, & non fuerunt poſitæ poſterius, quia nimis fuiſſent diſtantes à ſenſu communi, quare. &c. Fuerunt autem immediatę ſub tonſura capillorum, quia ſi fuiſſent magis ſupra ab ipſa fuiſſent uelatæ, & ab his quæ in capite geruntur. Patet etiam ſubſtantia, quia chartilaginoſa à prædominio, propterea auris eſt frigida & ſiccę complexionis quantũ ad complexionem innatam, licet quantum ad influentem ſit calida & humida, patet etiam quantitas & figura & iuuamentum, poteſt autẽ pati omne genus ægritudinis ſimplicis, & etiam apoſtema. Ex quibus infertur quòd ea, quæ ponuntur in aure debent eſſe actu tepida non frigida. Niſi fortè in caſu exceſsiuæ caliditatis pręternaturalis quod rariſsimè contingit, neq; multũ calida.

Circa hæc duo cadunt dubitationes. Prima quia uidetur quòd unus ſonus debet iudicare duo, cum à duabus auribus per duos neruos, qui ſcilicet nunquã uniũtur, ſpecies ſoni ad ſenſum communem deferantur, ſi uera eſt communis ſententia quòd nerui optici uniuntur, ne unum uiſibile iudicetur duo. Secunda dubitatio quoniam quintum par neruorum oritur à poſteriori cerebro, imò omnia paria pręter duo prima, ut eſt manifeſtum his qui uiderunt anatomiã, ergo ſpecies ſoni debent deferri ad cerebrum poſterius & ad memoratiuam, non autem ad ſenſum communem, & ſic ſenſus communis non erit index obiectorum ſenſuum exteriorum. Ad primam reſpondetur quòd unus ſonus nõ debet apparere duo, quia duo nerui, ſcilicet auditiui uenientes ad duas aures uniuntur in origine ipſorum, & ſic fit unio ſpecierum delatarum per ipſos neruos. Contra ſi illa unio neruorum in origine ſua ſufficeret ad unionẽ ſpecierum audibilium à pari ſufficeret unio ſpecierum uiſibilium in origine neruorum opticorum, & ſic fruſtra eſſet altera unio circa medium ipſorum.

Ad hoc dicitur, quòd prima unio ſufficeret, ſcilicet ad unionem ſpecierum, ſecunda tamen unio non eſt fruſtra cum ſit facta non ſolum propter unionem ſpecierum uiſibilium, ſed etiam ut ſpiritus uiſibilis poſsit cito deferri de uno oculo ad alium, cuius ſignũ quia per compreſsionem unius oculi, pupilla, ſcilicet alterius dilatatur: ſecundum iuuamentum eſt, ut per illam unionẽ ſeipſos melius ſuſtentent, ut uult Auic. prima, primi, doctrina. 5. capite de anatomia neruorum cerebri authoritate Gal. hoc autem non fuit neceſſariũ in auditu, cum pauciores ſpiritus ad audiendum ſufficiant. Et quia duæ aures ſunt in duobus lateribus oppoſitis ſituatæ ad inuicem ualde diſtantes. Ad ſecundum dicitur, quòd à loco coniunctionis neruorum auditiuorum tranſit uia, occulta tamen ad ſenſum communem, orti autem fuerunt à cerebro poſteriori, ut eſſent duriores, ſic enim fuit expediens pro operatione ſua, & quia ſunt multum expoſiti extrinſecus alterantibus, nec de hoc mireris, nam & ſpecies tangibilium deferuntur à neruis manuum & pedum ad ſenſum communem non immediatè, ſed per multa media. Primò enim deferuntur ad nucham à qua illi nerui originãtur, deinde ad cerebrum poſterius, à quo nucha oritur: & inde ad ſenſum communem, qui eſt in cerebro anteriori, non tames prius deferuntur ad memoriam, quàm ad ſenſum communem, ut manifeſtum eſt. Regimen autem conſeruatiuum auris ſiue præſeruatiuum eſt, ut tueamur auris complexionem cauendo ab extrinſecus occurrentibus, ſicut aere, uento, aqua & ſimilibus potentibus aurium eucraſim corrumpere. Conſeruemusq; earum compoſitionem prohibendo, ne foramẽ oppiletur ab his quæ poſſunt aures ingredi, ſicut aqua, lapilli, cimices, & ſimilia. Et ne etiam ab intrinſeco oppiletur ſicut à cerumine, ſanguine aut alia humiditate, uermibus aut carne, ſcilicet interius orta.

Ad hæc autem duo prohibenda optimè confert oleum amygdalarum amararum debitè calidum, ſi in utraque aure tres guttæ ſemel ſingula hebdomada imponantur ipſis auribus bene abſterſis, & ſine dolore à cerumine & reliquis ſuperfluitatibus in ipſis exiſtentibus, cuius olei extractio cum cotto, poſtea procuretur. Ad conſeruandum autem unitatem & prohibendum apoſtemata & bothor in eis optimè confert, ſief memithe cum pauco aceti ſimiliter inſtillatũ.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.88

Et cauendum eſt à repletione & ſatietate nauſeatiua, & propriè à ſomno ſuper repletione, &c.

DE DOLORE AVRIVM.
Cap. XXXV.

HÆc pars ægritudinis aurium diuiditur in ſex partes, ſecundum quod Raſis ſex facit capitula. Primum cap. eſt de dolore auris circa quod ſunt quædam notanda iuxta morem noſtrum. Quid nominis auris ſatis manifeſtum eſt. Dolor autem auris eſt triſtis ſenſatio tactiua eiuſdem rei ſubitò materialiter imprimentis, &c.

Species doloris quandoq; ſumuntur à particula patiente, aut quia quidam eſt exterius in chartilagine auris, quidam interius in foramine, aliquando communicans neruo auditiuo, aliquando ſumũtur à dolore in ſe, & ſic ſunt quinq; ſpecies doloris communiter euenientes, ſcilicet pungitiuus, pruritiuus, extenſiuus, grauatiuus, pulſatiuus. Item quidam intenſus, quidam remiſſus, quidam criticus, quidam non criticus. Et quilibet dolor eſt actio corrupta, & propterea eſt accidens alicuius morbi, licet etiam quandoq; ſit morbus cum quandoq; ſubitò interficiat, ſicut apoplexia apud Auic. cap. proprio. Eſt autẽ & alia actio corrupta auris, de qua infra, quando unus ſonus pro alio apprehenditur, aut apprehenditur ſonus eſſe in medio, qui non eſt, inter quas duas actiones corruptas eſt differentia. Prima, eſt enim actio corrupta tactus. Secunda, auditus, licet utraq; actio corrupta fiat in eadem parte organi, & cum eiſdem inſtrumentis adæquatis numero, complexione & ſpiritu auditiuo. Et per unam met cauſam imprimentem in organum auditus, ſcilicet uentoſitatem & æquè primo tempore, nec obſtat famoſum dictum Ariſt. & commẽtatoris 2. de generatione q; ab uno in quãtum unum non prouenit primò niſi unum. Iſti enim duo effectus non proueniunt ab eiſdem cauſis in quantũ una eſt enim potentia auditiua à tactiua, realiter diſtincta, & etiam ſpecies ſonora quæ eſt immediata cauſa unius, differt à mala complexione aut ſolutione continui, quæ eſt immediata cauſa alterius, &c. Cauſæ doloris auris aut ſunt per eſſentiam aut per communitatem, q̃uis cuiuſlibet doloris cauſa immediata ſit mala complexio aut ſolutio cõtinui exiſtens in membro dolente, aut in membro ſibi communicante, unde non eſt inconueniens eſſe dolorem in aliquo membro in quo non ſit mala complexio, aut ſolutio continui, licet illius doloris cauſa immediata ſit mala cõplexio aut ſolutio continui exiſtens in altero membro ſibi communicante. Mala autem complexio factiua doloris auris plurimũ eſt calid. aut frig. ſine materia aut cum materia cuiuſcunq; generis & frequenter cum cerumine auris lædente qualitate aut quantitate. Mala aũt complexio calid. aut eſt à cauſa extrinſeca ſicut ab aere calid. aut aqua calid. & propriè cum ſuccedunt cauſis infrigidantib. Et ſimiliter mala complexio frigid. eſt ab aere, aut à uento, aut ab aqua frigida, & ſimilibus, & propriè cum ſuccedunt cauſis calefacientibus, aliquando etiam pendent à cauſis corporeis ſicut in febribus & alijs diſpoſitionibus. Cauſæ autem ſolutę continuitatis ſunt caſus, offenſio, aut percuſſio, aut aliquod animal, aut alia res ingrediens aurem, aut nata in ea, aut uentoſitas extendens, aut humor aliquis corrodens, aut putrefaciẽs & tandem ulcerans aurem, aut apoſt. cum rumpitur & frequenter cerumen auris tam ſua quantitateq; qualitate. &c. Apoſtemata enim & bothor ſiue puſtulę cauſant dolorem auris mediante tam mala complexione, q̃ ſolutione continui, hæc autem apoſt. ſecundum plurimum ſunt calida, ſanguinea aut cholerica, aliquando tamen ſunt frigid. phleg. & melanch. Et poſſunt fieri tam per uiam defluxus, q̃ per uiam paulatim factæ congeſtionis. Cauſę autem doloris auris per communitatem, aut ſunt à toto ſicut in criſi aut febribus, aut à membro particulari ſicut ſtomacho, epate, matrice, frequentius tamen à cerebro, & à quinto pari neruorum cerebri, &c. Signa doloris auris habentur ex relatu ægri. Quod ſi referre neſciat, quia fortè infans, tangantur loca uerisſimiliter dolentia, quòd ſi dolor erit in aure ex tactu dolor creſcet & ploratus & lamẽtatio. Et etiam quia fortè præter conſuetudinem aliqua humiditas fluit ex aure, aut fortè illa quæ fluere conſueuit eſt retenta. Signa uerò cauſarum primitiuarum tam malę complexionis q̃ ſolutę continuitatis ſunt ipſarum præceſsio & nocumentum inde ſecutum cauſæ proportionarum, ſicut exempli gratia, præceſsio uenti, aeris frig. aquæ & propriè aurem ingreſſæ, & frigiditas inde in aure manifeſtè ſenſata.
Et ſicut pręceſsio aeris calidi & ingreſsio lixiuij aut alterius calidi in aurem cum manifeſta eius caliditate. Et ſicut pręceſsio percuſsionis caſus & offenſionis ſequente fluxu ſanguinis aut ſaniei ab aure. Cognoſcitur aute dolorem pendere ab animali, aut ab alia re aurem ingreſſa aſpiciendo in aurem ſub radijs ſolaribus & etiam ſi eſt animal ſentitur commotio ipſius et punctio & ſonitus magnus in eius commotione. Et ſi eſt uentoſitas dolor eſt extenſiuus non grauatiuus & auditur ſonitus manifeſtus & clarus non qualis in apoſtemate, aut in materia nõ apoſtemãte in quibus eſt ſonitus, & fragor quidam confuſus. Cognoſcitur autem mala complexio calid. ex præceſsione ſcilicet cauſæ calefaciẽtis, & quia caliditas in aure ſentitur, iuuatur a frigidis & in hora fridiori diei, nocetur à cal. & in hora calidiori diei. Econtrario ſunt ſigna malæ complexionis frig. & ſi eſt ſine materia eſt ſine grauitate, ſine tumore, ſine obturatione foraminis, & præceſsit aliqua ex cauſis primitiuis ſecũdum plurimum & non multum impeditur auditus. Sed cum præſentia materię adeſt grauitas & tumor, & foraminis obturatio & magis pendet à cauſa corporea & impeditur auditus ſi ſit in profundo. Soluta autem cõtinuitas manifeſta cognoſcitur per exitum ſanguinis aut ſaniei. Sed apoſtema cognoſcitur per grauitatem, dolorem continuum, & tumorem & obturationem foraminis niſi ſit in parte ualde intrinſeca, & tunc dolor eſt ualde intenſus & adeſt grauitas & febris continua. Et ſi calidum ſit ſanguineum, adeſt magna grauitas, & tumor & durities, & rubedo tendens in obſcurum. Et ſi ualde profundum ſit, dolor eſt intenſiſsimus cum alienatione & interdum motibus ſpaſmoſis, & ſyncopi, & frig. extremorũ. Et febris eſt intenſa & interdum cũ rigore & horripilatione, in extrinſeco enim febris eſt leuis ſicut ephimera. Si autem ſit cholericum adeſt dolor pungitiuus non ita extenſiuus & grauatiuus ſicut in primo cum calid. mordaci & intenſa, & non eſt ibi tumor magnus, neque magna

gna foraminis obturatio & rubedo eſt clara quæ per compreſsionem deliteſcit. Phlegmaticum autem eſt cum paruo dolore, pauca febri, neq; color membri eſt mutatus à colore ſibi conſueto & eſt cum leuitate. Melancholicum autem eſt cum duritie & cum dolore tendente in fuſcum, & cum maturatur creſcit febris, dolor etiam ſit magis pulſatiuus, & cæt. accidentia creſcunt, ſed eo maturato, omnia minuuntur, & eo corrupto ſanies egreditur & multotiens ex inſperato cum medici multotiens decipiantur non credentes eſſe apoſtema, & non eſt differentia inter materiam apoſtemantem, & non apoſtemantem, ſed ſolum imbibitam niſi quia in non apoſtemante, eſt minor tumor, minor dolor, minor obturatio foraminis, minor febris, imò ſecundum plurimum non eſt febris, & cætera accidentia ſunt remiſsiora, raròtamen accidit, ut ſit materia imbibita non apoſtemãs. Species autem materiæ cognoſcitur ex ſignis ſuprascriptis. Et iterum ex ſignis communibus ſumptis ex ætate, complexione, forma, & tempore anni, arte, regimine præcedente, & ſimilibus. Cognoſcitur autem dolorem pendere ex cerumine, quia foramen auris eo plenum eſt, & ex extractione eius dolor recedit.
Cognoſcitur autem quòd ſit per communitatem à toto uel à parte, ex nocumento totius uel partis præcedente, cum cuius augmento augetur, & diminutione diminuitur, & ſi ſit per communitatem à cerebro ſecundum plurimum, non ſolum auditus lęditur, ſed etiam guſtus propter propinquitatem originis quinti paris neruorum cerebri præbentis auditum, origini tertij & quarti paris præbentis guſtum & ſenſum linguæ, & dolor criticus cognoſcitur ex ægritudine pręcedente, cum cuius doloris augmẽto materia permutata ſedatur ægritudo præcedens ſicut ſedatur phreneſis materia ad aurem permutata.

Prognoſticum primum Auic. peruerſior dolor auris eſt qui ſit ab apoſtemate profundo calid. & propriè cum eſt cum feb. inſeparabili, perducit enim ad permixtionem intellectus, & quandoque interficit ſubitò ſicut apoplexia, cum enim eſt in neruo auditiuo ob fortem dolorem ſit cerebri contractio, & perconſequens meatuum oppilatio & prohibitio tranſitus ſpiritus animalis ad membra mouenda ex quo prohibito anhelitu ſequitur ſuffocatio & mors, & hæc eſt potius epilepſia quàm apoplexia cum in contractione tanta cerebri neceſſe ſit uniuerſum corpus contrahi, ſecundum plurimum tamen non interficit in 7. Prognoſticum ſecundum, hic dolor uelocius & frequẽtius interficit adoleſcentes quàm ſenes, quia in ſenibus eſt ſenſus obtuſior, propter cuius obtuſionem toleratur quouſque ſuppuretur. Sed in pueris ob acuitatem ſenſus non poteſt tolerari quouſque ſanietur. Si autem ſuppuretur cum cæteris ſignis laudabilibus ſperatur euaſio, nullum tamen uſq; ad 55. ætatis meæ annum uidi mori ex auris dolore, &c.

SI cum dolore qui ſit in aure fuerit in faCie inflatio, & pulſatio, ex cephalica erit minuendus. Et oleum roſaceum aut oleum de floribus ſalicis tepidum cum pauco aceto eſt immittendum. Lac quoque ita calidum ut ex mammilla egreditur, erit diſtillandum multotiens. Venter præterea ex mirobalanis, citrinis, et ſcammonea et aloe uehementer ſoluatur, quod hoc modo fit. Rec. mirob. citrin. drach. 20. et poluerizati in 2. lib. aquæ coquantur, donec ad duas tertias unius lib. reddantur & colentur, Poſt hoc ſumantur aloes drach. 1. ſcammoneæ 6. pars drach. 1. aggregentur cum rob de cytonijs, & fiant ex eis pilulæ, quæ per duas horas ante decoctionem ſumantur, deinde bibatur decoctio. Quòd ſi dolor non quieuerit parum opij in oleo roſaceo reſoluti in aurem mittatur, & ſi pulſatio redierit, & tribus diebus perſeuerauerit oleum ſeſaminum in quo anatis aut gallinæ adeps fuerit reſolutus in aurem ſæpe mittatur, ibi nanque eſt puſtula, quæ maturatione indiget. Cum autem dolor quieuerit, putredo iam eſt collecta, ideoque pus ſubitò ex inſperato egreditur de aure.

Diuiditur hoc cap. in partes tres. Nam in prima parte Raſis ponit curam doloris auris ab apoſtemate ſiue puſtula calid. licet in hac parte comprehendatur cura doloris à mala complexione calida ſine apoſtemate. In ſecunda ibi, ſcilicet. Cum autem dolor in aure, ponit curam doloris auris à mala complexione frigid. cum materia. In tertia ibi.
Si autem cum dolore, ponit curam doloris pendentis à uentoſitate. Prima iterum in duas, nam in prima ponit ſigna doloris auris ab apoſtemate calido, in ſecunda ibi. Ex cephalica. Ponit curam. In prima parte ponit duo ſigna apoſtematis calidi in aure.
Primum eſt inflatio faciei, & maximè partis circunſtantis aurem & ipſius auris propter præſentiam ſanguinis aut choleræ mixtæ cum ſanguine, ex quo etiã debet ſequi aliquis rubor faciei. Secundum ſignum eſt pulſatio, id eſt dolor pulſatiuus, &c. dolor nanq; pulſatiuus eſt in apoſtemate calid. & propriè ſanguineo etiam in ſui principio, & maximè cum eſt pręſentia arteriarum, qui dolor poſtea tempore maturationis multo magis augetur. Secunda pars diuiditur in tres, nam in prima ponit curam conuenientem in principio. In ſecunda ibi. Quòd ſi dolor. Ponit curam quando dolor nimium excreſcit.

In tertia ibi. Et ſi pulſatio. Ponit curam apoſtematis quando maturatur.

In prima parte Raſis curat apoſtemata in ſui principio tribus generibus remediorum. Primum eſt phlebotomia ex cephalica cuius cauſa nota eſt. Se-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.89

cundum genus eſt applicatio localium, ſicut olei roſacei aut olei de floribus ſalicis quod eſt frigidum & humidum, cum pauco aceto, ſcilicet quarta parte, ſecundum immittendum in aure eſt lac ita tepidum, ſicut ex mammilla egreditur frigid. & humid. doloris ſedatiuum, & hæc ponuntur in aure, et circa ipſam. Tertium genus remediorum eſt uentris ſolutio cum decoctione mirob. citrinorum, quorum ſumantur ʒ. 20. & puluerizati craſſo modo bulliant in 2. ℔. aquę ad conſumptionem duarum partium, ſecundum ſolutiuum eſt aloes ʒ. 1. quod ſoluit phleg. & choleram cum 6. parte ʒ. 1. ſcammoneæ quæ potiſsimè ſoluit choleram ex his cum rob de cytonijs, id eſt, cum ſucco cytoniorum inſpiſſato per decoctionem, fiant pilulæ, ſcilicet 7. quæ per duas horas ſumantur ante decoctionem. Hæ enim medicinæ potentiſsimè ſoluũt choleram. Sed tempore moderno in regione noſtra ſufficeret medietas iſtorum ſolutiuorum, exiſtimo tamen quòd in regione Raſis corpora ſint robuſtiora indigentia fortioribus ſolutiuis, ſicut & in regione Teucrorum, datur magna quãtitas ſcammoneæ 2. canone. Ratio autem Raſis, quare dat pilulas ante decoctionem per duas horas eſt, ut ſint iam actuatæ, & inceperint iam trahere humores ad ſtomachum & ad inteſtina. Et deinde ſuperueniente decoctione adiuuetur & feliciter ipſarum operatio, tardius enim actuantur quàm medicinæ liquidæ. In ſecunda parte exiſtẽte fortiſsimo dolore docet permiſcere parum opij, ut puta ℈. s. cum ℥. s. olei roſacei de quo duę guttę inſtillentur in aure. In tertia parte redeunte & creſcente dolore pulſatiuo & perſeuerante aliquanto tempore docet maturare, & hęc debent apponi tam interius quàm exterius, & litera ſatis patet, nam cum maturatur dolor excreſcit, ſed puſtula maturata dolor ſedatur iuxta aphoriſ. Circa generationem ſaniei, &c. Deinde puſtula rumpitur & ſanies ex aure egreditur ex inſperato, quia fortè nec medicus nec æger credebat eſſe apoſtema.

Cum autem dolor in aure ſit poſt faſtidioſam ſatietatem, aut poſt uentos frigidos oleum in quo ruta aut cæpæ coctæ fuerint, in aure diſtilletur. Et ſi hoc non ſuffecerit oleum in quo turbith coctum fuerit diſtilletur. Aut oleum de lilio ſumatur & cuique uncia 1. ex eo miſceatur, euphorbij recentis drach. 1. & caſtorei dra. 1. Sed ſi hoc non ſuffecerit uẽter pilulis cochijs ſoluatur. Patiens quoq; balneum ingrediatur in quo ſudet. Vinũ quoq; uetus et fortè ei tribuatur.

In ſecunda parte principali ponit curam doloris auris à mala complexione frigida cum præſentia materiæ phlegmaticæ. Et poſſet diuidi hæc pars in quatuor partes ſecundum quatuor genera remediorum. Primò enim ponens ſigna doloris à mala complexione frigida, quæ ſumuntur à cauſis ſuis, ſcilicet quod euenerit poſt faſtidioſam ſatietatem & uentos frigidos. Et ſupplete uos alias cauſas infrigidantes.

Ponit primò curam cum iniectione oleorum calefacientium & exiccantium, quorum quędam ſunt calida in quarto gradu, ſed tutius eſt incipere à leuioribus & propriè non facta purgatione. Secundò ſoluit uentrem cum pilulis cochijs, à quibus regulariter operando eſſet incipiendum. Tertiò ponit curam per balneum ad corporis exiccationem, calefactionẽ, & materiæ reſolutionem, quod balneum poteſt eſſe tam aereum quàm aqueum, & proprè ex aquis calefacientibus, & exiccantibus ſiue ſint naturales ſiue artificiales. Quartò exhibet uinum uetus ad calefaciendum, & exiccandum, reſoluendum & confortandũ, & debet eſſe in pauca quantitate. Et ſimiliter totum regimen declinet ad calidum & ſiccum.

Si autem cum dolore auris ſonitus & tinnitus fuerint, atq; uentoſitas panicum ſiue milium in ſartagine torrefactum, calidum multotiẽs ſuperponatur. Auris quoque ſuper uaporem aquæ in qua ſint cocta, mentaſtrum & ſtecas arabicus & ſampſucus, teneatur. De caſtoreo præterea & euphorbio in oleo ſambacino diſſolutis quorum unumquodque quatuor grana hordei ponderet in aurem mittatur.

In hac ultima parte curat dolorem auris à uentoſitate, & quæ dixit ſunt manifeſta. Vltima tamen medicina ſic perficitur. ℞. caſtorei, euphorbij ana gran. 4. olei ſambacini, id eſt, iuiuſemini. ʒ. 2. miſce & duæ aut tres guttæ in aurem inſtillentur & etiam partes circunſtantes inungantur.

Pro curandis ægritudinibus aurium ante omnia. Sciendum eſt quòd multis modis medicinæ poſſunt auribus applicari. Primò fomentando aurem cum lana, cotto, petijs, ſpongijs, aut filtris infuſis in aliquo liquore & expreſsis & applicitis. Secundo modo recipiendo fumum aut uaporem cum emboto aut ſine. Tertiò ſub forma emplaſtrorũ & unguentorũ. Quartò ſub forma puluerũ. Quintò quo frequentius utimur ſub forma liquoris inſtillando aliquid in profundo auris, circa quem modum ſunt octo canones obſeruandi. Primus quòd auris pro poſſe aliqualiter præmundificetur cum cotto aut re ſimili & leuiter ne dolor inferatur, ut medicinæ poſsint in profundum penetrare. Secundus canon, ut quæ inſtillantur ſint ualde liquida aut liquidis admixta. Tertius ut non ſint ualde calida aut frigida actualiter, ſed tepida propter debilitatem miringę, & nerui auditiui non ſuſtinentis excellentias iſtas qualitatum actualium, licet medicinas potentialiter tales in quarto gradu faciliter ſuſtineant, & propriè ſiccifsimas. Quartus eſt, ut ea quæ inſtillantur ſint paucæ quantitatis, ſufficiunt enim duæ aut tres guttæ propter paruitatem & ſtricturam foraminis. Quintus eſt, quòd dum imponuntur, iaceat ſuper aure, ſcilicet cõtraria aliquantulum ſiue aliquandiu, ſcilicet donec liquor ad profundum deſcenderit, nam propter tortuoſitatem, ſtricturam, & aliqualem diſtantiam non ita citò

deſcendit

deſcendit. Sextus, ut inſtillatum non longo tempore retineatur in aure, ſed procuretur frequenter ipſius eductio ne putreſcat. Et cum educitur iaceat ſuper eadem aure, & etiam cum cotto eadem auris leuiter mundificetur. Septimus, quòd quę inſtillantur non ſunt facilè putreſcibilia. Octauus, quòd frequenter reiterentur, ſcilicet ter aut quater in die naturali. Nam poſtquam pauca quantitas debet imponi & pauco tempore debet impoſitum remanere iuxta canones ſupraſcriptos, ſequitur quòd aut nõ fiet actio, aut oportet medicinas frequenter inſtillare.

Cura doloris auris ab animali ingreſſo aurem uel nato in ea, & lapide, aqua, & ſimilibus cadentibus in aure, & à caſu, offenſione, ulceribus & à uentoſitate patebit ex capite ſequenti.

Cura autem doloris auris à mala complexione calida aut frigida ſine materia, ſiue pendeat à cauſa primitiua ſiue corporea eſt. Vt primò cauſa remoueatur. Secundò nocumentum ex ipſo derelictum cum contrarijs ſicut frigida cum applicatione pannorum calidorum necnon medicinarum calidarum tam interius quàm exterius. Et ſimiliter calidis cum frigidis interius & exterius applicitis ſemper aurem ſibi confortando. Tertiò prohibeantur humores à fluxu ſi timeatur ne fluant ad aurem cum euacuantibus & diuertentibus. Quartò corrigantur accidentia ſi qua corrigenda ſint, ſicut inſtantia uigiliarum, & ſimilia ſecundum ipſorum exigentiam. Quintò ordinetur debitum regimen ſecundum exigentiã malæ complexionis ſibi impreſſæ, & accidentium. Quę autem ſint medicinæ calefaciẽtes aut infrigidantes propriè in diſpoſitionib. auris. Et quę ſint medicinę ſolutiuæ opportunè in his diſpoſitionib. apparebit in ſequentibus. Cura doloris auris pendentis ab humore apoſtemãte, aut non apoſtemãte, eſt uarianda ſecundum quod dolor eſt criticus aut non criticus, & ſecundum q; extrinſecus aut intrinſecus, et ſecundum quod eſt intenſus aut remiſus. Si iſte dolor fuerit non criticus & intrinſecus pendens à materia apoſtemante exigit ſeptem intentiones. Prima eſt euacuatio. Secunda diuerſio. Tertia, repercuſsio, quæ debetur principio. Quarta eſt repercuſsio mixta reſolutioni aut maturationi quæ debetur augmento uſq; ad medium ſtatus. Quinta eſt pura reſolutio quæ debetur à medio ſtatus uſq; ad finem declinationis. Sexta eſt accidentium correctio. Septima eſt debitum regimẽ ſex rerum non naturalium uariãdum non ſolum ſecundum diuerſitatem materiæ, ſed etiam ſecundum exigentiam intentionum, de quibus dictum eſt. Et hæc omnia intelliguntur in cura regulari. Sed in dolore extrinſeco auris non competit repercuſsio. Eſt enim membrum ſatis ignobile & reputatum ad recipiendum ſuperfluitates membri nobilis, &c. Vbi uerò dolor eſſet ualde intenſus ad eius ſedationem ante omnia eſt inchoandum iuxta ſententiam Auic. 4. primi. Quando ad diuerſum trahere uolueris membri à quo protrahis dolorem prius ſeda, quo ſedato ad curam ordinariam ſecundum 7. intentiones ſupraſcriptas eſt redeundum. Si ergo dolor fortis ſit à cauſa calida hęc remedia facies uel aliquod ipſorum quorum plurima ſunt de intentione Meſue, cuius ferè totum caput hoc ſcribam declarando, quæ declaratione indigent. Oui albumen cum lacte mulieris tepido impoſitum auri, & partibus circunſtantibus cum petijs aut cotto ſuperpoſitum. Item oleũ roſ. tepidum per ſe aut ablutũ cum aceto quantum eſt oleum, deinde bullitum ad aceti conſumptionẽ, aut permixtũ cum ſucco cucurbitæ, & bene cum ipſo conquaſſatum, oleum de florib. ſalicis, ſecundum eandem doctrinam oleum nenupharinũ, oleum de ſemine cucurbitę, oleũ papaueris ſi dolor eſt uehemẽs per ſe aut cum aliquanto camphoræ. Eſt enim ſedatiuum tum remouendo malam complexionẽ cali. tum etiam ſtupefaciendo, lac mulieris ſolum mox cum mulgetur, aut cum ſuc. ſolatri aut cum aqua coriandri humid. Mucillago pſilij cum oleo roſ. conquaſſata, aut mucilago, ſem. cytoniorum, oleum de gribret, id eſt de mãdragora, quãdo dolor eſt acutus cum lacte mulieris mox cum mulgetur, lenticulas, ſcilicet ſtãtes in ſuperficie aquarum coctas, ſcilicet cum mica panis cataplaſmabis, ſuccus hyoſcyami fortes ſedat dolores, etiam ſtupefaciendo, lactuca agreſtis ſecundum omnem modum adminiſtrationis eſt medicamen bonum. Similiter ſuccus ſolatri & papaueris & mandragorę & ſalicum & turionum uitis, id eſt, teneritatũ extremitatum uitis & ſimilia hamech. Ad dolorem auris à caliditate. Recipe olei roſacei partes duas, olei amygdalarũ dulcium partem unã, aceti partes tres, fac coqui lẽto igne uſq; ad aceti conſumptionem cola & adminiſtra tepidum. Item accipe foliorum cucurbitæ aut ipſius cucurbitæ ſuccum, & miſce cum oleo roſaceo, diu cõquaſſato, & utere. Et alicui iſtorum addere potes apud dolorem fortem parum opij ſcilicet pro s. ℥. quinque aut decem grana.

Sed ad dolorem auris à cauſa frigida adminiſtretur oleum nardinum, id eſt, de ſpica, coſtinum, ſampſuci, rutaceum, amygdalarum amararum, chamæmilinum anethinum, laurinum, de lilio, de chieri, chryſomelinum, de behen, de cherua, oleum cinnamomi, quodcunq; eorum proprietatem habet ad dolorem auris à cauſa frigida aut uentoſa. Fundamentum autem & materia præparationis eorum artificialiter eſt cæpæ concauum, in quo oleum impoſitum oportet decoqui cum facilitate ſuper cinere prunarum, & ex rebus admixtis ſigillantibus ipſis, uirtutes mirabiles cum bonitate decoctionis in cæpæ cum eis eſt ruta propriè, & ſucus radicis qui comeditur, id eſt, raphani, & ſpica, & ſampſucus & ſcea, & eſt ſpecies abſinthij, & pauatur quòd ſit ſantonicum, ſcilicet herba lumbricorum ſiue ſemen eius, aliàs ſemen cinam. & chamæmila, & galbanum diſſolutum in ſucco porri per ſe, & aillum, & caſtoreũ, & piper, & ſuth, id eſt gallia muſcata, & ſuccus cæpæ, & ſuccus ſaraſion, id eſt praſſij, & ſuccus aſphodeli & euphorbium, & uterq; elleborus, & propriè albus, & non eſt inconueniẽs in huiuſmodi permixionibus admiſceri modicum mellis, & deinde tepidum diſtilletur.

Si autem dolor eſt fortis ex miſcibilibus bonis eſt opium cum pauco caſtorei & croco, aut philonium cum lacte, aut trochiſci ſtellæ, aut trochiſci croci, deinde remoue nocumenta narcotici, ſcilicet cum eis, quæ ſcis, de quibus ſtatim dicetur.

Ex euaporatorijs autem ſiccis eſt milium, aut panicum & ſal, calefacta & ſuperpoſita, aut baccæ lauri cum melle pauco calefactæ & ſuperpoſitæ, aut pulegium cum melle & olibano, aut granum lauri &

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.90

olibanum cum ſucco rutę. Et hęc maximè ualent in dolore uentoſo. Et dixit Gal. ſacelletur ex furfure cum uino cocto, & oleo ſpicæ aut rutæ. Cæpæ marinum cõtuſum cum oleo aut butyro coctum eſt expertum. Euaporatorium autem humidum fit cum aquis decoctionis rerum quæ maturant, & carminãt & mollificant ſicut meliloti propriè & aneti, & chamæmilæ, & fœnugræci & uolubilis, & foliorum caulium & ſeminis eius, & herbæ uenti, id eſt paritariæ & ſampſuci, & abſinthij & ſimilium, ſingulariter aut cõiunctim, ita ut recipiatur uapor eorum per canulam cuius una extremitas ſit fabricata ſuper uas in quo res coquuntur, & alia extremitas applicetur auri. Et quandoq; eſt neceſſe ut miſceatur his rebus aliquid ex ſtupefacientibus, ut ſedetur uehementia doloris, & tunc fiat iſta cum cautela. Remouent autem nocumenta narcotici uapores ſuperius dicti cum modico, ſcilicet caſtorei, & piperis, ſicut ſcis. Gal. linimentum quod adminiſtratur & ſedat dolorem auris. Accipe medullam ceruinam, aut medullam cruris iuuenci & ceram ana. ʒ. 5. olei amygdalarum amararum, ſucci poligoniæ, id eſt uirgę paſtoris & à multis uocatur ſanguinaria & corrigiola ana quantum ſufficit, fiat unguentum, & inungatur in circuitu auris. Eſt enim mirabile. Vel radices raphani cum oleo & decoque & diſtilla ex eo in auribus & cum lana calida auri applicita. Et uermes qui ſunt ſicut media faba. Et inueniuntur ſub lapidibus. Aut uermes plurium pedum coquantur in oleo ex oliuis immaturis, & diſtilletur ex eo in aurem, eſt enim expertum. Fit autem ſimiliter ex ſcarabeis & ex lumbricis terreſtrib. coctis cum oleo omphacino. Oleum ſimiliter de ſcorpionibus eſt ad iſtud ſublime. Item fel tauri cum adipe anatis eſt iuuamenti mirabilis ad dolorem auris à cauſa uehementer frigida. Hæc omnia ſunt de intentione Gal. quæ experientia confirmauit. Hic multiplicaui tot medicinas in ſedatione doloris auris, quia uehemens dolor ipſius eſt pernitioſus, &c. Dolore autem ſedato uel remiſſo, procedatur ad curam ordinariam ſecundum ſeptem intentiones ſupraſcriptas. Pro prima igitur intentione quę eſt euacuatio. Si humor peccans fuerit ſanguis, aut ſanguini mixtus, ſi materia non fuerit ualde multa, fiat phlebotomia ex cephalica eiuſdem lateris. Materia autem exiſtente plurima, fiat phlebotomia ex cephalica lateris contrarij deinde ex eodem latere. Vbi autem uideretur epar eſſe in cauſa aut alia membra naturalia, fiat primò phlebotomia ex baſilica, deinde ex cephalica eiuſdem lateris ſi oportuerit. Vbi autem matrix & retentio menſtruorum fuerint in cauſa, primò phlebotometur ſaphena eiuſdem lateris, deinde cephalica eiuſdem lateris ſi oportuerit. Hauriatur autem quantitas ſanguinis ſecundum exigentiam circunſtiarum iuxta doctrinam ſuperius datam. Meſue tamen propter multam ægritudinis acuitatem præcipit multam ſanguinis extractionem, aut una uice aut pluribus. Poſt hoc ſi oportuerit euacuetur humor peccans cholericus, ſcilicet cum his, quæ dicta ſunt in textu, aut cum electuario ſucci roſ. & ſimilibus. Verum materia exiſtente ualde calida, & propriè apoſtemante, lenientia frigida ſunt potentiora, ſicut manna aut caſsia cum decoctione prunorũ, tamar. uiol, &c. Phlegmaticus uerò cum cochijs. Melancholicus cum indis & ſimilibus, quibus aliquid cochiarum ſit admixtum. Et ſi non ſit opus phlebotomia ab iſtis euacuationibus eſt inchoandum. Diuerſio iuxta ſecundam intentionem fiat cum clyſteribus, locionibus brachiorum & crurium, uentoſationibus, diuerſionibus per nares, gargariſmatibus, & phlebotomijs uenarum, quæ ſunt iuxta aures, non autem maſticatorijs, dolorem enim augerent & materiam magis ad locum attraherent. Tertia intentio perficitur cum repercuſsiuis impoſitis auri, ſuper aurem, circa aurem, dummodo materia non ſit criticè expulſa, non ſit uenenoſa, non furioſa, non plurima, non expulſa immediatè à cerebro, non ualde tenax craſſa & uiſcoſa, non ibidem paulatim cogeſta neque fluat ad partem extrinſecam auris, aut ad locum emũctorium illi proximũ, repercuſsiua autem poſſunt eſſe multa, ut patet ex iam dictis. Sicut in materia calida oleum roſaceum cum quarta parte aceti, aut oleum roſaceum cum tantundẽ aceti, à quo acetum per decoctionem ſit reſolutum. Et multa ex ſupraſcriptis in ſedatione doloris. Sed in cauſa frig. oleum amygdalarum amararum, aut de ſpica, aut chamæmilinum, & ſimilia non attractiua, ſed aliqualiter ſtiptica, primò conquaſſata cum tantundem aceti, deinde bullita uſq; ad aceti conſumptionem. Et hæc applicentur per totum ſecundum aut tertium diem. Et poſt hoc tempus permiſcenda ſunt iuxta quartam intentionem repercuſsiua cum reſolutiuis & mollificantibus. Vnde in cauſa calida ſupraſcriptis addatur mucilago, ſem. citonirum, aut ſem. lini, aut fœnugræci, aut oleum amygdalarũ dulcium. Et materia non exiſtente multæ caliditatis adeps anatis aut gallinæ. Et ex ualde bonis eſt mucilago ſem. maluauiſci, medulla cruris uituli, butyrum, & ſint paucę caliditatis. Et quanto magis proceditur uerſus ſtatum, multiplicentur hæc mollificantia & reſolutiua, ita ut tranſacta ſexta uel ſeptima ponantur ſola reſolutiua & mollificantia, de quibus dictum eſt, donec materia reſoluatur aut maturetur iuxta quintam intentionem. Et in toto curæ proceſſu attendatur ſummopere ſedationi doloris, iuxta doctrinã ſuperius datam, eligendo, ſcilicet ex medicinis ſupraſcriptis, quæ magis uidentur conuenire, habendo reſpectum ad qualitatem materiæ & tempus ægritudinis & ad intentionẽ quam quæris. Et nota quòd auri imponenda nõ debent eſſe omnino humida, etiam ſi imponantur gratia ſedationis doloris, aut maturationis, quia complexio auris eſt ſiccißima, cuius conſeruationi cum ſiccis ſemper pro parte intendendum eſt. Et propterea Gal. 5. de ingen. ſan. reprobat medicum ponentem in aure nimis maturatiua, quib. communiter utimur in maturatione reliquorum apoſtematum. Et in maturando apoſtemate ualde calido, diachilon minus eſt ualde proprium, & propriè cum oleo de alcanna, diachilon autem magnum utrunq; magis confert in maturando apoſtemate frigido. Ioan. Meſue. Emplaſtrum conferens ad maturandum & reſoluendum apoſtema auris cal. non multæ caliditatis. ℞. farinam hordei, decoque eam cum rob & oleo chamæmilino. Aliud. ℞. farinæ fabarum, fol. uiol. florum chamæmilæ, farinæ hordei, althεæ, meliloti, decoque cum aqua & oleo chamæmilæ, & rob, & ſuperpone. Auicen. œſopi cerotum cuius iuuamentum eſt ſublime, ad apoſtemata auris maturans

turans & ſedans dolorem. ℞. adipis gallini, butyri ouini ſeu uaccini loti, ceræ citrinę, adipis caprini, mellis, olei de lilio, œſopi humidi, ana. partes equales, fiat ex iſtis cerotum & tepidum in aure mittatur, & hoc ualet in materia frigida, ſcilicet non uehementis frigiditatis etiam ſuppoſitum & linitum in circuitu, & eſt expertum. Aliud eiuſdem, cæpæ album elixum & cum butyro contritum & ſuperpoſitum, eſt propriũ in cauſa, ſcilicet frigida. Confectio Raſis emplaſtri ſatis boni ad dolorem aurium apoſtemoſum apoſtemate mixto. ℞. bdellij, adipis caprini, ana. ʒ. 5. farinę, fœnugræci, farinæ ſem. lini, radicis althææ, radicis lilij, ana. ʒ. 5. chamæmilæ, meliloti, ana. ℥. 1. croci. ʒ. 1. uitellum unius oui conficiatur ſic: chamæmila, melilotum, radix althæę, radix lilij decoquantur in aqua bene uſq; dum decocta ſint, bdelliũ uerò diſſoluatur in aqua decoctionis herbarũ, & ex omnibus his fiat emplaſtrum addendo rob, olei ſeſamini ana. ℥. 2. butyri quod ſufficit. Et apud neceſsitatẽ addatur opij, ʒ. 2. & eſt mirabile. Et quandoq; ponitur pro opio papaueris albi, ʒ. 6. Multa etiam dicta ſunt ſupra, in ſedatione doloris, quæ ad hunc locũ etiam accõmodari poſſunt. Et memento q; butyrum nõ habet aliquod ſibi compar in maturando apoſtema aurium, mollificando, reſoluendo, & ſedando dolorẽ, & propriè in corporibus teneris, maturato autem apoſtemate intẽtio eſt ut rumpatur, & deinde curetur cura ulcerũ, de quorum curatione agetur in cap. ſequenti. Si uerò apoſtema non fuerit in loco ualde profundo, & aptè poſſit fieri, cum ſagitella ſcindatur. Vbi uerò eſſet profundum, aut æger nollet incidi, rumpatur cum medicinis, & ex leuiter rumpentibus eſt cæpæ album coctum permixtum cum butyro & fermento, & ſi prędictis addatur allium coctum eſt efficacius, aut radix ireos decocta, & cæpæ narciſci, id eſt lilij habentis florem album in giro, & in medio croceũ, aut purpureũ cum radice rotunda ſicut bulbus, & ſemen nigrum & oblongum coctum cum aqua, & mixtum cum melle & oleo liliorum alborum & butyro, & eſt efficax ualde. His autem ſi addatur parum ſimi columbini efficitur præſtantius, &c. Sexta intentio eſt corrigere accidentia tam pręſentia ſicut inſtantia uigiliarum, ſyncopim & ſimilia, q; futura ſicut ſurditatem, &c. quorum curatio ex proprijs cap. poſitis, & ponendis eſt perquirenda. Septima autem, ſcilicet debitum regimen eſt, ut aer inſpiratus declinet ad cal. frig. aut temperamentum ſecundum exigentiam materiæ facientis apoſtema & febris magnitudinem. Cauendum tamen eſt ne auris qualicunq; apoſtemate laboret, lædatur ab aere circumdante frigido, eſt enim frigidum inimicum omnibus neruoſis, & dieta ſit tenuis & declinans ad frigidum in cauſa cal. & propriè apoſtemate. Caueat à uino & carnibus niſi in declinatione, comedat ptiſanam, hordeaceam, panem lotum, & olera frigida. Sed in cauſa frigida non apoſtemoſa, bibat aliquando parum uini ueteris, & dieta declinet ad cal. & ſic. Et ſi eſſet apoſtema frigidum aut non bibat uinum, aut ſit ualde permixtum, & totũ regimen declinet ad cal. aut ſit temperatum. Sit ſomnus communiter ſeptem horarum & non ſuper aure, ſcilicet dolente, niſi fortè cum eſſet tempus eruptionis apoſtematis, aut eſſet ruptum quieſcat, & fricationes uicem ſuppleant exercitij, procuret omnes euacuationes naturales, & ſit ſperans & gaudens fugiat accidentia animi moleſta & exceſsiua. Si autem dolor cum apoſtemate aut ſine eſſet in parte intrinſeca auris, aut prope aurem, non eſt neceſſaria tanta ſolicitudo in euacuatiõe, diuerſione, nec ibi competit repercuſsio, imò procedendum eſt cum mollificantibus & reſoluentibus, & reliquo regimine de quo ſupra.

Si autem dolor fuerit criticus, tres requiruntur intentiones. Prima, eſt criſim adiuuare. Secunda, accidentia corrigere. Tertia, eſt debitum regimen ordinare. Prima autem intentio quinq; modis completur. Primus modus eſt debilitare inimicum uirtutis, ſcilicet materiam, qui modus perficitur digerendo & euacuando, & hæc debent fieri ante criſim. Secundus modus eſt confortando uirtutem & membra principalia, & multiplicando ſanguinem & ſpiritum, qui eſt expeditus per criſim. Et hoc debet fieri ante criſim, in criſi, & poſt criſim exhibendo ea quę ſunt facilis digeſtionis & conuerſionis, boni chimi, paucarum ſuperfluitatum, cauendum tamen eſt tempore criſis cum hæc exibentur, ne natura à criſi impediatur, & propterea eſt tutius huiuſmodi ante criſim exhibere. Tertius modus eſt præparando uiam ſicut mundificando aurem à cerumine, & ſuperfluitatibus in ipſa exiſtentibus ſicut mundificamus inteſtina à fecibus. Et hæc faciẽda ſunt ante criſim, et etiam in criſi ſi expedit

Quartus modus eſt ſtimulando uirtutem expulſiuam, ſicut in criſi per inteſtina, ſupponimus ergo ſuppoſitorium aut clyſtere aliquod ſtimulans expulſiuam. Sic & in propoſito poneremus digitum in aure ſcalpendo aliquantulum, aut aliquod ſimile faciendo. Et hoc fieri debet ante criſim ſi tardauerit, & in criſi ſi poſtquam incepit ſit pigra & lenta. Quintus modus perficitur attrahendo materiam, ſicut in criſi per inteſtina fricamus hipochondria, & ilia, & quandoq; ſupponimus clyſtere attractiuum materiæ cuius criſim ſperamus. Sic in propoſito, ſcilicet fricamus quandoq; aurem & emplaſtra ſuperponimus attrahentia, & etiam uentoſas ſi expedierit. Sed cauenda ſunt duo. Primum ne dolor nimis excreſcat. Secundum ne materia extrahatur ſupra illud quod neceſſarium eſt & operatio membri deſtruatur. Et propterea hæc attractiua ut plurimum ſint leuia & dolorem mitigantia ſicut euaporatoria facta cum ſpongijs & filtris, & emplaſtra potius dilatantia poros, quàm fortiter attrahentia niſi fortè materia eſſet uenenoſa aut furioſa. Et ſi timeremus criſim impediri in his caſib. deberemus fortiter attrahere etiã cum uentoſis magis eligentes uitam hominis cum ſurditate, quàm mortem. Si tamen propter huiuſmodi attrahentia dolor nimis excreſceret, ut ad ſyncopim deueniret, & huiuſmodi accidentia extrema hæc dimittendo procedamus cum ſupraſcriptis leuibus dilatantibus, & dolorem lenientibus potius eligentes ut æger, ui ægritudinis moriatur, quàm quòd ipſum interimamus. Emplaſtra autem huiuſmodi & fomenta tam leuia quàm fortia, ex ſupraſcriptis eligantur. Fermentum enim, galbanum, ammoniacum, ariſtolochia, radices lilij, & ſimilia ſunt de fortiter attrahentibus. Secunda intẽtio, ſcilicet accidentium correctio eſt, ut dolor modum excedens leniatur, non cum frigidis repercuſsiuis aut ſtupefacientibus, ſed cum mollificantibus, de quibus ſupra. Reliqua accidentia cu-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.91

Commentary on the Chapter Nine of the Book of Medicine Dedicated to Mansur [F-1-92] (92/266)

rentur ſecundum quod oportet, criſim nõ impediendo. Regimen autem ſex rerum non naturalium iuxta tertiam intentionem eſt, ut aliter ordinentur ne criſim impediant, imò adiuuent, &c. Sit aer leuiter declinans ad cal. aut ad frigidum ſecundum exigentiam cauſę doloris. Vitet excellentiã in qualitatibus primis. Et ſit boni odoris mediocriter illuminatus. Caueat tempore criſis à cibo & potu, niſi quantum ſit expediens pro cuſtodia uirtutis. Et propterea ſi cibus eſt neceſſarius ſit paucus, boni chimi, paucarum ſuperfluitatum, facilis conuerſionis. Caueat à ſomno. Niſi quãtum eſt expediens pro cuſtodia uirtutis in hac criſi & cæteris, niſi in ea quæ fit per ſudorem. Euacuationes naturales ſpontaneas natura inuitante procuret. Non multum ſtimulet natura ipſa non inuitante ne ipſam à pugna diuertat. Quieſcat animo & corpore ne naturam à criſi diuertat. Si ergo fit criſis euacuationis cõpleta, bene eſt. Si uerò incõpleta ſuppleatur per illud quod aptius uidebitur. Si autem fit criſis permutationis intendatur poſtea reſolutioni & maturationi, non autem repercuſſioni ſecundum quod dictũ fuit, & maturato apoſtemate rumpatur iuxta doctrinam ſuperiorem.

DE VLCERE AVRIVM ET SAnie. Cap. XXVI.

VLcus eſt ſolutio cõtinui cũ ſanie. Et dicitur cum ſanie ad differentiam uulneris, quod eſt ſolutio continui ſine ſanie, &c. Ex quo infertur quòd ulcus eſt morbus in unitate, ſicut & quælibet ſolutio continui, & per conſequens eſt morbus communis tam ſimplicium, quàm compoſitorum, ſicut & unitas communis eſt utrorunque, complexio autem appropriatur ſimplicibus ſicut compoſitio organicis. Sanies autem deſcriptiuè eſt ſuperfluitas quartæ digeſtionis ex toto genere præter naturam. Et eſt duplex, ſcilicet laudabilis & illaudabilis. Prima habet quinque bonas conditiones. Prima eſt enim alba, quia debet aſsimilari membris radicalibus ſiue ſpermaticis, quæ cõcurrunt ad ipſius generationem. In ipſis enim principaliter fundatur calor innatus, qui eſt inſtrumentum ipſorum ad ipſius generationem. Secunda lenis, id eſt uniformis in partibus ſuis, hæc enim arguit bonam proportionem uirtutis naturalis digerentis digeſtione, quæ fit in nocitiuo ad materiam digerendam, & proprerea uniformiter patitur à calore digerente & non diuerſificatur in partem obedientem, & non obedientem, neque in modo ſubſtantiæ, neque in colore, neque in reliquis.

Tertiò æqualis, id eſt mediocris ſubſtantiæ non multum ſubtilis aut craſſæ ſeruata proportione ad membrum in quo fit & ad humorẽ ex quo fit, non enim eſt dubium quòd in neruo oſſe & chartilagine, & uniuerſaliter in membro quanto eſt denſioris ſubſtantiæ generatur ſanies ſubtilior, & econtra in carne & membris mollibus generatur ſanies craſsior, & ex humore craſsiori craſsior, & ex ſubtili ſubtilior. Quartò non debet eſſe multi fœtoris, ſed tamen aliqualiter, per hoc enim ſignificatur dominium coloris innati licet non abſoluatur ab extraneo, id eſt, putredinali. Iuxta ſententiam Auic. tertia, quarti cap. de iudicijs ſaniei. Pro cuius declaratiõe primò nota, quòd ad digeſtionem laudabilem quæ fit in iuuatiuo ſolum concurrit calor ut naturalis, ſicut in digeſtione qua chilus ex cibo generatur, ſanguis ex chilo, humiditates ſecundæ ex ſanguine, membrũ aut pars membri ex humiditatibus ſecundis. Et econtrario in putrefactione concurrit calor ſolum, ut extraneus. Sed in digeſtione in nocitiuo qua exempli gratia generatur ſanies, concurrit calor partim ut naturalis, partim ut extraneus. In generatione ſaniei laudabilis concurrit magis ut naturalis. Sed in generatione ſaniei malè fœtentis concurrit magis ut præternaturalis. Ex quo ſequitur, quòd inter aliqua media inter has concurrit æqualiter, ut naturalis & præternaturalis. Secundò nota quòd calor iſte de quo loquimur, eſt ille qui ſuſcipitẽ in materia ſanianda. Idem enim calor numero faciens ſaniem ex ſanguine, partim erit naturalis, partim extraneus & putredinalis, ut effectu comprobatur. Tertiò nota, quòd non eſt inconueniens quòd calor membri in quo fit ſanies ſit omnino naturalis. Calor enim qui à membro ſuſcipitur in materia ſanianda eſt partim naturalis, partim extraneus, ſicut cum generatur ſanies ex ſanguine in concauitate uenarum in homine ſano non exercitato iuxta ſententiam Auic. ſumma de urinis. Sanus præterea non exercitatus mingit urinã ſicut ſaniem, et eſt ei euacuatio laudabilis, & propter hoc remouetur laſsitudo, quæ ei ex dimiſsione exercitij acciderat. Nota quartò non eſſe inconueniens eundem calorem numero in humido putrente eſſe præternaturalem omnino humido quod putrefit, & naturalem omnino uermi per putredinem ex illo humido generando, licet materia adæquata illius uermis non putrefiat. Quintò ſanies debet eſſe mediocris quantitatis non diminutę neque ſuperfluę in relatione ad membrum in quo fiet, & ad quantitatem ulceris: ſanies enim poteſt eſſe laudabilis in colore, ſubſtantia & in ſingula conditionum ſupraſcriptarum, & in pluribus ipſarum, bonum enim habet rationem finiti, malum uerò infiniti, ſecundo ethicorum.

Cauſa ſaniei materialis eſt humor primus, & propriè ſanguis & humiditas ſecunda. Cauſa efficiens inſtrumentalis eſt calor innatus. Efficiens principalis eſt uis animę digeſtiua. Finis ut pareτur expulſioni materia. Et ſanies licet plurimum reperiatur in ulceribus & exituris, repeτitur quandoque tamen in aure & alijs membris abſque ulcere & exitura, ſicut uidemus in quibuſdam multiplicari ſaniem in aure abſque ulcere, & exitura, & per longum tempus, & hæc eſt ſanies generata in concauitate uenarum cerebri quæ expellitur ad aures per orificia uenarum ad ipſas terminata, de qua Auic. 4. primi. cap. tertio.

Vlcera auris duplicem recipiunt diſtictionem, ſcilicet in particula patiente, & in ſe, à particula quidem patiẽte, nam quædam ſunt intrinſeca auri, quædam extrinſeca. Et quæ intrinſeca, quædam ſunt in chartilagine, quædam in miringa & neruo auditiuo, quædam in oſſe petroſo. Et hæc aliquãdo ſunt ſuperficialia, aliquando profunda, quæ aliquãdo propter ſui profunditatem poſſunt dici cauernæ & abſcõſiones. In ſe autẽ diſtinguuntur, quia quædam ſunt munda, quædam ſordida, quædam uirulenta, quædam putrida, quædem corroſiua, quædam fiſtulæ, quædam cum apoſtemate, mala complexione aut dolore quædam ſine, quædam antiqua, quædam noua.

Cauſæ

Cauſæ ulcerum ſunt apoſtemata aut bothor, cum rumpuntur nec non humores acuti. Primò ſuperficialiter imprimentes, deinde paulatim ſe profundantes. Et ſimiliter cerumen aurium & uermes & res extrinſecæ cadentes in aures, aut ibidem natæ paulatim corrodentes aut putrefacientes. Et ſimiliter caſus, offenſio aut percuſsio uulnerantes aurem, ad uulnus enim ſequitur ulcus.

Signa, ulcera auris cognoſcũtur ex ſanie inde egrediente. Verum non eſt ſufficiens ſignum, cum iuxta ſuperius dicta poſſit ſanies à cerebro ad aurẽ ſanam deriuari, ſiue in cerebro ſano genita ſit, ſiue ſit ex apoſtemate in cerebro rupto profluens. Frequentius tamen decidit ab ulcere auris ſiue ulcus illud ſit factum ex apoſtemate auris ſine nullo præcedente apoſtemate. Inter quæ eſt differentia. Cum enim fuit ſanies ex apoſtemate rupto in cerebro aut in aure. primò ſanies in magna quãtitate effunditur, deinde paulatim donec conſumpta ſit & præceſſerũt ſigna apoſtematis auris aut cerebri, de quibus ſupra. Si autem ſanies genita ſit in cerebro ſano adeſt incolumitas cerebri, et auris, & illa ſanies fluit in primis plurib. diebus in magna quantitate, poſtea paulatim donec cõſumpta ſit, & poſtea aliquando iterum reaggregatur & iterum fluit, imò ipſius uiolenta retentio facit uertiginem aut alias cerebri ægritudines. Si uerò ſanies ſit ex ulcere facto in aure ex uulnere aut ex humore, aut ex alijs huiuſmodi paulatim corrodentibus aut putrefacientibus illa ſanies paulatim incipit fluere, dinde ſicut ulcus excreſcit ſanies augetur quouſque ulcus ſit proximum conſolidationi, tunc enim incipit minui. Sed uera ſigna ulceris auris, ſunt dolor, ardor & punctio cum ſanie, & propriè apud tactum & immiſsionem alicuius acuti, & aliquando ſanguis ſimul cum ſanie egreditur. Cauſæ uerò ulcerum ex ipſarũ præceſsione declarantẽ. Si ulcera ſunt exterius ſenſui ſubiacent. Si uerò interius & ſint in neruo adeſt aut præceſsit dolor intenſiuus. Et ſi ſint in oſſe cognoſcitẽ ex ſanie, quæ eſt ſubtilis, tendens in citrinũ, et ex morbi antiquitate. Et ſi ſtilus poteſt immitti, certificaremur propter oſsis duritiem. Sed illud nõ eſt tutum propter dolorẽ intenſiſsimum, niſi neruo corrupto aut eius complexione. Et quæ profunda ſunt ſicut cauernæ ex multitudine eius quod egreditur cognoſcũtur. Vlcera mũda cognoſcuntur ex ſanie laudabili. Sordida ex craſsitie cũ multitudine eius quod egreditur. Virulenta ex ſubtilitate ſaniei, putrida ex ſanie fœtente. Corroſiua quia aliquãdo poſt ſaniem egreditur ſanguis, fiſtulæ ex diuturnitate ulceris & ſanie uirulenta, & carne calloſa & magis ſolito indurata, &c. Prognoſticum. Primum ulcera munda ſuperficialia facilè curantur, profunda autem peruenientia ad neruum conſolidata relinquunt nocumentum auditus. Secundum. Vlcera prouenientia ad os ratò uel nunquam curantur. Et ſimiliter fiſtulæ profundæ. Tertium. Vlcera profunda corroſiua aut putrida frequenter ſunt pernicioſa, cum frequenter ſe profundent uſque ad cerebrum.

DE CVRA.

CVm pus ab aure egreditur, hydromel tepidũ multotiens in una die in aure eſt diſtillandum. Deinde hoc medicamen optimè faciens ad hoc eſt immittẽdum. Quod recipit ſarcocollæ, aloes, & ſang. draconis, thuris, ſcoriæ ferri, ziniar, ex eo in aceto diſſoluatur, et in aurẽ mittatur, & licinium melle illinitum in prædictis intingatur, & ſic inde mittatur, patiens itaque ex hoc medicamine & hydromelle medicetur, donec ſanus ſit.

Diuiditur hoc cap. In duas partes. In prima ponit curam per mundificantia. In ſecunda ibi. Deinde hoc medicamen. Ponit curã per conſolidantia. In prima parte mundificat ulcus auris cum hydromelle, ſed debet eſſe paucæ quãtitatis, ut: ℞. aquæ ℥. 4. & mellis ℥. 1. bulliant ſimul deſpumando uſque ad conſumptionẽ tertiæ partis uel medietatis donec habeat aliqualiter tenacitatem & tepidum inſtilletur multotiens, ſcilicet ſaltem quater in die naturali. In ſecunda parte ponit curam per conſolidantia deſcribens medicamen conuenientiſsimum ad hoc. ℞. ſarcocollæ cal. in ſecundo & ſiccæ in primo, habens uirtutem conſolidandi et corrodendi carnem mortuam, & ſpecialem proprietatem habet ad ulcera auris, ita quòd ſi lichinium illinitum melle cum ſarcocolla puluerizata immittatur auri ſanioſæ, ſanat uſque ad aliquot dies. ſecundo cañ. ſimplic. nono. ſecundò ponitẽ aloes calidum & ſiccũ in fine ſecũdi. ualens in ulceribus difficilis conſolidationis. tertiò eſt ſanguis drac. frigid. & ſicc. in tertio apud Serap. ſed apud Auic. in ſecundo multum ualens ad glutinandum ulcera & uulnera, & contemperat caliditatem aliorum: quartò ponit thus ſiue olibanum à monte Olibano dictum, calidum in ſecundo, ſiccum in primo, conſolidans & habẽs proprietatem ad aurem & ſedans dolorem auris. Quinta ponitur ſquama ferri frig. & ſic. in tertio, & ſiccior omnibus ſquamis. Vltimò ponitẽ ziniar, id eſt, uiride æris, cal. & ſic. in quarto mũdans uulnera ſordida prohibens ambulatiua. Et potes ſic doſare. ℞. ſarcocollæ, aloes, ſanguinis dracõis, thuris, ana ʒ. s. ſcoriæ ferri, ℈. 1. ziniar, gran. 6, diſſoluantur cum aceto non multũ acuto, & eſt acetum frigidum & ſiccum prohibitiuũ putrefactionis, & ambulationis ulcerum, & ſit aggregatum mediocris, ſcilicet ſpiſsitudinis, & ex eo, duæ aut tres guttæ tepidæ in aurem diſtillentur, poſtea lichinium illinitum in melle in prædicto puluere intingatur, & in foramine immitatur: hoc enim ad curam ulcerum ſufficienti hydromelle mundificando, & hoc mundicando & conſolidando, &c.

Pro cura ulcerum auris, & etiam reliquorum ulcerum eſt in primis ſciendum, quòd medicinæ quibus frequenter indigemus in ulcerib. aliquando ſunt corroſiuæ, aliquando abſterſiuæ, aliquando carnis generatiuę, aliquando cõſolidatiuę, aliquando cicatrizatiuæ. Medicina enim corroſiua eſt, cuius proprietas eſt ut conſequatur ex eius reſolutione & ulceratione, quod de ſubſtantia membri minuatẽ, ſicut flos ęris, & hæc cal. & ſic. in quarto. Sed medicina abſterſiua eſt cuius proprietas eſt, ut moueat humiditates uiſcoſas,

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.92

& congelatas ab orificijs uenarum pororum in ſuperficie membri, ita ut elonget eas ab eo, & hęc eſt cal. & ſic. circa ſecundum gradum, cum quadam ſubſtantia ſubtili, ſicut mel. Medicina generatiua carnis eſt illa, cuius proprietas eſt ut conuertat ſanguinem ſuperuenientem uulneri in carnem, propterea quód æquat complexionem eius & coagulat, & hæc eſt communiter ſic. in primo cum temperamẽto actiuarum, aut ſaltem proportione ipſarum ad membrum paucæ ſtipticitatis, paucæ abſterſionis, ſicut thus. Conſolidatiua uerò ſiue incarnatiua eſt quæ exiccat & inſpiſſat humiditatem ſtãtem inter duas ſuperficies uulneris propinquas, ita ut conuertatur ad conglutinationem, & uiſcoſitatem, & adhæreat una earum alteri ſicut ſanguis draconis, & aloes, & hæc eſt ſicca communiter in ſecundo cum proportione actiuarum ad membrum cum ſtipticitate & uiſcoſitate abſq; abſterſione. Cicatrizatiua uerò ſiue ſigillatiua eſt medicina quæ exiccat ſuperficiem uulneris, ita ut fiat cortex, & iſta communiter eſt ſic. in tertio cum ſtipticitate abſq; abſterſione & abſq; multa mordicatione, & eſt cum temperamento actiuarũ ſicut cortex pini, licet quandoq; caliditas ſuperflua exiccado per accidens faciat hanc operationem ſicut alumen & uitriolum.

Notandum ſecundò, quòd quia auris eſt membrũ ualde ſiccum naturaliter in ulceribus eius competit medicina ſiccior, quàm in alio membro noſtri corporis aliorum paritate ſuppoſita, &c. Quanto enim membrum ulceratum aut lapſum ad humidum eſt magis ſiccũ naturaliter competit medicina intenſius ſicca quàm in membro naturaliter humido lapſo æqualiter ad humidum, iuxta Auic. quarta, quarti tractatu primo cap. de medicinis facientibus naſci carnem, cuius ratio eſt, quia cum nihil agat ultra gradum proprium, & à proportione æqualitatis aut minoris inæqualitatis non proueniat actio, non poterit medicina minus ſicca quàm ſit membrum, cui applicatur ipſum exiccare. Cum hoc tamen tenendum eſt, quòd in corpore & membro humido naturaliter, ſed æqualiter pręternaturaliter lapſo ad humidũ, corpore naturaliter ſicco, potentius ſicca competunt q̃ in corpore ſicco naturaliter, præternaturaliter lapſo ad humidum. Cuius ratio eſt, quia ubi eſt maior reſiſtẽtia maior requiritur potentia, &c. Sed in corpore humido lapſo præternaturaliter ad humidum maior eſt reſiſtentia, cum exiccantibus reſiſtat humiditas naturalis & præternaturalis. In corpore autem ſicco reſiſtat tantum humiditas naturalis. Eſt autẽ inter hæc differentia, quia potẽtia rei inſequitur multitudinem formæ. Intentio autem habet attendi penes diſtantiã à non gradu. Nunc autem reducendo ad actum practicum poſſumus in corpore ſicco approximare intenſius ſicca ſicut ariſtolochiam, ſed in pauca quantitate, & in corpore humido poſſumus approximare remiſsius ſicca, ſicut thus & in multa quantitate. Contra tamen hanc determinationem ſunt difficiles inſtantiæ quas nunc theoricis dimitto. His itaque præmiſsis. primò ponam curam ſaniei auris uenientis à cerebro ad aurem abſq; ulcere auris, ſecundò ponam curam ulcerum auris.

Procuratione primæ diſpoſitionis quatuor exiguntur intentiones. Prima eſt euacuatio, & propriè à cerebro perficienda cum phlebotomia & alijs generibus euacuationum ſecundum quam dictum fuit in capitulo præcedenti. Secunda eſt diuerſio & propriè à cerebro cum caputpurgijs & gargariſmatibus multotiens iteratis, de quibus in multis capit. dictum eſt. Tertia eſt cerebri confortatio ne talem materiam multiplicet, quapropter confortetur eius digeſtiua, & expulſiua cum interius ſumptis odoratis & capiti applicitis. Vt in cauſa frig. diamuſcum, & diambra, & ſimilia. Et in calida ſaccharũ roſ. cum paucis ſpecieb. diamuſci, aut pliris arcoticõ. Odorata aũt in cauſa frigida ſunt ſicut nigella torrefacta aut puluis ireos. Quibus poteſt addi parum muſci, ambræ, gariophili, aut galiæ muſcatæ, & ſimilia. Et in cauſa calida odorentur roſæ, & poma artificialia, quorum præceſsit rememoratio in cap. de catharro. Applicita autem capiti ſunt ſicut lotiones ex lixiuio facto ex cinere ſtipitum caulium, in quo bullierit bachara ſcena, & ſtecas arabicum, et propriè in cauſa frigida. Sed in cauſa calida, aut non lauetur caput, aut cum lixiuio paucisſimæ acuitatis in quo bullierint roſ. & bachara, & applicentur capiti ſacculi ex milio torrefacto, ſale, corticibus citri, maiorana, gariophilis, uernice, gallia muſcata. &c. Et in calida, ex roſis & ſandaraca, & his non conferentibus fiat cauterium actuale in commiſſura coronali, iuxta doctrinam in multis cap. poſitam. Quarta intentio eſt auris mundificatio & confortatio, non autem ſtipticatio, imò potius prohibitio ipſius ab ulceratione lauando ipſam cum uino decoctionis mellis & roſarum, & ſi timeretur ulceratio inſtillentur duæ aut tres guttæ ſief, & menithæ, cum pauco aceti, & ſimilibus. Et ſi timeretur obturatio mundificetur cum tentis, & ex cotto, & aliquando oleum amygdalarũ amararum inſtilletur.

Cura ulcerum auris ſi munda fuerit & in corpore mundo, præter correctionem accidentiũ & regimen uitæ, duas tamen exigit intentiones curatiuas. Prima eſt ulceris mundificatio, ſecunda conſolidatio, quæ qualiter debeant perfici, apparet in textu, & ex dicendis clarius apparebit. Si uerò ulcus auris fuerit cum mala complexione, apoſtemate, aut dolore uehemẽti principalius eſt intendendum curationi illorum non neglecta cura ulceris, qualiter autem curentur, patet ex dictis in præcedenti capitulo. Cura uerò ulcerum auris malignorum, ſcilicet putridorum, corroſiuorum, fiſtularum cum corruptione oſsis octo exigit intentiones curatiuas. Prima euacuat. ſecunda diuertit. tertia fluxum intercipit. quarta ſubſtantiam corruptam, ſcilicet putridam corroſam, aut induratam, aut aliter infectam remouet. quinta mundificat. ſexta ſubſtantiam deperditam generat tãdem cicatrizans. ſeptima accidentia corrigit. octaua ordinat debitum regimen, Euacuatio autem iuxta primam intentionem completur phlebotomia ſi oportuerit, & alijs euacuationibus integratis ex minoratione, digeſtione, eradicatione, etiam iteratis ſi oportuerit iuxta doctrinam præcedentis capituli. Sed attende q; digeſtiua debent rectificare membra, & propriè cerebrum ipſius malas diſpoſitiones corrigendo & ipſum confortando, ut fiat minera humorum laudabilium, debent etiam corrigere humores præparando ipſos euacuationi, aut ad benignum reducendo, ipſorum nanq; malitia in quali aut in quanto multum impedit curationem ulcerum.

Secunda

Secunda intentio, ſcilicet, diuerſio perficitur cum his quæ dicta ſunt in præcedenti capitulo, ex diuertẽtibus ad propinqua, imò fortè pro parte eradicantibus materiam malignã aurium eſt phlebotomia uenarum quæ ſunt poſt aures.

Tertia intentio, ſcilicet, fluxus interceptio perficiť approximando repercuſſiua & confortãtia circa aurem, oleum roſ. rude, id eſt, factum ex oleo omphacino, & roſis ſyluestrib. albis, cui ſi opus eſt addatur acetum, et bolum armenum, aut terra ſigillata, aut alia huiuſmodi. Quarta intentio, ſcilicet, ſubſtantiæ corruptæ remotio perficitur inſtillando in aurẽ, unguentum ægyptiacum diſſolutum cum pauco aceti aut uini, eſt enim mirabile. Et fortius iſto ubi eſſet multum de ſubſtantia corrupta, & cum quadam ſenſus obtuſione. ℞. uiridis ęris, aluminis, mellis, añ. diſſoluantur cũ pauco aceti. Aliud. ℞. floris æris, tubel æris, id eſt, ſquamæ æris, añ. ʒ. 2. ſucci porri, mellis, añ. ʒ. 1. urinæ puræ, quantum ſufficit, terantur uſq; dum fiant ſicut mel, lichinium melle inũctum, deinde uitriolo ſubtiliſſimo puluerizato linitũ, & in aure impoſitum optimè ualet ad remouẽdum carnem putridam & calloſam, & ad ſquamãdum os ſi ad ipſum peruenire poſſit. Non eſt tamen credẽdum quòd ad ipſum perueniat propter tortuoſitatem foraminis. Et uiride ęs ſimiliter applicitum eſſet conueniens, & fortius remouens carnes corruptas & calloſas quas attingit. Sed ſi caro corrupta eſſet in profundo, aut os ſquamatione indigeret, eſſet melius huiuſmodi in forma liquida inſtillando applicare, ſicut diſſoluẽdo alumen aut uitriolum, aut uiride æris in aceto, & ex eo tepido duas aut tres guttas inſtillare aut aliquem ex medicinis ſupraſcriptis. Sed eſto memor nõ frequentare iſta acuta ſufficit enim iſtorũ inſtillatio bis in die, et cum tu comprehendis eſcaram uериſimiliter factam ex horum impoſitione eo quòd neq; uirus, neq; ſanies egreditur ſecundum quòd conſueuit dimitte huiuſmodi acuta, & ſi dolor eſt, infunde lac tepidum. Et ſi nõ eſt dolor, hydromel quouſq; eſcara remoueatur, qua exiſtẽte, quod comprehendes in eo quod egreditur aut quia fortè mundificando cũ cotto inuenies ipſam, aut partem eius in extramitate cotti, poſtea procede ad quintam intentionem, ſcilicet, ad mundificationem, aut ſi fortè cũ lacte aut hydromelle iam dicto ſit facta mundificatio procede ad ſextam, ſcilicet, partis deperditę reſtaurationem, ſecũdò attende in horum acutorum approximatione, ut incipias à leuioribus ſicut ab alumine diſſoluto cum aceto aut oxymelle, deinde hoc non ſufficiente, adminiſtres unguentum ægyptiacũ, deinde uenias ad alia fortiora gradatim aſcendendo. Auicen. tamen ponit curam quorundam medicorũ qui obturant foramen auris optimè, ut ſanies nõ poſſit exire, & faciunt eum dormire ſupra contrariã partem ut ſanies retẽta deſcendat ad carnem glandoſam, quæ eſt in profundo auris, ut ibidem retenta tumefiat locus ille quem tumefactum ſcindunt, deinde curãt mundificando cum his quæ neceſſaria ſunt. Non cõſulo tamen ut facias hoc, quia fortè ſanies retenta poſſet putrefacere neruum auditiuum & durã matrem. Sed ſi natura materiam ad illas, ſcilicet, partes, glãdoſas quæ ſunt ſub aure deriuauerit, & ille locus intumuerit materia ſuppurata, & etiam ante perfectã maturationem incide, & cura deinceps illud ulcus ſecundũ quod oportet, quia facilius, poſtea ulcus auris conſolidabitur. Poſtea eſt neceſſaria tibi quinta intentio, ſcilicet, mũdificatio, uel propter remotionem eſcaræ: non enim in his caſibus eſt remouenda eſcara cum putrefactiuis, uel ſi remota eſcara non appareat locus mundificatus propter multitudinem eius quod egreditur aut ipſius malitiam, hæc perficienda eſt cum hydromelle, aut uino bullito cum melle, aut oxymelle ſimplici, aut ſcyllitico ſi ſanies fuerit craſſior & uiſcoſior, quæ poſſunt immitti per ſiringam, aut cum catathir ſi uolumus ut cum fortitudine impellatur ad profundum, ſic enim melius lauat. Poſtea procedatur ad ſextam intentionem, ſcilicet, partis deperditæ reſtaurationem, & tandem ad cicatrizationem quæ perficienda eſt cum his quæ ſunt mediocris exiccationis ſine multa mordicatiõe, ſicut olibanum aut cortex eius diſſolutus cum uino, aut ſarcocolla & olibanum ſoluta in uino & melle pauco, & eſt expertũ. Similiter myrrha & aloẽ diſſoluta in uino, & ſandaraca in hoc eſt mirabilis, & propriè trita cum uino & melle, & inſtillata, & immiſſa cum lichinio. Ex conſolidantibus autem ſiue cicatrizantibus eſt licium cum ſief menithæ. Similiter ſang. drach. ſief menithæ, ſarcocolla, myrrhæ, aloẽs, ſpumæ maris, corticis olibani, aluminis uſti, aũ. ʒ. 1. terantur contritione ultima cum melle & uino, uſq; dum fiat in termino mellis fluentis & diſtilla & utere cum lichinio, mundificat, cicatrizat, & ſubſtantiam deperditam reſtaurat. Et ad hãc intentionem eſt medicamen Raſis poſitum in litera, & ſuperius declaratum, Ioan. Serapionis modus confectionis ſcoriæ ferri, cuius iuuamẽtum eſt ſublime ad exiccandum & conſolidandum. Accipe ſcoriam ferri, laua eam cum aceto forti, poſtquã triueris eam uehementer, deinde ſiccetur ſuper latere calido, poſtea iterum tere, & laua cum aceto & exicca, & fiat hoc ſepties donec fiat puluis ſubtilis, decoquatur poſtea cũ aceto decoctione uehementi uſq; dũ habet mellis ſpiſſitudinem, & diſtilletur ex eo in aure, aut intromittatur cum lichinio. Et ſi uolueris hoc medicamẽ eſſe magis abſterſiuum adde modicum mellis. Septima autẽ intentio, ſcilicet, accidentium correctio eſt, ut corrigatur dolor & ſurditas, & alia ſecundum quod dictum fuit, & dicetur in capit. ſequentibus. Octaua intẽtio, ſcilicet regimen uitæ eſt, ut aẽr declinet ad ſic. cum tẽperamento actiuarum. Et cibus & potus ſimiliter minuantur, & propriè dum timemus fluxum humorũ ad locum, & dum intendimus minorationem & mũdificationem ulceris iuxta tertiam, & quartã & quintam intentionem. Cum autem uolumus iuxta ſextã intentionem partem deperditam reſtaurare cibo abundatiori utatur, et ſemper ſit boni chimi, facilis digeſtionis, paucarum ſuperfluitatum, declinans ad ſiccũ non uaporatiuus, dormiat ſuper aure contraria immediatè cum impoſita ſunt medicamina, deinde tranſactis duabus aut tribus horis dormiat ſuper aure ægra, procuret omnes euacuationes naturales & propriè mundificationes capitis per os & nares quieſcat corpore & animo. Si uerò ulcus non ſit putridum aut corroſiuum, neq; fiſtula, neq; cum oſſe aut alia ſubſtantia corrupta, ſed ſit uirulentum aut ſordidum ſolum exiguntur ſeptem ex intentionibus ſupraſcriptis, non enim requiritur quarta quæ eſt ſubſubſtantiæ corruptæ remotio: Illę autem intentiones

P

perficiuntur ſuper hoc attendendo, ſcilicet, quòd uirulentũ indiget multa exiccatiõe, pauca abſterſione. Econtrario ſordidum multa abſterſione, & non tanta exiccatione ſicut oxymelle, ſcyllitico, & ſimilibus.

DE SONITV ET TINnitu. Cap. XXXVII.

Circa rubricam eſt ſciẽdum quòd reperiuntur iſti termini apud autores ſonitus, tonitus, tinnitus, & ſibilum, qui aliquando ſignificant ſonos, aliquando corruptionem auditus. Sed ſecundo modo hic accipitur ſonitus ſiue tinnitus: de ſonitu enim primo modo ſumpto qui diffinitiuè eſt qualitas, de tertia ſpecie qualitatis per ſe primò perceptilis ab auditu cauſata in aẽre, ſcilicet, moto à duobus corporibus duris & planis, aut ab aliquo eorum uicem gerente, ordinata ad ſecũdum aliquid, non eſt hic ſermo. Sonitus autem eſt terminus communis ad alios tres importans quãcunq; huiuſmodi diſpoſitionem corruptam auditus. Tonitus ſignificat corruptionẽ auditus qua apprehẽditur ſonus grauis & fortis. Per ſibilum autem corruptè apprehẽditur ſonus acutus. Sed per tinnitum ſonus medius inter hos ſicut ſonus pluuiarum & foliorum arborum, & huiuſmodi. Eſt autẽ hæc diſpoſitio dicta uocabulo generali ſonitus, deſcriptiuè, auditus corruptio in qua apparet homini audire ſonum aliquem ex motu facto in aẽre exterius, qui eſt interius in miringa auditus, ſicut enim motus & inundatio in aẽre exteriori, ſcilicet, cum ſpeciebus ſoni repræſentãt ſonum qui eſt & apparet exterius. Sic etiam motus & inundatio in aẽre interiori repræſentat ſonum, qui apparet exterius propter cõſuetudinem percipiendi illos ſonos qui ſunt exterius & apud Auic. eius comparatio ad auditum eſt ſicut comparatio imaginationũ ad uiſum. Sicut enim ex uapore aut alia re non peruia coràm cryſtallino apparet homini, quòd uideat aliquod obiectum exterius. Ita ex inundatione aẽris interioris propter uapores effuſos ad aurem, apparet homini, quòd audiat aliquem ſonum exterius qui non eſt. Ex quo infertur, quòd hæc diſpoſitio dum eſt præter naturam, eſt accidens alicuius morbi, licet etiam poſſit dici morbus cũ immediatè impediat operationem ſenſus communis ſiue imaginatiuæ. Eſt autem hæc operatio corrupta duplex. Vna ſcilicet, non comparata ad nocumentũ quæ prouenit ex bonitate auditus in aure etiam temperata, ſicut quando apprehenditur ſonitus uaporis ſubtilis, à quo auris nunquam denudatur quantumcunq; ſana, ac ſi ſonus ille eſſet exterius: hæc enim eſt actio corrupta cum apprehẽdit ſonum eſſe exterius, qui non eſt, non autem eſt corruptè læſa, cum illic nulla ſit læſio in aliqua materia auris neq; in ſpiritibus, neq; per eſſentiam, neq; per communitatem. Eſt autẽ alia actio corrupta auditus, quæ etiam eſt corruptè lęſa, quia eſt cum nocumento auris de qua eſt ſermo in præſentiarum. Comprehẽſio autem ſonitus minimi exiſtentis in aẽre, à quo aẽr quantumcunque quietus nõ denudatur quę fit ab aure optimi auditus, & non ab aure obtuſi auditus non eſt operatio corrupta neque corruptè læſa. Licet hæc actio in aure debili, acuti auditus fit diminuta per intenſionem, & ſi ſenſerit uaporem minimum faciẽtem opinari ſonum eſſe exterius, erit non ſolum per intenſionem læſa, ſed etiam corruptè læſa, loquamur autem hæc de actione corruptè læſa, hæc enim curatione indiget, &c.

Cauſa huius eſt duplex. Vna ſumpta ex parte auditiuæ uirtutis. Altera ex parte obiecti & cauſarum mouentium. Et per uirtutem auditiuam intelligo potentiam animæ cum inſtrumentis ſuis. Auditus ergo aliquãdo eſt nimis acutus propter malam diſpoſitionem organi, & reliquorum inſtrumentorum, ut ſentiat quemcunq; minimum ſonum ut uaporis exiſtentis in aure, aut minimum ſonum exiſtẽtem in medio exteriori per quem homo turbatur, & à melioribus operationibus impeditur. Et hoc prouenit aut ex diſpoſitione foraminis, ſicut quando foramen auris eſt nimis largum, aut nõ debitè tortuoſum, quapropter inundatio ſonora non debitè modificatur, aut eſt miringæ auditus cum eſt nimis tenuis, & aer ſtans nimis ſubtilis. Cum enim ad ſonum percipiendum ſit neceſſarius motus & aeris inundatio, ſi cauſa ſoni ſit exterius uterq; aer interior & exterior mouetur. Si uerò cauſa ſoni ſit interius, tantum aer intrinſecus mouetᷣ. Requiritur enim ad quemcunq; ſonum percipiendũ medium intrinſecum motus ipſius aeris medij intrinſeci, qui aer ſi ſit tenuis et ſubtilis à quocunq; minimo uapore mouetur, cuius motus & inundatio perueniens ad neruum auditiuum, eſt cauſa perceptionis motus ſiue ſoni. Aut tertiò, quia neruus auditiuus eſt texturæ nimis tenuis & naturali hum. ſiue cõuenienti priuatus, quare factus debilis patitur à qualibet inundatione aeris extrinſeci et minima: primũ autem, ſcilicet, latitudo foraminis & non debita tortuoſitas eſt à generatione cui non eſt cura, ſecundum & tertiũ poteſt eſſe à generatione, & etiam ex tempore ſicut frequenter accidit conualeſcentibus, & his qui nimis abſtinent, humido reſoluto et aere intrinſeco ſubtiliato. Quapropter deficit humiditas naturalis ſenſum aliqualiter obtũdens. Et textura facta eſt rarior debito, quapropter facilius patitᷣ, & aer intrinſecus ſubtiliatus ex omni cauſa mouetur. Aliquando prouenit ex ſpiritibus nimis ſubtilibus, & ex complexiõe in corpore illo nimis ad ſiccum declinante, quapropter neruus auditiuus factus debilis patitur à quacunq; minima inundatione aeris intrinſeci, ſed ſicut patitur debilis calorem & frigus à quacunq; minima cauſa calefaciente & infrigidante, ſic aer intrinſecus à quocunque minimo uapore mouetur. Et foramine auris exiſtente lato aut non debitè tortuoſo omnis minima inundatio aeris extrinſeci communicatur aeri intrinſeco, qui aer extrinſecus contiguatur pelliculæ continenti aerem intrinſecum contiguum neruo auditiuo. Et ille aer interior apud Auicen, eſt uapor effuſus in cõcauitate illa. Sed ex cauſis cõtrarijs fit auditus obtuſus, ex parte autem obiecti & cauſarum mouentiũ. Cauſę huiuſmodi corruptionis auditus ſunt uẽtoſitas & uapores craſſi aut multi, qui propter ſuã craſſitiem aut multitudinem non ſolum mouerent aerem inſtãtem ſubtilem, ſed etiam craſſum. Hæc autem uentoſitas et uapores quandoq; fiunt in aure ex humore, ſcilicet, ibidem exiſtente in hos uapores & uentoſitatem reſoluto. quãdoq; ex apoſtemate, quod in aure ſuppuratᷣ multis uaporib. à materia dum ſuppuratur reſolutis mouentibus aerem connaturalem, & conſequatᷣ neruum auditiuum. Quandoq; uerò hi uapores ſunt auri aliunde cõmunicati, aut fortè etiam humores, quæ communicatio

communicatio quandoq; eſt à toto, ſicut in febrib. & propriè in principio paroxyſmorum uaporibus interius retentis, et non exhalantibus, etiã ſicut in chriſi, & propriè per uomitũ à materia agitata, uapores ſcilicet, reſoluti perueniunt ad aurẽ. Et ſicut in uehemẽti fame calore cõuerſo circa humid. & eas in uapores cõuertẽte, & ſicut aliquando retentis fluxib. conſuetis, uapores, & materia ad cerebrum et aures deriuantur, & ſunt cauſa ſonitus auris & ſurditatis, ſicut cõtra, fluxus uentris aliquando liberat à ſurditate, iuxta aphoriſ. 57. quartæ particulæ. Quibuſcunq; aures ſurdeſcunt in febribus, his ſolutio ſuperueniẽs, aut ſanguis de naribus fluens, aut uenter turbatus ſoluit ægritudinem. Quandoq; uerò his uapores & etiã humores ad aures delati ſunt per communitatem à membro particulari, et maximè à cerebro. Materia enim ſuperflua et uapores in cerebro congeſti, aut aliunde ad cerebrũ deriuati facilè auribus communicantᷣ, & propriè per quintum par neruorum cerebri aut per uenas et arterias à cerebro ad aures ueniens. Aliquando communicatio fit à ſtomacho, aliquando à matrice, & ſic de cæteris membris, &c. Cauſę autem primitiuæ ſunt ſicut aer frigidus retinens uapores, aut aliquæ medicinæ quarũ proprietas eſt, ut retineãtur uapores & uẽtoſitates in partibus cerebri. Et ſicut uentus aurẽ ingrediens. Similiter cibi & potus uaporoſi & propriè ebrietas & nauſeatiua ſatietas. Et ſimiliter ſomnus ſuperfluus, & propriè meridianus aures & caput replẽdo & maximè poſt crapulas, & ſimiliter retentio euacuationnum conſuetarum, & maximè per os & nares, & exercitium forte conuertens humidum in multos uapores, qui ad cerebrum & aures deferuntur. Et inter accidẽtia animi ira poteſt eſſe cauſa huius corruptionis auditus. Similiter cauſæ primitiuæ extraneę, ſicut caſus, percuſſio & offenſio adueniens auri & capiti mouendo ſpiritus & uapores fortiter & inordinatè, licet ſint magis cauſa uertiginis.

Signa: ſonitus cognoſcitᷣ ex relatu ęgri. Et ſi ſit propter fortitudinem auditus cognoſcitᷣ per carentiã omnium cauſarum præternaturalium, & ex perfectione operationis auditiuæ. Et quia nõ lęditur à mediocribus ſonis, imò non niſi à fortibus & excellentibus. Si uerò ſit ex acuitate auditus abſq; fortitudine, cognoſcitᷣ per carentiã uentoſitatis uaporum craſſorũ & repletionis, & lęditᷣ à mediocrib. ſonis, ſed excellẽtes tolerare non poteſt. Et ſi eſt ex latitudine foraminis aut paucitate tortuoſitatis illud ſenſui ſubiacet aſpiciẽdo in aurem: Et eſt à generatione contracta. Et ſi eſt à tenuitate miringæ, ſubtilitate aẽris ſtantis & ſpirituũ, raritate texturę, & humidi ſuperflua exiccatiõe cognoſcitᷣ, quia deterius ſe habet ex uigilijs, exercitio et abſtinentia, & contrarijs diſpoſitionib. melius ſe habet. Et ſi hæ cauſę fuerint à generatiõe ſemper ſic ſe habebũt. Et ſecundũ plurimũ eius cõplexio declinat ad ſiccũ: et ſi ſunt ex tẽpore hoc nocumentũ ſibi euenit poſt pręceſſionẽ alicuius diſpoſitiõis ęgritudinalis in qua fortè nũc eſt conualeſcẽs, aut poſt pręceſſionẽ alicuius diſpoſitionis uerìſimiliter ſubtiliãtis & exiccãtis. Signa uerò cauſarũ corruptionis auditus quę ſumuntur ab obiecto & cauſis imprimentibus ſunt ſigna multitudinis uaporum, uentoſitatum & repletionis, & abũdantia cauſarum acuitatis auditus, de quibus ſermo præceſſit. Sed quòd ſit per eſſentiam in aure aut in cerebro cognoſcitᷣ, quia ſonitus eſt ferè cõtinuus, per cõmunitatem uerò, quia eſt interpolatus, & excreſcit cũ cremento diſpoſitionum à quibus pẽdet, & decreſcit cum earum decremento, & ſi ex uentoſitate exiſtente in aure ſonitus eſt clarior, eſtq; auris ſine grauitate. Si uerò in aure ſit pręſentia humoris, qui cõtinuò in uẽtoſitatẽ reſoluatᷣ eſt grauitas in aure & diminutio auditus, & fortaſſe ſonus nõ ita eſt clarus. Si uerò ſit ex apoſtemate quod ſuppuratur in aure, adſunt ſigna apoſtematis, & maturationis eius, & ſonitus eſt magis cõfuſus, & ſi ſit cum communitate cerebri, adſunt nocumenta cerebri, ſcilicet, dolor aut grauitas & nocumentum pluribus ſenſibus communicatur ſecũdum plurimum. Vtrum autẽ ſit per cõmunitatem à toto, aut à membro particulari, & quòd ſit membrum cõmunicans cognoſcitur per nocumentum totius, aut illius membri per cuius nocumentum uel nocumenti augmentum augetur ſonitus, & per cuius decrementum decreſcit. Cognoſcitur autem utrum uentoſitas ſit in aure aut cerebro, uel communicetᷣ ab inferiorib. per formam & modũ ipſius uentoſitatis. Si enim appareat ſonitus aſcendens, tunc generatur in inferioribus & ad ſuperiora eleuatᷣ. Si uerò apparet ſonus circumuolutus & quaſi reflexus in ſeipſo, tunc ſit in aure & cerebro. Sibilus autem ſignificat uẽtoſitatẽ paucam cum impetu motam. Tonitus autem uentoſitatem multam & craſſam cum impetu motam. Tinnitus aũt qui inter hos medius eſt diſpoſitionẽ ſiue cauſam mediam ſignat. Cauſæ autem priuatiuæ ex earũ præceſſione cognoſcuntur &c.

Prognoſticũ. Corruptio auditus natiua ſecundũ plurimum non eſt corrigibilis. Chronica & antiqua difficulter corrigitur. Recens autem ſecundum plurimum facilè corrigitur. Pro declaratiõe dictorũ quærenda ſunt aliqua. Primũ. Nunquid ſicut auditus læditur per intẽſionem. Ita eſt uiſus & quæcunq; alia operatio animalis poſſit lędi per intenſionẽ. Ad quod dicitur quòd ſtante fortitudine uirtutis nulla iſtarum poteſt lędi per intenſionẽ. Sed cum debilitate uirtutis bene poſſunt lędi per intenſionem, ut ſupra declaratũ fuit de auditiua. Debilitas aũt & fortitudo uirtutis ex reſiſtentia parua uel multa excellentib. ſenſibilib. arguitᷣ, ſecus aũt in appetitiua & ſimilib. poſſunt enim lędi per intenſionẽ etiã cum fortitudine ipſarũ, poteſt enim appetitiua magis appetere q̃ uirtuti digeſtiuæ cõueniat aut nutritiuę, in quas ordinatᷣ, ſed nõ poteſt uiſiua nec auditiua melius aut acutius uidere aut audire quàm cõueniat ſenſui cõmuni aut cogitatiuę aut intellectui in quas ordinatur. Secundum dubium utrum aer connaturalis intrinſecus permutetᷣ uel ſemper ſic permaneat in corpore naturaliter diſpoſito. Ad quod dicendum quòd aer ille connaturalis non eſt de genere aẽris extrinſeci, ſed eſt uapor qui propter finem à natura ibidem genitus eſt, & reſolutionẽ recipit & reſtaurationẽ ſicut & ſpiritus. Tertium dubium, nunquid ad percipiendum ſonum præter motum aeris extrinſeci & intrinſeci requirantᷣ ſpecies repræſentatiuæ ſoni ſicut ad uidendũ requiruntur ſpecies coloris. Ad quod dicendum, quòd præter motũ duplicis aẽris iam dicti requiruntur etiam ſpecies ſoni, aliter nõ uideretur cur magis ex motu aeris deberet reputari ſonus acutus quàm grauis, nec diſtinguerentur uarij concentus & harmoniæ quæ ſentiuntur

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.94

in cantu. Nec͡ ualet inſtantia quorundam dicentium
non ſemper requiri motum utriuſq; aëris cum nō ui-
deatur ueriſimile in ſonitu bombardæ totum aërem
orbiculariter per diſtantiā centum miliariorum mo-
ueri. Et ſecundò quia duo ſoni aut plures nō poſſunt
orbiculariter mouere aërem mediū, quia unda unius
aëris moti per unum ſonum diſtantē ab alio impedit
undam alterius ſoni &c. Quapropter auris exiſtens
in medio, aut non audiret aliquem iſtorum ſonorum
ſi ſint æquè potentes, aut audiret ſolum potentiorē.
Ad hoc reſpondetur quòd motus huius aëris non eſt
niſi quidam tremor ipſius, hoc autem poteſt fieri ſi ſo
nus ſit ualde magnus, & ad ualde longam diſtātiam.
Semper enim cæteris paribus quantitas aëris moti eſt
proportionata ſono mouenti, & etiam ſi aer inunda-
ret orbiculariter poteſt una unda alteram ſuperęqui-
tare. Contra aër per unum ſonum, exempli gratia,
mouetur orbiculariter in quocunque puncto ad di-
ſtātiam 10. miliariorum, ergo ſi per alium ſonum idē
aër uel pars eius mouebitur orbiculariter ad oppoſi-
tas differētias erit neceſſarium, aut unam undam alte-
ram impedire, aut dari penetrationē corporum, nec
poterit una unda alteram ſuperęquitare. Ad ſecun-
dum reſpōdetur, quòd quia motus aëris eſt quidā tre
mor, non ſeſe taliter impediunt, ut exiſtens in medio
non poſſit audire utrūq; ſonū, fortis tamen inſtantia
eſt contra dicentes non ſemper requiri motum utri-
uſque aeris, ſed ſolum ſpecies ſufficere. Si enim ſic eſſet
ſequeretur quòd ſonus æquè cito audiretur ab aure
multum diſtante ſicut ab aure parum diſtante, nam
immediatè cum eſt ſonus in aere propinquo rei ſo-
nāti ſpecies illius ſoni intentionales cum multiplicen-
tur ſine reſiſtentia multiplicantur ſubitò, & per con-
ſequens æquè cito ad locum diſtantem ſicut propin-
quum, ſic etiam per hanc cauſam ſpecies coloris ſubi-
tò multiplicanſ, hæc etiā opinio de motu utriuſq; ae-
ris eſt cōformis dictis Ariſtotelis, Auic. Galeni, & cæ
terorum qui ſunt inter philoſophos præſtātiores etc.

DE CVRA SONITVS ET TINnitus. Cap. XXXVIII.

*Hæc fortaſſe quādoq; contingit ex
ſubtilitate ſenſus auditus, & eius
claritate, cuius ſignum eſt quod in tempore
famis augetur & in hora ſatietatis et ebrie
tatis minuitur, quæ propria non indiget cu
ra, niſi ſuperfluitatē obtineāt. Tunc enimde
opio diſſoluto in oleo immittendum eſt quā-
tū duo grana hordei ponderant. Si aūt hæc
cum grauedine capitis, & auditus debilita
te affuerint, oleum de ſemine raphani, &
oleum de amydalis amaris & oleum roſ.
in quo caſtoreum fuit reſolutum ſunt immit
tenda. Auris quoque ſuper uaporem a-
quæ in qua ſampſucus, ſtecas arabicus, ab-
ſinthium, mentaſtrum, origanum cocta ſunt
ponenda eſt. Et uenter multotiens ex pilu-
lis cochijs eſt ſoluendus. Et cibaria minuen
da. Et uinum dimittendum.*

Diuiditur præſens capitulū in partes duas. In pri-
ma ponit curam ſonitus ex acuitate auditus. In ſecun
da ibi. Si aūt hoc cum grauedine. Ponit curā ſonitus
cum debilitate auditus. Quę dicit in prima parte no-
ta ſunt ex ſuperius dictis. Sed hoc nota ſicut dictū fu-
it, quòd duplex eſt ſonitus ex acuitate. Vnus cū for-
titudine uirtutis auditiuæ, qui nullo modo curatio-
ne indiget, eſt enim cum auris tēperamento. Alter au
tem ſonitus ex acuitate auditus cū debilitate uirtutis
auditiuæ, quæ cognoſcitur, quia læditur à ſonis etiā
mediocribus, curatione indiget, non tamen niſi dum
ſuperfluit, quia eius curatio non eſt niſi ſtupefactio et
ſenſus diminutio & præterea niſi ſuperfluat non cu-
retur ſaltem cum ſtupefacientibus. Sed ubi ſuperflue-
rit etiam cum ſtupefaciētibus curetur, ſicut cum duo-
bus granis opij diſſolutis cū 1. ℥. olei roſacei, de quo
tres guttæ inſtillentur iuxta textum. Quæ dicit in ſe-
cunda parte etiam nota ſunt. Oleum de ſemine rapha
ni, et de amgydalis, ſcilicet amaris ſingularē proprie-
tatē habent in reſoluendo uentoſitatē auris & confor
tādo eam. Caſtoreum uerò eſt reſolutiuum fortè ſua
caliditate uehementi de quo Auic. ſcribit ſecundo ca-
none, confert ſurditati frigidę, nec eſt aliud magis iu-
uatiuum uentoſitati in aure q̄ ipſum, quando ex ca-
ſtoreo accipitur quantū eſt lens una & diſſoluitur in
oleo nardino & diſtilletur in aurē, oleum aūt roſ. etiā
eſt confortatiuum auris & contemperat caliditatē ca-
ſtorei. Reliqua nota ſunt et ſuperius declarata. Sed no
ta quòd melius eſt poſt fomentationem auris, aut re-
ceptionē uaporis de quo loquitur in litera olea ſupra
ſcripta auri inſtillare.

Sonitus pendens ab acuitate ſenſus cum fortitudi-
ne uirtutis iuxta dicta in textu nō indiget curatione.
Si uerò pendeat ab acuitate cum debilitate, curatione
indiget. Si ergo in cauſa ſit latitudo foraminis aut nō
debita tortuoſitas curationē non habet, quia hæc cō-
poſitio nō poteſt permutari, ſimiliter raritas texturę
nerui, & propriè à generatione contracta, huic tamē
raritati aliquo modo ſubuenitur uniēdo partes et uir
tutem confortando, ſicut cum ſignis calidis inſtillan-
do oleum roſ. primò conquaſſatum cum tantundem
aceti, & poſtea bullitum ad aceti conſumptionē. His
etiam poſſet addi ſief memithe, ſed cum ſignis frigidi-
tatis oleum de amygdalis amaris cum aceto conquaſ
ſatum ut ſupra, & poſtea bullitum ad conſumptionē
aceti, & totum regimen declinet ad humidum tā ſub-
ſtanſtiuè q̄ qualitatiuè cum uſu rerum incraſſantiū et
inuiſcantiū non uaporantiū neq; uentoſarū. Et hoc i-
dē regimen cōueniens eſt, aere, ſcilicet & ſpiritib. audi
tiuis exiſtētib. ſubtilibus. Si uerò corpus ſit nimis ſic-
cum cumplexionaliter eſt humectandum & permu-
tādum. Si uerò ſit factum ſiccum ex ægritudine ſicut
conualeſcentes regatur regimine conualeſcentium, et
quęcūq; mala complexio ſit in organo, aut cerebro,
quæ ſecundum plurimū eſt ſicca aut calida illa corri-
gatur. Raſis tamen & Auicen. docent ſubuenire in a-
cuitate auditus, quando uera cura fieri non poteſt cū
his quæ auditum obtundunt, ſed cum hęc ſint dupli-
cia,

tia, ſcilicet ſtupefacientia & humectantia & incraſſan
tia abſq; ſtupore melius eſt à non ſtupefacientibus in-
choare ſicut eſt nutrimentum humidū, craſſum & ui-
ſcoſum, & inſtillatio olei uiol. aut de ſem. lactucæ.
Quibus non ſufficientib. procedaſ ad ſtupefacientia
inchoando à leuiorib. ſicut eſt oleū de kengi, & eſt ſpe
cies hyoſcyami permixtum cum oleo roſaceo. Et his
non ſufficientib. ponatur parum opij, ſcilicet à duob.
granis uſq; ad quinq; cum una ℥. olei roſ. aut olei de
amygdalis amaris, quę prius conquaſſata ſint cū ace-
to, & bulliant donec ſit reſolutum. Si uerò ſonitus pē
deat à cauſis primitiuis, ſicut percuſſione, uento, ebrie
tate, & cæteris quorum præceſſit rememoratio, cura
eſt remouere cauſas primitiuas & nocumenta earū cū
cōtrarijs ſuper aurē & cerebrū cōfortando. Si uerò ſit
per communitatē à toto ſicut in febrib. & criſi intētio
eſt cura febris & per fectio criſis ad quā perficiendam
ſi natura ſufficeret bñ eſt, ſi uerò nō ſufficeret adiuueſ.
Meſue tñ autoritate filij Zacharię approriat in debili-
tate auditus ſequēte feb. oleū decoctionis abſinthij cū
oleo roſ. inſtillatum in aurib. Si uerò ſit per cōmuni-
tatem ab aliquo membro particulari ſicut frequenter
à ſtomacho, corrigatur nocumētum membri illius e-
uacuando, diuertendo, eius complexionem permutā
do ſi lapſa fuerit, & ipſum cōfortando, et cum hoc in-
tendatur cōfortationi cerebri cum oleo de myrto, &
confortationi auris cū oleo de amyg. amaris. Si uerò
ſonitus ſit per eſſentiā in aure ſicut ab apoſt. quod ma
turaſ cureſ cura apoſt. de qua ſupra. Si uerò pendeat
à uentoſitate & uaporib. craſſis, humore craſſo, reple-
tione capitis, aut etiā totius, intentionis ſunt quinq;.

Prima eſt euacuatio integrata ex minoratiōe, dige
ſtione, eradicatione etiam iteratis ſi expedierit, & quę
ſint digerentia & euacuantia, ex ſupraſcriptis patere
poteſt. Secunda eſt diuerſio, cōplenda cum clyſterib.
fricationib. caputpurgijs, maſticatorijs, gargariſma-
tib. & tandem cauterijs in commiſſura coronali ſi ex-
pediret. Tertia eſt cauſæ coniunctæ reſolutio, aurē &
cerebrum confortando & eius diſcraſiam corrigēdo.
Sed in huiuſmodi intentionis executione duo cano-
nes obſeruētur. Primus ut ante huiuſmodi intentio-
nis executionem duæ primæ intentiones ſint abſolu-
tę ſufficienter, imò exquiſitę, nā localia & propriè in-
ſtillata & maximè caliditatis excellētis ante ſupraſcri-
ptarum duarū intentionū complementū magis ob-
ſunt q̄ iuuent niſi fortè materia exiſtente pauciſſima.
Secundus ut à leuiorib. inchoetur & gradatim ad for
tiora procedaſ, et ante ab exterius applicitis, q̄ ab his
quæ in aurem ponūtur, & ante ab his quæ ſub forma
ſolida in aure applicantur q̄ ab his quæ inſtillanſ. Ex
his ergo quæ ad hanc cōplendam intentionem appli-
cantur ſunt ſacculi, fomenta, ſuffumigia, item ea quæ
in aure ſub forma ſolida applicanſ & inſtillata, ex ſac
culis eſt qui ſit ex milio & ſale torrefactis & aliquali-
ter uino potente aſperſis, auri & partibus circunſtāti-
bus applicitis. Eſt enim efficax in reſolutione uentoſi
tatis. ex fomentis præſtantiſſimum eſt quod ponitur
à Raſi in textu, chamæmila enim, meliloтum, ſamſu-
chus, calamentum, ſeca, hyſſopus ſicca, abſinthiū, ori-
ganum, ſtecas arabicum, mentaſtrum ſingulariter &
cōiunctim ſunt propria in huiuſmodi diſpoſitione,
ſpongia ſiue filtrum in aqua decoctionis horum inſu
ſum & calidum auri & partibus circunſtantibus ap-
plicitum & ſæpe iteratum optimè ualet.

Ex his etiam cum emboto & ſine poteſt fieri ſuffu-
migium. Et poſt horum applicationem & etiam antē
poteſt poni in aure parum muſcati cotto inuolutum,
& efficacius eſt ſi ſecum aliquid caſtorei admiſceatur,
tēta quoq; ex radice raphani, ex muſato aut caſtoreo
aſperſa & inuoluta auri impoſita eſt conueniens. Ex
his autē quæ inſtillantur eſt caſtoreum cum oleo roſ.
aut de amygdalis amaris diſſolutū, aut cum oleo ru-
taceo aut de ſpica, ſuccus etiam porri cum oleo roſ. &
lacte muliebri permixtū in cauſa minus frigid. & his
addatur caſtoreum ſi oportuerit. Vltimum et fortiſ-
ſimum ex inuentione Meſue coſerens ſonituſ auris &
grauitati auditus propter craſſam uentoſitatē, & ma-
teriam frigidam & craſſam. ℞. ellebori albi, caſtorei,
coſti ana. ℥. 1. rutę, nitri piperis longi ana ℥. 1. partes 2.
euphorbij. ℨ. 1. tertiā. Deinde. Recipe ſucci radicis quę
comeditur, ſucci porri, olei nardini, chamomælini, a-
nethini, de amygdalis amaris ana ℥. 1. coquantur ad
ſuccorum conſumptionem, cola et utere, expertū eſt.
Corrigant autem accidentia iuxta quartam intētio-
nem ſecundum quod oportet. Regimen autem iuxta
quintam intentionem declinet ad ſiccum, & ſecundū
plurimum ad calidum.

Caueat à uento & pluuijs, neq; ſtet ſub radijs lunæ
aut ſolis niſi fortè in declinatione aut pauciſſima exi-
ſtente materia. Statio & ambulatio ſub ſole concediſ
poteſt ad reſolutionē reſidui ſuperfluitatum. Teneat
caput ſatis calidū, & totū corpus præcipuè auris læſa
aliquo operimento tegaſ. Et in orificio auris aliquid
cotti muſcati teneatur obturans ipſum, ſed non infe-
rens dolorem. Vitet ebrietatem & ſatietatem nauſea-
tiuam, caueat ab euaporantib. & à uino, niſi fortè in
declinatiōe. Caueat à ſomno meridiano, & à ſomno
ſupra repletionem, & dormiat ſecundum plurimum
ſuper latere cōtrario auris læſæ. Procuret omnes eua-
cuationes naturales. Caueat à uomitu, non enim con
uenit niſi opus eſſet ſtomachum euacuare à ſuperflui-
tatibus facientibus & fouentibus hāc diſpoſitionem.
Inter cætera procuret uentris lenitionem.

Exercitium non conuenit in principio ſed in decli
natione. Vitet accidentia animi moleſta, ſicut iram,
& quæ præcipitant materias ad caput &c.

DE GRAVEDINE, DIMINVTIONE SIVE ablatione auditus. Cap. XXXIX.

Circa rubricam ſciēdum quòd apud autores
reperiuntur iſti termini, grauedo auditus, de
fectus auditus, ſiue tarax ſiue tarſen et guarē.
Grauedo auditus propriè accepta eſt diminutio audi
tus. Sed defectus auditus dicit tam diminutionem q̄
ablationem. Surditas autem dicit ablationem audi-
tus conſequentē defectum foraminis auditus, ſiue il-
lud ſit creatum ſolidum à natiuitate, ſiue illa ſurditas
& ſtoliditas acquiſita ſit ex tēpore. In tarax autē ſiue
tarſen & guare inuenio autores uarios. Sed dicamus
nos quòd guare eſt ablatio auditus ex defectu nerui
auditiui, ſed tarſen ſiue tarax eſt diminutio auditus et
ſic conuertitur cū grauedine auditus. De terminis nō
eſt lis facienda, aliquando enim unus iſtorum accipi-
tur pro altero. Sed ut generalizemus magis capitulū
dicamus, quòd intentio Raſis eſt hic determinare de
grauedine auditus largo modo ſumpta ſiue de defe-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.95

ctu qui diffinitiuè eſt diminutio auditus uel ablatio. De corruptione enim auditus & læſione ipſius per intentionem actum eſt in præcedenti capitulo.

Grauedo aũt auditus, quædam eſt à generatione contracta, quædã ex tempore, & quædam antiqua, quędam noua (nouã autem intelligo, infra duos annos).

Cauſæ: quędam ſunt per communitatem, quædã per eſſentiã. Per cõmunitatem quidem aut à toto ſicut in febribus in quibus uapores ad aures deferũtur, & quandoque materia creticè ad aurem permutatur, aut à membro particulari ſicut à cerebro, cui materia ſcilicet uapores & uentoſitas facilè permutatur ad aurem, & propter uicinitatem, & quia ſunt tanq; emunctorium cerebri aut à membro uicino, ſicut in dẽtib. cum oriuntur aut cum dolent, & quãdoq; à membro longinquo ſicut à ſtomacho & cęteris. Et communitas totius & horũ membrorum aliquãdo eſt ſine criſi aliquãdo cum criſi. Et cũ fit criſis, aliquando materia criticè permutaẽ ad aurem et fit grauedo auditus difficilis diu remanens poſt criſim. Aliquãdo fit criſis abſque hoc quòd materia permutetur ad aures, ſed ſolũ materia agitata per quemcunq; locum fluat multi uapores eleuati ad aures grauant auditum. Hæc autem grauedo facilè recedit criſi completa. Aliquando ſuccedit grauedo auditus ad retentionem fluxuum uentris ſicut ecõtrario felleæ egeſtiones ſuperuenientes ſoluunt ſurditatem 4. aphoriſ. conſimiliter poteſt eſſe in retẽtione quarumcunq; euacuationum conſuetarũ. Cauſæ autem per eſſentiam aut ſumuntur à foramine cum oppilaẽ aut à cauſa extrinſeca ſicut à faba, uerme, lapillo, aqua, & huiuſmodi, aut à cauſa intrinſeca ſicut ab apoſtemate, cerumine aurium, & ab alio humore, & à uerruca & carne orta, aut à principio generationis, aut ex tempore quibus fit oppilatio, aut integra, aut diminuta, aut ſunt in neruo aut propter malam complexionem cuiuſcunq; generis, & maximè frig. ſine materia, & cum materia cuiuſcunque generis, aut propter malam compoſitionem ſicut eſt oppilatio ex tempore, aut à generatione contracta, quapropter ſpiritus auditiuus non poteſt ad aures peruenire. Et fortè non eſt neruus in foramine oſſis petroſi. Et ſi eſt fortè creatus eſt abſq; foramine. Et hoc frequẽter eſt cauſa ablationis auditus à natiuitate. Et quandoque læditur neruus à ſolutione continui, aut noua aut antiqua. Et quandoq; propter apoſt. in ipſo neruo de quo ſermo præceſſit. Defectus etiam ſpirituum ſcilicet cum ſunt craſſi & pauci eſt cauſa grauedinis auditus, & ſimiliter paucitas ſpirituum, & corporis exiccatio & cõſumptio. Signa: grauedo auditus per cõmunitatem cognoſciẽ ex prçceſſione alicuius ægritudinis aut diſpoſitionis totius aut partis, cum cuius augmento augetur grauedo auditus, diminutione minuitur, quòd ante illam diſpoſitionem auditus erat incolumis, & communitas cerebri cognoſcitur, quia ſecundum plurimum non ſolum læditur auditus, immo multi ſenſus, & quandoq; uirtus motiua, cognoſcitur autem quòd fit cum criſi, quia ægritudo præcedens terminatur aut minuitur. Et ſi materia terminatur ad aures fit grauedo auditus difficilis remanens poſt criſim. Si uerò materia ad aliud membrum permutetur aut expellatur finita criſi remouetur grauedo auditus. Cognoſcitur autem quòd fit per eſſentiam, quia nulla adeſt diſpoſitio totius aut alterius mẽbri uериſimiliter factiua huius grauedinis, & ſi adſit oppilatio in foramine cognoſcitur aſpiciendo in aure ſub radijs ſolis. Et cognoſcitur etiã cauſa oppilans. Cognoſcimus autem cauſam eſſe in neruo auditiuo ex carentia cuiuſcunque alterius diſpoſitionis uериſimiliter facientis grauedinem auditus, & ſecundũ plurimum eſt cum dolore. Sed mala complexio, ſolutio continui, apoſtemata, uentoſitas cognoſcitur per ſigna propria dicta in capite de dolore auris, & capite de ulceribus aurium. Et ſi adſit oppilatio in neruo, cognoſcitur ex carẽtia omnium aliarum diſpoſitionũ, & quia fortè præceſſit plenitudo capitis, apoſtema, aut alia cauſa uериſimiliter oppilans, & quia ſentitur grauitas & propriè cum ſe proſternit in oratione. Et ſi eſt ſurditas à natiuitate cum bonitate foraminis auris cognoſcitur illud eſſe, aut quia deficit neruus in oſſe petroſo, aut quia creatus eſt ſolidus abſq; foramine aut humiditas oppilans ipſum ingreſſa eſt.

Cognoſcitur autem ſpiritus eſſe craſſus, quia auditus eſt diminutus non ablatus, & ex carentia aliarum cauſarum.

Diminutio autem auditus conſequens ſiccitatem & paucitatem ſpirituum cognoſcitur ex præceſſione cauſarum corporis exiccãtium, cum tornatilitate faciei. Cauſæ autem primitiuæ ſeipſas oſtendunt, & nocumenta ab illis derelicta ſibi proportionalia &c.

Prognoſticum. Surditas à natiuitate non eſt curabilis, antiqua ſupra duos annos difficillimè curatur, noua aliquando faciliter, aliquando difficulter ſecundum cauſæ fixionem &c. Dubitatur. Vtrum plures ſint muti quàm ſurdi. Ad quod dicitur quòd à natiuitate plures ſunt muti quàm ſurdi. nam omnes ſurdi ſunt muti, eo quod ipſis non audientibus non poſſunt diſcere formationem literarum & ſyllabarũ nec dictionum. Multi autem ſunt muti à natiuitate propter defectum in neruis mouentibus linguam qui ueniunt à ſeptimo pari neruorum cerebri, qui tamen non ſunt ſurdi, nullo exiſtente defectu in quinto pari neruorum cerebri & in cæteris organis & inſtrumentis quæ deſeruiunt auditui.

Sed ecõtrario ex tempore plures ſunt ſurdi quàm muti, uidemus enim ex decurſu ætatiuo & etiam ex cauſis ægris occurrentibus plurimum lædi uiſum & auditum, non autem linguam, neq; quantum ad guſtum neq; quantum ad motum, de ipſa enim natura multum ſollicita fuit, & ordinauit, ut multæ arteriæ & nerui multum craſſi à pluribus partibus cerebri uenirent ad linguam, ſcilicet à tertio & 4. pari ad dandum guſtum & à 7. pari ad dandum motum, ſed ad aurem pauci nerui, paucæ arteriæ, & uenæ ueniunt et multum ſubtiles ordinatæ ad ipſius nutritionem, & cum auris ſit membrum paruum & exangue, uenæ autem debuerunt eſſe paruæ per quarum extremitates purgatur naturaliter humor cholericus in aure repertus qui eſt cerumẽ auriũ ordinatũ ſua exiccatiõe et calefactione ad auditus conſeruationẽ. Lingua aũt eſt membrũ magnũ, & carnoſum, multo indigẽs nutrimento propterea uenæ eius magnæ fuerunt, & quia multos habuit muſculos propter plurimos motus eius, multi ad ipſum ueniunt nerui, natura enim fuit multũ ſollicita de lingua & propter guſtum ſine quo non contingit animal diu uiuere, & propter motum linguę cum deſeruiat maſticationi, et etiam lingua eſt magis

magis poſita in loco tuto, oculi aũt & aures magis extrinſecus occurrentibus, propterea facilius læduntẽ q; lingua, quare ex tẽpore plures fiũt ſurdi quàm muti.

CVm in auditu contingit grauitas, conſyderandam eſt, an ſit ibi ſorditi es quæ uocatur cera quæ fit in aure, quæ ſi inueterauerit mundetur, aut cum medicinis ſecundum quod prædiximus, aut cum cura manus. Si autem ſordes non affuerit, & ue nerit hoc poſt ſatietatem faſtidioſam, quæ eam præceſſit, aut ægritudinem acutam, auris ponẽda eſt ſuper uaporem aquæ, in qua ea quæ prædiximus cocta fuerint traiectorio interpoſito quouſq; uapor aſcẽdat, quod hoc modo fieri conuenit. Res iſtæ in curcuma habente os acutũ coquantur, deinde traiectorij ori curcumæ ſuperponatur, & ne uapor egredi poſſit, pannis inuoluatur & auris ſuper os traiectorij ponatur. Et iſtud ſief in aurẽ mittatur, quod. Rec, colocynt. drach. 1. baurach tertiam drach. 1. caſtorei, ariſtolochiæ rot. ſuc. abſinthij, omnium ana drach. s. coſti quartam drach. 1. euphorbij. 6. drach. unius, fellis uaccini quantum ſufficit ad prædicta conficienda, fiant ex eis ſief. Cumq; neceſſe fuerit. 1. in oleũ de amyg. amaris auri reſolutum immittatur, hoc ualde utile exiſtit dolori phleg, & uentoſitati & ſonitui, et tonitrui qui ex craſſo uento fuerit, & ſurditati quæ eſt ex craſſis humorib. Si aũt auditus debilitas poſt ieiunium uigilasq; contingit, fueritq; facies extenuata et oculi cõcaui, æger balneum ſæpe ingrediatur, Et largiori cibo ac potu utatur. Et in ſomno fiat profundior. Super caput quoq; aqua tepida cum oleo fundat donec ſanetur. Quòd ſi poſt phreneſim contingat ex medicinis primis curetur.

Diuiditur præſens cap. in partes quatuor. In prima enim ponit curam grauedinis auditus pendentis à cerumine aurium. In ſecunda ibi. Si aũt ſordes non affuerit. Ponit curam eius quæ pendet ab humiditate in organo auditus infuſa ſiue inuiſcata quæ ſecũdum plurimum frigida eſt. In tertia parte ibi. Si aũt debilitas. Ponit eius quæ fit ex inanitione & conſumptione corporis & paucitate ſpirituũ audibilium. In quarta ibi. Quòd ſi poſt phreneſim. Ponit curam eius quę ſequiẽ phreneſim aut alias capitis ægritudines. De prima dicit, quòd ſi proueniat ex ſorditie quæ uocatur cera in aure diu retenta & indurata, curãda eſt cũ medicinis & operatione manuali. In primis igitur ægro conſtituto cum aure ſub radijs ſolaribus extendatur auris, ita ut foramen rectificetur, & cum inſtrumento argenteo communiter conſueto auris ab illo cerumine purgetur cauendo, ſcilicet quãtum eſt poſſibile ne organo auditus nocumentum inferatur, ideo fiat cũ omni ſuauitate. Quòd ſi cerumẽ multum profundũ fuerit, & induratum & mollificetur & abſtergaẽ primò aliquotiens lauando aurem cum hydromelle calido, poſtea immittendo duas guttas aut tres olei amygdalarum amararum, deinde ſequẽti die fiant tentæ ex cotto longo ſubtiles cum quibus auris in profundo ſufficienter mundificetur, illas tentas circunducendo, ut melius cerumen adhæreat. De ſecunda parte dicit, quòd ſi ſurditas ſequatur ſatietatem faſtidioſam, ex qua communiter multiplicantur humores frigidi aut ſuplete aliquam ęgritudinem chronicam, aut aliquam ægritudinem acutã, & ſint humores frigidi in aure retenti, tunc ſuffumigãda eſt auris cũ emboto poſito ſuper orificio curcumæ habẽtis ſtrictum orificium, cuius extremitas ſubtilis ad aurem perueniat, & in curcuma bullierint herbæ ſuperius poſitę in tinnitu & in ſonitu, & ſuffumigium illud fiat ſtomacho ieiuno, primò per quartam partem horæ, deinde per amplius ſpacium uſque ad mediam, ſemel aut bis in die, quatuor aut quinq; diebus continuis, deinde immediatè poſt hoc ſuffumigium, hoc ſief diſtemperatum cum oleo amygdalarũ amararum auri inijciatur. ℞. colocynthydis. ℥. unã, quæ eſt calida in tertio, ſicca in primo, mundificans aurem, reſoluens & incidens, & trahens materiã ex profundo auris, baurach, ℈. 1. pro hoc ſale accipimus ſal nitrũ quod eſt ſiccum in tertio, exiccat & ſubtiliat, caſtorei calid. & ſic. in principio quarti gradus, ariſtolochię rotundæ cal. in tertio, ſic. in ſecundo, quæ eſt ſubtiliatiua & attractatiua ex profundo & appropriatè abſtergit ſordes auris confortans auditum, ſucci abſinthij, calid. in primo, ſic. in ſecundo, ſurditati appropriati, ana. ℥. s. coſti quarta tertiæ unius calid. in tertio ſicc. in ſecũdo attrahit ex profundo, & confortat omnia neruoſa, euphorbij calid. & ſicc. in quarto, ſextam tertiæ unius, fellis uaccini calid. & ſicc. in quarto, quantum ſufficit ad conficiendum ſief.

In tertia parte dicit, quòd ſi debilitas auditus contingit poſt ieiuniũ & uigilias, fueritq; facies extenuata & oculi concaui, ſicut accidit his qui paſſi ſunt longas ægritudines, æger ſæpe balneum ingrediatur, ſcilicet, aquæ dulcis, & ampliori cibo utaẽ, totus, et prçcipuè caput humectetur qualitatiuè & ſubſtantificè.

In quarta parte dicit, quòd ſi contingat poſt phreneſim curetur cum medicinis primis, per phreneſim intellige quodcunq; apoſtema ſiue cal. ſiue frig. capitis, & magis ampliando quãcunq; ægritudinem materialem ipſius: ſi ergo quod auri communicaẽ ex capite, fuerit cerumẽ aut ſimilis materia cholerica, cureẽ ipſam extrahẽdo ſecundũ quod in prima parte cap.

P 4

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.96

dictum fuit. Si autem fuerit materia frig. infuſa in organo auditus curetur, ſecundũ quod dictum eſt in ſecũda parte cap. Si uerò corpus ſit conſumptũ, præter modum reſolutum per has ægritudines curetur cum humectantib. ſecundũ quod dictum eſt in tertia parte cap. quæcunq; curetur, curabitur cũ medicinis primis, id eſt, quæ dictæ ſunt. Hic non oportet ordinare curã ſurditatis quæ pendet à cerumine aurium: nã ſatis eſt ex ſupraſcriptis manifeſta. Neq; curã eius quæ pendet ex ſiccitate, nã ſibi unica debetur intentio, quę eſt humectatio qualitatiua & ſubſtantifica, de qua ſępe ſupra dictum eſt. Neq; oportet ponere curam eius quæ prouenit ex carentia foraminis, aut ex carentia nerui auditiui, aut neruus ipſe creatus fuerit ſolidus, hæc enim nõ recipiunt curam & eſt communiter ſurditas à generatiõe cõtracta, ſcilicet, ex defectu uirtutis informatiuæ. Neq; oportet ponere curã eius quæ fit in ſenib. ex decurſu ætatiuo propter paucitatẽ & craſſitiem ſpirituum, & exiccationem ſubſtantificã nerui auditiui & multitudinẽ humiditatis ſuperfluæ, quia non recipit curam. Neq; curã illius quæ prouenit ab apoſtemate ſolutione continui & uapore ſiue uentoſitate: nam de his in capitulis pręcedentibus ſufficienter actum eſt. Neq; oportet ordinare curam eius quæ pẽdet ab oppilatione propter uermes in aure, ſcilicet, exiſtentes, aut alia corpuſcula quæ aurẽ ingreſſa ſunt. quia de his in duobus cap. ſequentibus agetur.

Supereſt ergo, ponamus curam ſurditatis quę pẽdet à mala complexione ſiue materia in organo auditus exiſtente, ſiue ſit ibi paulatim congeſta aut aliunde deriuata.

Cura ergo ſurditatis à mala complexione ſine materia quinq; exigit intentiões, ſcilicet, alterationẽ perficiendam cum contrarijs, aut prohibitionem humorum à fluxu, correctionem accidentiũ & regimen ſex rerum non naturalium. Prima intentio ſi fuerit mala cõplexio calida perficitur inijciendo aliquid olei roſati cum aceto bulliti ad aceti conſumptionẽ, & ſi frigida fuerit calefaciẽdo cum pannis calidis, & cum infuſiõe olei de amigdalis amaris, de ſpica, de balſamo, de coſto, laurino, raphanino, de ſtaphiſagria, & ſimilibus, & eiſdem intentionibus perficiatur. Secũda intentio, ſcilicet, auris confortatio completur, & etiam tertia intentio, ſi huiuſmodi ſint aliqualiter ſtipitica, ubi ſi opus ſit, fiant euacuationes & diuerſiones ſecundum opportunitatem. Ex accidentibus, corrigendus eſt dolor, de quo in principio cap. Regimen autẽ ſex rerum nõ naturalium declinet in contrariũ diſcraſiæ.

Si uerò fuerit mala complexio cum materia aliunde trãſmiſſa ſex exigũtur intentiones, ſcilicet, euacuatio, diuerſio, regimen membri mittentis, materiæ cõiunctæ eductio & reſolutio, & cum hoc diſcraſiæ alteratio, accidentium correctio & debitum regimen. Euacuatio autẽ fiat in materia frigida, cum hieris & cochijs, et agarico, in calida cum decoctione fructuum, pilulis aſſaieret, & pilulis aureis, & digeſtiua propria ex capitulo de ſoda perquirãtur, et multotiens eſt neceſſarium iterare euacuationes, & propriè quando fit ſurditas ex retentione choleræ uel cuiuſcunq; alterius humoris fluere conſueti, cuius redũdatio fit ad aures iuxta Hippocr. 4. Aphoriſmorum. Medicamen mirabile in ſoluendo humores craſſos frigidos, optimè conferẽs ad ſurditatem, & mirabile ad uertiginem & epilepſiam, menſtrua potenter educit. ℞. ſalis ammõ. piperis, añ. ʒ. 2. euphorbij, ʒ. unam, dabis ex eo quatuor aut quinq; grana cum ouo ſorbili aut hydromelle, et melius eſt multiplicari numerum euacuationum & minorare quantitatem, ut uirtus conſeruet̃ & proueniat maturatio. Diuerſio autẽ fiat cũ gargariſmatibus, caputpurgijs per nares, & maſticatorijs ſecundum quod in pluribus capitulis dictum eſt uſque ad ueſicantia & cauterium in commiſſura coronali, omnes euacuationes diu conſuetæ prouocent̃ ſi facta ſit retentio. Regimen autẽ membri mittentis ſi aliquod ſit in cauſa perficiatur euacuãdo, diſcraſiam eius corrigendo & ipſum confortando, & de hoc ſæpe dictũ eſt, plurimum enim in ſurditate cerebrum eſt in cauſa. Materiæ autem coniunctæ eductio quę ſecundum plurimum eſt frigida perficitur cum exercitio, & propriè per loca ſicca, & arenoſa, & ſtomacho ieiunio. Item cum uociferatione & clangorib. tubarum, & cęterorum inſtrumentorũ muſicalium, & cum balneatione in aquis thermarum et ſalis, imò aqua maris, ſcilicet, inſtillata confert, & cum ſuffumigijs & liquoribus in aures iniectis, de quibus in litera, & etiam cum medicinis ſiccis in aure retentis. Sed pro hac intentione perficienda aliqui cañ. obſeruentur præter cañ. generales ab initio poſitos. Primus, ut hæc imponenda ordinentur ſecundum exigentiam diſcraſię & humoris peccantis. Secundus, ut inchoẽtur à leuioribus, & gradatim procedatur ad fortiora. Tertius, ut primò tententur exterius applicita quàm impoſita, ut prius ſicca quæ non penetrent in profundum auris, poſtea humida. Quartus obſeruetur an propter horum adminiſtrationem ſequatur iuuamentum & continuetur, an ſequatur nocumẽtum & omittantur: eſt enim difficile bene metiri huiuſmodi medicinas quę ponãtur in auribus. Multotiens enim magis nocent quàm cõferant. Ex conuenientibus ergo ad hoc in cauſa frigida eſt muſcus cotto inuolutus, & in aure retentus, item fruſtrum raphani ſecundum foramen auris figuratum caſtoreo & muſco aſperſum, item ſuffumigiũ de quo dictum eſt, item oleum amigdalarum amararum, nardinum, coſtinum, oleum balſami. Euaporatorium bonum eſt, ut calefiat urceus in quo diu ſteterit oleum oliuarum, & fit cum amurca ſine oleo, & fumum recipiat per traiectorium, & ſuccus, ſcilicet, abſinthij cum ſale eſt leuis & proprius, & urina caprę habet in hoc proprietatem. Aliud leue & expertum. ℞. gariophili, ℈. ſ. & maſtichis, grana 2. ſem. porri, grana. 6. puluerizentur craſſo modo, & bulliant in ℥. ſ. olei de ruta, & tepidum inſtilletur, & pulpæ colocynthydis, & ſucco cucumeris aſinini aut radici eius ineſt proprietas mirabilis cum aliquo dictorum oleorum & ex eis eſt oleum nardinũ cum caſtoreo & pulpa colocynthydis partibus æqualibus confectis cum felle uaccino & expertus eſt puluis ellebori albi cum aceto diſtillatus in aurem, aut miſſus in aurem cum lichinio item ellebori albi, caſtorei, pirethri nigri, añ. coquantur in uino potenti cola, & diſtilla de oleo in auribus, & ſpolium ſerpentis cum aceto, & uino confert cum proprietate ſua, ut oleum decoctionis eius. In cauſa calida confert oleum roſ. cum aceto bullitum ad aceti conſumptionem. Item ſuccus granati reducatur in cortice ſuo cum pauco aceto thure & oleo roſato, & decoquat̃ donec aliqualiter inſpiſſet̃, & in maiori

caliditate

caliditate ſuccus lactucæ & ſolatri cõfert, & ex uaporibus cõuenientib. eſt aqua calida ſola, uel in qua bullierint res infrigidãtes ut folia uitis, ſalicum, &c. Corrigatur aũt dolor ſicut ſupra dictum fuit in primo capite, & regimen ordinetur in contrarium diſcraſię, & particulariter perquiretur ex capitulis præcedentib. Surditas aũt pendens ex neruo aut carne addita, rarò propter loci nobilitatem curam recipit: interdum tamen curetur cum adminiſtratione medicaminis acuti una uice poſt aliam uſque dum cõſumatur, ſed eſto memor ut id paulatim fiat & in longitudine dierum.

DE VERMINIBVS AVRIVM ET PARuis animalibus. Cap. XL.

CVm in aure fuerit titillatio, & pruritus, & dolor, et deinde ceciderint uermes ab aure, immittatur auri ſuccus mẽtaſtri, aut foliorum perſicorum, aut oleum de nucleis ipſorum, aut aloes in aqua diſſoluatur & mittatur, hæc enim uermes auris & parua animalia ingrediẽtia ipſam quãdo erunt in aure & in ulceribus naſcuntur interficiunt.

Diuiditur hoc capitulum in partes duas. In prima ponit ſigna uermium & huiuſmodi animaliũ in aure exiſtẽtium. In ſecunda ibi. Immittatur. Ponit curam de ambabus partibus ſimul. De prima dicit quãdo in aure ſentitur titillatio quædam, id eſt, motus quidam cũ agitatione parua &, adeſt pruritus quæ eſt una de decem & quinq; ſpeciebus doloris. ſecunda prim. & dolor, ſcilicet, alius qui ſecundum plurimum eſt pungitiuus, & aliquando maximus & ſpaſmoſus cũ peruenit ad neruum auditiuum, & etiam cum maxima ægri anguſtia, & inquietudine, & aliquando aliquis uermis ab aure egreditur, hęc manifeſta ſunt ſigna ibi adeſſe uermes, uel ſimilia animalia parua ſicut pulices, cimices, ſanguiſugæ paruæ, & ſimilia. Vermes autem ibi naſcuntur ex ſanie, aut ex alia humiditate ibidem putrefacta. Aliquãdo uerò aures ingrediuntur, ſicut & alia animalia illis ſimilia, & hi uermes quãdo ſenſibiliter lædũt operationes ſunt morbus in numero ſicut & uermes in inteſtinis. In ſecunda parte dicit, & ponit curam complendam quinq; intentionibus. prima uermes educit. Secunda ſi uermes educi nõ poſſunt ipſos interficit. tertia interfectos educit & aures mundificat. quarta corrigit accidẽtia, quinta ordinat regimen. Prima intentio completur ſituata aure ęgra ſub radijs ſolis immittendo in orificio auris cottũ infuſum in lacte, aut in melle, aut in penidijs cũ lacte diſtemperatis in ſucco carnium pinguium aſſatarũ. Ad dulcia enim & pingua mouetur uermis. Et poſt hoc ſternutationem commouere ore clauſo & naribus ut impetus & commotio magna fiat ad partes auris, cũ quo excutiantur uermes exterius. Si uerò fuerit ſanguiſuga quod fortè cognoſcetur aſpiciendo aurẽ ſub radijs ſolis, tunc ſanguis columbę in orificio auris imponatur, & ſi non ſeparetur, quia fortè iam adhęſit alicui parti diſtilletur in aurem aqua ſalita aut lichiniũ & immediatè ſeparabit̃, & tunc cũ motu ſternutationis aut tuſſis facilius poterit educi. Secunda intẽtio eſt uermes interficere, quam intentionem complet Raſis cum ſucco mentaſtri calidi & ſicci in ſecundo, multũ proprio ad interficiendum uermes, ſimiliter cum ſucco de folijs perſicorum ſimilis complexionis & uirtutis etiam eos interficiens ſua amaritudine, ſimiliter cũ oleo de nucleis ipſorum, aut aloẽ cũ aqua diſſoluto, diſtillando ex his duas aut tres guttas in aurẽ, & hæc cum hoc quòd uermes interficiũt etiam aures à ſanie & humiditatibus extraneis mundificant, & nõ ſinũt in ea fieri putrefactionem. Et breuiter omnia amara acuta, acetoſa, ſunt in hoc præſtantia, & cum hoc ſi habeant ſingularem proprietatem contra uermes, magis conueniunt ſicut abſinthium, alpharaſion, id eſt, radix mori ſecundũ aliquos, ſed credo quòd ſit praſſium uel centaurea, & fortius his eſt calamenthũ. Hęc enim aut aliquod eorum ſi bulliant in uino aut aceto ſunt ultima, ſuccus tamen ipſorum eſt potẽtior, necat enim uermes & dolorem ſedat, & ſimiliter ſuccus capparis, ſuccus radicis mori, ſuccus cucumeris aggreſtis cum radice eius, & ſuccus lupinorum amarorum, & ex bonis miſcibilibus cum eis ſunt fella aut euphorbium, & oleandro ineſt proprietas mirabilis ad hæc.

Dixit Galenus, ſi cætera non cõferrent, ſulphur uiuum & calx uiua terãtur, & cum melle conficiantur, & cum aceto in aurem inſtillentur, & alkitram diſtillatum in aurem eos pernecat, & per alkitrã aliqui intelligunt reſinam pini, aliqui picem, aliqui gummi cedrini, quælibet eſt bona. Quãdoq; permiſcemus placentia uermibus cũ eis qui eos necant, ſicut mel cũ aliquo ſupraſcriptorum. Auic. ponit hoc medicamen. ℞. uini. ʒ. 2. mellis, ʒ. 3. olei, ʒ. 1. miſce cum albumine duorum ouorum fiant tepida, & imbibantur lanę, et impleatur auris & cubet ſuper aurem, & non dormiat, deinde ſubitò rapiatur quoniam uermis ęgredit̃. Tertia intentio eſt ipſos interfectos educere, impleatur ergo auris una uice poſt alia ex uino & oleo trepidis, & cum ſtuellis ex cotto factis circunducendo educantur, & cum hæ intentiones complentur, dormiat æger ſuper aure ægra, ad hoc etiam ualet immiſſio aquæ mellis, & propriè uiolenter cum catathir, & poſtea exiccatio cum ſtuellis de cotto. Quarta intentio, ſcilicet, accidentium correctio completur ſedando dolorem aut curando ulcera ex putredine uermium derelicta ſecundum quod in capitulis præcedentibus dictum eſt. Quinta intentio, ſcilicet, debitum regimen perficit̃ utẽdo amaris, ſalſis, acutis, & acetoſis, & ipſa maſticando maſticata in ore tenẽdo & odorãdo, etc.

DE HIS QVAE IN AVRES EXTRINSEcus cadunt. Cap. XLI.

QVum aliquid in aure figitur, oleum tepidum eſt immittendum, & patiens balneum ingrediatur, ibi moram faciẽs donec corpus eius mollificetur. Deinde narib. inſuffletur condiſi, & teneatur anhelitus ne ſternutatio ſequatur: forſitan enim ſic egredietur. Si autem fuerit difficile, & non

& non exierit, erit neceſſe ut cum ferro auri immiſſo extrahatur. Quod etiam in naribus eſt faciendum ſi quid eas ingreſſum fuerit, quod extrahi non poßit. Quòd ſi aqua aurem intrauerit, capite ad partem auris illius inclinato ſaliat æger. Quòd ſi non exierit prouocetur ſternutatio, ut diximus. Deinde oleum tepidum multotiens immittatur. Neq; hoc pro paruo eſt habendum & præcipuè ſi res malam habens qualitatem ingreſſa fuerit, ex ea nanque grauis ſequitur dolor.

Diuiditur hoc capitulū in tres partes. In prima ponit modum extractiōis rerū duarū fixarum in aure. In ſecūda ibi. Quòd ſi aqua. Ponit modū extractionis rerū liquidarū. In tertia parte ibi. Nec hoc pro paruo eſt. Facit medicum diligentem in huiuſmodi rerū extractione. In prima parte innuit duas intentiones. Prima eſt foraminis mollificatio et dilatatio & etiam mollificatio rei, quæ ingreſſa eſt aurem, aut ipſius cōminutio ſi fieri poſſit inſtillādo in aurē oleum tepidū & ægrum ponendo in balneo ſcilicet, aquæ dulcis, & maximè fomentando aurē cum philtro aut petia infuſa in aqua tepida, caue tamen ne res quę eſt ingreſſa aurem per humectationem creſcat, ſicut faba, phaſeolus, cicer & ſimilia, in his enim ab olei inſtillatione & fomentatione cauendum eſt. Secunda intentio eſt ipſius rei extractio prouocando ſternutationē cum condiſi, aut elleboro narib. inſufflato, ore & narib. clauſis, ut cum impetu aere inſpirato, uerſus aurē moto, illa res ab aure excutiatur. Si autem cum ſternutatione exire non poterit, extrahaẽ cum inſtrumēto congruo cum quo etiam extrahuntur res narem ingreſſę cuius inſtrumenti figuram uides in margine, & cum hoc etiam extrahuntur lapilli in uirga retenti. Sed bene caueat operans quomodo ipſum applicet ne in profundum rem extrahendam impellat. De expertis per me in extractione rerum infixarum in aure eſt, ut lacerta uiua aut nouiter mortua appliceẽ cum capite ſuo auri, & ligeẽ ſic per tres horas retenta, & cū eam amouebis inuenies rē infixā adherentē capiti lacertæ, & hoc ualet in extractione cuiuſcūq; rei ubicūq; fixa. In ſecūda parte dicit, quòd in extractione aquę, & rerū liquidarum debet æger ſaltare capite incuruato ſuper aure ægra & liquor exibit. & ſi non ſufficiat prouoceẽ ſternutatio ut prius. Vlterius dicit quòd medicus nō debet eſſe negligens in extractione huiuſmodi rerum, et propriè cū ſunt affectæ mala qualitate, cauſant enim interdum dolorem fortem et alia peſſima accidentia. Ingenia autē in extractione huiuſmodi rerum humidarum penes Auicen. et alios, ſunt plurima. Primum eſt cū embula, id eſt, canula perforata, cuius extremitas bene cotto circundata in aurem ponatur ut bene adhęreat, deinde cum ore potenter fiat ſuccio, exibit enim ne detur uacuum. & ſimile huic eſt cathatir cum ſua extremitate in aure immiſſum. Secundus modus eſt ut ſpogia facta ſubtilis per fortem conſtrictionem cū extremitate ponaẽ in aure: exiccabit enim humiditatem illam & ſimile huic eſt medulla meligæ, aut fuſtes anethi, aut papirus paluſtris cum extremitate ponatur in aure, poſtquam bene per conſtrictionem fuerit ſubtiliatum, ut creſcendo bene foramini adhęreat. Deinde alia in extremitate cotto circūdata uſq; ad tertiam partem ſui accendatur ignis, qui procedat ardēdo uſq; prope aurem, ægro iacente ſuper aure ęgra, & ſubitò extrahaẽ & exibit aqua. Tertius modus eſt etiam ne detur uacuum, accipiatur ueſica, & in collo ueſicæ ſit canula poſita & bene ligata, & in reſiduo ueſicę ſint tres circuli æquèdiſtātes bene adhærentes & ligati cum ueſica ſiue conſeti, & ueſica hæc cum circulis ſuis conſtingatur uerſus collum ſuum, & canula in aure ponatur cotto ſecundū extremitatem ſuā circūdata, & poſtea ueſica elongetur tenendo canulam bene firmā, & exibit aqua ne detur uacuū, & ad hoc optimè faceret follis paruus, cuius canula eſſet auri proportionata, his duabus intentionibus peractis. Sequitur tertia quæ eſt accidentium correctio maximē doloris cuius cura ſuprapoſita eſt, & imponatur in aure oleum, et propriè de amigdalis amaris ſi aqua ingreſſa fuerit, & ſi lichinium aut aliud calidum oleum roſ. omphacinum inſtilletur, & idē facit, & ordineẽ regimen ſecundū exigentiā accidentiū & intentionē, &c.

DE AEGRITVDINIBVS NASI. ET PRImò de anatomia eius. Cap. XLII.

IVxta ordinē à nobis præmiſſum habemus duo præcognoſcere. Primū eſt anatomia naſi. Secundum eſt modus congruus applicandi medicinas pro cura paſſionum naſi. Quantum ad primū naſus deſcriptiuè eſt membrū inſtrumētale in ſuprema parte corporis ſitum ad longum ex duobus oſſibus trib. chartilaginib. & duob. muſculis compoſitū, duo habens foramina uſq; ad colatorium penetrantia ad euentandum cerebrum, odorandum, diſtinguendum literas, & ſuperfluitates à cerebro euacuandum, finaliter ordinatum: eſt enim primò membrum inſtrumētale ſiue organicum, quia compoſitū, & ad plures operatiōes faciētes pro bene eſſe indiuidui ordinatū, eſt autem in ſuprema parte corporis ſitum ut eſſet cerebro proximum, eſt autem factum oblongum: ſic enim melius deſeruit ad operatiōes de quibus infra, eſt autem compoſitum ex duobus oſſibus figuratis ſecūdum formam duorum triangulorum, & ſecundum eorum angulos iunguntur colatorio, ſecundum baſes iunguntur inferius, ita ut naſus ſit maior & latior inferius q̃ ſuperius. Hęc autem oſſa fuerunt ſubtilia, ut ſcilicet eſſent leuia neque fuerunt multum dura, quia magna fortitudine non indigebant merito operationum in quas ordinantur. Fuit etiam naſus compoſitus ex tribus chartilaginibus, duabus, ſcilicet, extremitatibus duorum oſſium, quorum iuuamētum fuit triplex. Primum generale ne membra mollia ſicut cutis & muſculi immediatè oſſibus duris coniungereẽ, ſecundū fuit, ut nares ſtarent apertę, et poſſent dilatari & conſtringi ſecundum neceſſitatem aēris attracti & expulſi: ſi enim fuiſſet ſolum os non potuiſſet dilatari & conſtringi. Si uerò caro & panniculus non ſtetiſſent nares dilatatæ propter mollitiem ſubſtātię. Tertium iuuamentū, ut quatereẽ in epulſione ſuperfluitatum

ſuperfluitatū, ſic enim adiuuat ad ipſarum expulſionem. tertia uerò chartilago eſt in medio naſi diuidens ipſum per mediū ſecundum longum, et eſt durior ſuperius q̃ inferius. Hoc autē factū fuit ut in naſo eſſent duo foramina, ut ſuperfluitates expulſæ à cerebro ſecundum plurimum tranſeant ſolum per alterum foramen & reliquum attractioni & expulſioni aeris libere ſubſeruiat.

Si enim non fuiſſet niſi unum frequēter ſuperfluitatibus à capite deſcendentibus per naſum fuiſſet impeditus tranſitus aēris. Et fuit compoſitus ex duob. muſculis paruis, ut ſua magnitudine non impediret alios muſculos qui ſunt in genis deſeruientes motui labiorum & aliarum partium faciei. Fuerunt aūt fortes ut fortitudine ſupplerent quod deficit in magnitudine, & ortū habuerūt à genis, quapropter nares uerſus ipſas contrahunẽ ſecūdum uoluntatis imperium. Habuit aūt duo foramina peruenientia ad colatoriū quod eſt in oſſe baſilari, eſt em̄ ibi perforatū. Et ſimiliter perforati ſunt panniculi tegentes cerebrum ex ipſius directo uſq; ad caruncolas mām̄illares quę ſunt in extremitatibus duarū partium uentriculi anterioris. Hoc aūt factum fuit ut ſuperfluitates à parte anteriori cerebri poſſent expelli per nares, ut etiam ſpecies odoris & etiā fumalis euaporatio aēri permixta poſſent per foramina narium & colatorij & duorum pāniculorum deferri ad caruncolas mām̄illares qui ſunt organum olfactus. Subdunẽ autem poſtea in diffinitione quatuor iuuamenta ad quę naſus ordinaẽ. Primū eſt ad euentandum cerebrum quod facit mediāte multo aēre in ipſo contento, quem modificat, ut modificatus tranſeat ad cerebri euentationē, licet maior pars aeris per ipſum attracti deferatur ad cordis euentationem. Secundum iuuamentum eſt, ut multus aer in ipſo contentus receptiuus ſpecierum odoris & fumalis euaporationis melius ad odoratum deſeruiat. Tertiū ut per ipſum, ſcilicet paulatim expulſum, ſecūdum exigentiam literæ etiam diſtinguantur, nam taliter deſeruit naſus iuxta A. 1. primi, cap. de anatomia oſſium naſi, ad diſtinguēdum literas qualiter deſeruit foramen magnum fiſtulæ ad diſtinctionem ſonorum. Quartum iuuamentum fuit ad tegendum ſuperfluitates, & ipſas expellendum quæ à cerebro defluunt per nares. Cum enim manibus ſit narium conſtrictio, aer per loca anguſta impulſus expellit cū uiolētia ſuperfluitates quib. obuiat. Ex his patet ſitus naſi, figura, quantitas, numerus partium, ſubſtantia. Ex quo etiam patet complexio, eſt enim frigidæ & ſiccæ complexionis. Et colligantia, colligaẽ enim cum cerebro, colligaẽ etiā cum ore & gutture, quia per illa foramina eſt tranſitus ad guttur, colligaẽ etiam cū oculis, quia in ſuperioribus partib. oſſium naſi ſunt foramina quæ ad oculos terminantur, quapropter alcohol poſitum in oculo guſtatur, aliqua parte ipſius refudante ad os per foramina narium. Poteſt autem pati omne genus ægritudinis, ſcilicet complexionis, cōpoſitionis, & unitatis & apoſtemata cuiuſcunque generis, & hæc ſufficiant de anatomia.

Secundum autem perficiendum eſt modus applicationis medicinarū pro quo ſciendū quòd aliquando applicantur capiti, & præcipuè parti anteriori & maximè ad diuertēdum à naſo, aliquando applicanẽ ori ſub forma maſticatorij, aut gargariſmatis. Aliquando applicantur narib. quadrupliciter, aut infundendo eas liquidas in narib. capite conuerſo ad poſteriora & melius eſt, ſaltem medicina exiſtente acuta, ut os ſit plenum aqua, ſecundò naribus ſugguneẽ, tertiò ſub forma odoris & ſuffumigij applicantur, quartò ſub forma pulueris inſufflantur. Sciēdum tamen eſt, quòd ſi medicinæ fuerint acutę ſequitur odor & dolor naſi et capitis cui oportet ſubuenire cū attractione ſiue iniectione lactis & ſimilium ſedantium acuitatem & dolorem remouentium.

DE SANGVINE A NARIBVS FLVente. Caput. XLIII.

HAec quinta pars de paſſionibus naſi habet quatuor cap. quorū primū eſt de fluxu ſanguinis narium. Quid nominis ſatis notum eſt. Sed fluxus ſanguinis nariū deſcriptiuè eſt exitus ſang. per nares ſiue immediatè ueniat à narib. ſiue aliunde, pro cuius notitia ut ueniamus ad ſecundum, ſcilicet ad ſpecies ſiue modos fluxus ſanguinis narium prima diſtinctio. Sciendum eſt quòd ſanguis aliquando egreditur immediatè à uenis quæ ſunt in naribus aliquando à uenis & arterijs longinquis, ſicut ab arterijs retis mirabilis cum rumpuntur, aut ab alijs arterijs & uenis quæ ſunt in cerebro. Nōnunquàm rupta uena in pulmone ſanguine impetuoſè expulſo cum tuſſi, aliquando egreditur ſimul per os & nares. Item accidit ſanguine impetuoſè uomito. Sanguis tamen ex naribus propriè ſecundum omnem intētionem medicorum dicitur de illo qui immediatè egreditur de naribus aut cerebro ſiue rete mirabili. Secunda diſtinctio. Fluxus ſanguinis aliquando eſt paruus ſicut diſtillans, aliquando multus & impetuoſus, aliquando medius inter hos. Tertia diſtinctio. Aliquando eſt à uena, aliquādo ab arteria. Quarta diſtinctio. Aliquando eſt periodicus, aut de menſe in menſem, ſicut aliquando accidit mulierib. quibus retenta ſunt menſtrua. Hic enim ſupplet uicem fluxus mēſtrualis. Et aliquando habet alios periodos, ſecundum quod in diuerſis temporibus tantus congregatur ſanguis, ut ſufficiat ad fluxum, aliquando eſt ſine periodis. Quinta diſtinctio. Aliquando huiuſmodi fluxus eſt criticus aliquarum ægritudinum præcedentium, aliquando non criticus. Sexta diſtinctio. Eſt aliquādo iuuatiuus, aliquando eſt nocuus. Iuuatiuus quidē eſt exiſtente multa plectoria cum uenæ ſunt tenſæ, color rubeus præter modum, & facies tumens, imminet enim periculum aut fracturæ uenæ aut ſuffocationis ſubitæ. Similiter cum ſanguis eſſet nimis acutus licet etiam eſſet mediocris quantitatis. In his enim caſibus fluxus ſanguinis ex naribus optimè cōfert. Eſt enim iuuatiuus in multis ægritudinibus quæ ſunt aptè criticè terminari per fluxum ſanguinis narium, ſicut apoſtemate cerebri & proprio calido & ſanguineo aut cholerico in ſoda ex ſang. prouenīēte & in ſynāche & peripneumonia aut pleureſi et apoſt. epatis & in morbillis & uariolis & feb. ſynocha, & febre tertiana & cauſone in quib. maximè cholera eſſet mixta cū ſanguine. Sed dicit A. 5. tertij cap. de fluxu ſanguinis narium, quòd pleureſis eſt apta melius & frequentius terminari fluxu ſanguinis narium quàm peripneumonia, cuius cauſa quia ſecūdum plurimū ſit pleureſis à ſanguine cholerico qui eſt aptus per nares expelli

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.98

Et etiam uena arterialis deferens ſanguinē ad pulmonem, minorem habet colligantiam cum uena chili aſcendente quàm uenæ pectoris ab ea ramificatæ, dicit tamen A. etiam uena chili aſcendens à qua ramificātur uenæ diſſeminatæ per pectus eſt proximior uenis narium ſiue quæ terminantur ad nares quàm pars uenæ chili à qua ramificaƒ uena arterialis deferens ſanguinem ad pulmonem. Dicit tamē A. 2. quarti de iudicijs fluxus ſang. narium, quòd peripneumonia terminatur per fluxum ſang. narium, & quòd pleureſis quātum ad hoc iudicium eſt medium, quem paſſum credo ſic eſſe intelligendum, ſcilicet quòd pleureſis rarius terminatur per fluxum ſang. narium quàm multa alia apoſt. ut uerbi gratia rarius quàm apoſtema cerebri & ſynanche, frequētius tamen quàm peripneumonia, ego tamen cum uiderim centum pleureſes & multas peripneumonias, nunquàm uidi niſi unam pleureſim ſanguinis fluxu terminari. Nullam autem uidi peripneumoniam ſanguinis fluxu terminari, ſed bene multas phreneſes ſiue apoſt. calid. cerebri. Et fortè etiam quòd apoſt. epatis & propriè exiſtētia in gibbo & frequentius terminantur per fluxum ſang. narium quàm pleureſis cum trunchus uenæ chili trāſeat per gibbum epatis. Et fortè hoc intellexit A. in proprio capite de fluxu ſang. nariū, cum dixit, iuuatur eo præcipuè ægritudinibus acutis & in apoſt. intrinſecis & propriè ſanguineis & cholericis in cerebro, deinde in epate, poſtea in uelamine, id eſt, diaphragmate, et per uelamē etiam poſſumus intelligere pleuram, ex hoc ordine Auic. poſſumus elicere ſententiam prædictam. Aliquādo hic fluxus eſt nociuus ſicut quando ſuperfluit, tunc enim in cholericis facies citrinatur cholera furente & ebulliente et reſiduū ſanguinis adurente, & in phlegmaticis facies pallidatur, & fit plūbea phlegmate multiplicato, & in melanch. fit facies fuſca, & plerunque in omnib. iſtis facies tendit in colorem mortui ſpiritu paucificato, & extremitates infrigidantur & cadunt in ſyncopim, & interdum moriuntur, & præcipuè cum magna quantitas in paruo tēpore egrediƒ, ſicut 25. lib. licet mulierē uiderim euaſiſſe poſtquam ab ea egreſſæ ſunt 25. ℔. ſang. per matricem in tribus diebus, ſanguine autem in multa quantitate ſed paulatim fluente & in pluribus diebus, debilitatur epar, & peruenitur ad hydropem & corpora uehementius præparata ad fluxum ſang. narium ſunt corpora citrina ſubtilis ſanguinis, & iuuatur ex eo qui temperatus eſt.

Cauſæ fluxus ſanguinis narium ſunt multiplices, ſcilicet ſecūdum quod differenter ſanguis ægreditur. Aliquando enim aperiuntur uenarum orificia. Aliquando uenæ ſoluuntur, aut ſecundum longum aut ſecundum latum totaliter, aut ſecundum partem. Aliquando ſanguis egreditur reſudando. Orificia autē uenarū à quib. poteſt ſanguis reſudare, licet ſint multa ferè ad uniuerſam cutim terminata, unde aliqui per hunc modum ſudarūt ſudore ſanguineo, ſicut de Chriſto credimus, licet illud etiam potuerit eſſe per reſudationem à uenis. Tria tamen ſunt loca famoſa in quibus frequēter ſanguis egreditur per orificia uenarū ad illa loca terminata, ſcilicet naſus, anus et matrix.

Cauſæ autem apertionis uenarum ſiue orificiorū. Quædam ſunt primitiuæ, ſicut aër calidus, ſtatio ſub ſole, balnei ingreſſio, cibi et potus calefacientes, repletio multa ciborum, motus uiolentus, furor & ira, ſimiliter percuſſiones, caſus, & offenſiones, clamores, leuationes ponderum, iterum aliquæ medicinæ ſicut aloēs, ſcāmonea, & ſimiles. Et aliquæ ſunt corporeæ ſicut multitudo ſanguinis, aut ipſius acuitas & ſubtilitas, feb. calefacientes, debilitas uirtutis retentiuæ & ſimilia. Cauſæ autē ſolutionis uenarum ſunt iam dictæ primitiuæ & corporeæ, ſimiliter ulcera corrodētia. Cauſæ autem reſudationis ſanguinis eſt caliditas & ſubtilitas ipſius & dilatatio pororum & raritas texturæ &c.

Signa quædam ſunt prognoſtica ſicut ſplēdor apparens in utriſq; oculis & lineæ albæ, & rubedo, & citrinitas, & propriè poſt ſodam & reliquas ægritudines, de quib. ſupra, aptas fluxu ſang. terminari, ipſæ enim ægritudines ſunt ſigna fluxus ſanguinis futuri, ſpendor tamen apparens in utriſq; oculis poteſt intelligi ex parte ægri & ex parte aſpicientis in oculum, utroq; modo nunciatur fluxum ſang. futurum, pruritus autē & titillatio accidens in naſo cum ſignis iam dictis ſignificat iam fluxum ſanguinis proximum. Signa autem quòd ſanguis egrediatur ex naſo immediatè ſunt, quia per approximationem alicuius lichinij conſtringentis ad intra nares facilè ſedatur, ſecundum quia nullo loco capitis dolor percipitur, ſi uerò ſanguis ſit ex cerebro in aliqua parte determinata dolor percipitur & non facilè ſedatur fluxus ſang, imò in naſo poſita nihil conferunt. Quòd autem ſit ex ruptura uenæ in cerebro, & non ex reſudatione cognoſcitur, quia multus eſt & craſſus, proueniens autem reſudādo paucus & ſubtilis. Quòd autem ſit ex arteria cognoſcitur, quia calidus rubeus cum claritate, ſubtilis, et eſt cum ſpuma frequenter & impetuoſè egrediƒ.

Sanguis autem ex uena eſt rubeus tendēs in fuſcū, craſſus, ſiue ſpuma, cū paruo impetu egrediēs. Quòd autem ſit periodicus cognoſcitur, ex determinata periodo ſeruata, quòd aūt ſit criticus cognoſcitur, quia ſequitur alias ægritudines, & cum ipſo ut plurimum terminantur, quòd autem ſit iuuatiuus cognoſcitur quoniam ſequitur bona conferētia, et bene toleratur, contrariorum cōtraria ſunt ſigna. Cauſæ autem primitiuæ & corporeæ ſeipſas oſtendunt, quòd autem ſit ab ulceribus cognoſciƒ, quia poſt ſaniem ſanguis egreditur, & ſignificat ulcus ambulatiuū, ſcilicet corroſiuum aut putridum.

Prognoſtica. Primum. Fluxus ſanguinis narium ex fractura arteriç in cerebro difficulter curatur, & ſecundum plurimū malè terminatur, & propriè ſi frangatur arteria rete mirabilis. Secundum eſt A. Et ſcias quòd quandoq; uiuit homo fluxu ſang. nariū uſque quo egrediantur 20. ℔. & uſq; ad 25. ℔. deinde moritur, licet ut antea dixi, uiderim ſuperuixiſſe mulierē, cum tribus diebus egreſſæ fuerunt 25. ℔. ſanguinis.

Ex his quæ ſanguinis de naribus fluxum retinent, eſt ſuc. albedorogi cum camphora fuerit in eo reſoluta naribus immiſſus, confert enim ei qui hanc paſſionem incurrere ſolitus eſt, ante eam iniectus, aut

in hora ægritudinis. Aut ſumatur gipſum cinis chartæ de panno gallæ, ſang. draconis, calcis gezi, & puluerizata naribus inſufflentur. Aut lichinium in eis intinctum mittatur in aures. Aut alumen iameni puluerizatum, ut alcohol cum amilo eiuſdem quantitatis naribus inſuffletur.

Hoc capitulum de ſang. fluente ex naribus, diuiditur in tres partes. In prima ponit quædam medicamina naribus imponenda. In ſecunda ibi. Quòd ſi adhuc uehemēter, curat fluxum ſanguinis per diuerſionem. In tertia ibi. Medicamen quod uehementer ualet, ponit aliud medicamen naribus imponendum.

Prima pars poteſt diuidi in tres partes, ſecundum quod tria ſunt medicamina, de quibus facit mentionem, partes patebunt. Primum medicamen eſt ſuc. albedorogi, id eſt, ozimi maioris ſiue baſilicōis, de quo uerbi gratia ſumatur. ℥. 1. & miſceatur media drachma cāphoræ. Et ſi maior eſſet caliditas ſit ʒ. 1. confert enim, ut dicit Raſis in textu curando, & perſeuerando, cum autem baſilicon ſit triplex, ſcilicet maius habens folia magna & ſtipitē ſatis lōgum & eſt commune, ſecundum minus habens folia parua, redolens odorem gariophil. & dicitur ozimum gariophilarū, tertium habēs etiam folia ſatis magna redolens odorem citri & diciƒ citrarium. De maiore eſt hic ſermo. Retinet enim ſanguinē à forma ſpecifica, non à qualitate manifeſta. Imò quia calidum eſt fortaſſe magis adiuuaret ad ſanguinis prouocationem. Et ideo ſecū permiſcetur camphora frigida in quarto ad reprimēdam eius caliditatem, ſtuellus itaque in eo infuſus & naribus immiſſus optimè iuuat. Secundū eſt hoc. Recipe gipſi frig. ſic. & ſtiptici, cineris chartæ de panno calid, ſicci & ſtiptici, dicitur de panno ad differentiā chartæ, de papiro paluſtri ſuper qua antiqui ſcribebant, gallarum frigid. & ſic. & ſtipticarum, ſang. draconis frig. & ſic. & ſtiptici et inuiſcatiui, calcis calid. et ſic. in quarto, & cauſticæ, zezi, id eſt uitrioli calid. & ſic. in quarto, omnium ana ʒ. 1. & puluerizata ſubtiliſſimè naribus inſufflentur. Aut lichinium ex cotto prius infuſum in albumine oui, deinde iſto puluere aſperſum naribus immittatur.

Vltimum medicamē eſt alumen iameni, calidum & ſiccum & ſtipticum ſubtiliſſimè puluerizatum & mixtum cum æquali quantitate amyli retinentis ſua inuiſcatione.

Quòd ſi adhuc frequenter manauerit ſuperiores ad interiorum partes apud aſcellas cum inſtita & coxa apud inguina ligentur, & teſticuli ſunt ligandi ſimiliter. Si uerò paſſio inualuerit, phlebotometur cephalica eiuſdem partis de qua fluit ſang. Si autem nec hoc modo ſtrictus fuerit, magnæ uentoſæ cum igne ſuperponantur acutari ab ea parte de qua fluit. ſang. Medicamen quod uehementer ualet ad ſauguinem conſtringendum, ſumatur calx al. & leuis qua utuntur aurifices & ſæpe naribus inſuffletur ſine interpolatione & lichinium album. oui illinitum, ea inuolutione & naribus immittatur.

In hac ſecunda parte curat fluxum ſanguinis diuertendo. primò ſine euacuatione, ſecundò cum euacuatione, ſcilicet phlebotomia, & patet. Et in ultima parte docet aſſumere calcem, qua ſcilicet utuntur aurifices & naribus frequenter inſufflare uel in lichinium in albuine oui illinitum, & poſtea ipſa inuolutum naribus imponi &c.

Pro ordinatione curæ fluxus ſang. narium, ſciendum quòd fluxus criticus non eſt conſtringendus. Imò adiuuandus niſi uirtutem debilitet. Similiter fluxus factus à natura ſtimulata ipſius multitudine, aut etiam ipſius acuitate cum mediocri quātitate eius nō eſt reſtringendus. Imò in exitu 4. ℔. eſt aliquando ęgro iuuamentum non paruum, quo fortaſſe præſeruaƒ ab apoſtemate uel ruptura uenæ, uel morte ſubita & ſimilibus. Reliqui autem fluxus ſunt ſecundum plurimum reſtringēdi. Et etiam iam dicti, cum nimium exuberant.

Cura ergo fluxus ſang. nariū triplex exigit regimen. primum uniuerſale, ſecundum particulare, tertium commune utriuſq;. Primū completur quatuor intentionibus. prima ſanguinem infrigidat et incraſſat, caliditatem membrorum reprimens. ſecunda diuertit. tertia uias & meatus quibus ſanguis ducitur ad nares, conſtringit. quarta cauſam fluxus remouet.

Prima completur ex his quæ actu & potentia, aut utroq; modo infrigidant interius et exterius applicitis, ut ſi epar ſit in cauſa, aut cerebrum propter ſuperfluam calid. & ſimiliter uniuerſum corpus infrigidetur cum aceto, aqua roſacea, ſuc. ſemperuiuæ, ſolatri & ſimilium, quæ ſint actu & potentia frigid. ſed ſint propria membris quibus applicātur, & ſi totum corpus ſit in cauſa, totū corpus in aqua frigida infundatur, uirtute & reliquis cōſentientib. & interius ſumat ſyrupum de papauere & ſimilia, præcipuè infrigidentur teſticuli cum aceto & aqua ueri frigoris. Secunda intentio, ſcilicet diuerſio perficitur ſtringendo fortiter adiutoria prope aſcellas & coxas, prope inguina & mām̄illas in radicibus ſuis, & teſticulos quæ ligaturæ ſint doloroſæ, & ſæpe remutentur. Item ponaƒ uētoſa ſuper epate ſi fluat ex nare dextra, & ſuper ſplene ſi ex ſiniſtra, et ſuper utroq; ſi fluat ex utraque, & ponatur ſuper ſumine & ſuper ſpatulis & ſuper nocra, nam cōferunt. Item diuertatur ſanguis cum phlebotomia. Et ſi fuerit magna repletio in toto fiat ex ſaphena uel ex alijs uenis pedis eiuſdē lateris. Et ſi epar fuerit in cauſa phlebotometur baſilica. Si uerò repletio fuerit parua aut à furcula ſupra phlebotometur cephalica dextra aut ſiniſtra, & fiat ſemper phlebotomia ſubtilis & hauriatur quantitas ſang. ſecundum quantitatem repletionis & tolerantiæ uirtutis, imò lipothymia ſi ſuperuenerit, eſſet efficax remediū ſtrin-

q

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.99

gendo ſanguinem. Sed conſulo quòd ſi fluxus dat inducias ut quia nō ſit impetuoſus uel fortaſſis ſit periodicus, quòd potius reiteretur phlebot. quàm quòd magna quantitas una uice extrahatur, ſed impetuoſo & non dante inducias iudico cōtrarium. Sed Meſue dubitans à qua iſtarum duarum intentionū ſit inchoandum, in actu practico, dicit & bene. Quòd ſi fluxus ſanguinis eſt propter calid. & ſubtilitatem inchoetur à prima. Si uerò propter multitudinem tantum, aut multitudinem cum acuitate ſimul à ſecūda eſt inchoandum quamuis eadem hora ſit ad ambas feſtinandum. Tertia intentio ſcilicet conſtrictio ductuum & uiarum perficitur cum frig. actu & potentia, & ſtipticis applicitis ſuper loca uiarū & tranſitus ſang. ad nares, & cum debita conſtrictione, quapropter applicētur acetum & aqua roſ. & ſimiliter ſuc. frig. iam dicti ſingulariter aut coniunctim circa collum ut oppilentur & claudantur uenæ, deferentes ſanguinem ad caput, hoc idem fiat circa frōtem & tempora, & ſi opus ſit maioris conſtrictionis ſupraſcriptis poſſunt addi bolum armenum, terra ſigillata, ſang. draconis, albumen oui, trochiſci de karabe de terra ſigillata & ſimilia. Quarta intentio, ſcilicet remotio cauſæ perficitur hoc modo. Nam ſi cholera fuerit in cauſa calefaciens, ſubtilians, mordicans, & ſtimulans uirtutem expulſiuam euacuetur cum decoctione prunorum, tamarin. mirob. citrin. cum pauco caſſiæ aut mannæ. Si uerò aquoſitas eſſet in cauſa educatur cum decoctione aut ſuc. ireos et ſimilibus, ſint tamen admixta cum mirobalanis chebulis, bdellio & ſimilibus conſtringentibus. Et in hoc caſu prima intentio iam dicta nō habet locum. Et tertia intentio complenda eſt calidis, & ſic. ſtipticis inuiſcantibus, ſicut cū thure, maſtiche, alumine, nuce cupreſſi & ſimilibus, quæ tam in decoctione, quàm in ſubſtantia poſſunt applicari ad conſtringendum uias & tranſitus. Et nota quòd ubi fluxus eſſet periodicus, aut daret inducias, hæc intentio quæ eſt quarta deberet eſſe prima, ſed in fluxu nō dante inducias debet eſſe quarta &c.

Secundum regimen, ſcilicet particulare ſiue locale completur cum medicinis naribus impoſitis cōſtringentibus ſecundum unam aut plures harum quinq; uirtutum. Prima eſt uirtus infrigidatiua congelans ſanguinē & incraſſans. Et iſtæ ſunt ſicut opium, hyoſcamus, camphora, mādragora, papauer, ſolatrum, ſemen lactucæ & ſuc. eius, ſemperuiua. Aliæ ſunt cauterizantes, facientes eſcaram, ſicut arſenicum, calx, colchotar, calchantum, æs uſtum, flos æris & ſimiles, & Cauteriū actuale ubi conuenienter pōt applicari, obtinet principatum. Cōglutinatiuæ uerò ſunt ſicut farina uolatilis, albumen oui, charta combuſta, ſpōgia marina combuſta, pili leporis & coagulum eius, fumus thuris & thus, aloēs, gypſum, gummi aſſum, dragagan. combuſtum, pennę combuſtæ, & raſura lebetis terrei qui ſæpe ſteterit ad ignem. Aliæ ſunt uehementer ſtipticæ. ut roſa, ſemen eius, ſuc. barbæ hircinæ, gallę. ſuc. palmę, balauſtia, cortices granatorum, alumē, hęmatites, myrrha, karabe. ſang. draconis, bolus armen. terra ſigillata, acatia, ſuc. rubi, ſuc. foliorū pirorū & ſimiles. Aliæ eñ à proprietate retinēt, ſicut ſtercus aſini odoratum inſufflatum. Similiter ſtercus porci, ſuc. porri, ſuc. baſiliconis, menta & plura his ſimilia. Cerebella autem gallinarū comeſta in magna quantitate retinent ſanguinem fluentem de pelliculis cerebri. Et ſecundum ſententiam Gal. quinto de ingenio ſanitatis, thus & aloēs incorporata cum albumine oui, ita ut habeant mediocrem ſpiſſitudinem, ſicut mel excedunt omnes medicinas in conſtrictione ſanguinis fluentis ex pelliculis cerebri. Et in hoc medicamine ſecūda uirtus aloēs quæ eſt inuiſcatio reducitur ad actum, & nō tertia per quam aperit orificia uenarum. Vbi contra, ſi in potu ſumeretur tertia reduceretur ad actum, & non ſecunda, uel ſaltem magis operaretur per tertiam quàm per ſecundam. Securiores tamē medicinæ & cæteris prædigendæ ſunt ſtipticę inuiſcantes, reſtringentes à forma ſpecifica. Frigidę enim congelantes corrumpunt ſpiritum & calorem innatum, ſed in approximatione cauterizantium eſt timor de caſu eſcaræ, & de fluxu uehementiori. Iſtæ uerò medicinæ aliquando applicātur ſub forma pulueris, & ſunt ſubtiliſſimè pulueriz andæ, & elaborandum eſt ut bene adhæreant. Aliquando approximētur ſtuellæ flue tentæ infuſæ in ipſis & elaborandum ut bene obturent na[illegible] multum ad ſuperiora tranſeant, neque remoueātur niſi poſtquam de fluxu ſanguinis ſecuri ſumus.

Sunt tamen aliquæ medicinæ quę portatæ, uel ſuſpenſæ collo, ſtringūt ſang. ſicut iaſpis & ſimilia. Tertium regimen reſpicit accidētia, ſubueniatur ergo debilitati uirtutis cum uino, aqua carnium et ſimilibus. Item ſi ſanguis tranſiret ad pulmonem procuretur eius extractio, & melius eſſet ut tranſitus eius ad pulmonem prohibeatur frequenti extractione eius quod deſcendit. Et ſimiliter prohibeatur eius tranſitus ad ſtomachum, & ſi tranſiret uomitu educatur, & ſi tranſierit ad inteſtina cum ſolutiuis, & ſang. diſcoagulantibus per os ſumptis, & cum clyſteribus &c. Regimē autem ſex rerum non naturalium declinet ad frigidū & ſic. ſcilicet aēr, & cum hoc ſit boni odoris, unde ſternātur in loco habitationis folia pirorum, citoniorū, meſpilorum, ſorbarū rubi & ſimilia, & ſit aēr aliqualiter obſcurus. Et pauca etiam habeat ueſtimēta & nō ſtricta, & propriè circa collum. Et nihil teneat in capite, & ſtet capite eleuato. Cibi ſint ſimiliter huiùs intentionis frigidi, ſic. ſtiptici, uiſcoſi. Et bibat aquam calibeatam.

Et comedat pedes & extremitates animalium, & piſces uiſcoſos, ſomnus ſit multus, ſed interruptus, ne ſanguis declinet ad pulmonem, uel ad ſtomachum, & dormiat capite eleuato, procuretur uentris ſolutio cum clyſteribus leuibus & ſimilibus non agitātibus. Nares autem nō demucet, aut demucet minus quàm poteſt. Sit quietus animo et corpore, ita ut uix loquatur, & caueat ab ira, furore, gaudio, timor tamen adiuuat ad conſtrictionem.

DE VLCERIBVS NARIVM. Caput XLIIII.

QVid nominis & quid rei ulceris nariū ſunt ſatis ex dictis manifeſta. Species autem ſumuntur quādoq; ex parte membri patiētis, quādoq; ex ulcerib. in ſe ipſis. Primò namq; quædā ſunt extrinſeca quędā intrinſeca. Intrinſecorū autem quædam ſunt in alkaieſim & ſunt praua, quędam in colatorio & ſunt prauiora. Quædam in caruunculis mammillarib. peruenientia uſq; ad ipſam cerebri ſubſtantiā, & ſunt prauiſſima. Et ubicunq; ſunt, aliquādo ſunt ſuperficialia, & ſunt leuiora, aliquādo ſe profundant ſicut cauernæ & abſconſiones, & ſunt difficilia. Ex parte aūt ſui diſtinguuntur. Nam quædam ſunt ſic. cruſtoſa à quib. ferè nihil emanat, et ſunt ſuperficialia pēdentia à uaporibus aut humorib. aduſtis, quędam ſunt humida à quibus notabiliter ſanies emanat. Et iſtorum quædam ſunt munda à quib. ſanies laudabiliter emanat, quædam uirulenta, quædā ſordida, quædam putrida, quædam corroſiua, quædam fiſtulæ, quædam cancroſa. Item quædam horum ſunt recentia, quędam chronica & antiqua. Cauſæ ulcerum ſunt apoſt. aut bothor quę rumpuntur in naribus. Aut uulnera à cauſa primitiua illis partibus illata, quæ poſtea fiūt ulcera. Aut humores acuti paulatim ſe profundātes. Aut uapores acuti ad partes nariū eleuati paulatim excoriātes donec ſe profundent. Cauſæ remotiores ſunt quęcunq; poſſunt hos humores & uapores multiplicare, & hi humores quandoq; defluunt à capite per uiam catarrhi. Aliquando ab alijs conſurgunt partib. & quādoq; in principio cum ueniūt ad membrū non ſunt aduſti, ſed poſtea tandē aduruntur ſicut uidemus multa apoſt. à principio non cancroſa, quæ tandem ad cancrum permutantur. Signa. Vlcera ſi extrinſeca ſint ſenſui ſubiacent. Si uerò profundentur, ex ſanie, aut ex cruſtis deinde egredientibus cognoſcuntur, & dolore interius ſenſato, nam ubi dolor ibi ægritudo.

Et ſi ſint in Kaieſim frequenter obturant nares. Et ſi in colatorio ſanies fœtens per os egreditur. Quæ ſi proueniat ex ulcere & corruptione oſſis eſt ſubtilis. Sed in carunculis mām̄illarib. nocetur olfactus. Et ſi proueniat ad cerebrum anterius tandem nocetur ſenſus cōmunis & adeſt febris. Et ſi profunda ſint & ampla, ex egreſſiōe multę ſaniei. Si mūda, etiā ex ſanie laudabili. Si ſordida ex ſanie craſſa.

Si uirulenta, ex ſanie ſubtili. Si putrida ex fœtore ſaniei.

Si corroſiua ex exitu ſang. cum ſanie, aut poſt ſaniem corroſione tendente ad partes ſanas. Cancroſa ex ſignis cancri cognoſcuntur, maximè ex dolore fulmineo cum ſanie fœtentiſſima inde egrediēte. Sed fiſtulæ ex antiquitate & ſanies communiter eſt ſubtilis quæ aliquando paucificatur, aliquando multiplicatur. Cauſæ autem ulcerum ſeipſas oſtendunt.

Prognoſtica. Primum. Vlcera extrinſeca ſuperficialia, munda, recentia facilè curantur. Secundū. Occulta profunda immūda difficillimè curantur maximè oſſib. nariū & colatorio cōmunicata. Putrida uerò corroſiua cācroſa maximè carūculis mām̄illaribus et cerebro cōmunicantia plurimū ſunt pernitioſa. etc.

CVm in narib. fuerint eſcaræ, cera & oleum, & adeps gallinaceus eis immitatur. Et aquam calidam narib. in mane multotiēs per aliquot dies odoret. Cūq; puſtula egredi cœperit, lichinium aceto forti infuſum in quo ſal poſitum ſit naribus immittatur, ac ſuper eas ſimiliter ponatur, ſiccabuntur enim ex hoc, & non prolongabitur earum mora. Quòd ſi ulcera ibi affuerint, unguento de ceruſa curentur.

Diuiditur hoc caput in duas partes, primò ponit curam ulcerum quæ ſunt ſicca cruſtoſa. In ſecunda. Quòd ſi ulcera etc. Ponit curā ulcerum humidorū.

De prima dicit, quòd cum in naribus ſunt eſcarę et cruſtæ, primò debet æger odorare frequenter aquam tepidam, id eſt, uapores aquæ calidæ ad nares recipere, poſtea immediatè naribus imponere unguentum hoc. ℞. adipis gallinæ, olei añ. ℥. s. uel quantum uis, ceræ quantum ſufficit, fiat unguentū molle, hoc ter aut quater in die ponatur debitè calidum & continuetur quouſq; eſcarę ceciderint, & poſt earum caſum ſtuellus ex cotto in aceto ſolito infuſus naribus immittatur & aliquotiens replicetur, ex his enim medicaminib. æger ſatis citò ſanabitur. De ſecūda parti dicit, quòd ſi ulcera, ſcilicet humida in naribus fuerint curētur cū unguento de ceruſa, cuius deſcriptio notiſſima eſt, & propriè apud Meſue, & maximè ſi ulcera ſuperficialia fuerint, & affuerit ibi mala complexio calida.

Horum ulcerum cura triplex exigit regimen, uniuerſale, particulare, & tertium quod eſt commune utriq;. Vniuerſale uerò quatuor completur intentionibus. prima eſt euacuatio, ſecūda diuerſio, tertia regimen membri mittentis, quarta fluxus interceptio. Pro prima intentione complenda maximè attendatur cacochimię totius, & maximè membri mittētis ita ut fiat phlebotomia, aut aliā euacuatio ſecundum quod oportet etiam iterata ex ſuis partib. minoratione, digeſtione & eradicatione, quæ qualiter fieri debeat eſt ſatis ex ſæpe dictis manifeſtum. Secūda ſcilicet diuerſio completur cum omnibus aut pluribus generibus diuerſionum de quibus ſæpe dictum eſt: Sed ex proprijs eſt uentoſatio aut ſanguiſugarum applicatio circa ſecundā aut primam ſpondilē, ſicut ex propriè eradicatib. cauſam coniunctā, eſt phlebot. uenarū naſi.

Regimen autem membri mittētis, quod ſecundū plurimum eſt cerebrum completur euacuando ab ipſo diſcraſiam eius corrigēdo & confortādo, quod qualiter fieri debet, patet ex præcedentibus taliter etiā rectificetur epar & cętera membra principalia & ſibi deſeruientia, ut ſanguis delegatus ad nares ſit conueniens in quantitate & qualitate. Intercipitur autem fluxus ungendo nares circum circa cum defenſiuo facto ex bolo armen. aceto, oleo roſaceo, aut ſibi ſimilibus, ſecundum diſcraſiæ exigentiam, & ſimiliter ponēdo ſtiptica, fluxus ad nares prohibentia, fronti & temporibus ſi per eam regionem materiæ fluxerint. Secundum uerò regimen, ſcilicet locale, ſi ulcus fuerit cruſtoſum perficitur, 2. intentionibus.

Prima eſt mollificatio cum unguēto in textu dicto, & uapore aquæ calidę, aut aliqua decoctione mollificāte, prius naribus applicita, & ex poprijs eſt butyrum recens. Et ſi affuerit caliditas miſceatur cum oleo uiolaceo aut mucilagine pſilij, aut mucilagine ſem. cytoniorum. Et ſi non fuerit caliditas cum oleo ſeſamino, amyg. dulcium, & pinguedine gallinæ, mucil. maluauiſci, ſem. lini & ſimilibus, et eſcara remota infundatur, ſtuellus in aceto ſalito & expreſſus aliqualiter inuoluatur unguēto de ceruſa aut tetrapharmaco facto ſcili-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.100

cet ex lythargyrio, aceto & oleo, aut cum unguento de thutia & narib. immittaẽ. Si uerò ulcus fuerit humidum & mundum ſolum tres exigit intentiones, primò ſcilicet mundificationẽ complendã cum aqua mellis, quod ſit ſubquadruplum ad aquã, & ſi ſit cũ ſignis frigiditatis, cum uino decoctionis mellis & bulliat ad conſumptionem tertiæ partis. Secũdò, carnis generationem, complendam cum his quæ dicta ſunt in cura ulcerum aurium, ab illo tamẽ poteſt demi ziniar cum huic minus ſicca debeanẽ quàm auribus, & magis ſicca quàm oculis. Vnguentum quoq; tetrapharmacum & de ceruſa eſt ad hoc cõueniens, & cum hoc cõplebit etiam tertiam intentionem quę eſt ſigillatio, et ſi opus eſt confortetur cum pauco colcothar aut alumine. In ulcere uerò ſordido indigemus maiore abſterſione, ſicut oxymelle ſimplici, & etiam ſcyllitico apud maiorem neceſſitatem, & poſtea generetur caro & cicatrizetur ſecũdum oportunitatem. Sed in uirulentis maiori indigemus exiccatione, ſicut ſang. dracõis, ſcoria ferri, tuthia, cadmia & ſimilibus cum ſuc. plantaginis, quibus apud maiorem neceſſitatem poſſet addi aliquid aluminis aut aliquid paruũ aquæ aluminoſæ, & pauca indigemus abſterſione. Et hæc etiã cicatrizabũt, et propriè ſi ponatur in forma pulueris. Et ſi tuthia aut cadmia miſceantur cum thure aut ſarcocol. cum oleo roſ. & cera carnem generabunt. Si uerò ulcus fuerit putridum cum carne aut oſſe corrupto, aut corroſiuum, aut fiſtula, quatuor exigit intentiões, ſcilicet, corroſionem aut cauterizationem complendam cum ferro ignito figurato ſecundum exigẽtiam partis cauterizandæ, & propriè ſi malitia fuerit magna. Et melius eſt ſi ferrũ illud ignitum immittaẽ per cãnulam ferream circumlutatã luto ſapientię ſiue alchimiſtarum, aut cũ medicina corrodente, aut cauſtica. Et ex leuib. eſt unguentum Aegyptiacũ, & fortius illo eſt quod fit ex uiridi æris alum. melle ana partib. æqualib. & adhuc fortius eſt quod fit cauterio facto cum capitello diſſoluto, fortiſſimum autẽ omniũ eſt arſenicum ſublimatum. Sed non ponatur niſi in pauca quantitate, ſcilicet, ad quãtitatem grani mellicæ, aut grani frumenti. Ex eo tẽpore quo iſtæ operatiões fiunt tueanẽ partes circunſtantes cum aquis & ſuccis frig. poſtea procuretur caſus eſcaræ non quidẽ putrefacientibus, ſed cum uitello oui, oleo roſaceo, & pauco ceruſæ, aut cũ ſtuello in lacte infuſo, et poſtea locus mundificeẽ cũ aqua mellis, tertiò caro genereẽ. Et tãdem cicatrizeẽ. Et ſi eſſet os diſcoopertũ, tenteẽ ipſius ſquamatio et oſſis corrupti emiſſio cũ alumine aut uitriolo ſępe ſuper oſſe iterato. Si uerò ulcus eſſet occultũ, & profundareẽ ad colatoriũ, & ad partes diſtãtes mũdificeẽ cũ hydromel attracto per nares. Et ſi opus ſit maiori exiccatione addaẽ oxymel ſimplex aut cõpoſitũ. Et adhuc apud maiorẽ neceſſitatẽ & ubi eſſet caro putrida, addatur unguentum Aegyptiacum & per nares ſuggatur, ſed melius eſt ut capite cõuerſo ad poſteriora per nares huiuſmodi inſtilleneẽ etiã fortiter ſuggendo. Quidam præcipiũt filum ſuggi per nares, & elaborare ut deſcendat per os, & habeat plures nodos, & in modum ſerræ trahatur & retrahatur donec locus ſanguinet. Quæ operatio mihi uidetur ſatis uana & fortuita, ſecabitur enim non ſecandum. Sed fortè in hoc poſſet eſſe aliquod iuuamentum, ut in extremitate fili ligeẽ aliqua petia ſubtilis linea, & unguẽto aliquo ungaẽ, aut aliquo liquore ut attrahaẽ ſuperius per filum egrediens, per os, & ibidem dimittatur uſq; ad ſequentem mutationem, & poſtea in ſequente mutatione illi petiæ quæ ſecundũ aliquam partẽ remãſit extra nares ſumaẽ alia petia cõſimiliter uncta & attrahaẽ, debet aũt petia illa eſſe uncta aut infuſa in liquore conueniente ad intentionem quam quæris, ſcilicet corroſionis, mundificationis, conſolationis &c. Sed maximè cum opus eſt ſuperflua corrodere, Aliter & melius poſſemus primam petiam abijcere & filo interius remanenti aliam innectere, & ad ſuperiora trahere. Dicit enim Meſue quòd conſuetudinaria ulcera, id eſt, longo tempore conſueta ex defluxu ſcilicet materiæ ad nares quæ ſunt ſicut cruſtę & bothor rub. coloris, et aſperitates curantur cum duob. cauterijs poſitis inter labia & gingiuas iuxta dentes caninos, & aſcendunt hinc inde ad colateralia naſi, & debent fieri cum duobus ſtilis ignitis, & debent etiã dimitti aperta longo tẽpore ut materia illuc deriuetur. Filius Zacharię, medicamen conferens ulceribus narium. ℞. ceruſę, lithar. plumbi uſti, ana partes æquales, lauentur pluribus uicibus poſtquàm fuerint trita, deinde fac unguentũ cum uino & oleo myrthino diu conterendo in mortario, nunc uinum, nũc oleum, uſq; dum inſpiſſetur, & fit mortarium de plumbo, & ſimiliter piſtellum et propriè quando ulcus eſſet cancroſum, & tunc dimittatur uinum & ponatur ſuc. ſolatri, cadmia quoq; & tuthia ſunt in hoc caſu præſtans. Ex medicinis cõmunibus eſt ut ſumanẽ granata aceroſa, ſed melius eſt ſuccus eius cõtritus cum tota ſubſtantia ſua, decoquatur in uaſe æreo poſt ipſius contritionẽ donec perueniat ad medietatem, & lineatur ex ea et tenta adminiſtreẽ. Tertiũ regimen corrigit accidentia doloris quod perficitur cum lacte narib. impoſito, aut uitello oui & oleo roſ. & ſimilibus mitigantibus ardorem ſequentẽ medicinas acutas. Regimen aũt uitæ declinet ad ſiccũ cum temperamento actiuarum, uerum tempore huiuſmodi fortium operationum ſicut cauterizatio cũ ferro, aut medicinis acutis, ſit dieta tenuis, ſine uino & carnibus declinans ad frigidum.

DE POLYPO ET HEMORROIDIBVS. naſi. Cap. XLV.

Circa rub. ſciendum, quòd reperiuntur iſti termini hæmorrhis, alharnabeth, polypus qui ſignificant carnes additas in narib. & frequẽter hi termini accipiuntur ut ſynonymi. Sed uim uocabuli conſyderanti apparebit quòd hæmorrhois de qua hic eſt ſermo, ſit additio carnoſa in naribus à qua ſanguis facilè profluit. Hæmorrhois enim græcè, fluxus ſan. latinè, hoc aũt eſt quia oritur ab extremitatibus uenarũ quæ ad nares terminantur. Alharnabeth uerò & polypus importãt additionem carnoſam in naribus non connotãdo pronitatem ad fluxũ ſang. ſed ex intẽtione Auic. uidetur poſſe dici alharnabeth ſiue polypum eſſe carnem duriorẽ quàm ſit hæmorrhois. Polypus aũt dictus eſt hæc ægritudo ad ſimilitudinem carnis piſcis qui polypus dicitur, qui tendit in albedinẽ, aut quia habet multos pedes, id eſt, radices quib. narib. alligaẽ ſicut polypus piſcis qui propter hac cauſam multipes dicitur. Et bene conſyderãti apparebit huiuſmodi carnes eſſe morbum in numero cum ſit aliquid additum ſupra partes narium ſenſibiliter lædens operatiões.

Polypus ſiue hæmorrhois eſt duplex. Eſt enim alter quædam caro mollis alba aut rub. à qua humid. profluunt ſine dolore, habens radicem gracilem, quę caro aliquando multum prolõgatur donec nares egrediatur. Aliquando trãſiens per palatum apparet in ore. Sed alter eſt caro durior tendens in rubedinem uel fuſcedinẽ, à qua minor humiditas profluit exiſtẽs cum dolore, habens radicẽ firmiorem, & communiter minus prolongaẽ, & hæc aliquãdo malignata materia propter inciſionem aut approximationem medicinarũ acutarum aut ex longitudine temporis cum malo regimine ſex rerum nõ naturaliũ uertitur in cancrum. Aliquando tamen in narib. fit cancer, incipiẽdo, quia incipit ſicut faba parua, durus, fuſci coloris, cũ dolore fulmineo ſecũdum radicem in profundũ affixus, & incipit ſecundũ plurimũ in parte inferiori naſi, qui ualde tandem augmẽtatur donec nares impleat ipſas ualde extendens cum magna duritie, & communicaẽ collatorio apparẽs in palato cũ dolore & duritie, & cũ ulceraẽ emittit uirus fœtentiſſimũ, & incraſſanẽ labia ulceris & inuerſanẽ.

Ex his manifeſtæ ſunt ſpecies polypi ſiue hæmorrhoidis. Eſt enim quidam mollis, quidã durus, quidã paruus, quidam magnus ualde elongatus donec extra nares pendeat aut in ore appareat, & communiter quanto eſt mollior magis prolongatur, quidam antiquus, quidam nouus, & quidam habet radicem ſuam ſuperius ualde affixam in ſuperiori parte. Quidam in parte inferiori quæ ſenſui ſubiacet, & eſt aliquando una caro, aliquando plures quæ habent radices ſuas diuerſas, & eſt aliquando cum fluxu ſanguinis aliquando ſine. Et Meſue ponit quòd aliquis eſt mollis, fœtidus, putridus, qui fortaſſe nõ ſanatur, quod poteſt eſſe uerum, quia corrũpit partẽ in qua.

Cauſa autẽ materialis ſunt humores à cerebro ſecũdum plurimum deriuati, aliquando in narib. paulatim congeſti ex nutrimento ſcilicet ipſorũ qui in hãc carnem paulatim, & in longitudine temporis cõuertunẽ à uirtute nutritiua aut augmẽtatiua ad hoc concurrentente ſua complexione & ſpiritu uitali et naturali, ita ut forma carnis inducatur, cuius carnis finis in quãtum morbus eſt ut noceat operationib. narium, qui tamen finis eſt pręter intentionem uirtutis, ſed finis ipſius in quantũ caro intentus à uirtute eſt ut ipſa conſeruetur, humores autem iſti qui ſubijciuntur pro materia carnis mollis albæ ſine dolore ſunt à prædominio phlegmat. quib. aliqua pars ſanguinis eſt admixta nulla participante aduſtione. Materia aũt carnis durioris tendentis in colorem rub. & aliquando fuſcum, ſunt humores phlegmat. et ſanguinei per aduſtionem tendentes in melanch. & quandoq; cum his permiſcetur aliquid choleræ, aut melanch. propter cuius admixtionem aliquando tendunt in fuſcũ huiuſmodi additiones. Materia autẽ cancri poteſt eſſe quęcunq; melanch. aduſta, hoc autem non eſt caro ſed apoſt. Signa ex iam dictis ſunt manifeſta, & eſt quilibet polypus, cum oppilatione foraminis naſi & impedimento reſpirationis, & ſpecies ipſius manifeſtæ ſunt ex iam dictis, et ſigna, diſtincta inter eas, & ſigna quibus à cancro differunt &c.

Prognoſtica. Primũ. Huiuſmodi carnes molles albę ſine dolore facilè curantur, timor tñ magnus eſt cũ ſunt hęmorroides de ſuperfluo fluxu ſanguinis. Carnes duriores cum dolore difficulter curantur & tranſeunt in cancrum. Secũdum pronoſticũ. Cancer etiã incipiens, curari non poteſt niſi tota ſubſtãtia cui affixus eſt eradicetur, Illi ergo cancri ſunt incurabiles, qui non poſſunt propter loci nobilitatem eradicari.

Quum intus in naribus caro ſuperflua mollis et quaſi diſſoluta, rubea aut alba exorta fuerit, & nares incraſſari cœperint, ac ex carne prædicta repleri. Cephalica prius erit phlebot. Deinde lichinũ ex unguẽto uiridi quod in cap. de corrodentib. carnẽ nominauimus liniendũ, & narib. erit immittendũ. Si uerò iſtud nõ ſuffecerit, medicamẽ acutũ quod ibi deſcripſimus apponatur, donec ex toto mũdificetur. Hæc præterea quandoq; curatur cum ferro radicitus omnino incidẽdo. Medici tamen plurimũ in hoc errant, unde ex eorũ cura æger maximũ incurrit nocumẽtum, in hoc namq; loco cancer plurimũq; exoritur.

Verũ cãcer quãdo in hoc naſcitur loco, nec tolerat acutas medicinas nec inciſionem quæ cũ ferro fit. Imò indiget ut ſuauiter tractetur, & medicaminib. lenientib. & phlebot. et uẽtris ſolutiõe curetur. Cognoſcitur aũt an illa accidẽs ſit cancer, quia eſt durus pertingens quandoq; uſq; ad palatũ. Sed cũ nares ſiccæ ſint et duræ, nec ſit in eis aliqua humidit. ſummopere cauendũ eſt, ne hæc ægritudo aut ſimilis ferro, aut acuto medicamine tangatur. Si aũt quod in narib. exoritur & caro eſt mollis, fluxerintq; ex eis humores, & cum nares ſtringuntur inueniuntur molles, & cũ tangũtur, tactus nõ ſentitur ſolidus, nõ eſt timendũ quin ex medicaminibus acutis & ferro mederi poſſint.

Diuiditur præſens caput in partes tres. In prima notificat hanc ægritudinem. In ſecunda ibi. Cephalica prius erit phlebotomanda. ponit curam eius. In tertia ibi. Medici tamen, docet quendam errorem euitare. Quod dicit in prima parte notum eſt, per diſſoluta, intellige quod habeat radicem & tenuem & exilẽ.

Quod dicit in ſecũda parte eſt etiam manifeſtum. Sed unguẽta illa corrodẽtia & cauterizãtia require ſeptimo huius cap. de medicinis quę carnẽ ſuperfluã remouẽt, quorũ deſcriptionẽ ponã, qñ ordinabo curã.

In tertia parte docet euitare errorem, quem medici

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.101

plerunque incurrunt.

In hoc namque loco plerunque fit cancer, aut incipiendo, aut permutando, qui neq; curationem cum ferro, neque fortes etiam ſuſtinet medicinas, immo medicinis blandientibus, phlebotomia, uentris ſolutione & conueniente uitę regimine ad frigidum & humidum declinante curandus eſt. Quapropter ſigna diſtinguentia inter polypum non malignum & polypum malignum tendentem in carne, immo cancrum ipſum ſunt bene cõſyderanda. Cum enim fuerit durus fuſci coloris nõ emittens humiditates communicatas palato cum dolore fulmineo & radicibus magnis non gracilibus non eſt procedendum in eius cura cum ferro aut medicinis acutis. Vbi uerò adſint contrariæ conditiones cum ferro & medicinis acutis curari poteſt. Immo cãcer ipſe incipiens, exiens ſicut faba parua, nõ debet ferro aut medicinis acutis curari, niſi uoluntas ſit ipſum cum tota parte cui affixus eſt eradicare.

Cura polypi ſeptem exigit intẽtiones. prima euacuat. ſecunda diuertit. tertia materiam fluẽtem intercipit. quarta polypum remouet. quinta conſolidat. ſexta corrigit accidentia. ſeptima ordinat regimen.

Prima intẽtio & ſecunda complentur cum extractione ſanguinis, ſecundum plurimum phlebotomia aut uentoſatione, aut ſanguiſugarum applicatione, ſi non toleret phlebotomiam. Prouocatione hæmorrhoidarum & mẽſtruorum ſi fuerint in cauſa eorum retentiones. Et phlebotomia uenarũ nocreæ & cæteris diuerſionibus pręterquàm per nares uſque ad cauterium in commiſſura coronali. Phlebotomia uenarum naſi & fluxus ſanguinis narium potius eradicãt quàm diuertant.

Fluxus materiæ intercipitur iuxta tertiam intentionem cum ſtipticis applicitis fronti & temporibus ſi fluat per partes extrinſecas. Si uerò per intrinſecas, potius nocent quàm conferant. Sed cum inciditur & cauterizatur polypus eſt conueniens ut fiant huiuſmodi defenſiua fronti, temporibus & circa naſum, ne ex defluxu humorum propter dolorem loca illa apoſtementur.

Quarta intentio perficitur ſi fuerit ex mollibus trahendo ipſum cum tenacula dẽtata per quamcunque partem appareat quantum eſt poſſibile, dummodo non rumpatur. Et incidatur in radice ſua ut nihil aut minimũ de eo remaneat, ut cũ forfice ſubtili, ſtricta, aut cũ raſpatorio ſubtili, paruo, cuius ſit poſſibilis in nares ingreſſus, aut cum cultello, non ex lateribus incidente ſed ſolum ſecundum extremitatem ſuam quę ſit lata & optimè incidẽs. Et ſi dubitetur de fluxu ſanguinis huiuſmodi inſtrumenta cum quibus fit ſectio igniãtur, poſtea reſiduum cum ferro ignito aut cum medicaminibus acutis, de quibus infra conſumatur. Si uerò abhorrentur huiuſmodi operationes, aut aptè fieri non poſſunt, conſumendus eſt cum medicinis acutis, quæ in radice ſua ponantur. Et ſi pro his operationibus perficiendis nares nõ ſint ſufficiẽter apertę aperiãtur & apertę teneantur cum ſpeculo naſi, cuius figura eſt hæc in margine depicta. Deinde ſtuellus de cotto inuolutus in unguento uiridi à Raſi deſcripto 7. huius ſuper radice ponatur. ℞. uiridis æris, bene depurati mel. añ. ℥. 1. optimè permiſceantur. Et hoc etiã confert in corroſione carnis in naribus ſuperfluæ, & ſic medicetur mane & ſero donec fiat eſcara fortis.

Aliud fortius & citius expediens eſt ut ſtuellus infuſus in aqua forti, ſcilicet, qua ſeparatur aurum ab argento, aut in aqua diſſolutiõis cauterij ſuper radicem imponatur. Eſcara autem perfecta procuretur eius remotio cum uitello oui, cum oleo roſ. mixto donec cadat, & ſi tota radix conſumpta ſit, ita ut ſeparetur bene eſt. Si uerò non idẽ medicamẽ & eodẽ modo replicetur donec tota cõſumpta ſit, & ſtuelli illi ſint cũ filo ligati quod pendeat extra, & aliquãdo imponimus per os & nares ſuper radice polypi ſtylum in extremitate ſua cotto inuolutum, & infuſum in aqua forti ſæpius replicando donec fiat eſcara, ſed oportet ut aqua illa ſit ualde fortis, ſicut illa cuius deſcriptio eſt apud Raſim 7. Alman. cap. de his quæ minuunt carnẽ. ℞. arſenici citrini, alchali, id eſt, cineris facti ex herba ſalſa inuenta in littore maris, calcis uiuæ, uiridis æris, ana. ℔. 1. agenti uiui,. ℔. 1. ſalis armon. ℥. 3. terantur omnia cum aqua donec argentum uiuum ſit extinctum. Et fortè melius eſt quòd aqua illa ſit aqua fortis facta ex calce & cinere, & in ſumma ſit capitellum, poſtea exiccentur, & exiccata iterum terantur, deinde in alambicho alchimiſtarum totum ſublimetur, et quod ſublimatum eſt, in ampulla uitrea totum reſeruetur: eſt enim faciens operationem ignis, & ad hanc intentionem eſt calidicon in eodem cap. à Raſi deſcriptum, hãc operationem maximè facimus cum apparet in ore, cum ibi aptè non poſſint medicinæ dimitti. Operatio autem Meſue & Auicen. eſt cum tribus pilis caudæ equi nodatis in tribus aut quatuor locis, & contortis adinuicem, & retractis nunc per os, nunc per nares in modum ſerę, quæ operatio eſt ſatis fallax & fortuita, cui parum initendum eſt. Verum cum polypus eſt occultus ſi attrahatur per nares filũ, in cuius extremitate ſit ſuta petia unguento, aut aqua ad hoc propria intincta eſt cauſa, ut medicamen applicetur ſuper polypo, & applicatum remaneat, & in ſecunda mutatiõe parti petiæ, quæ remanet extra nares ſuatur alia petia, & ſimiliter per nares trahatur, & ſic fiat quouſque uolueris. Sed melius eſt ut prima petia abijciatur, & filo interius remanenti alia petia conſuatur, & in nares cum eodem filo trahatur, & ſic fiat in qualibet mutatione, quandoq; tamen in auferendo polypum procedimus, cum medicinis lenibus ipſum in longo tempore auferẽtibus, ex quibus eſt medicamẽ Gal. ℞. ex tribus generibus granatorum partes æquales, & tere ea ſecũdum totalitatem eorum & extrahe ſuccum ipſorũ, & decoque in eſſentia rob tenuis, deinde tere ſubſtantiam granatorum contritione multa donec fiat ſicut paſta, & fac cum ſucco eorum formas ſimiles naſtalibus, & intromitte ex eis in naribus unam poſt unam liniendo ſemper cum ſucco prædicto, ita ut attingant radicem polypi, efficit enim operationem ſuam ſine dolore, & tandem ſanat, & eſt expertum. Si autem non ſufficienter imprimeret, adde ex trochiſcis alcardicon aliquid parum, uel ex medicamine in prin. deſcripto facto ex melle & uiridi æris. Confectio trochiſcorum alcardicon cõſumentium polypum, cancrum, & omnes additiões carnium in omnibus locis. ℞. calcis non extinctæ, arſenici citrini, añ. par. 2. colcothar. flor. æris, alum. añ. par. 1. gallarum, baluſtiæ, an. partem s. contere ea in mortario æneo cũ aceto forti contritione multa uſq; ad

ad quinq; dies, deinde fac ex eis troch. et in uaſe uitreo conſeruentur in loco frigido & ſic. et diſtempera unũ eorũ cum uino & utere cũ lichinio, eſt enim expertũ. Dioſc. medicamen auferens polypum cancroſum ℞. ſeminis luf, id eſt, ſerpentariæ, tere cum ſucco malorũ gran. tritorũ cum cortice ſuo, & liniatur ſuper polypo, & in circuitu eius. Idem etiam operatur ſuccus radicis eius, & propriè lana ex aliquo eorũ imbibita & immiſſa narib. eſt enim expertũ. Item xylocaracta cõtuſa & immiſſa ſuper polypo cum lana aut cotto, corrodit enim & cadere facit polypum ſicut facit cadere uerucas. Similiter nuces cupreſſi pulueriʒatæ. Et Auic. dicit ſe expertum fuiſſe attramentum & uitriolum uiride tritum ſicut alcohol inſufflatum in naſo, ſed melius eſt ut aliquid ipſius cum molera ſubtiliſuper radice polyi ponatur, aut ſtuellus infuſus in oxymelle ſimplici, in quo puluis eius ſit ſupra poſitus, ſanat enim ſi mane & ſero aliquibus diebus continuetur. Si uerò dubitetur ne canceretur, aut fortè ne cãcer nouus incipiat portet cryſtallum, et ipſo in cibo & potu utãtur, nã præſeruat à cancro, ſimiliter politricũ portatum. Medicinæ diuerſæ poſitæ ſunt, ut eis ſecundũ opportunitatem utaris, nunc leuibus, nunc fortib. ſecundum diuerſitatem polypi in duritie & mollitie, et ſecundum eius reſiſtentiam. Cancer uerò & polypus canceroſus curatur cum blandientib. ſicut cũ unguento de ceruſa, & cum mineralibus, ſicut tutia præparata, ceruſa, cadmia, et ſimilibus, in mortario plumbeo, cum oleo roſ. & ſucco ſolatri diu agitatis, & pinguedo cancrorum in mortario plumbeo, & cum piſtello plũbeo diu malaſſata, eſt in hac diſpoſitione propriũ: hæc tamen non curant, ſed prohibent eius augmentũ & ulcerationem. Scribit tamen Auicen. quòd ſuccus expreſus ex uua quæ eſt ſuper extremitate ſerpentariæ, & cũ lana aut cotto impoſitus deſtruit omnẽ carnẽ additã & cancrũ, ſed facilius eſt dicere q; facere. Cõſolidetur iuxta quintã intentionẽ ſi cancer aut polypus fuerit malæ naturę cum mineralib. de quibus ſermo pręceſſit. Si uerò nõ malignus ſit ex his poteſt addi thus, ſarcocolla, & ſimilia. Accidentia corrigenda maximè iuxta ſextã intentionem ſunt dolor qui mitigetur cum lacte tepido, uitello oui, & oleo roſ. ſimul mixtis et ſimilib. fluxus ſtringatur cũ his quę dicta ſunt. Cortices aũt quę q̃nq; remanẽt in narib. educantur ſternutando. Dieta aũt iuxta ſeptimam intentionem declinet ad frigidũ & humidũ, cum eſt canceroſus. Et ſimilis ſit cum exercemus operationes fortes, de quib. ſupra, ſed cũ hoc etiã ſit tenuis, ut caueat tũc à uino & carnib. Si uerò polypus ſit benignus decliuet ad ſiccũ cum temperamẽto actiuarũ. Cancer aũt incipiens, aliquando curari poteſt, ſed nõ niſi inciſione profunda eradicante ipſum, & permittatur ſanguis egredi multus, et poſtea ſatis profundè cauterizetur cauterio actuali, & hæc fiant præmiſſis uniuerſalib. uerũ aliqui moderni profitentur ſe omnem polypum & cãcrum curare ubicunq; ſit cum hoc medicamine. ℞. cãtharidarũ par. 1. arſenici ſublimati par. s. aut plus aut minus ſecundum quod uis facere unguẽtum fortius aut debilius, incorporentur cum oxymelle ſimplici, & apponatur ut benè adhæreat, et quandoq; incorporant ipſum cum ſapone nigro, et uerum eſt quòd eſt fortis medicina ſe profundans, cuius operatio durat tribus diebus etiam ſi minimum ſit quod de ipſa ponatur, & cum apponitur, bonum eſt defendere partes circũſtantes cum ſuccis frigidis & defenſiuo in forma communi, & uerum eſt ſi cancer eradicabilis eſt, eradicat: ſi uerò non, ſaltẽ facit curam paliatã, & tota uis eſt in arſenico. Sed caue, ſcilicet, ne approximes mẽbris nobilibus, nam fortè eorum operatio deſtruetur.

DE AMISSIONE ET NOCVMENTO olfactus. Cap. XLVI.

Circa rub. ſciendũ, quòd licet amiſſio olfactus propriè dicat eius ablationem, & nocumentum olfactus dicat eius deſtructionem, diminut. & corrupt. frequenter tamẽ hi termini accipiuntur ut ſynonymi. Licet Raſis in pręſenti cap. per amiſſionẽ propriè intelligat diminutionem & ablationem.

Eſt aũt olfactus ſiue odoratus ſenſus exterior qua odores percipiuntur. Cuius nocumẽtum eſt triplex, diminutio ſcilicet, in qua ſolũ odores intenſi uix percipiuntur, ſicut aromaticum ualde, aut fœtentiſſimũ, ablatio in qua nullus percipitur odor, & corruptio exiſtens duobus modis. Aliquando enim percipitur odor eſſe in medio qui non eſt. Aliquãdo unus pro altero repræſentatur ſicut fœtens pro aromatico & contra. Sunt enim aliqui quibus omnia fœtent, ſunt contra aliqui quibus omnia redolent et aromaticum ſpirent odorem. Quod etiam nocumentum aliquãdo eſt nouum, aliquando antiquum, imò aliquãdo à generatione contractum. Hoc autem nocumentum frequenter accidit homini, quia organum ſui olfactus eſt debile propter ſuperfluam humiditatẽ cerebri in comparatione ad multa animalia. Et propter hoc homo praue odorat, ut dicitur in de ſen. & ſenſat.

Cauſæ nocumẽti odoratus quãdoq; ſunt ex decurſu ætatiuo, ſicut in ſenib. non ſolum olfactus læditur, ſed auditus etiam & uiſus, & cæteri ſenſus interiores & exteriores propter paucitatem ſpirituum & craſſitiem, exiccationem ſubſtantificam, & multiplicationem humidatum accidẽtalium. Et q̃nq; eſt hoc nocumentum propter ægritudines in cerebro, ſicut uertiginem, apoplexiam, lithargiã, & ſimiles, & maximè cum leduntur duo uentriculi anteriores. Et quandoque cauſæ nocumenti olfactus ſunt in duabus caruntulis mãmillaribus à malitia complexionis ſine materia cuiuſcunq; generis, quæ tñ ſecundũ plurimũ eſt magis frig. q; cal. et magis hum. q; ſic. aut cũ materia cuiuſcũq; gñis, ſed maximè phlegmatica. Et materiæ huiuſmodi quãdoq; ſunt apoſtemãtes, quãdoq; nõ. Tertiò cauſæ nocumenti olfactus quãdoq; ſunt in colatorio, id eſt, in foramine oſſis baſilaris & duorum pãniculorum propter oppilationẽ in his foraminib. factam à uentoſitate, aut à materia cuiuſcunq; generis apoſtemante aut non apoſtemãte, aut carne ibidẽ nata. Et quãdoq; defecerunt huiuſmodi foramina ſicut etiam potuerunt deficere carũculæ mãmillares ex defectu uirtutis informatiuæ. Quartò cauſa nocumenti olfactus poteſt eſſe oppilatio in Kaciſim, aut à materia & propriè à capite rheumatizante. Et dicitur corriza, aut à carne ibidem nata ſicut polypo, hæmorrhoide, uerruca & ſimilibus, aut apoſtemate, quod frequenter eſt cancroſum. Et quandoque eſt oppilatio in foramine illo propter malam compoſitionem illorum oſſium, aut ex tempore, ſicut cum premuntur aut rumpuntur propter percuſſionem,

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.102

caſum aut offenſionẽ, aut fortè eſt illa mala cõpoſitio à generatione cõtracta. Et quãdoq; eſt oppilatio iſta à faba, phaſeolo, lapide, & huiuſmodi, nares ingredientibus, ſicut etiam poteſt eſſe à uermibus, cruſtis, & ſimilibus. Et cauſæ horum nocumentorũ ſecundum has quatuor ſpecies quãdoq; ſunt primitiuę, ſicut aër malus, cibi mali, potus, crapulæ, ebrietates, ſomnus meridianus & propriè ſuper crapula, retẽtio euacuationũ conſuetarũ, & ſimiles. Et cauſæ primitiuæ magis extraneæ ſunt ſicut medicinę exterius applicitę. et naribus inſtillatæ inducentes aliquam ſpeciem malæ cõplexionis, & propriè in carunculis mãmillaribus. Item caſus, offenſiones, & percuſſiões, de quib. ſermo pręceſſit. Sed cauſa corruptionis odoratus, ut aliquis odor appareat eſſe in medio qui nõ eſt, aut quòd omnia appareant fœtentia, aut bene redolẽtia eſt duplex, ſcilicet, aut corrupta complexio organi olfactus, ſcilicet, carũcularum mãmillarum per quas uis olfactiua corruptè recipit, & corruptè ſenſui cõmuni repræſentat. At aliquis odor fœtens, aut redolẽs exiſtens in aliqua partium ſenſatarũ ſupraſcriptarum, uel in kaeiſim, uel in foraminib. oſſis baſilaris & panniculorũ, aut in carũculis mãmillaribus, aut in cerebro, aut fortè in ore ſtomachi, pulmone & partib. inferiorib. Cuius odoris cã eſt aliquis humor corruptus aut alia ſubſtantia corrupta, aut boni odoris, ſicut phlegma dulce exiſtẽs in aliqua partiũ ſenſatarũ ſupraſcriptarum. Cognoſcitur nocumentũ olfactus ex relatu ęgri. Sed quod ſit ex decurſu ętatiuo ſenium ipſum declarat, et paulatim factus euentus eius & nocumẽtum alijs ſenſibus commune: ſi autem ſint ægritudines in cerebro ſigna earum iam præceſſerunt, & cum hoc alij ſenſus læduntur. Si uerò cauſa nocumẽti ſit in carunculis nocumẽtum odoratus eſt maximè cõtinuum, neq; apparet nocumẽtum in cerebro, neq; oppilatio in kaeiſim, neq; in foraminibus oſſis baſilaris & pãniculorum, quia fortè ſuperfluitates deſcẽdunt per nares ſicut cõſueuerunt, neq; adeſt nauſeitas & prohibitio reſpirationis, & malitia compoſitionis cognoſcit, quia ſentit cal. aut frig, aut aliqua alia qualitas in anteriori cerebro ubi ſunt carunculæ, & quia præceſſerunt cauſæ calefacientes, infrigidãtes. Tertiò, quia lęditur à ſimilibus, iuuatur à contrarijs, & materia cognoſcitur per grauitatem perceptam. Et ſi egreditur per colorẽ, odorem, ſubſtantiam, & ſpeciẽ nocumenti, quod imprimit. Et ſi apoſtemat, adeſt febris, dolor, grauitas, oppilatio uerò in foraminib. oſſis baſilaris, & pãniculorum cognoſcitur, quia humiditas ſolita nõ egredit, & adeſt ibi dolor, grauitas cũ incolumitate Kaeiſim & aliarum partium: nõ enim eſt nauſeitas et prohibitio reſpirationis per nares, ſicut quãdo oppilatio eſt in Kaeiſim. Sed cauſa oppilans cognoſcitur aſpiciendo in naribus, & propriè ſub radijs ſolaribus naribus cum ſpeculis dilatatis. Cognoſcit enim an ſit caro, an apoſtema, aut cruſta, aut humor inuiſcatus abſq; apoſtemate, & ſi quid nares ſit ingreſſum inſpiciẽdo cognoſcitur & habet ex relatu ægri & apoſtemata cognoſcuntur per ſigna propria. Cauſæ primitiuę ſeipſas oſtendunt, quia præceſſerunt, & poſtea huiuſmodi nocumentum ſecutum eſt. Cauſa corruptionis huiuſmodi odoratus ſi ſit mala complexio ſine materia exiſtens in carunculis aut partibus uicinis cognoſcitur, quia odor iſte ſemper apparet eiuſdẽ ſpeciei, & æquè intenſus. Si uerò ſit in partibus diſtantibus nõ ſemper ſic apparet, & membrum in quo eſt huiuſmodi humor, aut alia ſubſtantia corrupta ex nocumentis illius membri comprehenditur, humor autem ſine alia ſubſtantia redolens coniectura quadam comprehendi poteſt quo loco ſit, quod patet diſcurrenti.

Prognoſtica. Primum. Nocumentũ odoratus & propriè ablatio antiqua, aut à generatione contracta eſt incurabilis. Secundum, quando in ægritudinibus acutis æger percipit odorẽ malũ ſicut piſciũ luti, aut alterius rei fœtẽtis, quod nõ eſt merito alicuius agẽtis obiecti extrinſeci, & à nullo circunſtantiũ comprehẽditur cũ alijs ſignis malis, argue mortẽ. Signant enim debilitatem caloris innati ad quam ſequitur putrefactio quæ ſecũdum plurimum eſt in partibus cerebri.

CVm ſenſus à quo odorãda percipiuntur amiſſus fuerit, nec in narib. caro ſuperflua creuerit, & aer ita leuiter ut prius attrahitur, et oculi ac ſenſus naturaliter exiſtũt, narib. erit inſufflandus puluis adeò ſubtilis ut alcohol, qui fiat ex cõdiſi & artanita, & ſale ammoniaco. Aegro quoq; præcipiatur ut nares uapori ex aceto calido procedenti multotiens apponat. Si aũt hæc non ſuffecerint, narib. inſuffletur puluis quẽ nominabimus, cuius deſcriptio eſt: Rec. nigellæ, fellis gruis, colocynthydis, ellebori albi, omniũ, ana. partes æquales, puluerizentur & ponantur in urina cameli arabici quantitate tanta qua cooperiri poſſit, & ponatur ad ſolem donec ſiccetur, deinde fiãt ex eis ſief, cumq; neceſſe fuerit unũ ex eis lentis habens magnitudinem in oleo ſambacino intinctũ, narib. immittatur, optimum enim ex hoc exiſtit. Si aũt ex eo quod narib. immittitur fortis ſequatur dolor, oleum de ſemine cucurbitæ eis immittatur. Et aqua calida ſuper caput fundatur. Et ſorbeat calida ea quæ humectant, ut ptiſana, & quod ſit de aqua furf. & de farina, & ſimilia. Et hoc quidem eſt medicamen ad amiſſionem olfactus probatiſſimum, quod ſic conficitur. Nigella puluerizetur donec fiat ut puluis, & miſceatur cum oleo ueteri, deinde æger implens os ſuum declinet

declinet caput retro quãto plus poterit, & tunc ex prædicto medicamine aliquãtæ guttæ naribus diſtillẽtur. Aegro quoq; præcipiatur, ut quantum ei poſſibile eſt aerẽ extrinſecus interius attrahere nitatur, quod in tribus diebus, tribus uicibus fieri conuenit. Si aũt mordicatio ſuperuenerit fiat hoc quod prædiximus.

Diuiditur hoc cap. in partes duas. In prima notificat nocumentum illud quod intendit curare. In ſecũda ibi. Naribus erit inſufflãdus. Curam proſequitur. De prima parte dicit, cum ſenſus olfactus amiſſus fuerit, id eſt, diminutus uel ablatus, nec in naribus fuerit caro, nec aliud oppilans, cuius ſignum eſt, quia aër ita leuiter reſpiratur ſicut prius, & oculi, & cæteri ſenſus naturaliter ſunt exiſtentes, quod arguit nocumẽtum non eſſe in cerebro: nam tunc plures ſenſus eſſent læſi, ex quibus infertur nocumẽtum odoratus eſſe, aut in carũculis mãmillaribus, aut oppilatio in foraminib. oſſis baſilaris & panniculorum, quæ ſecũdum plurimum proueniunt à mala complexione frig. & hum. cum materia phleg. tunc utẽdum eſt medicinis infraſcriptis. Narib. erit. Diuidit pars iſta in tres. In prima ponit tria medicamina ad hoc propria. In ſecũda ibi. Si autem ex eo. Docet ſubuenire ardori ex huiuſmodi medicinis contingenti, & propriè ex ultima. In tertia ibi. Et hoc quidem medicamẽ, ponit aliam medicinã docens ſimiliter ardori ex ipſa contingenti ſubuenire. Quod dicit in prima parte ſatis eſt manifeſtũ. Condiſi de quo ſupra non habemus, ſed loco eius accipimus elleborum calidum & ſic. in tertio. Arthanita eſt panis porcinus cal. & ſic. in tertio. Et hæc potenter cõmouent ſternutationẽ prouocando, & cerebrũ per nares mũdificant, ſal amm. cal. et ſic. in quarto reſoluens & attrahens potenter. Hæc recepta poteſt ſic ordinari. ℞. ellebori, arthanitę, añ. ℥. 1. ſalis amm. ℈. 1. fiat puluis ſubtilis, & inſufflentur ſtomacho ieiuno, prius tamen præcedente euacuatione. Acetum acutũ ſuffumigatum & frequẽter odoratũ eſt præſtans medicina incidens, ſubtilians, & ſe profundans & reſoluens, tertia medicina præſtantior ſupraſcriptis ſit ex nigella cal. & ſic. in tertio inciſiua, abſterſiua, reſolutiua uentoſitatum. Vltima mundificat, aperit oppilationes colatorij à proprietate conferens cerebro & corizę, ex felle gruis cal. et ſic. in quarto, colocynthyde, elleboro albo, de quibus ſuperius. De his quatuor accipiantur partes æquales, ponantur in uaſe aliquo &, cooperiantur urina cameli arabici, & ſi nõ habeatur urina aſini poſt ipſorum puluerizationem. Et dimittantur in ſole donec ſiccentur. Deinde fiant ex eis ſief, cumq; neceſſe fuerit unum ex eis lentis habens ſimilitudinem, id eſt, ualde parum diſtemperatur cum oleo ieiuſemino, & narib. inſtilletur capite ad poſteriora reuoluto. In ſecunda parte ſubuenit dolori ex hoc cõtingenti cum oleo de ſem. cucurbitę narib. tepido inſtillato, & cum infuſione aquæ tepidæ in naribus, & cum dieta infrigidante & hum. ut ptiſana & propriè hordei, & cum ferculo facto ex aqua furfur, id eſt, in qua furfur fuerit infuſum, poſtea colatũ & ſufficiẽter coctum, & cũ ferculo facto ex farina de ſimula, id eſt, flore farinę. Quod dicit in ultima parte eſt manifeſtũ. Eſt enim nigella expertiſſima medicina in hoc caſu, et propriè ſi prius fuerit infuſa in aceto forti, poſtea exiccata ſiue naribus inſuffletur ſiue odoretur, ſiue mixta cũ aliquo liquore narib. potenter ſuggatur, ſiue corpore ſupino capite conuerſo ad poſteriora, uel narib. inſtilletur ſiue ſuffumigetur: hæc enim ſola ſufficit in mala complexione frig. & humid. cum materia & ſine materia, ſiue ſit oppilatio, ſiue materia in organo olfactus ſit infuſa, &c. Supereſt ut ordinemus curam nocumenti olfactus. Quod ſi pendeat, ſcilicet, ex decurſu ætatiuo nulla eſt curatio, niſi ad retardãdum eius totalem ablationem cum odore rutæ, nigellæ, & frequenti mundificatione capitis, maſticatorijs, gargariſmatibus, caputpurgijs per nares. Si uerò pẽdeat ab ægritudinibus cerebri earum cura præceſſit. Si uerò ſit è mala complexione carunculaerum & partium uicinarum, quæ ſecũdum plurimum eſt frig. & hum. Si fuerit ſine materia cauſæ conſeruantes remoueantur, diſcraſia cũ cõtrarijs corrigatur, ſicut frig. et hum. odorando, ſuffimigando, fomentando, ſuggẽdo, inſtillando, embrocando, emplaſtrando, ſacellando, & omnib. alijs modis applicando calida et ſicca, & propriè circa partẽ anteriorem cerebri, & ſuper commiſſura coronali, & cum hoc in hac diſpoſitiõe propria, ſicut eſt maiorana, ſpica, ruta, nigella, & muſcus, & calamus aromat. & fortiora ſunt euphorbium & caſtoreum, olea propria ſunt, ſicut oleum de ruta, de ſpica, de coſto, de ieiuſemino. Et ſi fuerit calida remoueatur cum frigidis, ſicut cũ roſis & aqua roſata, coriandro, & aqua eius odorata, atq; aceti euaporatione, quibus apud maiorẽ caliditatẽ poſſet addi aliquid cãphor. et acetum cum his mixtum facit eorum uirtutem magis ad profundum penetrare. Si uerò malitia complexionis cum materia aut uentoſitate fuerit in carunculis mãmillaribus & uentriculis anterioribus, & oppillatio in colatorio. Primò materia euacuetur cum cochijs & hieris ſi fuerit frigida, & ſi fuerit calida cum aureis, & ſi apoſtemauerit phlebotometur cephalica, & euacuationes iterum ſecundum neceſſitatem. Secundò, materia diuertatur cum diuerſiõibus communibus, ſcilicet, uentoſationibus, clyſteribus, lotionibus crurium, & ſimilibus, propriè ſi fuerit communicata à membris inferioribus, & materia exiſtente ſanguinea, & propriè apoſtemante conuenit phlebotomia uenarũ nocreæ, & uentoſę poſitæ in parte poſteriori, ſcilicet, in nocra & ſpatulis, & ſimiliter ſanguiſugæ. Tertiò, materia eradicetur cum maſticatorijs, caputpurgijs per nares, gargariſmatibus, et reſoluatur cum exterius applicitis, ſcilicet, ſacellis emplaſtris, unctionib. fomẽtationib. embrocis, odorib. & ſuffumigijs, quæ in omni diſpoſitione cerebrum confortent. Maſticatoria & gargariſmata ſupra in multis locis dicta ſunt. Caputpurgia propria ſunt quæ dicta ſunt in textu, et ſimilia illis ſunt ſuccus radicis ireos, in quo puluis pirethri ſit infuſus. Similiter inunctio olei nar. in quo aliquid muſci, euphorbij, & caſtorei ſit diſſolutũ ſed parũ ualde ponatur de euphorbio: eſt enim nimis acutũ, imò ſola iſtorũ calidorũ ſufficeret infuſio abſq; quòd ponerent in ſubſtãtia, ea aũt in quib. poſſent infundi ſunt ſicut uinum bonũ odoriferũ, & aliquod ex

ex oleis ſupraſcriptis, & cōſulo tibi ut incipias à leuioribus & gradatim ad fortiora procedas, et ſi ante horum inſtillationē aut infuſionē ſiue ſuctionem odoretur aut ſuffumigetur acetū: eſt enim ualde efficax, & ad oppilationem uentoſam laudatur caputpurg. ex oleo amygd, amaro montano, & in cauſa calida inſtillentur aquæ decoctionis roſarum, coriandri, anethi, & ſimilium, ſacceli fiant ex maiorana, ruta, ſpica, nigella, muſco, calamo aromat. floribus ieiuſemini, coſto, & ſimilibus. Et ex eiſdem fiant decoct. in uino & aqua cum quibus fiat fomentatio, & embrocatio, & cum eiſdem poſſunt fieri emplaſtra, & unctiones oleis additis proprijs, de quibus ſupra: ex odorādis autem & ſuffumigandis eſt ruta ſicca, & nigella, et maiorana, muſcus, ambra, laudanū, xyloaloës, & in cauſa calida roſę, ſandali, poma, & citonia odorifera. Quartò, corrigantur accidentia, ſcilicet, ardor, & dolor conſurgens ex huiuſmodi medicinis cum his quę dicta ſunt in textu, & panis calidus odoratus ad hoc optimè confert. Quintò, ordinetur regimen in contrarium diſcraſiæ cauendo ab euaporantibus & caput replentibus. Procurentur euacuationes à natura inſtitutæ. Et exercitium eſt conueniens ſtomacho ieiuno, cauendum eſt à ſomno meridiano, & ſuper repletionem & ebrietatem.

Si uerò cauſa nocumenti olfactus fuerit oppilatio in Kaeiſim ex humore à capite fluēte, recurre ad capitulum de catharro. Si uerò oppilatio fuerit à uerruca et carne orta in naribus, recurre ad cap. de polypo. Et ſi aliquid intrauerit nares extrahatur ſicut dictum fuit ſuperius in cap. de his quæ ingreſſa ſunt aurem. Si uerò mala oſſis naſi compoſitio fuerit à cauſa primitiua os rumpente, comprimente, aut contorquente reducatur ad ſitum naturalem cum ligno rotundo naſo impoſito, cum quo os ſubleuetur, et ad figuram propriam reducatur alia manu adiuuante ad ipſius æquationem. Et poſt reductionem applicentur, opportuna in hoc caſu, ut inquit Auic. Ille autē qui ſentit odorifera & non ſentit fœtida, non ceſſet ſibi facere caputpurgia, ſcilicet, cum caſtoreo multotiens uſq; quo rectificetur eius diſpoſitio. Si autem omnia ſibi appareant fœtida odoret acetum & ſuffumigetur cū eo, & ſuggat per nares oxymel ſimplex aut ſcyllriticū cum uino odorifero, aut cum urina aſini, & cum his parum muſci miſceatur, & gariophili, aut galliæ muſcatæ: & ſi opus ſit fortibus, addantur quædam commouentia ſternutationem. Si autem humor ille fœtidus fuerit in ſtomacho, aut in alia parte euacuetur.

DE PASSIONIBVS DENTIVM. Cap. XLVII.

HAec eſt ſexta pars principalis in qua agit de paſſionibus dentiū, &c. Et ante omnia ſunt tria præmittenda. Primū eſt anatomia dentium. Secundum eſt regimen conſeruatiuum dentiū. Tertiū regimen uniuerſale curationis paſſionis dētium. Dentes ergo deſcriptiuè ſunt oſſa parua dura in utraq; mandibula confixa numero 32. aut 28. ad locutionem, ſed principalius ad maſticationē finaliter ordinata. Sunt quidem oſſa parua, quia ſi fuiſſent magna tot numero non potuiſſent in ore & mandibulis contineri, & ſunt duriora cęteris oſſibus noſtri corporis cum ſint ordinata ad conterendum res duras. Et ſunt in adultis numero 32. ſecundum plurimum, ſcilicet, in ſuperiori 16. mandibula, & 16. in inferiori. In aliquibus autem ſunt ſolum 28. in ſuperiori, ſcilicet, 14. & tot in mādibula inferiori. In quibuſdam enim deficiunt quatuor dētes extremi dicti neguegid, & ſunt dicti dentes ſapientiæ, naſcuntur enim circa medium adoleſcentiæ cum iam homo coire poſſit. Duo anteriores in ſuperiori mandibula uocantur duales, duo alij ab utraq; parte uocātur quadrupli, & iſti ordinati ſunt ad ſcindēdum cibum, poſtea ſunt duo canini ordinati ad frangendum cibum in craſſas partes. Poſtea ſunt octo molares, quatuor ab utraq; parte iā dictorum ordinati ad conterendū cibū. Deinde ſunt duo neguegid iam dicti, qui etiam ſunt molares ad conterendum ſimiliter ordinati, & tot ſunt in mandibula inferiori ad eoſdem fines ordinati. Hi autem dētes infiguntur in foraminibus exiſtentib. in mandibula inferiori & ſuperiori, quibus multum annectuntur mediante additione quadam exiſtente in extremitate dictorum foraminum, & alligantur mandibulæ mediante carne & ligamētis fortibus. Sex autem primi ſuperioris mandibulæ habent radicem unam, & ſimiliter ſex etiam ſibi correſpondentes in mandibula inferiori non hābēt niſi duas radices: ſuperioris uerò mādibulæ molares communiter hābent tres radices. Similiter neguegid mandibulæ ſuperioris habent quatuor radices. Sed duo neguegid inferiores habent ſolum tres. Quod factum fuit, quia grauedo ſuperiorū adiuuat ad exitum, et caſum ipſorum, nō autem grauedo inferiorum. Secundò, quia plures rheumatiſmi facientes ad caſum dentium communicantur dentibus ſuperioribus quàm inferioribus. Fuerunt autem creati tot dentes, & non unus ne nocumentum partis communicetur toti, & ſunt ad locutionem, quia per ipſos fit refractio aëris ordinati ad prolationem & diſtinctionem literarum, & ſyllabarum, & dictionum, quapropter carentes dentibus in locutione impediūtur: ſunt tamen principaliter ordinati ad cibum adeò maſticandum, ut poſſit faciliter deglutiri, imò bona eius maſticatio eſt quędam digeſtio, ſiue primę digeſtionis initium. Poſt hæc ſciendum, quòd dens ſentit per neruum uenientem ad radicem eius à cerebro, ſcilicet, à tertio ramo tertij paris neruorū cerebri, quod non conuenit alteri oſſi: hoc autem factum fuit, quia ſoli dētes ſunt diſcooperti & obuiant extrinſecus alterantibus, ne ergo lędantur, datus eſt ipſis ſenſus, quāquam efficax argumentum ſit in contrariū, quòd dētes non ſentiant niſi ſecundum radicem, cum aliæ partes non doleant ex ſolutione continui etiam ſi totaliter ſecentur, ueruntamen apparent dolere ex contractu cal. aut frig. ſed hoc non eſt quòd illæ partes doleant aut ſentiant, ſed quia ſpecies cal. & frig. multiplicantur uſque ad neruum exiſtentem in radice. Secundò ſciendum, quòd dentes habent hoc proprium, quod nulli alteri membro conuenit, quia ipſi creſcūt per omnem decurſum ætatis. Vnde uidemus dentes maiores in ſenio, quàm in iuuentute reliquis membris minoratis. Hoc autem factum fuit, quia dentes ex contritione ſua ſiue maſticatione quotidie minuuntur. Si ergo non creſcerent cito deuenirent ad nō quantum. Et propterea dentes qui non habent ſibi correſpondentes multum creſcunt in comparatione ad alios. Ex his eſt manifeſtus ſitus dentiū, quantitas, numerus,

numerus, colligātia, quia colligant cum mādibulis, & cum cerebro & ſubſtantia, & per conſequens compoſitio eorū etiā patet, ſunt enim frig. & ſicc. in cōparatione ad medium generis, licet in comparatione ad medium ſpeciei ſuæ in aliquib. ſint cal. & hum. quod comprehēditur per craſſitiem & rubedinem naturalem gingiuæ, in aliquibus cal. & ſic. quod cōprehenditur per citrinitatē gingiuæ, in aliquibus frig. & ſic. quod per fuſcedinem gingiuę cognoſcitur. In aliquibus frig. & hum. quod comprehenditur per albedinē gingiuæ. Iuuamenta patēt ex ſupradictis: poſſunt autem pati omne genus ægritudinis complexionis cuiuſcunq; generis cum materia & ſine materia compoſitionis & unitatis cum aliquando ſcindantur, rumpantur, concauentur, putreſiant, & poſſunt pati apoſtema: nā omne membrū quod poteſt naturaliter augmentari cum nutrimento, cum ſuperfluitate, poteſt etiam augmentari prętennaturaliter, & ſic apoſtemari. Patiuntur etiam malas colorationes & limoſitates ſibi adhærentes, & lapides ſiue gypſum circa ipſos generantur.

Regimen autem conſeruatiuū dentium decem cōpletur canonibus. Primus uitet corruptionem cibi et potus in ſtomacho, & per conſequens omnē cauſam corruptionis, utpura ea quæ merito ſuæ ſubſtantiæ corrūpuntur, ſicut lac, piſces ſaliti, & ſimilia, poſtpoſitionē cibi ſubtilis craſſo. Motus fortes poſt cibi aſſumptionem, & ante deſcenſum eius è ſtomacho, nutrientia diuerſa, coitum et balneum poſt cibum, & ſimilia. Secundus, caueat à uomitu & multo magis ſi uomeret rem acetoſam. Tertius, euitet cibaria craſſa, uiſcoſa, & propriè dulcia, uiſcoſa, ſicut ſunt cōfectiones de melle, & ficus ſiccas. Quartus, uitet res duras ad frangendum. Quintus, congelantia dentes ſiue ſtupefacientia fugiat. Sextus, res uehementis frigoris nō comedat, & propriè poſt aſſumptionē calidi. Item omnia uehementer calida, & amplius poſt frigidi aſſumptionem. Septimus, res dētib. nocentes ſua proprietate, ſunt porri. Octauus, mūdificet dētes ſibi immediatè poſt cibū ab eo ſuperfluo, quod ingreditur inter ipſos, & propriè cum ligno ſubtili non acuto nec incidenti, ſed ſit obtuſum cum latitudine quadam, ſicut eſſet ramuſculus cypreſſi, ligni aloës, pini, roriſmarini, iuniperi, & ſimilium, & hoc faciat abſque multa perſcrutatione ne noceat gingiuę ipſam mouēdo aut dentes ipſos, & ſint hęc propriè participantia amaritudinem cum quadam ſtipticitate. Nonus, facta tali mūdificatione immediatè poſt cibum, ut ſupra lauētur dentes, & propriè cum aliquo ex infraſcriptis uinis mediæ uinoſitatis & ſaporis medij inter dulce & acre nobiliter ſtipticis. Et ex conueniētibus ad hoc eſt ut in quatuor libris muſti cōditionati, ut ſupra, poſtquam bullierit ſub racemis circa tres dies, & extractū ſit de ſub racemis, bulliat in eo una libra ſaluiæ recentis inciſæ in fruſtra mediocria, & non piſtatæ, nec lotæ uſque ad ſufficientem clarificationem ipſius uini, deinde extrahatur et obſeruetur in uaſe bene obturato, uel accipiatur cinamomi electi, ℥. 1. maſtichis. ℥. s. galliæ muſcatæ, cubebarum, ana. ʒ. duas, ſem. iuniperi, ʒ. 3. radicis ciper. ʒ. 1. s. fol. roriſma. ℥. 6. contundātur omnia craſſo modo exceptis fol. roriſmar. & bulliant omnia ſimul in una brenta uini. ut ſupra conditionati, & fiat per omnia ut ſupradictum eſt, & hoc multum ualet in paſſionibus neruorum. Decimus canon. Fricentur dētes ſuauiter & tempore breui, nam fortis fricatio aut diuturna deſtruit dentium humiditates naturales, & ad eos trahit rheuma & uapores à ſtomacho aſcendentes, aut ſaltem ipſos præparat ad hoc recipiendum, ſed fricatio cum æqualitate abſtergit dentes & carnem gingiuarum confortat, & prohibet lapides ſeu gypſum circa ipſos generari, & facit oris odorē bonum. Et licet Auic. præcipiat fricationem dentium fieri cum oleis calid. frigid. aut mixtis ſecundum exigentiam, nihilominus, quia fricatio cū oleis eſt abominabilis ſtomacho, ideo omiſſa fricatione cum oleis fricentur dentes cum infraſcriptis cum uadit dormitum, & etiam ſtomacho ieiunio quocūque alio tēpore ad libitum. ℞. mellis par. 2. ſacch. optimi, par. 1. miſce. Item aliud. ℞. pulueris capitis leporis aduſti ad quantitatem auellanæ, qui puluis ligetur in petia lini rara & ſubtili. Et cum hac petia in qua ſit hic puluis fiat fricatio. Aliud. ℞. ſalis uſti ad quantitatem auellanæ, mellis quantum ſufficit ad incorporādum pro electuario cū quo ligato in petia, ut ſupra fiat fricatio dentium & gingiuarum. Ex theriaca quoq; fricentur antiqua dētes omni mane ſemel ſtomacho ieiuno, ſcilicet, poſt cœnam per 9. horas, ſuper qua fricatione cū dicta theriaca dormire poteſt ad libitū. Et nota quòd poſt dictas fricationes non debent lauari, ne uirtus ſupraſcriptorum dentibus amoueatur, & ſufficit huiuſmodi fricatio ſemel in hebdomada. Et nota quòd medicinæ cōſeruatiuæ dentium debent eſſe ſiccæ, ſed in actiuis temperamento propinquæ. Si uerò dētes eſſent notabiliter læſi ſiue lapſi in actiuis, ad intra tamen latitudinem ſanitatis medicinæ ſint cal, aut frigidi ſecundum exigentiam lapſus corrigendi. Cauendo tamen ab intenſè calidis, ſicut in tertio gradu aut ſupra, ſimiliter ab intenſè frigidis, & ab his quorum ſapore dentes ſtupent, ſicut acria, acetoſa, aut pōtica. Sed ſint medicinæ ſuæ exiccantes, abſtergentes, reſoluentes ſuperfluitatem, quæ eſt in eis cum moderatione, & ipſos confortantes cum ſtipticitate moderata. Et ex frigidis ſunt roſæ ſiccę, gallæ, Karabe, margaritę, fructus tamariſci & folia eius, cortices arboris mori, & radix acetoſę. Sed calidę natura uel artificio, ſicut ſal uſtum, cinamomū hyſſopus ſic. flos ſchinanthi, fructus capparis & cortex radicis eius, folium, maſtix, ſandaraca, caput leporis uſtum, xyloal. muſcus, capil. uen. fol. cupreſſi, fol. iuniperi & cortex radicis eius, cornu cer. uſtum uel non uſtum, mentaſtrū, cortex arboris pini. Acetum uerò licet noceat dentibus ſua acetoſitate, & ſua ſubſtantia ſubtili inciſiua, tamē ponitur frequenter in medicinis dentium infrigidantibus, quia iuuat ad infrigidandum et penetrandum, licet non ita penetret mixtum infrigidātibus eorum frigiditate penetrationem prohibentę, & cum calidis, quia iuuat ad penetrandum & reſoluendum ſubſtantia ſua ſubtili calida, & nocumentum ſuum frangitur cum alijs medicinis proprijs dētibus ſecum mixtis. Medicinæ autem dentales, aliæ ſunt dentifricia, aliæ maſticantur, aliæ liniuntur, aliæ ſunt ſicut paſtilli qui ponuntur ſupra dētes, aut ſuper mandibula, & alię ſunt cum quibus fricantur, aliæ ſunt cum quibus dens impletur, aliæ ſunt uaporationes, aliæ ſuffumigationes, aliæ caputpurgia, aliæ diſtillatiōes in aurib. aliæ ſunt euacuantes materiam cum phlebotomia

&

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.104

& uentoſis ex propinquioribus locis, & aliæ ſunt eradicantes dentes quibus urendũ eſt nunc una nunc altera ſecundũ quod tuo propoſito eſt cõueniens, etc.

DE DOLORE DENTIVM.
Cap. XLVIII.

Circa rubricam dolor dentium quantum ad quid nominis, et quid rei ſatis manifeſtus eſt. Species ſiue modi ipſius ſunt, quia quidam eſt intenſus, quidam remiſſus, & quidam nouus, quidam antiquus, & quidam continuus, quidam interpolatus, & quidam pulſatiuus, quidam extenſiuus, & quidã pungitiuus, quidam perforatiuus, etc.

Cauſa doloroſa quandoque eſt ſubſtantia dentium, ſcilicet, mala complexio cal. frig. & ſic. ſine materia. Et quandoque eſt cum materia, aut apoſtemante dentem, aut corrodente, aut in ipſo uermem generante. Et quandoq; cauſa doloroſa eſt in neruo exiſtente in rad. dentis, ſcilicet, aut mala complexio ſiue ſine materia, aut cum materia in eo infuſa, aut apoſtemante. Et ſolutio continui in eo aut eſt à uerme pungente, aut à materia craſſa & multa extendente, aut ab acuta ſubtili in ſubſtantiam eius penetrãte. Et tertia cauſa doloroſa eſt in gingiua. Et hæc frequentius accidit propter materiam ad ipſam fluentem, corrodentem, apoſtemantem, aut carnem ſuperfluam generantem, aut mollificantem: unde fit prona ad ſuſcipiendum materias malas, quæ putrefiunt in ipſa. Et nocent dentibus putrefaciendo & commouendo ipſos. Siccitas etiam propter priuationem nutrimẽti quãdoque eſt cauſa doloris, ſicut in ſenibus & conſumptis ex ægritudinibus ſiue ſint adhuc ægri, ſiue conualeſcentes. Et dolor perforatiuus aut extenſiuus quandoque eſt à uentoſitate retenta in radice dentium. Sed nocumenti principium apud Auic. aut eſt ex ſtomacho, aut ex capite, aut utriſque ſimul. Et ſi fuerit totum corpus plenum illa materia, tunc curſus materiæ ex corpore ad dẽtes erit ex his duabus uijs. Et materia ab his membris aut ab alijs communicatur dentibus, aliquando ſub forma uaporis, aliquando ſub forma humoris. Et quãdoque dolẽt dentes in febribus acutis ſecundum ſemitam continuitatis in malitia complexionis. Et quandoque accidit ſub aliquo dẽte corroſo dolor pulſatiuus, tunc in radice eius eſt ſuperfluitas non matura, quare apoſtema illud maturetur, & dolor iuxta poſſe mitigetur, & cum cætera non conferunt eradicetur dens. Materia autem ad dẽtes deriuata ſecundum plurimum eſt phlegma, & aliquando ſalſum, deinde ſanguis, rarius cholera, rariſſimè melancholia. Cauſæ autem primitiuæ ſunt percuſſio, caſus & offenſio, uentus, aẽr frigidus, crapulæ & reliquum regimen malum ſex rerum non naturalium, & quandoque fit difficile pluribus hominibus conſyderantibus ſuum dolorem diſcernere partem doloroſam, & multo minus cauſam ſui doloris, quamuis regimen debeat eſſe diuerſum, immo quandoque non diſtinguunt dentem doloroſum à non doloroſo.

Signa. Primo conſyderes an gingiua patiatur malam compoſitionem, quod ex malo eius colore potiſſimum comprehendes, & an ſit tumida, ſanguinolenta, apoſtemoſa, aut ſit in ea corroſio, aut putrefactio, & ſanies exeat comprimendo, & tunc iudicabis nocumentum eſſe in gingiua. Si uerò nihil tale ſit, & comparando ipſam gingiuis alijs non comprehendis differentiam, tunc cauſa doloroſa erit in ſubſtantia dentis, uel in neruo inter quæ diſtingues. nam ſi fuerit in dente, fortè dens erit corroſus aut magis tumidus ſolito. Et fortè uermis erit in foramine quod comprehendes ex dolore interpolato cum motu uermis: & ſi quandoque nihil tale fuerit ſaltem dens totus dolebit ſecundum longitudinem ſuam, & non ſecundum extenſionem mandibulæ, &c. Quòd ſi nocumentum fuerit in neruo dolor cæteris paribus erit magis acutus quàm in alijs partibus, & erit in radice dentis, & expãdetur in carne rubea, & ſecundum extenſionem mandibulæ, & fortè dens erit etiam ſtupidus, & tu quidem comprehẽdes malam complexionem cal. aut frigid. ex relatu ægri ſentientis calidi aut frig. & ex colore tendente in rubeum uel citrinum album & fuſcum, & ex calidis præcedentibus & concomitantibus, & quia iuuatur à cõtrarijs & leditur à ſimilibus, & ſiccitas cognoſcitur per denumitionem & commotionem & præceſſionem & concomitantiam cauſarum exiccantium, et uentoſitas, & uapor cognoſcitur ex permutatione doloris, niſi eſſet in aliquo loco recluſa: tunc enim faceret dolorem perforatiuum aut extenſiuum, & humor craſſus cognoſcitur cum ſubmerſione & mora doloris abſque cal. & frig. apparentibus ualde. Sed humor acutus, ſanguineus & cholericus cognoſcitur ex uelocitate nocumenti cum intenſione & alteratione coloris ad ſimilitudinem humoris, & ex ſapore & caliditate acuta ſenſata ab ægro aut à tangente. Et dolor pulſatiuus arguit humorem calidum, & propriè ſanguineum aut apoſtema quod maturatur. Et ſcies quòd initium humoris eſt ex cerebro, aut ſtomacho, ex repletione & nocumẽto ſenſato in uno eorum, aut in ambobus. Cauſæ primitiuæ ſeipſas oſtendunt.

Prognoſtica. Primum cum cauſa doloris eſt in gingiua non ſufficit eradicatio dentis, imò non eſt neceſſaria, id eſt, utilis: & ſi eſt in dẽte, remouet dolor cum eradicatione, & ſi eſt in neruo, quandoq; remouetur dolor cum eradicatione, quandoque non, & non remouetur niſi quia materia inuenit locum amplum in quo expellitur cum prius eſſet præfocata retẽta cum dente. Si uerò materia ſit fixa in neruo non ſic facilè remouetur. Secũdum. Fortiſſimus dolor eſt qui prouenit ab apoſtemate quod in radice dentis maturatur. Tertium. Ad huiuſmodi dolores fortiſſimos quandoque ſequitur ſyncopis aut epilepſia, nocumento cordi aut cerebro, communicato. Quartum. Cum barba tumeſcit ex directo dentis ſecundum plurimum dolor ſedatur materia exterius deriuata.

Si gingiua cum dolore dẽtium fuerit ſanguinolenta & apoſtemoſa, & rub. fueritq; apoſtematio cum pulſatione extrahatur ſanguis, cum uentoſis, phlebotomia ex cephalica prius facta. Deinde in ore aliquandiu acetum, & oleum roſatum teneat, quod poſtquã eiecerit hoc idem iterũ fiat. Poſt

Poſt hoc oleum roſatum in ore teneat. Et ſi ex hoc non euaſerit fueritq; pulſatio uehemens, & cum inflammatione camphora & pirethrum terantur, & in radicibus dentium ponantur, cumq; diſſoluta fuerint iterum mittantur. Cottum quoq; oleo roſaceo illinitum ſuperponatur. Quòd ſi dolor aliquando augmentetur, & uehementior fiat opij ſexta pars drach. 1. in oleo roſaceo diſſoluatur, ex quo cottum illinitum radici dentis dolentis adhibeatur. Si autem nondum ſedetur ſcalpelletur locus, & ſanguiſugæ ſuperponendæ ſunt.

In hoc quarto tractatu agit de ægritudinibus dentium. Et facit quatuor capitula. Primum eſt de dolore dentis, quod capitulum trifariam partitur. Primò ponit curam doloris dentis à cauſa cal. ſecundò ibi. Gingiua uerò. Ponit curam doloris dẽtis à cauſa frig. tertiò ibi. Si uerò dens corroſus. Ponit curã doloris dẽtis à corroſione. Prima in duas. Primò ponit ſigna quando prouenit à cauſa calida & propriè ſanguinea. in ſecunda ibi. Phlebotomia ex cephalica. Ponit curam. De duabus primis partibus dicit. Si gingiua fuerit rub. ſanguinolenta tumida fueritq; apoſtematio illa cum dolore pulſatiuo, qui, ut ſuperius dictum, fuit, maximè prouenit ex apoſtemate ſanguineo, fiat primò phlebotomia ex caphalica, & propriè ex latere dẽtis dolentis, deinde fiat uẽtoſatio cum ſcarificatione in ſpatulis ad euacuandum & diuertendum. Deinde teneat in ore acetum & oleum roſaceũ quod ſit duplum ad acetum, & ſint adinuicem bene concuſſa, & cum fuerit aliquandiu in ore retentum abijciatur illud, & nouum ſumatur in ore, & ſic fiat pluribus uicibus, & ſint actu frigida ad repercutiendum & ad alterandum diſcraſiam cal. tam membri quàm humoris. Secundò poſt hoc teneat in ore ſolum oleum roſaceum ad mitigandum dolorem: non enim eſt opus amplius tanta repercuſsione. Tertiò ſi ex hoc non receſſerit dolor, fueritq; pulſatio uehemens cum inflatione, quod prouenit ex præſentia materię calidæ in loco, camphora frigida in tertio & pirethrum calidum in tertio, uel in fine tertię ſimul terantur, & in radicibus dentium ponantur, & cum diſſoluta fuerint iterum ponantur. Et ut melius adhęreant poſſent permiſceri cum oxymelle ſimplici, & cum cotto radici dentis apponi. Hæc autem mixtio fit ut per camphoram fiat caliditatis alteratio, & per pirethrum materia de profundo dentis educatur, & poſtea cottum in oleo roſaceo infuſum loco dolenti ſuperponatur ad doloris mitigationem. Quartò, ſi dolor non mitigetur, imò fiat uehementior, opij ſexta pars ʒ. 1. in 2. ʒ. olei roſacei diſſoluatur, ex quo cottum illinitum denti dolenti apponatur. Et apud neceſsitatem replicetur, cauendo tamen ne deglutiatur. Quintò, ſi dolor adhuc non ſedetur, locus ſcalpetur, & ſanguiſuga ſaltem una ſuperponatur taliter ut materiam quę eſt cauſa doloris exiccet, & ea remota permittatur ſanguis fluerè. Deinde cum dicit:

Gingiua uerò ſi non ſanguinolenta fuerit, nec apoſtemoſa, nec dolor cum pulſatione, nec in facie fuerit inflatio, aut dolor acciderit poſt faſtidium ex ſatietate, et poſt cœnam, comederitq; ex cibo frigido multotiens, uenter ægri ſoluendus erit ex pilulis cochijs. Et dolentium dentium radices ex hoc medicamine fricandæ ſunt, quod ſic fit. Recipe pirethri, ſinapis, ſetaragiindi, baurach, piperis, zingiberis, & ex eis pulueriſatis dentium fricentur radices. Cottum quoque eis illinitum ſuper dentium radices ponatur.. Poſtquam æger os ex aceto in quo pirethrum, & mentaſtrum, & origanum fuerint cocta colluerit de foris, præterea panicum ſiue milium in ſartagine torrefactum ſuper maxillam eſt ponendum, aut ex piperis puluere, melle commixto dens, et eius radix fricetur, & ſi hæc non ſuffecerint in dentium radicibus hæc theriaca ponatur. Quæ, R. caſtorei aſſæ, piperis, zingiberis, ſtiracis, opij omnium partes æquales, conficiantur cum melle & adminiſtrentur. Æger præterea per aliquantum temporis à comeſtione abſtineat, maneatq; famelicus, & ingrediatur balneum, & utatur motu. Si autem nec ſic quieſcat, ferrum ignitum radici dentis multotiens apponatur aut eradicetur.

In hac ſecũda parte principali curat dolorem à cauſa frigida. Et dicit, quòd ſi non fuerint ſigna caliditatis ſupraſcripta, ſed potius ſigna frigiditatis, & maximè quia dolor acciderit poſt faſtidium, & ſatietatem nauſeatiuam, & poſt regimen & cauſas infrigidantes, uenter ex pilulis cochijs erit ſoluendus. Et radices dentium dolentium ex hoc medicamine fricandæ. ℞. ſinapis, pirethri, ſeptaragi indi, quæ ſunt ligna quædam minuta ſimilia gārioph. cal. & ſic. baurach, pro quo accipiatur ſal nitrum, piper, zingib. de his poſſunt accipi partes æquales, uel de magis cal. ſcilicet, in quarto ſicut ſinapi & piperis minor quantitas accipiatur, & elaboretur, ut radici dentium aliquid adhæreat, poſtquam æger prius dentes colluerit ex aceto in quo piretrum, mentaſtrum, & origanum cocta fuerint, & deforis panicum ſiue milium

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.105

torrefactum, & pauco uino & aceto dum torreſit aſperſum, & in ſacculo poſitum, & ſuper loco dolente appoſitum. Item ex pipere puluerizato, & cum melle mixto, dens & eius radix fricentur. Et his nõ ſufficiẽtibus hæc theriaca in radice dentis, & circa dentem ponatur cum ſtuello cotti in ea infuſo. ℞. caſtorei aſſę pirethri, zingib. ſtiracis, opij, omnium partes æquales, conficiantur cum melle, remouendo cauſam ac ſtupefaciendo dolorem mitigat, & dicitur theriaca per ſimilitudinem, quia ſicut illa iuuat in paſsionib. contra quas inuẽta eſt, ſic iſta in tollendo dolorẽ dentium, & æger fameat, ſitiat, exerciteur, balneum ingrediatur, ſcilicet ſtuffam aut balneum aliud calidum & ſiccum & his non ſufficientibus ſtilus ferreus ignitus radici dentis apponatur. Dolorem remouet, & dentem tandem cadere facit, aut eradicetur ſecũdum quod dicetur in cap. ſequenti.

Si uerò dens corroſus fuerit, repleatur ex medicaminibus quæ nominauimus, & quæ ſunt corroſiua, aut abſtrahatur.

Hic curat dolorem dentis à corroſione, aut putredine prouenientẽ implendo foramen ex medicaminibus ad hoc proprijs quæ aliquando ſunt corroſiua, & conſumentia humiditatem putrentem & corrodentem ſubſtantiam dentis. Aliquando ſolum conſeruatiua cum proprietate ſua & cõuenientia in qualitatibus manifeſtis primis & ſecundis, tamen prohibendo ne cibus aut alia res putrens ingrediatur ſicut eſt aurum, & dens extrahatur ſecundum doctrinam ſequentis cap. &c. Cura doloris dentis à mala cõplexione ſine materia quatuor exigit intentiones. Prima intentio eſt remotio cauſæ facientis aut conſeruantis ipſam. Secunda eſt alteratio ipſius cum contrarijs. Tertia eſt prohibitio humorum à fluxu. Quarta correctio accidentium. Si ergo cauſæ fuerint primitiuæ ſicut uentus aer frig. aut calid. & cibi & potus calefacientes aut infrigidantes, crapulæ ebrietates, & huiuſmodi remoueãtur, & ſimiliter ſi cauſæ fuerint intrinſecæ, ſicut feb. hydrops, retẽtio euacuationum conſuetarum iuxta poſſe remoueantur, &c. Secunda intentio perficitur cum contrarijs tam ex parte regiminis medicinalis, quàm ex parte ſex rerum non naturalium. In diſcraſia ergo calida teneat in ore aquam frigidam aut roſaceam, aut aliquam iſtarum cum tertia parte aceti permixtã, aut ſuccum aliquem frigidum ſicut plantaginis, ſolatri, ſemperuiui, & ſimilium, aut aliquã decoctionem, ſicut eſt decoctio facta ex roſis, myrto & folijs ſalicis, & ſimilibus, & ex olijs eſt oleum immaturum, oleum roſ. ſalicinũ, myrtinum, nenuphar. & apud maiorem neceſsitatem infrigidationis poſſumus addere pro qualibet ℥. ſucci, aquæ aut olei, s. ℈. camphoræ, & apud maiorem neceſsitatem profundationis, aut repercuſsionis, aceti, quod ſit ſubtriplum aut ſubquadruplum ad illud cui admiſcetur. Sed in diſcraſia frigida confert uinum calidum retentum in ore, & decoctiones ex rebus calidis, ſicut ex ſandaraca, maſtice, ſaluia, hyſſopo, zingib. pipere, pirethro, & ſimilibus, ex quibus 1. aut plura cum uino decoquantur, & his poteſt addi acetum pro octaua parte aut decima. Et theriaca & mithrida. ſuper dentibus illinita conueniunt, & aqua ardens eſt ultima. Si uerò cauſa doloris fuerit ſiccitas pura confert ut fricetur dens cum eis quæ ſunt, ſicut butyrum & adeps anatis. Et regimen ſex rerum ſimiliter ordinetur in contrarium diſcraſiæ, &c. Prohibentur autem humores à fluxu ſi ſupraſcripta aliqua ſtipticitate participent, aut ſecum admiſceatur acetum. Et ſi oportuerit fiant euacuationes & diuer. de quibus infra. Et corrigantur accidentia ſecundum quod oportet, & maximè uigilię ſecundum quod dictum eſt ſuperius, & maximè cum narcoticis, de quibus infra. Et prohibẽt materiam declinare ad dentes.

Si uerò dolor fuerit à mala complexione cum materia & propriè apoſtemate, exigitur duplex regimẽ.

Primum tribus completur intentionibus, ſcilicet, euacuatione, diuerſione, & fluxus prohibitione. Prima intẽtio perficitur cum phlebotomia ex cephalica ſi materia à capite rheumatizet. Sed ſi à membris inferioribus cum phlebotomia baſilicæ aut ſaphenarum, & hoc ſi materia eſt ſanguis aut mixta cum ſanguine, & propriè apoſtemans, & reliqui humores cũ proprijs educantur, de quibus ſæpe dictum eſt. Sed materia calida apoſtemante potius conueniunt medicinæ lenitiuæ, ſcilicet aqua fructuum quæ cum manna aut caſsia permiſceatur. Secundam rem complent uentoſationes factæ in ſpatulis, fricationes, extremitatum lotiones, crurium ligaturæ doloroſæ, & ex diuertentibus, & ſimiliter eradicantib. materiam ſunt inciſio uenarum quæ ſunt ſub lingua, & in labijs & uentoſationes ſub mento cum inciſione & ſcarificatione gingiuarũ, appoſitio ſanguiſ. in radicibus dentium. Et dixit Gal. quòd ſi teratur allium, et ponatur in palma manus in parte domeſtica per noctẽ, & propriè in manu quæ ſequitur dolorem dentis, tollit, & expertum eſt. Tertiã rem complent adminiſtratiões prohibentium fluxum materierũ ſicut pilulæ opiatę alkaib quas fecit Alex. & poſitæ ſunt in cap. de catarrho. Regimen autem particulare diuiditur in curam ueram, & curam mendoſam, ut eſt apud Meſue.

Cura autem mendoſa dicitur, quia auferendo ſenſum ſedat dolorem, ſed non remouendo cauſam. Sicut eſt ſuffumigatio facta cum hyoſcyamo, & propriè cum cãnula ueniente ad dentes poſita ſuper embota. Et expertum eſt oleum roſ. ℥. s. cum ℈. s. opij, ſcilicet linitum ſuper dentes. Et loco ol. poteſt accipi ſyr. acetoſus. Similiter pirethrum & camph. æqualibus protionibus. Et collutio facta ex aceto decoctione hyoſcy. aut ex radice eius cum aceto & oleo roſ. Et ſolatrum cum aceto eſt medicamen expertum, & hoc in cauſa cal. Sed in fri. eſt hoc medicamẽ. ℞. hyoſ. al. opij. ſtir. galb. ana. ʒ. 1. pip. aſſæ foetidæ, ana. ʒ. s. miſce cum rob, & liniatur ſuper dentem doloroſum. Caſtoreum quoq; & opium, ana. mixta cum ol. roſ. & diſtilletur in aurem ſequentem dolorem optimè confert, & ſufficiunt de ambobus duo. gran. ſimul. Item ſagenea, troch. ſtellæ & philonium, & propriè ſi fuerit mixtum cum eis aliquantulum opij. Ex ſedantibus dolorem illud quo communiter utor eſt oxymel ſcyllit. cum opio, ut puta, 2. ʒ. eius cum 5. gran. opij, & cum cotto in hoc inuoluto dens & radix eius inuoluatur. Et hæc ſufficiunt pro cura mendoſa.

Cura uera autem tribus completur intẽtionibus. Prima eſt repercuſsio conueniens in principio. Secunda repercuſsio cum reſolutione mixta, aut maturatione

tione conueniẽs uſq; ad medium ſtatus. Tertia eſt reſolutio aut maturatio deinceps conueniens. Primò completur cum his quæ repellunt materiam & confortant ſuą ſtipticitate, de quibus ſupra dictum eſt, ſaltem in cauſa cal. quantum eſt oportunum. Sed in cauſa frig. in principio, fiat repercuſsio cum oleo roſ. mixto cum maſtice, aut ſandaraca, aut cum ramich, id eſt cum mixtura facta cum paſſulis & gallis ex qua fit gallia muſc. & apud Auic. ex rebus fortibus ad repercutiendum. Et propriè in materia frig. eſt alum. aduſtum & extinctũ cum aceto cum æquali quantitate de ſale & adminiſtretur, & poſtea colluatur os cum uino, & decoctio gal. in uino & aceto conuenit, & cum uentum eſt ad augmentum, adminiſtrandum eſt oleũ roſ. cum uino decoctionis, maſt. aut cũ uino decoct. paſſu. aut foenug. Et ſandaracha cum aceto eſt ſublimis iuuamẽti, prohibet enim rheumatizationẽ, ſtringit gingiuas & ſedat dolorem. Et ultimò perueniendum eſt ad reſoluentia uel maturãtia ſicut uinũ decoctum, paſſul. ficuum & foenug. imò ficus maſticatę & in ore retentæ ſuper dente dolor. maturant & ſedant dolorem. Et ex maturantib. ſedantibus dolorẽ eſt ol. decoct. rad. althææ, foenug. chamæm. melil. ſingulariter aut coniunctim, & hoc in cauſa cal. ſed in frig. cõuenit uinum decoctũ hyſſ. alaſce, id eſt, thymi, & ſuc. porri cum cotto, loco dolenti aplicitus. Experta habentia ſingularem proprietatẽ in ſedando dolorem ſunt multiplicia, ſcilicet colluuiones oris appoſita circa dentes ſuffumi exterius appoſita, in aurem inſtill. Cauterizatiões dentis & fricatiões. Ex decoctionib. iuuantibus eſt acetũ decoct. ſpolij ſerpentis cum proprietate ſua, & ſimiliter decoct. rad. cappar. in ore retẽtum, uel ſuper dente dolente appoſitum. Item cortex & lignum pini bullitũ cum aceto, & radix collocynt. & pulpa eius ſimiliter bullita, & acetũ bullitum in teſta colocynt. Huiuſmodi autem quæ fiunt cum colocynthide quandoq; abhorrentur propter amaritudinem, & ellebor. bullitus cum uino eſt ultimum Item radix etiã raphani, folia almezereon, pirethrum zing. cucu. aſi. harmel. id eſt ruta agreſt. ariſtol. rot. Hæc omnia ſingulariter aut coniunctim bullita cum aceto conferunt, & propriè in cauſa frig. Sed ex proprijs applicitis ſuper dentes dolorẽ ſedantibus eſt piper & pix ſimul mixta. Similiter piper & aſſa, aut ſinap. & aſſa, aut ſerapinũ, reſoluit enim dolorẽ congelatum. Item oppoponacum cum pirethro, ſpolium ſerpen. combuſt. & mixtum cum oleo ad ſimilitudinem unguenti, & poſitum ſuper dentes eſt mirabile in ſedatione doloroſa. Et puluis factus ex origano & nitro ſuper dentes & gingiuas aſperſus mox tollit dolorem. Item. ℞. pirethri ſtaph. ana. ʒ. 1. & fiat puluis ſubtilis, & cũ cera incorporetur, ex qua cera dens inuoluatur. Et ex cõuenientibus leuibus multum iuuantibus eſt ut medulla panis recentis calidi dentibus comprimatur. Ex ſuffumigatis eſt ſemen porri cum pice ſuffumigatum cum traiectorio ad radicem dentium, tollit dolorem, & uermẽ occidit. Res autẽ quibus fit euaporatio exterius ad dolorem dentium ſunt ſicut malua, anethum, althæa, paritaria, camom. & melilot. foenug. ſem. lini. ſem. caul. ſem. porri. &c. Ex his poteſt fieri emplaſt. & ſimiliter ex cæpe alſo cum oleo chamęm. & anethino, aut oleo lilio. Et quandoque fiant euaporationes ex rebus ſiccis, ſicut ex milio pauco aut ſale. Res autem quæ inijciuntur in aures & ſedant dolorem, ſunt ſicut oleum de amyg. dul. & amar, & ſambuc. quodcunq; horum coctum fuerit in cæpe cõcauo poſtq; ſecum permiſcetur aliquid caſtorei, aut euphor. & quandoq; aliquid opij apud uehementiam doloris. Auic. confectio experta ad dolorẽ dentium difficilem & ad corroſiones. ℞. caſtor. myr. opij, piperis galban. ana. cõfice cum rob, & fac ex eis troch. & linian tur dentes. Et apud Auic. ſi cauſa doloris eſt uẽtoſitas, reſoluatur cum ſagapeno galbano & granis alharmel, id eſt rutæ agreſt. & cornua cer. combuſt. decocta in aceto ſcyllit. deinde trita & cõfecta in oxymel. denti applicita ſedant dolorẽ, & propriè ex corroſione etiam epar ſtellionis poſitum ſuper dentem corroſum ſedat dolorem. Et quandoq; uaporatur barba frequenter & emplaſtratur, ut ad ipſum trahatur materia: cum enim emplaſtratur barba, id eſt, locus exterior ex directo dentis dolentis ſedatur dolor, & propriè cum cauterizatur dens cum oleo feruenti illa hora. Cauterizatur autem dens aut cum oleo feruente applicito cum extremitate ſtili cotto inuoluta, aut oleum feruens cum embuba inſtilletur in foramine dentis. Sed primus modus eſt melior, & quandoq; cauterizatur cum extremitate ſtili igniti, & propriè proueniente ad radicem dentis, aut ad partem putridam aut corroſam. Et bonum eſt ut gingiua & dentes ſani defendantur cum peria in aqua roſ. aut aliquo frigido infuſa parti defendendæ applicita aut cum paſta, aut ſimili re uiſcoſa. Et quandoq; neceſſarium eſt ut perforetur dens perforatorio minuto, ut uirtus penetret cauterizatiua ad locum ęgrum. Et fricantur aliquando dentes ad excuſsionem materię in ipſo exiſtentis. Ex cõuenientibus ad fricandum eſt zing. & pirethrum in oxymelle iuſnſum, & ſimiliter acetum cum ſale. Et ſuffumigationes, & propriè cum traiectorio conueniut, & maximè ſi uermis adſit, ſicut ſi fiat ex colocynth. aut granis eius, aut ſem. ſinapis, aut cæpe. Tertiò uerò regimen curat accidentia ſicut uigilias cum his, quæ dicta ſunt in capitulo proprio. Regimen uitæ declinet in contrarium diſcraſiæ, & cum fiunt huiuſmodi cauterizationes declinet ad frigidum & humid. & ſit tenuis.

Cura corroſionis dentium tribus cõpletur intentionibus. Prima eſt euacuatio humiditatum putridarum cum eis quæ dicta ſunt. Secunda eſt reſolutio ipſarum ex ipſis dentib. ad quod ualet acetum, decoct. nigellæ cum cotto applicitũ, aut nigella trita cum alchitrã, & ſuper dente linita. Et ſimiliter acetũ decoct. capparis, aut zing. aut acetum ſolum, & oxymel ſcyllit. & eſt proprium, & epati lacerti ineſt proprietas in prohibendo corroſionem ſi eo fricetur dens corroſus. Tertia intentio eſt confortatio dentis & prohibitio corroſionis cum ex eis linit aut impletur dens corroſus. Et gallia ſola prohibet putrefactionem, & cãphora ſola in cauſa cal. eſt ultima. Et hyoſcyamo cum ſtyrace mixto ineſt operatio mirabilis, cum per traiectorium dens corroſus ſuffumigatur.

Regimen autem implendo dentem corroſum eſt, ut impleatur in cauſa cal. cum frigidis, & in frigida cum calidis. Secundò, ut non impleatur cum labore & uehemẽtia addente in dolore, & ex proprijs eſt gallia cum ciperis aut cum maſtiche, & eligantur ex ſupraſcriptis cal. aut frig. ſecundum oportunitatem in

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.106

contrarium diſcraſię dentis, ſed ubi non fuerit multus receſſus à mediocritate impleatur cum folijs auri.

DE EXTRAHENDIS DENTIBVS. Cap. XLIX.

Medicamen quod cum in dente corroſo ponitur, ipſius ſedat dolorẽ, aut ipſum conſtringit. Sumatur chebichengi, & piper, & trita, & alchitram conſpergantur & impleantur ex eo. Medicamen quod dentes debiles & qui ſint extrahendi, ac dolentes eradicat. Cortices radicum mori & cappari, & pirethrum, & lac tithimalli atq; lac anabulæ, & arſenicum rub. & radix colocynthydis ſumantur, & trita ex tanto aceto quod eis ſufficiat conſpergantur. Acetum quoq; per hebdomadam unam ſimul in die ut prius addatur, poſt hoc dentes in circuitu ſcalpentur, & ex prædictis decies in die epithimentur donec ad mouendum ſint faciles, & ſic extrahantur. Aut epithimia fiat ex fece aceti acutiſſimi per multos dies, & poſtea extrahantur. Aut ranæ fluuiales in oleo coquantur donec diſſoluantur. Quandoque neceſſe fuerit dentium radices ſcalpentur, & ex oleo iſto multotiẽs inungantur, donec facilè moueri poſſint, poſtea cum inſtrumento euellendi dentes euellantur.

Cauſæ eradicationis dentium ſunt tres. Prima, quia ſanitas nocumenti eius, & propriè doloris non ſperatur, cuius ſignum potiſſimum eſt, quia quamuis aliquando medicinali auxilio ſedetur, tamen parum poſt redit. Secunda quia timetur nocumentum corroſionis, aut putrefactionis, aut aliud cõmunicari dentibus uicinis aut mandibulæ. Tertia, quia fortè impedit operationes in quas ordinatur, ſcilicet locutionem aut maſticationem, quare conſilium eſt procedere ad ipſius eradicationem, & propriè ſi cauſa & nocumentum ſit in ſubſtantia dentis. Si autem dens ſit ſanus & nocumentum ſit in gingiua ueriſimilius eſt eius eradicationem magis obeſſe quàm prodeſſe. Si uerò cauſa nocumenti ſit in neruo eſt indifferens eius eradicatio ad nocendum & iuuandum. Iuuabit enim primò, quia de materia per eradicationem reſoluetur. Secundò, quia conuenientius eſt medicinas parti læſæ, ſcilicet, neruo applicare. Sed nocebit, quia per dolorem extractionis, materię ad locum doloroſum attrahentur quæ erunt cauſa augmenti doloris, & quòd communicetur oculo & cerebro, & fortaſſe febrium, ſyncopis, & epilepſiæ, & propriè ſi ante extractionem aderit magnus dolor, & cum hoc ſi magnus ſuperueniet cauſa extractionis, quia fortè dens eſt ualde firmus & pluribus radicibus affixus mandibulæ, etiam ſi dens ipſe fuerit apoſtemoſus aut corroſus. Quare diligenter coſydera antequam ad ipſius extractionem procedas, & alia medicamina prius experire. Quod ſi conſilum tuum omnibus æquè libratis fuerit in ipſius extractione, hoc facito quibuſdam canonibus: Primus, ut præcedat euacuatio cum phlebotomia, pharmacia, aut utraque ſecundum exigentiam plectoriæ, aut cacochymiæ. Secundus eſt, ut dolor ſi fuerit, fortis prius ſedetur, & ſi non cum alio ſaltem cum ſtupefacientibus. Modi autem in extractione dentium ſunt tres. Primus cum ferro, ſed prius debet fieri ſcarificatio gingiuarum & ligamentorum circa radicem dentis ligãtium dentem cum mandibula, deinde cum inſtrumentis ad hoc proprijs extrahatur, quorum figuras uides in margine. Secundus modus eſt cum cauterio actuali, ut cum ſtilo ignito multotiens applicito in foramine dentis ſi quod eſt, aut ſi non eſt circa radicem dentis, nam per hoc fortè ſedabitur dolor, & cadet dens in proceſſu temporis, & uicem huius ſupplet oleum feruẽs cum cotto in extremitate ſtili inuolutum multotiens applicitũ denti dolenti, aut cum moleta multotiens applicetur granum olibani feruẽs figuratum ſecundum exigentiam partis cauterizandæ, & hæc cum hoc quod faciunt dentem in proceſſu dierum cadere, dolorem ſedant. Tertius modus eſt, cum medicinis ad hoc proprijs, quarum quatuor deſcribit Raſis in præſenti capit. Prima ſumatur chebichengi id eſt apium, & propriè ſylueſtre, & maximè radix, quæ eſt calida uſq; ad tertium gradum, & ſicca in ſecundo, corroſiua, frangens dentes, & piper calidum in quarto faciens cadere dentem, conſumendo humiditatem ſubſtantificam ipſius, & ligamẽtorum, & trita incorporentur cum alkitra, id eſt, pice liquida, calida. & ſic. circa ſecundum gradum poſita, ut medicinas faciat denti adhęrere. Impleatur dens corroſus ex hoc, aut circumuoluatur. Dicitur etiã de apio, quòd appenſum collo tollit dolorem eius. Secunda, quia eradicat debiles dentes, aut dolentes qui ſunt extrahẽdi. ℞. corticum radicum mori frig. & hum. cuius tamen fructus eſt cal. & hum. ſi dulcis ſit: ſi uerò acerbus frig. & hum. radicum capparis, de quibus ſupra, pirethri, lactis tithimalli, lactis anabulæ, arſenici rub. cal. & ſic. in tertio, radicis colocynt. ana. & trita cum tanto aceto quod ſufficiat ad incorporandum omnia, in modum unguenti miſceantur & detibus applicẽtur. Tithimallus autem habet ſeptem ſpecies, quarum una eſt anabula: lac autem cuiuſcunq; ſpeciei ipſius tithimalli eſt cal. & ſic. in tertio corroſiuum, & faciens cadere dentes conſumendo humiditatem ſubſtantificam eorum & ſuorum ligamentorum, acetum autem quod ſingulo die per hebdomadãm addi debet, iuuat ad faciendum uirtutes aliarum medicinarum penetrare, & cum hoc humidum ſubſtantificum exiccat, & hoc unguentum maximè imprimit dentibus in circuitu ſcarificatis, & multotiens applicetur hoc unguentũ cum cotto in eo infuſo dentem circundante donec facilè moueatur & ſic extrahatur. Tertia medicina eſt, ut fiat epithima ex fece aceti acuti, per multos dies, & propriè ſcarificatis dentibus, ut prius.

Quarta medicina eſt, ut ranæ fluuiales in oleo coquãtur donec diſſoluantur, & ſcarificatis dentibus ex oleo iſto multotiens inungatur donec facilè moueri poſſit, & poſtea cum inſtrumento facilè extrahatur, imò cũ digitis aut ſola fili ſuſpenſiõe aliqualiter cum impetu in rectitudine ipſum trahendo. Melior tamẽ eſt adeps ranæ uiridis habitantis in arboribus, & propriè ſi miſceatur cum lacte tithimalli, cum autem hæ operationes fiunt, dentes alij tueantur ne nocumẽta eorum quæ applicantur eis communicent. Et dentibus euulſis cum ferro teneat in ore acetum infrigidatum decoc. gallarum aut balauſt. ſed paucę acuitatis, aut cum aqua roſacea mixtum. Et ſi dolor adſit oleum roſaceũ ſolum, aut decoct. maſtichis quomodocunq; extracti ſint, aut lac in ore teneatur.

DE CONGELATIONE ET STVPORE DENTIUM. Cap. L.

Portulaca & amygdalæ amaræ maſticentur, aut his ſimilia. Aut fiat fricatio cum ſale. Et maſticetur cæra.

Congelatio dentium ſiue ſtupor eſt diminutio ſenſus tactus accidens dentibus.

Cauſa eius eſt mala complexio, ſecundum plurimum frig. cum aſperitate quadam in ſuperficie dentis quæ fit, aut à cauſis extrinſecis ſicut rebus acetoſis, acribus, ponticis, & ſtipticis maſticatis, aut in ore retentis. Quandoq; uerò ab humoribus uenientibus ad dentes ſub forma uaporis, aut humorum à ſtomacho uel à capite, quæ acetoſitate uel acredine, uel ponticitate participant. Quandoq; uero ab imaginatione, ſicut cum uidemus coràm nobis aliquos maſticantes res acres, huiuſmodi imaginatio facit dentes ſtupere, ſiue hoc immediatè faciat, ſiue mediatè ſimilem humorem, ſcilicèt acetoſum, acrem, &c. ad dentes attrahendo. Et quandoq; fit propter nerui oppilationem, aut aliam malam diſpoſitionẽ ſiue propter alias cauſas. Et ſi quæratur quare aqua frig. aut aer frigidus non faciat huiuſmodi ſtuporem poſtq; ſequitur malam complexionem frigidam. Reſpondetur q huiuſmodi acetoſa & pontica cum hoc quod inducunt malam complexionem, etiã exaſperant dentes & gingiuę ſuperficies, &c. Et fortè bene conſyderanti apparebit ſtuporẽ dentis eſſe duplicẽ. Quidam dicit purã diminutionẽ ſenſus tactus, ſicut qui prouenit ex oppilatione nerui, quidam cum diminutiõe quandam triſtem ſenſationem, quæ eſt actio corrupta ſenſus tactus ipſius dentis. Et prima poſſet cõtingere ex aqua frigida diu applicita. Secunda exigit præter diminutionem ſenſus cauſas inducentes huiuſmodi triſtem ſenſationem in ſuperficie dentis & gingiuæ.

Signa quòd ſtupor ſit ex nocumento dentis cognoſcitur ex ipſius diuturnitate, & præceſſerunt nocumenta dentis. Sed quòd fit per cõmunitatem à ſtomacho, aut capite declarant nocumenta præcedentia ſtomachi aut capitis. Sed quòd fit à cauſis primitiuis ipſæ ſemetipſas declarant.

Prognoſticum ſecundum plurimum curatur ſatis faciliter, niſi ſequatur malam nerui diſpoſitionem, & præcipuè eius oppilationem & ſolutam continuitatem, cuius cura ſit difficilis. Cura. Maſticatio portul. eam remouet ſua uiſcoſitate attrahendo quod in dente impreſſum eſt. Et Auic. 2. can. & Serapio dicunt quòd hoc facit ſua ſubſtantia uiſcoſa remouendo aſperitatem ab huiuſmodi acribus & ponticis derelictam. Et ſimiliter hoc facit maſticatio ceræ caſei, & ſimilium uiſcoſorum. Amygdalæ autem amaræ maſticatæ hoc faciunt partim ſua caliditate, partim ſua adhærentia & uiſcoſitate. Sal autem fricatum ſua caliditate & ſiccitate alterando malam complexionem frigidam, reſoluendo quod ex humiditate ſubtili ſtupefaciente in dentibus eſt impreſſum, aut in ſuperficie inuiſcatum. Et panis calidus hoc idem facit ſua caliditate actuali & adhærentia. Et in ſumma omnia cal. & ſic. curant calefaciendo & reſoluendo humiditatem dentibus impreſſam & remouendo malam complexionem frigidam. Et omnia uiſcoſa ſua adhærentia extrahendo quod dentibus eſt affixum, & quæcunque nerui oppilationem remouent ſunt in hoc proficua ſi ab eius opilatione conſurgat.

De ſtupore tamen ſuperius eſt actum ſufficienter in proprio capitulo.

Oleum calefactum in panno deſuper eſt ponendum. Aut uitellus oui aſſatus calidus multotiens maſticetur. Aut calidum panem multotiens mordeat. Aut fiat fricatio ex balſamo, aut oleo de lilio ſylueſtri.

Hæc diſpoſitio ab Auic. nominatur ebet dẽtium, & eſt ut dentes non tolerent calidum, neq; frigidum, neq; durum. Huius enim cauſa immediata eſt debilitas dentis, quare faciliter patitur à quibuſdam occurrentibus. Cauſa autem debilitatis eſt triplex, ſcilicet frigiditas. Et eſt ſecundum plurimum propter complexionem dentium ſua ſimboleitate facilè labentem ad frigidum. Et aliquando, ſed rarò eſt caliditas. Et tertiò ſed rariſſimè eſt nimia dẽtis ſenſibilitas cum raritate texturæ ipſius, unde à quibuſcunque notabilis impreſſionis facilè patitur. Et frigid. cognoſcitur ex colore gingiuo albo uel fuſco, ſicut calid. cognoſcitur ex colore rubeo uel citrino.

Secundò cognoſcitur utraq; ex ſenſatione caliditatis aut frigiditatis. Tertiò ex cauſis præcedentibus. Quartò, quia iuuatur à contrarijs & offenditur à ſimilibus. Sed raritas texturæ cognoſcitur ex diuturnitate huius paſſionis, aut fortè quia contracta eſt à principio generationis qui parum remedia proficiunt.

Prognoſticum. Hæc paſſio cum eſt à raritate texturæ difficilè curatur. Sed ſi pendeat ab alijs cauſis ſatis faciliter. Secundum, hæc diſpoſitio frequenter nunciat & præcedit dolorem.

Cura. Si fit à calidit. uel frididitate cum materia, eſt ut poſt euacuationem & diuerſionem factam ſecundum exigentiam humoris peccantis, quælibet iſtarum cum ſuis contrarijs remoueatur, frigiditas quidem, cum panno uel cotto in oleo infuſo, & dentibus applicito. Et eſt primum remedium Raſis. Secundum eſt ut uitellus oui aſſatus donec induretur exiſtens multum calidus maſticetur. Tertium eſt ut panem calidum multotiens mordeat. Quartum eſt ut fiat fricatio ex balſamo calido in tertio, aut ex oleo de lilio. pſilio ſyl. calid. in ſecundo, quæ tamen

r 3

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.107

actu calida applicentur. Et per huiuſmodi intelligere poteſtis multa alia cal. & ꝓpriè uiſcoſitate quadā participantia, quæ etiā proprietatē habeant in ſedatione doloris ſicut ſunt oleagina, remouent enim frigid. & materiā ſi qua ſit reſoluunt & dentem confortant. Si uerò ſit calid. confert oleum roſac. cum camphora uel ſandal. Item portulaca maſticata, & ſemen eius & eſt propria & his ſimilia. Si uerò ſit à nimia ſenſibilitate cum raritate texturæ confortetur dens cum moderatè ſtipticis & uiſcoſis, & ſenſus obtundantur, etiā ſi oportuerit cum leuiter ſtupefacientibus.

DE ANATOMIA ORIS. Cap. LI.

IVxta morem conſuetum nobis pręmittenda eſt anatomia oris & reliquorum membrorum quę in ore continentur, præterq̃ dentium, quia de ipſorum anatomia actum eſt. Os enim deſcriptiuè eſt uas uniuerſale membrorum locutionis in homine & uociferationis in reliquis animalibus uociferantibus ex ſufflatione, ad retinendum cibum donec maſticetur & deglutiatur, & retinendum aerem pro euentatione cerebri & membrorum ſpiritualium, & ad expuſionem ſuperfluitatū quæ per meri cannam pulmonis & colatoriorum ad ipſum deferuntur finaliter ordinatum. Labia uerò quę ſunt anterior pars ipſius ſunt compoſita ex cute, carne, neruis & panniculo interius tegente, qui eſt continuus cum palato, panniculo linguæ & meri ad os ſtomachi. Et propterea ante uomitum propter hanc continuationem tremit labium inferius. Et eſt de ſignis uomitus proximè futuri. Hæ autem habentes partes labia componentes, ſunt adinuicem mirabiliter contextæ, ita ut non poſsint ſeparari. Hoc autem factum fuit, quia labia debuerunt moueri ad omnem differentiam poſitionis ſecundum exigentiam locutionis. Si ergo in ipſis fuiſſent muſculi pro his motibus neceſſarij nimis labia fuiſſent craſſa, quod ualde fuiſſet indecorum. Et propterea nerui fuerunt cum his partibus ad minima diuiſi, ut cum ſubtilitate labiorum ſeruaretur motus uoluntarius. Ex quo patet quòd labia ſunt calida & humida propter carnis dominium. Et in ipſis ſunt quatuor uenæ dictæ alieneri, duæ in labio ſuperiori ab utroq; latere ſuperiori una, & duæ in inferiori ſimiliter partitæ, quarum phlebotomia ualet multum in ægritudinibus oris & partium eius, &c.

DE ÆGRITVDINIBVS LINGVÆ. Cap. LII.

LIngua uerò eſt membrum inſtrumentale in ore cõſtitutum figuræ oblongę ex carne, panniculo uenis, & arterijs, & nouē muſculis compoſitum oſsi lambdæ in parte poſteriori alligatum. Ad guſtum, locutionem, cibumq; uoluendum pro maſticatione finaliter ordinatum. Fuerũt autem tot muſculi in lingua, quia debuit ad omnes differentias poſitionis moueri ſecundum locutionis exigētiam. Et habuit plures uenas, arterias & neruos q̃ aliquod aliud membrum reſpectu ſuæ molis. Eſt autem organum guſtus per neruos uenientes à tertio pari neruorum cerebri, & habet motum uoluntarium per neruos uenientes à ſeptimo pari neruorum cerebri. Circa radicem eius ab utraq; parte ſunt carnes glandoſæ ad hoc ordinatæ, ut humiditatem ſaliualem generarent pro humectatione linguæ, ne tot motibus exſiccetur. Generatur autem in eis ſaliua ex uaporibus undecunq; ad illas partes eleuatis, et ex rheumatiſmis à capite deſcendentibus. Et in illis carnibus glandoſis ſunt duo foramina in quæ poſſet ingredi ſtilus, per quæ humiditas ſalíualis ad linguam diſtillat, & cutis linguę eſt diuiſa in duo media coràm commiſſura coronali. Et inter illa duo eſt communitas in ligamentis & continuatione. Sub lingua uerò ſunt duæ uenæ uirides magnæ, ex quibus procedunt uenæ plures, & uocantur raninæ. Et melior linguarum ſecundum potentiam bene loquendi eſt commenſurata, id eſt, mediocris in longitudine & latitudine ſua, & ſubtilis ad extremitatem ſuam exteriorem. Illa enim quę magna eſt & lata ualde & craſſa, aut parua ſicut ſpaſmata, non eſt conueniens ad locutionem. Et ex his patet linguam eſſe calid. & humid. in complexione. Et poteſt pati omne genus ægritudinis, &c. Et patet eius colligantia cum cerebro, epate, corde, per neruos, uenas & arterias, & cum ſtomacho mediante meri, & cum pulmone & membris ſpiritualibus per cannam pulmonis. Et propterea ſigna ſumpta à lingua ſunt ferè in quacunq; ægritudine efficacíſsima. Poſtea ſunt dentes quorum anatomia pręceſsit. Et poſtea eſt palatum habens concauitatem in cacumine ſuperiori ut fiat uocis intonatio & reuolutio ągilis cibi quando dentibus conteritur. Et in fine palati eſt uuula pendens in modum grani uuæ, ideo uocata eſt uuula exiſtens rara in ſubſtantia, & ſpongioſa, quia principaliter facta eſt ut ſuperfluitatem deſcendentem à capite hora rheumatiſmi recipiat ne ad membra inferiora deſcendat, & propterea frequenter apoſtematur. Eſt etiam formata ut uocem modulet refrangendo aerem qui eſt materia uocis.

Tertium iuuamentum eſt ut aerem qui ad pulmonem uadit, & attrahitur per nares & os repercutiendo aliquandiu in ore retineat ne frigidus, ſed alteratus ad pulmonem deueniat. Et propterea cõtingit ꝙ habentes abſciſſam uuulam multum ſunt catarrhoſi, & ideo prohibetur ab autorib. ne incidatur. Sed ſi ſit putrida uel apoſtemata debet aduri ſemper dimittendo tantum de ea ut poſsit ad ſupra ſcripta iuuamenta deſeruire, quod poſſet fieri cum cauterio actuali & cãnula ænea, lutata luto ſapientiæ. Et cum potentiali, ut puta cotto in extremitate ſtili impoſito, & in aqua forti intincto, & pluries applicito ſecundum exigentiam ſiue cum cannula, ſiue ſine cannula, & cum iſto etiam poteſt abſcindi ſi nimis elongatur, & pendeat poſita ſub ipſa aliqua lamina ferrea, ſuper qua adhæreat, & non debet ſcindi propter multitudinem ſanguinis egredientis difficulter conſtringibilis, & quia difficulter conſolidatur propter ſitum ſuum & modum ſubſtantiæ, unde perpetuo ſanies emanat & ſequitur fœtor oris perpetuus. Poſt uuulam ſunt fauces dictæ pharinges, & ſunt loca ampla, glandoſa, ex utraque parte colli apta ſuſcipere ſuperfluitates cerebri imò ſunt emunctoria cerebri, ideo frequenter apoſtemantur, & apoſtema earum licet non emineat extra, eminet tamen intus, & ideo ſi os aperiatur & in profundo aſpiciatur. Apparet tumor, & fit ibi una ſpecies ſynanches, quæ in uulgari noſtro dicitur gaion, & in fine iſtarum exiſtit principium cannæ & meri de quorum anatomia infra dicetur.

De

DE PVSTVLA LINGVAE. Cap. LIII.

PVſtula linguæ quaſi paruum apoſtema & bothor linguæ ſunt termini ſynonymi ſignificantes hanc diſpoſitionem, quæ diffinitiuè eſt puſtulæ multiplicatæ in partibus oris. Bothor enim Arabicè idem ſignificat quod puſtula latinè.

Species harum ſunt ſecundum diuerſitatem humorum, ſcilicet ſanguineæ cholericę, phleg. & melancholicæ. Item quædam malignæ herpeticæ, quędam paucæ malignitatis. Cauſæ ſunt quædam extrinſecæ ſicut conſtitutio pluuialis, calid. & humid. diſpoſitiones ad humorum putredinem. Similiter cibi in ſtomacho corrupti & propriè ad putridum & fumoſum, licet etiam corruptio ipſorum ad acetoſum aliquando poſſet eſſe in cauſa, & propriè corruptio lactis in ſtomachis puerorum lactentiũ, ſiue propter lactis diſpoſitionem, ſiue ſuorum ſtomachorum diſcraſias, aliquando cauſæ ſunt corporeæ duplices exiſtentes per communitatem aut à toto ſicut in ſeb. acutis & propriè peſtiferis. Et ſicut in ſpeciebus hydropiſis, aut à parte, maximè à ſtomacho & capite propter uapores eleuatos ab humiditabus putrentib. in ipſis & communicatis partibus oris. Et aliquando propter humores à capite rheumatizantes. Similiter poteſt fieri communicatio à ceteris membris. Hi autem uapores ad os perueniẽtes faciũt puſtulas duobus modis, aut quia fixi in partibus cutis oris quæ ſubtilis eſt & tenera, poſtea incraſſati reducuntur ſiue condenſantur in humore à quo eleuati ſunt. Aut quia inficiunt partes oris quas attingunt taliter ut illarum partium humores male diſpoſiti faciant has puſtulas. Aliquando uerò cauſæ ſunt per eſſentiam in ore, ſcilicet mala diſpoſitio humorum in uenis oris contētorum talis ut natura moueatur ad ipſos expellendum, & ſic expulſi faciant has puſtulas nulla alia cauſa corporea præcedente.

Signa harum puſtularum habentur ex relatu ægri & uiſu, ꝙ ſint ſanguineæ ex colore rubeo purpureo cognoſcitur, & quòd ſint cholericæ ex colore rubeo tēdente in citrinum, & phlegmaticæ ex colore albo, & melancholicæ ex fuſco ſiue nigro, quòd ſint malignæ cognoſcitur, quia procedunt dilatando ſe & corrumpendo partes uicinas, & quia tendunt in nigredinem, quòd pendeant à cauſis primitiuis declarat præceſsio illarum. Et quòd ſint per communitatem à toto declarant ægritudines totius, & ſimiliter quòd ſint per communitatem ab aliquo membro declarat præceſsio malę diſpoſitionis illius membri, cum cuius cremento augetur, & decremento minuitur. Quòd autem ſint per eſſentiam in ore declaratur ab abſentia aliarum cauſarum, quæ ſunt per communitatem. Prognoſticum. Primum, cum puſtulæ nigræ huiuſmodi multiplicãtur in ægritudinibus acutis mortem in breui ſecuturam pronunciat. Secundum. Cum huiuſmodi puſtulæ maximè non nigræ in ægritudinibus acutis multiplicãtur exterius in labijs, & circa ipſa magis attinet ſaluti quàm morti. Significant enim dominium uirtutis ſuper materiam, ſicut in caſu priori cum nigræ ſunt, & interius factæ ſignificant malignitatem materiæ propter nigredinem & uirtutis impotentiam, quia natura nõ expulit exterius, quapropter oportet ut citò ſuccumbat. Sed quia ad huiuſmodi puſtulas ſequũtur ſecundum plurimũ ulcera oris, de his ulceribus quæ apud Auic. & Arabes uocantur alchola eſt agendum.

Sunt enim ulcera exiſtentia in cute oris & linguæ cum expanſione & dilatatione & eius ſpecies ſumuntur ab humoribus, ſicut dictum eſt in puſtulis. Et malignius omnibus eſt melancholicum, & fit ex melacholia aduſta, ſicut phlematicum fit ex phlemate ſalſo, &c. Cauſæ & ſigna ſumuntur ſecundum quod dictum fuit ſupra in puſtulis, non eſt enim differentia niſi quòd ulcera ſunt cum ſanie & puſtulę non, niſi ulcerentur, & de conſuetudine Auic. eſt ut nominet ea colaham dum in ſuperficie perſeuerant. Quandoque putreſiunt & ſubmerguntur, ſe profundantia & dilatantia non nominat coloham, imò ulcera maligna herpetica, & indigent medicinis cauterizatiuis, & poſſunt huiuſmodi ulcera incipere abſque præceſsione puſtularum.

Prognoſticum. Omne ulcus ueniens in ſuperficie oris eſt uelox ad dilatandum, propterea quòd non deficit ei calid. inſeparabilis & cutis humida lenis, & ſic intellige in cæteris mẽbris ſimilibus, ſicut uulua & ueretro. Reliqua prognoſtica ſumuntur, ut dictum eſt in puſtulis.

SI puſtulæ fiant rubeæ. Sumantur antheræ, amyli, ſpodij, lentium excorticatarũ, ſem. portulacæ, coriandri ſicci, ſem. ſcenæ de Mecha, omnium partes æquales, camphoræ parum, ex his puluerizatis fiat fricatio. Et cum aceto mixta & oleo roſaceo in oleo teneantur. Et ſanguinis minutio cum uentoſis fiat. Albæ uerò ſi fuerint puſtulæ cum ſale & melle fricentur. Et fiat ſyrupus acetoſus. Aut almuri in ore teneatur.

Hoc capitulum habet duas partes. In prima ponit curam puſtularum calidarum, quæ ſunt ſanguineæ aut cholericæ. In ſecunda ibi. Albæ uerò. Ponit curam phlegmaticarum. Et patent omnia. Anthera eſt ſemen roſæ colligendum in autumno ex quodam fructu rubeo naſcente in extremitate roſarij in cuius parte intriſeca ſunt ſemina dicta anthera cum multa lanugine, & eſt frigidum & ſiccum & ſtipticũ, ſicut cætera quæ hic ponuntur præter ſemen portulacæ quod eſt frigidum & humidum, & ſemen ſcenæ de Mecha, quod eſt calidum & ſiccum, & dicitur de Mecha ad differentiam ſcenæ de Arabia, quod non eſt ita bonum. Camphora autem ſit ſubdeculpa ad quodlibet aliorum. Et melius eſt ut in regione noſtra fit hæc mixtio ſine oleo roſaceo propter abominationem. Quid dicat in ſecunda parte manifeſtum eſt. Almuri eſt ſalſamentum factum ex piſcibus ſalſis cum aceto mixtis & ſpeciebus. Et ſyrupus acetoſus de quo ſequitur, maximè ſit mellinus, licet etiam ſaccharinus conueniat.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.108

Harum puſtularum cura triplex exigit regimen. Primum eſt uniuerſale complendum per euacuationem, diuerſionem, & membri mittentis correctionē.

Vnde pro prima intentione fiat phlebotomia, & aliorum humorum euacuatio ſecundum ꝗ expedit, de quibus dictum fuit ſufficienter in multis ex præcedentibus cap. Et communiter euacuantur humores aduſti & corrupti. Pro ſecunda intentione apponātur uentoſæ iuxta textum in ſpatulis uel in nocrea uel ſub mento, uel apponantur ſanguiſugæ, uel phlebotomentur uenæ illarum partium. Et ſic diſcurre per alia genera diuerſionum, ut ſupra in alijs cap. Pro tertia intentione corrigantur ægritudines totius, ſicut febres & ſpecies hydropis & ſimiles, & reliquorū membrorum communicantium, ſicut ſtomachi & cerebri, ſecundum quod dictum fuit ſupra.

Secundum regimen completur primò per eradicationem materiæ coniunctæ, quapropter fiat phlebotomia, aut uenarum ſub ligua, aut uenarum alienerim quæ ſunt in labijs, aut fiat ſcarificatio partium læſarum. Et hac intentione opus eſt cum iam adeſt materia notabilis quantitatis in partibus illis ſiue ibi congeſta ſit, ſiue aliunde defluxa. Si uerò non, ſed incipit fluere, opus eſt ut repercutiatur in principio poſtea reſoluatur aut ſuppuretur.

Singularia uerò conuenientia in principio cum opus eſt infrigidatione & exiccatione, ſunt apud A. mirobalan. ſem. roſ. ſief memithæ, tragagan, balau. duo ſandali, roſæ, ſpodium, ſumach, lentes, lutum, armen. capita gran. corticum glandium & cadmia. Item ſuc. frigid. ſicut lactucæ, ſolatri, uirgæ paſtoris, portulacæ, extremitatum uitis, camphoræ, rob de ribes, rob acetoſę, rob de moris ſylueſt. ſucc. & rob. gran. & agreſtæ, & ſorbarum, pirorum, & ſimilium ſtipticorum. In proceſſu conueniunt gallæ, fructus tamariſci. ciperum, nux cupreſſi, folia oliuarum ſiccar. Et in fine cortices nucis muſ. garyophil. mentaſtrum, gallia, & huiuſmodi, quæ conueniunt in proceſſu, uel in fine in cauſa calida. conueniunt in principio in frigida. Et tua intereſt miſcere calida cum frigidis ſecundum oportunitatē & temporum ægritudinis, & mixtionis materiæ. Sed chelidonia, gallæ, alchana, id eſt arbor cyprica cōuenit in principio, in utraq; materia, ſimiliter myrtus & acetum quod ſecundum plurimum cum his medicinis debet eſſe permixtum, & chelidoniæ cum rebus ſtipticis ineſt uirtus mirabilis in alchola, & ſimiliter camphoræ, ubi opus ſit multa infrigidatione. Si uerò huiuſmodi puſtulæ ſuppurentur, addiuuetur huiuſmodi ſuppuratio cum lacte & propriè aſinino retento in ore. Item cum mucillaginibus ſem. althææ maluæ, lini almaru, id eſt, linguæ bouinæ, ſemin. citoniorum, aut cum horum decoctione, aut paſſularum, & apud A. quidam ſublimiū medicorum dixerunt non eſſe aliquid magis ultimum in cura bothor oris ꝙ oleum de ſchinācho tepidum in ore retentum. Cum aūt ex his puſtulis facta ſunt ulcera, uel fortè ulcera inchoarint ab initio, tunc conſyderandum eſt, an huiuſmodi ulcera calida ſint, id eſt facta ab humoribus per ſe calida aut frigida, id eſt facta ab humoribus, per ſe frig. qui tamen ſecundum plurimum habent caliditatem accidentalem per aduſtionem aut putredinem acquiſitam. Calidorum quidem cura peficitur tum medicinis ſuperius dictis in cauſa huiuſmodi bothor cal. antequam ulcerentur. Sed eligantur medicinæ magis ſicc. Et ad hoc ſunt propria, quæ ſunt dicta in textu in curatione eorum, quæ pendent à cauſa calida.

Si tamen notabiliter ſanioſa uideantur, præcedat mundificatio cum aqua ſacchari, aut ſyr. acetoſo ſimplici. Sed frigid. phlegmatica exigunt duplicem intentionem. Prima eſt mundificatio perficienda cum medicinis abſterſiuis & exiccatiuis, ſicut eſt oxymel ſimplex, aut ſcylit. quæ etiam apud neceſsitatem poterunt permiſceri cum aqua oliuarum ſalitarum. Item poteſt fieri oxymel cum uino, & poteſt huic addi modicum aluminis, aut colchotar, id eſt uitrioli. Secunda intentio perficitur cum exiccantibus, & conſolidantibus, ſicut uinum ſtipticum, decoct. gall. cyperi fructus, tamariſ. nucum cupreſ. & ſimilium. Melanchol. uerò maligniora præcedentibus exigunt duplicem intentionem. Mundificationem perficiendam autem medicinis multum abſterſiuis, imò uirtute corroſiua participantibus ſicut acetum, decoctio gall. aut memithæ quæ eſt ſpecies chelidoniæ, aut almezereon cum melle quibus in decoctione poteſt addi almuri, & colchotar et paſſulæ. Vnguentum quoque Ægypt. cum aceto permixtum eſt ad hoc efficax ſi loca ulcerata inugantur. Secundò, ardor mitigetur cum lacte in ore retento, aut cum aqua albuminis oui in ore retenta, aut aqua plantaginis, ſolatri, & ſimilium. Tertiò conſolidetur cum his quæ dicta ſunt & dicentur.

Si uerò alchola fuerit herpeticum malignū ſimiliter triplicē exigit intentionē. Prima eſt mūdificatio partis corruptę, cū adminiſtratione unguenti Ægyptiaci aut fortioris facti, ſcilicet ex melle, alumine, uiridi æris ana, quibus pro unaquaque uncia addantur ʒ. 2. aceti acuti, & bulliant, donec habeant mellis ſpiſsitudinem, & cum cotto ſuper parte corrupta imponatur. Et aquæ fortes & cæteræ medicinæ corroſiuæ ſuperius in cura polypi memoratæ huic loco accommodentur. Et ſimiliter medicamen corroſiuum poſitum à Raſi in capitul. ſequenti de gingiuis ſang. & eſt efficax ad hoc propoſitum. Vitriolum quoque cum aceto habet mirabilem proprietatē in his alchola cum ſint maligna. Similiter adminiſtratio floris æris cum colcothar, & gallæ in ſyrupo acetoſo. Et gallæ coctæ cum aceto & ſale conferunt omni alchola maligno, & cinis almezereō habet proprietatem mirabilem in alchola etiā maligno, & propriè cum aceto aut oxymelle. Et ſi os eſſet contaminatum cauterizetur cum ferro ignito, aut procurentur eius ſquamationes cum uitriolo, aut alumine combuſto. Et hoc cauterium actuale eſt magis proprium quàm cætera in rectificādo huiuſmodi herpetes, & optimum eſt in huiuſmodi herpetibus, quouſq; ſedata eſt malitia ipſorum. Vt frequens fiat collutio oris cum aceto ſalito tepido, & propriè ante impoſitionem medicinarum, de quibus ſupra. Secundò eſcara remoueatur, & dolor mitigetur cum lacte in ore retento, & multotiēs permutato. Tertiò conſolidetur cum his, quæ dicta ſunt, & dicentur. Ex expertis in conſolidando huiuſmodi ulcera cum ſunt cum caliditate & ſuperficialia eſt ceruſa cum aqua roſacea aut aqua albuminis oui, aut ſuc. citon. aut uino granatorum, & ſimilium applicita. Sed cauendum eſt ne deglutiantur.

Et

Et mineralia frigida propriè & abluta ſunt ad hanc intentionē efficacia. Aliud in cauſa calida. ℞. ſumach roſ. ſic. ana. ʒ. 1. ſpodij, balauſtij ana ʒ. s. ramich. ℈. 1. tere & accipe ex eo parum, & frica locum alcholatum uel puluerem hunc miſce cum rob citon. & fiat ex eis oris collutio frequenter. Aliud frigidius. ℞. ſem. roſ. amyli, ſumach, ſem. porri, lentiū excorticatarū, ſpodij, alchanæ, balauſtij ana partes æquales, camphoræ partem 1. quartam, ex medietate huius craſſo modo contuſi fiat decoctio in aqua cum quarta parte uini granatorum, & os ſępe colluatur, deinde cum alia medietate pulueris fiat aſperſio loci alcholati, & ſic frequenter nunc unius, nunc alterius fiat adminiſtratio. Sed conferens alchola phlegmatico & huiuſmodi. ℞. memithę, id eſt, radicis chelidonię, corticum radicum capp. colcothar ana partem s. aluminis, balauſtiæ, partis unius tertias duas, alchana partem ſemis, confice cum aceto & melle, & applica.

Si uerò alchola fuerit permixtū ex cholera & phlegmate. ℞. chelidoniæ, ſief memithæ, ſpodij, ſem. plantaginis, ſem, roſarum, & capitum earum: mirob. citrinorum, balauſt. foliorum oliuarum ſylueſt. ſicc. carmezit, id eſt fructus tamariſci, aluminis, iameni an. terantur & miſceantur, & poſſent adminiſtrari ſub forma pulueris, & ſub forma unguenti conficiendo cum ſyr. acetoſo ſimplici. Medicamen conferens alchola nigro & herpetico. ℞. fol. oliuarum ſicc. foliorum ranic. ſiccorum, acaciæ āna ʒ. 8. aluminis, iameni, colcothar ana ʒ. 2. croci ʒ, 1. terantur & adminiſtrentur, aut ſub forma pulueris, aut ſub forma unguenti conficiendo cum melle uel oxymelle. Cum autem ulcera hęc ſint melanch. confert ut cum alijs miſceantur paſſulæ & ſemen ſcenæ de mecha. Hic plures medicinæ poſitæ ſunt quibus utendum eſt, nunc una, nunc alia, ſecundum corporum & ulcerum diuerſitates, in corpore enim magis molli, ſicut ſunt pueri minus ſicc. competunt & minus corroſiua. Et ſimiliter in ulceribus minus humidis & minore putredine participantibus. Et in contrarijs contraria, &c. Vltimum autem regimen exigit duplicem intentionem. Correctionem accidentium perficiendam ſecundum ipſorum exigentiam. Secundò, debitum regimen quod ordinetur in contrarium diſcraſiæ, debet enim ſecundum plurimum declinare ad frigidum & ſiccum.

Et in lactentibus caueatur corruptio lactis, alterando diſcraſiam ſtomachorum eorum, & ipſorum ſtomachus confortando & nutriendo nutricem cum his quæ prohibeant corruptionem lactis & ſint contraria diſcraſiæ per quam corrumpitur lac. Et diamoron cum oxymelle eſt mihi expertum linitum in alchola puerorum.

DE EXITV SANGVINIS GINGIuarum. Cap. LIIII.

CVm ex gingiuis ſanguis ſubtilis continuè manauerit, utriuſque arſenici ſcilicet rub. et citrini, calcis gallarum, aluminis, omnium partes ſumuntur æquales, ex quibus puluerizatis, & cum aceto mixtis parui formentur trochiſci. Cumque neceſſe fuerit, ex eis puluerizatis ſumatur quantum ſexta pars drach. 1. fricentur ex eo optimè, & permaneat ſic parum, deinde teneatur oleum roſ. in ore. eſt enim hoc mirabile ad hanc ægritudinem curandam, & putredinem & herpetem eſtiomenum qui eſt in ore.

Sanguis poteſt exire ex gingiuis duabus ex cauſis. Aut à cauſa extrinſeca ſicut à percuſsione, caſu & offenſione. Et de huiuſmodi exitu ſang. non eſt ſermo hic. Et poteſt exire à cauſa intrinſeca dupliciter. Aut propter multitudinem ſang. quapropter tumeſcunt gingiuæ & uenę ſcinduntur, aut earū orificia aperiuntur. Aut ſubtilitate ſua ſanguis reſudat, & de hoc etiā non eſt hic ſermo, facilè enim curatur cum phlebotomia manus & aliarū uenarum, & ſcarificatione gingiuarum ſiue ſanguiſugarū applicatione. Sed quandoq; ſanguis egreditur propter corroſionem factam in gingiuis in materia acuta cholerica aut ſanguinea, phlegmat. ſalſa, & aliquādo melancholica aduſtione participante. Quapropter corroſione paulatim ſe dilatante & profundante ſanguis effluit & magis ſubtilis propter corroſionē uenarum capillarium, in quibus hic ſanguis continetur. Et differt à putredine gingiuarum in qua ſcilicet gingiuæ putreſiunt, & caro putrefacta remanet ibi, & non diſſoluitur ſicut in corroſione. Vnde corroſio prouenit à fortiori calido. Et de ſanguine hoc tertio modo fluēte, ſcilicet per corroſionem eſt hic ſermo in hoc cap. Eſt enim hęc corroſio quandoq; ulcus corroſiuum, quod aliquando eſt in ſuperficie. Aliquando magis profundať, licet quando eſt in ſuperficie non appelletur ulcus, ꝓpter paucitatem ſaniei inde egredietis, ſicut nec ſuperficialis excoriatio ueſicæ aut inteſtinorū dicitur ulcus. Sed in ueritate ubicunq; ſit ſolutio continui cum ſanie ibi eſt ulcus. Hæc autem corroſio aut putrefactio ſiue ſit cum ſanie, ſiue ſine ſanie, aliquādo eſt ſuperficialis, aliquando profunda, imò aliquando oſsi mandibulæ communicata. Huius cauſę ſunt proportionales illis quæ dictæ ſunt ſuperius in alchola, & propriè maligno & herpetico, et ſimiliter ſigna ſunt illis proportionalia.

Prognoſtica. Si ſuperficiales ſunt & in principio faciliter curantur. Si autē ſint profundę, & propriè oſsi mandibulæ communicatæ, difficulter curantur.

Cura quantū ad regimen uniuerſale ex euacuatione, & diuerſione, & membrorū mittentiū rectificatione, eſt proportionalis curæ alchola. Similiter quantū ad regimen locale exigit tres intentiones proportionales illis quæ dictę ſunt in alchola herpetico. primò mundificationē ſiue cauterizationem partis corroſę, aut putridæ, ſecundò doloris mitigationē, & partis cauterizatæ remotionem, tertiò conſolidationem.

Prima completur cum illis, quæ dicta ſunt ſuperius in alchola herpetico. Sed Raſis in præſenti cap. ponit medicinam cuaſticam ſatis potentem. Cum ex gingiuis ſang. ſubtilis aſsiduè manauerit, ſcilicet per corroſionē, utriuſq; arſenici, ſcilicet rub. & citrin. quæ ſunt calida in tertio, ſicca in ſecundo, corroſiua & caute-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.109

ſtizatiua, calcis calid. & ſic. in quarto, gallarũ frig. & ſic. in ſecundo, aluminis de roca calid, & ſicc. in tertio partes ſumantur æquales. Ex quib. puluerizatis cum aceto mixtis parui formentur trochiſci. Quandoq; neceſſe fuerit ex eis ſubtiliter puluerizatis ſumatˀ ſexta pars drachmæ unius, cum qua fricentur gingiuæ optimè eis applicãdo, & permaneat puluis ſic parum ſuper gingiuis, ſcilicet per quartã partem horæ, deinde remoueatur lauando os cum lacte aut aqua tepida, aut aqua plantaginis. Poſtea teneat in ore oleum roſ. aut lac ad ardoris mitigationem & eſcaræ (ſi qua facta fuerit) remotionem iuxta ſecundam intentionem. Et ſi opus eſt mundificetur cum oxymelle aut melle roſ. Eſt enim mirabile illud medicamen cauſticum ad hanc ægritudinẽ curandam, & herpetẽ eſtiomenum, id eſt, putrefactionem profundam, quę ſit in ore. Et uos ſupplete tertiã intentionem, ſcilicet ſubſtantiæ deperditæ reſtaurationem cum puluere facto ex mirobalanis ablutis cum pauco thuris aut maſtiche, & ex his cum melle roſ. aut oximelle poſſet fieri unguẽtum, aut cum puluere facto ex olibano, ſarcocolla, & ſang. draconis, ana. Et ſi poſt hoc opus fuerit prohibitione fluxus & confortatione gingiuarũ colluatur os cum aqua decoctionis aut deſtillationis foliorum cupreſsi. Si autem corroſio fuerit leuior & incipiens ſufficit alumẽ extinctũ cum aceto, cum duplo ſui de ſale & cum ſauic. id eſt, uitriolo rub. in proportione ſexquialtera ad alumen, & puluerizentur ſuper gingiua, & eſt Auic. Secundum leuius, etiam penes Auic. eſt ut adurantur caratha ſalita uſquequo fiant ſicut carbo. Caratha autem ſiue carathim ſunt lubrici terreſtres, ex quorum puluere ſumatur pars una, roſ. ſic. partes duæ, & mixtæ ſuperponãtur. Aliud eiuſdem, ſumatur myrti, lẽtium aduſtarum ana pars una, ſumach ſuriæ ana partes 2. florum ſquinanti partes 3. miſceãtur & adminiſtrẽtur. Hæc omnia ſunt ad complendam primã intentionem, poſtea ſuccedant aliæ intẽtiones. Præſtãtiſsimum tamen omnium ad complendam primã intentionem eſt ferrũ ignitum, ſcilicet ſuper parte corroſa aut putrida appoſitũ uel applicitum, licet aurũ ignitum etiã ſit præſtantius. Cum autem huiuſmodi corroſiones ſunt leues ſufficiunt medicinæ alchola ſuperius dictæ abſq; quòd ſint corroſiuæ. Regimen autem ſex rerum non naturalium communiter ad frigidum & ſiccũ declinet.

DE CASV VVVLÆ. Cap. LV.

SCiendum quòd ægritudines uuulæ ſunt quatuor, ſcilicet apoſt. ulcus. putredo ſiue corroſio & caſus. Apoſt. uerò licet poſsit fieri à quacunque materia, ſecundum plurimum tamen ſit à ſang. uel phlegmate. Vlcus uerò aut ſequitur apoſt. aut ſit à materia ulcerante abſq; quòd apoſtemet. Putredo autem ſiue corroſio ſit aut à multitudine materiæ aut eius acuitate & malignitate, & ut plurimum ſequitur apoſtema magnum, aut malignum. Et poſſet fieri à uaporibus malignis ad ipſam eleuatis. Caſus autem uuulæ qui eſt ipſius præternaturalis elongatio ſecundum plurimum ſit à ſanguine aut phlegmate & propriè aquoſo ipſam remolliente, ſiue hi humores apoſtement ſiue non, & eſt ægritudo in ſitu. Humores autem iſti quandoq; congerũtur in uuula, ſed ut plurimum à cerebro deriuantur. Apoſtema uerò cognoſcitur per dolorem, tumorem, & duritiem ſiue extenſionem quandam. Cognoſcitur autem quòd ſit ſanguineum ex colore rubeo purpureo. Sed cholericum ex colore rubeo tendente in citrinum. Phlegmaticum ex colore albo. Melancholicum ex colore etiam fuſco. Mixta autem colorem habent mixtum.

Et cum ſanguineo eſt dolor grauatiuus & pulſatiuus. Et in cholerico pungitiuus. Cum alijs autem paruus aut nullus adeſt dolor. Et reliqua communia ſigna ſumpta ex ætate, tempore anni, regimine præcedente, & ſimilibus conſignificant. Et ſignificant quòd ſint facta per uiam paulatim factæ congeſtionis paulatim adueniens ipſorum euentus, & longitudo temporis. Sicut econtra quando ſiunt per uiã defluxus ferè ſubitò eueniunt. Vlcus autem ſenſui manifeſtum eſt, & ſanies inde egrediens manifeſtat ipſum. Species ipſorum ulcerum ſumuntur & cognoſcuntur, ſicut dictum fuit in cap. de ulceribus aurium. Putredo autem uuulæ cognoſcitur ex nigredine aut uiriditate ipſius cum fœtore magno & humiditate fœtente inde egrediente, & quia non ſentit ſecundum partem quę putrefacta eſt, corroſio autem eſt cum dolore, & cum ſanguinis deſtillatiõe ſequente corroſionẽ. Caſus uerò cognoſcitur, quia æger ſentit aliquid in radice linguæ ſuæ præter conſuetudinem inſiſtere. Et cum aperitur os uidetur ipſius manifeſta elongatio. Quæ elongatio aliquando eſt ualde magna, ſicus cauda muris, aliquando parua aut mediocris, & aliquando cum febre, aliquando ſine febre. Et humores qui ſunt in cauſa ex coloribus ſuis cognoſcũtur.

Prognoſticum. Apoſtema cancroſum ipſius, aut non poteſt curari, aut difficillimè ſi incipiẽs ſit in extremitate ipſius cum totali ipſius euulſione. Reliqua apoſtemata ſatis faciliter curantur, & ſimiliter ulcera ipſius. Putredo autẽ & ipſius corroſio etiam ſi profunda ſit cauſticando curatur. Sed ipſius elongatio ſi parua ſit nec ſit graciliata ſatis faciliter curatur cum medicinis. Si uerò multũ elongata ſit, & in radice graciliata, & in extremitate ſua facta rotunda curatur ſola inciſione, aut cauſticatione donec magna pars ipſius abſcindatur. Quòd ſi totaliter abſcindatur, læditur uox & ſequitur tuſsis, & ſecundum plurimum phthiſis aut aſthma in proceſſu temporis propter defluxum catarrhorum ad pulmoem, & quia aer inſpiratus pro refrigerio ſpiritualium non modificatur, infrigidatur pulmo ſecundum plurimum, & ad aſthma diſponitur, & anhelitus cõſtrictionem. Et ſequuntur etiam nocumenta ſtomachi catarrhis ad ſtomachum deſcendentibus. Et ſi totaliter incidatur anteq̃ graciliata ſit, ſequitur fluxus ſanguineus qui cum difficultate conſtringitur, &c.

CVm æger ſenſerit aliquid radici ſuæ linguæ inſiſtere, aut gutturi & cum iubetur aperire os, & extrahere linguam uidetur uuula eius iam eſſe fluxa & elongata. Ramich & ſal ammoniacum ſumantur & bene puluerizata cum inſtrumento

insufflandi

inſufflandi ſuper uuulam inſufflẽtur, & ex eis in ſummitate prædicti inſtrumenti aliquid ponatur, & radici uuulæ cum eo dirigatur & ipſa cum inſtrumento parum exterius extrahatur. Aut granatum acetoſum cum pulpa ſua teratur, & fiat ex ea gargariſmus. Quòd ſi diu permanſerit totaliter & elongata fuerit, eiusq; pars ſuperior ſubtiliata & caput eius rotundum fuerit tunc radicitus erit incidenda.

Cauendum tamen ne antequam ita, ut prædiximus ſit diſpoſita incidatur, ex hoc enim ſequeretur quandoque ſanguinis fluxus qui reſtringi non poteſt.

Præſens caput in quo agit Raſis de caſu uuulæ diuiditur in 4. partes. In prima ponit ſigna caſus uuulæ ſuperius declarata. In ſecunda ibi. Ramich, & ſal ammoniacum. Curat caſum eius quando prouenit à cauſa frigida. In tertia ibi. Aut granatum acetoſum. Curat caſum eius à cauſa calida. In quarta ibi. Quòd ſi diu permanſerit. Ponit modum & neceſsitatem incidendi ipſam. Quod dicit in prima parte eſt manifeſtum ex iam dictis. Sed in ſecunda parte eſt ſciendum quòd medicamen illud non cõuenit in principio, ſed in augmento & ſtatu. Ramich, id eſt, mixtura facta ex gallis & paſſulis ex qua ſit gallia muſcat. & eſt ſatis propinquum temperamento cum repercuſsione & digeſtione quadam. Sed ſal ammon. reſolutiuũ cal. in 4. & ſic. Ex his enim æqualiter ſumptis fiat puluis cuius aliquid ponatˀ in extremitate cannulæ quæ ſit lata ſecundum quantitatẽ uuulæ, ſed illa extremitas ſit non cãnulata & longa ultra partem cãnulatam ad quantitatem digiti parui, & nõ acuta taliter ut poſsit poni ſub uuula, & ſit illa extremitas aliqualiter curua Et cum hac uuula ſubleuetur trahẽdo eam uerſus os. Et cum eſt ſic ſubleuata, puluis qui eſt in extremitate cannulæ inſuffletur in uuulam, & ſic tota hoc puluere circundabitˀ, tũ quia ſibi adhærebit puluis qui erit in extremitate non cãnulata, tũ quia puluis inſufflatus qui cõtinetur in parte cãnulata continua extremitati non cannulatæ ſibi adhærebit per inſufflationem. Figura huius inſtrumenti eſt hic in margine depicta. In tertia parte dicit q cum ſucco granati acetoſi contriti & expreſsi cum tota ſubſtantia ſua, fiat gargariſma in ea, eſt enim frig. & ſicc. In ultima parte dicit, quòd quando diu ſic permanſerit & multum elongata fuerit & gracilis facta, & eius extremitas pendens fuerit rotundata quę rotundatio ſit ex humiditate ad illam extremitatem defluxa grauitate ſua, natura non regente, tunc eſt radicitus incidenda, dimiſſo tamẽ tanto eius quod ſuffecerit ad fines in quos ordinatur. Et cauendum eſt ut nullo modo incidatur antequam fuerit ſic diſpoſita, ſequitur enim fluxus ſanguinis qui fortè non conſtringetur propter ſectionem extremitatum uenarum quæ ad uuulam terminantur. Et quia medicinæ non poſſunt ipſi conuenienter applicari & adhærere. Sed cum eſt ſic elongata & gracilis facta, uenæ illæ ſunt extenuatæ ſanguine carentes & non eſt dubium de fluxu ſanguinis. Præſtantius tamen eſt ut cum cauterio incidatur, ut infra dicetur.

Cura harum diſpoſitionũ triplex exigit regimen. Primum eſt uniuerſale reſpiciens cauſam antecedentem cõplendum euacuatione, diuerſione & membri mittentis, ſcilicet cerebri regimine, quæ intentiones compleantur phlebotomia & cæteris euacuationib. ſecundum horum exigentiam. Item uentoſatione in ſpatulis aut in nocrea. Item phlebotomia uenarum alienerim, & uenarum quæ ſunt ſub lingua ſicut ſuperius cap. de puſtulis quæ ſiunt in lingua, dictum eſt. Et ſimiliter caput regatur euacuando diſcraſiam eius corrigendo & confortando, ſicut ſæpe dictum eſt. Meſue tamen ſi humor apoſtemãs aut faciens caſum uuulæ fuerit ualde calidus laudat euacuationem cum aqua fructuum. Et laudat diuerſionem cum fricatione, extenſione doloroſa aurium & earum ſcarificatione, & phlebotomia uenarum quæ ſunt poſt eas eſt cõueniens, & pro diuerſione laudat ut capiatur manipulus capillorum in commiſſura coronali, & ægro iacente ponas pedes ſuper humeros ægri trahendo capillos eius fortiter, donec cutis diſlocetˀ, ex hoc enim ſubitò uuula eleuatur. Sed hoc remedium ſatis ignominioſum eſt. Et ſubdit quod iam expertum eſt ut liniatur linimento ſuper commiſſura coronali emplaſtrum factum ex ſucco acatiæ, & hoc in principio, aut ex acatia cum aceto, aut ex gallis aduſtis cum aceto, quoniam eleuant ipſam.

Regimen autẽ locale apoſt. uuulæ & caſus eius exigit tres intentiones. Repercuſsionẽ conuenientem in principio. In augmento repercuſsionem cum reſolutione uſq; ad medium ſtatus. Aut repercuſsionẽ cum maturatione ſi tendit in uiam maturationis. Sed à medio ſtatus ultra reſolutionem aut maturationẽ ſolum. Si ergo apoſt. fuerit multum cal. cum magna rubedine repercutiatur in principio cum multũ frigidis ſicut ſuc. ſolatri, plantag. aut ſemperuiuę, cum tãtundem aquę roſ. & aceto quod ſit quarta pars totius, & his poſſunt addi ſandali, & camphoræ apud maiorẽ neceſsitatem infrigidationis. Si uerò non ſit tantæ inflãmationis ſufficient ſtiptica & pontica, inter quæ eſt differentia quia pontica ſunt frigidiora, & magis terrea q̃ ſtiptica, licet utriuſq; uirtus minus profundetur q̃ uirtus acetoſi. Et ex cõuenientibus eſt ſuccus granat. acetoſi triti & expreſsi cum tota ſubſtãtia ſua. Et ſi permiſceatur cum roſis ſic. & ſemine earum ſiet adhuc maior repercuſsio. Et in hoc tempore conuenit puluis ſubtiliſsimus factus ex roſis ſandalis & balauſt. an. quibus apud maiorem neceſsitatem infrigidationis poteſt addi camphora, quo puluere utere cum inſtrumento ſuperius deſcripto.

Et ſi adhuc fuerit minor caliditas fiat gargariſma cum ſucco expreſſo ex duob. granatis, ſcilicet acetoſo & dulci cõtritis & expreſsis cum tota ſubſtantia ſua, & ſuper uuula ponatˀ puluis factus ex gallis balauſt. & alumine quod ſit duplum ad utrunq;. Et infuſio ſumach optimè contriti in aqua roſ. & aceto ſubtriplo ad aquam eſt conueniens in principio. Et in fine principij, & principio augmenti eſt proprium diamorõ propriè factum ex moris rubi immaturis cum

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.110

tantundem aceti & duplo aquæ roſ. Et magis procedente augmento conuenit diamoron ex moris celſi, & propriè maturis cum pauciori aceto & aqua hordei aut hordei & paſſularum, aut aqua decoctionis ramich cum diamoron prędicto. Deinde cum uentum eſt ad mediũ ſtatus ſolum reſolutiuis opus eſt ſicut eſt crocus, gallia muſcata, pyrethrum, zingib. cinnam. paſſul. mir. mel. poteſt ex his fieri decoctio gargarizanda. Recipe croci, pyrethri, zingib. cinnam ana ʒ.1. paſſularum ℥.s. mellis. ℥.4. bulliant in 2. ℔. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, & coletur. Et ex ſupraſcriptis poteſt fieri puluis cum inſtrumento uuulæ applicandus.

Si autem apoſtema aut caſus fiant à phlegmate, utendum eſt in principio diamaron, aut diamuſcum cum ſubduplo aceti cum aqua decoctionis ramich, id eſt, paſſularum & gallarum, quæ aqua ſit dupla ad reliqua, aut hæc aqua miſceatur cum oxymelle ſimplici, aut ſyrupo aceroſo, deinde gradatim peruenien dum eſt ad piper, zingib. ſal ammoniacum, ſinapi, al muri, cinnamomum, et ſimilia, quibus poſſumus uti in decoctione ipſarum permiſcendo cum oxymelle aut melle roſ. aut oxymelle ſcyllitico. Et poſſunt huiuſmodi cum ſupraſcriptis pulueribus miſceri in modum electuarij, & applicari cum extremitate pennæ, & poſſunt fieri pulueres cum inſtrumento applicandi. Meſue narrat plures deſcriptiones.

Prima eſt filij Serap. ℞. balauſt. ʒ.2. aluminis iameni ʒ.1. croci, ʒ.s. camphoræ gran. 5. fiat puluis ſubtiliſſimus, & utere cum inſtrumento poſt gargariſma factum ex diamoron & aceto, & ualet in cauſa calid. in principio augmenti. Item aliud ualde bonum. ℞. ramich. ſalis ammon. partem unam aluminis, myrrhæ ana. partem s. fiat puluis & utere cum inſtrumento, conuenit in cauſa frigida in augmento.

Aliud ex intentione Meſuę. Recipe zingib. cinnamomi piperis, pyrethri, balauſt. corticum, granatorum, fol. roſ. ſem. earum ana. partes æquales, fiat puluis, & utere cum inſtrumento, & ualet in cauſa mixta poſt gargariſma ſibi proportionatum.

Auenzoar. ℞. piperis nigri & longi, & myrrhæ, ſalis ammon. ana. fiat puluis, & ualet in cauſa frigida in ſtatu, & in declinatione. Et nota quòd quantum ad huiuſmodi localia non eſt differentia inter curam apoſt. uuulę, & caſum eius à cauſa proportionali uel ſimili, niſi quia magis conſtringenda conueniunt in caſu, & magis indiget ſubleuatione cum inſtrumento pulueribus ſuperpoſitis, imò ſi eſſet apoſtema abſque caſu non indigemus ſubleuatione neque puluerib. imò ſola ſufficiunt gargariſ. aut electuaria cum penna adminiſtrata. Si uerò apoſtema ſuppuretur adiuuetur cum gargariſ. facto ex ficubus, paſſulis, dactylis, & materia exiſtente frigidiore addatur radix lilij, & ex fece eorum fiat emplaſtrum. Et quandoque cum his admiſcetur aliquid ex confortãtibus membrum ne cadat putrefactio in integrum ipſius, & deſtruatur membrum, ſicut balauſtia, ramich, myrrhæ, roſæ, ciperi, quodcunque horum magis uidebitur oportere ſecundum exigentiam materiæ. Poſtquam autem ſuppuratum eſt, aperiatur ſicut dicetur in cap. de ſynanche, & propriè cum ſagittela aut inſtrumento incidente huic operatiõi proportionato, quod habeat additionem quandam diſtantem à cuſpide per medium digitum, ut non poſſit profundari ulterius.

Poſt hoc curetur cura ulcerum mundificando cum hydromelle gargarizato, aut cũ oxymelle, aut cum melle roſaceo mixto cum thure & ſarcocolla applicito, cum extremitate ſtili cotto inuoluta etiam applicita uſque ad intrinſeca ulceris. Deinde conſolidetur cum uino decoctionis gallarum, cyperi & ſimilium, aut cum melle roſaceo aut oxymelle mixto cum thure & ſarcocolla applicito cum extremitate ſtili, ut ſupra. Si uerò putrefiat uuula, aut præter modum elongetur, & gracilis fiat, ita ut non amplius ad benignum reduci poſſit, opus eſt ut auferatur, quæ ablatio licet multis modis fieri poſſit, præſtantior tamen modus eſt, ut habeatur cãnula ferrea ſatis amplam habens concauitatem, & ſit ſatis etiam craſſa, ut non facilè igniatur. Sed extremitas quæ peruenit ad uuulam ſit ſicut media cannula ad quantitatem digiti parui, aut medietatis digiti. Sed extremitati quæ remanet extra os ſit annexum manubrium, uel ipſamet deſinat in manubrium ex eodem ferro pendens ad inferiora cum quo poſſit teneri. Situato itaque ægro ſuper una cathedra in loco lucido, & capite ipſius retento per miniſtẽrum exiſttem poſt ipſum, medicus imponat ſpeculum in ore cum quo fortiter præmat linguam ad inferiora quod ſpeculum per aliquem miniſtrum teneatur. Poſt hoc imponat cannulam iam dictam uſque prope radicem uuulæ, & cum ſtilo trahat uuulam ſuper extremitatem non cannulatam, ita ut equitet ipſam & ipſam cãnulam magiſter teneat cum manu ſua ſiniſtra & cum manu dextra immittat per cannulam inciſorium aureum uel ferrum ignitum ita ut ferueat, quod tamen incidat ſatis obtuſè, & cum ipſo fortiter cõprimendo incidat uuulam, nõ tamen radicitus, ſed relinquat aliquid ipſius, ſcilicet quantũ erat tempore ſanitatis, fortaſſe enim natura ſumet ex eo quod remanebit officium aliquod proficuum ad fines in quos ordinata eſt uuula, & hoc ſi iſtud non ſit putridum. Si uero tota putrida ſit neque tota auferatur, & deinde colluatur locus cum aceto decoctionis aluminis, & gallarum, & procuretur ipſius cauterizatio cum uino decoctionis earum, ſcilicet rerum, aut cum puluere facto ex gallis, corticibus granatorum, & ſimilibus. Si autem uuula ſit putrens & non pendens, tunc cum inſtrumento ferreo aut aureo cuius extremitas pportionetur parti cauterizandæ immiſsio per cannulam cauterizetur & habeãtur diuerſa inſtrumẽta ignita, nam aliquando oportet ipſum multotiẽs cauterizare mutando cannulam, nunc ad unam partem. nunc ad aliam partem ſecundum exigentiam partis corruptæ cauterizandæ, deinde procedatur ut ſupra, uel teneatur in ore lac ad mitigationem ardoris, & partis cauſticatæ remotionem. Si quis autem abhorreat cauterium actuale, ipſam auferat cum cauterio potentiali, habeatur ergo media cannula, & ſuper ipſam cum ſtilo trahatur uuula, & cum extremitate ſtili cotto inuoluta infuſo in aqua forti tangat ipſam fortiter comprimendo, & hoc multotiens fiat, deinde teneat lac in ore aliquando donec ſeparetur, & eodem modo ſi ſit putrida non pendens poteſt cauſticari, poſtea procedatur, ut dictum eſt, quouſque ſanitati reſtituta ſit.

Inſtrumenta autem pro hac operatione neceſſaria ſunt in hac margine depicta.

rum

Tertium autem regimen duas exigit intentiones, ſcilicet correctionem accidentium, & regimen ſex rerum non naturalium.

Curetur ergo fluxus ſang. ex uuula cum phlebot. cephalicæ, & poſitione uentoſarum ſuper collo, & teneatur in ore iuxta uuulam, ſuccus plãtag. ſuc. ſolatri & propriè contuſi cum pulueribus cõſtrictiuis, ſicut eſt bolus armenius, ſang. draconis, thus, tragagan. & trochiſ. de karabe, & de terra ſigillata, aut huiuſmodi pulperes cum aqua albuminis oui permiſceantur, & iuxta uuulam teneantur, & omnia ſint actu frigida, ſicut nix. Et iuxta Auic. adminiſtretur medicamen Diogenis, & eſt helhenſum, aliàs alrueſuch. His uerò non ſufficientibus cauterizetur profundè cauterio actuali aut potentiali iuxta ſuperiorem doctrinam ſi poſsit applicari, & aliquandiu teneri adhærẽs uuulę.

Secundum accidens eſt tuſsis, nocumentum uocis, phthiſis, aſthma, necnon aliquando nocumenta ſtomachi propter catarrhos qui non retinentur, & aer inſpiratus non modificatur. Sed his ſubueniatur locando ægrum in aere temperato declinante ad calid. & ſiccum, & adhibendo curã catarrhi, de qua ſupra.

Regimen autem ſex rerum non naturalium communiter declinet ad ſiccum, & aliquando leuiter ad calidum, aliquando ad frigidum ſecundum exigentiam diſcraſiæ & tempore operationum fortium, ſcilicet cauterizationis & inciſitiois, dieta declinet ad frigidum & ſit tenuis.

DE SANGVISVGIS QVAE BIbuntur. Cap. LVI.

CVm aliquis in gutture ſuo titillationem ſenſerit, & ſanguis ſubtilis inde manaueret, exiſtimandum eſt tunc ſanguiſugam in ore eſſe, & præcipuè ſi aquam loci in quo ſanguiſugæ fuerint, biberit. Os igitur ægri eſt aperiendum & lingua extrahenda, & inferius præmenda & guttur in ſole eſt aſpiciendum. Et ſi ſanguiſuga in loco propinquo pendere uiſa fuerit, cum forficibus quibus ſagittæ educuntur, extrahenda erit, quod hoc modo fiat. Caput à quo pendet eſt ſtringendum & ſic extrahatur. Quòd ſi non fuerit manifeſta, æger multotiẽs gargarizet ſinapim cum aceto, quia de loco in quo eſt mouebitur. Aut fiat gargariſmus ex aceto, & aſſa, aut ex aceto, & aſsa, & ſale. Nigella præterea & ſinapi trita inſufflentur gutturi. Fiat etiam gargariſmus ex ſucco cæpæ. Si autem poſt eius caſum remanſerit ægro ſanguinis deſudatio, fiat gargariſmus ex apozemate in quo cortices granati & balauſtiæ, & ſumach cocta fuerint. Et gutturi inſuffletur puluis ex balauſtijs, & thure, & ſanguine draconis, & amylo. Si autem ſanguiſuga ſtomacho annexa fuerit, medicamina quibus uermes expelluntur in potu ſumantur. Ex his etiam quæ ſanguiſugam exire faciunt, eſt ut æger balneum ingrediatur & moretur in eo, donec magnam patiatur ſitim & tunc aquam infrigidatam in niue frigidiſsimam, ſcilicet in ore aliquandiu teneat, cum tepefieri cœperit, eam expellat & aliam ſumat, ſanguiſuga enim quandoque uenit ad os frigiditatem quærendo.

Sanguiſugæ ingrediuntur guttur cum homo aliquando bibit aquã in q̃ua ſunt ſanguiſugæ non aduertendo, aut quia non uidet, ſicut accidit iter agentib. tempore noctis. Et aliquando cum homo natat ore aperto, & propriè hoc accidit quando ſunt paruæ uix uiſibiles, quæ poſtea magnificanł cum mordent & ſang. ſugunt, quæ ſanguiſugæ ſunt aliquãdo uenenoſę, aliquãndo nõ. Venenoſitas aut ex accidentibus inde ſequẽtibus maximè cognoſcitur, ſicut ſyncopis, tremor cordis, & ſimilia. Et hæ ſanguiſugæ quandoque adhærent palato & parti ſuperiori uerſus colatorium. Aliquando partibus oris manifeſtis. Aliquando gutturi. Aliquando meri & ſtomacho. Et cognoſcunł ubicunque ſint ex titillatione & punctiõe in ea parte, et ſang. ſubtili per os fluẽte. Sanguis enim egrediens ex uenis paruis eſt ſubtilis in comparatione ad eum qui egreditur ex uenis magnis. Et cõfirmat iudicium hoc quòd homo memoret ſe bibiſſe aquam in qua huiuſmodi habitant, aut nataſſe in ea, tunc cognoſcitur locus ubi eſt per ſenſum titillationis eius & punctionis ubicunque ſit. Et ſi eſt prope colatorium, ſanguis in ore egreditur, & non indiget raſcatione ad hoc ut expuatur. Si uerò ſit in partibus oris ſubiacet ſenſui, ſi in gutture ſanguis egreditur raſcando. Si in meri impeditur deglutio, & uomitus excitatur. Si in ore ſtomachi uomitus excitatur abſque impedimento deglutionis, et ab his locis ſanguis egreditur cum uomitu. Prognoſticum. Curatur hæc diſpoſitio ſatis faciliter ſi non ſint uenenoſæ. Si uerò uenenoſæ fuerint, non ſunt abſque periculo.

Quantum uerò ad curam præſciendum quòd habens ſanguiſugam debet cauere à clamore & locutione cum tentatur eius ſeparatio, ne fortè ad cannã pulmonis pręcipitaretur, eſſe enim periculum de ſuffocatione. Si uerò ſanguiſuga ſenſui ſubiacet capiatur cũ tenacula habente roſtrum ſubtile longum dentatum cum capite cum quo adhæret & ſtringatur fortiter & extrahatur, cum hoc enim ſolẽt ferra ſagittarum extrahi. Quòd ſi uideri non poſſit, tunc conſyrandum ex ſignis ſcriptis ubi ueriſimiliter ſit. Si enim ſit uerſus colatorium cum medicinis infra ponendis

ſ

fieri debet oris fortis collutio, ut liquor in ore acceptus uſq; ad colatoriũ impleatur, aut per nares ad intra os trahatur. Si uerò eſſet in guture fiat gargariſma Si uerò in meri aut ſtomacho huiuſmodi deglutiantur. Medicinæ autem Raſis ſunt iſtæ. Recipe aceti ℥. quatuor, ſinapi ʒ. 2. aut cum aceto tantundem aſſæ, miſceatur, aut cum eiſdem tantundem ſalis diſſoluatur. Poſtea nigella & ſinapi trita ſubtiliter uerſus partem ubi adhæret inſuffletur. Et ſuc. cæpæ ualet optimè ad hanc rem, & hæc omnia inimicantur ſanguiſugis ſua acuitate & fœtore & faciunt eas ſeparari à loco in quo adhærent, imò etiam eas interficiunt. Ex bonis citò interficientibus eas eſt medullæ ʒ. 1. ſem. citrin. cum ℥. ſemis aceti diſſoluta & bibita interficit eam maximè ſi ſit in meri & ſtomacho, & hoc poſſunt uti gargarizando & etiam os colluendo ſecundum oportunitatẽ, & quando eſt in ſtomacho & meri omnes medicinæ quæ ſunt, contra uermes bibitæ aut comeſtæ ipſas interficiunt aut ſaltem ipſas ſeparant. Et Raſis dicit in fine cap. quòd ex his quę ſanguiſugam exire faciunt eſt ut æger balneum ingrediatur qualecunq; ſit illud, & in eo tantum moretur donec ſitiat multum, & tunc aquam in niue infrigidatã ſiue notabiliter frigidam in ore teneat aliquantulum, & cum cœperit tepeſieri eam expellat et aliam ſumat. Nam ſanguiſuga quandoq; uenit ad os frigiditatem quærendo, & cum his abſoluta ſit prima intẽtio, quę eſt ſanguiſugæ extractio, aut interfectio, aut ſaltem à loco cui appenſa eſt ſeparatio. Secunda uerò intentio eſt accidentium correctio. Quorum unum eſt fluxus ſanguinis poſt ſanguiſugæ ſeparationem. Cui ſubueniendum eſt permittendo primò aliquid ipſius exire ita enim præcepit Auic. quarta primi cap. de ſanguiſuga poſtea cum dictis in textu conſtringatur, ſcilicet cum apozemate, id eſt, decoctiõe, in qua cortices granat. balauſt. & ſumach cocta fuerint, quo utẽdum eſt gargarizando aut alijs modis ſupraſcriptis, ſcilicet bibendo paulatim, aut colluẽdo taliter, ut perueniat ad locum morſum, & ſimiliter ualet puluis ex balauſtia thure, ſanguine draconis, & amylo gutturi inſufflatis, aut aliter unde fluit applicitis.

Alia accidentia inſequentia, uenenoſitatem corrigantur exhibendo theriacam, aut mitridatum, aut zedoariam, aut terram ſigillatam, et huiuſmodi quæ cõtra morſum uenenoſum ſunt propria. Et ex his patet expoſitio textus Raſis, qui diuidendus eſt in quinque partes. In prima ponit ſigna ſanguiſugę in os ingreſſæ. In ſecunda ibi. Os igitur eſt. Docet modum extractionis ipſius cum ſenſui ſubiacet. In tertia ibi. Quòd ſi non fuerit manifeſta. Docet ipſam extrahere cum non ſenſui ſubiacet. In quarta ibi. Si autem poſt eius caſum. Docet conſtringere fluxum ſanguinis poſt eius ſeparationem. In quinta ibi. Si autem ſanguiſuga. Docet occidere uel extrahere ſanguiſugam in meri & ſtomacho exiſtentem. Quæ dicit in omnibus his partib. manifeſta ſunt ex ſupraſcriptis: ſunt enim ſigillatim ſuperius declarata.

DE HIS QVÆ INTRANT GVTTVR. Cap. LVII.

QVum aliquid quod guttur ingreditur & infigitur in eo, aut meri fuerit bolus magnus, aut ei ſimile de his quæ nõ habent fruſta ſciſſa cõtenta in eis aut acuta, confert plerunq; percutere ægrum in collo poſterius & multotiens. Et aquam ſæpe traijcere, fortaſſe enim deſcendit inferius. Aeger quoq; balneum ingrediatur. Et oleum multotiens traijciat quod poſtquàm factum fuerit magnos deglutiat bolos. Quòd ſi non deſcenderit inſtrumentum quod illi ſimile inferius duci conſueuit in os mittatur. Eſt autem inſtrumentum illud de plumbo quod cum ſit reti ſimile eſt longum, gibboſitatem in ſe habens.

In hoc capit. docet Raſis extrahere ea quæ retenta ſunt in gutture ſi fuerit bolus male maſticatus ſiue anulus, aut os pruni, & ſimilia craſſa uiam oppilantia, ſiue fuerit ſpina aut os acutum & ſimile, alicui parti gutturis, aut meri affixum. Et primò docet extrahere res craſſas uiam oppilantes. Secundò res acutas gutturi affixas. ſecũda ibi. Poſtq; factũ fuit. De prima dicit, ꝙ cum illud quod guttur ingreditur & infigitur in eo aut in meri, id eſt iſophago ſiue uia tranſitus cibi ad ſtomachum fuerit bolus magnus: de his quæ nõ habent fruſta ſciſſa, id eſt, diuiſa contenta in eis, ſcilicet gutture aut meri aut acuta infixa in eis, confert plerunque percuſſio ægri in collo poſterius ſatis fortiter maximè collo depreſſo, & humeris eleuatis, ſic enim illa res craſſa deſcendet, & iuuat ſecundò, aquam traijcere multotiens aut oleum & propriè ægro exiſtente in balneo, balneum tamen apud nos non eſt multum conſuetum. Et ſi hoc modo res craſſa oppilans non deſcenderit tentetur ipſius uomitus digito uel penna in ore impoſita, & propriè ſi fuerit multum in parte ſuperiori. Ad extrahendam autem ſpinam aut res acutas infixas iubet magnos deglutire bolos, & male maſticatos, ut deſcẽdentes rem infixã ſecum ducant, et ad hoc iuuat bibere ſorbitiones uiſcoſas de paſta, & ſimilibus. Et propriè cum impetu. De ſecunda parte dicit. Quòd ſi cum his non deſcenderit: inſtrumentum quod huic ſimile exiſtens interius in gutture duci cõſueuit in os immittatur. Inſtrumentum autem illud eſt cannula de plumbo habens longitudinem palmæ & craſſitiem pennæ, ante perforata multis foraminibus paruis ad modum retis, & propriè ſecundum partem quę guttur ingreditur & ſecundum extremitatem illam aliqualiter curua & ponatur interius quantum eſt poſſibile & trahatur ſurſum & etiam deorſum impellatur ad omnem gutturis differentiam, adhærebit enim in aliquo illorum foraminum res illa acuta & educetur, & poſſet hoc inſtrumentum eſſe ſolidum ſecundum eam partem, quæ tenetur in manu, ſi autem res infixa uideatur, eſt melius ut cum moleta aut tenacula dentata capiatur aut extrahatur. Præter hos ſunt multi modi. Primus ut ſupendatur cum filo, carica quæ male maſticetur & deglutiatur, & poſtea cum filo extrahatur, & ſimiliter poteſt fieri cum

cum carne aut ſpongia condenſata in modum pilę & deglutiatur & dimittatur per quartam horam donec creſcat, & popter hoc bibatur poſt eius deglutionẽ, deinde cum filo extrahatur & eſt melior cæteris, & ʒ. 1. naſturtij, aliàs raphani uel parũ ellebori cum aqua tepida bibita & euomita à proprietate extrahit quod gutturi eſt affixum. Emplaſtra quoq; mollificatiua & maturatiua exterius applicita iuuant, & propriè cum res infixa eſt cauſa apoſtematis. Nam apoſtemate maturato & erupto educitur. Et uidi ſemel os acutum infixum in guture exire per cutem exterius in fine duorum menſium. Gargariſmata autem cum ſunt in guture & propriè uiolenter facta iuuãt ad extractionem. Raſis in continenti dicit quòd ſtercus ſurethi cum aqua decoctionis carnis diſtemperatum & gargarizatum à proprietate extrahit res infixas, ſimiliter facit exterius linitum. Vltimò ſi quæratur. An ſanguiſuga aut res ſimilis exiſtens in gutture aut meri ſit morbus in numero, & an oppilatio inde proueniẽs ſit morbus. Reſpondendũ eſt ſecundum G. ꝙ non, cum eius cauſæ ſint primitiuę, & oppilatio inde pueniẽs immediatè pendeat à cauſa primitiua. Sed penes Auic. ſanguiſuga eſſet morbus in numero, ſicut & uermis ibidem exiſtẽs in corpore genitus & oppilatio inde proueniens dicent morbus in cõpoſitione.

DE PASSIONIBVS LINGVAE. Cap. LVIII.

SVperius poſita fuit anatomia linguæ. Nunc duo alia circa linguam præmittenda ſunt. Primum eſt, quæ ſunt linguæ ægritudines in generali. Secundum eſt modus generalis curationis ipſarum ægritudinum linguæ. Linguæ igitur ægritudines multiplices ſunt ſecundum quod multiplices ſunt operationes linguæ, quæ per ægritudines eius leduntur, ſcilicet motus linguæ, guſtus & tactus. Motus linguæ læditur tripliciter diminutè, ablatè, & corruptè, per quas læſiones impeditur locutio una de principalibus operationibus eius diminutè, ablatè, & corruptè, de qua ſtatim erit proprium capitulum. Guſtus etiam & tactus ſimiliter tripliciter læduntur. Hæc autem nocumenta ſunt in lingua per eſſentiam aut per communitatem. Aut à toto, ſicut in feb. Aut à parte ſicut ex nocumento tertij paris neruorum cerebri, & propriè tertij paris neruorum rami eiuſdem, qui linguæ delegatur, læditur guſtus & tactus, licet guſtus poſſit auferri ſine tactu, ſed non econtrario, quia guſtus præſupponit tactum. Et quamuis guſtus & tactus ſint adæquatè in eadem parte lingug & perficiantur eiſdem inſtrumentis, ſtat tamen ab eadem cauſa notabiliter lędi, imò auferri guſtum & nõ tactum. Et ex nocumento ſeptimi paris neruorum cerebri impeditur motus linguæ & per conſequens locutio, aut per communitatem à ſtomacho aut à membris ſpiritualibus, epate, ſplene, renibus, ueſica, matrice, & ſic de ſingulis, quæ ægritudines propriè illis mẽbris ſunt, aut mala complexio, & propriè cum materia aut apoſtema aut ulcera. & huiuſmodi. Ægritudines uerò per eſſentiam in lingua ſimiliter ſunt malæ complexiones cuiuſcunq; generis cum materia, & ſine materia, malę compoſitiones ſicut magnitudo linguæ & paruitas, mala, figura, malus ſitus. Similiter ſoluta continuitas recens aut antiqua. Et apoſtema ſiue bothor cuiuſcunq; generis. Malæ autem complexiones linguæ & propriè cum materia ſiue per eſſentiam ſiue per communitatem cognoſcuntur ex 7. Ex ſapore amaro. acetoſo, ſalſo, pontico, acuto, fœtido, & ſic de ſingulis, quorum quidam arguunt calid. quidam frigid. & ſic humorem calidum aut frigid. Secundò ex colore rubeo purpureo arguente dominium ſang. & ex citrino arguente choleram. Et ſimiliter ex nigro mixto cum citrino ad quem peruenitur ex citrino, aut ex albo arguente phleg. aut ex fuſco ſiue nigro abſque citrinitate & rubedine arguente melanch. Tertiò ex humiditate & ſiccitate. Et ſiccitas quidem ſentitur duobus modis, quorũ unus eſt cum claritate ſuperficiei linguæ. Et hæc eſt ſiccitas leuis, & ſecundum plurimum ſine materia. Et ſecunda eſt, cum curſu humoris uiſcoſi profundi qui eſt in ipſa, quem calor iam exiccauit, & hæc non ſignificant ſiccitatem in ſubſtantia eius, ſcilicet ſine materia, imò humiditatem uiſcoſam aggregatam in ea, aut ex catarrho aut ex uaporibus craſſis, ſpiſſis, & hoc eſt ex eis, quæ faciunt errare medicos, qui cum cognoſcunt ex infirmo diſpoſitionem exiccationis oris non diſcernunt inter iſtas. Quartò ex aſperitate quæ ſignificat ſiccitatem, ſicut planities ſignificat humid. Quintò ex motu ſcilicet uelocitate, tarditate, facilitate, difficultate, quod maximè cognoſcitur ex locutione ueloci aut tarda facili aut difficili, motus nanque ſiue locutio uelox & facilis arguit caliditatem cum tẽperata humid. ſicut contra locutio difficilis & tarda frigiditatem aut ſiccitatem aut humiditatem ſuperfluam. Sextò ex craſſitie liguæ arguitur humiditas, & ex tenuitate ſiccitas. Septimò ex puſtulis & reliquis ægritudinibus calidis arguitur caliditas, ex frig. frigiditas. Reliquæ autem eius ægritudines, ſcilicet malæ complexiones, ſolutio continuitatis & apoſtemata ſenſui ſubiacent. Modus autem generalis curationis paſſionum linguæ eſt, ut quando ſunt per communitatem, fiat euacuatio à membris communicantibus & ipſorum driſcraſiæ corrigantur, & tertiò fiat ipſorum confortatio ne malas materias multiplicent. Quando ſunt per eſſentiam in lingua, curentur medicinis linguæ proprijs, quarum quædam ſunt euacuationes. Cauendum tamen ſiue lędatur per eſſentiam ſiue per communitatem à uomitu quantum eſt poſſibile. Secũdum genus medicinarum eſt collutiones liguæ. Tertium gargariſmata. Quartum unctiones & puluerum aſperſiones. Quintum ea quæ tenentur in ore ſiue ſint pilulæ quæ debent eſſe compreſſæ ſiue electuaria, & ſimilia. Sextum eius fricationes & oportet ut caueatur in adminiſtratiõe medicinarum oris & linguæ cum fuerint ex genere acutarum quæ nocent gutturi & pulmoni & nihil ex his ad illa profluat.

DE GRAVEDINE LINGVÆ. Cap. LIX.

GRauedo linguæ, mollificatio eiuſdem ſunt termini ſynonymi huius diſpoſitionis quæ deſcriptiuè eſt impedimentum motus linguę, locutionem minuens, auferens aut corrumpens. Pro cuius deſcriptionis notitia eſt ſciendum ꝙ motus linguæ tripliciter poteſt impediri diminutè, ablatè, & corruptè. Et tot modis impeditur locutio una de principalibus operationibus linguæ. Minuitur quidẽ motus linguæ cum homo difficulter aut tardè

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.112

mouet linguam. Aufertur cum nullo pacto poteſt eam mouere. Corrumpitur autem cum homo intendit mouere ipſam ad unam differentiam, et mouet ad alteram præter uoluntatem. Sicut etiam locutio tripliciter impedit. Aufertur quidem cum homo nihil poteſt loqui, et hi appellantur muti. Diminuitur cum tardè aut difficulter loquitur. Corrumpitur cum una litera profertur pro altera, aut ſyllaba pro altera. Diminutio autem in locutione tripliciter fit. Vno modo quia ſunt aliqui qui nō poſſunt incipere loqui niſi primò multum aerem inſpirēt deinde cum uelocitate loquuntur. Hoc enim accidit quia muſculi pectoris, ſed maximè epiglottis ſunt debiles. Vnde niſi primò moueantur cum inſpiratione multi aeris non poſſunt debitè moueri pro uoce formanda. Secundò ſunt aliqui qui non poſſunt incipere loqui niſi prius multotiens moueant labia & linguam. Deinde expeditè loquūtur. Et hi ſunt habentes debilem linguam, quam oportet pluries moueri, & ſimiliter labia antequam opportune moueant ipſa ſecundum exigentiam locutionis formandæ, & hæc diſpoſitio ab Auic. uocatur tarhas. Sunt tertiò aliqui, qui poſtquàm inceperunt loqui impediuntur, nec poſſunt cōtinuare ſermonem. Et eorum aliqui nihil proferunt per tempus, tandem poſtea proferentes quod intendunt, horum autem aliqui ſæpe eandem ſyllabam repetunt antequam dictionem proferant, & hi appellantur trauli. Corruptio autem locutionis eſt multiplex. Imò indiffinita ſecundum indiuiduorum multitudem. Sunt enim aliqui qui non poſſunt proferre unam literam aut ſyllabam, ſed alteram pro illa proferunt. Et multipliciter uariātur ſecundum multitudinē cauſarum indiuiduantiū. Aliqui etiam in locutione ſua multiplicāt ſen ſen, ten ten. Nonnulli uerò tata ſicut pueri. Et aliqui ka ka, & ſic de ſingulis. Et omne impedimentum in locutione præter ablationem nominatur ab Auic. alchael, quapropter omnis tarhas eſt alchael, & ſimiliter traulitas eſt alchael, ſed non econtrario, pueri autē in principio, ſunt altaka, id eſt, loquentes ta in locutione, quos nos in uulgari ſermone uocamus tartaia, qui poſtea facti uiri rectè loquuntur conſumpta humiditate ſuperflua ex decurſu ætatiuo. Et hi aliquando poſt ægritudinem acutam ſicut febrem incendentem aut chronicam cōſumentem humiditatem ſuperfluam fiunt rectè loquentes. Hæ autem diſpoſitiones aliquando ſunt nouæ, aliquando chronicæ, imò frequenter à generatione contractæ. Vnde aliqui ſunt à generatione muti, & hi ſecundum plurimum ſunt ſurdi. Aliqui tardè loquentes. Aliqui male loquentes, impediti aliquo ex modis ſcriptis. Et hæc ſufficiant quantum ad quid nominis & quid rei & ſpecies grauedinis linguæ.

Cauſæ uerò quædam ſunt primitiuæ ſicut ebrietas, ira, triſtitia, timor, uerecundia. Quædam ſunt corporeæ, & ſunt duplices, quædam per communitatem, quædam per eſſentiam in lingua & muſculis eius. Per communitatem quidem à toto ſicut in febribus, & propriè in arſiuis, quibus lingua areſcit & ſpaſmatur ſpaſmo de inanitione, nonnunquā materia permutata ad linguam fit motus eius, & locutio difficilis. Aut à parte ſicut à ſeptimo pari neruorum cerebri, qui aliquando oppilatur, aliquando apoſtematur, & fit quandoq; ſpaſmus aut paralyſis aut tetanus, & conſequenter ſequitur difficultas aut impotentia ad motum linguæ. Aut per communitatem à cerebro, ſicut in lithargia, & ſimilibus. Et fit defectus in lingua, aut propter humiditatem è cerebro cōmunicatam, aut defectu ſpirituum, aut per communitatem à ſtomacho, epate, membris ſpiritualibus, matrice, & cæteris. Per eſſentiam uerò in lingua aut mala complexio, ſine materia aut cum materia cuiuſcunque generis, ſed ſecundum plurimum ſanguinea aut phlegm. aquoſa, infuſa in ipſa aut muſculis eius, aut à mala compoſitione, ſcilicet magnitudine aut paruitate, aut mala figura, aut malo ſitu, aut à magnitudine ligamenti exiſtentis ſub lingua impediēte motum eius aut à ſoluta continuitate, ſcilicet uulneribus & ulcerib. derelicta, ut propter apoſtemata & puſtulas ipſius. Signa. Grauedo linguæ eſt ſenſui manifeſta. Sed cauſæ primitiuæ ſunt ſibi ſigna cum conſuetudine prouentus huius impedimenti linguæ ex cauſis ſimilibus.

Cauſæ autem corporeæ per communitatem cognoſcuntur, quia præceſſerunt & etiam cum earum augmento augetur grauedo linguæ, et decremēto minuitur, & ablatione aufertur. Niſi nocumentum per communitatem ſit factum per eſſentiam. Sed ſpecialiter ſi ſit per communitatem à toto, ſicut in febribus arſiuis adeſt linguæ exiccatio, & fortè ſpaſmus, & ipſius cōtractio ſequens inanitionem, & fortè materia liquefacta impleti ſunt muſculi ipſius. Vnde lingua eſt ſpaſmata ſpaſmo de repletione. Sed ſecundum plurimum paralyticata & remollita humiditate exiſtente ſubtili. Inter quæ diſtinguitur, quia ſpaſmus de repletione et paralyſis ferè ſubitò acciderunt Sed ſpaſmus de inanitione paulatim. Spaſmus autem de repletiōe differt à paralyſi, quia taliter ſpaſmata non poteſt per ſe, neque per alium faciliter moueri, ſed paralytica licet non per ſe, per alium tamen faciliter mouetur.

Si uerò ſit læſa per communitatem à 7. pari neruorum cerebri, eſt nocumentum in motu linguæ, quod non eſt commune alijs operationibus cerebri, aut ortorū ab eo. Et cum hoc non uidetur aliqua ægritudo linguæ propria ex ſcriptis. Nec apparet nocumentū ei cōmunicatū ab alio membro. Nam cum eſt per cōmunitatē à cerebro nocumentū eſt commune pluribus operationibus cerebri aut operationibus ortorum ab eo, & ſi materia à cerebro ſit communicata linguæ & muſculis eius eſt ſpaſmata, aut paralytica complete & ſecundum partem. Si uerò ſequatur defectum ſpirituum animalium cognoſcitur ex debilitate uirtutis animalis in cæteris membris, imò aliarū uirtutum aliqualiter. Similiter ſi ſint per communitatem alio membro præceſſit nocumentum illius membri. Si uerò lingua ſit læſa per eſſentiam nocumētum eſt continuum, neq; præceſſit nocumentum alterius membri. Et materea ſanguinea ſignificatur per rubedinem linguæ & caliditatem, & tumorem uenarum, & alia ſigna ſanguinis. Sed ſubtilis aquoſa per multitudinem curſus ſaliuæ, & paucitatem iuuamenti reſolutionis, & iuuamētum ab eo in quo eſt ſtipticitas. Item per albedinem linguæ cum pallidirate & paucitate caliditatis. Mala autem compoſitio, ſcilicet magnitudo paruitas, mala figura, aut malus ſitus ſenſui

ſunt manifeſta. Similiter ſoluta continuitas & cicatrix. Magnitudo autem ligamenti exiſtentis ſub lingua cognoſcitur, quia non poteſt emittere linguam ſecundum quod oportet, ſed remanet curuata cum exterius ipſam emittit. Similiter ligamentum linguæ extenditur ferè uſq; in extremitatem eius. De apoſtematibus autem linguæ agetur in ſequenti cap.

Prognoſtica. Grauedo linguæ ſequens apoplexiam, lithargiā, & ſimiles cum antiquatur, rarò & cum difficultate curatur. Quæ uerò eſt à natiuitate ſequēs ſurditatem, non recipit curam. Et ſequens malam compoſitionem non poteſt perfectè curari. Quæ uerò eſt à natiuitate contracta non ſequens ſurditatem corrigetur, tum ex decurſu ætatiuo, tum medicinali auxilio. Et ferè omnes reliquæ ſpecies emēdari poſſunt. Licet omnes ſecundum plurimum non perfectè curentur, & propriè cum inueterantur.

QVum lingua abſque alijs membris grauedinem fuerit paſſa, & æger neq; febrem, neq; acutam ægritudinem incurrerit, ſal ammoniacus, & piper, & zingib. & ſinapi album ac pirethrum, & ſtaphiſagria, atque origanum, & baurach, & ſal indi, & nigella, & ſampſucus ſiccus ſumantur, & in aqua coquantur, aut fiat ex eis gargariſmus. Caueat tamen patiens ne ex eo aliquid traijciat. Aut æger ieiunus multis diebus gargarizet almuri nabati. Aut fiat gargariſmus ex aceto & pirethro. Poſtquam uerò gargarizare ceſſauerit, ſumantur ſalis ammoniaci, pirethri, piperis, ſinapi, omnium partes æquales, & ex eis bene puluerizatis lingua diutius fricetur.

Hoc capit. diuiditur in quatuor partes. In prima curat grauedinem linguæ pendentem ab humiditate phlegmatica aquoſa muſculos eius ingreſſa. In ſecunda curat ipſam grauedinem linguæ pendentem à paralyſi & mollificatione per communitatem à cerebro. In tertia parte curat ipſam exiccatam & ſpaſmatam ſpaſmo de inanitione ſequente febres acutas & cauſas huiuſmodi inanientes. In quarta cauſa curat ipſam pendentem à ligamento quod eſt ſub lingua nimis prolongato. ſecunda ibi. Quòd ſi cum linguę. tertia ibid. Si aūt loquela. quarta ibid. Et ſi diu eſt ex quo loquela. Quæ dicit in prima parte nota ſunt. Nam præmiſsis uniuerſalibus, quæ Raſis omittit breuitati indulgens, curat grauedinem linguæ cum exiccantibus, reſoluentibus humiditatem phlegmaticam, quarum quædam ſunt notabiliter calida attingentia uſq; ad quartum gradum, de quibus debet ſumi minor quantitas ſecundum can. doſandi, quia tamen bulliunt cum aqua contemperante ipſorum acuitatem, poſſumus accipere de ipſis æqualiter, ut Raſis ℞. ſalis ammon. piperis, zingib. ſinapi al. quia eſt minus calidum, pirethrum, ſtaphiſagriæ, baurach, loco eius accipitur ſal nitrum, origani, ſalis indi, nigellæ, ſampſuci ſicci, id eſt maioranæ ſiccæ omnium, an. ʒ. 1. bulliant in 1. ℔. aquæ, ad conſumptionem medietatis & coletur, cum qua colatura debitè calefacta fiat gargariſma ſtomacho ieiuno cauendo ne deglutiatur. Ipſa quoq; debet aliquando in ore teneri abſque quod gargarizetur. Secunda medicina eſt almuri, id eſt ſalſamentum Nabati, id eſt, illius regionis. Tertia medicina eſt acetum cum pirethro, quæ facit fluere multum humiditatem ex lingua. Sed poſt gargarizationem docet fricare linguam cum ſal. ammoniaco, pipere, pirethro, ſinapi, ana. partibus æqualibus. Sed hæc eſt acutior medicina qua non eſt utendum niſi in adultis habentibus ſenſum obtuſum, & hoc quantum ad primam partem.

Quòd ſi cum linguæ grauedine auditus aut reliquorum ſenſuum grauitas fortis affuerit, fiet ægri curatio ſecundum doctrinam qua paralyſis curatur.

In hac ſecunda parte curat grauedinem linguæ per communitatem à cerebro. Et dicit ipſam eſſe curandam ſicut curatur paralyſis, de qua ſuperius factum eſt capit.

Si autem loquela in acutis febribus aggrauata fuerit, & uideris ipſam cum grauitate in loquela extenuatam & abbreuiatam, & ſpaſmatam aqua calida, ab alto ſuper ſpondiles dorſi & auris principia fundatur, & cum oleo fricnetur. Aeger quoque oleum tepidum in ore tenere debet.

In hac tertia parte curat grauedinē linguę ſequentem ſpaſmū & arefactionē eius propter febres acutas cum embroca aquæ tepidæ ſuper nocra, & ſpondilibus colli, quæ loca deinde cum oleo, & propriè uiolato tepido ungantur bene fricando, ut uirtus penetret in profundum, & retentione eiuſdem olei in ore. Sed decentius eſt oleum amygdalinum. Et lac eſt ad hoc conueniens.

Et ſi diu eſt ex quo loquela ſua minui nō ceſſauerit, uel etiam ſemper conſyderādum eſt an ligamentum quo inferius lingua connectitur maius ſit quàm debeat. Quod ſi ita fuerit ex eo parum eſt incidendum, & zingib. puluerizatum immittendum.

In hac quarta parte curat grauedinem linguę propter longitudinem ligamenti quod eſt ſub lingua, cuius ſuperius ſigna dicta fuerunt cum ſectione ipſius & zegi, id eſt, uitrioli ſuperpoſitione in loco ſecto ne rurſus conſolidetur. Hæc autem ſectio fiat ſecundum tranſuerſum ligamenti, ut totum in latitudine ſecetur

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.113

cum lancea curua ſubtili in extremitate. Poſtea ponatur zegi ad prohibendum conſolidationem. Sed apud Auic. imponatur filum cum acu et ſtrictè ligetur, donec rumpatur, aut tertiò cum lancea ignita ſcindendo cauterizetur, & melius eſt ut ſit aurea, iuxta doctrinam ſapientum. Fiat autem hæc ſectio in loco magis oportuno per cuius ſectionem iudicio exiſtimatiuo uideatur magis ad motū facilitari. Sed hic ultimus modus iudicio meo eſt melior. Poſt eius ſectionem ponatur in uulnere parum cotti infuſi in oleo roſ. tepido uel melius in albumine oui, ut partes ſolutæ diſtantes conſeruentur nec permittantur inuicem reuniri. Conformius tamen uidetur textui Raſis, aliquid de ligamento eſſe ſecundū longitudinem incidendum. Si cauſę fuerint primitiuæ remoueantur, & paulatim aſſuefiat proferre homo ſyllabas, dictiones & literas in quibus maximè difficultatur. Item aſſuefiat loqui coram magnis uiris & magiſtratibus incipiendo à minus dignis & gradatim ad magis reuerendos procedendo. ſi timore aut uerecūdia in locutione impediatur. Et ſi pueri fuerint tardātes in locutione ad loquendum irritentur. Et ſi adulti fuerint aut grandes ſtudeant ſe exercendo paulatim cōponere maximè & frequenter proferendo ea quæ ſibi fuerunt difficilia. Et imitentur Demoſthenem uirum eloquentiſſimum, qui cum ineptè & balbutiendo loqueretur, ſumebat in ore lapillos paruos ſex aut plures, poſtea cum ſtudio & conatu loqui ſtudebat. Cumq; pluries ſic loqui ſtuduiſſet, poſtea pauciores in ore loquendo retinebat. Tandem poſt longā conſuetudinem & experientiam talem, ſine lapillis, ita clarè & expeditè locutus eſt ut cęteros in pronunciando ſuperaret. Vtebatur ſpeculo magno in quo ſeipſum frequenter intuebatur, pronuncians in loco ſecreto orationes quas habiturus erat in publico, & ſeipſum notans emendabat ineptos aut turpes geſtus manuū, & pedum aliorumq; membrorum motus, oculos & oris, ita ut ſe totum corrigeret & poliret, deinde cum uocem breuem & ſubmiſſam, & anhelitus anguſtiam pateretur, ad littora maris acceſſit, ubi ſi ſe orantem audire uolebat, neceſſe erat ut altè clamaret. Quibus ingenijs limatiſſimum ac florentiſſimum ſe fecit. Et propter hoc qui habent anhelitum breuem & anguſtum ſtudeāt anhelitum diu continere. Item longam orationem uno anhelitu uoce ſonora producere.

Si grauedo linguæ pendeat ab humiditate ſanguinea aut aquoſa ſepulta, aut imbibita in lacertis aut muſculis linguę cum cōmmunitate cerebri, aut ſine communitate eius exigūtur ſex intentiones. Prima euacuat. Secunda diuertit. Tertia reſoluit & exiccat reſiduum materię per partem oppoſitam. Quarta uerò per eandem partem. Quinta corrigit accidentia. Sexta ordinat regimen ſex rerum non naturalium. Prima quidem perficitur cum plebotomia ex cephalica ſi materia fuerit ſanguinea. Deinde uenarū quę ſunt ſub lingua. Et tertiò ſi expedierit ſub mento uentoſetur, quæ omnia fiant ſi materia ſit multa: ſi uerò pauca ſufficit phlebotomia uenarum quę ſunt ſub lingua & uentoſatio ſub mento. Si uerò materia fuerit phlegmatica, aquoſa euacuetur euacuatione, poſt euacuatiōem cum hieris minoribus in principio, deinde cum maioribus. Et pilulæ cochiæ ſunt conueniētes. Et pilulæ de hiera cum agarico. Secundam rem complent fricationes extremitatum, uentoſationes in ſpatulis & adminiſtratio clyſtericorum acutorum iteratis uicibus. Primò leuium, deinde acutorum. Item caputpurgia per nares. Tertiam rem complet adminiſtratio medicinarum propriarum parti poſteriori capitis nocreæ, & primis ſpondilibus reſoluentium humiditates aggregatas in lingua & neruis linguæ deſeruientibus incipiendo à fomentis & unctionibus, poſtea procedendo ad embrocas, emplaſtra, & cętera uſq; ad rubificantia & cauteria quando alia non contulerint. Fomenta autem & embrocæ poſſunt fieri ex huiuſmodi. ℞. rutæ, ſaluiæ, roriſmarini, ſampſuci, calamenthi, iuæ, & ſimilium, ana. quantum ſufficit, bulliant in uino & aqua, an. cum pauco aceti & approximentur locis iam dictis cum ſpongia aut filtro debitè expreſsis, poſtea ſequatur aliqua ex unctionibus, cerotis aut emplaſtris dictis in capit. de paralyſi, quæ omnia ad hunc locum afferantur ſecundum oportunitatem, & caſus aquæ thermarum ſulphurearum, & uniuerſaliter exiccantium ſuper puppi capitis & primis ſpondilibus eſt conueniens. Forma autem cauterizationis ſi expedierit eſt ſecundum hunc modum. Fiant tria cauteria actualia cum ferro aut auro figurata, ſecundum formam medietatis oſsis oliuæ, quæ penetrent quantum eſt medietas oſſis oliuæ, ſecundum longitudinem aut minus, & fiat ſecundum longum in fontanella puppis capitis, quorum primum ſit in nocra, id eſt, ubi caput collo coniungitur. ſecundum in fine primæ ſpondilis. tertium in fine ſecundæ, & fiant duo alia lateraliter in radice cranei diſtantia à medio ſecundum quantitatem pollicis, & diu conſeruentur aperta. Iſta tamen poſtponantur quantum eſt poſsibile, ut non fiant niſi cum cætera non contulerint. Quartam rem complent gargariſmata collutiones oris, fricationes linguæ, res quæ in ore retinentur exiccantes reſiduum materiæ ad quas gradatim perueniatur incipiendo à debilioribus, & gradatim procedēdo ad fortiora, neq; fiant continuè, ſed per interualla dando etiam aliquando dum hæc expediuntur theriacam mithridatum & ſimilia, ſicut ſemel in hebdomada debita ſeruata cuſtodia. Medicinæ autem ſimplices leues ad hanc intentionem ſunt maiorana, ſaluia. iua, ſtecas, hyſſopus, origanum, coſtus, alaſcæ, radices capparis, acorus, & ſimilia. Sed fortia ſunt zingib. cinamomum, ſinapi ſtaphiſagria, pirethrum, tria grana piperis, ſal ammoniacus, nigella, euphorbium, & ſimilia: his autem uti potes faciendo decoctiones, pulueres, pilulas, & ſimilia his ſecundum exigentiam & caſtoreum retentum ſub lingua & confricatum confert mirabiliter. Et ex ſupraſcriptis poſſunt fieri pilulæ incorporando pulueres ſupraſcriptos cum caſtoreo terebinthina, aſſa fętida, laudano, reſina, tragachan. & ſimilibus, & ſunt efficaciſsimę. Item acori conditum & diacori ſunt medicinæ præſtantes ad hanc intentionem. Item confectio de pirethro & confectio anacardina data per interualla eſt conueniens ſumpta, linita & emplaſtrata parti poſteriori & origini neruorum. Item ſal ſolutiuum linitum ſuper linguā deſcriptum in capit. de paralyſi, & quandoq; confert fricatio linguæ cum acetoſis ſtipticis ſicut lac acetoſum ſuccus fructuū acetoſum qui non ſunt maturi & acetum, & huiuſmo-

di.Et

di. Et nota quòd ſi timeatur fluxibilitas materiæ ſunt ſtiptica prædictis exiccantibus miſcenda ſicut darſeſaham, & eſt flos mali granati permixtum cum roſis. Et ſicut flos ſchinanthi cum ſpodio. Medicinæ autem Raſis ſunt fortes & ultimæ. Et humiditate ſanguinea exiſtente in cauſa conueniunt leuiora & minus calida. Quinta autem intentio eſt correctio ardoris aut excoriationis linguæ, & ſimilium ſi acciderit. Sexta autem intentio elici poteſt ex cap. paralyſis, debet enim dięta ad ſiccum declinare. Si uerò grauedo linguæ ſequatur ſpaſmum de inanitione aut magnitudinem ligamenti, quod eſt ſub lingua, cura à Raſi ſufficienter poſita eſt, & per me declarata.

Seqnens uerò malam compoſitionem non poteſt perfectè curari, corrigitur tamen ingenijs ſuperius dictis in principio curæ poſitis.

Cura autem grauedinis ſequentis ſolutionem continuitatis eſt cura ipſius ſolutionis, & ſi cicatrix remaneret, mollificatiōi & ſubtiliationi eius intendaſ. Apoſtematū autem linguæ cura ponetur inferius.

DE TVMORE LINGVAE. Cap. LX.

TVmor linguæ, magnitudo, inflatio ſunt termini ſynonimi huius diſpoſitionis quę diffinitiuè eſt tumor præternaturalis linguæ, interdum tantus ut os egrediatur. Eſt autem hic tumor aliquādo apoſtemoſus aliquādo ſine apoſtemate, ſed hic de tumore non apoſtemoſo agitur. Differt apoſtemoſus à non apoſtemoſo, quia eſt cum mala complexione, mala compoſitione, ſolutione continuitatis, ex quibus cum coniunguntur prouenit una ægritudo, cuius unitas ſaluatur in ordine & dependētia iſtorum membrorum ſimplicium adinuicem. Cum enim humores fluunt ad linguam, ſuſcipiuntur in uenis, & poſtea in poris eius & ipſos extendūt, & ſic tumorem faciunt poſt quam extenſionem & tumorem ſoluitur continuitas ipſorum, ita ut ex pluribus poris ſolutis fiat una concauitas aut plures, ad quem tumorem ſimul cum ſoluta continuitate ſequitur mala complexio propter prohibitam tranſpirationem, & in hoc ordine & dependentia ſaluatur quòd apoſtema eſt morbus unus. Sed in non apoſtemoſo humores fluxi ſuſcipiuntur in uenis & poris & non ſoluūt ipſos, eſt ergo tumor ſine ſoluta continuitate, & per conſequens ſine apoſtemate.

Huius tumoris cauſa coniuncta eſt duplex, ſcilicet ſanguis dominans aut humiditas plurima phlegmatica. Cauſæ uerò remotiores ſunt aliquando primitiuæ, ſicut comeſtio fungorum & aliorum uenenoſorum, quę linguam tumere faciunt, & aliquando morſus ab aliquo animali occultè permixto cibis qui comeduntur, ſicut ſpecies ueſpæ aut araneę, aut ſcorpiones, & ſimilium. Aliquādo ſunt corporeæ, ſicut multitudo ſanguinis aut phlegmatis in toto, aut in capite

Signa cauſæ primitiuæ ſignificant ſeipſas & nocumentum feſtinum ex ipſis derelictum. Tumor uerò ſanguineus cognoſcitur ex colore rubeo cum alijs ſignis atteſtantibus ſanguini. Et phlegmaticus ex colore albo et multa humiditate phlegmatica ex ore fluente cum cæteris ſignis phlegmatis. Diſcernitur aūt apoſtemoſus à nō apoſtemoſo duritie, febre, dolore, non aūt quantitate. Prognoſticum. Hęc diſpoſitio curatur ſecundum plurimū ſi conuenienter tractef.

CVm contingit linguam adeò inflari, ut præ magnitudine os egrediatur. Fricanda eſt ex cæpe, aut ex citri acetoſitate, aut cum ribes, aut ex granato acetoſo, donec ſalua multa ab ea fluat, hoc nanque modo detumeſcit, & ad primam redibit menſuram. Si autem non ſufficit fiat fricatio ex ſale & aceto. Et ſi nondum ſufficit fiat minutio ex utriſq; cephalicis prius, & poſtea ex uenis ſub lingua.

Diuiditur hoc cap. in partes duas. In prima ponit remedia localia. In ſecunda ibi. Et ſi nec ſufficit. Curat hanc paſsionem per phlebotomiam. totum cap. patebit ex dicendis. Cura huius humoris triplex exigit regimen. Primum reſpicit cauſam antecedētem complendum euacuatione & diuerſione. Vnde materia exiſtēte ſanguinea fiat phlebotomia ex utraq; cephalica propter eius multitudinem. Et ſi retentio hæmorrhoidarum aut menſtruorum eſſet in cauſa præmittatur phlebotomia ſaphenarum, & pro hoc recurre ad ea, quæ ſuperius dicta ſunt ſæpe. Materia autem exiſtente phlegmatica euacuetur, cum ſibi proprijs, de quibus ſupra. Secunda: diuertantur iſtæ materiæ ſanguineæ cum uentoſis in ſpatulis & nocrea, & phlebotometur uena, quę eſt in mento aut ſanguiſuga uel uētoſa ibi apponatur. Sed materia phlegmatica cum caputpur. & clyſteribus, & ſimilibus. Secundum regimen reſpicit cauſam coniunctam. Primò complendum per materiæ eradicationē, ſanguineæ equidem per phlebotomiam uenarum linguæ. Phlegmaticæ autem gargariſmatibus aut maſticationibus, ſed melius eſt, ut hæc poſtponantur uſq; ad ſtatum, ſecunda materia exiſtente ſanguinea repercutiatur. Et ſiquid fluxū eſt educatur, cum acetoſitate citri aut ribes, aut uini granati acetoſi, ex quibus lingua fricetur aliqualiter & in ore teneantur: per hæc enim frig. & ſic. & ſtiptica fiat repercuſsio, & per acetoſitatem humiditatis cum ſaliua eductio. In materia uerò phlegmatica in principio, approximetur oxymel ſimplex. In augmento uerò in ſanguinea addatur ſupraſcriptis rob diamorō, & in phlegmatica oxymel, parū zing. aut ſalis cōmunis, aut ſalis ammon. & ulterius uerſus declinationem miſceaſ acetum & diamoron in ſanguinea. Et in phegmatica fiat fricatio cum ſale & aceto cum cępis, addatur tandem zingib. & ſal gemma, & ſal ammoniacus & reuertetur ad mēſuram ſuam. Mollificatio quidem linguæ cum accidit pueris, ſufficit in ea ſolicitudo cuſtodiæ, id eſt, regiminis in ſex rebus, & cibatio ex paſſeribus & uolatilibus multū ambulatiuis, id eſt, quæ declinent ad ſiccū. Quidam homo, ut dicit Auic. iam uētoſatus fuit, & percuſſus eſt cum ſcalpello uiſus nerui in ſpondilib. pānicul coniuncti cū lingua, quare mollificata eſt lingua. Ex quo arguiſ pręter ſeptimum par neruorū cerebri alios neruos à ſpondilibus colli orientes cōcurrere ad motum linguæ, & ſecundò infertur in actu practico ſcarifica

f 4

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.114

tionem eſſe faciendam in pulpis ſpatularum non in ſpondilibus, neq; prope ſpondiles. Tertium regimen ſedat accidentia ut puta ardorem ſequentem ad medicinas acutas, ut cū lacte retento in ore, & ſimilibus, ſecundò ordinat regimen ſex rerum non naturalium. Quòd in ſanguinea declinet ad frigidum & ſiccum, in phlegmatica ad calidum & ſiccum. Si uerò hic tumor pendeat à uenenoſis cura requirenda eſt ſexta quarti. Nimis enim prolixus eſſem ſi omnia huiuſmodi proſequi uellem.

DE RANVLA LINGVÆ. Cap. LXI.

HÆc paſſio dicitur glandula, quia ad ſimilitudinem glandulæ in figura, quantitate & duritie, aut quia eſt uerè glandula, ſcilicet, apoſtema phlegmaticum kiſti circundatum mobile faciliter de loco ad locum, & hoc eſt rarò, imò eſt ſecundum plurimum caro ibidem nata, ac ſi noua lingua excreſceret. Et dicitur ranula ad ſimilitudinem ranæ paruæ in quantitate figuræ & colore: habet enim colorem album tendentem ad uiridem ſimilem colori ranæ. Hæc autem eſt ſimilis colori linguæ compoſito ex colore ſuæ ſubſtantiæ qui eſt albus, & ex colore uenarum quæ ſunt in ea quæ tendit in nigrum, ex quibus conſurgit color albus tendens ad uiridem. Et hæc ægritudo eſt proportionalis pueris & infantibus, quia in eis multiplicatur humiditas uiſcoſa à capite defluens quæ eſt eius cauſa.

Species eius eſt duplex, eſtenim quędā alba mollis tractabilis, quędam nigra uel fuſca dura intractabilis & utraq; eſt duplex, quędam cum dolore aut alia ſenſibili læſione, quædam ſine, & quælibet eſt duplex, quædam antiqua, quædam noua.

Signa, & cauſæ parent ex dictis. Apparet enim aliquando in loco iam dicto, ac ſi noua lingua oriretur & quæ eſt alba, eſt ab humore phlegmatico uiſcoſo, & quę nigra ab humore phlegmatico tendente in melancholiam per aduſtionem aut per partium ſubtilium reſolutionem.

Prognoſticum. Secundum plurimum curatur ſi conuenienter tractetur. Niſi pendeat ab humore melancholico. Et propriè aduſtione participante.

CVm ſub lingua glandula nociua fuerit, in principio ex ſale ammoniaco & gallis fricanda eſt. Si autem uetuſta fuerit, ex medicamine gingiuæ ſanguinolentæ fricanda eſt, quod eſt medicamen acutum. Aeger autem acetum & ſal in ore teneat.

Diuiditur hoc cap. in partes duas, primò ponit curationē ranulæ nouæ. ſecundò antiquæ. ſecunda ibi. Si autem uetuſta fuerit, totum patebit ex dicendis.

Cura poſt euacuationem & diuerſionem, & debiti regiminis ordinationem. Primò eſt tenenda cum leuibus exiccantibus cum ſaluia piſtata, uel ſucco eius ibidem cum cotto appoſito uel fricetur cum origano ſale & corticibus granatorum tritis & ſimul mixtis, poſt quam fricationem infundatur cottum cum his medicinis cum aceto mixtis & applicetur, & fortius iſtis eſt calcanthum, id eſt uitriolum uſtum, hermodactylum, albumen oui mixta & applicita, uel iuxta teſtum fricetur cum ſale ammoniaco cal. in quarto, & gallis ſimul mixtis, uel acetum, ſal, & flos æris ſimul mixta applicentur. Acetum etiam & ſal ibidem retenta ſunt leuia & conferūt in cura. Si autem uetuſta fuerit, eſt auferenda aut cum cauſticis aut operatione manuali. Raſis autem dicit eſſe applicādum medicamen ſuperius poſitum in cap. de gingiuis ſanguinolentis, quod tenendum eſt ibidem per mediam horam aut circa, aut approximetur cauterium ex capitello factum, & eam cauſticabit in paruo tempore, & tunc temporis defendantur partes circūſtantes cum petijs infuſis in albumine oui, aut cum ſucc. plantaginis, & aceto, poſt eius remotionem applicetur lac aut uitel. oui, & tandem remota eſcara conſolidetur. Operatio autem manualis eſt ut capiatur cum uncino et cum ſagitella eradicetur, poſt eius eradicationem ponatur uitriolum mixtum cum albumine oui. Sed hæc fortia non fiant niſi in illa, quæ ſenſibiliter lædit, & quæ non eſt fuſca. Si enim eſt fuſca tutius eſt dimittere, ne conuertatur in cancrum. Et ſi fluxus ſanguinis impediret pro illa uice dimittatur. Et ſanguine conſtricto ſequenti mutatione operatio compleatur. Et poſt extractionem lauetur locus cum aceto per duos dies poſtea cum aceto decoctionis myrrhæ, donec ſit facta conſolidatio.

DE HIS QVÆ NASCVNTVR IN lingua. Cap. LXII.

ISta ex eiſdem ſunt curanda, ex quibus curantur alcola, quas nominauimus, et ſynanche ſanatur.

Raſis breuiter ſe expediens dicit hæc eſſe curanda, ſicut alcola, id eſt puſtulæ linguæ, quas ſuperius nominauit, & etiam ſicut ſynanche, de qua in ſequenti capit. eſt acturus. Sed pro integra notitia ſciendum eſt hæc apoſtemata eſſe ſanguinea, cholerica, phlegmatica. & melancholica. Quæ iterum ſunt duplicia, quandoque generantur à melancholia aduſta & ſunt cancri, quandoque à melancholia non aduſta, & ſunt de genere ſephiros.

Cauſæ & ſigna patere poſſunt ex ſępe dictis, quandoque enim generantur ex potu uenenoſorum ſicut fungi & opij, ac etiam ex morſu, ſicut dictum eſt ſuperius. Prognoſticum. Hæc apoſtemata ſi conuenienter tractentur, curantur præter melancholica, quorum ſecundum plurimum eſt difficilis eradicatio & præcipuè cancri.

Cura ſimiliter exigit triplicem regimen, ſicut dictum fuit in tumore non apoſtemoſo: hæc tamen uelocioribus indigent auxilijs. Fiant ergo euacuationes & diuerſiones in ſanguineo phlegmatico, ſicut ibidem dictum eſt. In cholerico autem & melancholico fiat euacuatio cum proprijs, quæ ex ſæpe dictis poſſunt eſſe manifeſta. Duo tamen hæc attendenda ſunt. Primum, quia phlebotomia in quacunque ſpecie horum apoſtematum ſecundum plurimum eſt conueniens. Et ſimiliter phlebotomia uenarum ſub lingua ad materiæ eradicationem.

Secunda, ut in his apoſtematibus, ſicut etiam in tumore linguę non apoſtemoſo uomitus caueaſ, ſed ſu

per

per lingua localia applicanda in principio apoſtemata ſanguinei & cholerici ſunt ſuc. plantag. aqua roſacea ſuc. ſolatri. ſuc. ſemperuiuæ, ſuc. lact. & eſt proprius, quæ omnia cum aceto miſceantur, quod ſit ſubquadruplum ad ſuccos ſecum permixtos. Sed in cholerico eligantur ex his quæ ſunt magis frigid. & humid. quibus etiam minus aceti permiſceatur. Similiter decoctiones roſ. & aliarum rerum infrigidantium, & ſtipticantium, ſicut ſumach, myrti, & ſimilium. In augmento autem addatur his decoctio foliorum oliuæ & uinum ponticum, & ſimilia, & ſi tendant in uiam reſolutionis. Si uerò maturentur, adiuuentur cum melle & lacte, & cum decoctione ficuum & paſſularum fœnugr, ſem. lini. & ſimilium.

Et poſt maturationem aperiantur cum ſagitella, & tandem mundificentur & conſolidentur cum melle roſ. uino nigro, & ſic de ſingulis. Phlegmatica uerò in principio repercutiātur cum decoct. myrti, fol. oliuæ, uino pontico & aceto, quibus poteſt addi radix fœnic. combuſt. & puluerizati. et ulterius in proceſſu addatur his ſal, zingiberis. & ſimilia ſuperius dicta in tumore phlegmatico non apoſtemoſo. Si uerò apoſtemata ſint melancholica inchoandum eſt cum lacte muliebri, aſinino & caprino, poſtea teneatur in ore decoct. dactil. & ficuum cum uino dul. & ſic procedatur per tempora ſua, in cancro autem procedatur cum magis frigidis, ſicut cum lacte & oleo roſac. & mucil. pſil. & ſuc. ſolat. & ſimilibus. Et Auic. recitat hiſtoriam Gal. de ſene ſexagenario habente apoſtema in lingua cui non fecit phlebotomiā, quia non erat conſuetus, & cum appoſuiſſet quædam localia non uolebat obedire quia fatuus erat, & tandem dixit ſe ſomniaſſe tenere in ore ſucc. lactuc. ex quo uidebatur ſibi in ſomnijs eſſe liberatus, quod Gal. illi conceſſit & per illum liberatus eſt. Et eſt deinceps inuentum ſuccum illum eſſe medicinam ſingularem in hoc caſu quod etiam multoties expertus ſum.

Curatio autem uera cancri & ſimiliter ſephiros puri nō eſt niſi eradicatio ipſorum cum tota ſubſtantia linguæ in qua ſunt, & etiā auferēdo aliquid de parte ſana, & propriè in cancro, quæ res difficillima eſt & ſecundum plurimum impoſſibilis. Dieta autem in ſanguineo declinet. ad frigid. & ſicc. In cholerico ad frigid. & humid. in phlegmat. ad calid. & ſicc. in melancholico non cancroſo ad calidum & humidum, ſed in cancroſo ad frigidum & humidum.

DE ANATOMIA GVTTVRIS. Cap. LXIII.

POſtquam Raſis in parte præcedente egit de paſſionibus oris. In hac parte agit de paſſionibus gutturis, de quibus Auicen. determinat, nona tertij. licet de quibuſdam paſſionibus eius ſuperius dictum fuerit. Iuxta ordinem præmiſſum præmittenda eſt anatomia gutturis. Eſt enim guttur ſpacium in quo ſunt meatus, anhelitus & cibi, in cuius principio eſt uuula pendens ex palato, & à lateribus duæ amygdalæ & ſub uuula galſamat & epiglottis, & canna pulmonis, poſt quas uerſus ſpondiles eſt meri. De anatomia uuulæ fuit ſuperius dictum. Et ſimiliter pro parte de anatomia duarum amygdalarum, quæ iuxta ſententiam Auicen. ſunt duæ carnes natæ in radice linguæ tendentes ad ſuperiora, ac ſi ipſæ ſint duæ auriculæ paruæ, & ſunt neruoſæ, ut ſint fortiores, quarum iuuamentum eſt ut adiuuent, ut aer penetret per epiglottim ad cannam pulmonis. Algaſamat uerò eſt caro pāniculoſa & pro parte carthilaginoſa annexa palato ſub uuula cooperiens caput cannæ, id eſt orificium epiglottis, ut cibus ab ore poſsit ſuper hoc cooperimēto tranſire ad meri quod eſt ſitum in parte poſteriori, aperitur autem homine loquente. ridente aut canente. Et propterea ſi tunc tēporis cibum deglutiat uel potum, tranſit ad epiglottim, homo ſtrangulatur, & tuſsit donec quod ingreſſum eſt emiſerit. Anatomiam uerò epiglottis cannæ pulmonis & meri dicemus poſterius.

DE SYNANCHE SEV ANGINA. Cap. LXIIII.

CIrca rub. huius capitis, ſciendum quòd reperiuntur iſti termini, ſynanche ſiue ſynāchia, cynanchia ſiue ſynanche ſignificantes hanc diſpoſitionem, de qua hic agit Raſis, quæ diffinitiuè eſt apoſtema in gutture anhelitum impediens uel deglutionem aut utrunq;. Paraſynanche, & paracynanche ſunt termini ſynonimi ſignificantes paruam ſynanchen, & propterea appropriantur ſynanchiæ, quæ eſt in muſculis extrinſecis & non intrinſecis ipſius meri & epiglottis, licet aput Salernitanos. Synanchia dicatur quando eſt intus & non apparet extra. Cynanchia uerò, quando eſt ſolum foris. Squinantia quando eſt intus & foris iuxta uerſum ſuum. Sy, intus, cy uerò, foris, ſqui, tenet utrunq;. Dicitur autem in diffinitione quòd eſt apoſtema, nam licet poſſit accidere impedimentum in deglutione & anhelitu ex alijs cauſis exiſtentibus in gutture, illud tamen nō dicitur ſynanchia. Sicut ſi præfocaretur homo ex comeſtione fungorum aut aliorum uenenorum, aut ex congelatione ſanguinis in aliquibus uiſceribus, aut ſi iſte operationes impedirētur propter dislocationem alicuius ſpondilium colli, maximè primæ & ſecundæ ad interiora quæ dislocatio poteſt eſſe tam à cauſa extrinſeca, quàm à cauſa intrinſeca, & propriè in pueris propter debilitatem ligamentorum ſuorum. Similiter & ſi ſpaſmarētur aut paralyticarentur muſculi meri, aut epiglottis propter quæ iſtæ operationes impedirentur ſicut eſt poſsibile nullo exiſtente apoſtemate, tunc non diceretur ſynanchia, imò eſt poſſibile quòd fiat præfocatio & impediatur anhelitus propter nocumētum lacerti, quæ eſt in interiori parte epiglottis, quamuis meatus non ſit oppilatus, & plurimæ ſunt aliæ cauſæ, quæ poſſunt impedire deglutionem & anhelitum, quæ tamen non faciunt ſynanchiam, quia non apoſtemant.

Species ſynanchiæ, quandoque ſumuntur ab humoribus, quandoq; à locis in quibus fiunt. Eſt enim quadruplex, ſcilicet ſanguinea, phlegmatica, cholerica, melancholica, quæ tamen rariſsimè accidit. Cuius cauſa eſt, quia iſta paſsio fit ualde citò & ſecūdum plurimum per uiam defluxus. Rarò autem humor melancholicus propter ſui craſsitiem & paucitatem citò permutatur de loco ad locum, neq; huiuſmodi apoſtema melancholicum poſſet, niſi in longo tempore congeri. Attamen uult Auic. hanc ſynanchiam melancholicam tam incipiendo, quàm permutando maximè ex apoſtemate ſanguineo aliquando poſſe generari. Sunt etiam quatuor ſpecies diſtinctæ ſecundum loca.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.115

Nam aliqua fit in muſculis extrinſecis ipſius epiglottis uerſus partem anteriorem gulę. Et aliquando fit in muſculis extrinſecis ipſius meri ſiue uerſus epiglottim, ſiue uerſus ſpondiles colli, & ſimiliter etiam aliquando fiet in muſculis ſpondilium colli. Tertiò aliqua fit in parte intrinſeca ipſius meri. Quartò aliqua fit in parte intrinſeca epiglottis & cannæ pulmonis. Et quãdoq; fit in pluribus partibus ſimul. Auic. uerò nominat unam ſpeciem famoſam præſocationis quæ dicitur canina. Nam patiens ipſam gerit ſimilitudinem canis ſub æſtu ſolis fatigati. Emittit enim linguam, tenet os apertum, habet anhelitus ſuccedentes ſicut canis taliter fatigatus. & hoc eſt ſecũdum plurimum in parte intrinſeca epiglottis & cannæ.
Et ex his infertur apoſtema duarum amygdalarum non propriè ſynanchias appellatas. Cuius cauſa eſt, quia ſecundum plurimum leuiter impediunt deglutionem aut anhelitum, ſed dignius appellantur paracynanchiæ. Cauſæ coniunctæ ſunt humores iam dicti. Sed frequentius ſanguis, quia eius maxima abundantia in uenis & arterijs colli eſt reperta, deinde phlegma, plurimum ex eo à cerebro deriuatur, rarius cholera, rariſsimè melancholia.

Cauſæ antecedentes ſunt repletio aut totius, aut capitis, aut partium circa guttur, ſimiliter debilitas illorum membrorum.

Cauſæ primitiuæ ſunt indebitum regimen ſex rerum non naturalium, & propterea multiplicantur in uere frigido & humido, & aliqui cibi à proprietate eam generant, ſicut andacocha, id eſt, trifolium. Item balneum, exercitium fortè & inconſuetum corpore repleto, & ſimilia. Terminantur autem ſextupliciter, quia aut reſoluitur, aut ſuppuratur, aut induratur, aut permutatur, uel ad cutim exterius, uel ad pulmonem, uel ad cor, uel ad ſtomachum, uel ad cerebrũ, aut putrefit, aut interficit maximè ſuffocãdo.

Signa communia. Omnes ſynanahiæ ſunt impedimentum deglutionis aut anhelitus, & ſecũdum plurimum utriuſq; & aliquando tantum, ut potus cum non poteſt deglutiri per nares egrediatur. Signa autem ſanguineæ ſi ſenſui ſubiacet eſt color rubeus, purpureus, tenſio durities, dolor fortis. extenſiuus, grauatiuus, & quandoq; pulſatiuus, ſapor rei dulcis atteſtantis dulcedini ſanguinis aut ſimilis ſapori uini & conſtrictio anhelitus uehemens, & reliqua ſigna ſumpta ex complexione & habitudine ſanguinea & tenſione uenarum faciei & colli, & ſimilia.

In cholerica color eſt rubeus tendens in citrinum dolor pungitiuus aut mordicatiuus, pauca tenſio & durities, ſitis linguę, citrinitas & ariditas parua, anhelitus conſtrictio & uigiliæ, & apparet quòd ſit in loco aliquid acutum mordicatiuum: dolor tamen cholericæ minor eſt dolore ſanguineæ & cætera atteſtantia choleræ. Phlgmaticæ dolor eſt paruus obtuſus, ſapor phlegmatis ſalſus cum caliditate & uiſcoſitate, quoniam hoc phlegma eſt corruptum & putrefactum, albedo linguæ & faciei, paucitas ſitis & paruitas inflammationis, multa humiditas ex ore profluens & cætera ſigna phlegmatis. Et quandoque proſternitur lingua cum mollificatione, & raro accidit cum ea apoſtema in glandulis, & non ſunt cum ea feb. & prolongatur ſpacium eius ad quatuor dies, & quando nititur habens eam poſsibilis eſt deglutio, quoniam penetrat deglutitum in mollitiem.

Melancholicę uerò color fuſcus, paruus dolor, ſiccitas linguæ, durities, tardus euentus, eius ſapor ponticus, & cætera ſigna melancholiæ. Et quandoque fit incipiendo, & quandoque permutando ex apoſtemate ſanguineo. Signa illius quæ eſt in muſculis extrinſecis epiglottis uerſus anterius eſt, quia comprehenditur per uiſum & tactum tangendo cutim exterius ex directo epiglottis, nam ſentitur durities, & leui tactu cauſatur dolor, & aliquando color apoſtematis communicatur exterius, & eſt magnum impedimentum in anhelitu paruũ in deglutione non poteſt uideri aſpiciẽdo in ore. Illa uerò quæ fit in muſculis extrinſecus meri, & facta in muſculis ſpondilium comprehendiť uiſu fortiter comprimendo linguam, ſed magis impedit deglutionem q̃ anhelitum, & facta in muſculis extrinſecis epiglottis uerſus meri, etiã comprehenditur uiſu fortiter cõprimendo linguam Sed magis impedit anhelitum q̃ deglutionem, facta autem interius in meri non comprehenditur aliquo modo per uiſum, & magis impedit deglutionem q̃ anhelitum. Sed facta in epiglotti etiam non uidetur, & magis impedit anhelitum q̃ deglutionem. Nota quòd ſi fiat in parte inferiori meri, poteſt impedire deglutionem non impediendo anhelitum ſicut facta in canna diſtanter ab epiglotti multũ impedit anhelitum, imò ſecundum plurimum ſuffocat q̃uis nõ impediat deglutionem. Sed in parte ſuperiori propter magnam connexionẽ utriuſq; in quocunq; fiat, utriuſq; notabiliter operationem impedit. Signa uerò cauſarum primitiuarum ſunt ipſarum præceſsio. Signa uerò apoſtematum quę fiunt in amygdalis ex loco ſumuntur, facilè enim ſubiacent uiſui, & etiã cum digito tangi poſſunt. Signa terminationis ipſius ſunt, quia ſi reſoluatur feb. & cætera accidentia completè remittuntur, neq; apparet alterius membri nocumentum. Si uerò ſuppuretur intenditur. feb. & dolor, & propriè pulſatiuus & cætera accidentia, deinde parum quieſcunt circa quartum diem, donec tandem rumpatur, ſiue à natura, ſiue ab arte. Si uerò induratur reſolutis partibus ſubtilibus & craſsis remanentibus, in primis fit alleuiatio, decreſcit feb. & cætera accidentia, & remanet tantum grauitas, & dolor, & impedimentum deglutionis aut anhelitus longo tempore & fortè per annũ. Et quandoq; materia lapidatur. Et aliquando res dura ſicut lapis egreditur. Si uerò permutetur, illius apoſtematis deliteſcunt omnia accidentia præter feb. & cum hoc ſequitur nocumentum in alio membro ad quod materia permutatur. Vnde ſi permutatur ad pulmonem, ſequitur tuſſis & pulſus fit undoſus, anhelitus poſtea conſtringiť cum in principio permutationis fuerit dilatatus, & ſequuntur cætera accidentia peripneumoniæ. Si uerò pulſus fiat ſpaſmoſus permutatur ad neruos. Si uerò ad cor fit pulſus diuerſus, debilis, tremor cordis, & ſyncopis, & feſtina mors. Si uerò ad ſtomachum ſequuntur nocumenta ſtomachi cum remiſsione nocumentorum gutturis. Si uerò ad cerebrum ſequitur dolor capitis, alienatio, & cætera accidentia phreneſis, de quibus ſupra. Si uerò ad cutim creſcit in cute dolor, durities, tumor & rubor: ſi materia ſit cal. cum remiſsione nocumentorum ſynanchiæ. Si uerò non permutetur, ſed potius materia dilatetur propter ſui

multitudinem

multitudinem, tunc cum cremento nocumentorum cutis creſcunt accidentia ſynanchiæ. Si autẽ putrefiat creſcit feb. & cætera accidẽtia & partes putridæ, quæ ſenſui ſubiacent, liuent, aut nigreſcunt et foetent. Si uerò interficit abſque alia ex ſupradictis terminationibus tunc eſt, aut quia corpus non nutritur deglutione impedita, aut præfocatur anhelitu propter apoſtema impedito.

Prognoſtica. Primum. Omnis ſynanche eſt acuta et uelocis terminationis ad mortem uel ad ſalutem niſi ad duritiem terminetur, tunc enim quando chronicatur. Velociſsimæ autem terminationis, & propriè ad mortem eſt quæ eſt in parte intrinſeca epiglottis, ita ut quandoque in 24. imò in 12. horis pręfocet. Et cum hac frequenter eſt exitus amborũ oculorum, & egreſsio linguæ cum debilitate motus eius. Sed in pluribus eſt terminatio inter quartum & ſeptimum.

Secundum. Illa ſynanche eſt deterior, quæ apparet interius & exterius occupans omnes partes, poſtquàm ſequitur in malitia, quæ non apparet interius nec exterius, deinde quæ apparet interius & non exterius: minus mala quæ apparet exterius & non interius. Tertiũ. Illa ſynãche eſt ualde mala cum qua prohibetur anhelitus omninò ſi æger reſupineť & ſi non reſupineť ſit anhelitur difficilis. Illa autẽ cum qua impeditur deglutio, imò aufertur abſq; magno impedimento anhelitus eſt ſecundum plurimum ſalubris, ſicut econtrario illa cum qua multum impeditur anhelitus cum pauco impedimẽto meri eſt ſecundum plurimum mortalis, & mortalior eſt illa, quę plurimum impedit anhelitum abſq; aliquo impedimento deglutionis, quàm quæ ſimul impedit anhelitum & deglutionem. Significat enim apoſtema in canna pulmonis quod eſt deterius alijs partibus, quàm in epiglotti. Quartum. Quando tanta ſit anhelitus conſtrictio ut eductis humiditatibus ex pulmone fiat ſpuma, tunc non eſt ſpes in ipſo, nec oportet ut curetur.

Cum tamen quandoq; accidat ut præfocatus ſpumet, ſcilicet ex alijs cauſis, deinde ſanetur. Quintum. Cuiuſcunq; præfocati facies ſit uiridis & denigratur ſitus oculorum, tunc moritur, & ſimiliter quando minoratur pulſus & infrigidantur extrema.
Sextum. Craſsities linguæ & ipſius denigratio eſt ex ſignis ualde malis. Septimum. Quando eſt cum præfocationibus malis, feb. melancholica & inordinatè uagans & non ſeruans periodum, tunc mors feſtinat, quoniam feb. facit ægrum indigere anhelitu magno. Octauum. Dictum eſt in ſignis mortis ue locis, quòd ſi quis præfocationem patitur, & alteratur color poſtremi colli eius à rubedine ſua conſueta ad albedinem aut ad uiriditatem & ſudant aſſellæ & inguina eius ſudore frigido, moritur inter ſpacium duorum dierum. Nonum. Si permutetur ad pulmonem in ſeptem diebus pereunt. Si uerò hos effugerint ſalui fiunt. Sed quæ permutantur ad cor ſemper interficiunt. Signa uerò ſpei ſunt ſi permutatur rubedo ad exteriora, multotiens enim aperiunt oculos & ſanãtur, & ſimiliter quando alteratur eorum anhelitus & incipiunt anhelare anhelitu breui, cuius cauſa eſt, quia in uehementi conſtrictione habent anhelitum longum, quoniam propter ſtricturam uiarum aerem paulatim intrare faciunt. Cum ergo abbreuietur, remouetur cauſa præparans ad longitudinem, & redeunt membra ad diſpoſitionem naturalem, & ſimiliter quando permutatur materia ad latum oppoſitum facit ſperare, & quando accidit dolor perſeuerans anno uno aut duobus in gutture, ſignificat petroſam ſuperfluitatem in partibus gutturis.

QVum in deglutiendo ſentitur anguſtia, adeſt paſsio quæ ſynanchia uocatur, cuius grauitas aut leuitas ſecundũ anguſtiæ quãtitatẽ deprehẽdi poteſt.

Diuiditur hoc cap. in partes duas. In prima ponit ſigna ſynanchiæ. in ſecunda ibi. Cum traijciendi, ponit curam. De prima parte dicit. Cum in deglutiendo ſentitur anguſtia, tum ex dolore in deglutiendo, tum ex anhelitus conſtrictione adeſt ſynanche, & uos ſupplete reliqua ſigna ſuperius dicta concludentia ibi adeſſe apoſtema. Huius autem ſynanchiæ grauitas eſt maior aut minor ſecundum quantitatem anguſtiæ, id eſt, nocumenti in deglutiendo & anhelando, ſed maximè in anhelando.

Cumq; traijciendi anguſtia fuerit in facie & oculis rubedo & repletio, in principio curationis cæphalica phlebotometur. Et gargariſmus ex ſucco granati muzi cũ carnoſitate ſua fiat, aut ex rob mali maciani acetoſi, aut ex rob mori de ſemine. Et poſt hoc fiat gargariſmus ex aqua roſacea, in qua ſumach fuerit infuſum. Quod poſtquàm per tres dies ſic factum fuerit, & uenter ex ſucco fructuum, ſicut prunorum, tamar. caſsiæ fiſt. & tereniabim ſolutus fuerit, fiat gargariſmus ex apozimate ficuum citrinarum, & paſſularum, aut ex medulla caſsiæ fiſt. cum hydromelle. Quòd ſi paſsio inueterauerit ex gargariſmis & inſufflatione fortium medicaminum, quæ dicturi ſumus, curanda erit.

Hic ponit curam. Et diuiditur in tres partes. In prima curat ſynãchen à cauſa calida. In ſecundo ibi. Si autem in facie non fuerit rubedo. Curat ſynãchen à cauſa frig. in tertia ibi. De his præterea ponit media malę ſynanchiæ. Quæ dicit in hac parte ſunt manifeſta. Innuit enim curationem uniuerſalem cum phlebotomia cephalicæ, & cum decoct. fructuum, & manna, & caſsia ad euacuandum choleram, quæ in his caſibus cum frigidis lenientibus debet educi & nõ cum medicinis exſoluentibus. Recepta autem ſit huiuſmodi. ℞. prunorum tamar. ana. ℥. s. incidantur craſſo modo, & bulliant in 9. ℥. aquæ ad conſumptionem duarum partium & coletur, cum qua colatura trahatur caſſ. ℥. s. mannæ, ℥. 1. aut decem. ʒ. flo-

rum caſsię cum ſupraſcripta decoctione miſceantur.

Et quantum ad curam particularem innuit intentiones tres. Prima eſt repercuſsio cum quatuor medicinis frig. & ſic. & ſtipt. & in litera deſcriptis, quæ debent aliqua põticitate & acredine participare, ut profundius imprimãt, loco macianorum acriũ, de quib. ſupra, accipiamus ſuccum pomorũ immaturtaorũ, aut ſuccum pomorum rub. acrium, mora ſunt duplicia, ſunt enim mora rubi quæ ſunt magis ſtipt. magis conuenientia in principio, & mora celſi magis conuenientia in augmento & utraq; ſunt duplicia matura conuenientia in augmẽto, immatura magis in princ. Et ex maturis quædam ſunt acetoſa frigid. & humid. & apud quoſdam frig. & ſic. conuenientia magis in principio, quædam dulcia conuenientia in augmen. & ſtatu. horum ergo ſuccorum aut rob utere ſecundum quod oportet. Secunda eſt reſolutio cum lenitione quadam aut maturatione: quæ tamen debent eſſe mixta cum repercuſsione, & propriè ſi apoſtema tendat in uiam reſolutionis. Si uerò per uiam maturationis aut ſufficiunt ſola maturatiua, aut ſint mixta cum paucis repercuſsiuis. Vnde cum decoctione ficuum paſſularum, & cęt. ſit admixtum aliquid diamoron aut dianucum. Tertiò eſt reſolutio pura conueniens à medio ſtatus, deinceps cum medicinis ponendis in fine cap. Si uerò apoſtema tendat in uiam maturationis adiuuetur maturatio, et poſtea eruptio ſecundum quod dicetur in ordinatione curæ.

Si autem in facie non fuerit rubedo, fluxeritq́; ab ore ſaliuæ multitudo, & æger fuerit humectatus in principio ſoluatur uẽter ex chochijs. Et fiat enẽa ex clyſteri acuto quod in cap. de apoplexia nominauimus. Cum paſsio tamen inceperit fiat gargariſmus ex ſyru. acetoſo, aut cum hydromelle, pip. & oxymelle. Deinde ex almuri Nabati fiat etiã gargariſ. ex hydrom. et ſinapi.

Quæ dicit in hac ſecunda parte ſunt manifeſta, & magis ex dicendis manifeſtabuntur.

Et de his præterea quæ malæ ſquinantiæ conferunt, ſunt ut ex uenis quæ ſunt ſub lingua fiat minutio, & uentoſæ abſq; ſcarificatione in collo ponantur, & epitimetur collum ex melle, ana, donec ueſicæ in eo generentur, & fiat gargariſ. cum ſinapi. Et fiat gutturi inſufflatio ex hoc medicamine, quod ſic fit, ſinapi, ſal ammoniacus, pirethrum, nitrum aſſa, piper, mentaſt. ſumantur, et ex eis cum hydromelle fiat gargariſ.

In hac ultima parte innuit intentiones quatuor, ſcilicet eradicationẽ materiæ cum phlebotomia uenarũ quæ ſunt ſub lingua. ſecundò meri & epiglottis dilatationem cum uentoſis appoſitis in collo, & propriè ſuper ſecunda ſpondili ad faciliter anhelandum et deglutiendum. tertiò diuerſionẽ cum melle, ana. cal. & ſic. in quarto ueſicante apponendo propriè ſupra ſecunda ſpondili per ſpacium 8. aut 10. horarum, donec ueſicæ factæ ſint quæ aperiantur & apertę teneantur, ultimò intendit reſolutionem cum medicinis in textu deſcriptis quæ ſunt illę, de quibus facta eſt mentio ſuperius. Cura ſynanchiæ triplex exigit regimen. Primum debetur cauſæ antecedenti, ſecundum cauſe coniunctæ, tertium commune utriq;. Primum habet tres intentiones, euacuationem, fluxus prohibitionem, & diuerſionem. Euacuatio autem ſi ſolus peccet ſanguis, ut alij humores cum ſanguine dominante, aut etiam ſi omnes humores æquè proportionabiliter creuerint eſt phlebotomia, quæ repletione exiſtente in toto fiat ex uena communi. Et ſi retentus fuerit fluxus hæmorrhoidalis conſuetus aut menſtrualis fiat ex ſaphenis, & ſi epar fuerit in cauſa generans ſanguinem acutum fiat ex baſilica, quæcunque harum prius phlebotomata fuerit, phlebotometur poſtea cephalica eiuſdem lateris, & ſi ad neutrũ latus declinauerit ſynanche, phlebotometur cephalica dextra, aut dextra & ſiniſtra ſimul. Quantitas autem ſang. hauriendi conſtante uirtute & multa exiſtente repletione eſt uſq; ad ſyncopim excluſiuè qui in caſibus fortibus non dantibus inducias eſt continuatim extrahendus, donec uideatur ſufficere. Si autem uirtus non toleret aut ægritudo dederit inducias, eſt huiuſmodi phleboto. partienda, ut uerbi gratia prima hora extrahatur à 6. uſq; ad 12. ℥. ſang. deinde per 8. horas aut 12. horas hauriať à 4. ℥. uſq; ad 8. Et poſtea ſi oportuerit à 3. uſq; ad 6. & melius eſt ut hæc fiant ex diuerſis uenis incipiendo à remotis & ueniendo ad propinquas, & ultimò ad cephalicam eiuſdem lateris, & quacunq; harum phlebotomata, aut pluribus, phlebotomentur (ſi ægritudo nõ manifeſtè ceſſauerit) uenę quæ ſunt ſub lingua, & permittatur ſanguis per ſe ſtringi niſi multum exuberauerit. Et ſi repletio ſolum fuerit à furcula, ſupra phlebotomentur ſolum cephalicæ, & prius cephalica lateris oppoſiti, deinde cephalica eiuſdem lateris. Quòd ſi pauca ſit repletio ſicut ueriſimilis eſt in illis qui frequenter incurrunt ſynachen ſufficit phlebotomia cephalicæ eiuſdẽ lateris à quatuor ℥. uſq; ad 6. poſtquam per duodecim horas ſi oportuerit phlebotomentur uenæ ſub lingua & maximè ſi in eis apparuerit plenitudo.

Si autem choleram cum ſanguine abundare contigerit ſoluatur, & ante phlebotomiam ſi plurimum abundauerit & etiam ſi uenter fuerit ſtipticus ſoluatur. Sed poſt phlebotomiam ſecundum plurimum, & ſoluatur cum medicinis infrigidantibus & lenientibus ſicut cum decoctione prunorũ, tamarin. uiol, mirob, & ſimilium addendo caſsiam & mannam. Et apud maiorem neceſsitatem infrigidationis addatur aqua ſola & reiteretur ſecundum neceſsitatem & nullo pacto ſoluatur cum medicinis exoluentibus. Et ſimiliter ſi alij humores peccauerint cum ſanguine facta phlebotomia educatur phlegma cum cochijs & hieris, & melanchol. cum epithymo, ſena, & pilulis indis, & ſimilibus. Pauci enim ſunt caſus in quibus ſit excuſatio à phlebot. Secunda autem intentio ſi materia fuerit calid. ſubtilis perficiatur comedendo & tenẽdo in ore diacodion & ſumendo ſyr. de pa

pauere

pauere nocte & die ſtomacho ieiuno ad compingendum & incraſſandum materiam. Et his non ſufficientibus ſumat unam pilulam alkeiber opiatam aut requiem deſcriptionis Nicolai & ſimilia, hæc tamen opiata poſtponantur quantum eſt poſſibile. Tertia autem intentio perficitur cum clyſteribus leuibus in calid. & propriè exiſtente feb. & cum acutis in frigid. & cum fricationibus & ligaturis & lotionibus crurium & brachiorum, & cum poſitione uentoſarum in pulpis ſpatularum et in collo. Et propriè circa ſecundam ſpondilem, elargat enim fauces et guttur & addiuuat ad attractionem aëris & expirationem fumorum & remouet prohibitionem deglutiõis. Quapropter oportet ut ſæpius reiterentur, & ſit uentoſa magna. Et confert uentoſa poſita ſuper commiſſura coronali & ſuper mento & ſub mento, & ſuper maxillis, faciunt enim materierum facilem diuerſionẽ. Et Raſis diuertit cum ueſicatione facta in collo & propriè circa ſecũdam ſpondilem cum melle anacardino. Secundũ uerò regimen ſcilicet locale exigit tres intẽtiones, ſi apoſtema reſoluatur, & quatuor ſi maturatur. Prima intentio eſt repercuſſio conueniens in principio, apud A. & Raſim. licet apud Meſ. non conueniat niſi in augmento. Nam in principio non facta euacuatione eſt ſuſpecta apud eum, non enim recipit repercuſſionem corpus plenum exiſtẽs. 3. Tech. Sed inter hos autores eſt concordia hoc modo ponẽda. Quòd apud meſuẽ repercuſſiua gargarizata nõ conueniunt corpore exiſtente pleno, cum ille motus gargarizationis agitando materiam ſit cauſa maioris attractionis quàm ſtipticum aut ponticum repercuſſionis. Attamẽ illa retẽta in ore & in gutture non gargarizata corpore exiſtente pleno apud Meſue competeret. Et idem ſentiũt cæteri autores, & communiter practicãtes, licet enim non repercutiant materiam faciendo ipſam retrocedere, attamen confortando locum et uias, ſiue ductus ſtringendo, prohibent plurimæ aduentum materiæ & in hoc ſatiſfactum eſt autoritati G. 3. Tech. Eſt prętera aliud dubium diſcuſſiõę dignũ. Sunt enim quidam moderni & quidem excellentes uiri qui in principio repercuſſiua exterius iubent apponi, & adducunt rationes apparentes. Si enim in principio phreneſis approximantur repercuſſiua fronti & uſque ad commiſſuram coronalem & in principio apoſt. epatis, ſimiliter & cordis, renum, ueſicæ, ſplenis & ſingulorum menbrorum nobilium, quare etiam non ſunt gulæ approximanda? & experientia cõfirmatum etiam huiuſmodi applicita cõferre mirabiliter. In qua dubitatione tenendum cenſeo huiuſmodi repercuſſiua in principio ſynanchiæ aut in alijs temporibus nõ eſſe exterius gulę approximanda, cum illud plurimũ poſſit nocere repercutiendo materiam quæ facilè poteſt permutari ad pulmonem & cętera membra nobilia ſicut perſæpe accidit. Et quia repercuſſiua interius approximantur prohibentia augmentum apoſt. neque ueriſimiliter inferentia illud nocumentum, quod poſſunt repercuſſiua exterius applicita inferre, immo fortè repercutient materiam membra exteriora, cum exterius applicita ſolum repercutiãt materiam ad interiora, & ad experiẽtiam ſuam quia uiſa ſunt mirabiliter iuuare. Credo quod in aliquibus caſibus hoc fuerit poſſibile ſicut materia exiſtente pauca & benigna. In quibus etiam caſibus ſine horum applicatione liberati fuiſſent, licet fortè non ita celeriter, attamẽ in caſibus arduis credo illa magis obeſſe quàm iuuare & ad argumẽta de apoſt. cerebri & aliorũ dico quòd in illis applicanť repercuſſiua exterius, quia non poſſunt applicari interius ſicut in ſynãchiæ. Et ſi inſtetur quòd A. iubet in ſynanchia approximari repercuſſiua ſuper commiſſura coronali, ſicut ſuc. acatiæ, ergo multo magis poterunt gulæ applicari. Negatur conſequentia, eſt enim inter commiſſuram coron. & guttur colligantia quædam qua fit ut medicinæ ibi applicitæ iuuent in paſſionibus gutturis. Sicut & mirabilius eſt quod in fiſſuris labiorum medicinę appoſitæ ſumini & ano conferant. Conferentia ergo in ſanguinea ſunt illa quatuor repercuſſiua in textu poſita. Ex communibus autem eſt aqua roſ. cum quarta parte aceti, & ſuc. ſolat. cum ſem. roſ. eſt ad id mirabile, et ſimiliter ſuc. cytõ. ſorbar. zarar. id eſt, genus piri paruum. Et apud Siculos arbor eius uocatur zarore, & non eſt ſorba neq; meſpila, & albelach, id eſt, ſpecies dactylorum & propriè ſylueſtrium & immaturorũ, & quandoq; cum iſtis ad uigorandum operationem ſuam admiſcentur balauſt. gal. ſem. roſ. alumen & ſimilia, & ſuc. agreſtæ inſpiſſatus & mixtus cum prędictis medicinis liquidis eſt iuuamenti ſublimis, & ſimiliter ſuccus ſumach inſpiſſatus. Quòd ſi materia fuerit cholerica conferunt hæç quæ diximus facta magis infrigidantia cum eo quod eſt propriè ſuc. ſolar. ſandali & camphoræ, & mucil. pſilij & ſimilia ſtiptica, pontica, aut acetoſa. Et apud Meſue quædam ex his non tantum gargarizata, ſed etiam bibita ſunt iuuamenti ſublimis. Sicut uerbi gratia rob de papauere bibitum eſt ſublimis iuuamenti uehementiæ doloris ſynanchiæ & præfocationis, & propriè cum aqua ſumach. Et ſimiliter lac quod mulgetur ex ſem. papaueris & propriè cum aqua roſ. aut ſumach, & ex eis eſt ſuc. ſolatri depuratus & bibitus mane & ſero ſecundum menſuram duarum teſtarum oui, ſimiliter mucilago pſilij cum coriandro & gran. 1. s. camphoræ. Sed hæc propriè complent intentionem ſecundam regiminis uniuerſalis & ualent in ſedatione doloris & uigiliarum ſicut diceť in regimine tertio. Sed in phlegmate in principio conuenit ſi phlegma fuerit uiſcoſum ſyrup. acetoſus aut oxymel ſimplex gargarizata cum decoctione myrti aut gallarum aut cum diamoron & aceto cum aqua roſ. Et ſi phleg. fuerit aquoſum conuenit decoctio myrti, thuris, gall. aluminis aut alicuius iſtorum cum diamoron aut dianucum prædicto. Et ſi fuerit melancholica gargarizetur decoctio liquiritiæ & paſſularum cum diamoron aut lac cum diamoron aut dianucum. Sed in augmento calid. cum aliquo aut aliquibus ex prędictis ſuperius miſceatur dianucum. Et quanto magis procedit augmentum tanto plus minorentur frigida, acria, acetoſa, pontica & ſtiptica, et addantur reſoluentia & lenientia ſicut decoctio liquiritiæ, paſſul. dactil. aut ficuum aut lac cum diamoron & dianucum cum diamoron aut dianucum. Et lac ſolum eſt optimum ſedans dolorem deinde, & ſit caprinum aut aſininum, & mucilago, ſem. cytoniorum, & ſem. maluauiſ. lenit & ſedat dolorem. In ultimo ſtatus gargarizetur cum lenientibns & reſoluentibus ſimul ſicut eſt decoctio prædicta cui apud maiorem neceſſitatem reſolutionis addatur aliquid modicum cineris hirũdinum

t

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.117

aut aliquid uini albi et in ſumma in principio cõueniunt repercuſſiua pura. In augmẽto uſq; ad mediũ ſtatus repercuſſiua mixta cũ reſolutiuis & lenitiuis gradatim augendo reſolutiua & minuẽdo repercuſſiua. Sed à medio ſtatus deinceps reſolutiua pura. Sed in phlegmat. in augmento conueniunt decoctiones ſupraſcriptæ cũ diamoron cui in proceſſu addatur mirrha, crocus, baurach, ſal ammoniacus, pyrethrũ, ſinapi, ſuc. raph ſterc. hirũdinis, cinis ipſarũ cõbuſtarum cum pennis aut ſine pennis. Modus artificialis comburendi hirundines eſt ut caput abſcindatur, & permittatur ſanguis exire & deplumentur & ſaliantur, & ponantur in uaſe uitreato, lutato luto ſapientiæ in furno donec deſiccentur ut poſſint puluerizari, & cõuenit eius puluis ad reſolutionem, ſi uerò tantum cõburatur ut incinerentur non ſolum confert eius cinis ad reſolutionem, imò ad eruptionem, & poſſunt etiã comburi cum pennis & ſunt efficaces. Sed in augmento melancholicę conuenit decoctio prædicta lenitiua cum diamoron & uino cocto & in proceſſu addatur aliquid ex reſoluẽtibus ſupraſcriptis. Exterius applicanda in principio ſiue terminetur per uiam reſolutionis ſiue maturationis eſt oleum commune aut chamemill.. quod Auic. iubet cum lana ſuccida applicari. Quòd ſi timeres calid. lanæ ſuc. applicetur cum petia lini ueteri, neq; aliquo pacto approximanda ſunt repercuſſiua. Poſtea in augmẽto approximetur hoc emplaſtrum. ℞. farinę hordei, farinę ſem. lini ana ℥. 1. carnium dactylorum, ficuum ſic. pinguium ana ℥. 1. s. micæ panis ℥. 1. coquantur omnia in rob, piſtẽtur, & fiat emplaſtrum & poteſt inpinguari cum oleo amygdalino & pinguedine porci. Emplaſtrum mirabile ad reſolutionem iſtius apoſt. Accipe nidum hyrũdinis, fac illud diu in aqua bullire, poſtea cola cum cribro, deinde in colatura coquanť radices lini & maluauiſ. & folia maluarum, uiolarum & paritarię, poſtea piſtentur fortiter & incorporetur cum eis aliquid fermenti acris & aliquid farinæ ſem. lini & in fine addatur olei ueteris, axungiæ porcinę ana quantum ſufficit ad impinguandum, & fiat emplaſtrum, & dum hoc applicatur fiat gargariſma cum aqua, uino cocto & melle, ita ut aqua ſit dupla ad uinum, & uinum duplum ad mel, & in his coquantur ficuum ſic. paſſul. ſem. maluauiſci, ſem. cytoniorũ. Secũdum eam proportionem quæ tibi uidetur, hæc tamen magis maturant quàm reſoluant. Quod ſi reſoluatur, bene eſt. Si uerò maturetur erumpendum eſt. Modi autem eruptiõis ſunt iſti. Primò ſupraſcriptæ decoctioni maturanti addatur aliquid acutum ſicut baurach aut ſtercus hirundinis, aut cinis hirundinis, præparatus ſecũdum artem, aut aliquid ſtercoris adib. aut ſtercus album canis qui diu paſtus eſt oſſibus. Si autem cũ his non rumpitur rumpẽdum eſt cum ferro ſi uideri poſſit, capiatur lignum uel aliud ſimile in cuius extremitate figatur ferrum non maioris longitudinis quàm ſit digitus paruus ſecundum latum, & ſit latitudinis tãtæ ſicut eſt medietas digiti & ore aperto cum inſtrumẽto ſimili freno uel ligno inter molares poſito perforeť locus apoſtematus in loco qui tibi uidetur magis idoneus, hoc enim inſtrumentum eſt tutum ita ut non poſſit lædere, & certè ſi uideri poteſt et conſtet de maturatione eſt illud à quo inchoãdum eſt. Si autem non uideatur, ſed cum digitis tãgi poteſt cum unguibus rumpatur. Sed hæc operatio non eſt omnibus cõmittenda, ſed doctis & expertis. Cum autem ſanies manare cœperit teneat os apertum & caput inclinatum ita ut ſanies egredi poſſit, imò aliquando ipſe æger aut medicus cum digito aut inſtrumento obtuſo comprimat locum apoſtematis ut ſanies egrediatur, aliqui tamen uolentes rumpere faciunt deglutiri ſpõgiam cum filo ſuſpenſam et ipſam uiolenter extrahũt poſtquàm creuit, ſed hoc eſt difficile cum ſecundum plurimum uix aquam poſſint deglutire, poſtea uacãdum eſt mundificationi ulceris cum uino decoctionis mellis, aut alijs huiuſmodi, & tandem conſolidetur cum uino decoctionis rerum ſtipticarum.

Quòd ſi locus ſynanchicus putrefiat propter multitudinem aut propter malignitatem materiæ, quod comprehenditur, quia locus uirideſcit aut denigratur & fœtere incipit, tunc iteratis uniuerſalibus & iterata phlebot. uenarũ ſub lingua, ſi uideatur expediens ſcarificetur locus qui putreſcere incipit donec materia corrumpens egrediatur, deinde gargarizet cum aceto ſalito aut oxymelle multi aceti, & in ſumma regať regimine alchola herpetici de quo ſupra. Si uerò apoſt. induretť, cureť cũ mollificantib. exterius applicitis ſicut diaquilõe de mucilaginib. et fomẽtis mollificatib. interius cũ gargariſmatib. ex decoctiõe ficuũ, ſem. lini, cyton. maluauiſci, & radicis eius, & teneantur in gula ficus maſticatæ & oleum amyg. dulce, & ſcammonea, et ſimilia, & in ſumma regať cura apoſt. durorum. Si uerò permutetur, quod comprehenditur quia minuitur tumor & dolor loci ſynanchici & membrum ad quod permutatur incipit pati, tunc ſi permutatur ad partem ignobilem ſicut ad cutim adiuuetur ponendo ſuper loco ad quem permutať emplaſtra attrahentia in quibus ponatur fermentum & emplaſtrum de ſinapi ſolo, aut aut cum mollificantibus permixtum. Si uerò permutetur ad membrum nobile iteretur phlebot. uẽarum quę ſunt ſub lingua, gargarizet res mollificãtes potius attrahentes quàm repercutientes, et confortetur membrum ad quod fit permutatio, ne recipiat ſicut cerebrũ, cum oxyrod. fronti, & temporib. applicito & fiat phlebot. cephalicæ, & in ſumma curatur cura phreneſis. Si uerò permutetur ad ſpiritualia fiat phlebot. de baſilica aut ambabus ſi uideatur expediens, euacuando notabilem quantitatem, & leniatur uenter ſecundũ materię exigentiam ſi permutetur ad cor, quod comprehenditur ex pulſu & tremore cordis & ex alijs accidentibus ſibi proprijs, emplaſtretur pectus cum frig. et ſic. cordis confortatiuis.

Et ſi permutentur ad pulmonem curatur cura peripneumoniæ. Tertium autem regimen habet duas intentiones, una eſt correctio accidentiũ, ſecunda debitum regimen ſex rerum non naturaliũ. Prima corrigatur dolor gargarizando aut tenẽdo in ore lac caprinum uel aſininum, gargarizando tamen addit in dolore propter motum partium dolentium. Si uerò oregmonizet & timeatur ſuffocatio, gargarizet cum decoctione aliqua ex ſupradictis, cui ſi humor ſit craſſus & uiſcoſus, poſſet addi parum oxymellis ſimplicis, & ſyrupus de liquiritia, ſi uerò ſubtilis, iuiubinus aut uiolaceus & procuretur cum raſcatione & tuſſi euacuatio ſuperfluitatum. Quòd ſi deglutire non poteſt, teneat tempore comeſtionis uentoſam ſuper ſpõ-

dili

dili ſecunda. Pro ſecunda intentione loceť in aëre temperato nõ fumeo neq; uẽtoſo mediocriter illuminato, & teneat corpus ſatis bñ pãnis coopertũ ſecundũ exigentiã tẽporis. Sed caput mediocriter calid. inſpecta ſua conſuetudine ut neq; æſtuet neq; frigeat. Sõnus eius ſit interruptus & ſint ibi aſtantes fideles et dicreti qui expergefaciant ipſum cum ſentiunt eũ oregmonizare et faciant ipſum ſpuere, deinde ad ſomnũ redire, & dormiat ſedens capite ad alterum latus declinante & diſtanter à cibo per horam. Sollicitè procuret omnes euacuationes à natura inſtitutas præcipuè aſſellet bis aut ſemel in die natura aut arte, & demucet nares, non tamen fricetur caput ſaltem in principio, nullo pacto moueatur neq; loquatur neq; ſit ibi ſtrepitus perſonarum, ſit ſperans & gaudens, & uitet animi accidentia ſuperflua, prima die nõ bibat niſi aquam ſaccharat. aut hordeaceam, aut mellitam, ſi materia fuerit frig. ſecunda die comedat ptiſanã hordeaceam in die uel panem lotum in aqua, & non bibat uinum, neq; comedat carnes aut oua. Et ſic continuet quouſq; incipiat declinatio qua incipiente comedat ptiſanam hordeaceam aut panem lotum in brodio pulli & poma cocta, tandem ipſa magis declinante concedantur oua ſorbilia, & tandem uinũ lymphatum, & carnes, et brodiũ cicerum eſt conueniens propriè in materia frig. Et de hac cura hæc ſufficiunt.

DE ANATOMIA PECTORIS. Caput. LXV.

Quia hic agitur de paſſionibus pectoris & membrorum ſpiritualium iuxta cõſuetudinem præmittenda eſt anatomia eorum, & primò anatomia pectoris. Eſt enim pectus deſcriptiuè uenter medius contentiuus membrorum ſpiritualium ſuperius ad furculã, inferius ad diaphragma terminatum. 88. habẽs muſculos ad eius motus ordinatos, 24. coſtas à 12. ſpondilibus ortum habentes interius circundatas pãniculo dicto pleura ad motum pulmonis & tutelã cordis principaliter ordinatus, & motus muſculorũ eius eſt animatus, id eſt, uoluntarius, adueniunt ipſi, nerui à duodecim ſpondilibus pectoris qui nerui in ſomno non oppilantur nec quieſcunt. Diaphragma uerò eſt pãniculus in medio neruoſus cum quo pulmo coniungitur, in circunferentijs carnoſus ad anhelitum & diuidendum naturalia à ſpiritualibus & ad expellendum quæ in membris naturalibus ſunt digna expulſione finaliter ordinatum, et eius motus partim eſt naturalis, partim animatus: adueniũt ipſi, nerui ſenſitiui et motiui à quarto & quinto pari neruorum nuchæ. Pleura uerò eſt panniculus durus undiq; tegens coſtas ad continendum immediatè membra ſpiritualia, & ut panniculi cætera ſpiritualia ſuſpendentes & inuoluentes ab eo orirentur finaliter ordinatum, mediaſtinus uerò eſt panniculus unus, imò potius duplex diuidens pectus ſecundum longum, ortum habẽs à pleura ad ſuſpendendum pulmonẽ & prohibendũ tranſitum meri de una medietate pectoris ad alterã finaliter ordinatus.

Pulmo uerò eſt membrum inſtrumentale in pectore contentum ex trachea arteria, uena arteliali & arteria uenali, carne molli, ſpongioſa & panniculo inuoluente compoſitus ad anhelitum & cordis euentationem principaliter ordinatus ad anhelitum merè naturaliter concurrens, licet ad ipſum cauſandum ſit agẽs principale. Trachea autem quę eſt prima pars eius eſt longa, rotunda, in gutture conſtituta contigua meri & ori ſecundum partem eius ſuperiorem quæ uocať epiglottis, ex annulis chartilaginoſis & pãniculis inuoluentibus & ligamentis adinuicem annulos continuantibus qui ſecundum partem poſteriorẽ meri cũ quadam pellicula cõtinuantur ad deferendum aërem ad pulmonem & exterius referẽdum ad uocem ſecũdum eius extremum ſuperius ordinata. Epiglottis uerò eſt cannæ principium ori contiguũ, & cum ſuprema parte meri multum colligatum ex tribus chartilaginibus & 20. muſculis, & panniculis inuoluentibus cõpoſitum ad uocem principaliter ordinatum. Eſt enim hic epiglottis in ſuprema & anteriori parte gutturis conſtituta ut ipſa cum ſit uocis inſtrumẽtum ſit proxima ori in quo perficitur locutio cum uox in locutionem ordinetur, & fuit facta tota chartilaginoſa, ut eſſet ſonora. Eſt autem multum annexa cum meri ut cum meri eleuatur ad cibum attrahendum ipſa ſecum eleuetur ne remanẽs inferius deglutionem impediat. Vna eius chartilago eſt anterius & uocatur ſcutalis ſiue clipealis ad modũ clipei. Poſterior uerò uerſus meri uocatur nomen non habẽs. Tertia autem eſt in medio earum in qua eſt lingua fiſtulę ad modulandum ordinata, dicitur autẽ hęc epiglottis fiſtula, quia eſt ordinata in cantũ ſicut fiſtula ordinatur in ſonũ. eſt autem ex uiginti muſculis compoſita quia ordinantur in motum eius uoluntarium ſecundum exigentiam uocis formandæ, & duodecim ſunt interius & octo exterius, & ad iſtos muſculos adueniunt duo nerui dicti reuerſiui, in unoquoq; latere cannæ [illegible]nus, & oriuntur à ſexto pari neruorum cerebri, [illegible] una pars deſcendit ad cor iuxta arteriam aorti & exinde incipiunt aſcendere ſuperius uſq; ad epiglottim. Et hi nerui reuerſiui diuiduť in hos 20. muſculos dãtes eis ſenſum & motum, & iſti ſunt propriè nerui uocis. Alij uerò deſcendentes de quibus dictum eſt ſunt nerui uocis & aliarum operationum. Hi autem nerui fuerunt reuerſiui, & non directè uenerunt à cerebro ad epiglottim quatuor ex cauſis poſitis à G. in libro de motibus liquidis. Vna cauſa, ut eſſent fortiores, cum ſunt principium magni motus. Nũc autem quãto ſunt ſicciores, ſunt duriores & fortiores, ſiccitatem autẽ acquirunt quanto magis à cerebro diſtãt. Secũda cauſa ut cerebro modicè moto moueretur epiglottis ſecundum imperium eius, fit hoc autem melius per hoc quòd nerui illi ſunt ſituati ad modum freni, quibus utitur cerebrum ſicut miles utitur freno & habenis.

Tertia cauſa quia licet uox dependeat à cerebro tã quàm à principio uoluntarij motus, dependet tamẽ à corde tanquam ab eo in quo firmatur cõceptus, uel in quo eſt principium conceptus cerebri, & ideo cum ſit cõmunis operatio cerebri & cordis, nerui qui ſunt inſtrumenta uocis debent communicari cordi & cerebro. Sed hæ duæ cauſæ ſunt rhetoricæ. Quarta cauſa melior eſt cæteris, quia nerui debent peruenire ad muſculos iuxta principium ipſorum, & nõ iuxta finem. Principium autẽ muſculorum epiglottis eſt uerſus pãrtem inferiorẽ, quare &c. Pãniculi autem inuoluentes epiglottim & cannã pulmonis ortum habent à pleura & ad iſtos & panniculum inuoluentem pul-

t s

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.118

monem aduenıunt nerui ſolum dātes ſenſum à ſexto pari neruorū cerebri. Hæc trachea arteria cum eſt infra furculā diuiditur in duas partes, una eius pars trāſit ad dextrum pulmonis, altera ad ſiniſtrum, et utraque ſubdiuiditur. Nam utriuſque una pars tranſit ad ſuperiorem partem pulmonis, altera ad partem inferiorem, & ſic ulterius procedunt ſe diuidendo, ſcilicet rami maiores in minores, & minores in maiores, donec ambiant totam ſubſtantiam pulmonis, & annuli qui ſunt in pulmone, ſunt completi ſtantes ſemper aperti ex eo quod chartilaginoſi.

Fuerunt autem facti in canna tot annuli ut ipſa eſſet flexibilis, & melius poſſet dilatari & ſituari ſecundum exigentiam aëris inſpirandi & expirandi.

Et propterea non fuit facta oſſea, nec fuit facta carnea aut pellicularis ne latera conciderent. Componitur ſecūdò pulmo ex uena arteriali ortū habētē à dextro uentriculo cordis deferentis ſanguinem ſubtilē, acutum, nutriturum pulmonē, & propterea habuit duas tunicas, & dicta eſt arterialis propter hoc, & dicta uena quia non pulſat, & cum uenit ad pulmonem diuiditur in duas medietates dextram & ſiniſtram, et quælibet illarum in duas medietates ſuperiorē & inferiorem, & ſic deinceps donec ambiant totum pulmonem, ut de trachea dictum eſt. Eſt deinde arteria uenalis ortum habens à ſiniſtro uentriculo cordis, & dicitur arteria quia pulſat, uenalis dicitur quia habet ſolum unam tunicam. Et eſt facta ut accipiat aërem inſpiratum ad tracheam arteriam & deferat ipſum ad cor, & eius euentationem & econtrario ut referat fumos & aërem multum ad tracheam arteriam & expiretur, et hæc cum uenit ad pulmonem ſimiliter diuiditur, ut de alijs dictum eſt. Et rami iſtorū trium componuntur ad modum retis totum pulmonē ambientis, & foramina huius retis replet caro mollis ſpongioſa quæ eſt propria ſubſtantia pulmonis. Et omnia hæc inuoluuntur panniculo ſubtili ortum habēte à pleura cui datus eſt ſenſus per neruos, de quibus ſuperius dictum eſt, & mediante iſto, pulmo ſentit, & non per ſubſtantiam ſuam. Et nota quòd rami tracheæ arteriæ ſunt iuxta ramos uenæ arterialis, ut nutriantur ab ea, & iuxta ramos arteriæ uenalis, ut aërem tranſmittant ad arteriam uenalem, ut eum portet ad cor, & à corde ducatur ad tracheam arteriam aër, qui factus eſt inutilis. Iſtæ tamen uiæ ſiue rami qui ſunt iuxta has, ſunt ita ſtricti ut ſint inuij ſanguini & peruij aëri intrāti et exeunti, & ideo ſi dilatantur, ſuperfluè poteſt fieri exitus ſanguinis à pulmone ſine ruptura uenæ, ſicut aliquando contingit propter multitudinē ſanguinis aut ipſius ebullitionē. Et ex his ulterius patet uia per quam à pectore ad pulmonē, et tracheam arteriam expellitur excreatus, ſcilicet, ſanies uel ſanguis emanās à pectore, ut in pleureſi, empyimate & hæmophthoica paſſione, quia materia in his locis congregata ſubtiliatur, & fortitudine pectoris impellitur ad pulmonē per orificia ramorum tracheæ arteriæ, & non per orificia uenæ arterialis aut arteriæ uenalis, quia ſic de neceſſitate prius hæc materia tranſit ad cor.

Sed utrum hoc melius fiat quando pectus dilatatur, aut quando conſtringitur, tenetur communiter quòd hoc fiat quando dilatatur, quia orificia tracheæ arteriæ magis dilatantur.

Sed mihi potius uidetur oppoſitum, nam quādo pectus conſtringitur magis adhęret pulmoni, ergo facilius poteſt materiā in pulmonē impellere ad quod adiuuat, quia aër tunc expiratur, & ſic ne detur uacuum debet materia in pulmonem ingredi per foramina à quibus aër expellitur, nec ualet ratio adducta in contrarium, quia ſemper tracheæ rami arteriæ cum ſint chartilaginoſi ſtant aperti, rami aūt alij bene clauduntur, & ſic non ingreditur per alios.

Et nota quòd in pulmone plus de aëre continetur quàm indigeat cor in pulſu uno, cuius iuuamentum eſt ut cum animal ſubmergiẜ in aqua, aut emittit uocem longam continuam impedientem ipſum ab attractiōe noui aëris, ut cum abhorret attractionem eius ex fœtore aut per aliam cauſam, ſit aër in pulmone præparatus quo interim cor euentetur.

DE TVSSI. CAP. LXVI.

QVid nominis tuſſis manifeſtum eſt. Eſt autem ſecundum Auicennam decima tertij, tractatu tertio, capite primo, ex motibus, quibus expellit natura nocumentum à pulmone & membris, quę ei continuātur et communicāt. Et ſubdit quòd tuſſis eſt pectori ſicut ſternutatio cerebro. Et cōpletur cum dilatatione pectoris, & conſtrictione, & motu uelaminis, id eſt, diaphragmatis, per hoc quod dixit ex motibus, tetigit genus cautè loquens. Sed per hæc uerba cautè intelligere debemus, quòd tuſſis eſt aggregatum ex duob. motibus, ſcilicet, ex dilatatione & cōſtrictione, & pulmonis, & pectoris impetuoſa, licet principalior motus qui magis meretur dici tuſſis, ſit illa conſtrictio pectoris impetuoſa, per hanc enim fit ſonitus in tuſſi auditus, & rei nociuæ expulſio, quibus expellit natura nocumentum, id eſt, rem nociuam, uel tentat expellere à pulmone, quia tuſſis eſt propria eius paſſio & mēbrorum quæ ei continuantur, ſicut canna pulmonis & communicant ſicut pectus, diaphragma, & ex his eſt manifeſtum, quòd tuſſis eſt pectori ſicut ſternutatio cerebro, quia in utraq; primò fit dilatatio & aëris attractio, poſtea conſtrictio impetuoſa ad expellendum nociua, & Auic. in parte ſupraſcripta pręter uirtutem motiuam naturalem pulmōis tangit alios duos motores ad tuſſim concurrentes, ſcilicet, motiuam uirtutem muſculorum pectoris, quæ eſt merè uoluntaria, & uirtutem motiuam diaphragmatis, quæ eſt mixta, ſcilicet naturalis, & partim uoluntaria cum ſibi à quarto & quinto pari neruorum nuchę, ut ſupra declaratum eſt in anatomia adueniat uirtus uoluntariè motiua. Modus autem eſt, quia uirtus ſenſitiua panniculi pulmonis ſentiens nocumentum mouet uirtutem naturalem pulmonis ad expellendum, quæ cum ex ſe impotēs ſit adiuuatur ordine naturali à deo inſtituto, à diphragmate habēte duplicem uirtutem de qua ſtatim dictum eſt, & à muſculis pectoris habentibus ſolum uirtutem uolūtariè motiuam. Ex quo cōcludi poſſet diffinitio integra tuſſis, quia eſt aggregatum ex duobus motibus, ſcilicet dilatatione et cōſtrictione impetuoſa pulmonis & pectoris, uel ſola conſtrictio impetuoſa ad expellēdum ſibi nociua facta à uirtute expulſiua naturali pulmonis coadunata à uirtute mixta diaphragmatis, & uirtute uoluntariè motiua

tiua muſculorum pectoris cum adiutorio aeris impetuoſè expirati. Et quia tuſſis eſt ad expellendū nociua non eſt diſpoſitio hominis perfectè ſani. Notandum primò quod partium pectoralium quinq; aſſignanẜ motus ſiue actiōes. Prima eſt anhelitus æqualis. Qui completur principaliter per uirtutem attractiuam, & expulſiuam naturalē ipſius pulmonis naturaliter attrahentis & expellentis aërem. Secundò per uirtutem duplicem ipſius diaphragmatis naturalem & animatam, de dua ſupra coadiuuantē pulmonem ad ſupraſcriptam operationem. Tertiò per uirtutem animatā quorundā muſculorū pectoris. Et quamuis hæ duæ uirtutes diaphragmatis & muſculorū prius concurrāt ad anhelitum, et incipiant mouere pectus ad cuius motū ſequaẜ motus pulmonis, ſicut de ſpongia inter manus retēta quę dilataẜ cū manus dilataẜ & cōſtringiẜ cum cōſtringitur, ut explicat Gal. quinto de interioribus, cap. ſecundo, tamē cum toto hoc ſtat quòd principalius pulmo concurrat ad anhelitum, q̄ diaphragma aut muſculi pectoris, cum hæc membra pulmoni in anhelando deſeruiant. Secunda actio eſt flatus aëris maior & impetuoſior ſolito anhelitu & æquali, & hæc actio ſupponit primam, ſcilicet, anhelitum æqualem & tres motores iam dictos ad anhelitū æqualem concurrentes. Et præter hos exigit lacertos qui ſunt inter coſtas, & etiam cooperientes coſtas interius, ut uult Gal. 4. de interioribus cap. de nocumēto uocis, & tertio de iuuamentis, cap. 1. cum ad anhelitum æqualem ſufficerent muſculi pectoris extrinſeci, & hæc operatio ſecunda poteſt fieri dormiendo & uigilando ſecundum neceſſitatem inſtārem expellendi fumos, & attrahendi aerem frigidum pro cordis et ſpiritualium euentatione. Tertia actio eſt flatus cum ictu aliquali aeris expirati & repercuſſiui in trib. chartilaginib. epiglottis, & hæc tertia actio ſupponit duas primas, & omnes motores ſcriptos, & cū hoc motum lacertorum exiſtētium in gutture. Quarta actio eſt uox quæ comprehendit tres pręcedētes, & ſupponit eas, & cum hoc exigit expirationē aeris cū maiori ictu, & ſupponit omnes motores præcedentes, & cū hoc exigit motum lacertorū epiglottis pro uoce formanda. Quinta actio, partiū pectoralium eſt loquela comprehendens & ſupponens quatuor dictas, & omnes motores ſupradictos & cum hoc exigit motum linguæ, ut uariet & diuidat uocem & compleat loquelam unà cum partibus quibuſdam adiuuantibus, & ſunt dentes, labia, nares, palatum, ut 4. inter. cap. de nocumēto uocis, qui motus linguæ fit per neruos uenientes à 7. pari neruorum capitis orto à pupi ſecundum quod patuit ſuperius de intentione Auic. & 4. de interiorib. cap. 3. circa princ. & ſic patet quòd iſtæ actiones partim ſunt naturales, partim ſunt animatę, ſiue uoluntariæ. In primis tribus actionib. uirtus naturalis pulmōis & diaphragmatis ſuperat motiuam uoluntariam. In quarta actione motiua uolūtaria interdum ſuperat naturalem pulmonis, & partium uicinarum ſicut uidemus in tuſſi uoluntaria, interdum naturalis ſuperat motiuam uoluntariam, ut patet in tuſſi inuoluntaria. In quinta actione motiua uoluntaria ſuperat naturalem pulmonis & partium uicinarum, quod patet, quia ſecūdum imperium uoluntatis loquimur, & deſiſtimus à loquela. Et ex his patet quòd quatuor primæ actiones concurrunt in tuſſi. Nā in flatu cū ictu aliquali & motu lacertorū gulæ nō eſt uox, ſed in tuſſi eſt uox, & exigit fortē motū lacertorum gutturis, & lacertorum pectoris, & cum hoc etiam fortem motum lacertorum epiglottis.

Hic eſt dubiū ſatis difficile. Nunquid tuſſis ſit propria paſſio pulmonis, ita ut non poſſit fieri per alterius membri nocumentū non nocito pulmone. In qua quæſtione tenēdum eſt tuſſim eſſe propriam paſſionē pulmonis ad hunc intellectum, quòd per nullius alterius membri nocumentum poteſt fieri tuſſis niſi pulmo lædatur, uel aliquo modo ad expellendum nociua irritetur, ſiue per eſſentiam ſiue per communitatē, unde Auic. 10. tertij. tractat. 4. cap. de ſignis pleureſis in princ. capituli inquit: Et tuſſis quidem non accidit niſi propterea quòd pulmo læditur ex uicinitate, & hanc eandem ſententiā reperies ab eodē decima tertij, in multis locis quę gratia breuitatis omitto. Idem Auerrois tertio colliget. cap. de ægritudinibus pulmonis. dicit enim quòd propria ægritudo pulmonis eſt tuſſis, & Galenus ſentit idem ſecūdo de criſi, & tertio de interiorib. ult. cap. Et breuiter omnes autores quātum ad hoc in eandem coincidunt ſententiam, & ſemper intelligendum eſt de tuſſi inuolūtaria, quia de tuſſi uoluntaria dicendum eſt oppoſitum, & unuſquiſque poteſt in ſeipſo experiri. Sed contra, tuſſis cōpletur cū motu pectoris & diaphrag. & principalius res expellēda per eorū motū expelliẜ, q̄ per motum pulmonis ergo ſi ex leſiōe pulmonis ſolius accidit tuſſis multo magis ex ipſorū lęſiōe. Et cōfirmaẜ, ſi propter læſionē pulmonis pectus moueẜ, & facit tuſſim ut nocumentū expellat à pulmone, ergo multo magis mouebitur propter nocumentum proprium, ut ipſum à ſe expellat. Cum unumquodq; membrum ſit magis ſollicitum de commodo proprio quàm de alieno, & eo magis ſtat robur huius argumenti, quia pulmo de intentione Galeni, ut ſupra, nullum habet motum niſi quem recipit à pectore. Amplius Raſis in hoc capi. inter cauſas tuſſis ponit res infrigidantes pectus & lacertos eius. Item in apoſtemate epatis ſit tuſſis ſicca, & non niſi per mordicationem inducta in diaphragmate, tertio pronoſticorum, commento. 3. Pręterea ſputum ſanguinis à pectore ſit cū maiori tuſſi et longiori quàm ſputū ſanguinis à pulmone de intentione omnium autorum, aut ergo ſit tuſſis antequā ſanguis tāgat uel lædat pulmonem, & habetur intentum, aut ſolum dum ingreditur pulmonem, & tūc non uidetur ratio, quare tuſſis debeat eſſe maior & longior, quàm ſi ſputum ſanguinis eſſet à pulmone. Et confirmatur, quia autores aſſignantes cauſam huius dicunt quòd ſanguis exiens de pectore uenit à longiori ſeu diſtantiori loco, quàm exiens à pulmone. In ſumma tenenda eſt ſentētia ſcripta, quòd ad tuſſim neceſſarium eſt pulmonē aliqualiter irritari, aut de per ſe, aut de per accidens, aut per eſſentiam, aut per communitatē, ita quòd ſi ſolus lædatur alijs non læſis, neq; per eſſentiā, neq; per communitatem ſit tuſſis propter naturalem ſubordinationem ipſorum ad pulmonem: ſi uerò ipſa lædatur nullo modo læſo pulmone non ſit tuſſis. Huius ſentētiæ habemus duo ſigna. Primum, quia ſi eſſet maximum ulcus aut apoſtema in pectore quod nullo modo penetraret nō eſſet tuſſis: attamen ex omni modico nocumento pulmonis aut cannę ſequitur tuſſis. Secundū ſignum eſt, quia non ſit tuſſis niſi me-

t 3

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.119

rito illius membri cui communicatur aër propter expulſionem nocumenti eius. Sed aër nulli membro cõmunicatur niſi pulmoni ad hanc intẽtionem, ſcilicet, ad expellendum nociua, quare &c. Sed ad argumenta in oppoſitum reſpondetur. Ad primum conceditᷓ quòd completur tuſſis propter motũ pectoris & diaphragmatis, & res expellenda expelliᷓ per illa, tamen dico quòd hęc fiunt principalius per pulmonẽ quàm per haec membra coadiuuantia. Et ad confirmationẽ difficilem dicitur negãdo, quòd ſi pectus mouetur ad tuſſim propter nocumẽtum pulmonis, multo magis mouetur propter nocumẽtum proprium, quia licet pectus ſit magis ſolicitum de nocumento proprio ꝙ de alieno. Tamen nunquàm moueretur ad faciẽdum tuſſim niſi prius pulmo ſentiret nocumentum & ſentiens hoc exigeret motum pectoris in adiutoriũ, quia in hoc ſubordinatur pulmoni, & nõ pulmo pectori. Et quamuis pulmo nullũm habeat motũ niſi quẽ recipit à pectore. Attamen pectus neq; diaphragma unquam mouebitur ad aliquem motũ niſi pulmone prius illum motum exigente. Ad Raſim dicitur, quòd cauſæ infrigidantes pectus faciunt tuſſim quia infrigidãt pulmonẽ. Et ſimiliter de apoſtemate epatis, quod nunquàm faceret tuſſim niſi nocumẽtum cõmunicatum immediatè diaphragmati aliquo modo cõmunicaretur pulmõi, & de ſputo ſanguinis à pectore dicitur, quòd tuſſis eſt maior & longior, cũ iſte ſanguis eſt craſſior, & etiam ſi eſſet æquè ſubtilis multa fit tuſſis, eſt enim maior, longior cum iſte ſanguis eſt craſſior, & etiam ſi eſſet æquè ſubtilis, multa fit tuſſis antequàm pectus ingrediatur. Illud enim eſt difficilius ꝙ quod poſtquàm ingreſſus eſt exercetur.

Tuſſis eſt quædam ſic. & eſt ſine ſputo, quædã humida exiſtens cum ſputo. Et utraq; eſt duplex, quędã multum frequens quædam rara. Item quædam laborioſa & fortis & quædam facilis.

Cauſa tuſſis eſt duplex primitiua & corporea. Primitiua ſicut aër frigid. aut uentoſus, maximè uentus ſeptentrionalis exprimẽdo, auſtralis replẽdo, & multiplicaᷓ tuſſis in hyeme & uere hyemali, & cum æſtas eſt ſeptentrionalis parũ pluuioſa, & eſt autumnus meridionalis pluuioſus, multiplicaᷓ tuſſis in hyeme. Similiter uapores acuti inſpirati ſicut piperis, & ſimilium ſunt cauſa tuſſis mordicando pulmonem, & ſimiliter ſapor cibi acuti acris aut aceroſi ualde, & res bibitæ aut comeſtæ quæ cannam pulmonis ingrediũtur. cauſæ uerò corporeæ ſunt duplices per communitatem & per eſſentiã. Per communitatem aut à toto ſicut in febre, aut à parte ſicut à cerebro ex defluxu materierum ad pulmonem, quæ materiæ cum diſtillant ſuper cannã pulmonis non faciunt tuſſim ſecundum plurimum, ſed tunc maximè faciunt tuſſim cum figũtur in aliqua parte mordicando, aut aëris tranſitũ oppilãdo. Similiter per communitatem ad pectus ſicut in pleureſi & empyimate, aut per communitatem ad diaphragma cum apoſtematur aut ulceratur, & quãdoq; per communitatẽ à ſtomacho, epate, ſplene, cũ apoſtemantur aut oppilantur, ipſa enim taliter intumeſcentia faciunt tuſſim comprimẽdo diaphragma, & pulmonem, & quandoq; materiã tranſmittendo, à reliquis etiam membris corporis poteſt accidere tuſſis communicãdo materiam, uapores aut malam cõplexionem pulmoni. Cauſæ autem per eſſentiam aut ſunt mala complexio ſine materia frig. aut ſic. aut cũ materia cuiuſcũq; generis ſanguinea, phleg. cholerica & melãch. ſed rarius, quę materię aliquãdo imbibuntur, aliqãdo inuiſcanᷓ, aliquando oppilant, & apoſtemant, aliquãdo reſolutis partibus ſubtilibus in petrã denſantur. A ſolutione quoq; continui ſicut ab ulcere pulmonis fit tuſſis ſicut in phthiſi, & ſimiliter à uulnere facto ab aliqua cauſa primitiua. Cauſæ autẽ tuſſis ſic. ſunt quæcunq; cauſæ faciunt tuſſim abſq; præſentia materiæ in pulmone ſicut cauſæ primitiuę corporeę communicantes malam cõplexionem aut uapores, aut facientes malam compoſitionem comprimendo. Materia quoq; exiſtente in pulmone accidit tuſſis ſic. quando eſt nimium ſubtilis aut nimiũ craſſa, inepta excreationi quæ poſtea cum reducitᷓ ad medium per digeſtionem facit tuſſim humidam, propterea multotiens in principio apoſtematum pulmonis aut quando ſunt aliæ materiæ in pulmone non apoſtemãtes eſt tuſſis ſicca quæ poſtea digeſta materia efficitur humida. Apoſtemata autem pulmonis dura ſunt ferè ſemper cum tuſſi ſicca. Materia quoq; contẽta in uenis pulmonis ſua acuitate aut multitudine ſtimulando facit tuſſim ſic. & quandoq; cauſa tuſſis ſiccæ eſt debilitas uirtutis expellentis.

Signa cauſarum primitiuarũ tuſſis ſunt ipſarum præceſſio. Signa uerò tuſſis per communitatẽ à toto ſicut in feb. ſunt quòd poſt ſeb. ſecuta eſt tuſſis cũ quarum augmento augetur, & diminutione diminuitur & ipſis recedentibus recedit, etc. Cognoſcitur eſſe per communitatẽ à capite per ſigna catarrhi, de quibus ſupra in proprio cap. Et cognoſcitur eſſe per communitatem à pectore & diaphragmate ſicut accidit in apoſtematib. & ulcerib. eorum per ſigna pleureſis, empyimatis, & ulcerũ ipſorum, de quib. infra, & maximè per excreationẽ ſputi ſanguinolenti, ſaniei, & huiuſmodi. Cognoſcitur autem eſſe per communitatẽ à ſtomacho, ſplene & epate ſicut accidit in apoſtematibus & oppilationibus ipſorũ de quib. infra, & maxime quia tuſſis huiuſmodi eſt ſicca proueniens per ſolam compreſſionem diaphragmatis & pulmonis. Similiter cognoſcitur aſſe per communitatem à cæteris membris propter uapores, & malam complexionem pulmoni communicatam, quia præceſſerunt ęgritudines ipſorum, & cũ augmẽto ipſarum augetur tuſſis & diminutione diminuitur, et quia tuſſis eſt ſic. Cognoſciᷓ eſſe per eſſentiã in pulmõe, quia eſt magis cõtinua & magis laborioſa, quàm illa quæ eſt per cõmunitatẽ, ſed quæ eſt à mala cõplexione calida, frig. aut ſic. ſine materia eſt tuſſis ſic. & quia præceſſerunt cauſæ calefacientes, infrigidantes, aut exic. & læditur ex ſimilibus, iuuatur à contrarijs, & caliditas, frig. & ſic. ab aegro ſentiᷓ. Sed materia ſanguinea cognoſcitur per rubedinem faciei & tenſionem uenarum & ſaporem ſanguinis in ore ſenſatũ. Et quia fortè ſanguis excreatur, ſicut cholerica cognoſcitur per colorẽ faciei citrinum, ſaporem amarum, ſitim & per citrinitatem eius quod excreatur. Et phlegma cognoſcitur per palliditatem faciei cum albedine, ſapore inſipido aut ſalſo cum humiditate ſuperflua oris & pauca ſiti. melancholica uerò per colorem faciei fuſcum & ſaporem ponticum in ore, & tardum euentum eius, & lõgam durarationẽ. Si uerò materia ſit apoſtemans cognoſciᷓ ex ſignis peripneumonię de quib. infra. Subtilitas

tilitas uerò materiæ cognoſcitur ex ſubtilitate, & fluxibilitate eius quod expellitur, & quia ſubitò accidit ſicut econtra uiſcoſa ex ſignis cõtrarijs. Quòd aũt ſit ab ulcere ſicut in phthiſi cognoſciᷓ ex ſignis phthiſis, de quib. infra. Vulnus aũt pulmonis cognoſcitur ex ſanguine excreato, & ex cauſa primitiua quæ uulnus intulit. Sed apoſtema durum comprehenditur, quia tuſſis eſt ſic. diuturna cum ſignis cæteris peripneumoniæ. Quòd autem materia ad intra uenas cõtineatur cognoſcitur, quia ſi multa eſt, adeſt tẽſio uenarum & repletio. Si uerò acuta ſunt ſigna choleræ, de quibus ſupra, & hæc tuſſis eſt ſic. Tuſſis autem pendens à lapide in pulmone genito cognoſcitur per eius excreatũ, & cauſis calefacientibus & exiccantibus proportionatis generationi ipſius.

Prognoſtica. Primum tuſſis intenſa frequens & diuturna deducit ad ſputũ ſanguinis propter rupturam uenarum. Secundum, tuſſis prægnantis frequenter prouocat abortum. Tertium, tuſſis excreſcens in febrib. aut poſt febres augmẽtũ & recidiuã ſignificat.

QVum tuſsis acciderit fueritq; aſpera & ſicca, & cum rubedine & calore ægro muraba uiol. & ptiſana tribuenda erit, fabas quoq; excorticatas, et ſpinachias, cum oleo de amig. dul. in comeſtiõe accipiat. In ore uerò ſemper tenere debet pilulas bichichias. Aqua aũt quam bibit ſyrup. uiol. eſt admiſcẽda. Pilulæ bichichiæ. Rec. ſuc. liquiritiæ. ſacch. al. amborũ an drach. 10. amili, dragachan. amig. dul. excorticatarum omnium an, drach. 5. ex his cum mucillagine ſem. citonij conſperſis informentur pilulæ.

Diuiditur hoc capitulũ in partes tres. In prima ponit curam tuſſis à cauſa cal. In ſecunda ibi. Quòd ſi cũ tuſſi, ponit curã tuſſis à cauſa frig. in tertia ibi. Quòd ſi tuſſis antiqua, ponit curam tuſſis inueteratę & propriè catarrhalis. De prima parte dicit. Quòd cũ tuſſis fuerit à cauſa calida, quod comprehẽditur, quia eſt cũ aſperitate, & eſt ſicca, & ſine ſputo, aut quia eſt à mala cõplexione cal. aut ſic.. ſine materia, aut cum materia ſubtili, quæ non facilè excreatur niſi poſtquam digeſta eſt, & cum rubedine, ſcilicet faciei, & linguæ, & colore, quod cõprehenditur ex febre, aliquãdo ex amaritudine ſiti, & ſimilibus arguentibus caliditatẽ, tunc detur ægro muraba uiolaceũ, id eſt, conditum de uiol. ptiſana, ſcilicet, hordeacea, & comedat fabas ſine corticibus, ſed melius eſt Kiſt fabarum. Nam infrigidat, & incraſſat, & ſpinachia conueniunt, quia frig. et hum. & propriè cũ oleo amig. dul. humido, & leniẽte pectus & pulmonẽ, et in ore teneat pilulas bichichias, quæ interpretantur pilulæ ad tuſſim, nam βὴξ græcè, tuſſis latinè, ideo bichium medicamen ad tuſſim: hæc autem deſcriptio in textu ſatis manifeſta eſt.

Quòd ſi cum tuſsi multum affuerit ſputum, quod cum expuendo expelli non poteſt nocumẽtum infert, ſed neque feb. neque uehemẽs uentris ſolutio ipſam comitantur. Ex his troch. dandum erit infirmo. Rec. ſem. fœnic. ſem. opij, ſuc. liquir. capil. ueneris, amig. omnium partes æquales ex his cum mucillagine, ſem. lini conſperſis informentur trochiſ. ex quib. drach. 3. tribuantur. Decoctionem aũt qua in hac ægritudine utendũ eſt in cap. de catarrho iã deſcripſimus, cui tamen drach. 5. capilli uen. ſunt addendæ.

In hac ſecunda parte curat tuſſim pendentẽ à phlegmate dicens: Quòd ſi cum tuſſi affuerit ſputum multum, id eſt, magna quantitas materię expuendæ, quę tamen non facilè poteſt expui propter craſſitiem & uiſcoſitatem ſuam non exiſtente febre, nec uentris ſolutione, denᷓ ex his trochiſcis ægro, ʒ. 1. ſcilicet, in mane ſtomacho ieiuno debita ſeruata cuſtodia cum decoctione ſuperius dicta in capitulo de catarrho. Cui decoctioni factæ, ſcilicet, ex paſſulis, ficub. liquiritia, et huiuſmodi. addantur in decoctione ʒ. 5. capil. uen. qui ſunt multum pectoralis temperati in actiuis declinantes ad ſiccum, & ualde aperitiui. Simplicia autem ingredientia trochiſcos in litera deſcriptos ſatis nota ſunt: poſſunt autẽ hi trochiſci, ʒ. 1. permiſceri cum ℥. 3. huius decoctionis, & totum calidum in potum exhiberi, poſſunt etiã ex trochiſcis fieri pilulę, poſt quarum ſumptionẽ ſumantur. ℥. 3. decoctionis prędictę.

Quòd ſi tuſsis antiqua & nociua fuerit adeò ut ægrum in nocte dormire non permittat, pilulæ ſtyracinæ ſunt dandæ, quæ. Rec. mirrhæ, ſtyracis, opij, omniũ partes æquales, informentur ex his pilulæ ad lupinorum ſimilitudinẽ ex quibus una aut duæ patienti tribuãtur, in potu uerò ſumat ſyr. de papauere, & comedat ſemen albi papaueris cum ſaccharo. Qui hanc præterea patitur ægritudinem uitet in comeſtione acetoſa, ſalſa, pontica, acria, atq; amara, ſuffumigium ad antiquam tuſsim & ſputum fœtidum, Rec. ariſtolochiæ, mirrhæ, ſtyracis, galbani, omnium partes æquales, arſenici rub. ad pondus omnium, omnia pulueri zata ex butyro uac. conſpergantur ex quibus magdaleones ad pilulæ paruæ ſimilitudinem informentur,

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.120

& cum neceſſe fuerit in ieiunio ex uno eorum per traiectorium ſuffumigetur æger.

In hac ultima parte ponit curam tuſſis antiquæ & propriè catarrhalis. Et primò dum multum infeſtat propter tuſſim continuam nõ permittentem ægrum quieſcere dando pilulas ſtupefacientes, materiam incraſſantes, quæ uocantur pilulæ de ſtyrace quæ ſunt pilulæ ſatis notę. Cauendũ tamen eſt cum primò exhibentur ne dentur ultra duo grana opij, concedit etiam ſyrupum de papauere conuenientem maximè cũ materia eſt calida ſubtilis, deinde dat ſemen apij, & papaueris cum ſaccharo ut accipiendo ſem. apij & papaueris ana ʒ. 2. ſacchari ℥. ſemis, & ex eis ſimul mixtis 2. aut 3. ʒ. poſſunt accipi pro uice, hoc conuenit in materia mixta cum apium ſubtiliet materiam frigidã & papauer calid. & ſubtilẽ incraſſat. Quòd ſi textus dicit albi papaueris, eſt clarus, & ponit à quibus in tuſſi cauendum ſit, ſecundò curat humiditatem ſuperfluã pectoris & pulmõis, ſiue pẽdeat à ſanie ſicut in phthiſi & empyimate, ſiue pendeat ab humidit. phlegmatica faciẽdo ſuffumigium, quod debet ore aperto per embotum inſpirari. Eſt autem hoc ſuffumigiũ ex ariſtolachiæ, myrrhæ, ſtyracis, galbani calid. in tertio, omnium partes æquales, arſenici rub. ad pondus omnium quæ pulverizata cum butyro uac. permiſceantur & fiant magdaleones ad modum & ſimilitudinẽ paruarum pilularum, ex quarũ uno cum oportuerit fiat ſuffumigiũ ut ſupra. Cauendum tamen eſt ne hoc exiſtente ſeb. adminiſtretur & nõ niſi materia paucificata. Si cauſæ tuſſis fuerint primitiuæ remoueãtur & inducatur regimen contrariũ. Si uerò tuſſis fuerit per cõmunitatem à toto ſicut in ſeb. duplex exigitur cura. Vna contra ſebrem capitę proprio perquirenda. Altera contra tuſſim in qua eſt habenda cõſyderatio, ſi enim tuſſis ſit ſic. ſequens malã complexionẽ febrilẽ aut fumos acutos pulmonẽ ſtimulãtes, curãda eſt infrigidatione et humectatiõe cũ bibitis & in ore retẽtis ſicut aqua hordei, ſyrup. uiol. mucilago pſilij, pilulæ bichichiæ de quib. infra, & ſi cauma fuerit magnum infrigidetur et humectetur cor & pectus cum exterius applicitis. Si autem pẽr febrẽ liquefiant catarrhi petentes pulmonem quod ſignificabitur per multitudinẽ ſcreatuum curetur cura tuſſis catarrhalis. Hæc autem tuſſis catarrhalis duas exigit res una eſt ſedatio fluxus catarrhi, & cura eſt ſuperius dicta. Altera autem reſpiciens quod fluxum eſt, exigit duplicem intẽtionem. Prima eſt maturatio eius quod fluxit, ſecũda uerò eſt illius quod maturatum eſt eductio & abſterſio. Si ergo catarrhus fuerit acutus calid. & ſubtilis curatur cũ infrigidantibus, incraſſantibus, & tardantibus uelocitatem ſui fluxus. Et hæc eadem conueniunt ad maturationem eius quod fluxiũ eſt ſicut ſyr. de papauere propriè cum aqua decoctionis hordei, iuiubarum & ſebeſten, & fortius diacur. ſiue diacodion datum pondere ʒ. 1. & propriè poſt cœnam hora ſomni et teneat in ore pilulas bichichias in textu deſcriptas aut aliquã ex his ſi fuerit opus magis infrigidare, & catarrhũ cõſtringere. ℞. amyli, tragachan. amyg. dulciũ excorticatarum, ... inæ fab. ſem. papaueris albi & nig. & corticum eius, gummi arabici, boli armen. añ. fac formas ſimiles lupinis aliquantulum compreſſas cum mucilagine pſilij & ſem. cyton. & ſi cum hoc ſignificaẽ plenitudinẽ eſſe in ſang. phlebotomeẽ cephalica poſt ſedationem acuitatis & inflammationis ſuperfluæ & mane detur aqua decoct. hordei, iuiubarum & ſebeſten cum iulep aut ſyr. uiol. Et ſi indiget uentris ſolutione. ℞. iuiubarum, & ſebeſt. añ. numero 10. uiol. liquir. añ. ʒ. 1. ficuũ ſic. quatuor, bulliant in 1. ℔. aquæ ad cõſumptionem duarum partium & coletur, cum qua colatura diſtemperetur mannę ℥. 1. s. aut florum caſſiæ ℥. 1. & calid. in mane ſtomacho ieiuno exibeatur. Cum autem apparuerit maturatio & ſcreare inceperit detur hæc decoctio. ℞. ficuum ſic. pinguiũ numero 5. ſebeſten, iuiubarum ana numero 15. paſſularũ enucleatarum ʒ. 5. liquir. ʒ. 2. ſem. althææ, ſem. cytoniorũ, hyſſopi, uiol. ſic. ana ʒ. 2. aquæ ℔. 3. decoquantur ad conſumptionem medietatis, aut duarum partium & dentur ℥. 3. cũ ſemi ſaccharo uiol. aut 1. ℥. iulep, aut ſyr. uiol. omni die ſtomacho ieiuno & in ore tenere poteſt tragachantũ cũ quarta parte loch de pino. Et ſi opus fuerit emplaſtrare pectus ſtãte magno caumate fiat unguentum ex oleo uiolaceo, mucilag. pſilij et pauco ceræ, poſtea maturatione perfecta cum opus eſt excreando materiam in pectore collectam educere his addatur oleum amyg. dulcium & ſimilia. Cibi autem ſui ſint cucurbita, ptiſana hordeacea, Kiſt fabarum, maluæ, atriplices, ſpinachiæ, blitis, quæ cõdiantur cum lacte amyg. dulcium, aut oleo amygdalino, & triticum, id eſt frumentum & lac, ſem. cõmunium in brodijs, et ſi non ſit feb. lac eſt conuenieris, ex carnibus autem conueniunt pulli parui, pedes uitulorum & ſimilia, aues minutæ, uitelli ouorum recentiũ ſorbiliũ, caueat à uino, bibat aquã ſacchar. Quòd ſi tuſſis pendeat à catarrho calid. cum craſſitie uitanda ſunt compingẽtia & incraſſantia ſicut ſyrupus de papauere, diacodion & ſimilia, & dentur infrigidantia aliqualiter ſubtiliantia & abſtergentia ſicut eſt decoctio ſtatim deſcripta in catharrho ſubtili cum eſt perfecta maturatio, & in ore teneatur tragachant. mixtũ cũ pauco loch de pino. Si uerò tuſſis ſit frig. materialis aut pẽdet à materia, à cerebro, aut ab alijs membris delegata aut eſt in pulmõe paulatim cõgeſta. Si uerò primum, exigit duplicem curam, unam quę debetur catarrho & membris mittentibus quæ cura ſaltem catarrhi à cerebro ſuperius eſt expedita ad quam recurre ſecundum neceſſitatem. Altera quæ debetur cauſæ uel materiæ iam fluxæ in pulmone collectæ, quę ſiue ſit ab alijs membris defluxa, ſiue in pulmone cõgeſta exigit ſex intentiones. Prima degerit materiam. Secunda euacuat euacuatiõe communi. Tertia euacuat euacuatione propria. Quarta exiccat reſiduum materiæ in pulmone relictæ. Quinta accidẽtia corrigit. Sexta ordinat debitũ regimẽ ſex rerum non naturaliũ.

Prima intentio, ſcilicet digeſtio materiæ completur cum ſyr. de liquiritia, de hyſſopo deſcriptiõe Meſue. Item cum ſyr. de praſſio ſi materia fuerit ualde frig. & craſſa & in ſenib. & frigid. naturæ, & poſſunt ſumi cum aqua decoctionis liquiritię, paſſularum, ficuum ſic. & ſimilium, & ſi materia eſſet ualde craſſa aut uiſcoſa, his poſſet addi aliquid oxymellis, ſcilicet compoſiti aut ſcyllitici. Si uerò aquoſa digeratur cũ melle roſ. mixto cum aqua decoctionis thuris, ſandarachæ, nucum cupreſſi, & ſimilium, hæc enim cum hoc quòd digerunt phlegma ſubtile, ſiſtunt catarrhum

frig. Secunda uerò intentio completur cum pilulis de hiera ſimplici & tertia parte agarici pręparati. Item cũ pilulis de agarico deſcriptione Meſue & ſi uolumus ſimul euacuare à capite & pectore miſceantur pilulæ cochiæ aut de hiera compoſita Gal. cum pilulis de agarico. Minoratur etiã & diuertitur huiuſmodi materia cum clyſteribus acutis aut leuib. ſecũdum exigentiam & aliquando uomitu. Sed tertia intentio completur cum medicinis educentib. materiam à pectore ſicut loch de pino, loch ſanum & expertum, & multa quæ dicentur in aſthmat. in hac intentione. Quartam intentionem complent medicinæ exiccantes reſiduum materiæ in pulmone relictæ, quarũ adminiſtratio penes Meſue eſt ſecundum duos modos, ſcilicet aut lambendo aut bibendo, aut uaporãdo, & ex his eſt lambere ʒ. 1. ex mirrha cũ melle, facilitat enim anhelitum et conſumit humiditates & ad hoc ualet ſtyrax & oppopanacũ ſi ſumãẽ cũ ouis aut melle. Item ſagapenũ factis ex eo pilulis cũ aqua rutę uitę, et inchoandũ eſt à parua q̃titate paulatim creſcẽdo, ex uaporib. aũt ad tuſſim antiquam eſt illud quod dictũ eſt à Raſi in fine huius capituli de tuſſi. Aliud. Meſue. ℞. arſen. citrin. ariſtol. rot. ana fac formas ſimiles auellanis cũ butyro uac. recenti. Aliud eiuſdem. ℞. ſtyracis, mirrhæ, thuris, gall. ana ʒ. 1. arſen. citrin. ad pondus omnium, fac formas ſimiles auellanis cum butyro uac. Et ſi timeres adminiſtrationẽ arſen. loco eius adminiſtretur tantundem ſulphuris, imò aliquando ad hanc intentionẽ exhibetur ſulphur cum melle aut uitello oui & diaſulphur deſcriptione Meſue eſt proprium. Sèdat enim ſtatim tuſſim antiquam. Sed cum huiuſmodi adminiſtranẽ ſiue ſumantur, ſiue lambantur, ſiue ſuffumigentur, obſeruentur hæ conditiones. Prima, ut materia exiſtens in pectore ſit paucificata à natura uel ab arte, iteratis euacuationib. communib. & proprijs. Secũda quòd non adſit ſeb. ſaltem notabilis. Tertia quòd uirtus ſit ſatis conſtans. Quarta quòd adminiſtretur ſtomacho ieiuno. Quinta, quòd inchoetur à pauca quãtitate gradatim aſcendendo ut experiamur quomodo æger bñ toleret. Sexta quòd fiat ſuffumigatio cum emboto ore aperto, & ęgro bene tolerante ter aut quater in die. Septima ſi ſequatur conſtrictio anhelitus, aut feb. augmentum corriganẽ cum humid. pectus dilatantibus, et frig. aut in actiuis temperatis ſicut aqua hordei, liquir. paſſularum & ſimiliũ cum iulep ut ſacc. uiol. huiuſmodi medicinę cõferunt in phthiſi, aſthmate, & empyimate & propriè quando materia eſt ſubtilis ſiue ſanioſa. Quinta intẽtio, ſcilicet correctio accidẽtium completur ſecundũ ipſorum exigentiam. Si ergo adſunt uigiliæ & tuſſis ſit præter modum infeſta dentur ſomnifera ſicut mulſio, ſem. papaueris, aut ſyr, de papauere hora ſomni, aut aliqua ex pil. infra ſcriptis. Recipe ſtyracis liquidæ, thuris, maſtichis, opij, croci, ſuc. liquir. ana fiãt pilulæ ſicut cicer, & doſis eſt ab una uſq; ad tres, ſed incipiens à pauca doſi, ita ut pro prima uice non des ultra duo grana opij, his ſi uolueris magis calefacere potes addere caſtoreum, & plenitudine exiſtente in pectore non ſunt danda opiata niſi poſt euacuationem, & dãda ſunt per interualla, & cibo digeſto aut ferè digeſto & ſi adſit conſtrictio anhelitus intendatur ipſius dilatationi ſecundum quod dicetur in aſthmate. Et nota quòd opiata ſicut philonium Romanum iuuant ad dilatandum anhelitum pręfocatum, & ſi excreuerit febris corrigatur ſecũdum quod oportet. Et in toto curæ proceſſu attendatur ad ſedationem tuſſis, ad confortationem pectoris, pulmonis cum medicinis ad hoc proprijs & regimine cõuenienti ſex rerũ non naturalium. Eſt enim hoc neceſſarium maximè quãdo recipiunt materias aliunde. Et ex proprijs mirabilibus eſt rob, aut ſyrupus ex ſuc. gran. myrti cõpletorum, et hoc in tuſſi calid. ſed in frig. miſceatur cũ modico mirrhæ, & croci, & pulmõis uulpis ſic. eſt iuuamentum ſublime in tuſſi calid. & frig. ſed in calid. detur ex eo ſuc. & pulverizato aur. 1. cũ ſyrupo myrtino. In frig. uerò cum aqua mellis, huius etiam intentiõis eſt crocus cum ſyrupo myrtino, aut ſyrupo de hyſſopo in materia frigid. ſimiliter ſandaracha cum melle & nux cupreſſi cum uino & melle, & iſta cũ hoc quòd confortant pulmonem, ſiſtunt catarrhum, & grana pini confortant, mundificant & anhelitum dilatant. Ex medicinis autem quæ magis tuſſim ſedant pectus & pulmonem cõfortant, ſunt theriaca, mithridatum, diamuſcus & ſimilia, quibus per interualla utendũ eſt. Sexta autem intentio, ſcilicet ſex rerum nõ naturalium regimẽ. Aër ſit temperatus in actiuis declinãs ad ſic. Sit parcus in cibo & potu, & cibi ſui ſint uentris lenitiui pectus dilatantes & confortantes non acetoſi, ſalſi, pontic, acres aut amari, ſed potius dulcedine participantes ſicut cappares condiri cum oleo amyg. dul. pauco aceto, & propriè paſſulato, & pauco mel. aut ſacc. aut uini cocti. Itẽ radix porri. Ex ferculis cõuenit blitis, brodium cicerum, cicera fracta ſiue kiſticicerum, uitelli ouorum ſorbilium, carnes teneræ propriè leporis, gazelli, pullorum & reliquarum auium bene conditionatarum, & pulmones animalium ſunt proprij & propriè uulpis, & hericij porcini, et panis ſit bene fermentatus in quo ſint ſem. aniſi, fœnic, potus ſit uinum ſubtile, antiquum, paucæ quãtitatis, & uinum dulce & hydromel eſt bonus potus. Ex fructibus paſſulæ, ficus ſic. & gran. pini dactili, & comeſtio ficuum ſic. cum amyg. et nucibus abſcindit illam quæ eſt antiqua, uitet ſomnum ſupra cibum & diurnum, & dormiat cap. eleuato ad alterũ latus declinante ut uideatur magis ſedere quàm iacere, exercitetur ſtomacho ieiuno, & à paruo & tardo incipiat gradatim augendo exercitium, procuret omnes euacuationes à natura inſtitutas, ſit gaudens & ſperans, iram, timorem, triſtitiam, & deſperationem fugiat. Et nota, quòd ſi aliquando contingerent intentiones contrariæ, ſicut ſiſtere catarrhum cum incraſſantib. et educere materiã contentã in pectore cũ abſtergẽtib. et ſubtiliantib. opus eſt, aut miſcere ſubtiliãtia cũ incraſſantibus quæ tamen non ſint fermentata ſicut ſyr. de hyſſopo, & de myrto, aut ſyr. de hyſ. cum aqua decoct. thuris, iuiubarũ & ſimilium, aut uti diuerſis medicinis ſicut diuerſionibus per nares, ueſicatorijs, aut cauterijs ratione catharri & ſyr. ſubtiliantibus ratione materiæ contentæ in pectore, & poſſunt etiam retenta in ore contrariarũ intentionum inuicem permiſceri, ſicut loch de pino cum bol. armen. euacuationes autem ſunt utriq; intentioni cõmunes. Si uerò tuſſis ſit per cõitatem à pectore ſicut in pleureſi & empyimate, aut per communitatẽ ab epate, ſtomacho, aut ab alijs membris duplex exigitur cura. Prima quæ debeẽ membro cõmunicanti. Altera debeẽ pulmoni;

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.121

moni. Prima autem completur ſecundũ exigentiam ægritudinis quæ eſt in membro communicante quæ proprijs cap. perquirant. Secunda autem debetur pulmõi in qua eſt habẽda cõſyderatio. Nam illud quod communicatur pulmoni aliquando eſt ſola mala cõplexio aut mala compoſitio ſequens compreſſionem memb. uicini, aut uaporis, & in his caſibus duplex eſt habenda intẽtio una eſt alteratio diſcraſiæ pulmonis communicatæ, altera pulmonis cõfortatio quæ qualiter complendæ ſint ex ſcriptis eſt manifeſtum. Mala aut compoſitio, pulmoni communicata à memb. uicino non poteſt corrigi niſi corrigendo diſpoſitionẽ membri communicantis. Si uerò illud quod cõmunicatur pulmoni fuerit materia cali. aut frig. ſanioſa aut non ſanioſa, cura perficienda eſt ſecundum quod dictum fuit ſuperius, eſt enim oſtenſum quibus ingenijs & auxilijs in materia calid. & frig. procedendum eſt. Mala autem complexio in pulmone cuiuſcunque generis ſine materia exigit alterationem cum contrarijs & ipſius pul. confortationem, quæ qualiter debeant compleri patet ex ſupraſcriptis, & mala complexio frig. immaterialis rectificatur in momento cum retentione anhelitus: & frig. curantia malam complexionem calid. ſuperius poſita ſunt in tuſſi à materia cal: ſic. autem curantia malam complexionem hum. ſunt ſicut, bol. armen. tragachã, gummi arab. hyſ. capil. uen. cinamom. & ſimilia, et ſic. ſi fuerit ſine ſeb. curatur cum lacte caprin. aut aſinino. Si uerò cum feb. aut aqua hor. ptiſana hor. ſorbitionib. & amyg. dulcib. liquir. retẽta in ore & ſimilia. Si uerò tuſſis ſequatur apoſt. pulmonis aut ſolutione continui eiuſdem cura ponetur inferius in proprijs cap. Si uerò materia exiſtens in uenis pulmonis faciat tuſſim ſic. eius cura phlebot. baſilicę perficitur, aut prouocatione fluxus ſang. narium, hæmorrhoidalis aut menſtrualis, ſimiliter uentris ſolutione ſecundum exigentiam humorum peccãtium materia prædicta. deinde cum medicinis pectus excreando mundificantibus quæ ex ſupraſcriptis patere poſſunt, hæc tamen parum conferunt, cum difficile ſit illas per ſcreatũ educere niſi fortè aliqua pars extra uenas reſudaret.

DE ASTHMATE.
CAP. LXVI.

Circa rubricam notandum quòd reperiuntur iſti termini, aſthma, cõſtrictio anhelitus, difficultas anhelit. dyſpnœa, orthopnœa. Aſthma grçcè, cãtus latinè, & hæc ægritudo dicta eſt aſthma eo quòd ſecundũ plurimũ quidã ſonitus ſiue cantus in reſpiratiõe auditur. Conſtrictio anhelitus differt à difficultate eo quòd in conſtrictione (ſicut uocabulũ ſonat) uia per quam debet aër inſpiſſari, & expirari pro cordis euẽtatione & mũdificatione eſt ſtricta quæ ſtrictura pendet immediatè ab aliqua ſpecie oppilationis. Difficultas autem anhelitus eſt quando cum difficultate pectus dilatatur, & cõſtringitur propter nocumentum in membris mouentibus pro anlitu cauſando ſicut in muſculis pectoris, aut diaphragmate, aut neruis uenientibus à nucha ad muſculorũ pectoris compoſitionem. Aut fortè propter nocumẽtum in ipſa nucha, aut in cerebro, ex quo infertur ſecũdum plurimum cum difficultate eſt coniunctam conſtrictionem, licet non econtrario & hæc difficultas dicitur dyſpnœa ſicut conſtrictio anhelitus. Aliqua dicitur orthopnœa quia ſcilicet oportet pro anhelitu complendo pectus ſtare rectum. Orthos enim græcè, rectum latinè. Anhelitus uerò præparationis eſt, quando oportet hominem præparari ut poſſit habere anhelitũ. Et ex hoc infertur quòd omnis orthopnœa eſt anhelitus præparationis, & nõ contra, licet aliquãdo anhelitus præparationis approprietur cuidam ſpeciei conſtrictionis anhelitus. Aſthma autem dupliciter ſumitur, ſcilicet communiter pro quocunque nocumento anhelitus cum frequentia à quacunque cauſa proueniat, & ſic deſcribitur ab A. 10. tertij. Eſt ægritudo pulmonis cum qua patiens non inuenit excuſationem ab anhelitu frequenti, ſicut eſt anhelitus quo laborat præfocatus aut feſtinatus. Eſt enim ægritudo pulmonis cum ſemper ſit neceſſariũ in aſthmate pulmonem lædi per eſſentiam aut per communitatem. Nam ſicut anhelitus eſt principaliter operatio pulmonis ſic nocumentum in anhelitu eſt principaliter eius paſſio. Et eſt neceſſarium in omni aſthmate eſſe anhelitum frequẽtem ſicut eſt anhelitus feſtinati, id eſt, exercitati aut præfocati, ſiue à cauſa intrinſeca ſiue extrinſeca, ſicut à conſtrictione colli. Non tamen neceſſarium eſt in aſthmate anhelitum eſſe uelocem aut magnũ ſicut uirtute exiſtente debili aut propter inobedientiam inſtrumenti. Quapropter ſi anhelitus eſſet magnus & uelox & non frequens non diceretur aſthma. Et ex his patet quòd aſthma eſt accidens quia actio læſa, licet etiam ſit ægritudo cum ex hac impediantur operationes & propriè cordis euentatio. Pendet aut immediatè ſecundum plurimum ab oppilatione coartatoria, attenuatoria aut carnoſa ipſius pulmonis quæ eſt egritudo in uia ſiue in receptaculo, poſſet tantum teneri quòd aſthma eſt oppilatio ad quam ſequitur huius frequentia anhelitus & eſſet magis conſonum uerbis Auic. & conſequẽter eſſet morb. in uia aut in receptaculo. Aſthma aut propriè ſumptum ſicut accipitur à Raſi in proprio cap. deſcribitur quòd eſt anhelitus cõſtrictio cum frequẽtia propter materiam inuiſcatam in pulmone ſecundum plurimum cum ſonitu & cantu, & ex his patet quòd licet in peripneumonia ſit aſthma, non tamen peripneumonia eſt aſthma cum ſit apoſtema.

Duplex eſt aſthma: quoddam uerum & eſt materiale, & propriè à materia in pulmone contenta. Quoddam nõ uerum & eſt immateriale. Item quoddam antiquũ, quoddam nouum, quoddam periodicum, quoddam ſine periodis, & uerum aſthma ſecundum plurimũ eſt periodicum, cuius periodicationis cauſa eſt materia in determinato tempore congregata catarrhizans ad pulmonem, ſiue fluat ad eum per cannam pulmonis à capite, ſiue fluat ad eum per uenas & arterias aut à capite aut ab alijs membris noſtri corporis ſiue paulatim in eo congerantur.

Cauſa quandoq; eſt per eſſentiã, quandoq; per cõmunitatem, & quãdoq; eſt primitiua. Per eſſentiam quidem aut à mala cõplexione ſine materia ſicut à frigiditate coanguſtante et oppilante, quandoq; à ſiccitate corrugante. Aliquãdo ab humiditate ſuperflua, mollificante & faciente oppilationem attenuatoriã. Aliquando à caliditate augente neceſſitatem euentationis. Sed ſecundum plurimum eſt cum materia, & propriè phlegmatica aut in pulmone cõgeſta aut ali-

unde

unde deriuata licet ab omni materia fieri poſſet. Hæc autem materia continet̃ aut in canna pulmonis & ramis eius, aut in uena arteriali aut arteria uenali, & ramis earum per uniuerſum pulmonem ad minima diuiſis, aliquando in ſpongioſitatibus pulmonis & carne molli, & quandoq; pendet aſthma à fumis, quandoq; à uentoſitate in pulmone aut in pectore contenta, quæ ſi in pectore contineatur prohibet pulmonis dilatationẽ, & ſic aëris inſpirationem. Si uerò in pulmõe prohibet ipſius conſtrictionẽ et ſic prohibet magis expirationẽ. Aliqñ uerò in cauſa ſunt ulcera & apoſtemata ipſius per cõmunitatem aut à toto ſicut in febribus & hydrope, aut membris particularibus, ſicut capite, nucha, neruis, ſpõdilibus, pectore, diaphragmate, epate, ſtomacho, ſplene, matrice & ſimilibus.

A capite quidem ſecundum plurimum propter catarrhum. A nucha uerò propter oppilationem non potentibus ſpiritibus trãſire ad muſculos pectoris & diaphragma, fit anhelitus difficilis. Et ſimiliter per cõmunitatem à neruis uenientibus ad compoſitionem muſculorum pectoris & uenictibus ad diaphragma ad dandum ipſi motum & ſequitur frequenter ſpaſmus aut eorum paralyſis. A ſpondilibus autem colli & pectoris cum dislocant̃ maximè ad intrinſeca, quę dislocatio aut fit paulatim à cauſa corporea ſicut gibbus, aut ſubitò ſicut in caſu aut percuſſione. A pectore aũt cum creatum eſt nimis paruũ aut à uentoſitate, apoſtemate, ulcere, et ſanie, aut alijs materijs in ipſo cõtentis, à diaphragmate ſimiliter propter apoſtemata, aut ulcus eius, ab epate uerò, ſtomacho, et ſplene cum intumeſcunt propter apoſtema aut propter oppilationem & comprimunt diaphragma & pulmonem aut ſibi materiam uaporis aut malam complexionẽ communicãt. A matrice autem aut quia mouetur ad ſuperiora, aut cum impletur fœtu, uno aut pluribus, aut eſt molatica aut communicat ipſi uapores malignos aut uentoſitatem & ſequitur præfocatio.

Cauſæ autem primitiuæ ſicut ſunt percuſſiones, caſus & offenſiões, ſimiliter in cauſa poteſt eſſe aëris intemperies, & cæteræ res non naturales indebitè applicitæ. Maximè multiplicat̃ in hyeme & propriè in fine eius, & in principio ueris, & multiplicatur in locis humid. & antris, & cauernis, & eſt familiaris his qui circa metalla operantur, et utũtur odore ſulphuris colophoniæ, id eſt, picis græcę, & picis naturalis, & qui conflãt argentum uiuũ, & qui terunt lapides pro uitro cõficiendo et curant̃ per elongatioẽ ab huiuſmõi.

Signa aſthmatis abſolutè ſunt anhelitus frequẽtia, & quia non poteſt iacere ſupinus propter caſum unius partis pulmõis ſuper alteram, quapropter uia expirationis conſtringitur. Et ſecundum plurimum in proceſſu palleſcũt eorũ facies & tandẽ fiunt cachexici.

Signa aſthmatis à mala complexione ſine materia eſt leuitas pectoris ſine extenſione, & grauedine ſenſata in partibus ſpiritualib. & ſi fiat tuſſis, eſt ſine ſputo, & mala cõplexio calid. cognoſcitur ex ſenſatione caliditatis & ex anhelitu, & pulſu magis uelocib. & frequentibus, & quia pręceſſerunt cauſæ calefacientes iuuatur à frig. & nocetur à calid.

Signa autem frigiditatis ſunt, frig. ſenſata in ſpiritualibus, pulſus & anhelitus parui, tardi, ſed frequentes præceſſio cauſarum infrigidantium, iuuatur à calidis, nocetur à frigidis.

Signa ſiccitatis ſunt aſperitas ſitis, præceſſio cauſarum exiccantium, iuuatur ab humid. nocetur à ſiccis, & pulſus eſt durus ſerrinus. Sed humiditatis ſunt ſigna cõtraria. Si uerò fit præſentia materię in pulmone adeſt grauitas, & ſecundum plurimum ſentitur ſonitus in reſpiratione propriè quando materia continetur in trachea arteria. Species autẽ materiæ cognoſcuntur per ſaporem & colorem cum excreatur, & ſimiliter cognoſcit̃ craſſities & ſubtilitas. Et ſi fit in cãna pulmonis ſentitur grauitas & oppilatio in partib. gutturis, & fit excreatus faciliter cum tuſſi parua & raſcatione. Si uerò fit in ramis paruis tracheæ arteriæ diſtantibus à canna non fit ſcreatus niſi cum tuſſi multa. Si uerò materia contineatur in uena arteriali, aut arteria uenali frequenter eſt aſthma ſine tuſſi, & ſi fiat tuſſis eſt ſine ſputo, & fit pulſus tremulus maximè quando materia continetur in arteria uenali propter tremorem ſiue pulſum cordis tremulũ, cui pulſus arteriarum proportionatur, & hoc aſthma perducit frequenter ad tremorem cordis confirmatum, & ſyncopim, & mortem. Si uerò materia contineatur à carne molli fit ſcreatus ſecundum plurimum cum tuſſi multa & laborioſa. Si uerò aſthma pendeat à uentoſitate ſentitur extenſio ſiue grauitas quæ aliquando permutatur et ſi fit in pectoris ſpatio, id eſt, inter pulmonem & pectus fit difficilis inſpiratio & pulmõis dilatatio. Si autem contineatur in pulmone fit difficilis expiratio & pulmonis conſtrictio. Si uerò aſtma pẽdeat ab apoſtemate, aut ulcere pulmonis ſigna ponentur inferius in capit. de peripneumonia & phthiſi. Si uerò aſthma fit per communitatem à toto ſicut in febrib. & hydrope, præceſſerunt huiuſmodi ægritudines cũ quarum augmento augetur aſthma, & diminutione diminuitur, & eſt aſthma ſine ſputo. Si uerò fit per cõmunitatem à cerebro catarrhizante, adſunt ſigna catharrhi de quibus ſupra. in proprio cap. & fit ſubitò ſecundum plurimum, id eſt, in paruo tempore & ecõtra quando materia cõgeritur in pulmone non fit niſi in longo tẽpore. Et ſi fit per cõmunitatem à nucha. aut neruis adeſt ſpaſmus aut paralyſis uniuerſalis, aut particularis, & ſi fit per communitatem à ſpondilib. adeſt dislocatio ſpondilium, & propriè ad interiora nouiter facta à caſu, percuſſione, aut offenſiõe, aut adeſt dislocatio ſpondiliũ antiquata ſicut accidit in gibbis, quæ ad quamcunq; differerẽtiam fiat eſt ſecundũ angulum curuilineum, & ſi ad interiora eſt, comprehẽditur, quia gibboſitas eſt in pectore. Si uerò fit per cõmunitatem à pectore ſicut à pleureſi & empyimate adſunt ſigna ipſarum de quibus infra & nunquàm fit tuſſis niſi cum materia ingreditur pulmonẽ. Si aũt fit per communitatẽ à ſplene, epate, ſtomacho, cũ intumeſcunt propter apoſtema, oppilationem, & ſimilia adſunt ſigna nocumenti ipſorum de quibus infra, & ſimiliter ſi fit per communitatem à matrice, cauſæ autem primitiuæ ſeipſas oſtendunt. Prognoſticum. Primum, aſthma materiale frequenter ducit ad peripneumoniam, quod cognoſcitur ex ſuperuẽtu febris cum prius non fuerit & cæteris ſignis peripneumoniæ. Secundum, aſthma eſt inſanabile in ſenibus & in iuuenibus ualde difficile. Tertium, longitudo aſthmatis ducit ad nocumenta epatis. & hydropem. Quartum, aſthma periodicum quandoque propter opinionem interficit.

Cum

Cum aliquis aſsiduè patitur tuſsim et aërem attrahit, quando eadem fit poſt curſum aut poſt uehementem motum, & cum iacet ſupinus eſt ei deterius, ſed cum ſedet eſt ei melius, decoctio ei danda eſt, quæ. Rec. ficuum citrin. drach. 10. dact. maiorem humid. habentium ſem. opij ſem. fœniculi, capil. uen. liquirit. hyſ. praſsij, omnium ana drach. 5, coquantur in 3. lib. aquæ dul. donec redeant ad 1. & coletur.

De hac uerò decoctione tribus diebus ægro in potu tribuatur cum pondere duorum aureorum huius confectionis. quæ Rec. ſuc. liquiritiæ, hyſ, cap. uen. omnium drach. 10. cordumeni, piperis, amyg. amari. ariſtol. roſ. ſem. urticæ omnium ana drach. 5, mellis deſpumati, quantum ſufficit, hæc enim confectio ſuperfluitates quæ ſunt in pectore mirabiliter expellit & eſt optima. Danda itaq; per hebdomadam unam continuò, deinde æger poſtquã comederit ſinapim & mel, uomere cogendùs eſt et uenter ex his pilulis ſoluendus, quæ Rec. agarici gran. hor. 18. collocynt. interioris, gran. hor. 6. elleb. gran. 4. ſucci liquir. drach. 5, fiant ex eis pilulæ & ſufficiunt ad doſim unam, poſt hoc quoque iterum redeat ad bibendam confectionem & decoctionem ſumendam, & poſtremò ad uomitum & uentris ſolutionem ut prius, hoc ſæpe faciendum eſt donec æger ſanitati reſtituatur. Interim tamen a cibis craſsis & ſtipt. & acet. abſtineat.

Hoc caput de aſthmate diuiditur in partes duas. In prima notificatur aſthma. In ſecunda ibi, decoctio enim danda. ponit curam. Prima pars eſt nota ex ſupraſcriptis. Secunda uerò diuiditur in quinq;. In prima ponit curam per unum digeſtiuum, & ſputi prouocatiuum anhelitusq; facilitatiuum. In ſecunda ibi. Deinde æger. curat per uomitum. In tertia ibi. Et uenter. curat per ſolutionem uentris. In quarta ibi. Poſt hoc quoque. iterum redit ad eaſdem medicinas. In quinta ibi. Iterum tamen. ponit dietam. Quæ dicit in prima parte nota ſunt, permiſcet enim decoctionem digeſtiuam præparantẽ materiam ad expulſionẽ per ſcreatum cum medicina ſputum prouocante fortiter ſubtiliante, abſtergente & incidente, uirtutemque expulſiuam pulmonis ſtimulante, ut ſimul digerendo euacuet per ſputum, & hæc medicina propriè conuenit in aſthmate uero, pendente à materia phlegmatica, craſſa, uiſcoſa, in pulmone cõgregata & ſimplicia ſunt ſatis nota, praſſium, id eſt, marrubium, cordumeni apud quoſdam cardamomum, ſed apud Ioannem Serapionem cui credendum eſt, carui agreſtæ.

Iſta autem medicina danda eſt per hebdomadam, licet decoctio non ſufficiat niſi pro tribus diebus, & certè decoctiones non debent fieri pro pluribus dieb. cum facilè putreſcant. In ſecunda parte curans per uomitum præcipit ægrum prius comedere ſinapim & mel ad ſubtiliandum, & incidendum, & abſtergendũ phlegmata in ſtomacho contẽta, poſtea uomitũ prouocare, ſcilicet cum pẽna aut digito in ore impoſito, aut ſumendo aliquid uomitiuum ex deſcribendis inferius dum curã ordinabimus. Vomitus enim in facilè paratis ad ipſum eſt conuenientior quàm uẽtris ſolutio. Tum quia euacuat à pulmõe per uiam propinquiorẽ, tum quia ſtomachus eſt lacuna phlegmatis.

In tertia parte curãs per uentris ſolutionem præcipit pilulas ſumendas cũ cuſtodia euacuantes à pectore, & à capite phlegmata & etiam à membris naturalibus, elaterium, id eſt, ſuccus fructus cucumeri aſinini. Inter tamẽ uomitum & ſolutionem debet tempus notabile mediare ut uirtus reſtauretur in quarta parte poſito alicuius tẽporis interuallo, ne natura ex nimis continuo uſu medicinarum terreatur, docet redire ad medicinas iam dictas eodem ordine qui dictus eſt. Vltimò ponit dietam oſtendens à quibus cauendum eſt.

Aſthma pendens à mala complexione frigida ſine materia curatur cum retentione anhelitus & inſpiratione aëris calidi & applicatione pãnorum & rerum calidarum exterius et cum regimine medicinali & ſex rerum non naturalium declinante ad calid. et confert decoctio fœnugræci cum paſſul. Sed cum regimine contrario curatur pendens à mala complexione calid. ſine materia, & eſt in ueritate ſpecies malitiæ anhelitus & non conſtrictio.

Et confert ſaccharum uel iulep aut ſyr. uiol. cum aqua hor. & curaẽ cura hecticę febrilis. Si uerò pendeat à ſiccitate & ſit cum feb. putrida dẽtur frig. humectantia nõ putreſcibilia ſicut aqua hor. ſyr. uiol. & ſimilia frig. & humid. interius et exterius applicita & in ore retẽta. Si uerò ſit ſine febre aut ſaltẽ ſine febre putrida lac caprinũ & aſininũ ſunt pręſtantiſſima, et adminiſtreẽ aër & omne regimẽ medicinale et ſex rerũ humectantiũ, & curetur cura hecticæ febrilis, ſi ſit cõiuncta calid. & cura ethicæ ſenectutis ſi ſit coniuncta frig. Si uerò pendeat ab humid. exiccetur tam regimine ſex rerum non naturalium quàm medicinali aut aëre ſic. dieta tenui et exiccante, pauco ſomno, exercitio ſumpto & ſimilibus. Et ſimiliter ordinetur regimen medicinale in contrarium diſcraſiæ. Si uerò aſthma ſit pendens à materia in pulmone contenta quæ ſecundum plurimũ eſt phleg. exigit 7. intentiones penes Meſue. Prima eſt debitum regimen ſex rerum. Secunda adæquatio materiæ. Tertia ſubtractio eius. Quarta diuerſio. Quinta eductio propriè cum ſputi prouocatiõe. Sexta exiccatio reſidui in pulmone cõtenti. Septima

correctio

correctio accidentium. Pro prima intentione. Sit aër temperatus in actiuis declinãs ad ſic. hac conſyderatione ſemper habita quòd ſi aſthma ſit catarrhale & cauſa catar. fuerit calid. declinet parumper ad frig. Et econtrario, ſi cauſa fuerit frig. declinet ad calid. & ſit boni odoris, & ſi opus eſt rectificetur artificialiter ſecundum temporis exigentiam, & mutatio regionis & propriè humid. ad ſicciorem plerunq; confert. Panis ſit ex optima farina frumenti non omnino à furfuribus depurata, bene fermẽtatus, aliqualiter ſalitus, qui non comedatur dũ eſt calid. neq; tranſacta quarta die, in quo ſi ponaẽ aliquid aniſi aut fœniculi, mellis, aut ſacchari, eſt præſtãtior. Vinum eius ſit album, ſubtile, antiquum, aliqualiter dulce, aut aliquid uini dulcis commiſceatur cum uino antiquo ſubtili & parum bibatur, ſed nec poſt cibum neq; inter unã cibationem & alteram eſt bibẽdum neq; aquam neq; uinum, debet autẽ uinum eſſe limphatũ ſi catarrhus fuerit in cauſa, & etiã abſq; catarrho ſi fuerit hominũ cõſuetudo bibere uinum limphatum, & non bibat multum ſubitò, ſed in pluribus uicib. parum pro uice etc. Carnes ſint facilis digeſtionis, boni chimi, paucarum ſuperfluitatum, & ſic. ſicut aues bene conditionatæ ſatis notæ. Et ex quadrupedibus caro gazelli, leporis, hœdi caſtrati annualis, pulmones uerò animaliũ conueniunt cũ proprietate ſua, propriè pulmo uulpis & hericij porcini. Item piſciculi petroſi, ex ferculis cõuenictibus cicerum, cicera fracta, Kiſt fabarum & hor. ius galli decrepiti. Et ex herbis conueniunt blites, ius cauliũ, petroſelinum, fœnic. lingua arietis & ſimiles. Et intendatur uentris lenitio in dando paſſul. & ficus ſiccas, ſaccharum & aquam mellis, imò ipſa eſt potus conuenientiſſimus, & his non ſufficientibus ad lubricandũ detur in principio menſæ aliquid medullæ cartami cum brodio, & cappares ſalitæ ſtimulando lubricant & oua ſorbilia leniendo & condiantur fercula cum his quæ dilatãt anhelitum ſicut mel & crocus, butyrum, ſaccharum, & oleum amyg. dulcium cauẽda ſunt acetoſa, acria, craſſa, ſtiptica & pontica, & ſit parcus in cibo et potu, nã fames et ſitis moderatę ſunt cura huius ægritudinis. Somnus ſit nocturnus nõ meridianus niſi aliqua occaſione ſomnum nocturnum omiſerit, & diſtans à cibo per duas horas. & dormiat magis ſedens quàm iacẽs, & ſit communiter ſex horarum nõ cõtinuus, ſed interpolatus, & cum euigilat ſufficienter ſe exerceat & caueatur dormiendo ſuperflua calefactio cum puluinaribus aut alijs pannis. Exercitium ſuũ ſit gradatim de remiſſio ad intenſum de breui ad longum, ita tamen ut non multum intendatur anhelitus difficultas, laudatur autem deſcẽſus per loca decliuia & arenoſa, & exercitium ſit iucundum. Item laudatur leuatio uocis & ipſius gradatio de breui aut humili ad fortem & longum, & fiat frequenter ſtomacho ieiuno.

Procuret omnes euacuationes à natura inſtitutas, præcipuè per ſternutationem & demucationem nariu, & mundificationem per ſcreatum. Et ſi uomitũ aliquando natura tentaret adiuuandus eſt, imò procurandus artificialiter ut dicetur inferius.

Secunda intentio eſt digeſtio pro qua artificialiter facienda, aliqui præmittuntur canones obſeruãdi in cura aſthmatis & cuiuſcunq; ægritudinis ab oppilatione pendentis. Nam ſi oppilatio fiat à multitudine cura eſt euacuatio de qua diceẽ. Si uerò à uiſcoſitate curaẽ inciſione. Si uerò à craſſitie, curaẽ ſubtiliatione. Sed in ſubtiliatione craſſi duplex eſt periculũ. primũ ne ſubtiliatiuum ſit nimis remiſſum, ita ut ſolum rarificet nihil reſoluendo, tunc enim craſſum maiorem locum occupando plus oppilabit. ſecundũ ne ſubtiliatiuum reſoluat ſubtile, & craſſum indurando petrificet. Quapropter cum neceſſaria eſt reſolutio craſſi fiant cum reſoluẽtibus leuib. ſicut chamæmila, melilotum, et ſimilia. Et ſi opus eſt fortibus reſoluẽtibus, his admiſcenda ſunt mollificantia humid. participantia actuali & potentiali, ſicut exempli gratia uaporatorium humid. & ſic. pręſtantius. Pro quibus intelligẽdis eſt ſciendum. Primò quòd humor quanto eſt craſſior tanto eſt aptior ad petrificationem. Et ſimiliter quanto uiſcoſior. Vnde plures lapides ex phlegmate quàm ex melanch. generanẽ. Secundò quanto medicina reſoluens agit à maiori proportione in humorẽ reſoluendum, tãto citius indurat & petrificat, ut ſi ad reſoluendum ſufficeret chamęmila calid. in primo, tu adminiſtres calamenthum. Tertiò quando medicina participat multa ſiccitate. Et idem dico de quocunq; alio reſoluente diſproportionato materiæ reſoluendæ ſicut aër calid. exercitium, ieiunium, & balneum, et omnia applicita. Quartò quando humor longam moram in loco contraheret, ſiue ex anguſtia loci ſiue in renibus ſiue ſit inuiſcatus ſicut in ueſica, ſiue non poſſit expelli niſi aſcendendo, ſicut in pulmone hæc longa mora propter actionem caloris facit ut humor induretur & petrificetur. Quintò quando humor retinetur in loco intenſi caloris, ſicut in pulmone hæ omnes cauſæ faciunt ut humor induretur & petrificetur & contrariæ prohibent petrificationem. Ad propoſitum redeũdo ſunt multæ ex his cauſis petrificationis in pulmone aſthmatico, uero aſthmate. Eſt enim humor craſſus & uiſcoſus ſiue ab initio talis ſit in pulmone aggregatus, ſiue ſit factus talis ex actione caloris. Secundò eſt longa mora, tum propter loci anguſtiam ſaltem in aliquibus partibus pulmonis, tum quia oportet humorem euacuãdum aſcendere. Tertiò eſt intenſus calor. Propter has omnes cauſas, medicinæ aſthmatis ueri non debẽt eſſe ualde calid. nec multæ ſic. coniunctæ, imò humectantibus permixtæ. Et cum hoc etiam habentes proprietatem ſingularem in confortatione eius. Ad quod etiam facit, quia pulmo eſt membrũ molle, facilè paſſibile, non tolerans medicinas acutas ſine nocumento.

Quapropter infertur primò quòd pro digeſtione & mundificatione materierũ ab ipſo indigemus medicinis remiſſe calid. lenitiuis applanatiuis & humidis, abſterſiuis, & inciſiuis. Et ſi aliquando medicinæ notabiliter calid. neceſſariæ ſint, ſicut hyſſopus, praſſium & ſimiles, eſt eorum calid. remittenda cum frig. ſecum mixtis, & ſimiliter ſiccitas ſua cũ humid. ſicut facit Meſue et cæteri autores cũ componũt huiuſmodi ſyrupos. Infertur ſecundò eſſe uitandas medicinas multum exiccatiuas licet frigidas. Tertiò uitandas eſſe medicinas multum frigidas ſicut opium, papauer, hyoſcyamus & ſimilia, incraſſant enim & congelãt, & prohibent expulſionem. Et dicit A. in cap. de aſthmate antiquos non fuiſſe uſos opio, hyoſcyamo uel mandragora niſi intentio ſit per illud prohibitio catarrhi cum multiplicatur, imò nec pſilio, niſi quod

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.123

deus uult glorioſus et excelſus quaſi dicat pſi io utũ-
tur aliquãdo propter ſuam ſingularem proprietatẽ.
Quartò uitãdas eſſe medicinas multum ſubtiliatiuas
et inciſiuas, ſiue modo A. ſubtiliatiuas et inciſiuas pu
ras, adducunt enim quandoq; labor earum & inobe
diẽtia materiã ad uulnera in pulmone. Quintò uitã-
das eſſe medicinas prouocantes ualde propterea quia
extrahũt ſubtile & remanet craſſum. Sextò cum craſ-
ſities epatis coniungitur aſtmati, ſicut accidit frequen
ter aſthmate prolongato, permiſcẽdas eſſe medicinas
pectorales cum medicinis epatis, quę ſunt ſicut eupa-
torium & abſinthium. Et iſtud quod coniungit inter
duas res ſimul uehementer habeat proprietatẽ ſingu-
larem in utriſq; membris, ſicut rubea tinctorum & a-
riſtolochia. Idem eſt iudiciũ de nocumentis aliorum
membrorũ cum aſthmate coniungitur. Septimò ubi
neceſſaria ſit reſolutio, ſiue ſubtiliatio materiæ & inci
ſio. Inciſio debet ſubtiliationem ſuperare, patet, quia
prohibet indurationem & facit ad expulſionem. Vn
de 10. tertij, 5. cap. ſit ſtudium cum inciſiõe pluſquàm
cum reſolutione. Octauo, quia aſthma eſt ægritu-
do chronica ſunt permutandæ medicinæ & eiuſdem
generis, & potẽtiæ, quoniam inter medicinas & cor-
pora ſunt proportiones quę nõ cõprehenduntur niſi
cum experimento, cũ experieris pluries conſequeris,
id eſt, colliges quod magis ſit iuuatiuũ. A. in cap. pro
prio. Itẽ. 4. primi, cap. 1. Imò in una medicatione me
dicinam permuta, quoniam ab eo quod conſuetum
eſt non ſit paſſio, & uni quidem corpori, & uni mem
bro in una hora, & altera ineſt proprietas ab una me-
dicina pati, & non ab altera. Et propter iſtos ſermões
ſapientes practici in curis ęgritudinum chronicarum
ordinant plures medicinas eiuſdem uirtutis diuerſa-
rum tamen compoſitionum, & unam exhibent qua-
tuor diebus aut ſex, poſtea alteram, & ſic faciunt coal
ternationes. Nonò in ægritudinibus chronicis faciẽ-
dæ ſunt interpolationes, uerbi gratia inter unũ ordi-
nem medicinarum digeſtiuarum & ſimiliter euacuã-
tium, ſecundum ordinem aliarum mediabunt 6. uel
8. dies in quibus æger utetur ſola dieta, & quanto æ-
gritudo magis prolongabiť magis interponetur tẽ-
pus ne natura ex cõtinuo uſu medicinarum terreatur
& abominetur. Decimò ſi cauſa antecedens & cõiun-
cta aduerſentur, exempli gratia, catarrhus quia indi-
geat incraſſatione & materia in pectore contẽta ſubti
liatione, inciſione, & abſterſione incitãtib. expulſio-
nem procedatur ſecũdum alterum tertium modorũ.
Aut enim attendať diſpoſitioni magis infeſtę, & pro
priè ſi ſine curatione illius altera curari non poteſt, ſi-
cut ſecundum plurimum eſt catarrhus, poſtea atten-
datur materiæ iam fluxæ, aut ſecundò cũ aliquib. in-
ſtrumentis attẽdatur catarrho, utputa cum diuerſio-
nib. & his quæ in ore tenenť, & cum alijs inſtrument.
attendatur materiæ iam fluxę, ut puta cum bibitis, et
his quæ lambendo ſumuntur & cum exterius pecto-
ri applicitis. Aut tertio eodẽ inſtrument. quod ex di-
uerſis componať, ſicut quando permiſcemus aliquã-
do ſyr. de hyſſop. cum ſyr. de myrto, aut de iuiubis,
natura enim ſagax digerit incraſſantia cõtra materiã
fluentem & ſubtiliantia cõtra fluxam, ſicut etiam in
augmen. apoſt. miſcemus repercuſſiua cum reſoluti-
uis, & in hemitritæo aquam hord. cum pipere. Dige-
ſtiua autem taliter conditionata ſunt fœnugræc. paſ-
ſul. ficus ſic. dactyli pingues, mel in materia frig. ſed
in calid. hordeũ, uiol. iuiub. ſem. cyton. & ſimilia cũ
ſacc. & ex his poſſunt fieri decoct. & ſyr. ſecundũ exi-
gentiam. Et ſem. maluæ, cyton. ſunt optima in cauſa
calid. ſem. maluauiſ. in cauſa frig. Et ſi uolueris incide
re & abſtergere his addemus parum oxymel. ſimpli-
cis. Aquæ autem ſunt aqua mellis, aqua hor. ſi uolue
rimus temperare aliorum calidit. Et ſi uoluerimus ſi-
ſtere catarrhum cum his permiſcemus ſyr. de iuiubis,
de myrto, aut aliquid ſyr. de papauere. Et ſi uolueri-
mus facilitare anhelitum aromatizemus cum pauco
croci, aliquando facimus aquam ex decoctione iuiu-
barum, liquiritię, hordei, paſſularum, ficuum ſic. quã
permiſcemus cũ ſyrupo factis ex ſupraſcriptis. Et ad
has intentiones fiũt loch & electuaria, ut ℞. tragachã.
frigid. loch de pino ana ℥. 1. pulparũ, ſebeſten ℥. s. cro
ci gran. 5. fiat electuarium ſpiſſum cum ſyr. uiol. & de
hyſſopo ana quantum ſufficit, & incorporando ſine
igne. Et hic ſecundum neceſſitatẽ potes addere dacty-
los maturos, paſſulas. Imò parum boli armen. ubi ſit
opus conſtringere catarrhũ, nam bolus armen. apud
Auic. eſt mirabilis iuuamẽti in prohibendo catarrhũ
& in exiccando humiditates pectoris, ſed conſtringit
& difficultat anhelitum, niſi miſceatur cum leniẽtib.
in magna quantitate. Ego autem ſæpe miſceo unã ʒ.
boli armen. cũ 1. ℥. loch de pino. Et de proprijs eſt æ-
nula cocta, comeſta ſola, aut cũ alijs cibis aut cũ melle
permixta. Similiter aqua diſtillata aut decoctio eius.
Et medicinæ ſuperius ſcriptæ in cap. de tuſſi ad hũc lo
cum afferanť. Et medicina Raſis ſuperius in textu ex-
poſita eſt efficax, & ultima ad phlegma craſſum. Cõ-
ſulo tamen propter cauſas dictas ſuperius ut ſecundũ
plurimũ leuioribus utaris, & ſi opus eſt fortibus gra-
datim ad alia aſcende. Ex uerè aũt maturãtibus & do
meſticis apud Meſue eſt ius galli antiqui, & ego miſ-
ceo aliquãdo cum ſyrupo ſecundum exigentiam. Itẽ
ſyr. recipiens fœnugræci & paſſularum, ænulæ, ana
partes æquales, eſt iuuatiuus ualde. Et ex unctionib.
conuenientibus ad hanc intentionẽ eſt oleum amyg.
chamom. anethi, & de Keiri citrino, laurinũ, de ireos,
ſed magis tẽpore mundificationis. Et ex his cõpoſita
fieri poſſunt addendo etiam mollificantia ſecundum
exigentiã ſicut mucillaginẽ, fœnugræc. althęæ, & fiat
inunctio cum fricatione conuenienti, & lana œſipi ſu
perponať. Tertia intẽtio eſt euacuatio. Si ergo uideať
plenitudo ſang. fiat phlebot. ex baſilica, aut cõmuni,
ſi repletio appareat in toto. Aut ex ſaphenis ſi fuerit
in cauſa retẽtio menſtruorũ aut ſang. hæmorrhoid.
Verũ phlebot. ſecundũ plurimũ ab initio debet fieri.

Poſtea digeſta materia cõueniunt propria ſoluti-
ua, quæ ſecundum plurimũ debent eſſe facilia, inquit
etiã A. finianť humidit. quæ ſunt in pulmonib. eorũ
cum facilitate & æqualitate. Finiunť aũt humiditates
cum digerentib. prouocantib. ſputum & exiccantib.
Oportet ergo omnia iſta eſſe facilia æqualiter operan
tia circa partes craſſas & ſubtiles. Solutiua ergo con-
uenientia ſunt ſicut caſſia, agaricus epythym. polip.
& charta. & fortiora ſunt colocynthis, & ſuc. fructus
cucumeris aſi. & hierapi, diaphænicon, electuarium
Indũ, pilulæ de agarico, ſed leuiſſimè ſebeſtẽ, paſſulę,
uiol. & ſi cerebrum communicet miſceantur cochię,
aut pilulę de hierapi. cum pilulis de agarico. Troc. au
tem de uiol, conueniunt in materia calid, imò potius
in

mixta. ℞. folia uiol. mediocrium in exiccatione &
humectatiõe ʒ. 6. turbith electi ʒ. 4. ſuc. liquiritiæ, te-
reniabim ana ʒ. 2. ſcammoneæ correctæ ʒ. 2. fac tro-
chiſcos. Valent ad conſtrictionem anhelitus et leniũt
naturam & pectus mundificant & doſis eſt à ʒ. 1. uſq;
ad ʒ. 2. cũ aliqua decoctione pectorali & ſunt boni ſa
poris. Sed exiſtente febre & propriè corpore exiſten-
te debili melius eſt ſoluere cum caſſia aut mãna. Et ex
his trochiſcis poteſt addi aliquid tanquam calca. ſcil.
℈. 1. diſtemperentur autem electuaria ſolutiua cum a-
quis proprijs ſcilicet uiol. hor. excorticati, cap. uen.
hyſſopi, farfarę, id eſt, pulmonarię, aqua mellis aut a-
licuius decoctionis compoſitæ ex reb. pectoralib. Et
in hac intentione obſeruentur hi canones. Primus eſt
iam dictus ut fiat ſolutio cum facilitate & ęqualitate.
Sed hic nota quòd materia euacuanda eſt duplex.
Quædã enim eſt coniuncta coanguſtata in meatib. et
carne ſpongioſa pulmonis & huiuſmodi cum ſolu-
tiuis non eſt multum ſperanda euacuatio, neq; cũ uo-
mitiuis, ſed ex ſcreatu. Quædã uerò ſub forma cauſæ
antecedentis, & hęc cũ reſolutiuis eſt educenda, aut cũ
uomitiuis. Propterea dicit Auicen. in capite de aſth-
mate. ſi materia eſt plurima, ſcilicet, ſupra illam, quæ
eſt ſub forma cauſę coniunctæ, tunc neceſſaria eſt pur
gatio, ſcilicet, cum medicina ſolutiua. Si aũt fuerit ſo-
lum ea quæ ſub forma cauſæ coniunctæ non eſt edu-
cenda pharmacia, ſed per ſcreatum. Secundus canon,
ut ſit digeſta ſubtilis, ducta ad mediũ per incraſſatio-
nem, craſſa et uiſcoſa, per ſubtiliationem et inciſionẽ.
Tertius, ut nõ fiat euacuatio tẽpore paroxyſmi aſth-
matis. Quartus, ut reiteretur euacuatio cum difficul-
ter materia educatur, & non niſi pluribus euacuatio-
nib. Sed inter unam euacuationẽ, & alteram interpo
natur tempus notabile, ut uirtus nõ debilitetur, imò
reficiatur. Meſue aũt iubet inter euacuationes uomi-
tum prouocari. Sed intellige mediante notabili tẽpo
re ne addať debilitas debilitati. Et ſecundò quòd cor-
pus ſit ſatis facile ad uomitũ. Vomitiua aũt ſunt ſicut
ſuc. aut decoct. raph. à duab. uſq; ad tres ℥. cum dua-
bus ℥. oxymellis ſimplicis cõpoſiti aut ſcyllitici ſecũ-
dum fortioris, aut minus fortis uomitiui exigẽtiam.
Et ex fortiorib. eſt ſuc. raph. in quo ſteterit infuſus el-
leborus à 12. uſq; ad 24. horas. Quintus canon, ut eua
cuatio fiat cum medicinis trahentib. à lõginquo, quæ
tamen non ſint multum agitatiuæ. Agitatio nãq; fa-
cit conſtrictionem anhelitus, quam ipſi, materijs qui-
eſcentibus, maximè patiũtur: huiuſmodi aũt eſt aga-
ricus & maximè præparatus ſecũdum artẽ Meſ. Item
colocynthis, ſed in parua quantitate ſicut apparet in
pil. deſcrip. Raſis in textu: Sarcocolla, oppo. & debẽt
omnes eſſe conſolatæ ſecundum artẽ Meſ. ſuc. aut cu-
cum. aſin. magis ualet ad educendum aquoſitatẽ. Se-
xtus canon, ut eligantur medicinæ expertæ, quapro-
pter illæ quæ poſitæ ſunt ab autoribus ſunt tutiores.
Septimus, ut medicinæ huiuſmodi euacuent à mem-
bro mittente, ſcilicet, à capite aut quodcũq; aliud fue-
rit, quàm à pulmone recipiente. Quarta intentio, eſt
diuerſio complenda cum fricationibus extremitatũ,
fricatione pectoris, & aliorum membrorum, aut ma
nu, aut mantili aſperſo rubificante cutim, attrahente
materiam de profundo ad ſuperficiẽ. Ad quam ſi ſe-
quatur laſſitudo remoueatur ungendo partes dolo-
roſas cum oleo chamomelino, & ſimilibus. Item uẽ-
toſatiões in ſpatulis & natib. Clyſteria quoq; ſunt ad
hanc intentionẽ. Et ſi catarrhus eſſet in cauſa fiant ca-
putpurgia per nares, de quib. ſufficienter dictũ eſt in
cap. de catarrho. Et fiant apud magnam neceſſitatem
ueſicationes & cauteria, & in commiſſura coronali.
Quinta intẽtio eſt eductio propria cum ſputi prouo-
catione, & cõplentia hanc intentionem ſunt multipli
cia, quædam lenientia, quædã remollientia cũ abſter-
ſione, & hæc duo genera magis complent tertiã inten
tionem, ſcilicet, digeſtionem, quędam irritantia cum
inciſione & abſterſione aut acuitate, quædam abſter-
gentia cum proprietate, quædam mundificãtia cum
proprietate, quædã ampliatiua uiarum, quædã ſunt
ſubtiliantia. Lenitiua quidem ſunt uiolæ, pruna, caſ-
ſia, uitelli ouorũ, iuſcula pinguia, iulep & ſirup. uiol.
ſaccharum uiol. & ſebeſten, & liquiritia. Remolliẽtia
uerò cum abſterſione quædam ſunt ſicut butyrum,
fœnumgræcum, malua, althæa, ſemina earum, & mu
cilagines ipſarum, ficus ſiccæ, paſſulæ, grana pini, &
ſunt propria. Irritantia uerò cum inciſione & ab-
ſterſione ſicut ſirup. aceto. ſpecies oxymellis, ſcilicet
ſimplicis, compoſiti, ſcilicet ſcyllitici. Sed incitan-
tia acuitate ſunt ſicut ſem. urticæ infuſum in acero,
ſem. naſturtij infuſum in oleo amig. dul. ſinapis, pi-
per, diatrion pipereon. Sed abſtergentia cũ proprie-
tate ſunt ſicut mel hyſop. & ſirup. eius, haſce, id eſt,
thymus, praſſium, origanum, calcan. crocus cum
melle, laurus ſecũdum omnem modum adminiſtra-
tionis eſt ualde expertus, enula & ſuc. eius, ariſtol.
rot. ſpecies centaureæ, quarum maior ualet in paro-
xyſmo, minor in quiete, loch de pino, loch ſanum &
expertum, loch de ſcilla, capares ſalitæ. Item porrum
cum melle, item iris mundificat pectus efficaciter, &
iuuamentum decoctionis calamenthi cum ficubus,
& paſſulis in extractione humorum craſſorum ex
pectore, & pulmone, & dilatatione anhelitus eſt ſub-
lime. Et huius intentionis eſt thymus & gran. lauri
cum melle & ſirup. de hyſſopo & praſſio. Sed mun
dificantia cum proprietate qua pulmo confortatus
expellit à ſe nociua ſunt liquir. capil. uen. pulmo uul-
pis, & ericij, campeſtris, porcini, theriaca, mithrida-
tum, diamuſcum dul. & amar. Sed ampliatiua uia-
rum ſunt crocus, & capil. uen. & ſunt dilatantia an-
helitũ, & iſtis duobus generibus uti debemus à prin-
cipio uſq; ad finem, componẽdo tamen illa cum me-
dicinis proprijs ad intentionem quam uolueris com
plere, tuentur enim pulmonem et faciũt uirtutes alia-
rum citius ad pulmonem penetrare. Sed ſubtiliantia
ſunt ſicut ammon. oppop. & ſagapenum cum aqua
rutæ, & iſta cõueniunt poſt digeſtionem & minora-
tionem, ſimiliter mundificantia ſine acuitate, dicta
ſunt ſuperius. Medici autem prudentes & experti
multotiens componunt adinuicem medicinas diuer
ſarum intentionum ſecundum neceſſitatis exigen-
tiam. Et taliter facit Raſis in præſenti cap. permiſcens
decoctionem cum electuario, & apud Gal. decoctio
paſſularum enuc. & fœnugræci cum modico caſto-
reo, ſcilicet, ℥. 3. decoct. cum ℈. s. caſtorei, frequenter
data commodius operatur. Item gutta ammoniaci
mixta cum oxymelle potenter liberat. Item decoct.
hyſſ. cum melle & ficubus, item crocus cum melle aut
cum melle & ficubus. Ex medicinis compoſitis con
ferentibus ſtricturæ anhelitus & difficultati ſunt mi-

u 2

thridatū, theriaca, athanaſia, diamuſcus, philoniū, & eſt propriū. Vnctio conueniens in hac intentione eſt hęc. ℞. cerę citrinę, ℥.1. olei de Keiri, et propriè citrini, ℥.4. adipis anatis, & gallinę, mucil. fœnugr. & ſem. lini, añ. ʒ.5. ſtyracis, ʒ.6. fiat eorū bona aggregatio, & cū eo debitè calido ungaꝛ pectus. Et ſi oportuerit magis calefacere his adde hyſſopū humidam, & materia exiſtente cal. ungant cū oleo uiolac. oleo amigd. dul. añ. ℥.1. mucilagine pſilij, ℥.ſ. cū pauco ceræ, & ſi materia ſit mixta, miſce in cōpoſitione calida cum frigidis. Sexta aūt intē. eſt exiccatio & cōſumptio reſidui humid. in pulmone contentę. Pro qua intentione cōplēda recurre ad cap. pręcedēs de tuſſi intētione quarta: ibi enim dicitꝛ quantū eſt oportunū. Sed pro ſeptima intentione corrigenda eſt ſitis cū bibitis & retētis in ore, quæ tamē ſputum non impediant, imò facilitēt, ſicut aqua hordei uel ſacchari potata, liquiritia in ore retenta, pruna bñ matura, anguria, & ſimilia. Sed inſtantia uigiliarū cum diapopuleone applicito frōti & temporib. & philoniū rom. quantitate, ʒ.ſ. exhibitum inducit ſomnū, & ſedat anhelitus præfocationē. Sed cōſtrictio anhelitus, quę tēpore paroxyſmi aſthmatis adeò creſcit, ut pręfocet diligēti curatione indiget. Primò ſituetꝛ infirmus in aēre libero ad frig. declinante, neq; habeat circa gulā, neq; circa pectus aliquid ſtrictū, ideo ſtet aliquādo pectore à pānis diſcooperto, & ſedeat ſuper cathedra quę ab utroq; latere habeat ligna ſatis alta & ſatis diſtantia, quib. cubitis poſſit adhęrere, ita ut pectus ſit latū, & altum cū brachijs dilatatis ſe apodiet alicui ligno ut ſtet apodiatus pectore dilatato, uel apodiet cubitos ſupra genua ſua, uel ſuper diſco aliquo ſe inclinando uerſus faciē, uel cū manib. ſe appendēdo ad locum altū, et undiq; pectus dilatetꝛ. Neceſſitas enim reſpirandi docebit ſitū cōuenientiorem & paucificetꝛ cibus ante paroxyſmū & etiā in paroxyſmo, & ſit cibus ſicut ptiſana hordeacea, & dentꝛ lenitiua dilatātia anhelitū, ſicut aqua hor. excorticati cum croco & ſaccharo uel iulep uiolac. aut fiat aqua cum paſſulis, liquiritia, & ſimilib. leuib. Nā iuxta Meſ. autoritatē potius blandiendū q̄ curandum: peruenitꝛ enim interdum ad præfocationē excitatione medicaminū laborioſorū. Poſtea ueniendū eſt ad fricationes, extremitatum ligaturas & huiuſmodi diuertētia. Et uentoſæ poſitę circa ſpōdiles pectoris dilatāt anhelitum. Demū ſi expedierit propter multitudinē ſang. fiat phlebot. baſilicę. Alię uerò euacuationes, ſcilicet, uomitus et ſolutio nō fiāt in paroxyſmo. Sed ſi nō poſſit habere bñficium uentris fiat ſuppoſitorium aut clyſtere leue, licet ſit difficile clyſterizare propter ſitū, & ſomnus ſit interruptus. Et ſi paroxyſmus prolongatꝛ uſq; ad quatuor dies uentoſetur inter ſpatulas cum ſcarificatione, & ponantꝛ rubificātia uel ueſicatoria ſuper pectore. Et in paroxyſmo cōfert leuis euētatio cū flabellis. Et apud Auic. in primo cap. ſumatꝛ baurach, loco eius utimur aliqua ſpecie ſalis acuti, ʒ.4. cū ʒ.2. naſturcij in ℥.3. aquę mellitę: cōfert enim ſtatim apud uehementiā pręfocationis & cōſtrictionis anhelitus. Et iuuat in ſchiatica. Credo tamē tutius eſſe partiri hanc medicinā in duab. aut plurib. uicib. Et reliqua accidētia curentꝛ ſecundum quod oportet. Si uerò aſthma pēdet ab alijs materieb. in pulmone cōtentis, ſcilicet. ſang. cholera, uel melāch. quod rarò euenit, procedatꝛ eiſdē intentionib. Sed materia exiſtente cholerica declinet regimen magis ad frigid. & humid. Sed melancholia exiſtente in cauſa notabiliter ad humid. ſed ad cal. & ad frig. ſecundum quod eſt aduſta uel non aduſta. Si uerò ſanguinis fuerit in cauſa declinet aliqualiter ad frigidū cū temperamēto paſſiuarū uel prope. In aſthmate aūt & conſtrictione anhelitus propter uapores fumoſos dominantes in corde, & ab humorib. exiſtentib. in arterijs cordis, cōfert apud Auic. phlebot. & melior eſt illa quæ ſit in latere ſiniſtro, ſcilicet, ex baſilica ſiniſtra. In cura uerò aſthmatis ex uētoſitate penes Auic. exiguntꝛ tres res, quarū una eſt reſolutio uētoſitatis cū facilitate, quod ſit cum ſubtiliatiuis notis. Et ſecūda eſt apertio oppilatiōis ut inueniat quod inobediēs eſt ex ea ad diſſoluendū meatū. Et ex eis quę conferunt ad hoc eſt inunctio cū oleo de neridē, oleo laurino, oleo rutaceo. Et ex emplaſtris iuuatiuis eſt, ut anethū, & ſampſucus, et chamęmila decoquantꝛ, & uaporetꝛ cum eis pectus & ambo latera. Et ex his quę in potu ſumūtꝛ eſt ſagenea, omoruſia, & etiā ſagapenū & oppopanacū, & ſit potio cuiuſlibet eorū aureus unus. Et q̄nq; poteſt hæc eſſe neceſſaria euacuatio cōmunis humoris à quo uētoſitas eleuatꝛ. Si uerò in cauſa ſint ulcera, & apoſtemata intendatꝛ principaliter eorū curationi, & cū hoc attendatꝛ dilatationi anhelitus, cōfortationi pulmonis ſputi prouocationi, & cæteris ſecundū quod oportet. Si uerò ſit per cōmunitatem à toto ſicut in febrib. & hydrope attendatꝛ principaliter curationi illarū dipoſitionū. Et in febrib. uapores diuertantꝛ ad extrema cū fricationib. lotionib. crurū, & huiuſmodi, et iuuetur cū aēris frig. inſpiratione. In hydrope aūt conſtrictio anhelitus uehemens ſuperueniens cū prius non fuerit eſt ſignū mortis feſtinę, cui parū proſunt remedia. Si uerò ſit per cōitatem à capite, ſcilicet, ex catarrho, elaboretꝛ in prohibēdo catarrhū, & ſecundò in faciendo ſpuere quod aggregatū eſt. Et cura patet ex ſupraſcriptis. Illius aūt quod eſt per cōmunitatem à nucha, aut neruis quod ſecūdum ueritatē eſt ſpecies difficilitatis anhelitus & nō cōſtrictionis, radix curæ eſt remotio diſpoſitionis membri cōmunicantis. Et cum hoc intēdere dilatationi anhelitus & pulmonis cōfortationi. Si uerò pēdeat à paruitate pectoris, cū talis nō ſit remouibilis beneficio medici, regēdus eſt regimine pręſeruatiuo prohibēdo catarrhos & repletiones, & nocentia pectori & pulmoni. Si uerò ſit per cōitatem à ſpōdilib. diaphragmate, pleura, epate, ſtomacho, matrice, & ſic de cæteris, radix eſt cura diſpoſitionū mēbrorum cōicantium ſi fieri poteſt. Attendatꝛ tamē dilatationi anhelitus, confortationi pulmonis, mōdificationi, et huiuſmodi ſecundū quod oportet. Si uerò pendeat à cauſis primitiuis multotiēs curatur per elōgationem ab ipſis, imò hæc ſit prima intentio, & ſecūdo remoueatur diſpoſitio in pulmone impreſſa cum cōtrarijs ſecundū quod oportet. Et ex his poſſunt patere curationes reliquarū ſpecierū malitiæ anhelitus.

DE PLEVRESI. CAP. LXVIII.

Pleureſis dicta à pleura panniculo tegente coſtas interius, ex eo quòd in ipſo fiat ſecundum plurimum. Aliter dicta briſen, quaſi pectoris apoſtema, licet propriè pleura græcè ſit coſta latinè.

Eſt enim duplex ſcilicet, uera & non uera, ſiue pura & non pura ſecundum Auic. Vera autem pleureſis

ſis ſiue pura eſt diffinitiuè apoſtema calidū in panniculis aut lacertis pectoris intrinſecis. Non uera aūt ſiue nō pura eſt apoſtema cali. in panniculo aut lacertis extrinſecis. Ex quo infertur, quòd ſi apoſtema ſit uētoſum, aut etiā ex humoribus frigidis per eſſentiam quibus nō acciderit caliditas per accidens, ſicut ſephiros purum adubeleth phlegmaticum non eſt dicēda pleureſis. Sunt enim pāniculi intrinſeci pectoris tres, ſcilicet, pleura tegēs coſtas interius, mediaſtinum diuidens pectus ſecundum longum in dextrum & ſiniſtrum, & diaphragma aliter dictum metaphrenō diuidens naturalia à ſpiritualibus, in quibus poteſt fieri pleureſis uera. Lacerti quidam ſunt intrinſeci aut mediantes inter coſtas, in quibus etiam poteſt fieri pleureſis uera, quidam extrinſeci in quibus & panniculo tegente coſtas exterius fit pleureſis non uera.

Cauſa coniuncta pleureſis ſunt quatuor humores ſcilicet, cholera frequentius ſiue ſang. choler. Deinde ſang. purus. Rarò enim phlegma. Rariſſimè melāch. Et hi quandoq; ſunt aduſti, quādoq; non, ſed ſemper ſunt calidi cū hanc pleureſim faciunt per ſe, aut per accidens per putrefactionē, aut ſaltem per aduſtionem, & propterea pleureſis ſemper eſt apoſtema cal. Verū pendens ab humoribus per ſe calidis eſt ægritudo ſecundum plurimū acuta, à per ſe uerò frigidis frequenter chronica. Cauſa antecedens ſunt humores huiuſmodi in cerebro aut membris ſpiritualibus, aut naturalibus contenti, qui ad membra ſupra ſcripta catarrhizantes, aut deriuati huiuſmodi cauſant apoſtema, concurrēte fortitudine membrorum expellentium, debilitate recipientiū, & uiarum aptitudine. Veruntamen propter debilitatē uirtutis digeſtiuæ et expulſiuæ in membris iſtis, hoc apoſt. quandoq; paulatim cōgeritur attinens tunc magis pleureſi frigidæ per eſſentiam q̄ calidæ. Cauſa primitiua eſt inordinatum regimē in ſex rebus non naturalib. & annexis in aēre præcipuè, ut in frigida, &c. Pleureſis aūt 5. modis terminatur. Aut enim reſoluitur, aut maturatur, aut putreſit et corrumpitur, aut induratur, aut permutatur. Reſolutio autem, aut eſt inſenſibilis per poros cutis, & hoc eſt rarò, aut eſt ſenſibilis, licet non propriè reſolutio dici debet cum paulatim reſudando ad pulmonem cum tuſſi expellitur et hoc frequēter. Maturatur autem cum retenta materia & non paulatim euacuatā, fit exitura & ſanies in ſinu colligitur. Sed putreſit cum à calore præter naturam materia alterata ſimul cum parte membri cirundante corrumpitur, & ſit cancrena aſcachilos, & tādem eſtiomenus quę terminatio eſt mortalis, & hæc terminatio ab autoribus non ponitur. Aut induratur per reſolutionem partium ſubtiliū, et hoc rariſſimè. Aut permutatur, & hoc multipliciter. Quandoq; enim ex approximatione repercuſſiui in principio materia retrocedit et uenas ingreditur, ibiq; ad benignum reducitur. Quandoq; permutatur ad ſuperiora, & ſit apoſtema in faucibus aut poſt aures, & hęc eſt terminatio ſalubris, aut ad cerebrum & ſit phreneſis ſecundum plurimum mortalis, aut ad neruos inducens paralyſim, aut aliam huiuſmodi paſſionem. Quandoq; permutatur ad pulmonem interdum ſubitò pręfocans ſui multitudine, quandoq; paulatim cū materia non eſt tanta, ſed uirtus deficit à ſputo, aut ex defectu ſui, aut ex læſiōe inſtrumenti, aut materię inobedientia, operatio nanq; ſpuendi duab. completur uirtutibus, quarum una eſt naturalis maturatiua & expulſiua & altera uoluntaria. Et quando non confortantur ambæ poſſibile eſt, ut deficiat à mundificando. Quandoq; eſt faciens peripneumoniam mortalem ſecundum plurimum aliquādo phthiſim inducens, aut immediatè, aut mediante peripneumonia, quod poteſt eſſe ante maturationem & poſt. Aliquando permutatur ad cor ſyncopin & mortem feſtinā faciens. Aliquādo ad empyima materia ſuper diaphragmate collecta ſecundū plurimum poſt pleureſis eruptionem, quæ ſi non mundificatur in 40. diebus à die rupturæ tranſit in phthiſim. Quandoq; permutatur reſudando ad uenam chilis & conſequenter ad ueſicam, & cum urina expellitur, quandoque ad inteſtina & ſeceſſu expellitur quę duæ permutationes ſalubres ſunt. Et cōmuniter poſt digeſtionē eueniunt. Quandoq; ad ſubaſcellas. Quādoq; ad cutim pectoris. Quandoq; ad inguina. Quādoq; ad iuncturas membrorum inferiorum ibidem plerunque faciens apoſtema quod perſæpe tranſit in fiſtulam, &c. Pleureſis autem quędam eſt in dextro latere exiſtens communiter ſalubrior, ſed tardioris terminationis, quædā in ſiniſtro minus ſalubris, ſed uelocioris terminationis, & quæ eſt in diaphrag. omnibus eſt periculoſior, & magis moleſta. Deinde in mediaſtino. Deinde in muſculis intrinſecis. Deinde in pleura. Deinde in panniculo & muſculis extrinſecis, & facta à ſang. eſt deterior, quàm à cholera ſed tardioris terminationis. Et quæ ab humoribus aduſtis & ueneno ſis perni tioſior, & à melancholia deterior, q̄ à phlegmate & tardioris terminationis. Hæc autem pleureſis habet quatuor tempora uniuerſalia, ſi ſalubris ſit penes accidētia diſtincta: ſi uerò mortalis tria, principium, aug. & ſtatum, ſed penes alterationē materiæ frequenter quatuor quandoq; pauciora: ſed hęc tempora penes accidentia & materiæ alterationē conſyderata ſecundum plurimum non coincidunt. Hāc diſpoſitionem conſequuntur hæc accidentia, inſtantia uigiliarum, & aliquādo ſubeth, ſomnia terribilia, & moleſta, & phreneſis uera aut nō uera ex uaporib. aut humoribus ad caput delatis, dolores neruorum & contractiones ſpaſmoſę his repentibus ad neruos. Syncopis, tremor cordis, & huiuſmodi ad cor delatis. Fluxus uentris, aut creticus, aut ſymptomaticus, aut ex debilitate uirtutum naturalium, aut ex irritatione materiæ, ſitis, fluxus ſang. nar. ſuperfluens & alchola, &c.

Signa quędam ſignificant pleureſim, ipſam diſtinguentia à multis paſſionibus ſibi ſimilibus, quædam eius puritatem, aut impuritatē, & conſequenter particulam patientem, quædā quòd ſalubris ſit aut mortalis, quædam cauſas ipſius, quędam tempora ipſius, quædam longitudinem & breuitatem, quædam ipſius terminationem ſiue permutetur ſiue non. Signa ueræ pleureſis ſunt quinq;. Primum febris continua propter cordis uicinitatem. Secundum dolor pungitiuus ſub coſtis quoniam membrum eſt panniculoſum. Et quandoque eſt extenſiuus propter multitudinem materiæ. Tenſio enim ſignificat multitudinem, & punctura fortitudinē in penetratione & mordicatione. Tertiū eſt conſtrictio anhelitus, paruitas & frequentia propter coarctationem factā ab apoſtemate. Quartū eſt pulſus ſerrinus cuius quidē diuerſitas au-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.125

gmentatur & egreditur ab ordine apud ſtatum propter debilitatem uirtutis & materię multitudinem, et hoc de ſtatu accidẽtium ſolo ſi pleureſis per excreationem paulatim factã termineꝛ. Si uerò ſuppuretur uerum eſt tam de ſtatu accidentiũ quàm quo ad alterationem materiæ. Quintum eſt tuſſis ſic. ſecundũ plurimum in princ. ſiue ægritudine inchoante. Deinde cum ſputo ægritudine procedente, & quandoque eſt eſt hæc tuſſis in princ. rei cũ ſputo, & eſt laudabile ualde, &c. Et quamuis pleureſis aſſimiletur apoſtemati ipſius epatis in tuſſi, febre, conſtrictione anhelitus, dolore proueniente ad panniculum cooperientem propter tẽſionem ſuſpenſoriorum eius. Differt tamen ab eo quoniam pulſus in apoſt. epatis eſt undoſus, & dolor eſt grauatiuus, pungitiuus, & facies eſt uergens ad citrinitatẽ aut aliter malè colorata, & tuſſis eſt abſque ſputo in princ. & in proceſſu, & ſecundum plurimũ urina eſt deterior, et egeſtio ſimiliter in apoſtemate epatis, & ſentitur ſecundum plurimum tumor & durities infra coſtas in latere dextro, & conſtrictio anhelitus eſt minor. Et licet etiam in pluribus ſimiletur peripneumoniæ: differt tamen, quia dolor in peripneumonia eſt grauatiuus & ualde paruus. Cõſtrictio anhelitus maxima & pulſus undoſus, multo magis diuerſus & abſq; ordine q̃ in pleureſi, et in ea poma maxillarum faciei rubent ut tinctæ appareant colore rubeo, etc. Et differt à ſirſen ſiue apoſtemate cerebri, licet in multis ſecum communicet quoniam in pleureſi cõſtrictio anhelitus, et frequentia eſt ab ipſo initio, in fine uerò alienatio, oppoſitũ enim accidit in ſirſen: eſt enim ferè incipiens cũ alienatione & poſtponitur anhelitus conſtrictio & frequẽtia, & in ſirſen eſt rubedo oculorũ, & attractio ipſorũ ad ſuperiora, & in ſirſen tractio mirach ad ſuperiora & dolor in pectore pũgitiuus, & pulſus in ſirſen eſt magnus declinãs ad raritatem, & in pleureſi paruus declinans ad frequentiam ut ſuccurrat paruitati, & in pleureſi urina multũ tincta eſt & craſſa, econtrario in ſirſen. Differt autem uera à non uera in quinq; ſignis ſupra ſcriptis. In uera enim tuſſis non eſt niſi in ultimo ſi rumpiꝛ interius, ſed frequenter rumpitur exterius, aut reſoluitur, & ſic nunquam eſt in ea tuſſis, nec etiam tanta feb. nec tanta anhelitus conſtrictio, nec pulſus ſerrinus ſicut in uera, & licet dolor ſit in utraq;, et plerunq; pungitiuus, tactus tamen in non uera leuiter premendo inuenit dolorẽ. In uera aũt minimè, & in non uera præſertim ſi ſit in muſculis adeſt pulſatio. In uera aũt minimè, cum ibi non ſit præſentia arteriarum ad hoc ſufficiẽs, ſcilicet, in panniculis. Cognoſciꝛ aũt particula patiens in nõ uera. Nam ſi ſentitur dolor in attractione aẽris eſt in muſculo dilatante. Si uerò in aẽris emiſſione eſt in lacerto conſtringente. Sed in pura ſi ſit pleura, ſentitur dolor aſcendens uſque ad furculas & ſpatulas, aut deſcendens ad hipochõdria. Si uerò in mediaſtino communicat dolor anterius uſq; ad oſſa pectoris, & fortè uſque ad collum tranſiens per medium pectoris in lõgitudine, aut dolor ſentitur poſterius communicans ſpondilib. pectoris, et accidentia quinq; ſupra ſcripta ualde intenſa plurimum perducent ad alienationem. Si uerò ſit in diaphragmate ſentitur dolor in extremitatib. coſtarum, & extremitate oſſium pectoris, ſcilicet, ubi finiunt ſpiritualia, & incipiũt naturalia, cum locus ille ſit diaphragmatis, & accidentia quinque ſupra ſcripta ſunt intenſa ualde, & eſt multum ducẽs ad alienationem. Diſtinguitur autem uera & non uera à doloribus uentoſis in pectore ex carẽtia febris in his. Et frequẽter ex doloris permutatione. Et quia dolor alleuiatur etiam ex approximatione carminantium in principio. In pleureſi aũt uera in principio ſecundum plurimum intendiꝛ, ex horum approximatione. Signa ſalutis ſunt infra ſcripta, ſcilicet, ſputum bene cõditionatum, ſcilicet, facile, uelox, plurimũ, quãtitati tamen materiæ apoſtematis proportionatum, maturum quod eſt albũ æquale, id eſt, non diuerſum in partibus, mediocris ſubſtantiæ, non fœtens neque mali ſaporis, non rotundum, hæc enim ſunt cõditiones boni ſputi quo ad digeſtionem in ſtatu, uerum in initio ſufficit ad bñ prognoſticandũ quòd ſit ſubrubeum uel ſubcitrinum uelox & facile, & in augmento medio modo ſe habeat inter hoc & illud. Sputum ſpumoſum malum, mortem enim ſignificat. Rubeũ purum, citrinum purũ, album, uiſcoſum, rotundũ, in omnibus deterius eſt nigrũ, & propriè fœtidum. Viride autem minus malum quàm nigrum et ſignificat congelationem, aut aduſtionem uehementem & putrefactionẽ inter quas fœtor & ipſius priuatio diſtinguit. Et non rotũdum melius eſt rotundo ſecundum plurimum, cum illud ſuperfluam craſſitiem ſignet, et multotiens conuerſionẽ ad phthiſim. Et ſimiliter nimis ſubtile, aut craſſum & diuerſum in partib. tardũ, difficile, paucum, malum ſignificãt. Similiter ſalſum ſuperfluè & amarum. Vrina bene conditionata bonum prognoſticatur. Et melius eſt ut tendat ad rubedinem quãdam aut citrinitatem cum craſſitie quàm ad albedinem & ſubtilitatẽ, & ſimiliter multa melior eſt quàm pauca. Econtrario urina malè cõditionata malũ prognoſticatur, & multo deterius q̃ urina bona bonũ ſignificat, ſicut urina alba tenuis aut ualde rubea, aut pauca, aut liuida, aut ſubiugalis, aut nigra, aut uiridis ſine hypoſtaſi, &c. Hæc omnia maximũ malum prognoſticantur & frequenter mortem. Vrina ſanioſa ſecundũ plurimũ bona ſignificãs pleureſis criſim laudabilẽ. Egeſtio bñ cõditionata bonũ, malè cõditionata malũ, et ualde deterius q̃ bona ſignificat bonũ. Et ſecundũ plurimũ melius eſt ut uẽter declinet ad ſtipticum quàm ad lubricum. Fluxus enim uẽtris ſecundũ plurimum malus in principio, cum multitudine materiæ. In proceſſu aũt ſecundum uirtutum naturalium ſtomachi & epatis defectionem ſignificat, licet quãdoq; cum alijs bonis ſignis prædigeſta materia bonam criſim ſignificet. Egeſtio ſanioſa ſecũdum plurimum bona, ut ſupra de urina. Sudor bene conditionatus aliquãdo bonum, & propriè cum ſequiꝛ alleuatio, malè aũt conditionatus malũ ſicut frigidus fœtẽs. Sudor diaphoreticus malus. Sudor ſequẽs anhelitus conſtrictionẽ malus, fluxus ſang. narium aut hæmorrhoidalis, aut ex matrice bonus & laudabilis. Febris intenſa multum, malum ſignificat, econtrario ipſius remiſſio. Frigiditas extremitatũ cum caumate intrinſeco mortalis rubedo faciei ſuperfluũ malũ, ſed deteriorẽ ſuperflua liuiditas, & color ſicut mortui. Facies tornatilis mortalis, Ariditas linguæ, citrinitas et nigredo malũ. Pulſus paruus, debilis, frequens, multum durus, & diuerſus, malum, nimia anhelitus conſtrictio & frequentia. Intenſus dolor, & propriè tendens ad poſteriora, ſimiliter ſuperfluæ uigiliæ &

ſubeth

ſubeth malum. Econtrario ſomni incolumitas bonũ mentis alienatio peſſimum, paruitas ſitis bonũ. Tremor ſub thorace in pleureſi ſignificat commixtionẽ rationis propter cõmunitatem diaphragmatis cum cerebro. Ex ſignis malis eſt ut profundentur exituræ procedentes à pleureſi abſq; ſedatione feb. & non ſit ſputum bonum, ſignificat enim mortem propter reditionem materiæ ad profundum. Et cum in pleureſi nõ eſt ſputum ualde malum, niſi ibidem modicum ſit de materia: ſignificat enim aut debilitatẽ uirtutis, aut quòd eſt mala aut fraudulenta. Inquit Hippocrates, multotiens eſt ſputum bonum facile, ſimiliter & anhelitus, & reliqua ſigna ſunt mortalia ſicut illa in qua, ſcilicet, dolor tendit ad poſteriora, & eſt eius dorſum ſicut dorſum uerberati: ſi tamen pertranſit ſeptimum, ut plurimum euadit. Et quando adeſt ſputum diuerſarum materierũ aquoſum, deinde dolor ſit uehemẽtior moritur ſatis cito, aut ſi non cito moritur, ſanatur. Et quando ſequitur pulſatio à furculis extenſa uſq; ad crura, & eſt urina aquoſa et nõ eſt ſedamen, nec ſputum, nec alia euacuatio, eſt mortalis propter declinationẽ materiæ ad caput. Si autem pertranſit ſeptimũ ſanaꝛ, & ut plurimũ cũ pleureſis ualde acuta pertranſit ſeptimũ ſanaꝛ. Conferẽtia medicaminũ & ægri bona toleranda bonum, contraria uerò malũ.

Signa harum. Cum nõ eſt ſputum, aut eſt ſputum ſubtile, aut paruum, aut id quod nominaꝛ ſaliua tũc eſt principiũ principij. Cum uerò ſubrubeũ aut ſubcitrinum, tunc eſt finis principij. Et cum augmentãtur accidentia & ſputum, & incipit remoueri à ſubrubedine aut ſubcitrinitate in albedinem, tunc eſt augmentum. Et cum ſputum iam eſt album æquale plurimũ, &c. & accidentia remittuntur, tunc eſt ſtatus quo ad alterationem materiæ, declinatio quo ad accidentia. Et cum ſputum minuitur uel incipit minui, accidentia remitti notabiliter tunc eſt declinatio. Cumq; ſputum totaliter remouetur & ceſſant accidentia, iam cõpletur declinatio. Ex his inferꝛ, in ea pleureſi, quę terminatur per paulatim factam euacuationem, tempora accidentium & materiæ non coincidere. Imò augmentum reſpectu materiæ comprehendit augmentum & ſtatum accidẽtium. Et ſtatus & declinatio reſpectu materiæ comprehendit declinationem accidẽtium. Secus in ea quæ terminatur ad maturationem, coincidunt enim ſecũdum plurimum utraq; tempora: tunc enim eſt declinatio cũ eſt perfectè matura, & tũc iam remittunꝛ accidẽtia. Et tu ex his concipe tempora quãdo alijs modis terminanꝛ. Speculatio enim huiuſmodi confert ad curã. Si enim termineꝛ ad putrefactionẽ. tũc eſt princ. cũ parũ ſpuit aut indigeſtũ. Cumq; ſputũ augeꝛ & incipit fieri liuidũ eſt augmentum reſpectu materię & accidentium. Cumq; multiplicaꝛ, aut eſt iam uiride, aut nigrũ, eſt ſtatus reſpectu materiæ & accidentiũ cui nõ ſubſequitur declinatio.

Signa cauſarum ſumunꝛ ex colore ſputi, ex dolore, ex febre, ex paroxyſmis febris, cõplexione & habitudine, tẽpore anni, & ex regimine pręcedente. Cum enim ſputum eſt rubeum aut ſubrubeum eſt ex ſang. Cum eſt tendẽs ad citrinitatem eſt ex cholera. Et cum albũ non exiſtente adhuc digeſtione facta eſt ex phlegmate. Et cũ eſt tendẽs ad nigredinem & plumbeitatem non propter putredinem aut cauſam extrinſecã eſt ex melanch. Si aũt colores ſint mixti, tũc humor eſt mixtus. Ex dolore, quia ſi dolor eſt aſcendẽs, tunc eſt ex humorib. calid. Si deſcendens, eſt ex humorib. frig. Et minor eſt dolor ex frig. q̃ ex calid. Et magis pungitiuus ex cholera, ex alijs fortè magis extẽſiuus. Ex febre, quia maior feb. eſt ex cald. q̃ ex frig. Sed ex paroxyſmo, unicuiq; enim humori ineſt periodus quę ſibi conuenit 1. quart. cap. de feb. apoſtematum: Afflictio ſang. ferè uniformis. Phleg. motus quotidianus incipiens uerſus ſerò. Choleræ de tertio in ter. incipiens in manè. Melanch. de quarto in quar. incipiens in ueſperis. Ex cõplexione & habitudine, quia pleureſis proportionatur ſecundum plurimum complexioni. Et ita ex regimine pręcedenti & temporib. anni, quia in uere magis à ſang. & ab omnib. humorib. ſimiliter. In æſtate uerò magis ex cholera. In hyeme uerò magis ex phlegmate. In autumno uerò magis ex melãch. & ex humorib. aduſtis. Et tu omnia ſigna conſydera & adinuicem compara. Signa reſolutionis. Cum terminaꝛ nulla apparente manifeſta euacuatione gradatim tamen procedens per tẽpora quo ad accidentia tunc reſoluitur. Si autem terminatur per paulatim factam euacuationem cum ſputo uſq; ad finẽ quod eſt ſecundũ plur. in uera, tũc eſt quia pulmo paulatim recipit materiã, quæ ab apoſt. deciditur ſua ſpõgioſitate cũ pectus conſtringiꝛ. Et ſic trãſit materia de uenis paruis ad magnas, & de magnis ad maiores, donec deueniat ad tracheã arteriã, ſiue truncum magnũ eius exiſtentẽ in collo, et tandẽ expelliꝛ ad extra coadiuuãte tuſſi, & tandẽ raſcatione cõcurrentib. etiam uirtutib. naturalib. maximè digeſtiua et expulſiua. Si aũt materia retrocedat ex approximatiõe repercuſſiui, aut propter phlebot. aut aliam cauſam, & materia uenas reingreſſa ad benignum reduciꝛ, cognoſciꝛ, quia poſt principiũ non uideꝛ ſequi aliud tẽpus. Si aũt terminaꝛ ad putrefactionẽ ſputum apparet liuidum, et tandem uiride & nigrum multũ fœtẽs cũ reliquis ſignis malis, & magno anhelitus fœtore. Si uerò induretꝛ ceſſat febris, nec apparet aliqua euacuatio manifeſta niſi diminuta, ceſſat dolor, præſertim pũgitiuus et extẽſiuus, ſed remanet dolor grauatiuus & ſerrinitas pulſus, & anhelitus conſtrictio minuitur ſed non auferꝛ, et diu remanet ſecundũ hunc modum & ita multũ chronica efficiꝛ. Si aũt tranſit ad cancrũ, augebitur feb. aut ſaltem nõ minuitur, & ſequitur dolor quidam fulmineus cum grauedine, & ſi ulcerabitur, emittitur per ſputum uirus nimium fœtẽs. Si uerò permutatur ad aliquod membrũ puta caput, apparebit urina tenuis alba cũ mentis alienatione, & ut plurimũ uẽter reſtringiꝛ. Si uerò ad pulmonẽ ut faciat peripneumoniã ceſſabit dolor lateris, et cõſtrictio anhelitus augebiꝛ, & febris, ſubſequẽter accidẽtia reliqua peripneumonię, de quibus infra. Si aũt ſui multitudine ſuffocet ſubitò oppilãdo meatus pulmonis, apparebit ultima anhelitus cõſtrictio, ſubita pulſus, ſcilicet, uehementis diuerſitas, rubedo faciei cũ nigredine, ſudor plurimus, oregmõ multus in reſpiratione, et anhelitu ſuccedẽtes. Si aũt poſt peripneumoniã ruptam remanebit ulcus in pulmone, aut ipſa materia quæ paulatim tranſit per pulmonem ulceratum, tunc res efficiꝛ chronica & apparebunt ſigna phthiſis Si autem permutetur ad cor, apparebit pulſus & tremor cordis, & pulſus uehementis diuerſitatis: non tamen cum ultimata anhelitus cõſtrictione, & tandem

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.126

ſyncopis et mors feſtinã. Si aũt permutaretur ad neruos, apparebit aliqua neruorũ ægritudo, ut ſtupor, tremor, ſpaſmus, paralyſis, etc. cũ alleuiatiõe doloris ſine manifeſta euacuatione. Et quando cõſtrictio anhelitus ſit uehemens & febris non ſit fortis, eſt ſignificatio ſpaſmi iam inchoantis. Si uerò permutet̃ ad fauces ad ſubaſcellas, ad inguina, ad iuncturas, & ad alia membra extrinſeca cognoſcitur ex tumore & dolore illius membri ad quod terminantur, & ex mitigatione doloris in loco pleureſis, aut ex ſedatione cæterorum accidentiũ eius. Si uerò maturetur cognoſcit̃, quia ſputum non eſt uelox facilè copioſum, nec mundificatur in 14. dieb. & dum maturatur uehemens ſit dolor, febris et ſiccitas linguę, alienatio, & difficultas, & anhelitus conſtrictio, & eius duplicitas apud dilatationem cum paruitate, & etiã tuſſis ſine ſputo propter materiæ inobedientiam & ſpiſſitudinem uelaminis & uirtutis debilitatem. Cum uerò facta eſt collectio quieſcunt feb. & dolor, & auget̃ grauitas. Cumq; rumpitur accidit tremor diuerſus & dilatatur pulſus cũ diuerſitate ſui, & cadit uirtus & debilitatur anhelitus, & multotiens accidit feb. uehemens, quia materia mordicat membra ad quæ effundit̃ aut per quæ tranſit. Sed poſt rupturã ſi non mũdificatur in quadraginta diebus à die rupturæ perducit ad phthiſim. Et ruptura ſanioſi in die 7. uel ante, rarò euenit, ſed ſecundum plurimum tardatur eruptio uſq; ad 40. aut 60. Et quanto plus fuerint accidentia collectionis uehemẽtiora, erit eruptio uelocior, & quanto plus fuerint leuiora, erit eruptio tardior, & propriè feb. exiſtẽs de ſumma accidentiũ & ſimiliter dolor. Et quando apparent accidentia fortia cum cõſtantia uirtutis, nec alia euacuatio manifeſta ſufficiẽs, tunc nihil timeas: eſt enim eorum euentus cauſa collectionis nõ propter aliã cauſam. Si uerò uirtus erit debilis & materia multa, ſubitò moritur propter ſuffocationem et reſolutionem caliditatis innatæ. Si uerò uirtus fortis aut materia non tantæ quantitatis accidit in primis debilitas manifeſta fortè cum lipothymia aliqua ſyncopi, & eſt pulſus debilitatus, tardus, dilatatus, & rarificatus propter reſolutionẽ uirtutis cum euacuatione & extinctione calid. innatæ, & accidit tremor quem ſequit̃ feb. cauſa mordicationis factæ à materia corrumpẽte. Deinde materia quieta in cõcauitate pectoris ſequitur quibuſdam diebus alienatio, cum grauitate tamen manifeſta ſuper diaphrag. deinde malignata materia & nocumento cõmunicato pulmoni, & membris circunſtantib. creſcunt accidentia tuſſis feb. inquietudo, defectio uirtutis, appetitus, etc. Et cũ uideris ęgritudinem ſedari ſine ſputo, tunc minuitur materia cum urina aut ægeſtione, & ſic apparebit aut urina craſſa, aut fluxus uentris materiæ chol. ſubtilis, aut alia manifeſta euacuatio. Quòd ſi nihil ex his apparet, & uideris tenſionem ad mirach. hypochũdria & cutem, cum grauitate indicabit exituram apud inguina & crura, quod eſt uehemens ſignificatio incolumitatis & euaſionis, &c. Longitudinem aut breuitatem pleureſis, ſiue longinquitatẽ aut propinquitatem ſtatus, quod idẽ eſt ſiue ſalubris aut mortalis declarãt ægritudo ipſa, cauſa eius, particula patiẽs, ætas, complexio, tempus, regio & accidẽtia eius. Ægritudo ipſa ſe acutam cõmuniter oſtendit, eſt enim ut plurimum media inter peracutas & tropicas, eius enim ſtatus eſt communiter circa ſeptimum & terminatur frequenter in decimaquarta aut ante: ſi uera pleureſis ſit, frequenter tamẽ cũ non eſt uera pleureſis, aut ſi uera eſt ex humore frigido per eſſentiã, eſt ex genere tropicarũ, aut chronic. & ſic cauſa eius, ipſius ſtatũ declarat: eſt enim breuior ex choler. ꝙ ex ſang. & ex ſang. quàm ex phleg. et ex phleg. breuior quàm ex melancholia omnium ſemper paritate ſuppoſita. Particula etiam patiẽs ſi ſiniſtra fuerit, cordi propinqua, ſtatũ propinquiorẽ oſtendit, & cõmuniter quãto particula eſt nobilior, cæteris parib. tanto ſtatus uelocior. Ideo uelocior eſt ſtatus cũ eſt in mediaſtino, aut in diaphragmate quàm in pleura & maximè cum eſt mortalis. Ætas uerò, cõplexio, regio, tempus, anni ſi calida ſint, abbreuiant: ſi frig. ſint prolongant. Accidentia uerò eius quãto uehementiora fuerint tanto ſecundum plurimum ipſam breuiorẽ ſignificant, & propriè ſi ſit mortalis. Ecõtra uerò quanto remiſſiora tanto longiorem ipſam ſignificant, niſi ex materiæ paucitate ipſiusq; benignitate prouenit, quod rarò eſt, & per accidentia intelligo febrem, conſtrictionem anhelitus, dolorem, alienationem, inſtãtiam uigiliarum, inter cętera tamen ſputum eſt efficax ſignum longitudinis aut breuitatis. Si ergo in prima die expuerit aliquid ſubrubeum aut ſubcitrinũ, aut ſpumoſum maturitati attinens, licet non maturum ſperãdum eſt ut maturetur in quarto, & terminet̃ in ſeptimo. Si autẽ non expuerit in die primo, nec maturat̃ uſq; ad quartum, ſed in quinto aut circa tunc terminabitur 11. aut 14. Si aũt non expuit niſi poſt quartum, & quod expuit ſit attinens maturati, tũc terminatur circa 20. Si aũt non ſit maturitas, tunc res prolongat̃ uſq; ad 24. aut ſupra, ſi cum fiducia adſint bona ſigna uirtutis, ętatis, & appetitus, & bonæ tolerantiæ, quibus deficientib. ęger deficiet in uia. Si aũt non expuit uſq; ad 7. aut expuat aliquid in quo nõ appareat ueſtigiũ maturationis, ſi ſit uera pleureſis et materia acuta, ut plurimũ morit̃ ante 14. ſi uirtus ſit debilis. Si aũt uirtus ſit fortis, deſyderia bona, ſomnus incolumis, & anhelitus, urina matura, etc. tranſiet 14. ſed morietur poſt illum, quoniã uirtus nõ eſt tãta ut poſſit expectare uſq; ad 40. & 60. in quib. ſecundũ plurimũ eſt hora criſis. Et quandoq; ex ſputo & cæteris indicamus ægritudinem terminandam in 14. Deinde apparebit ſputum nigrum aut uiride, aut aliquod ſæuum accidens & moriet̃ in 7. Non uera aũt pleureſis ex materia acuta, & ętiam uera pleureſis ex materia nõ acuta poteſt terminari etiam poſt quartum diem, tam ad bonum quàm ad malum. Si uerò pleureſis ex materia acuta non tranſit, ſcilicet, 30. diem niſi ſit recidiuatio, &c.

Signa prognoſtica quibus temporib. ætatibus, cõſtitutionibus multæ pleureſes & peripneumonię uẽturæ ſunt. Horũ ergo quædã ſumuntur à corporib. cœleſtibus, quorum conſyderatio pertinet aſtrologo. Quędam ab ętatibus, temporibus anni, aëris impreſſionibus, quorum cõſyderatio medico pertinet. Ratione ergo ætatis fræquentius accidit primis ſenibus, quàm his qui in alijs ætatibus conſtituti ſunt, ſcilicet 25. annis uel circa uſq; ad 70. annũ. Et in hyeme frequentius quàm in alijs, & in conſtitutione boreali frig. & ſic. quàm in auſtralib. aut in cæteris. Quando enim fuerit hyems borealis notabiliter frig. & ſic. tẽpus uerò præcedens auſtrinum & pluuioſum hye-
me

me pleureſes & peripneumonias expectare oportet.

Cum aliquis ſub coſtis ſuis dolorẽ ſentit pungitiuũ, & propriè quãdo ſiccam patitur tuſſim & febrim, expedit, ut ſi dolor ſuper partem coſtarum & furculam tendat, fiat minutio ex baſilica eius partis in qua eſt dolor. Niſi totum corpus multo ſang. repletũ fuerit: tunc enim ex latere contrario ſang. detractio faciẽda eſt. Ægritudo quoq; ſi iam per aliquos dies infeſtauerit ægrum à principio ſui phlebot. à parte dolente faciẽda eſt. Quòd ſi dolor inferius ad partem coſtarum poſteriorem tendit, uẽter ex decoctione quam in cap. de rheumatiſmo deſcripſimus, eſt ſoluendus. Melius tamẽ eſt ut phlebo. fiat, deinde aqua hor. cũ ſacch. aſſiduè tribuatur. Et ſi uideris tuſſim eius uehemẽtis ſiccitatis, da ei in diluculo omni die de iulep, deinde da ei in potu aquã hordei, & ſi æger fuerit debilis nutriatur cum pane de ſacch. Si autem fortis fuerit, aqua hord. uſq; ad diẽ quartũ ſufficiat. Quandoq; ſcreare cœperit decoctionẽ quã in cap. de rheumatiſmo nominauimus, quotidie ſumat, antequam aquã hord. bibat donec ſanetur. Si autem feb. & acuitas perſeuerent, & æger in excreatione difficultatẽ patiatur, detur decoctio quã in cap. de aſthmate nominauimus, quod ſimiliter eſt faciendum cum ſaniei ſit excreatio. Quòd ſi in princ. paſſiõis quod excreatur, nigrum, aut ualde citrinum apparet, et ſic permanſerit, & feb. non quieuerit, nec calor uſq; in diem ſeptimũ, timoroſum eſt. Et ſi cum hoc toto aeris attractio non alleuiatur, & in pectore affuerit oregmõ, aut in maxillis rubedo et in oculis labor eſt morti propinquus. Si aũt exterius in latere apparuerit rubedo, aut appoſtematio & cũ premitur locus dolet, ponatur deſuper uentoſa, aut emplaſtrũ ex ſinapi & ficubus, & dimittatur ibi donec locus ulceretur. De his uerò quæ ex errore ſtolidorum ad augmentũ nocumẽti accidunt hãc ægritudinem patientib. eſt quòd cũ dolor ſentitur in principio ſub coſtis, exiſtimant craſſam fore uẽtoſitatem, ideoq; electuariũ diamuſcum, aut eis ſimilia ægro tribuunt eumq; interficiũt, hæc paſſio uocatur birſen, cuius cauſa eſt apoſtema quod oritur interius ſub coſtis hypochondriorum.

Diuiditur hoc cap. in partes octo. In prima notificat pleureſim. In ſecunda ibi. Expedit ut ſi. Curat per euacuationem. In tertia parte ibi. Deinde aqua hord. Curat per digeſtiua conuenientia in princ. cum tuſſis eſt ſic. In quarta parte ibi. Et ſi æger fuerit debilis. Curat per dietã. In quinta ibi. Quãdoq; ſcreare cœperit. Curat per digeſtiua & mũdificantia cum ſputo, cum tuſſis eſt hum. In ſexta parte ibi. Quòd ſi in principio paſſionis. Ponit ſigna malæ pleureſis, & ſecundũ plurimũ pernicioſę. In ſeptima parte ibi. Si aũt exterius. Ponit curam pleureſis, quæ exterius ad cutim permutatur. In octaua ibi. De his uerò. Docet euitare errorẽ plerunq; medicis contingentem. Quæ dicit in prima parte nota ſunt, & uos ſupplete reliqua duo ſigna generalia pleureſis, ſcilicet, pulſum ſerrinũ, & anhelitus conſtrictionẽ. In ſecũda parte curat per phlebot. baſilicæ eiuſdẽ lateris corpore nõ exiſtẽte repleto. Sed ipſo exiſtẽte repleto. Primò, per phlebot. baſilicę cõtrariæ partis uel lateris oppoſiti in princ. Secundò per phlebot. baſilicæ eiuſdẽ lateris in augmẽto quæ phlebot. maximè cõueniunt dolore aſcendẽte ad furculã & coſtas ſuperiores. Sed dolore deſcendẽte ad coſtas inferiores docet ſoluere uentrem cum medicina lenitiua ſuperius deſcripta in cap. de catarrho, ſed tamen abſoluiè, ſiue dolor aſcẽdat ſiue deſcendat magis laudat phlebot. ꝙ pharmaciam. De his tamẽ inferius dicetur quantum eſt opportunum. In tertia parte digerit in pric. cũ aqua hord. exhibita frequenter. Sed ubi tuſſis ſit omnino ſine ſputo, dat in diluculo, id eſt, ante ortum ſolis per unã horã aut duas, iulep ſcilicet, factum de aqua cõmuni cũ multo ſacch. deinde per duas horas poſt dat aquam hord. ad educendum quod per iulep eſt abſterſum, et cum hoc ad infrigidandum & humectandum. Credo tamen aquã hord. cũ ſacch. utranq; intentionem complere. In quarta parte cibat pleureticum debilem cum panata ſach. ſed melius eſt ut panis ſit lotus ter aut quater. Fortem uerò cibat cum aqua hord. ſola uſque ad quartum diem, ſcilicet, uſq; ad ſtatum accidentium incluſiuè. Sed conſulo ut tẽporib. noſtris utatur ptiſana hord. ſubtili cum ſacch. In quinta parte digerit & mundificat cum iam ſcreatus incœperit, ſed nota ſunt omnia: tñã materia exiſtẽte calidiori & ſubtiliori exhibet primò, ſcilicet in diluculo decoct. dictã in cap. de catarrho factã, ſcilicet, ex ficub. citrin. numero 5. iuiub. numero 10. ſeb. numero 20. paſſul. ʒ. 10. liquir. ʒ. 5. coquantur uſque ad diſſolutionem, & colentur, ſcilicet in 3. ℔. aquæ, et dentur ex hac omni die ℥. 3. cum 5. ʒ. murabo. uiol. & ſacch. uiol. et per duas horas poſt det aquam hord.
ad

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.127

ad lauandum infrigidandum & humectandum, ſed materia exiſtente frigid. & craſſiori, & digerit, & mūdificat cū decoctiōe dicta in cap. de aſthmate facta, ſcilicet, ficub. dactyl. ſem. apij, &c. Sed hæc ſola in potu exhibeatur ſine electuario quod iubet adminiſtrari. Quæ dicit in ſexta parte ſunt nota ex ſuperius dictis. Similiter quæ dicit in ſeptima, ponūtur enim illa ad iuuandum naturā in expulſione materiæ ad exteriora: illud autem emplaſtrum ex ſinapi & ficub. deſcribiť à Meſue in ſuo antidotario. In ultima parte admonet medicum ut non properet ad curam niſi prꝩcognita ægritudine, & quæ dicit non ſunt hipochondria, quæ ſunt partes uentris laterales ſuperiores, ſed ilia, partes uentris laterales inferiores.

Cura pleureſis duplex exigit regimen, ſcilicet, tentatiuū & curatiuū. Regimen tentatiuū eſt quo nobis acquiritur notitia, ſcilicet, an ſit pleureſis, an dolor uētoſus, quòd quia ſecundum plurimū medicis & mediocriter exercitatis innoteſcit, rarò eſt opus hoc regimine. Verum Meſ. ut apparet ex proceſſu ſuæ operationis non ſolum uentoſitatē, ſed etiam humorē intēdit reſoluere ſi paucus ſit, ita ut excuſemur à tranſeundo ad aliud genus curationis. Cōpetit ergo materia exiſtēte pauca & apta per poros cutis reſolui. Tutius aūt eſt primò incipere à calefactorijs humidis ex quibus eſt philtrū ſiue ſpongia in aqua cal. infuſa & optimè expreſſa, & petia linea ſubtiliſſima circumuoluta, & toti loco dolēti applicita, & bis aut ter iterata ſemper poſt infuſionem ipſius in aqua calida, & optima expreſſione, & circūuolutione cum petia ſicca, & hoc ſi uideremus ipſius conferentiā. Si aūt dilatata materia dolor augereť. ab hac operatione deſiſtendū eſt, et ad curam pleureſis procedendum ut infra. Debet aūt ſuper loco remanere tanto tēpore uidelicet, donec calor ipſius tepeſcat, et deinde reinfundi in aqua calida, ut ſupra quod aptius fieri poterit ſi duæ ſpongiæ aut duo philtra habeantur huic operationi deſeruientia: una enim remota quàmprimū altera ſuperponi poterit et apponatur debitè calida, ſed non acutè ſiue intenſè. Et conueniens ad hoc eſt ſacculus ex furfuribus frumenti magnus ſecundum loci dolentis quantitatē bullitū in aqua, leui ebulitiōe & loco dolenti poſt ipſius fortem expreſſionē applicitus, & ſecundū neceſſitatem reiteratus ut ſupra, & his efficacior eſt ſpongia ſiue philtrū infuſum in aqua decoct. infraſcriptæ. ℞. altheæ, ℥. 1. maluarum M. 1. ſem. lini, ℥. s. florum chamæmil. melioti, anethi, añ. M. 1. radices lotæ & non abraſæ extracto ab ipſis meditullio bulliant ſimul cū reliquis medicinis in aqua fluuiali quantum ſufficit, uſq; ad ſufficientē decoct. maluauiſci, & fiat ut ab initio dictū fuit. Paritaria quoq; cū oleo in patella mortificata, et loco dolenti ſuperpoſita eſt ad hoc efficax, & reiteretur ſecūdum neceſſitatem ut ſupra. Et ex ſiccis autem uaporatorijs eſt ſacellatio facta ex milio, ſale aut furfure debitè calefactis & applicitis, ut ſupra. Et ſi uoluerimus calefactoria media inter ſicca & humida aſpergimus res ſupraſcriptas, cū eas caleſecimus uino aut aqua, aut aceto, aut ex his ſimul mixtis: deinde in ſacculis ponemus aut prius ex his faciemus ſacculos quos calefaciemus ſuper lateribus calid. aſperſis cum ſupraſcriptis, aut ipſos ſacculos infundemus in huiuſmodi debitè cal. & poſt ſufficientem expreſſionem applicabimus, ut ſupra. In reſoluendo autem cū his calefactorijs ordo ſeruandus eſt, ut ſecundum plurimum ab humid. inchoēmus, & à debiliorib. gradatim procedentes ad fortius reſoluētia habito ſemper reſpectu ad materiam reſoluendā, ut ſi ſubtilis ſit, aut craſſa, poſita in ſuperficie, uel profundo, humid. uel ſic. cal. uel frig. In materia enim ſicca ſiue cholerica, ſiue melancholica, melius eſt cū humidis procedere. In materia autem humida, ſiue phlegmatica, ſiue ſanguinea, audacius cum ſiccis. In materia craſſa, cum humidis primò tandem ad ſicca procedentes: in ſubtili aūt cum ſiccis, ad reſoluendum materiam profundā fortius reſoluentib. indigemus q̄ ſuperficialem. Cauendum tamen eſt ne uapor ex uaporatorijs conſurgens ad nares ægri pertingat: debilitatem enim & triſtitiā generat, & anhelitus neceſſitatem, & fortem conſtrictionem. Cum ergo ex ſententia operationis noſtræ dolor quietatur notabiliter, aut in totū euaneſcit excuſati ſumus à tranſeundo ulterius. Si uerò dolor nō minuitur notabiliter aut fortè augetur, ad curam ueræ pleureſis procedendum eſt.

Cura ueræ pleureſis octo exigit intentiones curatiuas ubi per reſolutionem inſenſibilē aut paulatinam excreationem terminetur ſicut ſecundum plurimum eſt in ſalubrib. Prima lenit uentrem ſi fuerit conſtipatus. Secunda minorat & diuertit cauſam antecedentem phlebotomia, aut uentoſatione huic proportionata, aut pharmacia, aut alijs generib. diuerſionum. Tertia repercutit cauſam antecedentem ne tranſeat in coniunctam. Quarta digerit tam cauſam antecedentem quàm coniunctam. Quinta, eradicat cauſam antecedentem. Sexta, digerit cauſam coniunctam, & eā ad ſputum habilitat, abſtergit, & mundificat, & inſenſibiliter reſoluit, ſi uideať pleureſis poſſe per hāc uiam terminari. Septima, accidentia corrigit. Octaua, ordinat debitū regimē ſecundū exigentiā intentionum.

Ventris lenitiuum iuxta primam intētionem. ℞. decoct. hord. maluarū matrum uiol. blitis ℥. 15. flor. caſſiæ. ℥. s. olei uiol. ſi pleureſis uideatur cholerica aut ſang. ℥. 4. ſacchari albiſſimi, ℥. s. ſalis communis, ʒ. 2. miſce & fiat clyſtere. Si uerò uideať phlegmatica, aut melanch. dimittantur matres uiol. & addatur mercurialis, & furfur, & ſemen lini, & oleum commune, & uitellum oui, & puluis ſacchar. & cum cæteris poſitis in alio clyſteri & fiat clyſtere. Si autem uenter fuerit lenis non eſt opus hac prima intentione.

Phlebotomia minoratiua & diuerſiua cauſæ antecedentis iuxta ſecundam intentionem ſi materia peccans ſiue faciens pleureſim fuerit ſanguis ſolus, aut ſaltem à prꝩdominio, uirtute, & cæteris ad hoc conſentientibus fiat quàm citius eſt poſſibile, præmiſſa ut ſupra, uētris lenitiōe ſi expedierit ſanguinis minutio ſatis copioſa. Sed ex qua parte debeat fieri apud medicos modernos eſt multa altercatio cū quidā ſolummodo ex ſaphenis, quidam ex baſilica contraria dicāt in principio eſſe phlebotomandum, & omnes ſe ſuis tuentur rationib. & experientijs, & proſperis uel aduerſis ſucceſſibus, quorum rationes omitto.

Sed pro parte mea hanc uiam ſequar quam nunc ſubſcribam, Solum in quatuor caſibus mihi uidetur eſſe facienda phlebotomia de ſaphenis à principio principiante. Primus, quando corpus eſſet multum repletum, & materia peccans ueriſimiliter multa. Secundus, quando eſſet uenenoſa, aut uenenoſitati attinens,

& multum corrupta & putrida. Tertius, quando timeremus raptū ipſius ad membra ſuperiora, ſcilicet nobilia. Quartus, quādo proueniret aut cum ea adeſſet retentio alicuius euacuationis conſuetæ à mēbris inferioribus, ſicut retentio menſtruorum, ſanguinis hæmorrhoidalis, conſolidatio ulcerum crurum antiquorum, laqueatio uenarum.

Sed in cæteris caſibus omittēda eſt. Quid enim cōfert phlebot. ſaphenæ in pleureſi facta per uiam paulatim factæ cōgeſtionis, aut etiam per uiam defluxus ubi membrum mittens eſſet epar, aut ab epate ſupra, nam ab epate infra non eſſet materia peccans, cum nō euacuet hæc phlebot. niſi ab epate infra quarta primi cap. de phlebotomia. Præterea ubi materia eſſet pauca & corpus inanitum, nec eſſet conueniens reiterare phlebotomiā, nōne præſtātius eſt ex brachio phlebotomare, prꝩterea phlebotomia pedum multo plus debilitat, quàm phlebotomia brachiorū. Stante ergo pari utilitate, ſcilicet utriuſque tutius eſt ex brachio phlebotomare.

Non ergo niſi in quatuor caſib. ſupraſcriptis eſt facienda phlebotomia ſaphenæ. Et debet fieri ex ſaphena eiuſdem partis niſi in repletione modum excedēte in quo caſu uult Meſue fieri ex ſaphena oppoſita. Sed fortè melius eſſet phlebotomare utraſque ſaphenas ſimul incipiendo à contraria, & poſt ipſam phlebotomeť uena baſilica oppoſita in latitudine niſi fortè materia exiſtēte uenenoſa aut ualde corrupta, & timeremus ipſam trahere uerſus cor phlebotomando baſilicam ſiniſtram, in hoc enim caſu fortè melius eſſet phlebot. baſilicam eiuſdem lateris præcedente phlebot. ſaphenæ. Sed poſt phlebot. baſilicꝩ oppoſitæ docet A. phlebot. communem eiuſdem lateris oppoſiti, quod uerū eſſet in maxima repletione ubi ſcilicet eſſet neceſſariū multiplicare tot phlebot. diuerſiuas, quod rarò euenit, cū nō ſit reiterāda phlebot. niſi ex magna cauſa ne materia congeletur, in cæteris autem caſibus prꝩter ſupraſcriptos notabili exiſtente repletione debemus incipere à phlebot. baſilicꝩ oppoſitꝩ communiter uſq; ad 3. dies incluſiuè, ſed in prima et ſecunda die melius eſt ex manu, in tertia ex brachio, & deinde ſi expedit ex baſilica eiuſdem lateris phlebotomamus. Si uerò pauca eſſet repletio, aut iam tranſiuiſſet tertia dies, melius eſt phlebot. baſilicam eiuſdē lateris. Sunt tamen imaginabiles caſus in quibus nullo modo cōpetit phlebot. Vt pura in pleureſi ex cholera pura multum diſtante à natura ſang. nec apta educi cum ſang. & corpore exiſtente multū cholerico in quibus euacuādo ſang. timeremus choleram furere. Et ſimiliter in phleg. puro, & corpore phleg. ne perduceremus ad humorum cruditatē. Sed quia humores non ſunt puri cōmuniter, imò permixti cum ſang. aut apti educi cū ſang. Et quia cōmuniter omnes humores phlebot. euacuat, cū omnes in uenis cōtineanť, propter hoc ferè ſemper in pleureſi & cꝩteris apoſt. intrinſecis facimus phlebot. nō tamē ſic facimus in febre, cū cōmuniter humores faciētes feb. ſint magis ſimplices nec opus ſit in feb. ſic diuertere ſicut in apoſt. optimū autē diuerſiuum eſt phlebot. &c. Si autem phlebot. non poterimus aut ratione ætatis aut debilitatis aut quauis cauſa cum uentoſis ſupplendum eſt appoſitis in narib. aut in curuaturis genuū, etiā aliquādo cholera aut alio humore multum dominante opportebit præmittere ſolutionem, & deinde ſang. minuere. In pluribus tamen præſtantius eſt primò minuere, cum phlebot. ſit omnium humorū euacuatiua & optimè diuertat, quæ plerunq; ſola ſufficiet, ubi alij humores non ſint in cauſa, ſed ſit copioſa iuxta quantitatem repletionis & tenorem uirtutis & alia quæ phlebot. cōſentiunt aut diſſentiunt &c. Si autē alij humores peccent cum ſanguine, eſto quòd ſint prædominantes aliquantulum fiat primò phlebotomia ſed minus copioſa, deinde quàm citius fieri poſſit ſequatur uentris ſolutio. Si autē alij humores peccent ſine peccato ſanguinis, ſint tamen apti educi cum phlebot. nec multū diſtantes à natura ſanguinis prꝩmittatur pharmacia, deinde quàmprimum ſequatur phlebotomia, ubi autem non peccent cum ſanguine, & ſint multum diſtātes à natura ſanguinis, ſimus contēti pharmacia ſine phlebotomia, ut in præcedētibus caſibus dictum eſt, quemadmodum nec in eryſipelate extrinſeca ex cholera pura competit phlebot. iuxta præceptum Auic. tertia quarti capite proprio.

Pharmacia aūt ſi humor cholericus in cauſa fuerit ſiue præcedat aut ſubſequatur phlebot. aut fiat ſine phlebotomia, fiat cum ſolutiuis benedictis lenientib. & non ſtipticis iuxta ſententiam Meſue & Auic.

Quapropter ineptè operātur quidam uiri magnæ experientiæ qui fortia exoluentia exhibent uolentes prohibere augmentū apoſtematis notabiliter minorando materiam. Sunt enim cauſa quòd humores agitati & non digeſti fluant amplius ad locum dolentem, & ſic apoſtema augmentent. & febrem, & corpus amplius calefaciant.

Item uirtutem debilitant & interdum fluxum qui non facilè ſiſtitur, prouocant qui ſecundum plurimū peſſimus eſt in pleureſi, neq; etiam ſolutiua debent eſſe ſtiptica ne derelinquēdo ueſtigium ſtipticitatis ſputum prohibeant, quod eſt ſumopere cauēdum, propterea neq; miroba. neq; rheumbarbarū aliquo modo cōuenit ſicut opinatus eſt Gordonius in hoc caſu exhibens rheumbar. Nec ratio ſua alicuius eſt momēti cum dicit, ideo exhibendum eſſe rheumbar. cū optimè cholerā euacuet & relinquat ueſtigium ſtip. qua prohibetur fluxus uētris in hac paſſione ſuſpectus: imò ſtiptiſicando prohibet uentris lenitatem, debet enim uenter eſſe lenis, ſed non lubricus, debet enim aſſellare bis in die. Sit ergo ſolutiuū huiuſmodi in materia cholerica. ℞. mannæ ℥. 1. ſuc. uiol. pulparū, ſebeſt. ana ℥. s. ſeri caprini quantū ſufficit, pro potiōe miſce aut loco ſeri caprini aqua decoct. uiol. iuiub. ſebeſt. quantum ſufficit, & loco mannæ ſi non habeatur ponať caſſia ſed in minori doſi. Iſtud ſolutiuū ſumat in aurora cum cuſtodia, deinde non aſſumat lauatiuum aliquod. Si uerò fluxum uentris acceſſurū timeret in pleureſi, tunc nec hoc nec aliud ſolutiuū aſſumat, maximè autem ſolutiuo uti debet dolore deſcēdente ad hypochondria. Virtute uerò exiſtente debili non cōſentiat phlebotomiꝩ nec ſolutioni, de qua ſupra, tunc diuerte et aliqualiter euacua cum clyſteribus lenitiuis medijs aut etiam acutis, in quibus caſſia aut agaricus ingrediatur ſecundum exigentiam, aut aliud huiuſmodi, & propriè dolore deſcendente ad hypochondria quibus utatur ſingulis diebus aut alternis ſecundum neceſſitatem. Vbi autem timeretur fluxus uentris nullo huiuſmodi utatur. Alleuiatio enim uentris

tris à fece & uẽtoſitate excuſat ab additione nocumentorum in hac ęgritudine. Et ſi pleureſis quidem fuerit phlegmatica, euacuetur ſumendo caſſiæ ʒ. 6. agarici pręparati ʒ. s. cum decoctione liquir. paſſul. hyſ. cũ pauco melle. Si uerò fuerit melãch. ſumaẽ caſſia cum ſena & epithymo cum horũ decoct. nec non bugloſſę & pauco ſacc. uel trahatur caſſia cum decoct. ſenæ, & epith. & aliquorum pectoralium, ubi autem timereẽ fluxus uẽtris nullo modo utatur aliquo ſolutiuo. Diuerſiuum & acuitatis humoris æquatiuum iuxta ſecundum intentionem ℞. fol. lactucæ M. 1. maluæ M. 2. ſalicis uitis ana M. 2. florũ uiol. M. 2. nenuphar. chamæmil. añ. M. 1. incidantur aliqualiter & bulliant ſimul in aqua fluuiali quantum ſufficit pro lotione amborum crurium, ſed flores uiol. & nenupharis ponantur in fine ad bulliendum. In hac decoctione debitè calida lauentur ſtomacho ieiuno & fricẽtur primò pedes & crura à genu infra, deinde eadem hora immediatè manus & brachiũ à cubito infra ipſi pleurę oppoſitæ, licet fortè regularius ſit primò lauari brachia, deinde crura, hoc uerò diuerſiuo utaẽ ſingulo die ſtomacho ieiuno ſaltem ſemel, ſed hora qua non aſſumit clyſtere ſupraſcriptum aut fiat alia ex euacuationib. ſupraſcriptis aut diuerſionib. deſcriptis. Diuerſionẽ autem cum uẽtoſis ad cutim & ad partes extrinſecas poſitis ſuper loco dolente nõ laudo, niſi natura id per ſe primò tentauerit, in quo caſu adiuuanda eſt cũ uentoſis, cum ſcarificatione & ſine, & cum rubificantib. loco appoſitis ſed maximè hanc operationem debẽt præceſſiſſe tam phlebot. diuerſiuæ quàm euacuatiuę, nec non minoratio materiæ cum ſolutiuis de quibus dictum eſt & dicetur, & etiam ipſius eradicatio ſi fieri poteſt. Tertia autẽ intentio, ſcilicet repercuſſio perficitur cum exterius applicitis & non interius & domeſticè repercuſſiuis non fortibus, et ſolum in principio principiante & nõ in augmento uſq; ad duos dies cõmuniter, exceptis ſemper caſib. qui excipiuntur quarta primi, de cura apoſt. ut quia materia nõ ſit uenenoſa nec multum corrupta, non ſit craſſa & inepta repercuſſioni nec timeatur reditus eius ad pulmonem, cor, cerebrum, & huiuſmodi membra magis nobilia nec corpus ſit repletum ualde. Et quia frequenter deſunt conditiones ſupraſcriptæ repercuſſiua communiter omittuntur. Repercuſſiuum autem domeſticum eſt quo utebatur G. factũ ex cera alba & oleo roſaceo ſimul mixtis, & pluries lotis cum aqua roſ. Repercuſſiua autẽ Meſue ſunt ſatis fortia ſuper quib. nõ præſumerẽ, pręcipuè quę fiunt cũ roſ. aceto, balauſt. In materia tamẽ choler. ſubtili licẽtius poſſumus uti repercuſſiuis q̃ in materia craſſiori: adiuuant eñ incraſſando pro parte ad digeſtionem, oleum roſ. eſſet ſatis ad hoc conueniens, aut mixtũ cum oleo uiol. &c. Quarta intentio completur cum digerentibus tam interius quàm exterius applicitis. Materia autẽ exiſtente choler. cõuenit huiuſmodi. ℞. ſyr. de uiol. de iuiub. añ. ℥. 1. aqua decoct. hordei, iuiub. ſeb. & uiol. añ. ℥. 3. miſce, ſed uiol. ponantur in fine, hoc digeſtiuum cali. ſumat in hyeme, æſtate uerò tepidum in aurora & etiã in ueſperis per 2. horas ad minus ante cœnã quatuor dieb. cõtinuis & dormiat ſi poteſt poſt eius ſumptionem, ſed non amplius 2. horis, ſimiliter in ſero per 1. horam dormiat, & ſufficit ſi huiuſmodi ſyr. cum aqua hor. diſtemperentur.

Si uerò maiori extinctiõe opus ſit addatur ſyr. de nenuphare. Et ſi adhuc pluri frigidatione opus fuerit addatur mucil. pſilij, ℥. s. reſcindantur autem omnia quantum eſt poſſibile, quæ cõſtringunt ſicut portul. papauer. lactucæ, & ſimilia. Aquæ uerò conuenientes in materia choler. ſunt aquæ citrulli, cucur. melonis Indi quæ ſolæ cum ſacc. aut ſupraſcriptis ſyr. miſceri poſſunt. Si autẽ materia peccans fuerit ſang. ſint digeſtiua maioris abſterſionis et minoris alterationis ſicut ſyrupi ſupraſcripti cum aqua hor. ſeu ſem. communium frig. iuiub. ſeb. & ſimilium. Digerentia aũt exterius applicita ſunt oleum uiol. et amyg. dulcium ſecundum quantitatem quæ uidebitur, in his debitè calid. infundatur petia linea ſubtilis & cum ea ungatur particula dolens, deinde ſuper ipſa extendatur & debitè faſcieẽ cum faſcia ſubtili ueteri, 2. reuolutionib. Si uerò materia ſit phleg. exhibeatur aqua mellis cui ſi opus fuerit admiſceaẽ oxymel ſimplex, ſyr. de liquiritia, & huiuſmodi. Si uerò melãcholia addatur his ſyr. de bugloſſa uel de pomis dulcib. Et pariformiter exterius addanẽ ſupraſcriptis aliqua olera pectoralia magis calid. attinentia. de quibus infra, ſicut oleum chamæmel. Quinta autem intentio, ſcilicet cauſę antecedẽtis eradicatio perficitur phlebot. & pharmacia, phlebot. ergo baſilica eiuſdẽ lateris ſi opus erit iterata plebot. & hauriatur ſang. ſecundum tenorẽ uirtutis & quantitatẽ repletionis, ſed non fiat niſi ex forti cauſa ne materia cõgeletur & ſputum prohibeatur & fianr communiter trãſacta diẽ tertia, obſeruatis canonib. ſupraſcriptis in prima phlebot. Deinde ſi fuerit materia peccans præter ſanguinẽ pharmacia educaẽ proportionata uirtuti & materię peccanti, ut puta quando aliqua ex ea quæ ſupraſcriptæ ſunt in ſecũda intẽtione obſeruatis canonibus ibidem deſcriptis, hoc obſeruato quòd inter hanc phlebot. & pharmaciam cadat dies medius in quo uirtus reſtaurari poſſit. Sed ſemper memor ſis ne uentrẽ nimium lubrices, eſt enim pręſtãtius ut ſit nimis ſtip. quàm nimis lubricus. Sexta autem intentio eſt ut cauſa coniuncta pleureſi digeratur paulatim, per ſputum mundificetur, & etiam pro parte inſenſibiliter reſoluatur ſemper cauẽdo iuxta poſſe ne ſuppuretur. Mundificatiuum. ℞. liquir. raſæ & mundæ à cortice ſuo ℥. s. hor. excorticat. ℥. s. ſebeſtẽ. ℥. 1. iuiub. ℥. 2. uiol. M. 2. ſuc. granat. dul. ℥. 6. aquæ uiol. ℔. 4. ſacc. candidi, penidiorum, diadragan. ana ℥. 1. s. incidãtur incidenda deinde ſimul bulliant ad leuem ignem uſq; ad conſumptionẽ tertiæ partis aquę, & fiat iulep lõgum, uiol. tamẽ addantur in fine ad bulliendum, de hoc iulep tepid. aut calid. gargarizet & teneat in ore lambẽdõ, deglutiat ſæpius in die maximè ſtomacho ieiuno, cui ſi opus fuerit amplius mundificare et digerere addatur ſuc. liquir. ℥. 1. ſem. maluę, ſem. maluauiſ. ſem. cõmunium frig. añ. ℥. s. & de eo bulliendo fiat iulep lõgum. Et ſi amplius fuerit opus mundificare & digerere addatur mellis uiol. ℥. 1. &c. Mundificatiuũ cum ſputo efficacius ſupra ſcripto, et digeſtiuũ. ℞. diadragachãti frig. Nicolai ℥. 3. mucil. ſem. maluæ, & maluauiſci, & cytoniorũ, añ. ʒ. 2. mannæ ʒ. 2. mellis, uiol. ℥. s. reformetur confectio in forma mediocriter liquida. Si uerò ſanguis fuerit in cauſa, requiritur maior abſterſio & minor infrigidatio.

Et ſi materia fuerit uiſcoſa, aliqualis inciſio; ad quæ

omnia

omnia confert oxymel cum ſupraſcriptis mixtum & pro complendo hanc intentionem exterius ungatur ut infra. ℞. Oleorum, uiol. amyg. dul. chamæmilini, butyri ana. ℥. 1. miſce, in his oleis debitè cal. infundatur petia lini ſubtilis uetus & inũgatur particula, petia illa taliter infuſa ſuperextendatur & faſcietur, nec non fomentatio facta, ſcilicet ex aqua decoct. maluarum. ſem. lini. paritariæ, fœnugræci, maluauiſ. & ſimilium. Minuit enim dolorem & ſputum accelerat poſt quam ſequatur inunctio, aut emplaſtrum ſubſequens. Maturatiuum adiuuans, ſcilicet ad mundificandum & doloris ſedatiuum. ℞. foliorum uiol. M. 3. mucil. altheæ, ſemin. lin, fœnugræci, ana. ℥. s. florum chamæme. meliloti, ana ℥. s. oleorum uiol. amyg. dulciũ, butyri recentis ſine ſale ana quantum ſufficit ad impinguandum farinæ hordei partes duas, farinę ſem. lini partem unam, ita quòd ſufficiãt ad inſpiſſandum, flores bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ad faciendum bullitionem ſufficientẽ pro emplaſtro, deinde omnia ſimul miſce ad lentũ ignem & fiat emplaſtrum, &c, Super apoſt. loco dolente emplaſt. hoc tepidum apponatur & quandoq; iteretur bis in die. Si uerò phlegma fuerit in cauſa adhuc requiritur minor infrigidat. & maior inciſio, & abſterſio ſicut hydromel cum oxymelle ſimplici & ſyr. de liquiritia quibus etiam aliqua ex ſupraſcriptis poſſunt admiſceri & poteſt fieri aqua mellis cum ficub. paſſulis, & liquir. nec non loch de pino addatur ſupraſcriptis. Si uerò melancholia fuerit in cauſa confert decoctio ex melle, paſſulis, liquiritia, lupulis, bugloſſa, cui oxymel addi poteſt ſi fuerit opus incidere. Et ſi magis infrigidare uis, ponantur uiolæ in decoctione, aut addatur ſyrupus uiolaceus: & ſi magis uis maturare addatur in decoctione ſemen maluæ, cytoniorum, maluauiſci, & ficus ſic. pingues, & loch de pino cum ſyrupo, de bugloſſa, melle uiol. oxymelle ſimplici, & cum mucilagine, ſemine maluauiſci, ſemine maluæ, & ſemine cytoniorum, ſit ad hoc ſublime, non enim ſunt expolienda abſtergentia nec incidentia à maturantibus & remanentibus aſperitatem ſic enim felicitatur operatio, exterius autem applicentur infraſcripta. Recipe olei uiolarum, amygdalarum dulcium, butyri recentiſsimi, mucilaginis, maluauiſci, fœnugræci, ſem. lini miſce, quibus ſi erit opus fortius abſtergere addantur radices lilij & caules cum butyro. Sed in materia melancholica intendatur magis mollificatioñ, & in phlegmatica magis abſterſioni. Vnguentum leue competẽs in pleureſi ex melancholia. Recipe mucilaginis, maluauiſci, fœnugræci, lini, butyri recentis, medullæ cruris uituli, olei amyg. dul. liliorum alb. ana. ℥. s. croci. ʒ. 2. miſce.

Septima intentio, ſcilicet correctio accidentium completur, ut infra, ſi fuerit inſtantia uigiliarum. primò lauentur crura & brachia trahendo inferius cum decoctione dicta, in ſecunda intentione ex folijs lactucæ, maluæ, &c. Et ponãntur in decoctione cortices papaueris albi & nigri, & etiã ſeminis hyoſcyami, & & ungantur exterius tempora & frons cum diapopuleon addito etiam opio ſi oportuerit.

Et detur etiam apud neceſsitatem ſyrupus de papauere factus ex ſemine papaueris, & non ex cortice, ſed cum cautela ne compingat ſputum quod eſſet deterius, & ſi hoc timeretur detur cum aqua mellis, aut aqua decoctionis paſſularum, aut ſimilibus.

Subeth, ſi accidat curetur odorando acetum acutum, & ponendo petias in eo infuſas circa frontem, et tempora, & apponendo uentoſas parti poſteriori deſcendendo & faciendo clyſteria ad hoc propria & fricationes fortes, trahendo inferius ligaturas & recurratur ad caput de ſubeth. Subueniatur autem phreneſi, ſi non ſit uera, inducendo ſomnum, lauando crura & brachia, ut ſupra in ſedatione uigiliarum ſuper commiſſura coronali fiat embroca, aut fomentum cum decoctione ſupraſcripta pro cruribus & diuidatur pullus columbinus per medium et aſpergatur puluis hyoſcyami albi, & tepidus ponatur ſuper commiſſura & dimittatur per horam.

Si autem uentre exiſtente ſtiptico, ſicut eſt ut plurimum in tali caſu leniatur, primò uenter cum clyſteribus lenitiuis & etiam cum acutis ſi oportuerit, & fiat phlebot. quãdo materia eſt in aſcenſu, ex ſaphenis, et ponantur uentoſæ in ſpatulis & natib. cum ſcarificatione, ſed poſtq; aſcendit uirtute conſentiente fiat ex cephalica, aut phlebot. uenæ frontis, aut fluxus ſang. narium prouocetur, & ſuper caput ponatur embroca, de aqua ſupra ſcripta. Et unctiones in primis alterantes, & ſomnum inducentes & in proceſſu aliquantulum magis reſolutiuæ. Si uerò materia repat ad caput & neruos fiant fricationes in latere contrario, & ſuper locis læſis fiat unctio cum oleo chamæmel. & liliorum al. debitè calid. & inuoluantur faldellæ lanæ ſuc. & fiant diuerſiones debitę per clyſteria, &c. Si uerò accidat ſyncopis ex uirtutis debilitate ſubueniatur exhibẽdo modicum uini dulcis lymphati cum aqua hor. aut uiol. & contuſi pulli aut brodij conſumpti. Si uerò ex raptu humorum aut uaporum ad cor fiãt diuerſiones omnibus modis ſupraſcriptis, & confortetur cor et ſpiritualia cũ odoribus bonis. Sitis uerò ſedanda eſt cum humectantibus & uehementiam inflammationis extinguentibus ſicut aqua citrulli, melonis indi, mucilago pſilij & conſimilibus, uerum oportet ut non ſint frig. actu, & oportet ut miſceas ſecum aliquid ex abſtergentibus ſubtiliter, ut lenificetur ſputum, ſicut ſacc. aut ſuc. granatorum dulcium. Et ſi fuerit ſitis à caumate ſpiritualium adminiſtretur libertas aeris temperati declinantis, ſcilicet ad humid. Si autem fuerit ab ebullitione cholerę rub. cõfert ſyr. acetoſus & uiol. cum aqua plurima, ſedat enim ſitim etiam aqua hor. facta, ſcilicet ſecundum ordinem & debitam artem. Fluxum ſang. à naribus contingentem ſi fuerit creticus nõ debemus reſtringere niſi modum excedat, & ſi fuerit non creticus propter exuberantiam ſang. confert tunc phlebot. & cætera quæ requirenda ſunt in proprio cap. & ſimiliter ex ebulitione magna cum exſtinguentib. & ebullitionẽ ſedantibus procedendum, ita tamen ut non compingatur materia & ſputum prohibeatur. Fluxus uentris ſi accidat in principio morbi eſt ſecundum unũ duorum modorum, aut propter multitudinem materiæ pręſentia regulationis naturæ & non eſt reſtringendus, ſequitur enim ex hoc anhelitus facilitatio & deliteſcẽtia feb. & eſt ſignificatio bona, aut eſt propter multitudinem materiæ præter hoc quòd reguletur à natura, imò eſt ſicut egurgitans, & eſt ſignificatio mala, & propriè cum non ſedatur per ipſum cõſtrictio anhelitus & feb. inflammatio, tunc enim ſuperueniet fortè

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.129

mors in 4. uel ante, nec hic eſt reſtringendus niſi modum excedat, ſed obuiandum malæ qualitati humoris ſiue occultè ſiue manifeſtè impediente naturam ut regulare non poſsit, & natura ipſa fouenda eſt, ut nō cadat. Si autem accidat fluxus in fine morbi aut pręcedente morbo eſt ſimiliter ſecundum alterum duorum modorum. Aut enim eſt creticus expellente natura nociuum, & ſeparante poſt debitam digeſtionē, & ſequitur ipſam incolumitas, & non eſt reſtringendus, niſi modū excedat, aut accidit ex debilitate membrorum naturalium, ſcilicet proſtratione, digeſtiuæ, & contentiuæ eorum, & ſequitur ipſum mors. Huic autem ſubueniendum confortando utramq; uirtutē cum interius & exterius applicitis, ita tamen ut ſputum non prohibeatur. Alchola autem uel oris excoriatio ſi proueniat à uaporibus febrilib. acutis, ſiue à uaporibus eleuatis ab humoribus putreſcētibus, aut in membris naturalib. aut in ſpiritualib. aut ab ipſo ulcere in pectore, aut pul. & denotat multam ipſius ulceris corruptionem, ſubueniendum eſt cum his, quæ dicta ſunt in cap. proprio, cauendo ſemper, ne remedia localia ſint ſtiptica multum impedientia ſputum, quod eſſet deterius. Conuenit ergo retentio lactis in ore, & gargariſ. cum eo & decoctio iuiub. dia. & huiuſmodi in utroq; conferentia. Regimen ſex rerum non naturalium iuxta octauam intentionem. Sit aer in actiuis temperatus potius declinans ad calidum q̃ ad frig. ſed tendens aliqualiter ad humidum. Vitetur aer uentoſus & uaporoſus, & fumoſus & ſuperfluè humidus & aquoſus, & ſimiliter æſtuoſus & ſiccus. Vbi autem eſſet magnum cauma in ſpiritualibus & ſitis ardens & huiuſmodi accidentia cum cal. ſuperflua poſſet aliqualiter ad frig. & humidum declinare, nec ſit ſuffocatus, uaporibus plenus, maximè exiſtēte ſpiritu anxio, ut cum anhelitus ſunt ſubſequētes & ſit mediocriter illuminatus. Veruntamen ſi eſt ſpiritus anxius et uidetur infirmo quòd ſuffocetur ſit magis illuminatus, & ſit redolens odore remiſſo non intenſo. Sit eius ſomnus communiter ſeptem uel octo horarum & magis nocturnus, uerum etiā in die dormire poteſt, ſed non incipiat dormire niſi ſaltem diſtanter à cibo per unam horam cum dimidio. Et dormiat non reuolutus, ſed quaſi ſedens, & in ſitu ſecundum quem minus à dolore moleſtatur, uerum iacere ſuper latus ægrum magis adiuuat ad ſpuendum. Sit eius corpus magis inanitum, quàm plenum, unde ſollicitè euacuet omnes ſuperfluitates catarrhales per os, nares, & ſit ſollicitus ad tuſsiendum, ſpuendum, & non parcat dolori, habeatq; pro poſſe bis in die beneficium uentris, ſcilicet ante prandium & cœnam, naturaliter aut medicinali auxilio cum clyſterib. uel ſuppoſitorio, uerum ſi ſolum aſſellet in die ſemel ſufficiet, ſimiliter urinam non retineat, nec ſudorem ſtringat natura inuitante, quieſcat, non excercitetur, uerum fricatiões ſuaues à pectore infra ſupplent uicem exercitij & diuertunt ad inferiora, fiant ergo aliquando ſtomacho ieiuno, niſi ſenſerit ſe debilitari, parum loquatur, & uoce ſubmiſſa. Sit gaudens ſperans, ſolicitudinem, timorem, triſtitiam, gaudium magnum, uerecundiam, & omnes animi paſsiones excedentes euitet. In dictando ad quatuor reſpiciendum eſt, ſcilicet ad morbum, cauſam eius, accidentia ipſius, eusq; diſtantiā à ſtatu, aut propinquitatē, ſecundò ad fortitudinem uel debilitatem ægri, tertió ad eius conſuetudinem, quartò ad ipſius repletionem, & inanitionem. Quanto enim morbus eſt intenſior & accidentia ſæueriora & ſtatui propinquior competit magis tenuis diæta.

Cauſa uerò morbi magis indicat de qualitate diętæ quàm de quantitate. Fortitudo uirtutis indicat minus de cibo exhibendum eſſe, licet plus pro uice. Econtrario uirtutis debilitas, cōſuetudo indicat tam quantitatem continuam, quàm diſcretam cibi, iuxta aphoriſmum 17. primæ particulæ, & ſub his duobus etiam ætas & cætera intelliguntur: frequentius enim pueris & decrepitis exhibendum eſt. Iuuenibus plus pro uice ſed rarius, ſenibus primis minus, & rarius, quàm cæteris. Repletio etiam multum eſſe attenuandum indicat, contra uerò inanitio. &c.

Sed pone quòd ſit pleureſis cholerica uel ſanguinea, mediocris intentionis, cuius ſtatus debeat eſſe in ſeptima, ſecundum quod & plurimum euenit, in corpore mediocris fortitudinis mediocriter repleto, ætatis à 19. uſque ad 70. in prima die naturali nihil debet comedere, ſed ſolum bibere aquam hordaceam, uel aquam ſacch. ſolum, aut cum iulep aut ſyr. uiol. ita ut aqua ſit tripla aut quadrupla ad iulep, quæ ſit facta ſecundum artem, ut accipiatur hordei bene conditionati, mundi à cortice exteriori, quòd prius fricetur cum panno aſperſo uehementer pars una, aquæ bene conditionatæ partes uiginti, decoquatur lento igne ſine fumo ad conſumptionē medietatis aut duarum partium auferendo ſpumam. Hic enim eſt potus medicinalis abſtergens, lauans, ſputum facilitans, uentrem lubricans, oppilationes aperiēs & urinam prouocans. Si uerò uelimus ut ſit potus tantum, fricetur primò fortiter & excludantur cortices intrinſecæ & bulliat una pars eius cum octo partibus, ſcilicet aquæ una bullitione, & proijciatur aqua illa, deinde pone ſuper ipſum aquę calidę ℔. 20. & decoque cum facilitate uſque ad ℔. 10. Sitim enim & etiam aſperitatem ſedat, inflammationem extinguit, pectus & pulmonem & guttur lenit, uentrem lubricum facit, præcordia humectat, & ſputum facilitat, hæc ſecunda magis competit ubi eſſet pectoris aſperitas & ſiccitas, inflammatio maior, de aliqua ergo iſtarum, quæ magis facit ad propoſitum, bibat ut ſupra, aut ſola, aut cum iulep, aqua uerò ſacch. fit ut accipiatur ℥. 1. ſacch. optimi, & 10. aquæ decoquatur ad conſumptionem tertiæ partis, aut medietatis. Secunda uerò die comedat ptiſanam hord. factam ſcilicet aut ex farina hordeacea debitè cocta cum aqua, aut ſecundum Meſue, ut hæc aqua ultima deſcripta per ulteriorem decoctionem refundēdo adhuc parum poſt parum circa decem partes aquæ inſpiſſetur aliqualiter quouſque habeat mediocritatem inter ſpiſſum & liquidum, & eſt cibus laudabilis hoc in propoſito, de qua ſumat in prandio & cœna. Tertia etiam die comedat hanc ptiſanam altero ipſorum modorum factam, ſcilicet in brodio pulli parui. Et ſimiliter in die quarta & quinta. Die uerò ſexta & ſeptima in quibus eſt ſtatus ægritudinis & accidentia ſæuiſsima iterum redeat ad ptiſanam primam factam in aqua & non in brodio cui poteſt addere modicum ſacch. optimi ad libitum. Die uerò octaua & nona cum incipit declinatio redeat ad ptiſanam in brodio pulli

cum

cum ſacch. ſed pullus ſit maior. Decima & undecima adhuc pullus ſit maior & ſumat ptiſanam cum pluri ſaccharo. Sequentibus uerò diebus poteſt dare ptiſanam cum pulpis pulli cōtuſi cum ſaccharo uſque ad 14. & poſt 14. iam ferè totaliter declinante ægritudine incipiat comedere præter ferculum primò de extremitatibus pulli. Deinde ulterioribus diebus ex partibus maioris nutrimenti, & incipiat bibere parum uini aquoſi cum aqua ſacch. & tandem de uino dulci cum aqua prædicta. Sed nunquam bibat uinum niſi cum ægritudo ferè totaliter declinauerit, & præcipuè dulce, ſed ſolum aquam, de qua in principio. Sed uolentibus ptiſanam detur temporibus proportionatis amyg. aut lac ſeminum communium frigid. cum brodio pulli aut panarella, ita ut panis ſit quinquies lotus cum aqua calid. quamuis Galen. prohibuerit dari panem & fermentatum & non fermentatum, ſed corrigatur lauando cum aqua calida, ut ſupra. Aut detur brodium conſummatum abijciendo partes unctuoſas cum ſaccharo, aut ſine ſaccharo. Aut cucurbita in brodio pulli, aut aliquid ex maluis, blitis, & ſpinachijs. Similiter auiculæ paruę in declinatione, ut ſupra de pullo, & ſimiliter piſces parui petroſi iam declinante ægritudine & oua ſorbilia concedi poſſunt: poma autem cocta conceduntur in fine menſæ, & granata dulcia.

Ex confectionibus conuenientibus in declinatione eſt marzapanis ex amyg. ſaccharum & aqua uiol. & pineæ præparatæ confectæ, & paſſulæ tranſmarinæ. Et ſecundum maiorem diſtantiam ſtatus poſt ſecundam diem eſt incraſſanda diæta, ut puta ſi debeat eſſe ſtatus in 14. in tertia die debemus dare contuſum pulli cum ptiſana, & ſic continuabimus uſq; ad undecimū diē, deinde uſq; ad quatuordecim, demus ptiſanā ſolam, poſtea declinante ægritudine redibimus ad ptiſanam mixtam cum pullo contuſo, ut ſupra. Si uerò materia fuerit phlegmatica, uel melancholica, & ſtatus ſit æquè propinquus cum ſupraſcriptis incraſſabimus & ſubtiliabimus ut ante, ſed faciemus diuerſitatem in qualitate ciborum. Nam in prima die dabimus potum ſolum, ſcilicet aquam mellis pauci aut multi mellis ſecundum maiorem aut minorem calid. quæ fit ſecundum hunc modum. ℞. mellis clari ℔. 1. aquæ ciſternę ℔. 9. bulliant ſimul ad lentum ignem ſine fumo ad conſumptionem tertię partis & deſpumetur optimè & coletur, aliquando accipimus partem unam, mellis & decem uel duodecim aquæ ſecūdum maiorem aut minorem inflammationem, & eſt magis delectabilis. Ex cibis conuenientibus eſt brodium cicerum, aut ptiſana cocta in brodio cicerum, aut in brodio caulium, aut in brodio bugloſſæ, & boraginis, ſi materia fuerit melancholica, & kiſt ipſorum cicerum, quæ omnia poſſunt fieri cum brodio pulli aut ſine, ſecundum exigentiam temporum ipſius pleureſis, deinde deueniendum declinante ægritudine ad contuſum pulli & piſces & uinum, & cętera ut ſupra, licet ſecundum plurimum audacius poſſemus incraſſare in pleureſi phlegmat. & melanchol. cum ſecundum plurimum ſtatus ſit diſtātior à principio, quàm in ſanguinea aut cholerica, & in his paſſulæ & pineæ præparatæ magis conueniūt. Et hæc diæta eſt regularis. Attamen aliquando compellimur irregulariter dare uinum & contuſum in ſtatu quando uirtus diſſoluitur & deficit. Attēde tamen quòd pueri frequenter ſunt cibandi à decimo anno & infra. Et ſenes à ſeptuageſimo ſupra oportet cibare frequētius, & pręcipuè infantes & tanto pluries quanto ſunt animoſiores & habentes plus de caliditate, & ſimiliter decrepitos cum nō poſsint multum cibum digerere una uice. Dabimus ergo infantibus quater in die naturali, decrepitis ter ut plurimum. Similiter ſi pleureticus fuerit à principio ſupra modum repletus ſtabimus contenti ſolo potu duobus diebus & ſi multum fuerit inanitus à principio, ſtatim incipiemus à ptiſana hor. Si autem reſolutio non fuerit poſsibilis, imò tendit ad hoc ut ſuppuretur, quod maximè ſignatur ex eo quòd non mundificatur in quatuodecim diebus, imò creſcunt accidentia cum deberent minui, ſcilicet dolor feb. difficultas & cōſtrictio anhelitus, tuſsis, tunc attentè conſyderemus an cum prędictis accidentibus, etiam auctis ſtet fortitudo uirtutis an non. Si primū expecta ſuppurationem, ſi ſecundum, mortem. Ars uerò producendi ad ſuppurationem, & ex ſuppuratione ad ſanitatem ſex exigit intentiones curatiuas. Prima quidem eſt apoſtem. maturatio: ſecunda ruptura eius: tertia abſtertio & mundificatio: quarta incarnatio. & tandem ſigillatio: quinta correctio accidentium: ſexta regulatio uitæ. Intentionem primam complent res calefacientes temperatè & communiter humectantes cum uiſcoſitate quadam prohibente, ſcilicet fortem reſolutionem ne ſeparetur humidum à ſicco, ſed remaneat ſicco permixtum, ut ſit æqualitas in toto & eueniat æqualis maturatio per totum, & hoc intereſt inter medicinam maturatiuam & reſolutiuam, eſt enim reſolutiua priuata uiſcoſitate ne fiat retentio materię.

Imò fiat eius reſolutio per partem poſt partem & attinet magis caliditati & ſiccitati, quàm humiditati. Mollificatiua autē attinet magis hum. quàm aliqua iſtarum & minus calid. nec eſt inuiſcatiua, imò pororum dilatatiua, properat enim ad hoc, ut humor cum æqualitate reſoluatur, & quòd non remaneant partes terreſtres in fine, & maturationum quædam adminiſtrantur interius, quædam exterius. De interius applicitis temperatè maturātibus eſt aqua decoctionis ficuum ſicc. aut dact. aut utrorumq;. aut aqua decoctionis ficuum ſic. paſſularum, fœnugræci cum aqua & uino cocto aut ſine eo. Et poſſunt addi ſemina maluauiſci & maluæ. Et ſi fortiori opus eſt, ut in materia phlegmatica craſſa, addantur radices lilij in decoctione, &c. Si uerò materia in caliditate excedat accipiantur ſemen maluæ, cyton. uiol. hordei, & coquantur in aqua ſufficienti cum ſaccharo, & addatur etiam ſemen maluauiſci & lini ſi amplius maturare neceſſe fuerit. Poſſunt etiam fieri ex ſupraſcriptis, aut alijs mixtis cum his trochiſ. loch, electuaria calid. aut frig. ſecundum neceſsitatem cum mucil. ſem. lini, aut ſem. maluæ, aut ſeminis maluauiſci, aut cyton. & exhiberi cum ſyrupo uiol. aut aliqua decoctione delectabili & ex his teneat aliqua in ore, gargarizet & bibat & ſumat actu calid. Ex maturantibus aut extrinſecis quædam ſunt embrocationes ex decoctione maluarum, althææ, fænug. ſem. lini, & ſimilibus. Et adminiſtretur potius cum filtro quàm cum

x 2

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.130

ſpongijs. Et cum ſedare dolorem oportuerit addan-
tur aliqua ex anodinis aliqualiter reſoluentia, ſicut
paritaria, melilotum & anethum, Et ſi fortius matu-
rare uolueris radices ireos & ex mucilagine ſupraſcri
ptorum cum adipe gallinæ & anatis poſſunt fieri un-
guenta. Et diachilon cum mucilaginibus eſt efficax,
& poſſunt fieri emplaſtra, & ſunt efficacia ualde cum
maluauiſco, farinis ad hoc proprijs, pinguedinibus,
oleis & cæteris quæ in emplaſtris maturatiuis poni
conſueuerunt. Et ex fortibus ualde conuenientibus
in materia phlegmatica aut meland. ſunt folia caulis
in emplaſtro addita. Et adhuc fortius radices ireos
aut aliquid de galbano diſſoluto in rob. Et adhuc for
tius ſi addatur aliquid ex fimo columbino, imò hæc
ſunt cauſa ut materia ad cutem quandoq; trahatur,
ſed incipiendum ſemper à leuioribus, habendum re-
ſpectum ad qualitatem materiæ & accidentia, & gra-
datim aſcendendo, & cum perficit̃ hæc prima inten-
tio quieſcat in aere temperato declinante ad calid.
Et ſint eius cibi maturantes ſicut ferculum ex malua,
blito ſiue ſicla, atriplice cum oleo amygd. & ius cice-
rum abiecta prima aqua, & kiſt, & brodium frumen
ti, & ius caulium, & in ſecunda menſa ficus ſicc. paſſu-
læ ſine interioribus, dactyli, poma dulcia elixa.

Secunda intentio perficitur, aut cum medicinis ad
hoc proprijs, aut cum motibus partim apoſtemata
conquaſſantibus aut extendentibus. Ad quam inten
tionem non eſt perueniendum niſi præcedente matu
ratione & iam exiturato apoſtemate, quod ſignatur,
ex remiſsione doloris & feb. & multiplicatione gra-
uedinis in loco collectionis. Medicinæ autem ſint
calidæ lenientes, ſubtiliantes, ſicut ſecundum Meſue
ſyrupus de hyſſopo, de praſsio, & eius efficacior eſt ſy
rupus herbæ bendeſtur cum melle, aut decoctio eius
ſumpta cum modico fermenti ſecum diſtemperati
& cocti, & fortius eſt ſuc. eus cum fermento & melle.
Et fortius eis eſt ſi addatur modicum baurach, & pro
priè cum natura eſt fortior & feb. eſt remiſſa. Et in
hoc caſu laudat Auicen. theriacam & mithridatum
ad erumpendum cum conſeruatione caloris innati.

Exterius autem applicetur emplaſtrum factum ex
bendeſtur cum butyro, adipe antiquo & melle, & ad
huc fortius ſi addatur fermentum & fimus columbi-
nus. Et fortius ſi addatur baurach. Emplaſtrum e-
tiam factum ex radice maluauiſci, ireos recenti, ſimul
coctis & præparatis cum axungia ueteri & far. fœnu
græci, & ſem. lini. & oleo liliorũ alborum, eſt ad hoc
efficax & domeſticum ſatis. Et addatur fermentum
& fimus columbinus & baurach ſi oportuerit. Mo-
tus autem ad hoc conuenientes ſunt tuſsis fortis, uo-
mitus uiolentus, & iacere ſuper latus ægrum & ſubi-
tò ſe ad ſanum uoluere, uel econtra. Et in hac hora
ſint cibi eius ſorbitiones fermentatæ cum melle & pti
ſana ex farina frumenti & panis bene fermentatus,
paſſulæ & ficus ſiccæ, grana pini cum ficubus & a-
mygd. & dactyli ſunt proprij. Et ſi cum his, quæ
dicta ſunt, apoſtema non rumpitur opus, ut aperia-
tur cum ferro, aut cum cauterio, ſed quia difficile eſt
inuenire locum ſaniei cum ferro perforãdo, aut cum
cauterio niſi aliquis tumor aut qualitas mutata appa
reat exterius. Præſtantius eſt, ut à tali operatione
abſtineas, niſi locus ſaniei per aliquod huiuſmodi ti-
bi manifeſtetur, & in caſu etiam quo manifeſtetur tu
tius eſt primò cauterizare cum cauterio poſsibili uſ-
que ad coſtas aut prope, ita ut cauterizatio ſit ſatis
magna & incidens ſecundum inceſſum coſtarum.
Deinde cum phlebotomia perforare uſque ad locum
ſaniei. Et ſi cum phlebotomia prima uice non inue-
niatur, iterum perforetur ſecunda uice & tertia in lo-
co cauterizato imò in diſtinctis locis loci cauterizati
donec inueniatur. Illud enim ferè ſine dolore fieri po
terit iam loco mortificato, ut ſupra. Debet enĩ in hac
operatione paulatim incidere ne cum phlemot. pene
tret interius & ſanies in pectore colligatur & fiat em-
pyima. Et propterea huiuſmodi operatio non eſt
multum tardanda ne interius fiat eruptio. Et fortè
ad hanc operationem conuenientius eſt pilum par-
uum ut ſanies paulatim extrahatur iuxta canon. ne
uirtus deficiat, & conſyderetur qualitas ſaniei. Si
enim æqualis alba cum paruo fœtore fuerit cum bo-
na tolerantia bene ſperandum eſt. Si uerò cõtrarium
malum. Et procedendum eſt ægrum reficiendo ſecun
dum quod oportet & quantum oportet cum uino,
ferculis, carnibus laudabilibus, & huiuſmodi. Qua-
liter autem hoc uulnus factum ſit tractandum uidea-
tur cap. de empyimate. Tertiam rem complent ab-
ſtergentia, lauantia, & mundificantia, hoc prius dili-
genter inueſtigato quòd quandoq; ſanies expellitur
per pulmonem cum tuſsi, & aliquando ingreditur
uenam magnam reſudando tandem ad epar. Et
quandoq; expellitur ad renes. Quandoq; per conca-
uum epatis tranſit ad inteſtina, quæ omnia ſenſus ma
nifeſtè diſtinguit. Aliquando in uacuitate pectoris
colligitur & ibidem diu retenta perducit ad malas æ-
gritudines. Niſi enim mundificetur in 14. die-
bus perducit ad phthiſim, ex mundificantibus autem
per os & tandem per uiam pulmonis ſunt aqua ſacc.
aqua hordeacea, aqua mellis, ſyrupus de liquiritia, de
hyſſopo, oxymel ſimplex & tandem decoctio radi-
cũ lilij cœleſtis cũ ſupraſcriptis & ſyr. loch de caulib.
& loch de ſcilla, & plurima in aſthmate conferentia.
Exterius autem applicetur quæ reſoluant inſenſibili-
ter materiam in pectore contentam, & cum hæc ad-
iuuent ad ſputum, ſicut decoctio halaſſæ, id eſt, thimi
hyſſopi, & ireos, quibus poſſet addi lignum balſami,
ſpica, & acorus, hueg. id eſt, ariſtolochiæ rotũdę, quę
decoctio debitè calida adminiſtretur cum ſpongijs in
ipſa infuſis & optimè expreſsis ſuper loco congrega-
tionis ſaniei & poſt eorum applicatiõem ter uel qua-
ter exiccetur locus cum panno calido. Et ungatur
locus cum oleo de lilijs, de ſpica, de anetho, de alchan-
na, de cypero, & fortius eſt oleum de ireos, de balſa-
mo, de quibus omnibus ſi quæratur maior reſolutio
& exiccatio addatur ſulphur & aſphaltum, id eſt, bi-
tumen iudaicum, & aggregentur cum melle, & adiu-
uet ad penetrationem, aut prius iungatur oxymelle,
& propriè ſcillitico & deſuper aſpergatur puluis fa-
ctus ex ſupraſcriptis, his autem arſenicum, id eſt auri-
pigmentum, ſi opus eſt fortiori reſolutione addi po-
teſt. Si uerò appareat materia ad uias urinæ deriua
ri adiuuetur cum decoctione radicum apij, ſparagi,
fœniculi, ſem. communibus alchechengi. Item cum
brodio cicerum & ſimilibus urinam prouocantibus.

Si uerò ad inteſtina deriuetur adiuuetur cum me-
dulla

dulla carthami, caſsia, manna, & huiuſmodi cum
clyſteribus trahentibus ad inteſtina & mundificanti-
bus ſicut decoctione agarici, carthami, hyſſopi, ariſto
lochiæ cum debita mellis quantitate & huiuſmodi.
Sunt tamen quædam quæ ſumpta per os adiuuant
expulſionem per omnes uias ſupraſcriptas, ſicut ius
galli antiqui iuxta doctrinam Meſue capite proprio
de iure gallorum & gallinarum. Item aqua mellis,
liquiritiæ, hyſſopi, capil. ueneris diuiſim & coniun-
ctim. Item caſsia, manna, & cætera. Et ex me-
dicinis magnis adminiſtrandis cum morbus chroni-
catur ſunt mithridatum, theriaca, athanaſia, quæ per
omnes adiuuant uias, medicinis autem extremis ſi-
cut de piperibus, de arſenico, & ſulphure & ſimilibus
non eſt utendum niſi cum cætera non contulerint in-
cipiendo à doſi pauca & minori quæ ab authoribus
ſcripta ſit præcipuè à Meſue in capite de aſthmate &
gradatim aſcendendo ſeruatis canonibus ab eodem
ſcriptis in capite proprio de pleureſi, & de aſthmate,
ſed his non eſt utendum niſi cum in pulmone & pe-
ctore eſt ſuperflua humiditas non corrigibilis per ſu-
pra ſcripta, et feb. eſt remiſſa & uirtus conſtans, & pri
us ſuffumigijs utendum eſt, ſicut ſi ex arſenico & ſul-
phure & croco fiant formæ ſimiles auellanis cum adi
pe renum capræ, & ex una earum poſita ſuper pru-
nis recipiat̃ fumus per os.

Si autem aliquid horum oportuerit dari per os, de
tur ℥.s. ſulphuris cũ ouo ſorbili, aut detur diaſulphu-
ris deſcriptione Meſue tantundem cum aqua mellis
ſemel aut pluries ſecundum exigentiam, & ſi quid no
cumenti acciderit ex exiccatione aut calefactione cor
rige cum contrarijs ſecundum canon. Meſue.

Cibi eorum ſunt ius cicerum, ius caulium, farina
hordei, ius galli antiqui. Condianturq; cibaria ſua
cum ſaccharo aut melle, aut oleo amyg. dulcium, &
niſi febris obſtet aromaticetur cum pipere, ſed de-
clinante materia ad inteſtina dentur, quæ uentrem
laxant ſicut malua, bleta, atriplices & betonica, quæ
dicitur & leureng, uel leuloga. Declinante uerò ma
teria ad uias renum ſparagi, baucia, id eſt, paſticana,
& in ſecunda menſa dactyli, paſſulæ, pineæ præpara
tæ, amygdalæ, necnon poma dulcia, ſimiliter cyto-
nia declinante materia ad uias urinæ. Potus autem
ſit uinum dulce, aqua mellis, aqua ſacc. aqua hordei,
& uinum de paſſulis, uinum alcheſures, &c. Si au-
tem materia in cõcauitate pectoris colligatur ad nul-
lam partem declinans oportet ut perforetur aut cum
cauterio actuali uel potentiali, & tandem cum ſagitel
la, ut ſupra in ſecunda intentione dictum fuit. Aut
incidatur abſque cauterizatione, locus autem inci-
dendus eſt ubi aliquis exterius tumor apparuerit, &
ſi nullus tumor appareat communiter fiat apertio
inter quartam & quintam coſtam diſtanter à ſpondi
libus per quatuor & ſeptem digitos in latere in quo
per ſigna comprehenditur ſaniem fuiſſe collectam et
paulatim ſanies extrahatur, & locus mundificetur,
ita ut ſi opus fuerit inijciatur aqua aut uinum, melilo
tum cum cathair, id eſt, ſiringa, & tandem curetur, ut
infra in capite de empyimate.

Quartam rem complent medicinæ incarnantes tam
interius quàm exterius applicitæ, ſed aliquãdo opor
tet uti incarnantibus, aliquando redire ad mundifi-
cantia ſecũdum quòd neceſsitas expoſtulat, aliquan-
do ſimul miſcere ex conuenientibus lac aſinæ, capræ,
uaccinũ, & pecudinum plus incarnat, quàm capri-
num aut aſininum, & generaliter lac pluris caſei & mi
noris ſeroſitatis eſt magis incarnatiuum, & econtra
magis mundificatiuum, aqua hordei decoct, cancro-
rum fluuialium ſecundum artem præparatorum,
ſacc. roſ. bolum armen. ſecundum omnem modum
adminiſtrationis, & multæ aliæ medicinæ, quæ repe-
riuntur in capite de ſputo ſanguinis aut phthiſi. Ci-
bi autem complentes quartam intentionem ſunt a-
ues paruæ degentes in arboribus, pedes & partes ui-
ſcoſæ uitulorum, porcorum, & huiuſmodi, & ex fer-
culis conueniunt tri. pannicium. hor, frumentum,
kiſt fabarum, ptiſana ex farina frumenti, amylum, &
hordeum rizi, & lac coctum, & fercula quæ cum la-
cte fiunt. Caſeus recens non ſalitus aut pauci ſalis,
potus autem ſit uinum mediocriter ſtipticum aut ui-
num dulce, aqua calibeata, aut aqua fluuialis infuſio-
nis gummi Arabici, & rob myrtinũ & ſyr. eius, &c.

Quintam rem complent auxilia ſedantia acciden-
tia ſuperuenientia totius curæ proceſſu, quæ ſunt do
lor feb. tuſsis uehemens conſtrictio anhelitus, angu-
ſtiæ, ſitis, uigiliæ, abominatio cibi, quæ tempore ma-
turationis ſuſpecta ſunt, ſed maturata materia ſuſpe-
cta ſunt magis poſt eruptionem aut diu remanentia
mortalia & præcipuè dolor feb. conſtrictio anhelitus
anguſtiæ, ſolent enim hæc accidentia iuxta doctrinã
Hipp. maturato apoſtemate remitti & ipſo erupto
adhuc magis remitti ſaltem poſt primam & ſecun-
dam diem, demum ſicut materia paulatim mundifi-
catur, ita in dies paulatim emittitur. Si ergo contra-
rium horũ acciderit, quid aliud aſſignare poſſunt ni-
ſi morbi ſummam malignitatem & profundam cor
ruptionem, præcipuè ſi ſanies quæ egreditur ſit fœ-
tens, mali coloris & ſubſtantiæ. Verum ſunt aliqua
accidentia minus ſuſpecta ſicut uigilia, ſitis, appetitus
defectus, quæ poſſunt habere alias cauſas quàm ulce-
ris malitiam & profundam corruptionem, quæ cau-
ſæ poſſunt remoueri & corrigi. Sed ſi ſequantur ulce
ris malitiam, aut ſint complicata cum alijs acciden-
tibus ſæuioribus omninò deſperandum eſt, hæc au-
tem accidentia corriguntur remouendo eorum cau-
ſas, quod ex proprijs eorum capitulis conſyderan-
dum eſt. Sextam rem complent debitum regimen
ſex rerum non naturalium exigentiam 5. intentio-
num ſupraſcriptarũ, de quo ſufficienter actum eſt in
regimine pleureſis per reſolutionem.

Si autẽ permutetur ad putredinem, ad corruptio-
nem, quod apparet ex ſignis ab initio dictis obuian-
dum eſt prohibendo cauſam antecedentem, ne tran-
ſeat in coniunctam omni auxilio ſuperius dicto, ſci-
licet phlebotomia, euacuatione, &c. circa quas in hoc
caſu debemus eſſe audaciores cum ferè certum mortis
immineat periculum, & feſtino auxilio opus ſit, &
eum adiuuare, ut cauſa coniuncta extrahatur per ſpu
tum & reſolutionem inſenſibilem, et in hoc caſu com
petit oxymel ſimplex cum adiuuet ſputum & ſua a-
ceroſitate corruptionem prohibeat.

Si uerò induretur procedendum eſt cum mollifi-
cantibus interius & exterius, interius autem cum ſa-
uonea quæ comedatur & in ore retenta deglutiatur,
& cum decoctione, ſem. maluauiſci maluæ, cyton.
paſſul. ficuum ſicc. & huiuſmodi molificantium ex

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.131

qua aliquid poſt aliquid bibatur, in ore teneatur & cum ea gargarizetur, & exterius applicentur, quæ mollificant ex his quæ in apoſt. ſcliroticо conferre conſueuerunt prȩter acetum, & cum hȩc ſint propria membro cui applicantur, ſcilicet pectori, & hæc ex proprijs requirantur cap. Si uerò permutetur ad cancrum nulla fiducia ſalutis habenda eſt, ſed cum frigid. & hum. eſt procedendum, & cura blanditiua. Si uerò permutetur ad neruos, cerebrum, cor, &c. dicta eſt cura, ſupra in correctione accidentium. Si uerò permutetur ad exteriora, natura iuuanda eſt cum attrahentibus & eandem curā apoſt, extrinſecorū eſt procedendum. Si uerò ad pulmonem & phthiſim procedendum eſt cura phthiſis, ſi uerò ad peripeneumoniā tunc procedendum cura peripneumoniæ, de qua infra. Sed obuiandum eſt omni ingenio poſsibili ne mutetur ad pulm. euacuando, diuertēdo, etiam cum uentoſis ſuper loco pleureſis applicitis cum ſcarificatione & ſine, & ſimiliter quando permutatur ad loca nobilia.

DE PERIPNEVMONIA. Cap. LXIX.

PEripneumonia dicı̃ ethimologicè quaſi prope pulmonem, & eſt difinitiuè apoſtema calidum in pulmone, ſiue hæc caliditas inſit ei per cauſam eſſentialem ſiue accidentalem per putrefactionem aut aduſtionem. Ex quo infertur quòd nodus aut glandula, aut alia huiuſmodi adubeleth phlegmatica aut apoſt. aquoſum, aut phlematicum molle, aut ſephiros purum aut non purum, quibus non inſit caliditas notabilis, nec per ſe, nec per accidēs, eſto quòd ſit in ſubſtantia pulmonis, non ſunt peripneumoniæ quapropter diſtincta de huiuſmodi Auicen. facit capita. Facit tamen capit. de bothor in pulmone, quòd eſt puſtula parua calida pulmonis, quod ratione paruitatis non appellat peripneumoniam, licet poſſet dici peripneumonia parua. Generatur autem peripneumonia dupliciter per uiam paulatim factȩ congeſtionis cum materia ex ſuperfluitate nutrimenti. Aut ex nutrimento ipſo paulatim congeritur faciēs apoſtema, quod in dies paulatim augetur, donec notabiliter excreſcat. Et hoc eſt ſecundum plurimum, chronicum, aut per uiam defluxus, aut à cerebro humiditate ad pulmonē catarizante, aut à gutture cum ſynāche mutatur ad pulmonem uel ad peripneumoniam, aut à partibus pectoris cum pleureſis mutatur ad peripneumoniam. Frequēter etiam ſit in pulmone apoſtema per uiam defluxus humoribus aliunde defluentibus & in pulmone congregatis nulla ægritudine præcedente. Et ex his infertur peripneumoniam quandoq; fieri incipiendo, ſcilicet, nulla ægritudine præcedente quandoque permutando, ſcilicet, ex alia ægritudine.

Cauſæ autem coniunctæ peripneumoniæ ſunt quatuor humores. Verum frequentius generatur à phlegmate, deinde ex ſanguine, rarò ex cholera, rarius ex melancholia. Sicut contra pleureſis frequenter ex cholera, rarò ex phlegmate, quod non eſt abſque ratione: cholera enim faciliter penetrat in rem denſam, ſicut eſt panniculus, & in eo retinetur, non autem ſic phlegma ſua craſsitie penetrat in rem denſam, ſed bene in rem raram in qua ſua craſsitie facilè retinetur. Eſto enim quòd cholera facilè penetrat in rem raram, tamen ab ea ſua ſubtilitate facilè euaporat & reſoluitur. quare, &c. Eſt autem duplex ſecundum Meſue uera & non uera, ſiue propria & ezebdeng, id eſt notat: uera ſiue propria, ut dicit Meſ. authoritate Galeni, eſt quȩ ſit ex phlegmate, cum frequētius eueniat propter cauſas ſupraſcriptas, & minus mortalis. Et proportionatur ſuperfluitati nutrimenti ipſius pulmonis, quæ phlegmatica eſt, licet nutrimentum ſit cholericum. Quamuis quidam opinentur contrarium, maximè.

Concil. differentia 100. reprehendens Meſ. dicentem ſuperfluitatem nutrimenti pulmonis eſſe phlegmaticum cum potius ſit cholericum, debet enim proportionari nutrimento ſuo quod eſt ſang. choler. Et conſequenter ſecundum Concil. haberemus dicere peripneumoniam genitam per uiam paulàtim factæ congeſtionis eſſe cholericam & acutam, quod eſt contra ſenſum. Licet concederet Concil. peripneumoniam genitam ex ſuperfluitate accidentali ipſius pulmonis, quæ ineſt ſibi à catarrhis deſcendentibus, & à uaporibus à toto ad ipſum eleuatis eſſe ſecūdum plurimum phlegmaticam. Sed ſequendo Meſ. reſpondendum eſt ſuperfluitatem nutrimenti eſſe contrariam ipſi nutrimento, ſicut nutrimento oſsis contrariatur medulla. Vnde quia nutrimentum pulmonis eſt cholericum eius ſuperfluitas eſt phlegmatica. Sed contra hoc ſunt multæ inſtantiæ, de quibus aliàs. Sed in ſumma ſecundum Concil. concedere habemus omnem peripneumoniam genitam per uiam paularim factæ cōgeſtionis eſſe cholericam aut à ſanguine acuto, ſed per uiā defluxus quandoq; phleg. quādoq; cholericā ſecundum naturā humoris fluentis, licet ſecundum plurimum phlegmaticā propter cauſas ſupraſcriptas. Sed ſecundum Meſ. ſi per uiam paulatim factæ congeſtionis generetur, ex nutrimento eſſe ſemper cholericam aut ſang. ſi autem ex ſuperfluitate nutrimenti, eſſe ſemper phlegmaticam: ſi uerò per uiam defluxus quandoq; phlegmaticam quandoq; cholericam.

Signa quædam ſignificant gènus ægritudinis, ſcilicet ipſam peripneumoniam eam ab alijs diſpoſitionibus diſtinguentia, quædam cauſas eius, quædā quòd ſalubris ſit aut mortalis, quædam tempora eius, quȩdam modos terminationis, quædam longitudinem & breuitatem, &c. Terminatur aūt quinq; modis, ut ſupra de pleureſi. Aut enim reſoluit uel inſenſibiliter uel ſenſibiliter cum eius materia paulatim per ſputū euacuatur, aut induratur, aut permutatur, uel ad caput, uel ad neruos, uel ad pectus, & tranſit in pleur. uel ad exituras manifeſtas, aut eius materia per urinam, aut etiam flux. uen. euacuatur, aut maturatur, aut putreſit, ut ſuperius in pleureſi, &c.

Significant peripneumoniam ipſam feb. acuta, & cæteris paribus acutior quàm in pleureſi propter cordis propinquitatem: maior tamen aut minor ſecundum cauſam facientem ipſam. Conſtrictio anhelitus uehemens & maior quàm in pleureſi. Altus tamen uelox & frequens eſt anhelitus ſecundum feb. magnitudinem, & eſt cum magna neceſsitate euentandi, ita ut arbitretur ſe ex proximo ſuffocari. Et quandoque infirmus coactus erigitur & ſtat erectus ſecundum eam poſitionem, quæ orthopnæa uocatur, & multoties

dens non poteſt bibere & non niſi male loqui. Dolor extenſiuus & grauatiuus, non pungitiuus, ſicut in pleureſi, & eſt dolor extenſiuus in pectore toto, licet magis in ea parte in qua eſt apoſtema, procedens ex profundo ad partem thoracis, et ad dorſum ſecundum inceſſum mediaſtini, & panniculi tegentis pulmonem, pulſus ſecundum plurimum undoſus & diuerſus multum, frequentior & rarior ſecundum neceſsitatem. Hæc diuerſitas prouenit propter uehementem pugnam naturæ contra morbum, & econtrario non tamen ſemper eſt undoſus, utputa in peripneumonia choler. aut melanch. Nec poteſt dormire ſuper dorſum, nec ſuper latera, nec ſuper faciem, ſed oportet ut dormiat ſedens, licet ſecūdum plurimum minus moleſtetur dormiendo ſuper dorſum, quàm ſuper latera. Et coloratur lingua ſecundum naturam calidi apoſtematis, licet ſecundum plurimum ſit inuiſcata & adhæreat ei digitus tangentis, & propter multitudinem uaporum aſcendentium ad ſuperiora quandoq; incraſſatur collum ut appareat, ſicut uenter plenus uento, ut uidi. Et propter hanc cauſam rubeſiunt maxillæ, ut uideantur tinctæ. Et ſecundum plurimum apparet plenitudo & extenſio in tota facie & collo, & oculi rubeſiunt & tumeſcunt ut uideantur apoſtemari. Tuſsis in principio ſicca ſine ſcreatu, ſed procedente ægritudine cum ſcreatu pluri, aut pauciori ſecundum quantitatem materiæ & eius digeſtionem, & uirtutis fortitudinem. Vrina ruffa aut ſubruffa, ſpumoſa, liuida ſecundum plurimum. Et quandoq; ſubiugalis, & hic ſcreatus eſt frequēter ſpumoſus propter concluſionem aeris reſpirati ſub humiditate quæ expellitur & propter uaporum multitudinem. Aliquando aduenit ſubeth materia exiſtente phlegmatica aut ſang. cum multa uaporatione. Aliquando ſarra in materia cholerica. Signa cauſarum facilè elici poſſunt ex his, quæ dicta ſunt in ſignis cauſarum pleureſis. Signa ſalutis & mortis etiam ſumuntur ex his, quæ dicta ſunt in pleureſi. Fluxus tamen ſang. nar. non eſt adeo efficax ſignum in ſignificando ſalutem peripneumoniæ ſicut pleureſis, propter diuerſitatem materiæ, quæ eſt craſsior in peripneumonia, unde eſt eius criſis aptior per inferiora, ſcilicet per anum uel matricem, & quia non eſt tanta colligantia pulmonis cum uenis narium ſicut pectoris, ut ex anatomia patet. Et propterea fluxus menſtruorum, aut ſang. hæmorroidalis, aut criſis per urinam, aut per fluxum uētris eſt cōmuniter ſignum bonum in peripneumonia plus q̃in in pleureſi: hoc tamen diligenter attēde quòd peripneumonia ſecundum plurimum eſt mortalis, pleureſis uerò ecōtra ſecundum plurimum eſt ſalubris. Signa terminationis faciliter habentur ex his, quæ in pleureſi dicta ſunt, uerum ſi conuertitur ad pleureſim, alleuiatur anhelitus conſtrictio, & ſit in pectore dolor pungitiuus, & eſt terminatio ſalubris ſecundum plurimum. Signa longitudinis & breuitatis ſumuntur ex dictis in pleureſi, ſed frequētius reperı̃ peripneumonia longior, quàm pleureſis cum communiter pendeat ab humore craſsiori, quàm pleureſis. Cum prolongatur peripneumonia perducit ad tumorem pedum & hydropem frequenter propter nocumentum epati communicatū.

Signa etiam temporum proportionabilia dicta ſunt in pleureſi. Accidit in pulmone apoſtema durum nullo modo cal. nec per ſe, nec per accidens ſaltem caliditate notabili, quod eſt uel phlegmaticum, ſicut dubeleth, ſcilicet nodi aut glandulæ, aut melancholicum, cuius ſignum eſt conſtrictio anhelitus, quȩ in dies augetur ſecundum apoſtematis augmentum tuſsis frequens ſicc. & caloris paucitas, & grauitas ſenſata, conſtrictio anhelitus qui quandoque alleuiatur, deinde redit. Et quandoq; accidit apoſtema molle phlegmaticum in pulmone, cuius ſignum eſt conſtrictio anhelitus, ſaliua plurima, humiditas multa in lingua & partibus oris, lenitas pectoris, paucitas caliditatis, liuiditas faciei tendens ad colorem plumbeum. Et quandoq; accidit in pulmone bothor, id eſt puſtula parua calida differens à peripneum. ſicut paruum à magno, licet ratione ſuæ qualitatis ſit àpta facere accidentia peripneumoniæ, de quibus ſupra. Attamen ratione paruitatis ſuæ non facit ea neq; meretur nomen peripneumoniæ, licet poſsit dici peripneumonia parua Signa cuius ſunt grauitas non multa, conſtrictio aliqualis anhelitus cum uelocitate & frequentia, caliditas in pectore ſenſata, & inflammatio corporis abſque feb. notabiliter ſenſibili, eſt enim neutralitas aut feb. parua, ita ut totum corpus non caleſiat notabiliter, licet partes propinquiores apoſtemati amplius caleſiant. Et quandoque congregatur in pulmone aquoſitas ſiue apoſtemans, ſiue non, quȩ quia non eſt cum caliditate notabili non meretur dici peripneumonia, cuius ſigna ſunt commotio de latere in latus. Cum enim infirmus ſe reſoluit de latere ad latus ſentitur ab infirmo, & fortè auditur à circunſtantibus ſonitus aquæ commotæ, feb. leuis aliqua caliditate putredinali in ea accenſa, conſtrictio anhelitus, ſputum ſubtile aquoſum, color faciei albus, liuidus cum apoſtemate undimiali extremitatum, & breuiter eſt ut diſpoſitio hydropica, de qua poſſet eſſe dubium quomodo ibi congregata ſit, an per uiam defluxus, an per uiam paulatim factæ congeſtionis, &c. Eſt præterea dubium cum ſit multæ quantitatis & fluxibilis ualde ſicut aqua, & in meatibus tracheæ arteriæ, & ſpongioſitatibus pulmonis contenta, quomodo non ſubitò ſuffocet patientem penetrando ad partes anguſtas, & prohibendo tranſitum aeris ad cor. Ad quod pro nunc dicendum pulmonem eſſe diuiſum in duas medietates, ſcilicet, dextram & ſiniſtram mediante mediaſtino diuidente pectus per medium, poteſt ergo aqua in una medietate contineri, & per alteram fieri inſpirationem & expirationem, ſed de his ſatis pro nunc. Accidit apoſtema in canna pulmonis, quod quandoq; ulceratur, cuius ſigna ſunt feb. remiſſa cum materia in ea parte collecta, quæ ex natura morbi non poſſet eſſe multa, dolor & pulſatio dorſi ex directo ſpondilium à 12. ſpondili ſupra, & à 5. infra, quia in ea parte canna pulmonis ſituatur, quȩ ſenſibilis eſt mediante panniculo, quo tegitur pruritus in corpore propter uapores diſperſos per corpus. Aliter pruritus in conſtrictione narium, & naribus ipſis propter ipſorum propinquitatem ad cannam pulmonis, & raucedo uocis, cauſa nota eſt, & ſputum paucum, quia membrum eſt denſum in quo non niſi pauca materia ſputabilis poteſt contineri. Et ſi ulceratur, eſt odor oris

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.132

fœtidus, & repræſentatur in ore ſicut odor piſcium.

Prognoſtica, peripneumonia ut plurimũ eſt mortalis, omnis peripneumonia cholerica eſt mortalis, peripneumonia facta ex ſynanchia aut pleureſi eſt mortalis ſecundum plurimũ, quia aut interficit in ſpatio 7. dierum, aut efficiuntur empyici & tandem phthiſici iuxta Aphor. &c. licet ut plurimum ſi tranſierit 7. eſt ſalubris, ſed tamen rariſsimè tranſeunt 7. peripneumonia diuturna perducit tandem ad nocumentum epatis, ita ut erret eius digeſtiua, & tumeſcunt pedes & crura & interdum uenter. A pleuritide aut peripneumonia habito, diarrhœa ſuperueniens malum.

Cum homini ſuperuenerit feb. & in anhelitu tantam patitur conſtrictionem, ut ſe præfocari putet, & in maxillis ita uehemens ſit rubedo, ut tinctæ uideantur, & anterior pars pectoris dolet & tuſsis adeſt, et quod cum ſcreatione emittit, exiſtit ſpumoſum, & in pectore ſentitur grauitas ſine punctione & ſine calore cui omnia hæc accidunt, acutum in pulmone patitur apoſtema, & uocatur hæc paſsio peripneumonia. In principio igitur curationis eius baſilica eſt minuenda, deinde æger ex his quibus medicatur pleureſis eſt curandus.

Diuiditur hoc capitulum in partes duas. In prima ponit ſigna. In ſecunda ibi. In principo ponit curam. In prima parte ponit ſex ſigna, febrem ſcilicet continuam, conſtrictionem anhelitus maximam, maxillarum notabilem rubedinem, uaporibus petentibus ſuperiora, tuſsim frequentem, ſcreatum ſpumoſum propter magnam ebullitionem ſubtiliantem materiã, & conuertentem ipſam in uapores, qui retenti ſub materia uiſcoſa, eleuant ipſam in diuerſis partibus facientibus ampullas. Ad quod adiuuat aeris reſpiratio per loca anguſta, cuius pars ſub materia illa retinetur faciens ampullas, in pectore ſentitur grauitas & extenſio ſine punctione, & ſine alia ſpecie doloris, quia pulmo non ſentit niſi per panniculum inuoluentem, per quem apoſtemate exiſtente in ſubſtantia pulmonis non ſentitur niſi extenſio, & per panniculum ſuſpendentem, ſcilicet mediaſtinum per quem non ſentitur niſi dolor grauatiuus, & per eandem cauſam non ſentitur calor in parte apoſtemata. Si autem materia communicaretur alteri iſtorum panniculorum ſentiretur dolor pungitiuus, & calor: quæ dicit in ſecunda parte nota ſunt.

Cura peripneumoniæ ſimilis eſt curæ pleureſis quo ad omnes intentiones curatiuas dictas in capitulo de pleureſi, quas omnes huic cap. peripneumoniæ accommoda ſecundum exigentiam ipſius terminationis, ſimiliter eadem antidota ſunt utrique communia, oportet tamen ut medicinæ exterius applicitæ, iuxta ſententiam Auic. ſint magis profundantes in peripneumonia, cum ſit à cute diſtantior quàm pleureſis ad quarum profundationem duo iuuant: una eſt forma medicinarum, nam uirtus emplaſtri magis profundatur, quàm uirtus unguenti, & uirtus embrocæ quàm fomenti. Secundum, in medicinis peripneumoniæ ponatur aliquid acuitatem habẽs ſubtilium partiũ ſicut modicum aceti acuti, ſit enim ita modicum, ut penetrare faciat & ſputum non prohibeat, neque prohibeat permutationem peripneumoniæ ad pleureſim. Et oportet ut ſit maior ſollicitudo ad mundificandum cum ſputo, quod ualde difficilius eſt, quàm in pleureſi. non propter loci diſtantiam, ſed propter nocumenti magnitudinem ad materiæ inobedientiam. Ad quod iuuat ſtatio ſuper loco infirmo. Tertiò, ut cum auxilijs noſtris magis intendamus euacuare & diuertere ad inferiora, quàm in pleureſi. Et propterea prouocatio hæmorrhoidarum ac menſtruorum eſt utiliſsima & ultima in peripneumonia. Sicut fluxus ſanguinis narium eſt ultimum in pleureſi. Et longè melius eſt phlebotomare ſaphenas in peripneumonia, quàm in pleureſi, cuius cauſa potiſsima eſt, quia peripneumonia cõmuniter eſt craſsior magis petens inferiora.

Cura peripneumoniæ cholericæ, quæ almeſir dicitur, eſt difficilis, eſt enim ægritudo peracuta plurimũ occidens in 7. uel ante, & in hac opus eſt pluri extinctione, quàm in pleureſi à ſimili cauſa propter membri caliditatem & cordi uicinitatem. Dentur ægro per os extinguentia fortia & in quantitate notabili & actu frigida, ſint tamen ſtringentia aut compingẽtia, ſicut aqua melonis indi, cucurbitæ, mucillaginis pſilij, aqua ſolatri, & huiuſmodi, & exterius non ponantur emplaſtra, ſed unctiones, ſicut oleum uiolaceum aut epithimata, quia & ſi emplaſtra frigida ſint tamen calorem reflectendo, interius calefaciunt. Et poteſt fieri exterius epithima cum aqua uiolacea, & modico aceti, quæritur enim maior extinctio, quàm reſolutio. ſicut in eryſipelate puro & ſimiliter omne regimen reliquum magis ad frigidum declinet quàm in pleureſi. Cura autem & regimen reliquorum apoſtematum pulmonis, quæ non dicuntur peripneumoniæ, cum in eis non ſit caliditas notabilis, nec per ſe nec per accidens eſt ſimilis curæ peripneumoniæ. Seu cæteris paribus cum magis calid. procedere poſſumus, quàm in peripneumonia.

Si enim ſit melancholica curetur cura pleureſis melanch. de qua ſupra. Si uerò phlegmatica à phlegm. craſſo curetur cura pleureſis phlegmat. & procedatur cum multum humid. mollificantibus, aut parum ſic. remiſſè calefacientibus. Si uerò à phlegmate ſubtili aquoſo cum calefacientibus magis & aliqualiter exiccantib. ſputum calefacientib. ſputum facilitantib. In omni enim huiuſmodi diſpoſitione ſputum facilitandum eſt, ut in craſſo & uiſcoſo iuuetur cum ſubtilianbus et incidentib. Verũ aquoſitas in pul. congregata indiget proprijs educentib. aquoſitatẽ, ad quod præcipuè eſt ſuc. ireos cũ educat aquoſitatẽ & ſit medicina pulm. & ꝓpriè ℥. 2. cũ aqua mellis & in hac audacius procedere poſſumus cum cal. interius et exterius exiccantibus uſq; ad ſulphur & aſphaltum, & ſimilia exterius applicita, & interius etiam medicamen de arſen. & ſulphure, de quibus apud authores in capit. de aſthmate & etiã ſuperius in curatione pleur. ſufficienter

ter actum eſt, iſta tamen apoſt. multum chronicantur præter bothor, & plerunq; perducunt ad malum exitum niſi diligenter curentur. Cura bothor in pulmone ſimilis eſt curæ peripneumoniæ aut pleureſis ſanguineæ, ſed propter paucitatem materiæ & paruitatem eius eſt facilis curationis & citæ curationis, licet ut plurimum ſuppurentur, propterea ipſo erupto regendus eſt æger diligenter cura ulceris, de qua ſupra in pleureſi cum terminatur per ſuppurationem, actũ eſt ſufficienter, ne aucto ulcere & malignato tranſeat ad phthiſim. Ex uariolis enim quandoq; ſit phthiſis, ut aliquãdo uidi. Et propterea minus malum eſt pro honore medici & utilitate ægri, oẽs ægritudines aliquantulum pluris periculi exiſtimare, quàm paucioris, ut & ipſe diligens ſit omnes præmeditãs ſiniſtros euentus, omniaq; ſymptomatica occurrere potentia ut ipſis ſecundum exigentiam ſuccurat & ne aliquando dicat non ſic putabam, homo enim eſt pręſtantiſſimus omnium quæ ſunt infra concauum orbis lunę qui ſemel periens non amplius reuiuiſcit, niſi in die nouiſsimo, ſunt & aliæ rationes quæ diligenter animaduertenti poſſunt facilè innoteſcere, &c.

Apoſt. in canna pul. eodem modo curatur ſicut in peripneumonia & pleureſi, de quarum cura ſufficienter actum eſt, hoc addito quòd medicinæ exterius applicitæ, debent poni poſterius ſuper ſpondilib. & anterius in medio pectoris ex directo partis cannæ apoſt. Secundò quia medicinę quæ per os ſumuntur debent potius in ore teneri, gargarizari, & lambi q̃ bibi, ut ex ipſis aliquid ad cannã pulmonis tranſeat. Et ſi deglutiunť paulatim debent deglutiri, nam cum meri ſit proximum cannæ pulmonis in longa mora ſui inceſſus, & per meri medius uirtutes eorũ poſſunt cannæ pulmonis communicari. Et propterea quę deglutiuntur alicuius corpulentiæ & uiſcoſitatis eſſe debent ut diu in tranſitu morentur, licet etiam bibita & comeſta uiuent, ſicut etiam in peripneumonia.

DE EMPYIMATE.
Cap. LXX.

Empyima eſt collectio ſaniei in pectore, ſiue ſuper diaphragmate in ſpatio inter pulmonem & pectus, aut in una medietate tantum, aut in ambabus, quamuis collectio cuiuſcunq; humiditatis etiam ſi ſanioſa non eſſet, poſſet largo modo empyima dici, ſicut collectio aquoſitatis, ut iam uidi phlegmatis & ſan. &c. Huius cauſa multiplex eſt, aut catarrhus effuſus ad pulmonem, & tandem ad pectus aut materia ſynanches permutatæ ad has partes, aut apoſtema ruptum in pulmone, aut ulcus pulmonis, aut pleureſis quæ poſt maturationem rumpitur, aut ſaltem quæ non debitè mundificatur, aut effuſio ſanguinis ad pectus propter uulnus extrinſecũ, aut propter uenarum intrinſecarum rupturam, aut aggregatio humiditatis in pectore quæ poſtea ſaniatur, ſiue fuerit paulatim cõgeſta, ſiue à pulmone deriuata, aut aliunde per uias occultas, poteſt etiam ſanies per occultos meatus à multis partibus corporis ad pectus deriuari, ſicut in Ioanne Boiardo. Cumq; materia in pectore colligitur terminatur uno quinq; modorũ. Aut enim ſubitò præfocat ſui multitudine, aut putre ſit pulmo, & facit cadere in phthiſim, & hoc ſecũdum plurimum, aut mundificatur cum ſputo facilè ſuccurrente, aut mundificatur ex uia uenæ magnæ & arteriæ magnæ ad ueſicam cum urina craſſa, & eſt curſus eius prius ex uena ad epar, deinde ad renes. Et quandoq; ad inteſtina cum egeſtione, & ſunt ambæ laudabiles facientes ſanitatem neceſſario, ſicut in domino Nicolao de Bonauerijs per uiam ſeceſſus, & quandoque apparente tumore in cute pectoris ſcinditur, & materia per foramen illud educitur.

Signa ſunt feb. minuta quæ quandoq; malignata materia & amplius putrefacta excreſcit & augetur ualde & fortè eſt feb. minuta quæ eſt hectica. Secundum calefactio extremitatum, aut manuum & pedum propter uapores illuc delatos. Tertium grauitas & extenſio quędam in pectore præcipuè in ea parte in qua ſanies continetur. Quartum eſt tuſsis ſicca, in principio, in proceſſu uerò humida, cum materia ingreditur pulmonem & ſputo educitur. Quintum rubedo maxillarum ex uaporibus ad ipſas aſcendentibus. Sextum dolores circa eas partes ex mordicatione ſaniei, et cum incipit malignari. Septimum corpus extenuatur & extrema tumeſcunt, licet ſubſtantificè exiccetur debilitata amplius digeſtiua in extremis. Octauum anhelitus conſequentes & frequentes fiunt uoces eorum, quod accidit propter ſtricturam anhelitus & laborem in anhelando, & dicit Auic. ꝙ frequenter fiunt nares eorum, id eſt, motus dilatationũ uel dilatatiuus & conſtrictiuus narium ob eandem cauſam. Nonum deiectio appetitus, imò tandem ablatio: læſis enim ſpiritualibus, neceſſe eſt tandem naturalia lędi. Decimum tumor aliquando exterius apparẽs ex directo illius partis in qua ſanies collecta eſt. Vndecimum iacent & dormiunt ſuper latere in quo collecta eſt ſanies, & ſuper latere oppoſito iacere non poſſunt, quia grauãtur & ſuffocantur à ſanie pulmonem comprimente, & per hęc duo ſigna diſtinguitur latus ſaniei. Duodecimum ſignum ſonitus auditus, in reuolutione de latere ad latus ex puris agitatione. Et dicit Auicenna, quòd quidam intingunt filum in luto rubeo in aqua diſſoluto, & cum eo circundant pectus, & ille eſt locus ſaniei in quo ſit prius fili exiccatio. Signa ſalutis & mortis in empyimate ſumuntur ab actione læſa, qualitate mutata, & exeuntibus.

Ab actione quidem læſa, quia cum fortificantur operationes & conualeſcunt ſicut ſomnus, appetitus digeſtio, pulſus, anhelitus, bonum. Econtra uerò malum. A qualitate mutata, quia ſi febris minuitur, & coloris habitudo melioratur, bonum, econtra malum. Ab exeuntibus quia facilitas ſputi & copioſi ſecundum exigentiam materiæ & laudabilis, ut quòd appareat ſanies laudabilis bene conditionata, bonum, econtra uerò malum. Et ſimiliter exitus ſaniei per urinam aut ſeceſſum copioſè ſecundum materiæ exigentiam arguit ſanitatem neceſſario, etiam ſi non ſit laudabilis. Significat enim fortitudinem uirtutis, & materiæ obedientiam cum non poſſit expelli niſi reſudando ad uenam chilis aut ad arteriam magnam, ut ſupra ſcriptum eſt. Et ſimiliter exitus ſaniei laudabilis cum perforatur locus empyimatis, bonũ, contra uerò malum. Diſtinguitur aũt ſanies ab hum. phlegmatica per odorẽ, ſaporem, colorem, modum, hæc tamen diſtinctè ſcribi nõ poſſunt,

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.133

ſed oporteret horum notitiam longa experientia acquiri, ut agnoſceretur habitus dictus gnomon 6. ethico. Et ſanies quàm primum deſcendit in aqua, econtra uerò humiditas phlegmatica natat. niſi ſit ualde craſſa, & in partibus ſuis tenax & inuiſcata, &c.

Cura empyimatis magna ex parte habenda eſt ex his, quæ dicta ſunt, pręcipuè de cura pleureſis per ſuppurationem. Eſt enim in cura empyimatis una intentio principalis, ſcilicet euacuatio materiæ ſuper diaphragmate contentæ, quæ per tres uias poteſt educi, aut enim reſudat ad uenam concauam tranſiens per eam ad gibbum epatis, & exinde per alterā duarum uiarum expellitur. Si enim tranſit ad uenam chilis deſcendentem exinde per emulgentes ad renes tandem ad ueſicam mictu educitur. Si uerò ex gibbo epatis tranſeat ad concauam exinde per meſeraicas ad inteſtina ſeceſſu educitur. Et ſi per utraſq; uias tranſiuerit ſimul mictu & ſeceſſu educitur, qui modus terminationis eſt laudabilis, cum quo eſt fiducia ſanitatis, ſed rariſsimus. Quem modum ſi natura tentauerit adiuuāda eſt, ſi diminuta fuerit cum his, quæ dicta ſunt in capite de curatione pleureſis, per ſuppurationem intentione tertia. Si uerò per ſe ſuffecerit non eſt impedienda. Sed regenda eſt debito regimine ſex rerum non naturalium ſecundum exigentiam accidentium & uirtutis tolerantiam quod ex ſupradctis facile elici poteſt. Secunda uia euacuationis huiuſmodi materię eſt, ut paulatim reſudet ad pulmonem & tandem per tracheam arteriam tranſeundo educatur qui modus terminationis licet ſit frequens, non tamen ita tutus, ſicut ſupraſcriptus, cum plerunq; natura deficiat à ſputo, aut ipſius imbecillitate, aut materię inobedientia, eſt enim difficilius graue aſcendere quàm deſcendere, & plerunq; materia diu tranſiens per pulmonem ſua nitroſitate ulcerando perducit ad phthiſim, hanc quoq; euacuationem ſi natura tentauerit adiuuanda eſt, ut ſupraſcriptum eſt in cura pleureſis per ſuppurationem intentione tertia.

Reſtat tertia uia ſi neutram iſtarum non tentaret, aut non uideatur ſufficiens, ſcilicet aperire pectus apertione penetrante interius ad locum ſaniei taliter, ut per foramen factum ſanies poſsit educi. Super quam operationem non eſt præſumendum, niſi duabus conditionibus ſeruatis. Prima, ut uirtus ſit conſtans potens hanc operationem tolerare. Secunda, ut alicui membro nobili ſicut eſt pulmo aut diaphragma non ſit impreſſum nocumentum quod non uideatur corrigibile, quod plerunq; ex longa mora ſolet euenire. Et propterea cum aliæ duæ uię euacuationis huius materiæ non uidentur ſufficientes, non eſt tardandum uſque ad quadraginta dies, in quo tempore ſolet eſſe nocumentum hoc adeò impreſſum ut deinceps ſit male corrigibile. Sed quanto citius tanto melius, dummodo primò uiſum ſit neutrum aliorum ad hoc ſufficere, niſi ubi natura per ſe tentaret huiuſmodi materiæ expulſionem eleuando in cupum & tumorem manifeſtum aliquam partem pectoris, tunc enim omninò adiuuanda eſſet, niſi iam eſſet ultima uirtutis defectio. His ergo conditionibus ſtantibus ſuper tali operatione audendum eſt. Dummodo primò ab ægro aut ab amicis ſuis de tali operatione rogati fuerimus. Nobis tamen non promittentibus ſalutem, imò rei dubium euentum, ſed aſſerentibus, quód ſi qua eſt uia ſolam hanc eſſe, quæ ſeruari poſsit. Et tunc dei nomine inuocato eſt perforandum aut cum ſagitella forti aut roſario, ita ut foramen ſit ſatis anguſtum, dummodo ſanies per ipſum ſufficienter poſsit educi, aut frigida exiſtente materia, ſaltem radicaliter, & cum pauca feb. cum cauterio actuali aut potentiali, licet actuale ſit ſalubrius, quamuis magis horribile. Sed in omnem euentum foramen ſit tantum ut ſanies & trumbi ſiqui ſint liberè poſsint egredi, nec fiat uirtutis & ſpirituum nimia reſolutio, fiatque foramen iſtud ſecundum inceſſum coſtarum, inter quartam & quintam coſtam mendoſam, diſtanter à ſpina ſecūdum longitudinem coſtarum, aliquantulum tamen citra coſtarum extremitates, ut puta per duos digitos uel circa, penetrans interius ad locum ſaniei. Si autem fieret hæc operatio cum cauterio potentiali, oportet poſt cauterizationem perforare quod uſtum eſt cum ſagitella, adeo ut ſanies liberè egrediatur. Et in prima uice aliquid modicum, ut puta medius cyatus permittatur exire. In ſecunda uice per duodecim horas poſt, cyathus unus in tertia ſimiliter tantum uel parum plus. Et ſic deinceps uſq; ad completam euacuationem. Inquit enim Hip. 6. Aphoriſ. Quicunq; empyici aut hydropici aut uruntur aut inciduntur, hi fluente aqua aut ſanie repentè omnino pereunt. Et adiuuetur etiam ad exitum ſaniei ſi fuerit neceſſarium cum tuſsi hora mutationis, & iacendo ſuper latus ægrum. Et quàm primum ſanies ſufficiens exierit, claudatur uulnus, nec diu dimittatur apertum, ne fiat ab aere alteratio & caloris exhalatio. Medicinæ autem uulneri imponendæ uſq; ad duos dies uel circa, ſunt tentæ infuſæ in oleo roſaceo, ſatis molles ad doloris ſedationem & apoſtematis prohibitionem & circum circa cum oleo roſaceo eſt inungendum. Si uerò eſcara fuerit ex cauterio derelicta in oleo roſaceo, uitello oui admixto eſt tenta infundenda, ut dolor mitigetur & procuretur caſus eſcaræ.

Si autem timeretur ne ſanies erumperet propter ſui multitudinem & ſubtilitatem et fieret nimius eius fluxus tutius eſt in albumine oui, aut albumine ſimul cum uitello tentam infundere, & etiam ſtupas in his ſimul infuſas & exterius applicare, conuenienterque ligare donec amplius hunc repētinum exitum non timuerimus. Tranſactis duobus uel tribus diebus ad mundificantia ueniendum eſt. Si ergo uideatur neceſſarium ad meliorem mundificationem inijciatur interius cum cathair aut alio inſtrumento, aqua aut uinum decoctionis mellis in quātitate notabili, ita ut mel ſit ſexta pars, & fiat decoctio ad conſumpſitionem tertiæ partis, & inijciatur debitè calid. & reuoluatur de latere ad latus in modum ablutionis uegetis cum ſuauitate tamen, & poſtea permittatur exire quod immiſſum eſt ſimul cum ſanie, & ſi fuerit neceſſarium reiterare reiteretur tolerāte uirtute donec quod immiſſum eſt clarum exeat. Si uerò uirtus non toleret, ſufficiat una immiſsio donec uirtus fortificet, & ſi opus fuerit fortiori mundificatione & à putrefactione, pręſeruatione, inijciatur aqua aut uinum decoct. myrrhæ & lupinorum, & procedatur modo qui ſupraſcriptus eſt, exterius aūt ponatur unguentū

ex

ex melle roſaceo terebinthina & farina hordei. Et ſi opus erit fortius mundificare addatur myrrha & ſarcocolla, & ſi propter eſcaram eſſet opus aliquali maturatione addatur uitellum oui aut parum farinæ fœnugræci & tandem incarnetur cum thure, maſtice & mumia, aut cum unguento ex ipſis facto cum terebinthina aut alio huiuſmodi, & hoc poſt ſufficientem mundificationem cum iam uulnus exiccari uiſum fuerit & parum ſaniei emittere & tunc tentę quotidie diminuantur. Vltimò cicatrizetur cum puluere facto ex nuce cupreſsi, balauſtijs, gall. thuria, croco, ferro aut ære uſto, primò cum uino nigro balneando in quo decocta ſint aliqua ſtiptica huiuſmodi. Et poſtea loco exiccato aſpergendo huiuſmodi pulueres, quibus etiam ſi opus fuerit maiori exiccatione poteſt addi aliquid aluminis, & poſſent etiam in huiuſmodi uino ſtupæ infuſæ & bene expreſſæ deſuper apponi, &c. Dięta in principio uſque ad duos uel tres dies licet ratione uulneris deberet eſſe tenuis, tamen ratione debilitatis uirtutis propter reſolutionem ſpirituum, tum ex dolore, tum propter emanationem ſaniei debet aliquantulum incraſſari, & ad frigidum declinare. Vnde in hoc tempore eſt exhibendum contuſum pulli alteratum cum lacte ſeminum communium & ſuc. hordei in brodio conſumato, & ſimilia.

Et uinum debet eſſe dulce, lymphatum nobiliter cum aqua ſacc. & exhibendum eſt de cibo bis ter aut pluries in die naturali ſecundum uirtutis conſtātiam & ægri conſuetudinem. Tranſactis autem duobus uel tribus diebus, cum tunc ſit tempus mundificationis, dentur cibi adiuuantes ad mundificationem ſicut ſuc. hordei in optimo brodio, brodium cicerum, hordeum ipſum coctum in brodio laudabilium carnium, & ſimilia. Et carnes laudabiles, pullorum, perdicum, & cæt. Et poſtea adueniente tempore incarnationis & conſolidationis dentur cibi magis inuiſcātes, ſicut ſpelta, frumentum, tritum, & uinum rub. ſemper tamē aliquali dulcedine participans, aut fiat tale cum aqua ſacch. quæ aqua ſi oportuerit ad maiorem conſolidationem poſſet calibeari, & tunc etiam exibeantur carnes laudabiles pluris nutrimenti, ſicut caponum, phaſianorum, & tandem capreti, & caſtrati iuuenis, & extremitates horum animalium magis inuiſcantes & tandem ad dietam ſanorum paulatim perducatur. Si autem ulcus uera conſolidatione conſolidari non poteſt, imò tranſit ad fiſtulam quod quandoq; accidit propter debilitatem particulæ præcipuè cum ſanies longam moram ibi contraxerit adhibenda eſt cura fiſtulæ. Impedimentum enim conſolidationis poteſt ex duplici cauſa accidere, aut ex continua reaggregatione materiæ ſiue ſaniei ſuper diaphragmate, aut per uiam paulatim congeſtionis iam digeſtiua deblitata, aut per uiam defluxus aliunde. Secundò ex malitia ulceris facti in pectore, aut quia labia ſunt inuerſa, aut genita ſit caro mollis aut dura fiſtuloſa. Si primum ſit in cauſa, intendendum eſt ad confortationem membrorum ſpiritualium & præcipuè digeſtiuæ & expulſiuæ ipſorum & fortem exiccationem tam cum cibis quàm cum medicinis tam interius, quàm exterius applicitis quæ omnia ex his, quæ dicta ſunt ſupra, innoteſcere poſſunt præcipuè ex cura aquæ in pulmone, & ex cura pleureſis cum ſuppuratur intentione tertia. Si uerò impedimentum conſolidationis prouenire ex malitia ulceris pectoris iam dicta, cauterizetur totum ulcus cum ferro ignito aut auro uſq; ad profundum, cauendo tamen à læſione pulmonis cauterizatione ſatis notabili, deinde caſus eſcarę procuretur, tandem mundificetur, incarnetur, & conſolidetur, ut ſuperius dictum fuit. Hoc ſemper memorando quòd medicinæ in his ulceribus fiſtularibus debent eſſe ualde ſiccæ, et ſicciores cæteris paribus quàm in alijs ulceribus communiter occurrentibus, & hæc de his diſpoſitionibus ſatis dicta ſint.

DE SPVTO SANGVINIS. Cap. LXI.

QVid nominis & quid rei ſputi ſang. ſunt ſatis manifeſta. Eſt enim ſputum ſang. emiſſio ſanguinis per os undecunq; proueniat, propter quod ſciēdum quòd ſanguis qui ſpuitur aliquando deſcendit à cerebro, aliquando uenit ex naribus, aliquando ſpuitur ex partibus oris, ſicut gingiuis & lingua, aliquando ſpuitur ex partibus gutturis ſcilicet à principio meri, epiglottis, & à partibus uicinis, aliquando ſpuitur ex partibus meri, ſtomacho, & alijs membris naturalibus mediante ſtomacho, aliquando ſpuitur ex canna pulmonis, pectore & panniculis intrinſecis ipſius pectoris, omne autem illud appellatur ſputum ſang. ſi per os emittatur à quocunque membro proueniat. Sputum ſang. eſt duplex. Eſt enim quoddam impetuoſum in quo eſt egreſsio multi ſanguinis. Quoddam eſt cum pauco impetu, & exitu pauci ſang. Et quodlibet iſtorum eſt duplex, quoddam eſt creticum, quoddam non creticū, & iterum quoddam eſt periodicum, & quoddam ſine periodis, in quibuſdam enim ſang. determinato tempore congregatus poſtea expellitur, quod frequentius eſt à membris naturalibus, q̄ à ſpiritualib, aut animalibus, & aliquando eſt illis ſanitas, aut præſeruatio à multis ægritudinibus. Pro notitia cauſarum ſciendum quòd ſanguis aliquando egreditur à uenis & arterijs, aliquando à membrorum ſubſtantia. Sed primo modo egreditur tripliciter, aut propter apertionem orificiorum uenarum, aut propter reſudationem, aut propter ſolutionem continuitatis in uenis & arterijs ſiue illæ rumpantur totaliter ſecundum latum, ſiue in parte ſcindantur, aut ſecundum longum, aut ſecundum latum. Sang. autem egreditur propter apertionem orificiorū, aut quia orificia illa facta ſunt lata in creatiōe ſua, aut quia ex tempore dilatata ſunt propter malam complexionem humid. & cal. laxantem aut dilatantem, aut quia remota eſt pellicula tegens ipſa orificia, aut ab humoribus acutis corrodentibus, aut à medicinis fortiter abſtergentibus & orificia uenarum aperientibus, ſicut aloes & medicinæ exoluentes ualde acutæ, aliquando prouenit ex debilitate contentiuæ ſequente omnem malam complexionem, licet propriè calid. & humid. aliquando fit ſanguinis egreſsio per orificia propter multitudem ipſius aut acuitatem, aut ſubtilitatem, ſiue ſubtilitas ſit per choleram, ſiue per aquoſitatem ſanguinis permixtam, aliquando fit hoc per motum ſang. cum magno impetu ad ipſa orificia propter fortes motus corporeos aut animales, aut propter phlebot. trahentem ſang. impetuoſè ad ipſa orificia, & ſecundum hunc

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.134

modum phlebot. ſaphenarum prouocat ſanguinem menſtrualem. Cauſa uerò reſudationis ſang. à uenis eſt aut ſubtilitas ſang. undecunq; proueniat aut raritas texturæ uenarum, huiuſmodi autem cauſa eſt frequenter ebullitio & in ſanguine agitatio. Cauſa uerò ſolutionis continuitatis uenarum coniuncta, eſt aut multitudo ſanguinis extendens, aut acuitas ſanguinis, aut humor corrodens uenas, aut uentoſitas retenta in eis ſcindens eas, remotior autem eſt caliditas humores ebullire faciens, & retentio euacuationũ conſuetarum, ſicut ſanguis per nares menſtrualis & hęmorrhoidalis, aut uaricum laqueatio, aut ulcerum antiquorum conſolidatio, aut alicuius membri abſciſio quapropter ſuperfluit nutrimentum illius membri. Cauſæ autem primitiuæ ſunt caſus, percuſsio, morſus uenenoſorum. Aer nimis æſtuoſus aut nimis frigidus, aut nimis ſiccus uenam exiccans, et indurans, propter quod paratur eruptioni, quod etiam poteſt à cauſis intrinſecis contingere. Cibi multiplicantes ſang. aut acuentes ipſum. Medicinæ acutæ, corroſiuæ, aut à proprietate aperientes orificia ſicut euphorbium, gummi, ruta agreſtis, & aloes, ſomnus multus, retinens ſuperfluitates et propriè ſuper re dura, aut ſuperfluæ uigiliæ. ſang. ſubtiliantes & acuentes, nima repletio & retentio euacuationum cõſuetarum & motus fortes corporei & animales, ſicut ira timor, tuſsis frequens et fortis, uociferatio, acuitas uocis, ſine gradatione & rixa. Et propter hoc multiplicatur in dæmoniacis, & in illis qui rixantur ab omni re, & procedit ex uomitu laborioſo, ſternutatione, expreſsione forti, retentione anhelitus, & omnib. huiuſmodi motibus fortibus, & propriè factis ſine gradatione. Soluuntur etiam uenæ & membrorum ſubſtantiæ propter corroſiones & putrefactiones & maximè pulmonis ex humoribus acutis in ipſo congeſtis, aut ad ipſum aliunde deriuatis, & maximè à cerebro, eſt enim pulmo propter mollitiem ſuæ ſubſtantiæ & ipſius humoris acuti pronus in corroſiones & putrefactiones ad quas fluxus ſang. ſequitur.

Eſt autem ſciendum quòd cum uenæ ſunt ſang. præter modum repletæ, natura tentat ipſius euacuationem per regiones conuenientes, ſcilicet, per uenas narium, hęmorrhoidales, aut mẽſtruales, per ſputum, & ſolutionem ſang. quę cum non poteſt per illa loca expellere, tentat uenę ſciſſuram, ne ſang. retentus repens ad membra nobilia per uenas magnas, ſcilicet cerebrum, cor, & huiuſmodi ſubitò ſuffocando interimat. Sang. autem à membrorum ſubſtantia egreditur, aut propter apoſt. aut puſtulas membrorum à quibus ſang. reſudat ſicut in pleureſi & peripneumonia quę apoſt. aliquando ſunt ſalua quãdo ſunt ſang. & quando reſudat materia nõ imbibita nec incraſſata, aut propter corroſiones & putrefactiones aut propter ſanguiſugam alicui membro appẽſam, aut propter eradicationem humoris cum membri ſuperficie inuiſcati quomodo poſſet etiã uena excoriari & ſcindi. Signa ſputi ſang. à cerebro eſt nocumentum cerebri præcedens, & quod ſang. egreditur cum extractione ad inferiora, aliquando tamen decidit in os abſq; alio auxilio per uiam colatorij & aperiendo os egreditur, & ſi ſanguis fuerit arterialis egreditur cum maiori impetu & eſt ſubtilior rubeus cum claritate, & ſpumoſus & eius retentio eſt difficilis, & contraria ſigna ſunt ſang. uenalis. Signa uerò quod ſang. ille ſit ex naribus, eſt frequens fluxus ſang. narium & illius attractio ad partes oris cum raſcatione, & ſi inſpiciantur nares ſunt ſanguinolentæ, item in ſuflatione narium ſang. educitur. Si uerò ſit à palato egreditur cum raſcatione ſenſata in palato, & ſi à colatorio egreditur cum raſcatiõe ſenſata in acumine palati, & ſi eſt à lingua uel gingiuis ſolum expuitur, & aliquando in ſuctione ipſarum. nocumenta quoq; horum membrorum, quæ ſenſui ſubiacent hoc declarant. Si uerò egreditur à partibus gutturis, raſcatione educit in gutture ſenſata, & nocumenta harum partium hæc declarant.

Quòd ſi fuerit in cãna pulmonis & epiglotti egreditur cum pauca tuſsi, & forti raſcatione, & dolor exiſtit in canna, eſt enim ſenſibilis per panniculum tegentem ipſam, & ille qui eſt ex uenis cannæ eſt minus ſpumoſus & magis ſpiſſus q̃ qui eſt ex pulmone, & ſimilior ſang. quamuis nõ ſit in craſsitie eius qui eſt ex pectore, & cum hoc ex omnibus his locis ſanguis eſt paruæ quantitatis præterquam ex cerebro & narib.

Signa prognoſtica ſputi ſanguinis à pectore aut pulmone ſunt diſpoſitiones corporum ad ipſum, ſicut nuditas pectoris à carne cum ſtrictura humeri eleuati & ſpatulæ exterius eminentes, ſicut curuaturę alarum, collum ſubtile & longum, depreſſum inter alas & humeros, & frequentat eos tuſsicula cum punctura, nunc apud dexteram, nunc apud ſiniſtram ſpatulam, nunc apud aliquam mammillarum.

Quòd ſi fuerit à pulmone & pectore egredit̃ cum multa tuſsi. Nam quanto ſang. uenit magis à propinquo, expuitur cum tuſsi minori, et à longinquo cum maiori, & quando dormit ſuper loco in quo eſt ægritudo, additur excreatio eius quod expuitur.

Diſtinguitur autem ſanguis proueniens à uenis pectoris à ſanguine proueniẽte à uenis pulmonis, quia à uenis pectoris proueniens eſt minoris quantitatis magis craſſus, imò aliquando coagulatus, ſicut ſanguiſuga, cuius coagulatio poteſt fieri in concauitate pectoris, & deinde ſic. coagulatus ingrediens pulmonem expuitur & poteſt fieri cum coagulatione in pulmone. Sanguis autem pulmonis non coagulatur propter multam choleræ admixionem. Item ueniẽs à pectore cum maiori tuſsi expuitur propter difficultatem ingrediendi pulmonem, & maiorem diſtantiam & propter craſsitiem. Item adeſt dolor pectoris & eſt parum ſpumoſus, ſigna his contraria, oſtendũt ex pulmone prouenire. Diſtinguitur autem proueniens à ſubſtantia pectoris, à proueniẽte à ſubſtãtia pulmonis, ſicut accidit in à poſtematibus & ulcerib. ipſorum per ſigna apoſtematum ipſorum, de quibus ſupra, & per ſigna ulcerum ipſorum, de quibus infra in cap. de phthiſi. Et ueniens à pectore eſt cum dolore, magis niger, minus ſpumoſus, cum maiori tuſsi ſicut nunc dictum eſt. Diſtinguitur autem ſanguis ueniens ab utriuſq; uenis à ſanguine ueniente ab eorum ſubſtãtia, per multitudinem cum eſt à uenis, per paucitatẽ cum eſt ab ipſorum ſubſtantia, & eſt abſciſſus, id eſt non continuus, imò manifeſtè ſeparatus, ſcilicet unum ſputum ab altero in uaſe in quo colligitur proueniens autem à uenis eſt continuus. Diſtinguitur autem proueniens ab apertione meatuum qui cõtinuant arterias pulmonis cum trachea arteria, qui naturali

naturali diſpoſitione ſunt peruij, aerei, & inuij ſang. à ſanguine proueniente ex factura uenarum pulmonis quia ille eſt paucus, hic uerò multus, & cum leuibus remedijs ille facilè curatur, hic uerò difficiliter, proueniens autem à meri excreatur cum uomitu, & cognoſcitur per nocumentum ſenſatũ in ipſo meri & eſt paucus. Sed proueniens à ſtomacho, cognoſcitur ex dolore ſtomachi, & quia egreditur cum uomitu. Sed egrediens ab epate, & membris, quæ ſunt ultra epar mittentibus ſanguinem ſtomacho cognoſcitur per nocumenta eorum, et ſanguis proueniens à ſplene eſt magis niger, & habet odorem ponticum.

Nota tamen ne contingat error, quandoq; ſanguinem à pectore uel pulmone manantem ad ſtomachũ deſcendere & uomitu educi, ſicut econtra aliquid de ſanguine à ſtomacho exiens ad pulmonem deſcendit & tuſsi educitur. Et diſcernitur inter hoc, quia ſi eſt à pulmone uel pectore in principio, et ſecundum pluralitatem uicum expellitur à tuſsi, & rarò uomitu, & ita ſi à ſtomacho in principio, & ſecundum pluralitatem uicum expellitur à uomitu & rarò tuſsi. Creticus cognoſcitur, quia eſt terminus alicuius ægtitudinis. Periodicus cognoſcitur ex ordine ſui periodi, & ſecundum plurimum prouenit à ſtomacho & eſt per eum aliquando ſalus & præſeruatio à multis ęgritudinibus. Cognoſcitur autem prouenire ex apertione orificiorum uenarum, quia in principio eſt paucus & augendo procedit, & eſt ſine dolore. Econtra uerò proueniens ex ruptura uenarum in principio eſt multus, deinde paucus et cum aliquali dolore.

Differt autem proueniens per reſudationem ab utroque iſtorum, quia ille eſt ualde modicus & ſubtilis in comparatione ad utrunque iſtorum, ſed dilaratio orificiorum à generatione contracta, cognoſcitur propter facilem fluxum ſanguinis à quacunque cauſa. Signa cauſarum primitiuarum ſunt ipſæmet cauſæ, cognoſcitur autem prouenire ex apoſtematis corroſionibus, & ulceribus, ex ipſarum præceſsione & cum ſputum ſanguinis ſuccedit ſputo ſaniei, ſignatur ulcus eſſe factum corroſiuum. Corroſionis ſigna ſumuntur ex anteceſsione cauſarum corrodentium, ut catarrhi acuti, ſalſi, uel ſuppuratione alicuius corroſiui, & erit aliquando febris propter malitiam materiæ corrodentis. Item fortè præceſsit ſputum ſaniei uel alicuius cruſtæ, uel partis pulmonis. Et aliquando apparet ſputum ſimile aquæ carnis lotę propter paucum ſanguinẽ commiſceri multæ aquoſitati. Item incipit ſputum ſanguinis paulatim, maximè corroſione exiſtente in carne pulmonis & non in uena. Et quandoq; deinde fluit ſubitò & expuitur res magnæ quantitatis. Et color eius eſt malus maximè quando corroſio profundatur, quia corrũpitur ſanguis uicinus, & etiam propter nouam mixtionem materiæ corrodentis, unde color apparet liuidus, niger uel uiridis, & plus manifeſtatur illa malitia coloris in primo ſang. exiſtente, quàm in poſtero, & plus in pauco quàm in multo. Et propter hoc cognoſcitur quòd non eſt ab apertione orificiorum nec abſciſione uenæ, quia in illis non eſt color malus. Et ſi ſanguis eſt arterialis, eſt feruens, calidiſsimus, ſpumoſus, ſaliens, & cum ſaltu exiens, aut ſaltem cum maiori impetu, & eſt ſubtilior, rubeus cum claritate, cuius retentio eſt difficilis. Oppoſitæ conditiones ſunt in ſanguine uenali. Sanguiſuga autem cognoſcitur ex punctione pluries ſenſata, & quia bibit aquam in qua habitant. Significatur autem ſanguinem fluere per eradicationẽ alicuius pelliculæ ſuperficialis, quia aliquid uiſcoſum habẽs pelliculam annexam ſanguinolentam emittitur. Signa autem corporum pręparatorum ad ſputum ſang. dicẽtur in phthiſi. Sed pro complemento doctrinæ ſunt aliqua notanda. Primum quòd in ſputo ſang. quatuor timentur. Primũ ne nimis ſuperfluat. Secundum, ne ſui multitudine ſubitò ſuffocet. Tertiũ, ne in aliqua parte coaguletur. Quartum, ne ſequatur ulcus propter ipſius ſang. conſtrictionem & putrefactionem, aut quia uulnus non conſolidatum fiat ulcus. Secundò notandum eſt q; fluxus ſang. ex pulmone eſt ualde malus, & deterior q̃ fluxus ſang. ex pectore pluribus ex cauſis. Prima, quia motus pulmonis impedit conſolidationem, & auget fluxum ſang. ſed hęc cauſa eſt etiam communis pectori. Secunda, quia ſanies in membro ſpongioſo diutius retinetur, & difficilius extrahitur, unde magis acuitur, & acuta magis ulcerat. Tertia, quia ſolutio continui in pulmone impedit anhelitum magis, q̃ in pectore, unde augetur caliditas & corpus deſiccatur. Quarta, quia caro pulmonis eſt multæ paſsibilitatis, unde citò fit ulcus pronũ ad dilatationem. Quinta, quia pulmo nutritur ſanguine ſubtili, acuto impediente conſolidationem. Sexta, quia pulmo eſt magis ſubiectus catarrhis prohibẽtibus conſolidationem & augentib. putrefactionem. Tertiò notandũ quòd ſang. exiens ex naribus frequenter in ſomno, & alio modo deſcendit ad pulmonẽ, qui deinde cum tuſsi expuitur, & facit ſuſpitionem quòd ueniat ex pulmone, quare conſydera, an præceſsit fluxus ſang. nar. & ſigna ipſius ſuperius dicta in fluxu ſang. nar. ſcilicet rubedo faciei, & oculi, & ſplendor coram oculis, capitis alleuiatio poſt grauitatem, & ut nõ ſpuma ſit, & inſpice nares an ſint ſanguinolentæ, & an ex ſufflando ſang. exeat, de his tamen ſtatim dictũ fuit, &c.

Prognoſtica. Primum. Omne ſputum ſanguinis in notabili quantitate cum febre eſt ſuſpectum, cum febris ſignificet putredinem & corruptionem, maiorem tamen inducit ſuſpitionem ſputum ſanguinis arterialis quàm uenalis, imò etiam ſine febre ſuſpectum eſt. Secundum. Omne ſputum ſanguinis cum tuſsi ex pectore aut pulmone, cũ feb. & ſine feb. malum, ſed deterius eſt proueniens ex pulmone, & maximè ex ipſa ſubſtantia pulmonis ſecundum plurimum ducens ad phthiſim: quod enim eſt ex pectore ſanatur uelociter, & ſi non ſanatur habet malitiam ulcerum pulmonis, et multotiens fit ulcus fiſtuloſum rediens frequenter cum ſputo ſanguinis. Tertium. Omne ſputum ſanguinis ſequens corroſionem pulmonis eſt mortale. Quartum. Sputum ſanguinis cum uomitu etiam in notabili quantitate ſine febre, aut cum modica febre curat multas ægritudines, aut ab eis præſeruat, ſed cum febre intenſa & perſeuerante eſt ſupectum. Quintum, reliqua ſputa ſanguinis & maximè ſine febre ſunt ſalubria.

CVm ſanguis cu[m] raſcatione, aut paruo ſonitu qui fit ſine tuſsi egredi-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.135

tur., non eſt ægro inde timendum. Poterit enim ſanari gargarizando ea quæ in cap. de ſynanche nominauimus, & regimen ſubtiliando.

Capit. hoc diuiditur in in tres partes. In prima agit de ſputo ſanguinis cum raſcatione prouenie͠te ab uuula, palato & partibus gutturis. In ſecunda ibi. Cum uomitu quoq;. agit de ſputo ſang. cum uomitu emanante à ſtomacho & membris naturalibus. In tertia ibi. Quòd ſi cum tuſsi. agit de ſputo ſang. emanante à pectore, pulmone, & canna pulmonis. De primo dicit cum ſanguis egreditur cum raſcatione aut paruo ſonitu, qui ſit ſine tuſsi non eſt ægro timendum: ſanabitur enim gargarizando, ſcilicet ſtiptica, quæ dicta ſunt in cap. de ſynanche. Et etiam diętam ſubtiliando, quæ etiam ſit uiſcoſa & ſtiptica.

Cum uomitu quoque ſi exit ſanguis non magnum affert timorem. Curatur nanque hoc phlebotomando ægrum. Et ſi comederit ſtiptica ſicut ſumach & ſuc. uuæ acerbæ. In potu præterea ſumat ex bolo arm. gummi arab. balauſt. ſang. drac. thuris omnium ana partes æquales: dentur ex eo drachmas 3. cum rob ſimplici de citon. Quibuſdam aute͠ ſolet accidere ſanguinis exitus cum interpolatione ex quo nullum ſentiunt nocumentum, imò remedium, ideoq; ſic eſt dimittendus.

In hac ſecunda parte curans ſputum ſang. cum uomitu emanãte, dicit quinq;. Primò ꝙ hoc ſputum nõ magnum timorem affert, quod eſt intelligendum, ſi fuerit ſine febre. Secundò curetur phlebotomando ægrum, ſcilicet ex baſilica aut ex ſaphenis, ſi in cauſa fuerit retentio menſtruorum aut hęmor. Tertiò ſi comederit ſtiptica, ſcilicet ſuccum fructuũ ſiccorum, & ſtipticorum, & ſuccum uuæ acerbæ ſimilis complexionis. & ſumet etiam cibaria quæ ex eis fiunt, aut cum his condiuntur. Quartò ſumendo in potu ℨ.3. huius pulueris cum rob ſimplici de citon. id eſt, ſuccus citon. per decoctionem inſpiſſato. ℞. boli armen. ſang. draconis, gummi arab. omnium frigidorum, & ſtipticorum, & uiſcoſ. thur. cal. & ſicc. uiſcoſ. ana partes æquales, ſtomacho ieiuno. Quintò dicit, quòd quibuſdam ſolet accidere hoc ſputum cum interpolatione ex quo nullum ſequitur nocumentum, imò remedium ad curandum, ſcilicet, uel præſeruandum, quapropter ſic eſt dimittendum.

Quòd ſi cũ tuſsi ſuperueniat ſanguinis egreſsio, eſt timoroſum. Et tamen incipiendum in curatione ægri cum ſanguinis ſubtractione ex baſilica. Deinde ex trochiſcis iſtis in potu eſt tribuendum, qui. Rec. thur. ſang. drac. amborum, drach. 3. & tertiam, charabe, drach. 5. hæmatitis, terræ ſigillatæ amborum, ana drach. 10. aluminis, drac. 2. et s. balauſt. drach. 3. opij, drach. 2. rauedſceni, drach. 2. ex his omnib. fiant trochiſci 10. de quibus quotidie unus in potu ſumatur cum ſucco ozimi maioris aut portulacæ. Et ſi ægritudo uehemens fuerit alius circa noctem dandus eſt. Adiutorium quoq; ac coxarum partes ſuperiores ſunt ligandæ. Et extremitates fricãdæ. Pectus etiã præcipuè ſi fuerit in eo locus dolens ex prædictis trochiſcis, ex aqua & aceto epithimetur. Eius præterea cibaria ſuc. uuæ acerbæ, & ſumach, & eius ſimilia auxilia admixta habeant. Et patiens ſupinus iacens de terra ſigillata aliquid poſt aliquid paulatim comedat.

In hac tertia parte curat ſputũ ſang. cum tuſsi, & dicit 7. Primum, ꝙ hoc ſputum eſt timoroſum, ut patet ex dictis. Secundum, ꝙ phlebotomanda eſt baſilica ad minorandum ſang. & ad diuertendum. Tertium ꝙ unum ex his trochiſcis dandus eſt in die, ſcilicet in mane ſtomacho ieiuno, et ſi ęgritudo fuerit uehemẽs id eſt, ꝙ ſanguis impetuoſè egrediatur, alius eſt dandus circa noctẽ, id eſt, per duas aut tres horas ante cœnam cibo prædigeſto, diſtemperatus cum ſuc. ozimi maioris, id eſt, baſiliconis communis uel citrarij, non autem gariophilati: habent enim ambo folia lata, & q̃uis ſint calid. & ſic. & potius per qualitates manifeſtas dilatantia, ſtringunt tamen cum proprietate occulta, aut dentur cum ſuc. portul. frig. & hum. uiſcoſo, & optimo in hac diſpoſitione, præcipuè ſi ſit cum caliditate & ſanguins acuitate, et ſimiliter eſt ſuc. plantag. quantitas aũt ſucci ſit ℥.1. uſq; ad 2. & detur actu frig. Trochiſci autẽ ſunt iſti. ℞. thu. ſang. drach. ana ℨ. 3. & tertiam karabæ frig, & ſic. ſtipticæ & uiſcoſæ, ℨ. 5. hæmatitis, terræ ſigillatæ frig. & ſic. ſtipticæ & uiſcoſæ, ana. ℨ. 10. aluminis, ſcilicet rochiæ uel iameni, uel ſacch. cal. & ſic. ſtipt. ℨ. 2. & s. balauſt. frig. & ſicc. ℨ. 3. opij, ℨ. 2. rauedſceni, loco cuius accipiatur rheum barbarũ, ℨ. 2. & eſt cal. & ſic. ſtipticũ habens proprietatem in confortatione ſtomachi & epatis, ex omnibus his fiant trochiſci 10. cum aliquo ex dictis ſuccis, ſufficit medietas unius ex his trochiſcis: eſt enim quilibet 4. ℨ. habens 12. gran. opij, & unus non dabit abſque timore in una uice. Quartum, ꝙ adiutorium, id eſt partium brachiorũ à cubitis uſq; ad ſpatulas ſuperiores partes ſunt ligandæ, & ſimiliter partes ſuperiores coxarũ fortiter ſtringendo, quæ ligaturę ſunt mutandæ deſcendendo, & extremitates ſunt fricandæ, non autẽ aliæ partes, quia ſupercalefaciendo nocerẽt. Quintum, ꝙ locus pectoris dolens ex trochiſcis prędictis

dictis cum aceto & aqua roſ. mixtis epithimetur. Sextum, ꝙ cibaria ſint ſuc. uuæ acerbæ, & ſumach admixta habeant: ſit tamen iſtorum acredo cum ſacch. dulcorata ne tuſsim excitent. Vltimum, ꝙ patiens ſupinus iacens aliquid poſt aliquid de terra ſigill. comedat, ſcilicet lambendo, ut aliquid eius ad pulmonem tranſeat: eſt enim propria frig. & ſic. ſtiptica, uiſcoſa.

Cura ſputi ſang. à cerebro emanantis, & ſimiliter deriuati à naribus ad os, patet ex cura fluxus ſang. narium, de quo ſupra. Et ſimiliter cura ſputi ſang. à partibus oris, & à partib. gutturis, patet ex prædictis in cap. de uulneribus, & ulcerib. oris & partium eius, & ſimiliter ex cap. de ulceribus uuulæ, et etiam partium adiacentiũ. Et conferunt eis retentiones in ore, & gargarizationes rerum ſtipticantiũ & inuiſcantium, ſicut aqua albuminis oui ſola, aut in qua infuſus ſit bo. armen. ſang. drac. trachagantus, & ſimilia, quæ in textu dicta ſunt, item ſuccus plantag. & portul. cum ſimilibus permixti, & ſint actu notabiliter frig. uel ſi locus emanationis ſubiacet ſenſui, ponatur ſuper uena ſoluta aliquid pulueris ſupraſcripti, & aliquantulum retineatur bene compreſſum, quæ ſi non ſuffecerint phlebotometur de cephal. uice poſt uicẽ phlebotomia ſubtili diuertẽte, & paulatim ſubtiliorem partẽ eius euacuante, quæ eſt pronior fluxui. Et ſi cætera non contulerint & ſenſui ſubiaceat cauterizetur cauterio actuali, aut potentiali profundè ſatis, ut eſcara non facilè remoueatur & fiant reliqua remedia in ſimilibus caſibus oportuna. Si uerò ſputum ſangu. ſit cum uomitu eſt habenda diligens conſyderatio. Si enim ſit criticum, aut propter malitiã eius in quanto uel in quali expellatur, ſinendus eſt, niſi modum excederet. Curat enim & præſeruat à multis ægritudinibus. Si uerò nihil tale ſit aut fortè ſuperfluat uirtutem deijciens, ſiſtendus eſt. Pro cuius cõſtrictione exigunt tres intentiones præter duas omnibus cõmunes. Prima eſt rectificatio membri à quo eſt origo emanationis eius remouendo nocumentum illius membri, & ipſum confortando, ut ſit minera humorum laudabilium. Secunda eſt, ut fiat diuerſio cum ſubtractione ſang. ex uena deſeruiente illi membro & cum applicatione uentoſarum ſuper ipſum, & ſi eſt à toto corpore propter exuberantiam ſag. in ipſo fiat phlebotomia cum iteratione ex baſilica aut communi, nunc dextra nunc ſiniſtra, & quandoq; ex ſaphenis, ſi retentio menſtruorum aut hæmor. fuerint in cauſa, & ſi ſolum quantitate exuberet. larga phlebotomia, uel mediocris facienda eſt: ſi autem ſit acuitas aut inflatio in ſang. cum ſubtilitate & ebullitione ſubtili phlebotomia utendum eſt. Et ſimiliter ſi eſſet ſubtilis propter nimiam aquoſitatem ſibi admixtam, minor tamen ſit phlebotomia. Tertia intentio eſt adminiſtratio cõſolidantium & conglutinantiũ ſicut expedit, nunc uerò quæ compingant ſang. & incraſſent ex his quæ dicentur. Huius tamen cura licet poſsit eſſe nota ex his quæ dicta ſunt in præſenti cap. manifeſtior tamẽ fiet cum agemus de diſpoſitionib. membrorũ naturaliũ.

Cura autẽ ſputi ſang. ex pectore aut canna pulmonis apud Meſue, cuius doctrinam ſequar, exigit duplex regimen, uniuerſale & particulare. Vniuerſale autem quatuor cõplebitur intentionib. Prima eſt adęquatio ſang. complenda maximè debito regimine ſex rerum. Secunda eſt eius diuerſio. Tertia ipſius mundificatio. Quarta accidentium correctio. Prima a[illegible] intentio corrigit nocumenta ſang. in quantitate, aut qualitate eius, aut utriuſq;. In quantitate quidẽ cum diminutione cibi & potus, & dimiſſione uini, & ſi nõ poteſt dimitti, ſit ſtipticum pauciferum multæ permixtionis cum aqua, & propriè ferrata extinctionis calibis, aut in aqua infuſum fuerit tragachantum, aut aqua roſ. & propriè decoct. roſarum ſic. Et ſi poteſt abſtinere à uino bibat huiuſmodi aquas cum rob myrtino, aut bibat aquam decoct. iuiubarum, & uitet dulcia, & omnia quę dilatant & multiplicãt ſang. ſicut frumentum & trit. Et conſimiliter omnia, quæ fiunt ex farina frumenti, ſicut alaganæ, & ſimilia, & propriè quando eſt peccatũ in quantitate ſang. nam huiuſmodi, quando eſſet peccatum in ſubtilitate eius conferunt incraſſando & inuiſcando. Et panis eius ſit ex farina milij & ſiliginis, aut ex his cum pauca farina frumenti parum fermentatus non ſalitus. Et ſint contenti ſorbitionibus factis ex rizo, milio, lentibus prima aqua abiecta, ſcilicet decoct. earum & horum kiſt eſt conueniens. Similiter kiſt fabarum aut ſorbitio ex farina earum. Item kiſt hordei & propriè torrefacti. Ex olerib. conuenit portulaca, lactuc. cucurb. citrulli & plantago. Ex carnib. perdices & aues minutę extremitates uiſcoſæ, uituli caſtrati, & ſimilium, turtures & ſimiles ſtipticitate quadam participãtes: comedat tamen in parua quantitate cum ſang. ſuperabundet, item caro cuniculi, capreoli. Et ex piſcibus piſces petroſos, qui tamen non ſint frixi, ſed aſſati aut elixi, item cancri fluuiales cocti in lacte, aut aqua hordei, & propriè torrefacti. Fructus conuenientes ſunt ſtiptici ſicut pira, citonia, ſorbæ, meſpila, uitent tamen omnes fructus, & cætera nimis acria, aut acetoſa, dulcia, amara, ſalſa, unctuoſa & acuta, ſed inſipida, pontica, ſtiptica conueniunt. Et ſi peccatum in ſanguine ſit propter acuitatem & ſubtilitatẽ eius corrigatur cum extinguentibus inflammationem, & incraſſantibus ipſum, ſicut cibi & potus ſtiptici extinctiui inflãmationum, ſicut cibi ex lentibus aut cucurbita aut citru. & portul. & plantago ſunt mirabiles: ſedant enim inflammationem & ſtringunt ſang. Et concedantur eis cibi paucæ acetoſitatis, ſicut qui fiunt ex prunis, ceraſis acribus, granatis, carnibus paruarum auium, & extremitates animalium uiſcoſæ, propriè cum remiſſè acribus conditæ. Et confert maximũ iuuamentum adminiſtratio aqua roſ. aut plantag. aut portulacæ permixtæ cum coriandro aſſo, aut ſem. portul. papaueris in matutinis: hæc enim incraſſant & compingunt ſang. & laudantur iuiubæ, & aqua decoct. earum, fructus ſtiptici & ſic. & ſimile ſit reliquum regimen ſex rerum non naturalium. Aer aũt declinet parum ad frig. & ſic. ſi fuerit peccatum in multitudine ſang. Si uerò in acuitate, declinet ad frig. & hum. & ſi fuerit multum aquoſus, declinet ad ſic. cum temperamento actiuarum. Vitetur aer fumoſus & uentoſus, & nimis humidus. Vitet omnes motus fortes corporeos & animales, & nimium ſomnum cum eſt multitudo ſangu. in cauſa & propriè ſub radijs ſolis, aut lunæ & nimiam quietem, econtra autem ſomnus & quies confert cum eſt peccatum in acuitate ſang. Item uitet coitum & balneum aquæ dulcis. Et procuret omnes euacuationes à natura inſtitutas & etiam non naturales, ſi fuerit ex longo tẽpore conſueta, &

Y 2

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.136

ſi fuerit peccatum in multitudine & acuitate materiei noſtra occupatio erit cum utraq; ſimul, & ſimiliter ſi fuerit in multitudine & aquoſitate. Secundā intentionem, ſcilicet diuerſionem, cōplent phlebotomiæ iteratæ, nunc ex baſilica dextra nūc ex ſiniſtra, quæ ſunt ſubtiles: ſi fuerit peccatum in ſola acuitate, aut aquoſitate cum ſubtilitate. Si uerò in ſola multitudine, ſint latæ. Si uerò in utriſq; ſimul, ſcilicet multitudine & ſubtilitate, ſint mediocris latudinis. Et quādoq; phlebotomentur ſaphenę ſi magna ualde fuerit ſanguinis multitudo, aut cum in cauſa fuerit retētio ſang. menſtrualis aut hæmor. qui iuxta poſſe prouocetur, & ſimiliter fluxus ſang. nar. ſi fuerit retentus. Lac quoq; prouocetur, ſi in cauſa fuerit eius retentio. Et conferunt uētoſationes in hypochondrijs ſine ſcarificatione, ſcilicet ſuper epate et ſplene. Tertiam intentionem ſcilicet ſanguinis mundificationem cōplent adminiſtrationes medicaminum ſanguinem mundificantium, aut à cholera ſecum permixta cum decoctione fructuum. ℞. mirob. citrin. à ℥.1. uſq; ad 2. prunor. tamar. ana. ℥.s. iuiub. numero 15. incidantur incidenda & bulliant in ℔. 1. aquæ ad conſumptionem duarum partium, & cum ſufficienti expreſsione colētur, huic poſſet addi ℥.s. ſyru. uiol. aut de iuiubis, aut exhibe. ʒ.1.s. rheu barbari cum ſuc. linguæ arietis, aut aqua quæ mulgetur ex ſemine protul. & ſi in cauſa fuerit aquoſitas educatur cum ʒ.1. turbith non confortati, aut quantum ſufficit, diſſoluta cum decoctione mirobol. chebulorum, aut cum decoctione mirobo. chebul. in aqua mellis miſceatur ſucci ireos. ʒ.s. uſque ad 1. & in his caſibus ſi ſanguis peccauerit ſola qualitate, ſcilicet ſubtilitate, incipere debemus ab ipſius mundificatione & poſtea phlebotomare. Si autem peccauerit multitudine & ſubtilitate prius minorandus eſt phlebotomia, deinde mundificandus. Si uerò ſola quantitate, ſola ſufficit phlebotomia. Ex his autem quæ mundificant ſanguinem & diuertunt inferius ſunt dyſteria quę ſanguinem peccantem acuitate ſint leuiter infrigidantia. Si uerò aquoſitate, ſint acutiora, & propriè ſicut cum decoctione ireos, & ſimilium, aut in eis ponatur ſucci ireos à ʒ. duabus uſque ad ſex. Si uerò ſanguis ſola quantitate peccauerit, ſint lenientia aut mediocris acuitatis. Si uerò plures cauſæ adinuicem componantur, circa plures fiat occupatio. Quarta autem intentio, ſcilicet correctio accidentium perficitur prohibendo reiterationē ſputi ſanguinis cum ſoleat frequenter reiterari, aut præſeruando, ne accidat in paratis ad ipſum qui ſunt conditionati, ut ſuperius dictum fuit, et dicetur in cap. de phthiſi. Et ſecundò perficitur, ſuccurendo accidentibus, ſequentibus ſputum ſanguinis.

Primum autem, ſcilicet prohibitio caſus in ipſum, aut reiterationis eius perficitur tripliciter. Primò, cum prohibitione rerum facientium cadere in ipſum ſicut ſunt res acuentes & agitantes ſanguinē, ueluti cibi & medicinæ acutę, labor uehemens, ebrietas, rixę, uociferationes, caſus, percuſsiōes, & ſimilia deſcripta ſuperius inter cauſas eius. Secundò, perficitur cum adminiſtratione conuenientium ad pręſeruandum à caſu in ipſum eius reiteratione, ſicut eſt phlebotomia baſilicæ aut ſaphenæ ſecundum exigentiam, & appoſitio uentoſarum in cruribus, & prouocatio hæmor. aut menſtruorum, aut ſang. narium. Et conueniens adminiſtratio ſex rerum. Et hęc omnia in uere obſeruanda ſunt: eſt enim tempus faciens ſanguinem exuberare, nocumenta autem facientia cadere in ipſum, quibus ſecundum exigētiam ſubueniendum eſt, ſunt catarrhus acutus, & tuſsis uehemens, cuius cura iam præmiſſa eſt. Item apoſtema pleureticum, peripneumonia, in quibus apparens ſputum ſang. eſt laudabile: ſi tamen non fuerit ſanguineum purum, quorum cura præceſsit. Item apoſtema eparicum in quo apparitio ſputi ſang. in princ. eſt malum, ſignificans multitudinem, aut malitiam & apoſtematis magnitudinem. In proceſſu uerò cum incipit reſolui eſt bonum, de cuius cura infra. Item retentio ſanguinis narium, de qua ſupra, & retentio ſanguinis hæmorrhoidalis, aut menſtrualis conſueti fluere, de quibus infra. Item lactis retentio, quibus ſubueniendum eſt ipſum prouocando ſecūdum oportunitatem. Tertium autem, ſcilicet ſuccurere accidentibus ſequentibus ſputū ſanguinis, perficitur ſecundum ipſorum exigentiam. Syncopi ergo ſubueniatur ſecundum quod dicetur in cap. proprio. Similiter coagulationi ſanguinis in pectore uel ſtomacho. Pro cuius diſcoagulatiōe dentur aliqua incidentia & abſtergentia, ſicut oxymel ſimplex & coagulum leporis uel hœdi confert cum proprietate ſua ad coagulandum diſcoagulata, et diſcoagulandum coagulata, ſiue ſit ſanguis, ſiue ſit lac, de quo poſſunt dari gran. 5. cum ℥.1. oxymellis, & ℥. 2. aquæ ſaccharatæ. Particulare autem regimen uariatur ſecundum quatuor modos ſputi ſanguinis.

Primum, cum ſputum ſanguinis reſudat ex membrorum ſubſtantia, uenis aut arterijs. Quod ſi fuit ab apoſt. ſanguineo cuius materia parū poſt parū cum ſcreatu expellitur conſtrictione non indiget, imò potius ſcreatus adiuuandus eſt ſecundum quod fuit in pleureſi. Si uerò reſudet ex uenis aut arterijs pectoris, aut pulmonis propter ebullitionem, aut agitatiōem ſanguinis conueniunt medicamina ſangu. feruorem reprimentia & ipſum compingentia, ſicut portulaca maſticata, cuius ſuccus paulatim deglutiatur & in ore teneatur, & ſemen eius aſſum, & tota planta ipſius ſecundum omnem modum adminiſtrationis, & ſimiliter papauer aſſum. Item iuiubæ ſecundum eundem modum adminiſtratiōis. Et in mucilagine pſilij cum lapide hæmatite ſubtiliſsimè trito et diligenter loto, propriè cum aqua plantaginis eſt uirtus mirabilis. Et ſi idem lapis præparatus miſceatur ſucco plantaginis. Et doſis eius ſit communiter circa ʒ.s. cum ℥. 1. ſucci plantag. aut mucilag. pſilij. Et pſilium aſſum conquaſſatum cum ſucco portul. Et ſemen eius uſq; dum fiat mucilaginoſum, eſt ad illud mirabile. Et ſimiliter ſem. hyoſcyami albi, ℈.1. cum ſucci arnogloſſæ, ℥.s. Item lac coctum cum lapidibus fluuialibus, aut ferro ignito & propriè acetoſum abſtracto butyro optimè cōuenit. Item lutum ſigillatū & armenum & propriè cum ſucco plantaginis ſunt medicinę pręſtantes ad illud. Item aqua ferrata cum gummi arab. & tragachanto aſſo. Et quandoque oportet cum his aliquid ex narcoticis permiſcere, ſicut trochiſcos de karabe. M. & deſcriptione à Raſi in textu. Secundum eſt contra ſputum ſanguinis emanantis ſecundum uiam redundationis ex alijs membris, ſicut ex matrice, & ſimilibus, & huiuſmodi cura perficitur cum euacuatione & diuerſione, tam à membro mit-

tente

tente, quàm recipiente, quæ poteſt patere ex ſupraſcriptis, &c. Tertiū contra ſputum ſanguinis fluentis ex ruptura uenæ, & indiget admiſtratione ſtipticorum conſolidantium, ſicut ſang. draconis, karabis, boli armen. lutum ſigil. balauſtiæ, roſæ, cornu cerui aduſtum, corallus aduſtus, cortices & flores granatorum hæmatites, gummi aſſum, mumia, rheumbarbarum & propriè aſſum cortices thuris, cortices maſtichis, coagulum leporis, coriandrum, ſemen linguæ arietis capita & uirgulta roſarum, & fructus, folia myrti, ſpodium. Ea autem in quibus hæc ſunt adminiſtranda, ſunt ſuccus plantaginis, ſuccus portulacę, ſuc. baſiliconis maioris, & aqua ferrata infuſionis gūmi aſsi, aqua roſ. ſuccus ciſoniorum ſuccus granorum myrti. Medicinæ autem compoſitæ ſunt ſacc. roſ. eſt enim medicamen benedictum, myrrha, ſyrupus de roſ. ſiccis, ſyrupus de iuiubis, ſyrupus myrtinus, trochiſci de terra ſigillata, trochiſci de karabæ, philoniū perſicum. Adminiſtrada autem exterius, ſunt oleum roſ. maſtichinum, myrtinum, oleum de cytonijs, & ſimilia, quæ poſſunt permiſceri cum pulueribus ſupraſcriptis, & cum farina ſauich, lentium, fabarū, & ſimiliū cum ſuccis ſupraſcriptis, & album. oui, & ex proprijs eſt thus ſubtiliſsimè puluerizatum mixtum cum albumine oui, & hæc adminiſtrentur ſuper loco doloroſo: in illo enim ueriſimiliter eſt ruptura uenæ. Quartum, contra ſputum ſanguinis ex corroſione & ulcere præcedente, & hoc eſt illud, quod eſt maximè ſuſpectum & timoroſum, ſed huius curam ponemus in cap. ſequenti de phthiſi, ſi deus uoluerit.

DE PHTHISI. Cap. LXXII.

PHthyſis græcè, ſputum latinè. Sed phthiſis græcè, conſumptio latinè. Hæc diſpoſitio quocunque nomine uocetur eſt deſcriptiuè ſecundum Meſue detrimentum deſiccationis & conſumptionis cadens in corpus ex calore febrium habitudinalium minutarum exulceratione pulmonis. In qua deſcriptione uidemus ad phthiſim eſſe neceſſariam corporis conſumptionem immediatè ſequentem febres habitudinales, id eſt, hecticas, quæ proueniunt ex ulcere pulmonis. Dicitur autem minutarum, quia feb. hecticæ non ſunt ardentes, ſicut putridæ, imò phthiſici non ſentiunt ſe febrire, niſi cum cibum ſumunt, per cuius ſumptionem ratione hecticæ calor excreſcit. Eſt enim proprium hecticorum, ut ſic percaleſiant poſt cibum. Cum quo tamen concedendum eſt nullam hecticam eſſe remiſsiorem ephimera aut putrida, quam immediatè ſequitur, quia primū eſſe feb. factæ, eſt primum non eſſe fientis.

Et ex hac deſcriptione patet differentia inter phthiſim hecticam, maraſmum & tabem. Hectica eſt enim febris habituata & facta, cum ſit independens à cauſa corporea ſpeciali dependentia, cuius calefactum eſſe, eſt in ſubſtantia cordis, & non includere in quiditate eius quòd ſequatur ulcus pulmonis, quapropter omnis phthiſicus eſt hecticus, & non econtrario.

Differt autem ab hectica etiam impropriè ſumpta quia dicitur de hectica ſenectutis, & de hectica membri particularis: ſicut de hectica ſtomachi & epatis, & huiuſmodi, quia hæc hectica dicit ſiccitatem fixam, abſque caliditate, aut totius, aut membrorum particularium, quapropter nullus phthiſicus eſt hecticus hoc modo.

Maraſmus autē & tabes dicunt corporis multam conſumptionem, ſiue ſit feb. ſiue non ſit, & dicuntur etiam de conſumptione membri particularis, ſicut aliquando dicimus crus tabidum & brachium maraſmatum, licet ſecundum alios maraſmus differt à tabe, ex eo quòd importat corporis conſumptionem ſequentem febrem acutam. Sed tabes abſolutè corporis conſumptionem, undecunq; proueniat. Sed litem de nominibus omittamus, nam quandoq; hi termini apud authores accipiuntur ut ſynonymi.

Pro notitia ſpecierum phthiſis eſt ſciendum quòd ulcera membrorum ſpiritualium. Aliquando ſunt in pleura & muſculis intrinſecis pectoris, & oſsibus eiuſdem cum eorum corruptione. Aliquando in diaphragmate. Aliquando in mediaſtino. Aliquando in canna pulmonis. Quandoq; in pulmone ipſo. Deteriora cæteris partibus ſunt quæ fiunt in pulmone, deinde in diaphragmate, deinde in mediaſtino, deinde in pleura & partibus ipſi cōtinuis: ita quòd quidam arbitrati ſunt nunquam ulcera pulmonis poſſe conſolidari, eo quòd eſt in continuo motu, quibus Galenus 6. de ingenio ſanitat, contradicit motum non impedire conſolidationem, cum ulcera pectoris & diaphragmatis, quæ ſunt in continuo motu poſſint conſolidari, ſed materiam limitando dicit, quòd ulcera munda ſiue pura ſuperficialia in pulmone conſolidantur. Putrida uerò corroſiua apoſtemoſa ualde ſordida aut uirulenta, & huiuſmodi non poſſunt conſolidari, cui ſententiæ Meſues conſentit. Vlcera uerò pectoris et immunda ſiue impura conſolidantur multis ex cauſis. Primò, quia pectus eſt carnoſum. Secundò, quia eſt cum paruo motu. Tertio, non habet ſubſtantiam mollem, pronam in corroſionem et putredinem. Quartò, non habet carnem ſpongioſam in qua ſanies retineatur, imò quod ab ulcere pectoris reſudat, aut per aliam uiam expellatur, ſuper diaphragmate colligitur, ſi non exſpuatur, poſtea paulatim expellitur ſecundum plurimum. Quintò, non eſt multum ſubiectum catarrhis. Sextò, non nutritur ſanguine calidiſsimo multæ choleræ admixto impediente conſolidationem. Septimò, non habet uenas magnas & amplas, ſicut pulmo. Octauo, non ita cordi deſeruit, ſicut pulmo. Oppoſitæ conditiones reperiuntur in pulmone. Item medicinarum quæ applicantur exterius uirtutes uix poſſunt attingere ad pulmonem, quæ autem ſumuntur interius ſi deglutiantur multum tranſmutatæ ſunt, & earum uirtus eſt diminuta quādo ad pulmonem uenerit.

Si autem teneātur in ore, uel lambendo ſumantur, parum de ipſis ad pulmonem penetrat. Præterea aut ſunt calid. & febrem augent, aut frigid. et ſputum impediunt, & cum hoc ſunt tarde non penetrantes, aut ſicc. & ſimiliter ſputum impediunt, & nocent hecticæ, aut humidæ, & nocent ulceri. Præterea ſi ulcus ſit corroſiuum, requiritur tempus antequam humor corrodens ſit correctus, & interim ulcus dilatatur & ampliatur. Præterea ſi ulcera pulmonis debent curari, indigent mundificatione, quæ maximè tuſsi perficitur, ſed tuſsim commouedo ampliatur ulcus. Item addit in dolorem ſi ulcus ad panniculum peruenerit, & dolor impedit conſolidationem, humores

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.137

attrahendo, quare rarò ulcera pulmonis conſolidantur niſi fuerint munda, & ſuperficialia, & non multum antiquata: quæ tamen exigunt medicum prudentem & diligentem. Si uerò profundetur notabiliter in ſubſtantia pulmonis difficillimé curantur, & ſi peruenerint ad chartilagines non recipient curationem: homines tamen magis ſuſceptibiles curæ phthiſis ſunt infantes. Cruſtoſa tamen ulcera non impetiginoſa, aut peſtilentia ab humore aduſto, quia hæc difficillimè rectificantur, ſed cruſtoſa, quia ſuperficialia & paucæ ſaniei quibus facillimè aduenit cruſta ſiue cutis non uera, facilè rectificantur, & ſi non perfectè liberentur, lõgiſsimo tempore durant antequam ægrum ad interitum ducant, ita ut aliquando ſecundum Auic. prolongetur tempus in phthiſi circiter 23. annos. Vlcera uerò diaphragmatis in parte carnoſa rectificantur, niſi utrinq; penetrent, ſed in parte neruoſa ſi ſint aliqualiter profunda, rarò uel nunquam curam recipiunt. Vlcera uerò mediaſtini facilius rectificantur, quàm ulcera diaphragmatis, & adhuc facilius ulcera pleurę & muſculorum inter coſtas, & coſtarum etiam ſi ſint corruptæ, ſed opus eſt ſectione aut cauterio in parte extrinſeca, ut perueniatur ad coſtam corruptam. Et ex his manifeſtæ ſunt differentiæ ulcerum pulmonis. Vlcera uerò exiſtentia in canna pulmonis ſi ſint in panniculo tegente cannam & chartilagines ipſius, facilè curantur. Si uerò profundentur in ſubſtantiam chartilaginum non recipiunt curam. Cauſę ulcerum pulmonis quandoque ſumuntur ex diſpoſitione patientis, quandoq; ex fortitudine cauſæ imprimentis. Primo modo, aut ex parte complexionis. Et ſic complexio frig. eſt paratior in phthiſim ſecundum Auic. quàm calid. quod uerificantur in hoc tantum, quòd habent pectus ſtrictius & abundant magis in ſuperfluitatibus. Oppilatio tamen calida ratione acuitatis ſuperfluitatum imprimentium in pulmone eſt magis parata ad phthiſim. Et certè uidi plures phthiſicos, habentes complexionem calidam quàm frigidam. Complexio autem ſicca & humida ſunt ferè æqualiter paratæ ad phthiſim. Sicca quidem magis ratione fracturæ uenæ. Humida uerò, quia abundans in pluribus ſuperfluis, & quia pulmo eſt mollior. Ex parte ſexus fœminæ & maſculi ſunt ferè æqualiter parati, licet apud Meſue, in mulieribus magis occultetur, quàm in uiris. Ex parte ætatis maximè parati ſunt à 18. anno uſque ad trigeſimum ſecundum Auicen. licet ſecundum Hippoc. uſque ad trigeſimum quintum, id eſt, ad finem conſiſtentię, quod prouenit, quia in hac ætate eſt pulmo ſatis mollis, facilè ſuſceptiuus impreſſionis, & humores acuti multum imprimentes.

In pueritia uerò licet pulmo ſit mollior, humores tamen ſunt paucæ acuitatis propter multam humiditatem obtundentem caliditatem. Item ſecundò, quia uirtutes naturales puerorum ſunt fortiſsimę optime digerentes, & ſua expellentes ſuperflua. In ſenio uerò pulmo eſt durior & humores paucæ acuitatis diminuta caliditate ex decurſu ætatiuo. Credo tamen quod rarius accidat pueris, quàm ſenibus, & ſi accidat pueris facilius curantur quàm ſenes, licet in ſenibus non curata magis occultetur, quàm in pueris. Sed merito compoſitionis, proni in phthiſim ſunt, habentes collum gracile, & longum tendentes ad interiora cum eminentia. Et habentes humeros alatos, ſicut ſunt curuaturæ alarum, & ſpatulas quaſi à pectore ſeparatas. Iſti enim uidentur quaſi alari, id eſt habentes alas, & de neceſsitate habent pectus cõſtrictum. Si autem cum hoc ſunt macilenti, & habentes carnem mollem cum acuitate humorum, & cerebrum catarrhizans, ut ſit debile, facilè recipiens ſuperfluitates & nutrimentum proprium, non bene transmutans cum multiplicatione uentoſitatis in pectoribus eorum, & pulmonibus, & partibus uicinis, quæ multiplicantur propter debilitatem pectorum, & eorum ſequentem malam compoſitionem. Et frequenter uexat eos tuſsicula cum punctura alicuius ſpatularum aut mammillarum, & præcipuè ſi ſint ex iraſcentibus facilè, cholerici ſunt maximè inter omnes parati ad phthiſim, & propriè q̃n cum acuitate humorum habeant carnem mollem. Corpora enim mollia ſunt parata ad phthiſim, quia facilé ulceratur ſubſtantia pulmonis, ſed dura & ſpiſſa propter illud, quod accidit eiſdem de eruptione uenarum. Ratione ergo cauſæ imprimentis multæ ſunt cauſæ primitiuæ, ſicut aer. Autumnus enim maximè facit cadere in phthiſim, & uehementius nocet factis phthiſicis. Item conſtitutio borealis multum dominans & maximè quando præceſsit auſtrina, & ſimiliter econtra, licet ſecundum Meſue regio borealis multum frigida & ſicca. Item cibi & potus ſalſi & acuti & capita replentes. Item retentio omnium euacuationum conſuetarum. Item motus fortes corporei & animales, quia uenas rumpunt. Item percuſsio penetrans ad pulmonem, caſus & offenſio, & ſimiles. Et ex corporeis antecedentibus ſunt humiditates acutæ repentes ad pulmonem, ſicut ſanies ab ulcere ſynanchico, aut ab ulcere pleuretico, aut empyima.

Si enim non mundificatur in quadraginta diebus ſecundum doctrinam Hippocratis ducunt ad phthiſim, licet in duobus uiderim ulcus pleureticum non mundificatum in quatuor annis, quod tamen non duxit ad phthiſim. Sed cauſæ coniunctæ per eſſentiam in pulmone ſunt bothor & uariolæ, quæ ulcerantur. Item peripneumonia, quando tranſit in ulcus, Frequenter autem inter omnes cauſas ſunt catarrhi à capite defluentes ad pulmonem, aut ſui acuitate corrodentes, aut ſua humiditate ſuperflua putrefacientes. Ruptura quoq; uenarum in pulmone à quibuſcunque cauſis fiat, de quibus dictum eſt in capitulo præcedenti, frequenter ducit ad phthiſim.

Aliquando etiam generatur phthiſis incipiendo per eſſentiã in pulmone ex nutrimẽto ſuo non bene conuerſo, & ex ſuperfluitatibus ſuis non bene reſolutis ob uirtutum ſuarum debilitates, quæ diuturnantes in pulmone ipſum corrodunt, aut putrefaciunt, ſicut quæcunque aliæ humiditates undecunque ad pulmonem defluxerint, & ideo ex aſthmate quãdoque tranſiet in phthiſim, licet frequentius econtra phthiſis aſſociet ſibi aſthma.

Signa quædam ſumuntur ab exeuntibus, ſicut à ſputo quando eſt craſſum, ſanioſum, quod cognoſcitur, quia fœtet ſanies quando ponitur ſuper prunas, & habet colorem album tendentem in uiridem uel citrinum, & quia deſcendit in aqua. Per hæc tria à ſputo phlegmatico non digeſto diſcernitur, nam ſi eſſet digeſtum deſcenderet ad fundum, ſicut ſanies:

nam de ratione phlegmatum digeſtorum, quòd ſint incraſſata, & ad terreum deducta, ideo deſcendit in aqua, ut placuit Auer. in commento canticorum, comment. 9. hoc tamen ſignum non ſolum eſt efficax, cum etiam ſanies ſpuatur in ægritudine, quæ nõ eſt phthiſis apud Auicen. capite de empyimate.

Et quandoq; poſt ſputum ſanioſum ſequitur ſputum ſanguineum, & eſt proprium ſignũ ulceris corroſiui, ſicut econtra, quandoq; ad ſanguineum ſequitur ſanioſum. Si autem in ſputo ſint cruſtę, aut aliquid aliud de pulmonis ſubſtantia non remanet dubitatio. Eſt em̃ certa phthiſis, & ſalſedo ſputi arguit ulcus corroſiuum. Et ſi expuitur aliquid & ſit craſſum, eſt ex pulmone. Si uerò ſubtile, eſt ex canna pul. & quandoq; in ulcere magno expuit anulos ex cãna pulmonis. Et nota q; aliquando eſt ſputum ſanioſum, quod tamẽ non deſcendit in aqua propter duo.

Primò, quia eſt ualde craſſum, & tenax, & obuiãs multæ quantitati aquę multum reſiſtenti non poteſt ipſam diuidere. Secundò, quia fortè eſt cum multa ſpmua & incluſione multæ uẽtoſitatis ſubleuantis quapropter ſputo ſolo non eſt credendum.

Vrina phthiſici eſt naturalis ſecundum plurimum ſi non habeant aliam ægritudinem complicatam in ſubſtantia, colore, quantitate, ſedimine. Verum aliquando habet oleagineitatem in ſuperficie, & aliquando furfures, & aliquando petala quædam, quæ omnia ſignificant humidi conſumptionem. Egeſtiones ſunt naturales, niſi quod aliquando pręcedente phthiſi ſit fluxus lientericus aut diarrhœicus ob debilitatem uirtutũ naturalium, & eſt malum ſignum. Sudor quoque factus in fine digeſtionis quando ſpargitur nutrimentum per membrum eſt ſignum phthiſis, & malum: ſignificat enim humidi debentis nutrire diſſolutionem à calore præter naturam. Sed à qualitate mutata. Primum ſignum eſt febris minuta, continuata, uniformis, niſi quando cibum ſumit, & hæc febris eſt hectica, licet ſecundum plurimum phthiſicus non euacuetur à febre putrida ſequente ſaniem ulceris, nec ex hac febre putrida eſt lac phthiſicis diſconueniens. Et quandoq; aſſociantur eis aliæ febres putridæ, ſcilicet quotidiana, tertiana, quartana, quintana, & eſt deterior per uiam ſigni, ſignificat enim ultimam exiccationem per quam humores incinerant, & tranſeunt in melancholiam, licet per uiam cauſæ, aliæ febres ſint deteriores, quia magis affligãt. Et propter hoc tertiana eſt media in malitia tam per uiam ſigni, quàm per uiam cauſæ. Color faciei eſt plumbinus, licet poſt aſſumptionem cibi rubeat uaporibus ſurſum eleuatis. Extrema & propriè pedes quandoq; tument et undimiantur iam errante digeſtiua epatis, & ipſorum per communitatem ad pulmonem, & ſuperfluſit uenæ eorum omni hora, quoniam uirtutes eorum debilitantur à retentione nutrimenti & regimine eius: & caliditas reſoluit & liquefacit, quapropter non attracto nutrimento à uenis, & humido ipſorum reſoluto ſuperfluunt uenæ. Sed ab actione læſa ſumuntur ſigna, quia male dormiãt. Secunodò, quia pulſus eorum eſt minutus, durus, frequens, uniformis, niſi quia cum cibum ſumit excreſcit, & diuerſus in fine debilitatis uirtutis. Et anhelitus licet in principio parum recedat à naturali, in fine tamen frequentatur & diuerſificatur, & appetitus eſt diminutus ſecundum plurimum, & in fine aufertur. Dolor quandoq; eſt in phthiſi, ſcilicet, cum ulcus peruenit ad panniculum tegentem pulmonem interius aut exterius, aliter non eſt dolor in phthiſi notabilis. Signa autem cauſarum primitiuarum ſunt ipſæmet cauſæ. Sed ſigna cauſarum per communitatem & per eſſentiam in ipſo pulmone ſunt nota ex præcedentibus cap. Quando ergo aliqua ſigna & maximè, quæ ſunt potẽtiora ex ſupraſcriptis adſunt debemus cõcludere phthiſim adeſſe, & propriè quando pręceſſerũt cauſę uniuerſales ad ipſam ducentes.

Prognoſtica. Primum, quando in phthiſi ſpuuntur cruſtæ, ſubſtantia pulmonis, & annuli eius, & uenæ, & lapilli, ſignificat ulcus magnum & propinquitatem mortis. Secundum, quando magis proceditur in phthiſi ſputum magis incraſſatur ipſo longiori tempore retento propter uirtutis debilitatem.

Tertium, quando intrinſecatur ſputum aut retinetur in fine phthiſis, & tunc non additur ſuper quartum diem: quandoq; enim conſtrigitur anhelitus eorum uſque quo fiat inſenſibilis. Quartum, caſus capillorum, curuitas unguium ultimatam exiccationem arguentem ſignificat propinquitatem mortis. Quintum, ſi ſuper ſpatulas appareat puſtula, ſicut faba tendens, ſcilicet in duritiem, & fuſcedinem moritur poſt uiginti duos dies, id eſt, poſt multos dies, ſignificatur enim quòd humor malignus ſit in cauſa. Sextum, cum tuſsis uehemens ducit ad ſputum ſanguinis continuum ponitur res ferè in deſperatione. Si enim curetur tuſsis cum prohibitiuis ſputi moriuntur aut ſuffocantur, aut quia fluxus uentris ſuperuenit ob ſuperfluitatum retentionem. Si autem dimittuntur tuſsire, moriuntur tuſsiendo & ſpuendo ſanguinem. Septimum, quando phthiſis parum impreſſerit, & non ſit ulcus ambulatiuum, & nõ pendens à cauſa incorrigibili ſanari poteſt, ſed non apud negligentem & ſtolidum. Cum autem multum impreſsit cura ſecundum plurimum eſt caſſa & uana, niſi iuſſu Dei, ſicut in Mediolanenſi ordinis ſancti Franciſci de obſeruantia, qui poſt annum quartum ſuæ phthiſis ex ſputo ſanguinis pluries iterato tandem uenit poſt multam corporis tabem ad impotentiam expuendi cum oregmone. Et cum crederetur ipſum eſſe morti proximum, euaſit ex miraculo & impinguatus eſt. Vltimum, fluxus uentris in phthiſi pernitioſus eſt.

QVm aliquis carniũ diminutionem pati uidetur poſt tuſsim ex chronica passione, & ſputo ſang. aut ſaniei procedente, lac aſininum in potu tribuatur. Quòd ſi inueniri non poterit caprinum cum pauco ſacchаro dandum eſt, cum quo etiam panem ſæpe comedat, ipſumq́; quanto plus poteſt loco aquæ ſumat: uinũ tamen ſubtile & tẽperatum aliquando eſt tribuendum. Nutrimentũ quoq́; ægri ſit ex carnib.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.138

auium & bœdina. Æger præterea ante comeſtionem & poſt, balneum ingrediatur quod non ſit calidum, ſed tepidum, & in ſemicupio moram faciat. Summopere uerò cauendum eſt ne uenter ſoluatur, cui tamen ſi ſolutus fuerit ex huius pulueris bibitione ſuccurrẽdum eſt, qui. Rec. gummi arabicæ ſpodij, boli arm. ſeminis myrtini omniũ ana drach. fiat ex eis puluis, de quo in die, drac. 3. cum ſyrupo de papauere albo, aut rob myrtino dentur, huius quoq; pulueris bibitio omnibus uẽtris conſtrictione indigentibus qui tuſſim patiuntur remedium affert. Cui plerũq; adduntur zilocaractẽ de ſyria & bdellium de mecha. Et ſi lac ægro febrẽ generauerit auferendum eſt ei lac & ptiſana, quouſq; febris recedat, danda eſt. Deinde lac ei denuo tribuatur, & ſi febris iterũ redierit remoto lacte ptiſana eſt dãda, poſt cuius receſſionem ut prius ad lac eſt redeundum: hoc autem ſemper eſt faciendum, ut neceſſitas urget & uenter ſummopere cuſtodiendus eſt, ne ſoluatur.

Hoc cap. habet duas partes. In prima ponit ſigna phthiſis. In ſecunda curam ibi. Lac aſininum, &c. Prima per ſe ex dictis manifeſta eſt. Secunda pars diuiditur in quatuor. In prima ponit regimen uitæ. In ſecunda ibi. Æger præterea. Docet uſum balnei in phthiſico. In tertia ibi. Summopere. docet ſubuenire fluxui uentris ſuperuenienti hecticæ. In quarta ibi d. Quòd ſi lac. docet curare febrem ſuperuenientem.

Pro notitia primæ partis ſciendum, ꝙ genera lactis quæ conceduntur ſunt humanũ, aſininum, caprinum, uaccinum, ouinũ, equinum. Humanũ quidem ſummè confert cum proprietate currente inter indiuidua ſpeciei humanæ, & melius eſt, ut ſuggaſ ab ubere. Aſininũ eſt magis ſubtile cæteris, prohibens oppilationẽ, & eſt abſterſiuum ulceris propter multã partem ſeroſam. Vaccinum aũt et ouinum cum habeant multum de parte caſeali & butyroſa multum nutriunt. Caprinum uerò eſt temperatum apud Auic. ſecundo canon. cap. proprio, id eſt mediũ inter ſubtilitatem lactis aſinini, & craſſitiẽ lactis ouini & uaccini, & ſimiliter eſt minus frigidum lacte aſinino, et magis frigidum lacte ouino & uaccino. Equinum uerò abſtergit magis & facilitat ſputum propter multã partem ſeroſam. Vtere ergo his ſecundum intentionem, quam habes potiorem magis deſeruientem tuo propoſito. Sed in ipſius uſu ſeruentur quinq; conditiones iuxta Aphor. quòd caput non doleat, quòd æger non ſit febriens, ſcilicet febre putrida, nec ſit ſiticuloſus, nec uenter rugiat, nec fluat. Sed ſi uelles ipſum exhibere medicinaliter, in prima die accipiat paucam quantitatem, ſicut à ʒ. 10. uſque ad ℥. 3. cum pauceo ſaccharo immediatè cum eſt mulctum ab ubere, deinde paulatim omni die doſis augeatur uſq; ad 5. aut 6. ℥. & in plures, & ſic continuet ipſum quouſque ſenſerit ſe iuuari: eſt tamen melius ut ſuggatur humanum ab ubere. Si uerò febris aut aliud nocumentum acciderit, docet Raſis in fine capit. loco eius uti ptiſana hordeacea facta ſecundum artem, de qua ſermo præceſsit in pleureſi, & ſumat lac in mane aut ante cœnam iam cibo præcedente digeſto, & poſt ipſum non dormiat nec exercitetur, & tardet cibum per tres horas, uel quouſque lac digeſtum ſit.

Pro ſecunda parte nota, balneum pro phthiſico coneniens eſſe ex aqua dulci tepida non calida cum fiat ad humectandum & infrigidandum, & tãto tempore moretur in ſemicupio, id eſt, in uaſe balnei quouſque ueriſimiliter potuit impreſsiſſe, quod eſt communiter à quarta horæ uſque ad mediam. Cauendum tamen ne adſit febris putrida, neq; uenter lubricus nec multa debilitas, & ponatur in eo, cibo iam digeſto quo ad primam digeſtionem. Cæteræ conditiones in uſu balnei ſumendæ ſunt ex capit. de hectica. Et non eſt ita adminiſtrandum à principio, ſed maximè conuenit phthiſi declinante, ſemicupium tamen quaſi medium capiens, propriè ſumptum non eſt uas conueniens ad balneandum hecticum, ſed eſt uas in quo ſedetur cruribus ſtantibus extra pro corrigendis ægritudinibus matricis & iliorũ pro cholica.

Pro tertia parte nota: uentris ſolutiua non conueniunt in phthiſi, ut phthſis eſt, cum non ſit morbus materialis & nocerent, corpus exiccando, imò ſi fluat uenter ſummopere conſtringendus eſt cum puluere à Raſi deſcripto, qui eſt frigidus, ſiccus, ſtipticus, inuiſcans, & eſt proprius per uirtutem quartam maximè propter gummi arabicum, ſem. myrti, xylocaractæ de ſen. id eſt, carubiæ de regione illa ſunt conuenientes: quia ſtipticæ ſiccæ. & cum hoc pulmoni conferentes: ξύλον enim græcẽ, eſt lignum latinè, κέρατα cornua quaſi cornua ligni, bdeli deũ mecha, id eſt, de regione illa eſt conueniens, quia frigidum, ſtipticum & uiſcoſum, & ponitur de mecha ad differentiam bdellij iudaici, quod eſt calidum, & non eſt ita cõueniens huic propoſitio, reliqua patent.

Duplex eſt regimen habendum in phthiſi præſeruatiuum & curatiuum. De præſeruatiuo ſit prius ſermo quod duas exigit intentiones. Prima eſt prohibere & remouere quaſcunque cauſas potentes ducere ad phthiſim ſi poſsibile ſit; quæ intentio perficitur curando catarrhum, ſynanchen, pleureſim, peripneumoniam, ſputum ſanguinis, empyima, & ſimilia ſi fuerint in cauſa. Quòd ſi nulla talis fuerit, ſed ſolum diſpoſitio ad phthiſim, merito complexionis, compoſitionis, ætatis, & ſimilium, de quibus ſupra, intendatur ipſarum correctioni aut prohibitioni ulterioris lapſus, quàm bene eſt poſsibile. Quapropter cauendum eſt ab omnibus cibis, & medicinis acutis & mordicatiuis, & ab omnibus quæ extẽdunt membra pectoris, & clamor & rixa, & ſaltus, & lucta, & procurentur omnes euacuationes naturales, & etiam non naturales longo tempore conſuetę, & reliquum regimen ſeruetur ſecundum quod oportet.

Secunda

Secunda intentio eſt confortare pul. cum proprijs moderata ſtipticitate participantib. & contrarijs diſcraſiæ pulm. & cæteris nocumentis eius, & ex proprijs ſunt pulmo uulpis præparatus ſecũdum artem, liquiritia & ſuccus eius, capil. uen. gran. myrti, rob, aut ſyr. eius, hæc omnia ſingulariter aut coniunctim, & propriè cum aliquo dulci, ſicut ſacch. optimè condiata, ualent in cõfortatione pul. Sed regimen curatiuum phthiſis eſt duplex ſecundum Meſue uniuerſale & particulare. Vniuerſale tribus completur intentionibus. Prima remouet cauſam phthiſis. Secunda euacuat materiam nocentem in phthiſi. Tertia ordinat debitũ regimen ſex rerum non naturalium. Verum duas primas intẽtiones in unam poſſem reducere, uel remouere cauſam phthiſis, tam producentem, quàm conſeruantem. Prima intentio perficitur curando catarrhum ſi pendeat à catarrho, ſimiliter ulcus, ſynanchen, pleureſim, empyima, ſputum ſangu. & huiuſmodi ſi ab aliquo iſtorum pendeat, quorum omnium cura perquirenda eſt ex capitulis proprijs, quæ præceſſerunt. Attamen curãdo iſta debes etiam intendere, quantum eſt poſsibile, ad curam phthiſis cum his quæ dicentur. Secunda intentio, ſcilicet euacuatio, debet perfici ſi ſang. fuerit in cauſa cum phlebot. ex baſilica. primò ad euacuandum multitudinẽ ſi fuerit, deinde ex ſaluatella ad diuertendum ſi oportuerit, & ſi retentio hæmorrhoid. aut menſtruorum fuerit in cauſa, ante omnia phlebot. ſaphena & procurentur omnes euacuationes conſuetæ. Si uerò cholera fuerit in cauſa educatur cum decoctione prunorũ, uiol. iuiubarum, ſebeſten, capil. uen. ℥. 1. trahatur, & cum caſsiæ. ℥. 1. aut mannæ ℥. 1. s. iulep, aut ſyr. uiol. ℥. 1. ſit tamen ſolutiuum facile. Si tamen uenter eſſet præter modum ſtipticus Meſ. addit parum trochiſci de uiol. quorum deſcriptio poſita eſt ſuperius, ſed omittantur quantum eſt poſsibile cum ſint ſcamoneati. Et ſi phleg. fuerit in cauſa, exhibeantur pilulæ cochiæ in parua doſi ʒ. s. uel ℈. 2. ℈. s. bdellij, aut gummi arabici. Et ſi melanch. fuerit in cauſa detur ſena, aut epithymum cum ſero caprino aut ſimilia. Sed in his uidetur contradictio inter Auic. & Meſue ex una parte, & Raſis proprio cap. ex altera parte, primi enĩ precipiunt ſolutiua iam dicta. Raſis omninò prohibet ſolutiua. Ratio Raſis fuit, quòd ratione hecticę uitanda ſunt ſolutiua, ratione ulceris eſt ut ulcus non conueniunt, quapropter in phthiſi ut phthiſis eſt non conueniũt ſolutiua. Ratio Auic. & Meſue fuit, quòd ſolutiua conueniant, ut auferatur cauſa tam factiua, quàm conſeruatiua phthiſis, ſicut catarrhus. In catarrho enim ſolutiua conueniunt. Item humores maligni ſuperfluentes in quanto aut in quali impediunt ulceris pulmonis conſolidationem, ſicut & conſolidationem aliorum ulcerum, ergo cum oporteat cauſam auferri, ſolutiua pro ipſorum euacuatione erunt oportuna, ſicut et quotidie facimus in curatione aliorum ulcerum. Et confirmatur, cum propter præſentiam humoris maligni ulcera iſta fiant corroſiua. Reſponſio eſt ꝙ intentio Raſis fuit ſolutiua non conuenire in curatiõe phthiſis, ut phthiſis eſt, ſcilicet cum eſt facta & independens, quod etiam primi non negaſſent, ſed ratione cauſæ non ratione phthiſis conceduntur ſolutiua. Tertia uerò intentio exigit aerem aliqualiter frigid. temperatum in paſsiuis, quanquam Gal. 5. de ingenio, capite quarto recitet, quòd ipſe exiſtens Romæ eligebat ipſis phthiſicis montes calid. & ſiccos percuſſos à ſole & elongatos à paludibus & locis humilibus, & mittebat eos ad montem altum in Sicilia, ſcilicet Ætnam, ubi eſt continuus ignis & dabat eis theriacam et mithridatum quarto interiorum cap. ultimo, & cum talibus prolongabat uitam, tandem tamen moriebantur, nullus enim eorum euaſit cum ſuis remedijs, ut recitat ibidem. Et ut tollatur contradictio & inſtantiæ, quæ fieri poſſent, Gal. concedens huiuſmodi aerem exiccantem & calefacientem intendit curam paliatiuam non ueram, quæ eſt ulceris exiccatio & curæ non uerę inductio. Sed Auicen. concedens aerem ſiccum in cura uerę phthiſis reſpicit ad ulcus quod eſt cauſa hecticæ, & non ad hecticam, quæ non poteſt remoueri ſine remotione ulceris pulmonis. Similiter Meſue concedens aerem temperatum in actiuis ad ſiccitatem debilitantem curat phthiſim, cui remiſſa hectica eſt aſſociata. Ego autem ſimul intendens curæ ulceris & hecticæ aerem frigidum, ratione hecticæ eligo, qui ratione ulceris ſolius deberet eſſe temperatus in actiuis, & eligo ipſum temperatum in paſsiuis, quia ratione ulceris deberet eſſe ſiccus & ratione hecticæ debet eſſe humidus. Tu uerò elige aerem qui propoſito fuerit conformior omnibus æquè libratis, ſcilicet hectica, ulcere, cauſis, & accidentibus, quæ ſecundum plurimum debent eſſe proxima temperamento, non enim omnia ſexto poſſunt menſurari. Et confert mutatio de regione propria ad regionem & aerem ſibi magis conformẽ: econtra ſi ægrotauerit in regione & aere ſibi non connaturali redire ad regionem propriam & aerem ſibi connaturalem. Diæta uerò aliquando habet reſpectum ad ulcus, & indiget primò abſtergentibus & mundificantibus, & ſecundò conſolidantibus. Aliquando habet reſpectum ad hecticam & indiget infrigidantibus, & humectantibus & bene reſtaurantib. Aliquando habet reſpectum ad cauſam aut ad accidens fortè ſibi cõiunctum, ut exempli gratia, ſputum ſang. & indiget ſtipticis uiſcoſis conſtringentibus, propterea medicus ſit diligens & ſecundum exigentiam ægritudinis cauſarum, & accidentiũ, non ſecundum exigentiam intentionum ordinet diætam. Ea tamen quibus utitur ſint facilis digeſtionis, boni chimi, paucarũ ſuperfluitatum quorum parum, multũ nutriat, ſicut oua ſorbilia, teſticuli gallorum, carnes laudabiles, uinum ſubtile. Et ſi aliquando fercula non habentia has conditiones conceduntur propter alia iuuamenta, ſint cocta iuribus laudabilium carnium. Ratione ergo abſterſionis ulceris conuenitius cicerum rub. coctorum in aqua hor. excorticati. Item cicera ipſa facta aut kiſt ipſorum ſunt præſtantia ad nutriendum pulmonem ſecundo canon. capite proprio. Item ptiſana hor. cum ſaccharo eſt præſtantiſsima, & aliquando ponitur mel in cibis eorum ad abſtergẽdum quando non timetur calid. eius, panatella quoque cum ſemin. communibus frig. ſpinachiæ, atriplices, blites, borag. bugloſ. quibus poteſt addi parum fœniculi, aut petroſ. ius galli decrepiti cum ſaccharo & ſemin. communibus frig. item brodetum ex uitellis ouorum cum albumine addendo modicum ſacchari aut uitellis oui cum lacte debitè coctis cum albumine aut fine. Sed & ad conſolidandum cum adeſt ſpu-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.139

Commentary on the Chapter Nine of the Book of Medicine Dedicated to Mansur [F-1-140] (140/266)

tum ſang. dãtur portulãca, lentes abiecta prima aqua
far, ptiſana ex farina amyli, rizum, panicum, ſpelta,
trit. ſiue alaganæ & propriè coctæ cum aqua calibea-
ta. Item carnes uiſcoſæ, ſicut pedes & roſtra animaliũ
bene conditionati, elixi, aut aſsi nõ frixi. Sed ratione
hecticæ conueniunt cucurbitæ, portulaca, brodeti,
lac, teſticuli gallorum nondum coeuntium, cerebella
hœdorum, epata gallinarum, cancri debitè præpara-
ti, ſicut præparantur in hectica. Item limaciæ, ranæ,
teſtudines, quæ debitè abluantur & præparentur.
Quòd ſi ſalatas affectarent concedatur eis aliquando
lactuca, endiuia, borago, cichor. lupul. quæ debitè co
quantur & cum uino granat. & cum ſaccharo condi-
antur. Lac autem ad omnia huiuſmodi eſt conueniẽs
abſtergit enim per partem ſeroſam, cõſolidat per par
tem caſealem, humectat per partem butyroſam. Si
ergo uolumus exhibere ipſum ratione hecticæ ſint a-
nimalia, quorum lac ſumitur nutrita rebus humectã
tibus & infrigidantibus. Si uerò uolumus ulcus ab-
ſtergere, nutriantur rebus ſtipticis & inuiſcantibus,
& ponatur in ipſo panis bis coctus, & ſit lac calibea-
tum aut coctum cum lapidibus. Modus autem eſt, ut
quinta pars aquæ pluuialis cum lacte miſceatur, po-
ſtea calibs feruens ter aut pluries in ipſum mittatur,
uel lapides fluuij igniti ſine fumo, & ſi aqua ſecum
permixta eſſet calibeata, eſſet præſtantius, & melius,
ut ante calibeationem butyrum ſit extractum. Ex la-
ctibus magis conueniens eſt lac adoleſcentis puellam
lactantis. ſcilicet quam peperit, ſi uis ipſum frigidius,
ſit nutrita lactucis, cucurbitis, & ſimilibus, & ſi uis ab
ſtergere ſit nutrita hordeo, & ciceribus, & ſi uis conſo
lidare aut ſanguinem ſiſtere, ſit nutrita rizo, panitio,
kiſt lentium, alaganis, piſcibus, & carnibus uiſcoſis,
confert enim cum proprietate cadente inter indiui-
dua eiuſdem ſpeciei & ſugatur ab ubere, poſt ipſum
eſt lac capræ ſanæ, rubeæ, iuuenis comedentis fol. ſali-
cis, lactucæ, uitis ſi uolumus hecticæ conferre. Si uerò
mundificare nutriatur hyſſopo, haſcæ, fœniculo, hor
deo, & cicere, & miſceatur cum melle, & ſi conſolida
re & ſanguinem conſtringere, nutriatur folijs quer-
cus, pirorum rubi, & ſimilibus, uel miſceatur cum ſac
charo roſaceo. Lac uerò aſininæ eſt frigidius & hu
mid. ſed minoris nutrimenti, poſtea eſt equinum faci
litans ſputum & mundificans propter multam par-
tem ſeroſam, ſed minus conglutinoſum, habet enim
parum de parte caſeali, nec multum humectat cum
habeat parum de parte butyroſa, propterea eſt mul-
tum nutriens et conſolidans, humanum itaq; confert
cum proprietate, aſininũ cum infrigidatione & hu-
mectatione, & notabili abſterſione, ſed caprinum
cum mediocritate ſua habens ſtipticitatem plus ma-
gis alijs ualet ad conſolidandum.

Equinum uerò propter multam ſeroſitatem ma-
gis ualet ad mundificandum. Sed ouinum & uac-
cinum cum ſint craſsiora & habentia multum de par
te caſeali & butyroſa ualent magis ad nutriendum &
conſolidandum, & penes Auicen. aſinæ debent eſſe
elongatæ à partu quatuor uel quinq; menſibus. Mu-
lieres uerò per menſem, & credo quòd capræ debent
eſſe elongatæ à partu, ſicut mulieres, oues autem &
uaccæ ſunt mediæ inter utrunq;. Lac uerò beſtia-
rum propter abhominationem non ſuggatur ab u-
bere, ſed in uaſe mundo ſumatur & tepidum ſicut
mulgetur bibatur, iam præcedente cibi digeſtionẽ ce
lebrata & tardet comeſtionem per tres horas, aut tan
to tempore, donec ſit digeſtum. Et Meſue dicit quòd
cum lacte dentur tortellæ trituratæ, id eſt panis bis co
ctus, quod maximè uerum eſt ubi opus ſit conſolida
re aut ſanguinem ſiſtere, ſecundum Raſim dat lac
cum pane, Auicen. uerò cum ſaccharo & inchoan-
dum eſt à modica quantitate per duos aut tres dies,
utputa ab ℥. 3. poſtea dentur quatuor per totidem
dies & ſic paulatim augendum eſt, donec perueniã-
tur ad ℥. 6. uel plures, & detur primò ſemel in die, po
ſtea bis & ſecum alius cibus non commiſceatur nec ſu
matur, donec digeſtus ſit. Iſta autem gradatio ſit,
ut natura aſſueſcat & non inducat lubricitatem uel fe
brem. Et poſt lactis conſumptionem non dormiat
nec exercitetur. Raſis autem tantum confidit in lacte
ut dicat quòd quanto plus poteſt loco aquæ in potu
ſumat, dat enim ipſum in potu quotidiano, & ipſum
cum cibis alijs commiſcet, hoc autem uerum eſt in il-
lis, qui potui lactis multum aſſueti ſunt & ſi febrem
induceret, curetur febris, poſtea redeat ad lac, & ſi in-
duceret lubricitatem uentris permiſceantur ſecum a-
liqua ſtiptica ut coralli, roſ. hipocyſtic, & ſimilia, & ſi
tuſsis infeſtaret apud Auicen. ſecum ponatur traga-
chan. quod eſt pectorale prohibens catarrhum, & ſi
propter debilitatem ſtomachi multiplicaretur uento
ſitas, ſecum miſceatur cyminum uel carui uel ſi time-
retur febris, trochiſci, diarhodon, & lac coctum uel ca
libeatum minus multiplicat uentoſitates & uentrem
ſiſtit. Si uerò uolumus ipſum eſſe uentris lenitiuum
ſumatur cum ſaccharo, & pauco ſalis. Lac uerò aceto
ſum eſt cõueniens ad extinctionem caliditatis ad ſe-
dandum ſitim, & modus acetoſandi eſt, ut accipiatur
lac caprinum bonum & extrahatur butyrum, po-
ſtea dimittatur die aut nocte una in aere ut tempere-
tur, poſtea agitetur uehementer & proijciatur ſpuma
& eſt exiccatiuum, conſtrictiuum, et cõſolidatiuum.

Caſei quoq; nouiter facti non ſaliti ſunt præſtan-
tes, & ſimiliter lac coagulatum & capita lactis conue
niunt ubi opus eſſet reſumere, & humectare, & febre
hectica exiſtente remiſſa. habent enim multum de par
te butyroſa apta inflammationi, memorando ſem-
per quòd lac conceditur & eſt præſtans cibus medici-
nalis præterquàm in quinque caſibus de intentione
Hippocratis in textu explicitis. Butyrum uerò
prohibetur propter aptitudinem ad inflammatio-
nem. Ius quoq; caulium conceditur impinguta-
rum cum gallis. Carnes pullorum cuiuſcunque ge
neris & auium bene conditionatarum. Item hœdi
capreoli & agni aliquantulum craſsiores, & caſtrati
annuales, & pulmones ſupra ſcriptorum animalium
conferunt cum proprietate. Piſces etiam bene con
ditionati conueniunt qui ſunt boni chimi, facilis di-
geſtionis, paucarum ſuperfluitatum, parui in ſpecie
ſua, degentes in aquis laudabilibus, & comedantur
elixi aut aſsi, ſimiliter carnes. Oua conueniunt ſecun-
dum omnem modum adminiſtrationis modo ſint
mollia, non per decoctionem indurata. Olea uiten-
tur niſi oleum amygdalinum dulce. Fructus con-
uenientes qui aliquando concedi poſſunt, ſunt per-
ſica, melon. angu. ſed in fine menſæ ſunt pineę quater
in aqua feruenti infuſæ & quater exiccatæ ſolæ aut
mixtæ cum paſſulis.

Similiter

Similiter amygdalæ præparatæ cum paſſulis mixtę,
ex ſaporibus conueniunt, agreſta aut uinum granato
rum cum amygdalis & ſaccharo mixta cui poſſunt
ad libitum addi paſſulæ. Potus ipſorum non febri
citantium febre putrida, penes Raſim eſſet lac. Sed fe-
bricitantium eſt aqua hordei, aut aqua ſacchari, aut
aqua hordei, decoctio cãncrorum fluuialium, quę fit
hoc modo, cancri fluuiales abiectis extremis & corti
cibus, lauentur ter aut quater cum aqua cineris ſalita,
deinde bulliant duę aut tres unciæ ipſorũ taliter præ-
paratorum in 2. ℔. aquę hordei, donec optimè cocti
ſint, aut aqua hordei cum iulep roſ. aut uiol. Et ſi ad-
eſſet uel timeatur ſputum ſanguinis bibat aquam cali
beatam aut ſolam cum ſyrupo myrtino. Vinum ue-
rò conceditur apud uirtutis debilitatem, & etiam for
tibus ubi nõ ſit magna inflammatio, ſed ſit pauciferũ
aliquali attinens dulcedini album ſubtile cum ſufficiẽ
ti quantitate aquæ temperatum, maximè in menſa,
ſed extra horas cibationis non conceditur, maximè
autem uinum cõcedendum eſt his, qui uino multum
aſſueti ſunt. Citò enim et multum reſtaurat & nutrit.
Sed Auic. placet aqua pluuialis, panis autem ſit ſi-
milagineus, id eſt, ex optima frumenti farina, medio
criter coctus, non ſalitus, magis fermentatus cum o-
pus eſt mundificare, ſed minus cum opus eſt conſoli-
dare, & farinæ frumenti poſſet addi farina milij, aut
hordei ſecundum exigentiam. Somnus nocturnus
prolixus, ſcilicet ſeptem horarum aut plurium con-
ceditur, ſed ſit interruptus, ut expuat ſecũdum exigẽ-
tiam, meridianus uitandus eſt niſi aliqua occaſione
ſomnum nocturnũ omiſerit, & ſit diſtans à cibo per
horam cum dimidia, multum tamen debilibus & cõ
ſuetis meridianus conceditur & dormiant capite ele-
uato ad alterum latus declinante. Procurẽtur omnes
euacuationes à natura inſtitutę, & præcipuè euacua-
tiones capitis per conuenientes regiones imò etiam
non naturales longo tempore conſuetæ. Timenda ta
men magis nimia uentris fluxitas q̃ ſtipticitas.

Coitus uitandus eſt. Exercitium nullum uel leuiſ
ſimum, deambulatio tamen ante cibum eis concẽdi-
tur, poſt cibum quieſcant per duas aut tres horas, fri-
cationes tamen leues ſtomacho ieiuno conueniunt,
ſint ſperantes & gaudentes, uitent iram, triſtitiam ti-
morem, & ſimilia corpus exterminantia. Reſtau-
ratiua quoq; ex uarijs compoſita ſecundum exigen-
tias ſunt in his caſibus præſtantia. Sunt enim cibi
medicinales ſicut huiuſmodi. ℞. pulparum caponis,
uel gallinæ unius anni tantum uel duorum bene pin-
guis aut phaſiani uel perdicis uel franquillini, aut ha-
rum omnium aut plurimum ſimul uncias ſex. Et
huiuſmodi carnes ſint elixæ ſufficienter coctę, non ta
men multum, imò melius eſt, ut ſint parum coctæ,
quàm nimium, & ſi timeretur fluxus uentris, melius
eſt ut ſint aſſatæ, amygd. excortic. ℥. unam, pinea-
rum præparatarum ℥. s. auellanarum mundatarum
ſeminum communium frigidorum ana ʒ. 1. amyli
℈. 1. paſſularum electarum ʒ. 6. liquir. raſæ. ℥. s. mar-
garitarum perforatarum, gemmarum, electuarij de
gemmis ſine ſpeciebus ana. ℈. 1. ſcoriæ ferri prępara-
tæ ℈. s. mentæ ſic. tragachan. gummi arabici ana ℈. s.
ſpecierum triaſandalorum ſine camphora. ʒ. s. ſpecie
rum diarhodon abbatis. ℈. 1. coral. rub. boli armeni,
ana. ℈. 1. ſeminis papaueris albi, ſem. plantag. ſeminis
portulacæ, ana ℈. s. pulparum, ſebeſten ʒ. 2. ſacchari
optimi, penidiorum ana quantum ſufficit, fiat confe-
ctio in forma ſolida in morſellis cum ſufficienti quan
titate aquæ roſaceæ, aut uiol. aut plantag. aut aceto-
ſellæ aut bugloſſæ ſecundum exigentiam. Quòd ſi
appetitus eſſet deiectus dimittantur ea quæ non ſunt
boni ſaporis ſicut ſpecies diarhodon abbatis. Aliquã
do uerò addantur aromata cordialia ſicut gariophil.
& ſtomaticha, ſicut lignum aloes, & galanga, & epati
ca, ſicut cinamomum ſecundum exigentiam ſi non
obſtet febris. Croci tamen aliquid ſemper eſt ponen-
dum cum ſit cordialis, amicus pectoris, ſputum faci-
litans, & ponuntur iuiubæ dum intendimus incraſ-
ſare. Et in hac cõfectione habemus multam nutribili-
tatem ex carnibus & amygdalis, epatis confortatio-
nem ex auellanis & ſpeciebus diarhodon. Mundi-
ficationem ex paſſulis, pineis, liquir. penidijs, exicca-
tionem ulceris, conſolidationem, & ſiſtionem fluxus
ſanguinis ex bolo armen. coral. tragachan. gummi
arabico, ſiſtionem catharri ex ſem. papaueris, bolo ar
men. ſebeſten, iuiubis, cõfortatione cordis, remiſsio-
nem hecticę ex margaritis & gẽmis, ſpeciebus triaſan
dalorum, & ſimilibus. Confortationem epatis ex
ſcoria ferri & ſtomachi per mentam & aromata, hac
ergo confectione uti poteſt tam in horis cibationis,
quàm extra horas cibationis ſumendo unum mor-
ſellum, aut plures ſecundum exigentiam cum potu
aut ſine potu ad libitum, & poteſt ex his fieri electua-
rium addendo plus de aqua roſacea, aut alia ſimili.
Item addendo brodium carnium ſupraſcriptarum,
cuius pars nimis pinguis eſt eligenda alius cibus me-
dicinalis apud Meſue eſt huiuſmodi.

℞. lactis acetoſi, de quo ſupra, ℥. 1. tortellarum de
ſceni bene tritarum ℥. 1. bulliant leui ebullitione, do-
nec adinuicem optimè miſceantur & ſumantur ſto-
macho ieiuno, & non comedatur aliud niſi illud ſit
digeſtum, & ſequenti die addatur ſupraſcriptæ quan
titati aureus unus lactis & aliquid de tortellis dimi-
nuatur & ſic procedatur quolibet die addendo aure-
um unum lactis, & minuendo parum tortel. donec
deueniatur ad exhibitionem lactis puri. Cum autem
peruentum fuerit ad declinationem ęgritudinis tunc
incipiamus diminuere aliquid de lacte acetoſo & ad-
dere aliquid de tortellis, de ſceni, donec paulatim de-
ueniatur ad exibitionem tortel. tantum. Tortellæ
autem ſunt panis bis coctus.

Particulare uerò regimen habet quinq; intentio-
nes. Prima eſt ulceris mundificatio & abſterſio. Sed
hic notandum quòd ubi à ſputo ſanguinis fuiſſet fa-
cta phthiſis, aut ubi timeretur ſputum ſanguinis ab-
ſtergentia ſint leuiora, ne fluxus ſang. reiteretur, unde
in hoc caſu ſufficeret aqua hordei excorticati, cum ſac
charo & propriè ubi adeſſet febris, & in corpore iuue
nili & tempore calid. Sed in tempore frig. & corpore
ſenili cum pauca febre, & ſputo ſanioſo exiſtente craſ
ſiori utemur aqua mellis, cuius deſcriptio eſt, accipia-
tur mel ℥. 1. aquæ ℥. 8. bulliant ad conſumtionem ter
tiæ partis, & aliquando augetur doſis aquæ ubi o-
porteat magis infrigidare. Et fortius ipſa eſt ius ci-
cerum cum ſaccharo aut melle. Et adhuc fortior eſt
decoctio hyſſopi & cum ſaccharo, & adhuc fortius
cum melle. Et adhuc fortius eſt loch de caulibus, id eſt,
ſuccus caulium cum melle inſpiſſatus.

Et fortiſsimus eſt loch de ſcylla, dia iris, & ſimilia. De his tamen fortibus detur pauca doſis, ſicut à ℥. una uſq; ad duas, & poſſunt exhiberi mane, & ſero ſtomacho ieiuno cum aqua mellis aut hordei. Sed fortè tutius eſt, ut hæc fortia ſumantur lambendo, ne febrē augeant, ſed ubi eſſet maxima neceſsitas abſterſionis, ſicut in ſene & in ſanie craſſa cum pauca febre dentur utroq; modo, & hoc tempore dantur cibaria ſimilis intentionis, ſicut ius cicerum, ius caulium, kiſt hordei cum melle, & kiſt orobi eſt fortius, & porrum elixatum cum aqua mellis eſt mundificatiuum, & maximi iuuamēti eſt huius. Recipe ireos aſſę, hyſſopi, ana partes æquales confice cum melle, da mane & ſero, iſta tamen fortiora abſtergentia apud Meſue uitanda ſunt in phthiſi quantum eſt poſsibile, ducūt enim ad ſputum ſanguinis, & augent febrem & liberius in aſthmate concedi poſſunt.

Secunda intentio eſt prohibitio tranſitus materiei ad pulmonem, quæ intentio duobus modis perficitur, ſcilicet regendo membrum mittens ne materiam tranſmittat, ſicut cerebrum, cum his, quæ dicta ſunt in capite de catarrho, & in ſumma cuiuſcunq; membri mittentis diſpoſitio corrigatur, ut materiæ per aliam regionem deriuentur. Secundò, attendatur confortationi pulmonis ne recipiat, & ex eis eſt rob myrti, aut ſyr. eius cum ℥. duabus pulmonis uulpis præparati ſecundum artem. Et ex medicinis mirabilis iuuamenti, aggregātibus uirtutis confortationem & mundificationem eſt medicamen Gal. Recipe pulmo. uulpis ſicci, ſucci liquiritiæ, capillorū ueneris ſeminis fœniculi ana cōfice cum rob aut ſyrupo myrtino. Modus autem præparandi pulmonem uulpis eſt ut diuidatur in fruſtra, lauetur cū uino albo. Deinde bulliat in aqua roſacea, in qua aliquid granatorum myrti craſſo modo contuſorum ponatur una ebullitione, poſtea abſtergatur & lauetur cum uino & aqua roſ. deinde exiccetur donec poſsit puluerizari.

Tertia intentio, ſcilicet exiccatio & reſolutio materierum, quæ ſunt in pulmone, perficitur cum his quæ lambuntur & ſuffumigantur & ſumuntur, quorum copiam ſuperius habuiſti in cap. de tuſsi. Eſt etiā canon in uſu harum medicinarum ſeruandus. Et Gal. multum utebatur theriaca & mithridato, tamen hæ medicinę propter hecticam mihi magis ſuſpectę ſunt quàm in tuſsi aut aſthmate. Vtere ergo leuioribus & pauciori tempore, & ex domeſticis kytram, id eſt, gummi cedri cum melle & poſſet addi parū galbani.

Quarta intentio eſt incarnatio ſiue conſolidatio. Summa autē medicinarum incarnātium ulcera pulmonis et pectoris penes Meſue, ſunt ſanguis draconis propriè lutum ſigillatum, lutum armen. karabe ſedenegi, id eſt lapis hæmatitis, olibanum, maſtix, balauſtia, roſa, & ſemē eius, corallus ſem. portulacæ aſſum, amylum aſſum, ſem. maluæ, & althęę aſſa, ſem. arnogloſſæ aſſum, gummi aſſum, gran. myrti, & ſimilia. Materialia autem cum quibus hæc ſunt danda, ſunt ſicut uitelli ouorum, lac dulce & acetoſum, aqua pluuialis & propriè calibeata, aqua hordei, decoctio cancrorum fluuialium, aqua ſauic. id eſt, hordei torrefacti, ſuccus citon. id eſt miua, ſuccus myrti, rob & ſyrupus eius, mucilago pſilij & ſem. citon. ſyrupus de papauere, uiol. roſ. & ſimilia. Ex medicinis autem compoſitis ſunt croci de luto ſigillato, de luto armenico, philonium perſicum & eſt ultimum, mūdificat enim & deſiccat putredines & conſolidat ulcera & ſiſtit catarrhum & ſputum ſanguinis, & tuſsim ſedat, & multa alia habet iuuamenta, & eſt apud Meſuen in cap. de ſputo ſanguinis in fine. ℞. ſem. papaueris albi, hyoſcyami ana ℥. 20. terræ ſigillatæ, opij, ana ℥. 1. ſedenegi, croci ana. drach. quinque, caſtorei, ſpicæ pyrethri, euphorbij, margaritarum non perforatarum, karabæ, zedoariæ, doronigi, ramich, id eſt galię muſ. ana. ℥. 1. camphoræ ℥. 1. tertiam, confice cum melle roſ. colato quantum ſufficit doſis eſt ℥. s. uſq; ad 1. cum ſuc. arnogloſſæ, aut aqua roſac. & modico uini puri, ſed credo non eſſe dandum, niſi poſt fermentationem, ſcilicet, poſt tres menſes. Ex rebus autem mirabilibus ad conſolidationes ulcerum pulmonis eſt ſaccharum roſ. recens, id eſt eiuſdem anni: aggregaт enim in eo uirtus abſterſiōis ex parte ſucci roſ. & uirtus cōſolidationis ex parte ſubſtantiæ earum. Virtus enim abſterſionis propter antiquitatem abſcinditur, quæ adhuc poſsidetur in recentibus, & Gal. præcipit dari ſaccharum roſ. ſingulis diebus in quantitate plurima cum rebus medicinalibus & cibalibus, ita quòd etiam cum pane. Et poſt eum plurimi uſi ſunt & non comprehenſibilis eſt numerus eorum, qui ſanati ſunt ex eius uſu, tamen prius præcedentibus mundificationibus. Falluntur enim utentes à principio dum mundificatio non præceſsit: coartat enim in pulmone materias. Meſue aūt dat ipſum non febricitantib. cum lacte calido, febricantib. autem cum aqua hordeacea, decoct. cancrorum fluuialiū, et alijs multis modis, & inuenit ipſum eſſe utiliſsimū. Verū quotiēs eius adminiſtratione contingit conſtringi anhelitum, dentur ea quæ elargant ipſum ex his, quæ educunt ſaniem, ſicut propriè ſyrupus de hyſſopo, & ſimilia, et ſi accidat ſuper calefacto propter exiccationem eius, quod poteſt eſſe quia ſiccitas accendit calorem, dentur ſyrup. de iuiubis, uiol. mucilago pſilij, aut citonij, cum aqua gran. dulc. aut aqua expreſsionis, ſcilicet portulacæ cum trochiſcis de camphora, & ſi ſequatur poſt ipſum conſtipatio uentris dentur muraba de uiolis, id eſt conditum de uiolis, & eſt ſaccharū uiolatum aut detur ſyr. uiol. cum aqua hordei. Et poſtquam ceſſauerit redeatur ad ſaccharum roſ. Credo tamē q; ſaccharum roſ. nouum non ita ſtringit uentrem, ſicut antiquū, nam ſuccus roſ. ponit inter ſolutiua, et hoc ſacch. roſ. ſummis laudibus extollit Auicen. in capitulo proprio, & adducit in exemplo fœminam illam quaſi mortuam ex phthiſi, quæ ſanata eſt comeſtione ſacchari roſacei. Et dicit Auicen. quòd non eſt poſsibile, ut dicat ſummam ſacchari roſ. quod comedit, & quidam modernus medicus dixit quandam comediſſe quadringentas ℔. ſacchari roſacei cum quo ſanata eſt.

Quinta intentio, ſcilicet correctio accidentiū completur ſecundum ipſorum exigentiam. Accidentia enim cōcomitantia ſunt conſumptio & debilitas tuſſis, quæ interdum modum excedit. Superuenientia ſunt ſputum ſanguinis, fluxus uentris, cōſtipatio, faſtidium, febris putrida, uigiliæ.

Conſumptioni quidem ſubuenimus cum eis quæ humectant, & cibis et potibus tam qualitatiuè quàm ſubſtantificè, ſcilicet, cum adminiſtratione lactis, confectionum reſtaurātium, & ciborū quorum parum, multum nutrit. Item cum balneatione in aqua dulci poſtquam

poſtquam uentum eſt ad declinationem. Nam ante illud eſt res prauior, & eſt ponere ægrum in deſperatione, & poſt balneationem ungere corpus cum oleo uiolarum, ℥. duabus roſacei, ℥. 1. amygdalarum dulcium, ℥. ſemis. pinguedinis porci recentis decies lotæ cū aqua frigida, et in fine cum aqua uiolacea ℥. 5. quibus poteſt addi mucilago pſilij & ſimilia. Modū autem balneandi prolixum require ab Auic. in capitulo de hectica, & à Meſue in capitulo de phthiſi. Tuſſi autem, ſi modum excedat ſubueniendum eſt, ſicut dictum eſt in capitulo proprio, & ſimiliter de ſputo ſanguinis, prępceſſit capitulum proprium, ad quod recurre. Sed fluxui uentris ſuccurrendum eſt cum medicinis Raſis in textu, ſunt enim prętantia Conſtipationi autem quæ tamen nō eſt multum timenda ſuccurrimus facilè cum enemate lenitiuo infrigidante & humectante, ſicut ex lacte, ſaccharo, uitello oui, & oleo uiol. & apud maiorem neceſſitatē addatur caſſia, aut mel uiolaceum ſimiliter lac ſumptū cum multo ſaccharo & ſale, & iure gallinarum cum ſaccharo, et paſſulę, & ſimilia ſunt præſtantia, Faſtidio autem & deiectioni appetitus cum exhibitione citoniorum, pirorum, & ſimilium in miua, & ſucco citoniorum, & ſalitis, de quib. ſupra, & cum emplaſtro de pomis coctis in uino & aceto cui addantur roſæ, & gallia muſ. & ſtomacho applicetur. Febri autē ſubuenitur cum exhibitione aquæ hordei, & ptiſanæ hordeaceæ, & ſi inualeſceret febris putrida conſtante uirtute digeratur humor faciēs febrem & euacuetur ſecundum exigentiam, ſed cum leuibus. Vigilijs ſubueniatur cum emulſionib. papaueris & ſyrupo eius, quę ſi non ſufficerent detur aliquid opiatū ſicut ℈. 1. philonij, perſici, aut pilula una opiata ex pilulis alchaiber, dictis in cap. de catarrho & tuſſi, & hæc eſt cura uera ſi fuerit poſſibilis. Quòd ſi cura uera non uideatur poſſibilis adminiſtretur cura blanditiua, & paliatiua, quę ſecūdum Auic. eſt regimen indurans & exiccans, faciens cruſtam & eſcaram in ſuperficie ulceris, ut prohibeaт dilatatio & profundatio ulceris, licet cum hoc regimine non ſperetur incarnatio & conſolidatio. Et in hoc eſt ſpes in prolongatione uitæ patientis, licet hæc uita parum ſit dilecta, & læditur à quolibet errore: dimittatur ergo lac, & cætera humectantia & primò facta aliquali mundificatione procedat ad conſolidantia, exiccantia notabiliter ſicut ſacch. roſ. diatragachantū in quibus ponitur bolus armenus, & terra ſigillata, ſanguis draconis, lapis hæmatitis, & ſimilia. Item trochiſci de terra ſigillata, de Karabe, et mixti cum ſacch. roſ. quæ lambantur & deglutiantur, & ſedetur tuſſis cum papauere, & ex his quæ fiunt ex papauere, & cū trochiſcis ſupraſcriptis ſi aliter ſedari nō poteſt, ſumatur aliquid opij, & philonium perſicum, ualet in hoc caſu, & comedat aſſata, & pulmo uulpis mixtus cum trochiſcis de terra ſigillata, & ſyrupo de myrto eſt prętans medicina tam ſumpta lambendo quàm deglutiendo.

Vlcus uero cānæ pulmonis quod cognoſciт, quia dolor eſt in medio colli anterius aut poſterius: nō tamen plurimus & accidit cū hoc pruritus in corpore, raucedo uocis, odor oris fœtidus, ſputū paucū ſanioſum, quod excreaт cū tuſſi aliqua pauca & raſcatione plurima. Et fortaſſis pręceſſit apoſt. in eadem parte ſignificatum per febrem debilem & dolorem pulſatiuum in eadem parte curatur cum eodem regimine uniuerſali & particulari quo curatur ulcus pulmonis, ſed elaborandum eſt ut medicinæ maximè abſtergentes et conſolidantes ſumantur lambendo. Dicit enim Auic. quòd æger iaceat ſuper collum ſuum & teneat medicinā in ore, & deglutiat ſaliuam ſuā paulatim, ita ut non immittat plurimum ſubitò & excitet tuſſim, & oportet ut mollificet lacertum gutturis ſui, ita ut deſcendat ad guttur ipſius abſq; excitatione ſodæ, id eſt, doloris. Medicinæ autem mundificatiuæ ſunt ſicut diadragagant. cū pauco melle mixtum aut diatragachant. cum loch de pino, ſed conſolidatiuæ ſunt ſicut ſacch. aut diatragachant. cū bolo armeno, & terra ſigillata, reformata adinuicē cum ſyrupo de myrto, & his poſſet addi parum pulmonis uulpis præparati et bolum armenum ſolum, aut terra ſigillata ſolum in ore retenta præſtans in cōſolidatione, de ulcere aūt pectoris ſufficienter dictū fuit ſuperius in pleureſi & empyimate, & qualiter pleureſis non uera ſecanda ſit aut urēda, ſi tumor aut dolor, aut qualitas mutata cōmunicentur cuti. Et qualiter poſt ſectionem ſanguis reſtringendus eſt, & labia uulneris dirigenda, poſtea mundificandum & conſolidandum ſit, & ſi uratur qualiter eſcara remouenda, poſtea mundificandum & conſolidandum, & dictum fuit qualiter in empyimate ſecandum ſit, aut urendū inter quartam et quintam coſtam ſi alio modo mundificari non poteſt per ſcreatum, uomitū aut ſeceſſum. Et ſi tumor aut qualitas mutata non apparuerit in parte alia, & qualiter poſtea mundificandum ſit & conſolidandum.

Quòd ſi ulcus ſit in aliqua parte pectoris & intrinſecum ſit, eadem procedendum eſt cura qua proceditur in phthiſi. Si uerò hac uia ſanari non poteſt, & antiquatur & fiat fiſtula, quæ multotiens remouetur cū emiſſione ſanguinis & ſaniei per ſcreatum, ſicut uidi in pluribus duraſſe per multos annos, nulla eſt uia in curatione niſi aperiatur exterius. Quod tamen nullo pacto facere debemus niſi tumor, dolor, et qualitas mutata communicētur exterius, id eſt, ex directo doloris intrinſeci conſueti, & in eo caſu tutius eſt primò cauterizari locum tumentē cauterio potētiali, quod ſatis notabilem partem capiat, ut ad locum ulceratū peruenire poſſimus. Non tamē profundetur niſi uſque ad coſtas, poſtea remota eſcara tentemus cum ſagittella paulatim perforare uſq; ad locum ulceris donec uideamus ſaniem egredientem, poſtea mundificetur & conſolidetur. Si uerò aliquid coſtæ eſſet corruptum, tētemus cum medicinis aut cauterio actuali euellere partem corruptam, poſtea mundificare & cōſolidare, &c. & ſic deo duce ſit finis huius capituli.

DE PASSIONIBVS CORDIS. Cap. LXXIII.

QVia hic agitur de paſſionibus cordis ante omnia iuxta conſuetudinem pręmittenda eſt cordis anatomia. Cor deſcriptiuè eſt membrum principaliſſimum mediocris quantitatis, figuræ pyramidalis in medio corporis ſitum, oſſe chartilaginoſo ſuſtētatum ex pinguedine, uenis & arterijs, & carne, cum uillis longitudinalibus & latitudinalibus & tranſuerſalibus conſtitutum, tribus uētriculis & duabus auriculis diuiſum, capſa pā-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.141

niculari circundatum, uenarum et arteriarum origo, diaſtolen habens & ſyſtolen, ſpiritus & uirtutis uitalis ſedes & principium, & quidem principaliſſimum. Nam cum quatuor ſint membra principalia. Vnum ſcilicet, teſticuli ordinati in cõſeruationem ſpeciei, reliqua tria, ſcilicet, cor, epar, & cerebrum, ordinata in conſeruationem indiuidui, cor inter hæc eſt principaliſſimum. Eſt enim primum, quod uiuit & ultimum quod moritur, imò ex uirtute uitæ cordis eſt, quod quando aufertur ab animali inuenitur pulſare uſque ad horam per temperamentum ſuum generans ſpiritum uitalem neceſſariò ad quancunq; alterius membri operationem concurrens. Eſt autem mediocris quantitatis in genere membrorum hominis licet in comparatione ad corda aliorum animalium homo habeat maximum cor reſpectu ſuæ molis, quòd fuit, quia homo habet plus de calido innato q̃titatiuè, non autem intenſiuè. Vnde nota, quòd animalia habentia parum calidi cum magnitudine cordis ſicut lepus, ceruus, ſunt timida, ex eo quòd pauco exiſtente calido corda eorum non ſufficienter caleſiunt. Cum quo tamen ſtat, quòd animal audaciſſimum cum habeat multum de calido, habeat etiã cor magnum, ſicut homo, leo, equus, & ſimilia. Dicitur figuræ pyramidalis ut cum ſit calidiſſimũ inter membra aſſimilet̃ primo calido, ſcilicet igni, & etiam cum figura illa uentriculi melius diſtinguntur, & tertiò, ſi eſſet uniforme per totũ in craſſitie ſicut eſt in baſi nimium grauitaret. Baſis autem eſt altior pars eius ut ſit lõginquum ab appodiatione ſuper oſſa pectoris, & non lædatur tactu eorum, & conus factus eſt ſubtilis & durus, ut minus poſſet lædi contactu oſſium pectoris. Eſt autem in medio corporis ſitum inter ſurſum et deorſum demptis extremis ante & retro, dextrorſum & ſiniſtrorſum ſicut rex in medio regni: declinat tamen cum acutie id ſiniſtrum, ut ipſum caleſaciat. Caleſit enim dextrum per epar. Dicitur ſuſtentatum oſſe chartilaginoſo: oportet enim omne quod mouetur ſicut cor inniti alicui fixo: illud autẽ eſt magis oſſeum & durum ſecundum partem coniunctam dorſo, & eſt magis molle & chartilaginoſum ſecundũ partẽ coniunctã cordi ne molle lędat̃ ex contactu duri: maximũ aũt os cordis, & durũ eſt in elephãte, licet os cordis cerui ſit magis cordis cunfortatiuũ, licet humanũ fortè magis cõfortaret cum proprietate currẽte inter indiuidua. Eſt autem compoſitum ex pinguedine ſecundum eius ſuperficiem magis ex fine, generata, ſcilicet, ut prohibeat cordis exiccationẽ, quàm ſit generata merito agentis cum pinguedo generetur à frigido, & cor ſit calidiſſimum. Credendum tamen eſt aliquam partem frigidam ipſius ſicut pãniculum concurrere ad ipſius generationem. Et eſt compoſitũ ex uenis, arterijs diſperſis per eius ſubſtantiam. Nam immediatè à uena chilis oriente à corde naſcitur quędam uena, quæ per cordis partitur ſubſtantiam. Et ita ab arteria aorti deſcendit ramus, qui ſimiliter trãſit per cordis ſubſtantiam. Et eſt compoſitum ex carne dura cum habeat ſuſtinere multos et fortes motus. in quo ſunt uilli longitudinales ad attrahendum, trãſuerſales ad retinendum, latitudinales ad expellẽdum. Et eſt tribus uentriculis diuiſum. Vnus dexter, alius ſiniſter, tertius medius. Dexter quidem ad continendum ſanguinem qui trahitur ab epate per uenam chilis, ut in eo mundificetur ſecundum exigẽtiam membrorum nutriendorum. Laterã uerò ſiuius uentriculi non ſunt ualde craſſa cum debuerint continere ſanguinem non facilè reſolubilem. Ventriculus autem ſiniſter fuit ad cõtinendum ſpiritus, propterea factus eſt craſſus & denſus cum debuerit rem ſubtilem facilè uaporabilem continere. Et ſecundò, quia debuit per digeſtionem ſpiritum generare, ad cuius generationem fortis requiritur caliditas, quæ magis eſt in ſubiecto & denſo, et multo quàm pauco & raro. Tertiò, ut ſiniſter uentriculus per grauitatem ſuæ ſubſtantiæ contra operet̃ grauitati uentriculi dextri ratione grauitatis ſanguinis, ut eſſet æqualiter graue per totum, & baſis quidem uentris ſiniſtri eſt altior quàm baſis nentris dextri, ſed baſis uentris dextri deſcendit multum, & eſt ualde maior quàm ſiniſter. Tertius autem uentriculus eſt paries qui eſt in medio dextri & ſiniſtri, in quo ſunt multa foramina penetrantia utrinque: non tamen rectè ſed curuè, & hæc orificia ſunt ampliora uerſus dextrum, quàm uerſus ſiniſtrum, ut ſanguis conuertendus in ſpiritus recipiatur in illis foraminibus, & ſic receptus paulatim tranſeat ad alium uentriculum, & iterum pertranſeundo per digeſtionem conuertatur uerſus naturam ſpiritus, & tandem factus uapor formam ſubſtantialem ſpiritus uitalis accipiat in uentriculo ſiniſtro. Et illa foramina ſiue uiæ dilatantur in ipſo cum dilatatur cor, & coarctantur apud longitudinem eius, id eſt, cum conſtringitur, & temperatior ſanguis in medio continetur. Habet autem duas auriculas, unam in dextris alteram in ſiniſtris, quæ ad hoc factæ ſunt, ut ſi aliquãdo repleatur multum, ſanguine, ſpiritu aut uapore illæ auriculæ impleantur: ſunt enim tenues, duræ & extenſibiles ad hoc ne calor innatus ſuffocetur. Cum autem contingit hæc paucificari, illæ auriculæ contrahuntur: hæ tamen auriculæ corde dilatato tenduntur & implentur, ſed ipſo conſtricto mollificantur & euacuantur. Sed fortè quis obijceret ſicut obijcit Galen. 5. interior. cap. 2. quare nõ fecit natura cor ita magnum, quod poſſet continere omnem multitudinem ſanguinis: & ſpiritus. Sed fecit illa additamenta. Reſpondetur ſi cor fuiſſet ualde magnum eſſet cauſa debilitatis uirtutum propter diſperſionẽ ſpiritus, cum ſpiritus & ſanguis paucificarentur. Secunda cauſa, quia euitatur ponderoſitas quæ eſſet ex cordis magnitudine. Illę enim auriculæ leues et tenuiſſimę ſunt, & ſanguine & ſpiritu multiplicatis extendunt̃, ipſis diminutis contrahuntur, & ſic uitatur uacuitas & põderoſitas quæ ſequeretur ad cordis magnitudinem. Eſt autem circundatum capſula quæ eſt panniculus durus ordinata ad tutelam cordis, & ut contineat aquoſitatem quæ in illa continetur ordinata ad humectationem cordis, ne ex motibus exiccetur. Quapropter cum illa minuitur aut totaliter conſumitur cor, & totum corpus maraſmatur & tabeſcit. Cum autem excreſcit pręter modum, tunc incurrit cor tremorem aut iectigationem, & apparet homini ut cor eius ſuffocetur. Hæc autem capſula, licet ſit ex genere panniculorum. tamen non inuenitur panniculus ei compar in ſpiſſitudine, ut ſit cordis clipeus, & tutum & ſeparatum eſt cor ab illo panniculo cum quantitate quadam niſi apud radicem ipſius, ut dilatetur in eo abſque præfocatione. Eſt autem origo uenarum &

arteriarum,

arteriarum, quoniam à uentriculo dextro oritur uena chilis, cum ibi ſit craſſior quàm in alia parte, & poſtea ramificatur in chilim aſcendentem & deſcendentem, & ſtipes ille qui egreditur à corde non ulterius procedit. Et in origine iſtius uenæ ſunt tria hoſtiola, quæ aperiuntur ab extra ad intus cum cor dilatatur & attrahit ſang. & clauduntur ab intra ad extra cum cor impellit ſanguinem per uenam chilim ad nutriendum membra, ſed non clauduntur perfecta clauſione: huius autem cauſa fuit, quia cor plus attrahit ſanguinem, per uenam chilim, quàm poſtea quando mundificatus eſt, expellat per eandem: remanet enim in eo ſanguis nutriturus cor & pulmonem, & cõuertendus in ſpiritum. Item eſt aliud orificium in eodem uentriculo à quo oritur uena arterialis nutritura pulmonem quæ dicitur uena, quia non pulſat: arterialis, quia habet duas tunicas, ut melius conſeruaret ſanguinem ſubtiliſſimum, & propriè in pulmone qui eſt in continuo motu, & in orificio eius ſunt tria hoſtiola, quæ aperiũtur ab intus ad extra cum cor conſtringit̃ & impellit ſanguinem ad pulmonem, & cõſtringuntur de extra ab intus perfecta clauſione cum cor dilatatur, cuius eſt ratio, quia per hanc cor expellit & nihil recipit. In ſiniſtro uentriculo ſunt etiam duo foramina, unum arteriæ aorti quæ dicitur aorti, quia immediatè oritur à corde, uel quia omnes arteriæ ab ipſa originant̃, & in eius orificio ſunt tria hoſtiola quæ aperiuntur ab intus ad extra cum cor conſtringitur & impellit ſpiritus ad membra per hanc arteriam, & clauduntur ab extra ad intus cum cor dilatatur & recipit aërem ab arteria. Quapropter credo quòd non perfecta clauſione claudantur, ſicut quidam dicunt cum aliquid cor recipiat. Eſt etiam in eodem uẽtriculo aliud orificium in quo originatur arteria uenalis, quæ dicitur arteria, quia pulſat, & dicit̃ uenalis, quia non habet niſi unam tunicam, cum non debeat niſi continere aërem & uapores capnoſos, & habet duo hoſtiola in eius orificio quæ no perfectè clauduntur: eſt enim ordinata ad expellendũ fumos & aërem inutilem ad pulmonem, & tandem egreditur per tracheam arteriam & os, & ad attrahẽdum aërem frigidum à pulmone cum cor dilatatur. Omnes autem alię arteriæ præter iſtam habent duas tunicas, quarum durior eſt intrinſeca cum ipſa ſit obuians percuſſioni & motui ſubſtantiæ ſpiritus, forti, cuius intenditur conſeruatio, cuſtodia & fortitudo. Habet autem cor diaſtolẽ, ut cum dilatatur recipiat aërem frigidum à pulmone & arterijs, & habet ſyſtolen ut cum conſtringitur expellat ſanguinem per uenam chilis ad membra & ſanguinem ad pulmonem per uenam arterialem, et aërem inutilem ad fumos per arteriam uenalem: eſt autem ſedes & principium ſpiritus & uirtutis uitalis quia deputatus eſt et eſt proprius pro operatiõib. uitalibus: cũ hoc tamen concurrit tanquàm agens uniuerſale ad quamcunque operationem alterius membri, & motus cordis non eſt uoluntarius, propterea non eſt lacertus, licet ſit ſimillimus lacerto, & ſic patet anatomia cordis. Ex quo ſequitur quòd cor eſt ualde cal. & aliqualiter ſic. & poteſt pati omne genus ægritudinis, ſcilicet, complexionis cuiuſcunq; generis ſine materia, & cum materia ſanguinea, cho. phleg. et melanch. aquoſa & uentoſa contenta in uenis eius ſecundum plurimum, quæ mala complexio cum confirmatur ad hunc intellectum, quia ſit maximè fixa aut in ultima ſui malitia, non recipit curam. Si uerò eſt cõfirmata quia eſſet in ſtatu, aut quia eſſet facta independens bene poſſet recipere curam. Complexio tamen frigida eſſet deterior quàm calida & ſicca, quàm humida, & hæ malę complexiones ſunt minus corrigibiles in corde quàm in alijs membris, quia cor licet alijs membris ferat ſubſidium, à nullo tamen ſuſcipit ſubſidium, aut ſaltem nõ tantum ſuſcipit ſubſidium, quantum alijs tribuit. Poteſt etiam pati malam compoſitionem & propriè oppilatiões propter quas ſpiritus ſuffocabuntur in corde non inuenientes ſpiraculum. Et aliquando malum ſitum multa acquiſitione capſulæ comprimentis ipſum. Patitur etiam ſolutionem continui quæ ex toto genere eſt mortalis. Si tamen fuerit ſuperficialis, tardatur mors interdum uſq; ad ſecundum diem. Si uerò fuerit profunda & maximè penetrans ad uentriculos interficit ſubitò. Poteſt etiam pati apoſtema cuiuſcunque generis ſed ſanguineum frequentius, deinde cholericum, rariſſimè melancholicum, phlegmaticum, aut aquoſum. Et hęc frigida fiunt frequenter in capſula cordis, quæ facta in ea, licet poſſint chronicari ſicut in ſimia, Galen. tandẽ tamen interimunt. Sed facta in corde ualde citò interimunt. Nam ſi fuerit calidum & ſuperficiale tardatur mors uſq; ad ſecundum diem. Cum autem profundum, interficit in hora. Si autem fuerit frigidum & ſuperficiale poteſt tardari mors uſq; ad quartum. Si uerò profundum uſque ad ſequentem diem. Ex quo infertur quòd apoſtema calidum eſt deterius q̃ frigidum, licet mala complexio frigida ſit deterior quàm calida, cuius diuerſitatis cauſa eſt, quia apoſtema eſt ex toto genere mortale, & illud eſt deterius quod citius interficit. Sed mala complexio frigida non eſt ex toto genere mortalis, & ſalubrior cæteris paribus eſt calida quàm frigida, licet fortè calida exceſſiua mortalis citius interficeret quàm frigida mortalis. Eſt enim caliditas acutior quàm frigiditas. Patitur etiam bothor ſiue puſtulam paruam, quæ tãdem interficit cum egreſſu ſanguinis nigri per nares, quia niger effectus eſt, mortificatis ſpiritibus, per quorum præſentiam reddebatur lucidus, dolores etiam non poteſt longo tempore tolerare ſicut nec alia nocumẽta fortia: propter hoc apud Auic. decolat̃, id eſt, ſyncopizat, uel in cuius corde inuenitur ex nocumentis quod inuenitur in reliquis membris. Aegritudines autem cordis famoſæ ab autoribus nominatę ſequẽtes ægritudines ſupraſcriptas ſunt quatuor, debilitas cordis, pulſus, tremor, ſyncopis, quarum cauſæ differunt ſecundum magis & minus. Cauſæ enim ægræ cum ſint leues faciũt cordis debilitatem, ita ut fiat impotens ad operationes. Aliqualiter auctę faciunt pulſum cordis efficaciter imprimendo in cor. Cor enim ſe concutit ut nocumentum expellat faciendo uariationem in motibus, ſcilicet, ex magno ueloci uel frequenti ad paruum, tardum uel rarum aut econtra, quę mutationes ſi non fuerint magnę ualde aut frequẽtes, aut cum magna debilitate cordis, hæc paſſio dicitur pulſus cordis. Si autem fuerint ualde magnæ, ualde frequentes & continuæ, & cum magna cordis debilitate, tunc dicitur tremor cordis, differunt etiam aliter, quia pulſus cordis magis ſit uirtute exiſtente forti tentante expulſionem rei nocentis. Tremor

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.142

autem fit exiſtente debili non potente perficere motum ſuum. Ex quibus infertur quòd licet mutationes motuum cordis ſint maiores in tremore quàm in pulſu, pulſationes tamen poſſunt eſſe minores cum ſit debilius in tremore, ſed iſtæ cauſæ multum imprimentes donec motum cordis notabiliter impediant, faciunt ſyncopim & ultimatè auctæ mortem. Auic. tamen ſub tremore cordis comprehendit, quod eſt ſatis rationabile, cum non differat niſi ſecundum magis & minus.

Cauſæ autem harum quatuor diſpoſitionum ſunt omnes ægritudines, de quibus ſupra per eſſentiam exiſtentes in corde ſicut malæ complexiones cuiuſcunque generis cum materia, & ſine materia, malæ compoſitiones, ſolutio continui, apoſtemata, puſtulę, dolores, ſed de his ſtatim ſufficienter dictum eſt. Cauſæ autem iſtarum per communitatem ſunt, aut à toto ſicut in febribus cum quarum augmento augentur, & decremento decreſcunt, aut in criſi, qua perfecta ſedantur hæ paſſiones, aut à dolore forti cuiuſcunque membri, cuius augmento augentur & ſedatione decreſcunt, & quãdoque ab euacuationibus magnis ſiue fiant à toto corpore ſiue à membris particularibus ſicut in apertione apoſt. extractione aquę hydropicorum, phlebot. ſolutione, ſudore nimio & ſimilibus immo à nimia raritate corporis aut à membris particularibus ſicut à cerebro quando in ipſo multiplicatur humor melanch. qui penetrans in ſubſtantiam cerebri poſtea penetrat in uias arteriarum uſque ad cor excitans tremorem cordis, puſillanimitatem & triſtitiam cum excitatione malitiæ cogitationis & anguſtiæ ſicut aliquando ex cerebro peruenit ad cor per hanc uiam ex humido, & facit accidere obliuionem, pigritiam & tarditatem motus tam ad inchoandum quàm ad proſequendum. Et quandoque propter nocumentum cerebri & neruorum debilitantur diaphragma & lacerti concurrentes ad anhelitũ quæ propter cor non debitè euentatum neq; mundificatum incurrunt huiuſmodi paſſiones, cuius ſignum eſt nocumentum cerebri præcedens, poſt quod ſequitur tremor cordis & huiuſmodi paſſiones, & quandoque accidunt huiuſmodi ægriudines propter mutationem materiæ ex ſynanchia, pleureſi, & peripneum. ad cor, & præforat & interficit ſecundum plurimum, & paroxyſmus aſthmatis frequenter coniungitur tremori cordis & alię paſſiones, & quandoque accidunt propter nocumenta epatis deficientis in trãſmittendo nutrimentum ad ipſum, & quia mittit ad ipſum humorem aut uaporem malignum. Et quandoque accidunt huiuſmodi ægritudines propter apoſt. calid. aut frig. in capſula cordis aquoſum aut melanch. & quandoq; propter multitudinem aquoſitatis contentæ in capſula ſuffocantem cor, & ſentit manifeſtè cor eius ſuffocari multo humido. Et quandoque propter eius diminutionem cuius defectu areſit & exiccatur, cuius ſignum eſt corporis conſumptio cum nocumentis cordis, quæ non uidentur ab alia cauſa pendere. Et quandoque accidit propter nocumẽtum oris ſtomachi ab humore uiſcoſo aut mordificatiuo aut uermibus in ipſo aut inteſtinis, aut uomitu mordificatiuo, quia euenit cordis tremor ex eo. Et quandoque ſunt propter communitatem in dolore ſtomachi quando fit uehemens, & multotiens interficit in pauco tempore, & quandoque accidit in ipſo ore ſtomachi tremor & nocet cordi. Et quandoque accidunt huiuſmodi ægritudines propter famem, repletionem, bothor, & ulcus in ore ſtomachi. Vnde propter magnam communitatem oris ſtomachi ad cor, antiqui os ſtomachi præcordia uocauerunt, & quandoque accidunt huiuſmodi ægritudines cordis per communitatem ægritudinum matricis, ex quibus eſt præfocatio quæ ſequitur aut retentionem ſpermatis aut membrorum mittentium malignum humorem aut uaporẽ ad cor & diaphragma. Et quandoque matrix ipſa mouetur ad ſuperiora comprimens diaphragma, & uniuerſaliter per communitatem à quocunque membro mittente uaporem ad cor malignum ſua qualitate manifeſta aut occulta poſſunt huiuſmodi quatuor ęgritudines cordis contingere. Cauſæ uerò primitiuæ harum quatuor diſpoſitionum ſunt aër peſtilentialis, odores fœtidi corrupti uel uenenoſi, aut ſumptio rerum uenenoſarum & morſus uenenoſorum, quæ omnia inimicantur cordi. Item ex accidentibus animi timor magnus & ſubitus, gaudium & huiuſmodi. Item balneatio, labor, coitus, & reliqua ex non naturalibus rebus, aut extraneis ualde diſproportionata.

Modi autem penes A. quibus ſignificantur diſpoſitiones cordis ſunt octo, pulſus, anhelitus, creatura pectoris, ea quæ naſcuntur ſuper pectus, tactus corporis, mores, fortitudo corporis & debilitas eius, meditationes. Pulſus quidem quoniam magnitudo uelocitas & frequentia ipſius ſignificant calid. eius, & eorum cõtraria ſignificant frig. et eius lenitas humid. & durities ſignificat ſiccitatem, & fortitudo, æqualitas, & ordinatio ſignificant ſanitatem, et contraria ſignificãt contrariũ. Et anhelitus magnus, uelox, & frequẽs ſignificãt cali. ſed cõtraria frig. Et pectus amplũ latũ ſi non eſt propter multitudinẽ cerebri ſignificatã per magnitudinẽ capitis facientẽ magnitudinẽ nuchę facientis magnitudines ſpondiliũ facientiũ magnitudinẽ coſtarũ ortarũ ab eis, imò eſt illic paruitas capitis aut mediocritas ſignificat calid. cordis, & contraria ipſius ſi non facit ipſum paruitas capitis ſignificat frig. Et pili plurimi orti ſuper pectus & propriè criſpi ſignificant calid. ſicut econtra nuditas pectoris & paucitas pilorum ſignificat frig. quod eſt uerum niſi humidit. corporis ſuperflua mora in aëre frigido, & ætas pueritiæ reſiſtat. Quintus modus eſt à calid. totius ſenſata per tactum, quia cor calidum facit totum calidum ſi epar & ſplen non contra operetur, & corde exiſtente frig. totum eſt frig. ſi epar non contra operetur, & ita intelligatur cor eſſe humidum per corporis lenitatem, & ſiccum per corporis aſperitatem. Sextus eſt à moribus ut ira uelox à leui cauſa, audacia, furioſitas, crudelitas, ſignificant cor calid. & oppoſita frig. Similiter gaudium, fiducia, bonitas ſpeí ſignificant cor fortè calidum, et oppoſita cõtrarium, ſimiliter inquiſitio ſolicitudinis, timor & triſtitia ſignificant cor frig. & ſiccum. Item promptitudo ad operationes ſignificat caliditatem ſicut tarditas frig.

Septimus eſt à fortitudine corporis quæ ſignificat cordis fortitudinem temperatam & multitudinem ſpirituum, concurrente tamen bona diſpoſitione cerebri & neruorum: & debilitas ſignificat contrarium & maliciam complexionis.

Octauus

Octauus eſt meditationes quoniam iucundæ, plenæ ſpe, & circa res magnas ſignificant temperamentum aut declinationẽ moderatam ad calidum & humidum, ſicut econtra meditationes triſtes cum deſperatione, & circa res paruas ſignificant frigid. & ſic. & meditationes contentionis, ſeparationis & rixæ caliditatem & ſiccitatẽ, ſpiritus enim cum ſunt clari multi, temperati, cor bene ſe habet & quæ percipiuntur ſub ratione delectabilis & ſpem bonam generant & confidentiam, & econtra pauci fumoſi, frig. & ſic. timorem & deſperationẽ, ſed calidi & ſic. fumoſi multi, contentionem, iniquitatem rixam. His poteſt addi nonum. Nam caliditas in corde ab ipſo patiente percepta ſignificat caliditatem ſicut econtra frig. percepta in corde frigiditatem, quod ſignum potiſſimè accommodatur ad caliditatem & frigiditatem præternaturales. Poteſt addi decimum ſumptum à pronitate lapſus, nam cęteris paribus facilius & frequentius eſt lapſus in morbum ſimilem quàm in cõtrarium. Talis ergo complexionis eſt cor qualis eſt morbus in quem faciliter & frequenter labitur, & ſic ex 10. modis ſignificationum ſupraſcriptarum poſſumus arguere ſupra quacunque complexione cordis naturali. Signa autem quibus arguimus ſuper ęgritudinibus cordis ſunt infraſcripta. Signum malæ complexionis calidæ eſt augmentum pulſus in uelocitatem & frequentiam non naturalem & declinatio anhelitus ad magnitudinem & uelocitatem & frequentiam non naturalem, & frequẽtiam quæ ſedatur cum aëre frig. & bene ſe habere in frigore & extenuari abſque alia cauſa & econtra.

Signa malę complexionis frig. ſunt declinatio pulſus ad paruitatem, tarditatem, & raritatem non naturalem, niſi cadat uirtus, & ſit neceſſaria frequentia, & anhelitus paruus, tardus, & rarus, & tranquillitas cũ approximatione eius quod calefacit. Item timiditas & ſuperfluitas in pietate & miſericordia. Signa malæ complexionis humidæ ſunt inclinatio pulſus ad lenitatem naturalem & uelocitatem patiendi ex imprimentibus in anima cum uelocitate retẽtionis eorum & multitudo euentus febrium putridarum. Signa malæ complexionis ſiccæ ſunt, declinatio pulſus ad duritiem non naturalem, & difficultas ſuſceptionis paſſionũ cum fixione earum ſiue ſint fortes ſiue debiles, & liquefactio corporis, & de ſignificationibus apoſtematum ſunt ſigna apoſtematum colorum: Ipſa enim in principio ſui faciunt diuerſitatem mirabilem in pulſu non conſuetam, & fit maxima inflãmatio in corpore propriè in temporibus membrorum, anhelitus quamuis attrahat aërem frigidiſſimum, tamen eſt quaſi priuatus anhelitu. Deinde ſequitur ſyncopis frequens, & non oportet ut expectetur pulſus durities, ſicut in alijs apoſtematibus calid. quoniam interfuit ante illud, interficit enim ſecũdum plurimum in prima die uel in ſecunda. Sed ſigna apoſt. frig. quæ rariſſimè eueniũt ſunt omnia huiuſmodi accidẽtia ſed remiſſa cum paucitate inflationis, & interficit inter ſecundum & quartum. Sed ſignum malæ compoſitionis ſicut compreſſionis eius à multitudine aquæ in capſula ſunt, quia ſentit cor ſuum ſuffocari & comprimi. Signa uerò oppilationis uiarum eſt præfocatio manifeſtè ſenſata abſque cauſis alijs. Signa autem ſolutionis continui ſunt ipſæ cauſæ ſoluentes. Cauſæ autem imprimentes in cor quædam ſunt communes ſibi & alijs membris ſicut cauſæ facientes malam complexionem, ſolutionem continui, apoſtemata & ſimilia, quædam ſunt proprię cordi ſicut malus anhelitus & accidentia animalia, quæ quandoque nocent ſpargendo ſpiritum exterius quandoque ſuffocando ipſum interius, ita ut quandoque ſequatur ſyncopis, imò mors, ira autem eſt minor omnibus illis in hoc, rarò enim interficit.

Canones uniuerſales in curatione diſpoſitionum cordis ſunt quatuor. Primus quia cor eſt membrum principale prius & ſublimius omni principali et ideo ſumus feſtini ad curandum cordis diſpoſitiones & ſine errore quantum eſt poſſibile. Paruus enim error in principali multum timendus eſt. Secundus canon eſt quòd in phlebotomia quæ frequenter eſt neceſſaria in curatione ægritudinis cordis, cum plurimæ ægritudines cordis materiales à ſanguine pendeant, ſimus ſoliciti ne ſuperfluat & cadat uirtus, & ſi ceciderit ſuccurramus cum medicinis & cibis uiuificantib. uirtutem ſecundum exigentiam de his quæ dicentur, & hæc non appropriatur egreſſioni ſang. tantum, imò etiam cuicunque euacuationi, quamuis ſang. euacuatio ſit uehementioris neceſſitatis, ut ſibi in caſu uirtutis ſubſidium afferatur. Et quia ut dictum eſt plurimæ ægritudines cordis ſunt à ſanguine aut à uapore, phlebotomia eſt congrua euacuatio à nocumẽto amborum liberans. Repletio enim ſanguinea remouetur, phlebotomia baſilicæ dextræ, & uaporoſa phlebotomia baſilicæ ſiniſtræ. Tertius canon eſt in euacuatione per medicinas ſolutiuas, & eſt quia plures medicinæ ſolutiuæ inimicantur cordi, uel ſecum permiſceamus medicinas cordiales bezaarticas quæ conferunt tripliciter. Primò corrigendo nocumenta medicinarum ſoluentium. Secundò confortãdo cor addendo in robore cum proprietate ſua & ſtipticitate temperata. Tertiò quia faciunt uirtutes medicinarum penetrare ad cor remouendo eas ab alijs locis Quartus canon eſt in permutatione complexionis calidæ, frig. humid. & ſic. aut compoſitæ. Nam ſi uolumus permutare complexionẽ frig. audaces ſimus cum medicinis cordialibus calid. ſolis, aut ſaltem permixtis medicinis cordialibus, uitando tamen ne propter intenſionem ſuæ calidit. aut multitudinem eius fiat agitatio in humoribus cordis, & materia dilatetur & amplietur, & fortè perducat ad apoſtema, ad oppilationem & reliqua nocumenta, nec tamen multum diminuta fit à gradu & multitudine calidit. ſufficienti ſecundum gradum & reſiſtentiam ægritudinis, ſed in permutando complexionem calidam tunc non ſumus contenti ſolis infrigidantibus. Nam ſubſtantia per quam cor creatum, eſt ſpiritus effuſus in ipſo qui eſt ſubſtantia calida calid. naturali & non calid. nociua corpori quæ aliquando ex malitia complexionis calidæ reſoluitur, minoratur, conuertitur in fumum & conturbatur. Cum ergo ſuperuenit corpori cordis quòd extinguat ipſum non eſt permixtũ cum medicinis calid. confortantibus calorem innatum non ſolum propter caliditatem, imò cum proprietate ipſarum aſſociata calid. earum, poſſibile eſt ut noceat radici, id eſt ſpiritui, quamuis ramo conferat & eſt corpus cordis contemperando calid. eius. Quapropter ſapientes antiqui permiſcent medicinas

z 3

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.143

frig. cum cordialibus calid. confidendo quòd ſi natura fuerit fortis diſcernet inter calefactiuum & infrigidatiuum & affert infrigidatiuum cordi & calid. cordiale ſpiritui & temperabit ipſum. Et ſi inueniũt medicamen æquale aut proximum æqualitati confortatiuum ſpiritus ſicut bugloſſam uigorant & adiuuant ſe cum eo. Si uerò natura fuerit debilis nõ confert regimen nec ſufficiunt medicinæ cordiales frig. propter aliam cauſam quia ſunt tardæ penetrationis.

Quapropter neceſſarium eſt ut ſecum miſceant medicinas cordiales calidas quibus iuuatur penetratio uirtutum medicinarum frig. quæ tamen notabiliter debent eſſe dominantes ſuper medicinis calid. ſecundum exigẽtiam ſui contrarij ſicut permiſceat crocum medicinis frig. in trochiſcis de camphora, propterea qui abſtulerunt crocum ex trochiſ. de camphora blaſphemantes priores fecerunt ipſos pauci iuuamenti quàmuis propter ignorantiam non concedant. Cõplexio autem calid. curatur cum ſumptis in potu ſicut ſunt rob frig. cordialia, ſcilicet de ribes, de pomis & ſimilibus, & cum aqua & ſuc. fructuum ſicut pomorum apiorum, cyton. acetoſitate citri, & ſimilib. & cum exterius appicitis frig. permixtis cum paucis cordialibus calid. & ſi fuerit materia euacuetur. Cura aũt malę complexionis frig. eſt cũ confortatiuis magis quæ dicentur, ſicut diamuſco, theriac. mithridato & ſimilibus cum uino odorifero, exercitio temperato, cibis calid. q̃titate quæ digeratur. Et cum applicitis exterius cordialibus calid. ſtipticitate temperata participantibus: & ſi materia frig. fuerit in cauſa euacuetur. Sed in cura malæ complexionis ſic. eſt neceſſarius cibus & potus plurimus, humectatiuus dum modo poſſit digeri. Et adminiſtratio tinę aut balnei cum cuſtodia tamen, ne ſit multum calid. nec ſit longa mora in ipſo, ne reſoluat & uirtutẽ deijciat, paucitas motus & tranquillitas & potus aquæ non multum frig. & moderatæ q̃titatis niſi adſit calidit. coniuncta ſic. cum multitudine ſpirituum, tunc enim magis frig. & pluris quantitatis poſſet exhiberi, & cõuenit ſomnus plurimus, & ſi fuerit materia euacuetur. Cura autem malæ complexionis humid. & ſubtiliatio diętæ quæ uirtualiter declinet ad ſic. & adminiſtratio medicinarum exiccantium & exercitia potius longa & frequentia q̃ intenſa & fortia, niſi eſſet coniuncta frig. & materia humida ſi fuerit in cauſa euacuetur. Cura autem frigidæ & humid. eſt intẽtio & multitudo exercitij, in quo tamen fiat gradatio de paruo & breui ad longũ & magnum, et adminiſtratio balnei ante cibum præcipuè tinarum & longa mora in aqua calida, adminiſtratio ſolutiuorum et diureticorum, uſus uini antiqui, odoriferi, potẽtis, moderatę tamẽ quãtatis, & adminiſtratio ciborum calid. & ſic. quantitatis moderatæ, & ſi humid. fuerit coniuncta calid. uitent balneum & utãtur coitu, et ſi materia aliqua fuerit in cauſa euacuetur. Solutio autem continui nõ recipit curam, ſed oppilatio remouetur, phlebot. & aliis euacuationibus ſecundum exigentiam & adminiſtrationem incidentium & ſubtiliantium primò, poſtea aperientium & prouocantium quæ omnia ſint cordialia aut cordialib. admixta, & ſint cali. aut frig. aut temperata ſecundum exigentiam. Si uerò ſit malus ſitus propter ſuperfluam humid. capſulæ comprimentis cor intẽdatur omni regimini exiccatiuo tam cibali quàm medicinali, nec non euacuationibus iteratis, quę tamen uirtutem non deijciant. Cura autem apoſt. Cum inceperunt non eſt poſſibilis, ſed obſtandum eſt ne incipiant cum phlebot. copioſis, & propriè baſilicæ, & apud Auic. quandoq; ſperatur in euaſione eius cum phlebotomijs arteriæ & cum euacuatione humorum cum ſolutiuis, moderatis tamen ne agitent materiam quibus cordialia ſint admixta & ſint calid. frig. aut moderata ſecundum exigentiã, & deinde cum diuerſionibus fortibus & uentoſis ligaturis & huiuſmodi. Et tertiò materia ſi fuerit ſubtilis incraſſetur & compingatur, ut non fluat etiam exhibendo opiata fortia in notabili quãtitate, & ſuper regionem cordis & partis circunſtantis applicentur repercuſſiua ſecundum exigentiam confortantia cor cum proprietate ſua, & repellentia materiam, & diæta ſit tenuiſſima. Somnus ſit interruptus & procurentur euacuationes naturales & non naturales longo tẽpore conſuetæ, quieſcant animo & corpore quantũ eſt poſſibile. Medicinæ autem cordiales quibus utendum eſt ſecundum exigentiam temporum deſcriptæ ab Auicenna & cæteris ſunt infraſcriptæ. Temperatę ſunt lapides præcioſi, ut hiacynthus, albedengeſiſ, id eſt, lapis ualens cõtra uenena, creditur quòd ſit ſaphyrus, uel fortè lapis ille qui uocatur bezahar, id eſt, liberans à ueneno alfeniſagi, id eſt, ſmaragdus, & aurũ copioſum in burſa uel ſcrinio ſeruatum, argentum, granatę, rubini, bugloſſa, borago, topazius lapis. Calidæ zedoaria, zorumbet quæ ſunt eiuſdem ſpecieſ quamuis Auicenna de eis diuerſa faciat capitula, zorumbet ſunt radices ſimiles cipero in figura, ſed multo maiores & duriores intus ſubcitrini coloris, odoris & ſaporis zedoariæ, remiſſioris tamen. Doronicum gręcè, arabicè, doronigi eſt radicula parua, ſaporis dulcis, ſimilis calamo aromat. in colore & figura, been album & rub. & ſunt uelocis iuuamenti, gariophil. mirabiles, galanga, nux muſc. cinamomum, ozimum, id eſt, baſilicon, ambra, balſamita, oleum balſami lignum & ſemen eius, ſtecas, polium, uinum, aromaticum pulegium, origanum, mentaſtrum, cortex citri, ſem. citri, cubebę, muſcus, ambra, ſeta combuſta & non combuſta, xiloaloẽs crudum, meliſſa & ſem. eius, enula eſt mirabilis, macis, calamus aromaticus, caſſia, lignea, roſmar. lauendula, ſaturegia, betonica, hypericon, calamenehum, menta, polytricon, gingiber, ſpica nardi ſchinanchum, cardamomum, lapacium, quod Auicen. acetoſam appellat, non eſt illud de quo eſt hic ſermo, ſed de lappatio uulgariter dicto rumeſe, quod eſt calidit. & ſicc. & optimè ualet, contra ſerpiginem conditum aceto & ſale. Frig. margaritæ, camphora, ſandali 3. ſpondilum, poma, uiolæ, acetoſitas citri, cichorea, uinum granat, Karabe, corallus, roſa, lutum ſigillatum & armenum, corian. ſic. & hum. limones, arantij, ſcariola, lactuca, acetoſa. Et uniuerſaliter omnes ualentes cõtra uenena, & omne aromaticum ponitur cordiale. Vnde multipliciter dicitur medicina cordialis, primò quia temperata ut ſupraſcriptæ licet Auer. quinto Colliget cap. de medicinis confortatiuis membrorum uelit quòd medicina tendens ad aliquam calid. ſit magis confortatiua quàm temperata. Secundò quædam medicinæ confortant uirtutibus ſecundis, ut eſt ſtipticitas, odor, ſicut ſunt roſæ & muſcus. Quædam confortant

tãt à proprietate occulta, & iſtę ſunt duplices, nã quędam habent proprietatẽ adiutã à qualitate manifeſta ut ſpica & crocus quarum proprietas adiuuatur aromaticitate et caliditate temperatis, & ſtipticitate quadam. Quædam confortant per proprietatem occultam non adiutam aliqua qualitate manifeſta, ut hiacynthus & ſimiles, inter quas intereſt, quia primæ indigent actuatione à calore noſtro ad quam exiguntur duo. Primum ut fiant actuales cum prius ſolum eſſent in potentia. Secundum ut uirtus ipſarum ad cor penetret, quæ maximè ducitur per uaporem ad cor penetrantem, ſecundæ autem non indigent tranſmutatione à calore noſtro per quem ducantur de potentia ad actum, imò non indigent niſi ut uirtus ſua ad cor deferatur, & prima proprietas indigens adiutorio qualitatis manifeſtæ à quibuſdam appellatur uirtus tertia, ſed ſecunda nõ indigens adiutorio qualitatis manifeſtæ uocatur uirtus quarta, & iſti ſunt quatuor modi quibus aliquæ medicinæ per ſe primò dicuntur cordiales & confortantes ſed medicinæ alijs modiſ confortantes non diu dicuntur cordiales nec confortantes per ſe primò, ſed ſolum de per accidens ſicut quæ remouent nocumẽta materierum prauarum & uenenorum quæ poſſunt imprimere in cor. Et harum quędam faciunt hoc euacuando, quædam alterando ad contrarium ſecundum qualitates primas, ut frig. contra uenenum calidum & ſic de cæteris contra ſua contraria. Tertiò aliqua faciunt hoc, ſtipticando, ut terra ſigillata, prohibet uaporem eleuari ſua ſtipticitate, & cum hoc etiam cõfortat cor, & ſimiliter lutum armen. in peſtilentia.

Quartò aliquæ faciunt hoc incidendo, ſicut aqua raphani contra fungos. Quintò quædam reprimendo acuitatem ut butyrum, & alia unctuoſa, & multi ſunt alij modi quib. opponimus uenenis, ſed hi ſunt principaliores, ſed illa quę euacuãdo confortant ſunt duplicia, quædam enim confortant expellendo uenenum, ut terra & lutum ſigillatum, quod non ceſſat facere uomitum donec uenenum expellatur, quędam autem confortant educendo materias malas exiſtentes in corde & admixtas ſpiritibus, ſicut mirobolani, agaricus, & lapis lazuli. Et in his eſt proprietas appellata uirtus tertia, ſcilicet reſpectus ad cor plus quàm ad aliud membrum. Sunt autem præter hos alij tres modi minus principales quibus medicinę dicuntur confortatiuæ, ſicut quæ ducunt uirtutes aliarum ad cor, ſicut pulegium & ſtecas. Aliæ cuſtodiendo ne reſoluatur uirtus earum in uia, ſicut opium, quædam conſolidando alias, ſicut ſpecies aromaticæ ingredientes trochiſcos de tyro quæ ponuntur ad reprimendum earum malitiam, inter has omnes uerè cordiales ſunt medicinæ quatuor priorum modorum quæ per ſe confortant. Aliæ uerò theriacales ſiue bezahartice appellantur, et non uerè cordiales ſunt theriacales, licet non econtra, quia medicina theriacalis poteſt eſſe exceſſiui gradus & operationis nec abſolutè confortat cor, ſed cum eſt in diſpoſitione præternaturali, ſed uerè cordiales ſunt temperatæ, aut parum recedentes à temperamento habentes ſingularem proprietatem ad ipſum maximè confortantes in diſpoſitione ſana, ſicut bugloſſa hiacynthus, ſed multæ theriacales nocerẽt in diſpoſitione ſana, quæ in diſpoſitioe ægra optimè iuuarent.

Et hæc elici poſſunt ex dictis Gal. quinto de ſimplici medicina, & Ser. in ſuo de ſimplicibus, capite de medicina cuſtoditiua & liberatiua. Et dicit ibidem quòd medicina theriacalis eſt media inter uenenum & corpus humanum, cui Auer. contradicit quinto Colliget, capite de medicinis operantibus contra uenenum & dicit quòd medium eſt eiuſdem generis cum extremis, ſed medicina theracalis non eſt eiuſdem generis cum corpore noſtro & ueneno, quare non eſt medium. Ad quod dicendum, quòd Gal. & Ser. noluerunt quòd medicina theriacalis ſit media per comeſtionem nec per formalem participationem utriuſque, ſed eſt media, quia cum utroque conuenit, cum homine quidem quia ipſum tuetur, ſed cum ueneno conuenit, quia participat naturæ proportione quadam & forma uenenoſa, participans autẽ uno formaliter & cum alio uirtualiter, non eſt ſub eodem genere reponibile cum ambobus extremis, ſed eſt in genere extremi, cuius natura participat. Eſt enim medicina uenenoſa, non tamen ex toto genere contraria naturæ hominis, ſicut argentum uiuum, fel uiperæ, quia iſtæ non ponerentur in confectionibus liberatiuis, ſed aliquo modo uenenoſæ & interficientes ſi ſumantur in notabili quantitate, ſicut mirrha, opium, ſtyrax, crocus, faciunt enim ſtuporem & occidunt in multa quantitate ſumpta.

Quapropter concludit Serapion allegato capite, quòd ualde æquilibrata debet eſſe doſis medicinarum theriacalium, ſcilicet ne noceant corpori, imò ipſas bene toleret & ſint ſufficientes contra uenenum, & hoc eſt difficile apud inexpertos. Sed fortè ex his quis infert contra determinationem ſupraſcriptam, quòd nulla medicina uerè cordialis ſit theriacalis cum nulla uerè cordialis participet naturam ueneni. Ad quod dicit quod autores prędicti non loquuti ſunt de omnibus theriacalibus ſed de his tantum quæ natura uenenoſa participant, & propoſitiones illæ ſunt indiffinitiuæ, & non uniuerſales.

Et ego ſequor intentionem Sim lan. in dictione bezahardi dicentis. Bezahartica eſt omnis medicina liberatiua à ueneno, nos autem proprio uocabulo carentes hoc ſignificantes, theriacam uocamus, theriaca itaque & medicina liberans à ueneno ſunt ſynonyma. Et ſubdit bezahard aliquando uocant galbanum propter excellentem eius uirtutem contra uenenum, quod patet per Auic. in deſcriptione tertia theriacæ, & per Ser. in deſcriptione theriacæ, uocatur nihilominus apud eos Kenne, uocatur & interdum bezahard uel bezahar quidam lapis multũ charus regibus, ut in Serapione inuenies. Putant autem aliqui hunc lapidem eſſe qui generatur in oculis ceruorum in oriente, qui cum ſerpentes comedunt ut deponentes ſenium fortiores fiant intrant flumen, ibique morantur immerſi uſque ad caput, tamdiu quouſque ſentiunt uirtutem ueneni ſuperatam, interim lachrymam emittunt quæ coagulata in oculis interdum uſque ad magnitudinem nucis deſiccatur donec cadit cum flumen exeunt, & ſic inuenitur & dicitur omnium uenenorum theriaca, & ueriſimiliter deberet liberare à peſtilentia.

Sunt etiam præter ſupraſcripta aliæ medicinæ bezaharticæ ualde excellentes, ſicut tormentilla, dicta-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.144

mum, pimpinella quæ ſunt ſupremæ contra peſtilentiam, de quibus feci mentionem in tractatu meo de peſtilentia.

DE TREMORE CORDIS. CAP. LXXIIII.

QVid nominis tremoris cordis eſt ſatis manifeſtum. Eſt autem deſcriptiuè penes A. motus tremulus accidens cordi & manifeſtum eſt ut dictum fuit ſuperius quòd ſub tremore cordis comprehenditur pulſus eius qui qualiter differant ſi propriè ſumantur dictum fuit ſuperius. Species non habet niſi modos quoſdam ſecundum magis & minus differentes, ut quia aliquis chronicus, aliquis magnus, ita ut à circumſtantibus audiatur ſonitus quidam & uideantur panni tegentes pectus eleuari, quidam paruus, item aliquis continuus, aliquis interpolatus. Item aliquis cum magna debilitate & maximè pulſus diuerſitate, aliquis nõ, licet nõ euacuetur à quadam pulſuum diuerſitate.

Cauſæ tremoris cordis, ſunt omnia quæ lædunt cor notabiliter, ita tamen ut non perducant ad ſyncopim. Cauſæ autem lædentes per eſſentiam ſunt mala complexio cuiuſcunque generis ſine materia quæ facit tremorem, cor debilitando, & omnis debilitas apud A. efficit in corde (donec perſeuerat in ipſo uirtus ſufficiens) agitationem quandam, ut expellat ab ipſo nocumentum, aut quia nõ poteſt continuare uniformiter motum ſuum, quare fit motus tremulus, aut quia uirtus facta debilis eſt apta pati à quacunq; facili cauſa quare frequenter accidit tremor. Sed contra ſequitur quòd mala cõplexio facta, nõ ſenſu percepta ſicut in hecticis poteſt eſſe cauſa tremoris, qui erit cõtinuus propter primã cauſam, ſed propter ſecũdã erit ualde frequens, conſequens cõtra experientiã.

Reſpondetur quòd mala complexio facta in corde non eſt ſola cauſa tremoris, niſi ducat ad ultimam debilitatem, cum qua cor non poſſit complere motũ ſuum uniformiter, ſed mala complexio diuerſa quæ ſentitur bene poteſt eſſe cauſa tremoris, etiam cum cõſtãtia uirtutis, huius autem diuerſitatis cauſa eſt, quia tremor cordis qui ſequitur ſolam debilitatem uirtutis, abſq; triſti ſenſatione, fit à uirtute uitali debili, nõ potente complere dilatationem cordis uniformiter. Sed tremor qui ſequitur triſtem ſenſationem & malam complexionem diuerſam fit à uirtute expulſiua naturali ipſius cordis, commouente cor ut expellat nocumentum: ſed bene uerum eſt quòd mala cõplexio facta debilitando cor, eſt cauſa ut ipſum facilè incurrat tremorem cordis, propter aliquod nocumentum impreſſum ab ipſa ſenſatum, quod non incurreret niſi eſſet debilitatũ, quia fortis uirtus omnia contemnit, & conſequenter conceditur quod debilitas ſola non eſt cauſa tremoris, ſed debilitas cum nocumento impreſſo ſenſato, licet debilitas principalius concurrat, ſicut etiam in tremore ſtomachi debilis, ſumpto bono cibo cum mouetur ad amplexandum ipſum motu tremulo, uirtus debilis eſt cũ magis quia cibus bonus. Et notandum ſecundum Auer. Tertio Colliget, de accidentibus ſpiritus tactus quòd mala complexio diuerſa in habente hecticam non ſentitur niſi per malam complexionem frig. retinentem adhuc aliquid naturalitatis, unde hecticus ſentit calidit. additam poſt cibum per hecticam ſuam. Fit enim tremor à mala complexione cum materia ſanguinea, & melanch. quæ frequenter facit tremorem, quia multum horrida cordi, et cuius minera eſt propè cor, ſcilicet ſplen directè cordi ſuppoſitus à quo profluit melanchol. ad os ſtomachi, item mirach et meſenterium, in quorum uenis reperitur multum de melanch. ſunt ſatis propinqua cordi.

Item materia humid. aliquando eſt in cauſa, & uẽtoſa aliquando, & eſt leuior cæteris ſi ſit ſubtilis, & nõ habens materiam à qua eleuetur. Materia autem cholerica ſui acuitate magis facit ſyncopim quàm tremorem. Similiter mala compoſitio, oppilatio exiſtẽs in curſibus ſang. et ſpiritus in corde et origine uenarum & arteriarum eius aut malus ſitus cordis ſequens cõpreſſionem apoſtematis capſulæ aut multitudinem aquæ in ipſa contentæ, et ſimiliter ſolutio continui in corde, & apoſtema faciunt in principio apparere tremorem, deinde ſyncopim, poſtea mortem, ſed de his ſuperius. Factus autem ſubtilitate ſenſus cordis cognoſcitur, quia habenti ipſam accidit tremor cordis ex qualibet uẽtoſitate generata in ſpatio quod eſt inter ipſum & panniculum eius, aut in corpore panniculi aut in uena eius. Et ex qualibet qualitate calid. aut frig. adueniente ei, ita ut ſuccedat potui aquę, prę ter quòd perducat ad debilitatẽ in operatiõibus ſuis, Factus autem per communitatem aut eſt à toto, ſicut in febribus & propriè peſtilentialibus, aut in criſi, cũ materia mouetur, aut à doloribus fortibus in quacũque parte corporis aut cum communitate panniculi ſui, ſcilicet capſulæ, ſi accidat in ipſa apoſtema molle aut durum, ſicut accidit ſimio & Gallo per Ga. anatomizatis.

Et quandoq; accidit cum communitate ſtomachi, & propriè oris, quando in ipſo eſt humor uiſcoſus, uitreus, & mordicatiuus, cholericus, aut cibus corruptus, aut bothor in ore eius, aut propter attractiõem materierum ad ſtomachum, ſiue apoſtemen ſiue nõ, ſuccedentiũ labori, id eſt dolori eius. Dolor enim ſtomachi poteſt facere tremorem cordis tã per ſe quàm attrahendo materias ad ſtomachũ. quæ erit cauſa tremoris. Et per communitatem ſtomachi eſt aliquando tremor tantus, et ita continuus ut non diſcernatur inter ipſum & illum, qui eſt per eſſentiam in corde, & quandoq; accidit tremor in orę ſtomachi ſimillimus tremori cordiali, & forraſſe perducit ad ipſum. Fit autem tremor in ore ſtomachi duab. ex cauſis, aut quia uirtus expulſiua oris ſtomachi concutit ipſum ut expellat nociuũ, aut quia uirtus naturalis ſtomachi debilis mouetur motu tremulo ad amplexãdum & cõſtringendum ſe ſupra cibum ut melius digerat.

Et fit aliquando cum cõmunitate pulmonis quando multiplicatur in eo oppilatio in parte illa quę obuiat cordi, et non penetrat anhelitus ſecundum quod debet, & indicat conſtrictionem anhelitus non ſecurã cum quandoq; accidat ſubita ſuffocatio & mors, ſicut aliquando accidit in paroxyiſmis aſthmatis. Et quandoq; accidit per communitatem ab alijs membris, ſicut diaphragmate & reliquis partib. pectoris, & à ſplene, cerebro, gutture, trãſmittentibus materiam & uapores malignos. Et quandoq; per communitatem ab inteſtinis propter uermes corruptos in ipſis effumantes ad cor, & quia uermes aliquũ mouent ad

ad ſuperiora & nocent ori ſtomachi, & aliquando perforant inteſtina. Et fit aliquando per communitatem ab epate tranſmittente humorem aut uaporem malignum, aut non tranſmittente ſang. ſufficientem. Similiter accidit per communitatem à matrice, uaporibus ſpermaticis aut menſtrualibus, aut aliter malignis effumantibus ad cor, & quandocunque matrix ipſa ad ſuperiora mouetur, eſt cauſa præfocationis & quandoque fit à cauſis extraneis, ſicut à potu & morſu uenenoſorum & quandoque fit ab accidentibus animæ fortibus, fœtore, corruptione aëris, & ſic de ſingulis cauſis primitiuis potentibus in cor imprimere. Signa communia cuiuſcunque tremõri cordis ſunt, pulſus diuerſus ualde in magnitudine, paruitate, uelocitate, tarditate, frequentia, & raritate, & multotiens ſimilatur pulſui habentium aſthma & peripneumoniam, & tangendo pectus ex directo cordis ſentitur diuerſitas motuum cordis proportionata diuerſitati motuum pulſus. Similiter aſpiciendo arterias quæ ſunt in collo uidetur aliquãdo in motibus earum manifeſta diuerſitas, & aliquando ſonitus quidam auditur ſequens diuerſitatem motuũ ipſius cordis, & pendens ab humid. ſignificatur per lenitatem pulſus, & ſentit habens eam quaſi cor eius ſit poſitum in humiditate, & ſi ſit humiditas multiplicata in capſula comprimens ipſum præter hoc quod ſentit cor eius poſitum in humiditate ſentit ipſum in eadem ſuffocari. Sed ſiccitas ſuperflua ſignificatur per duritiem pulſus.

Et ſi fuerit conſumptio humid. exiſtentis in capſula, corpus areſit & exiccatur in dies abſque febre, & factus à calidit. ſuperflua ſingulari ſignificatur per inflammationem in corde ſenſatam, ſi non eſt fixa, & ſi fixa fuerit per inflammationem ſanatam ante fixionem, & pulſus & anhelitus ſunt magni, ueloces, & frequentes etiam extra horam tremoris, & præceſſerunt cauſæ calefacientes ſicut febres ſientes & factæ, motus fortes, & ſimiles. Factus à frigore ſignificatur per cauſas ſuas ex extinguentibus calorem innatum tam per ſe ſicut aëris frig. ægritudines infrigidantes & ſimilia, quàm per accidens, ſicut euacuationes extinguẽtes calorem innatum, et adeſt ſenſatio frig. in corde niſi ſit fixa, & pulſus & anhelitus parui, tardi, & rari, etiam extra horas tremoris. Et malæ complexiones compoſitæ habent ſigna compoſita, ſicut habens caliditatem iunctam humi. cum hoc quòd habet pulſum & anhelitum magnum, uelocem, et frequentem, habet ipſum lenem, et ſentit quaſi cor eius ſit poſitum in humiditate, & per reliqua tu diſcurre, & omnes huiuſmodi malæ complexiones cognoſcuntur, quia læduntur à ſimili & contrarijs iuuantur. Sed tremor ſanguineus ſignificatur per magnitudinem & uelocitatem pulſus & anhelitus cum leuitate pulſus & plenitudine eius, etiam extra horas tremoris, & ſentitur calid. & inflammatio, & iuuatur coitu, quia ſanguinei aggregant multum ſemen quod corruptum multiplicat malos uapores cordi, & etiam per coitum temperatum clarificatur ſanguis & ſpiritus, euacuatur ſuperfluitas quant. & remittitur calid. ſuperflua. Item eſt plenitudo & tenſio uenarum & multitudo urinæ cum craſſitie, & color & habitudo atteſtantur ſanguin. Item complexio, regimen præcedens & ſimilia, & iuuatur minutione. Sed melancholiæ ſunt ſigna contraria & cum triſtitia & ſolicitudine ut eorum qui ſunt in terra aliena cum recordãtur ſuorum.

Sed cholericum, qui tamen raro accidit, ſignificant cauſæ calefacientes & exiccantes præcedentes ægritudines cholericæ ſequentes, & eſt pulſus & anhelitus magnus uelox & frequens cum duritie pulſus, et eſt uehemẽtia inflammationis, & iuuatur frig. & humidi. & nocetur contrarijs, & ſunt huiuſmodi color, regimen, habitudo, tempus anni & cætera huiuſmodi atteſtantia choleræ, ſed phlegmatici ſunt ſigna contraria, & iuuantur fame & ſiti & exercitio.

Et uentoſum purum ſignificat uelocitas terminationis eius, paucitas nocumenti eius, & diuerſitas in pulſu, & nocetur à multiplicantibus uentoſitatem, & iuuatur à contrarijs. Factus autem ab oppilatione ſignificatur per diuerſitatem pulſus in magnitudine & paruitate, tarditate & uelocitate per huiuſmodi enim diſtinguitur à diuerſitate pulſus ſequentis uirtutis debilitatem, cum uirtus multum debilis non poſſit facere pulſum magnum, & ſimiliter eſt diuerſitas in fortitudine & debilitate quæ non poteſt contingere à uirtute debili, cum non poſſit facere pulſum fortem, & eſt cum priuatione ſignorum repletionis, & hoc maximè uerificaẽ cum oppilatio eſt in locis propinquis cordi & uenis eius. Sed tremor ſequens malum ſitum, ſcilicet compreſſionem cognoſcitur, quia ſentitur cor ſuffocari & conſtringi.

Solutio autem continui cognoſcitur per cauſas ſuas, ſcilicet tremor ſequens apoſt. in ſubſtantia ſui cordis, aut ſui panniculi cognoſcitur per ſigna ſuperius dicta, immediatè poſt anatomiam, & præter ſigna ibidem dicta cum apoſt. calido in ſubſtãtia cordis adeſt maxima inflammatio, & diuerſitas mirabilis in pulſu cum feb. maxima, et ſi fuerit profundum interficit in hora, ſi uerò ſuperficiale tardatur mors uſque ad ſecundum diem, & ſi fuerit frig. non adeſt tãta inflammatio, & ſi fuerit ſuperficiale tardatur mors uſq; ad quartam diem. Si uerò profundum uſq; ad ſecundum ut plurimum, tamen in corde ſunt calid. ſicut in capſula, ut plurimum frig. mollia aut dura, & cognoſcuntur, quia non citò interimunt, immo aliquando chronicantur, tandem tamen interimunt, & cognoſcuntur præter ſigna ſupraſcripta calida & frig. per complexionem, calorem, habitudinem, & regimen præcedens, ętatem, tempus anni, & ſimilia. Factus autem ab acuitate tantum ſenſus cognoſcitur, quia fit à qualibet uentoſitate & quacunque cauſa facili, & eſt cum fortitudine pulſus & ſanitate anhelitus, & incolumitate reliquorum membrorum, & fortitudo pulſus & magnitudo ipſius ſunt ſignificationes primæ ſignificantes ipſum & certificant ipſum. Si fuerit corpus cum frequentia huius tremoris incolume, & uirtus conſeruata, eſt conſuetudo operationibus ſana & illi quibus plurimum accidit illi ſunt propter quorũ facies apparent ueſtigia paſſionum animalium, ſicut iræ, triſtitiæ, & aliarum quæuis ueſtigia ſint remiſſa. Iſta autem ueſtigia paſſionum animalium apperentia ſuper facie ſunt ſicut mutatio coloris ex rubeo in pallidum, & econtrario, ſecundum diuerſos motus ſpirituum & ſanguinis nunc intra nunc extra ſecundum exigentiam paſſionum, hæ enim mutationes quàmuis remiſſæ arguunt paſſiones animales facientes tremorem cordis. Factus autem per communitatem

quomodo cognoscatur solutio conti nui

nitatem à toto ſicut in ſeb. declaratur per febres ipſas, cum quarum augmento augetur & decremento decreſcit, & ſimiliter criticus per criſim ipſam qua finita ſedatur, ſed factus à doloribus ſignificatur per dolores ipſos, cum quorum augmento augetur, & decremento minuitur, & ablatione aufertur. Signa autem facti per communitatem à capſula ex dictis ſunt manifeſta, factum cauſa ſtomachi ſignificant malæ diſpoſitiones ſtomachi et nocumentum appetitus & aliarum uirtutum eius, item quod expellitur ab ipſo ſtomacho maximè per uomitum, item imaginationes per eleuationem uaporum non ſolum ad cor immo etiam ad cerebrum, & nauſea & ſubuerſio, item alleuiatur cum abſtinet à cibo niſi ſit à materia cholerica effuſa ad os ſtomachi tempore uacuitatis, tunc enim magis fluit & acuitur, & fit uehemens quando cibus incipit digeri uaporibus pluribus cordi communicatis propter laborem uirtutis digerentis. Diſcernitur autem tremor ſtomachi à cordiali, quia hic ſentitur in regione ſtomachi, ille in corde, et pręceſſerunt & adſunt nocumenta ſtomachi & non cordis ſicut in cordiali præceſſerunt & adſunt nocumenta cordis & non ſtomachi. Et factus per communitatem à pulmone cognoſcitur, quia præceſſerunt & adſunt nocumenta pulmonis ſicut aſthma, peripneumonia etc. Et ſunt ſigna oppilationis pulmonis ſumpta ex conſtrictione anhelitus, & cæteris, de quib. ſupra in proprijs cap. Similiter factus à communitate epatis, ſplenis, matricis, inteſtinorum, & reliquorum membrorum ſignificatur per nocumēta ipſorum quæ adſunt & præceſſerunt, cum quorum augmento augetur & decremento decreſcit & ablatione aufertur. Factum autem à uenenis ſumptis à morſu uenenoſorum & reliquis cauſis primitiuis ſignificant cauſæ ipſæ cum priuatione reliquorum ſignorum. Prognoſtica.

Tremor cordis quando ſuperfluit permutatur ad ſyncopim, et quādo magis ſuperfluit permutatur ad mortem. Secundum. Si quis conqueritur de tremore cordis poſt ægritudines, & habet nauſeam & euomit choleram plurimam, & non remouetur nauſea, eſt malum & indicat ſpaſmum in ſtomacho.

DE SYNCOPI. CAP. LXXV.

Syncopis græcè quaſi conciſio & amputatio latinè. Lipothymia dicitur à λείπω quod eſt deficio & θυμὸς animus. Inde lipothymia, defectus animoſitatis. Sed quid nominis caſus uirtutis ſubitò, eſt ſatis manifeſtum. Subitò enim importat duo, ſcilicet tēpus inperceptibile & cauſam nō manifeſtā. Syncopis tamen apud A. deſtructio eſt maioris partis, plurium uirtutum, motiuę & ſenſibilis propter debilitatem cordis, & aggregationē ſpiritus totius ad ipſum propter cauſam mouentē eum ad interiora, aut propter cauſam præfocantem ipſum interius, quare non inuenit ſpiraculum, aut propter paruitatem & ſubtilitatem ſuam quare non ſuperfluit ſuper illum qui eſt in minera. Dicit primò quòd ſyncopis eſt deſtructio maioris paris plurium uirtutum motiuæ & ſenſibilis, non quidem ſecundum ſuam eſſantiam, ſed deſtruuntur quia impediuntur ab exitu in ſuas operationes. Virtutes enim ſecundo Colliget ſunt nobis parum notæ, operationes autem notæ multum, quare neceſſarium eſt ut uirtutes per operationes notificentur. Dicitur maioris partis plurium uirtutum, non enim operationes omnes motiuæ deſtruuntur, ſed ſolum motiuæ uoluntariæ quę perficiuntur per neruos & lacertos non autem naturales ſicut motus cordis, nec mixtæ ex naturali et uoluntario ſicut motus diaphragmatis & pectoris niſi quando eſſet mors proxima. Senſibilis autem extrinſeca, tota deſtruitur, ſed intrinſeca ſiue operatio cogitatiuæ apud aliquos non totaliter deſtruitur. Per reliquas partes in diffinitione poſitas ponit tres cauſas immediatas ſyncopis. Prima eſt debilitas cordis ſequens aliquod forte nocumentum ſicut dolorem, ſolutionem continui, malam complexionem, malam compoſitionem, apoſtema & ſimiles, quibus debilitatur cor per eſſentiam uel per communitatem, quæ debilitas eſt cauſa ut ſpiritus uitalis totus, uel ferè totus in corde aggregetur propter cauſas mouentes ipſum ad cor, quæ eſt uirtus attractiua ipſius cordis & naturalis ſubordinatio ſpirituum ipſi cordi. Quapropter membra extrinſeca depauperata ſpiritib. fiunt in potentia ad operationes ſenſus & motus.

Secunda cauſa immediata eſt præfocatio ſpiritus in corde tanta ut non inueniat ſpiraculum, ita ut ipſe neque cor poſſit ſufficienter euentari, neque ſpiritus cordis tranſire ad alia membra, quapropter neceſſarium eſt uirtutem ſenſibilē & motiuam multum minui in ipſo corde & in membris alijs deſtrui, cū oporteat uirtutem uitalem ad quamcunque operationem concurrere.

Hæc autem præfocatio immediatè ſequitur prohibitam tranſpirationem, & prohibita tranſpiratio oppilationem, quæ poteſt eſſe coarctatoria ab autore multo aut craſſo, & uiſcoſo, ita ut aër ſufficiens non poſſit ingredi ad cor per ipſius dilatationem, & arteriarum conſtrictionem, neque uapores fumoſi poſſunt egredi, neque ſpiritus ad membra tranſire per ipſius conſtrictionem & arteriarum dilatationem. Hęc autem oppilatio erit in origine arteriæ aorti, aut arteriæ uenalis, & poteſt oppilatio eſſe attenuatoria propter cauſam cōprimentem cor, ſicut capſula cordis apoſtemata, aut ſuperflua aquoſitate repleta, aut propter apoſt. in ipſo corde attenuans foramina, ipſa coarctādo, aut fortè humor, aut uapor malignus lædens uirtutem motiuam cordis, quapropter non poſſet ipſum ſufficienter dilatare & conſtringere. Oppilationem autem carnoſam credo rariſſimè contingere. Tertia cauſa immediata eſt paucitas & ſubtilitas ſpiritus, quare non ſuperfluit ſuper illum qui eſt minera, id eſt in corde.

Alia autem membra erunt ſine ſpiritu naturali ſaltem ſufficienti ad ſenſum & motum. Hæc autem paucitas ſequitur omnes cauſas reſoluentes, & quomodocunque ſpiritus paucificantes ſicut famem, exercitia, balnea, euacuationes aërem, malignum, morſus uenenoſorum, febres prolixas, & ſimilia &c. Lipotymia autem deſcriptiuè eſt deſtructio minoris partis plurium uirtutum motiuæ & ſenſibilis propter tres cauſas in ſyncopi explicatas, aut aliquam earum, ſed diminutas in comparatione ad cauſas ſyncopis, ita ut lipothymia ſit uia in ſyncopim, ſicut ſyncopis eſt uia in mortem. Eſt enim ut ſonat quid nominis defectus quidam animoſitatis ad ſen-
ſum

ſum & ad motum. Caſus uirtutis ſubitò apud A. eſt deſtructio maioris uel notabilis partis uirtutis motiuæ uoluntariæ abſq; nocumento notabili in uirtute ſenſibili, aut in motiua naturali aut mixta, contingēs propter defectum in uirtute uitali in tempore ualde paruo & abſque cauſa multum manifeſta, propterea dicit A. hoc plurimum contingit ubi non eſt dolor neq; ſolusio uentris, neq; apoſt. magnum, neq; euacuatio magna, & ſic de alijs cauſis manifeſtis. Et hæc diſpoſitio licet contingat propter defectum ſpiritus & uirtutis uitalis, tamen eſt paſſio uirtutis animalis, quæ debetur inſtrumentis motus uoluntarij. Cauſa immediata huius caſus uirtutis eſt defectus ſpiritus uitalis in inſtrumentis uirtutis motiuæ uoluntariæ, per quem licet notabiliter minuatur motus, non tamen ſenſus, cum pauciores ſpiritus & magis ſubtiles ſufficiant ad ſenſum quàm ad motum. Cauſa autem paucitatis & ſubtilitatis ſpirituum in inſtrumēt. motus uoluntarij eſt, aut quia à corde non tranſmittuntur, quod poteſt eſſe propter oppilationē in uijs tranſitus ipſius, ſcilicet in uenis & arterijs, ita ut etiā quandoque oppilentur uiæ anhelitus, quæ oppilatio plurimum fit ab humore phleg. liquefacto ſubitò fluente ad uias tranſitus, non autē ita ab humore melanch. cum non ſit apus propter ſuam terreſtreitatem ita faciliter liquefieri & fluere ad uenas anguſtas, nec ab humore cholerico qui propter ſuam ſubtilitatem et paucitatem non ſit aptus ita faciliter oppilare. Neque ita frequenter ab humore ſang. quia ſang. fluens multotiens ſuffocat & interficit ſui multitudine. Item fluens extra locum naturalem facit ſynocham, et facilius putreſit quàm cæteri humores fluentes extra locum naturalem. Quapropter eſt rarò cauſa ſolius caſus uirtutis & ſyncopis. Et aliquando cor etiam non exiſtente oppilatione non tranſmittit ſpiritus propter nocumentum proprium, aut per cōmunitatem, cuius cauſa non eſt ualde manifeſta, imò potius retrahit ipſos ad ſe. Communitas autem frequēter eſt à ſtomacho. Et aliquando cauſa caſus uirtutis eſt ſpirituum & humorum ſubtiliatio in ſubſtantia ſua, & quia recipiūt reſolutionem, & propriè in feb. Eſt ergo hic caſus uirtutis apud A. diſpoſitio quædam infra ſyncopim, propterea quandoq; antecedit ſyncopim, quandoq; ſubſequitur, ubi uirtus non deſtruitur niſi à neruis & lacertis ipſis exiſtētibus ab ea uacuis, quare homo fit non motus nec remouetur à ſuo ſitu, & dormitione ſua, id eſt, diſpoſitione ſimili dormiēti niſi cum labore. Cauſa illius eſt accidens, id eſt, nocumentum quod diximus. Nam cum uehemens fit, facit cadere uirtutē neruorū integrè, & ſic fit ſyncopis aut mors. Et ſi nō fit uehemens facit cadere uirtutem neruorum et lacertorum, & ſic ſequitur caſus uirtutis. Differentia autem inter caſum uirtutis, & lipothymiam eſt, quia lipothymia non connotat quòd fiat ſubitò, id eſt, in tempore inpercepto & ſine manifeſta cauſa ſicut connotat caſus uirtutis ſubitò.

Et ſecundò quia non connotat quòd fiat ſine manifeſta lęſione uirtutis ſenſibilis, ſicut connotatur per caſum uirtutis. Differentia uerò inter caſum uirtutis & ſyncopim patet ex dictis, eſt enim minor ſyncopi antecedens eam, & tranſit in eā cum intenditur. Item ſequitur ad ſycopim cum ſycopis remittitur. Hi tamen tres termini quandoq; accipiūtur ut ſynonymi.

Cauſæ immediatę ſyncopis ſunt illæ tres quę ſunt in diffinitiōe expreſſæ, ſcilicet attractio totius aut maioris partis ſpiritus ad cor, ſecunda præfocatio ſpiritus in corde, ut non inueniat ſpiraculum, tertiā paucificatio ſpiritus in toto ut non ſuperfluat præter illum qui eſt in minera: omnes autem aliæ cauſæ numerandæ præter has inducunt ſyncopim mediante aliqua aut plurib. ex iſtis. Cauſę ergo ſyncopis ſunt mala cōplexio in corde cuiuſcūq; generis fiens aut facta ſine materia aut cum materia cuiuſcūq; generis ſi notabiliter imprimat in cor. Item dolor cordis, puſtula parua leuiſſima, ſolutio cōtinui cū pauciſſimo ſanguinis fluxu, & pauciſſima ſpirituum reſolutione ſunt cauſa, ut cor nocitum et debilitatum attrahat ſpiritus totius ad ſe. Sed apoſtema notabile in corde facit ſyncopim, ſpiritum præfocando. Solutio autem continui notabilis in corde mediantibus his tribus cauſis eſt cauſa ſyncopis, ſed oppilatio in corde, & malus ſitus eius facit ſyncopim ſpiritus & cor præfocando, & ſimiliter multitudo ſanguinis & aliorum humorum exiſtens in corde: per communitatem uerò aut à toto ſicut cū corpus eſt repletum ſanguine & alijs humoribus ſuperfluentibus in quanto, & eſt repletio quo ad uaſa, tunc materia ſubitò fluens ad cor eſt cauſa ſyncopis præfocando. Et aliquando humor exiſtens in toto aut in uenis magnis peccās qualitate maligna, manifeſta uel occulta abſque multitudine fluens ad cor aut effumans eſt cauſa ſyncopis, aut præfocando, aut ſpiritus attrahendo. Et quandoque oppilationes exiſtentes in toto ſunt cauſa ſyncopis, quæ non fiunt ſolum à multitudine, ſed craſſitie & uiſcoſitate. Et mali humores multiplicantur ex malo & ſuperfluo nutrimento, & malitia digeſtionis, quapropter ſparguntur in corpore, replent uenas & oppilāt meatus, & priuatur corpus nutrimento, & non ſunt apti conuerti in nutrimentum, quoniam propter ſuam malignitatem & multitudinem habent proportionem ſupra naturam, & cum hoc complexio corporis corrumpitur. Et quandoque communitas eſt à toto, ut in febribus, maximè peſtilentialibus mittendo ad cor uapores putridos maligna putredine. Item in ſyncopali minuta mittendo ad cor uapores cholericos & acutos, etiam malignos qualitate occulta, aut etiam manifeſta, repentes ad os ſtomachi, quod maximè contingit in principio paroxyſmi. Item in ſyncopali humeroſa propter uapores frigid. uitreos cor infrigidantes in principijs paroxyſmorum, & etiam quia corpus nō nutritur, cum ipſum phlegma uitreum non ſit aptum conuerti in ſubſtantiam nutriti, & etiam ita oppiletur ut bonus ſanguis nō poſſit ad membra penetrare. Item in criſibus fit aliquando ſyncopis propter uapores à materia agitata ad cor eleuatos, et quia materia fluit aliquādo ad aliqua membra nobilia, quib. cor compatit, aut quia fit ſuperflua euacuatio. Item per cōmunitatem à dolorib. fortibus in quacunq; parte corporis fuerint. Item euacuationes fortes reſoluentes ſpiritus ſicut ſudores, quæcūq; aliæ euacuationes fortes, ſiue à toto, ſiue à membris particularibus ſicut fluxus ſanguinis narium hęmorrhoidalis, menſtrualis per phlebot. aut per aliam ſolutionem continui. Item ſolutio uentris, nimius uomitus, ſicut in cholerica paſſione. Item fluxus nimius aquoſitatis uentre ſecto in aſcite, aut plurimæ ſaniei ſecto
pectore

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.146

pectore in empyimate aut quocunq; alio apoſtemate magno nimia ſanie fluẽte. Item reſolutio ſuperflua inſenſibilis ſequẽs raritatem pororum & humorum ſubtilitatem & ſimiles cauſas. Fames quoq; ſuperflua in infantibus & decrepitis, deinde in iuuenibus & cõualeſcentibus magis quàm decidentibus, qua ægri & ſani incurrunt ſyncopim ex fame. Et omnia corpora ſic. ſubtilium humorum, latorum pororum et acuti ſenſus facilè ex fame incurrunt ſyncopim, & in æſtate difficilius tolerant quàm in hyeme. Item nimia macies et extenuatio. Per communitatem uerò à mẽbris particularibus ſicut à cerebro: nam cum in eo accidit oppilatio integra, & eſt apoplexia fit ſincopis proculdubio. Sed per communitatem à ſtomacho fit frequenter propter tria. Primum, quia eſt propinquus cordi. Secũdò, quia uehementis ſenſus. Tertiò, quia eſt minera collectionis humorum diuerſorum, quare facit euenire ſyncopim, quia infrigidat ualde ſicut in boliſmo, aut quia calefacit ualde, aut quia dolorem efficit ualde. Et hæc fiunt propter præſentiam materię calidæ, aut frigidæ, ulcerum bothor, aut apoſtematum in eo, et propriè in ore eius. Et quandoque cauſa ſyncopis eſt permutatio materiæ, ſynanchiæ, pleureſis, peripneumoniæ ad partes cordis ſubitò. Et quandoq; eſt propter uiſcoſitatẽ materierum in poris, quare oppilãt meatus, & propriè in membris anhelitus, & quãdoq; per communitatem à ſplene cum ſuperfluit mittendo melãcholiam ad os ſtomachi, & ſimiliter per communitatem à mirach, aut meſenterio mittentibus uapores melancholicos ad cor. Item per cõmunitatem ab inteſtinis, maximè cum in eis ſuperfluunt uermes mortui, aut uiuentes, quia quãdoque aſcendunt ad os ſtomachi. Item per communitatem à materia maximè cum fit præfocatio mẽſtrualis aut ſpermatica. Item per communitatem ab epate mittente ſanguinem, & humores ſuperfluos ſuffocantes ipſum, aut mittendo humores, aut uapores malignos ſua qualitate manifeſta aut occultata. Item per communitatem à capſula cordis cum apoſtematur, aut ſuperflua aqua repletur, & idem eſt iudiciũ in cæteris membris quib. cor poteſt compati, aut propter fortem dolorem, aut quia non tranſmittit quod deberet tranſmittere, aut quia tranſmittit humores, aut uapores ſuperfluos, aut malignos conſequens ulcera membrorum aut apoſtemata, aut corruptiones ipſorum membrorum, aut materierum exiſtentium in eis. Cauſæ autem primitiuæ ſunt ſicut uenena ſumpta & morſus uenenoſorum. Item aër malus inſpiratus ſicut peſtilentialis & cadauerum fœtentium & fouearum quæ diu ſteterunt clauſæ & aperiuntur. Item ſupefluæ uigiliæ & exercitia fortia & continua. Item nimia inanitio & repletio. Item accidentia animi exterminantia ſicut timor, triſtitia, gaudium, & huiuſmodi cum ſuperfluunt. Sed hic notanda ſunt aliqua. Primũ cum aliquis inconſuetus ſyncopizare in phlebotomijs ſyncopizat, phlebotomia non exiſtente ſuperflua patitur aliquam ægritudinem in ſtomacho, uel habet ſtomachum debilem uel nimium ſenſibilem facilè ſuſceptiuum materierum, quorum nullum ante habuit. Secundò notandum, quòd quando materia decrepiti febrientis eliquatur & fluit ad ſtomachum, facit ſyncopim, aut ſui frigiditate, aut ſui caliditate putredinali, & hoc magis accidit in ipſis decrepitis, quia materię eorum ſunt magis aptę diſſolui & moueri ad interiora quàm reſolui, aut moueri ad exteriora, quia febres ſenum ſunt ſepultæ. quarta primi, capitulo de rigore. Tertiò notandum, quòd cauſa quare aliquis ſyncopizat in prima phlebotomia, eſt quia occurrit ſibi aliquod inconſuetum faciens agitationem in ſanguine, unde cor patiens propter illorum agitationẽ attrahit ſpiritus ad ſe, aut fortè cholera agitata repit ad ſtomachum, cui cor compatitur: hoc autem magis accidit in prima phlebot. propter timorem rei nondum expertæ. Sed contra hoc deberet magis accidere his qui uulnerantur propter cauſas ſupraſcriptas, conſequens contra experientiam. Dicitur quòd nõ accidit illis qui primò uulnerãtur, quia ſunt intenti ad fugam uel ad perſecutionem, unde ſpiritus & humores non concitantur ad ſtomachum nec ad cor, ſed ad inſtrumenta motus, &c. Vltimò notandum, quòd multotiens eſt phlebotomia cauſa ſyncopis propter infrigidationem quæ fit priuatiuè propter ſanguinis & ſpiritus euacuationẽ, & poſitiuè propter ingreſſum aëris frigidi circumſtãtis, & tertiò fit melior euentatio ſang. et ſpirituum ſang. euacuato, unde 4. primi cap. dẽ cura ſynoche. Syncopis infrigidat complexionem fortem.

Signa attẽdenda ſunt. Primò illa quibus ponitur differentia inter ſyncopim, ſubeth, apoplexiam, epilepſiam, congelationem, præfocationẽ matricis, quę diſpoſitiones multum coueniunt: hæc autem ſuperius poſita fuerũt in cap. de apoplex. Secundò attendẽda ſunt ſigna propinqua ſyncopis. Si non accidit ſubitò. Primum eſt minoratio pulſus ſpiritibus tractis interius. Secundum eſt pallor exiſtẽs in facie, ſanguine petente interiora. Tertium palpebræ non eleuantur paucificatis in muſculis earum ſpiritibus mouẽtibus eas. Quartum apparet in oculis debilitas motus & liuedo propter eandem cauſam. Quintum uiſui apparent imaginationes nõ conſuetæ, tum ex inordinato motu ſpirituum, tum ex uaporibus ad ipſos eleuatis in agitatione ſanguinis, cum conuertitur ad interiora. Sextum infrigidantur extrema primò, poſtea totum corpus calore amplius conuerſo interius. Septimum apparet ros quidam frigidus in toto corpore quibuſdam humiditatibus ſubtilibus cutaneis calore depauperatis fluentibus exterius per poros cutis debilitata contentiua, uel fortè ex congregatione & ſuffocatione & ignitione caloris in corde fit quædam effumatio, unde uapores quidam uenientes ad cutis ſuperficiem condenſantur à frigiditate cutis & cõtinentis in humid. quadã apparẽte in forma roris in cutis ſuperficie. Octauum, impotẽtia ad loquẽdum & cæteros motus ex defectu ſpirituũ in inſtrumentis motus. Nonum, fit quædam nauſea ore ſtomachi cordi compatiente, uel ipſo æquè citò ſentiente nocumentũ ſicut & cor propter acuitatem ſui ſenſus, uel fortè in agitatione humorum aliqui humores profluunt ad ipſum. Pręterea medici ſint attenti cum phlebotomant, ſoluunt, incidunt, urũt, extrahunt ſaniem, aut aquoſitatem cum uident iſta ſigna, deſiſtãt ab illis operationibus & remoueant cauſam futuræ ſyncopis: & ſi acciderint hæc ſigna futuræ ſyncopis in principijs paroxyſmorum, aut in quibuſcumque alijs caſibus, prouideant ſecundum oportunitatem, ne ſyncopis confirmetur.

Signa cauſarum debilitantium reſoluendo ſpiritum & paucificando ipſum, notificant̃ ex præceſſione euacuationũ. Item ex diuerſitate pulſus uehementi cum uiciſſitudinibus ex prauitate maxima. Signa autem cauſarum ſuffocantium ſunt, quia ſentit ęger cor ſuum ſuffocari, & præceſſerunt cauſæ ſuffocantes nõ inanientes, & permutationes materierum de membris alijs ad cor, & pulſus eſt ſignificator horum: nam cum eſt profundus uirtute conſtante ſignificat materiam comprimentem, & cum uirtus non cõſtat ſignificat mortẽ. Signa cauſarum ſyncopis per retractionem ſpirituum ad cor ſunt, quoniã abſunt ſigna cauſarum inanitionum & ſuffocationis, de quibus ſtatim dictum fuit, & pulſus non eſt cum tanta paruitate et diuerſitate ſicut, cum ſyncopis ſequitur inanitionem, nec cum tanta profundatione ſicut cum ſyncopis ſequitur ſuffocationem, & hoc ſignum attendendum eſt in principio, non autem cum ſyncopizatus appropinquaret morti. Signa cauſarum ſyncopis per eſſentiam habentur per abnegationem aliarũ cauſarum, tam primitiuarum quàm per communitatẽ. Et ſecundò per ſigna debilitatis & alicuius nocumenti cordis per proprietatem, quæ ex dictis in tremore poſſunt eſſe manifeſta. Tertiò, quia frequentat̃ ſyncopis ſi cauſa ſit fortis & fixa. Vnde Hippo. 2. Aphor. Aphoriſ. 4. Quicunq; exoluuntur fortiter et frequẽter ſine manifeſta occaſione, repẽte moriuntur, id eſt, qui ſyncopizant frequenter & fortiter, id eſt, completa ſyncopi ſine manifeſta cauſa, ſcilicet, primitiua, aut per communitatem, ſubitò moriunt̃: ſignificat enim fortem & fixã cauſam eſſe in corde, unde licet pluries euadant tandem moriuntur. Tremor quoq; frequẽs & continuus ſignificat nocumẽntum per proprietatem niſi pendeat à nocumento oris ſtomachi, aut capſulæ cordis. Signa autem malæ complexionis, oppilationis, mali ſitus, ſolutionis continui, puſtularũ, apoſtematum, & cæterarum cauſarum poſita ſunt in cap. de tremore cordis. Eædem tamen cauſæ cum debiliter imprimunt in cor, faciunt tremorem, & fortius imprimentes faciũt ſyncopim. ultimatè uerò mortem ſubitam. Signa autem multitudinis humorum in corde ſunt, quia apparet habẽti eam cor ſuffocari, diſtinguitur autem inter unumquodq; humorũ per ſigna ſuperius dicta in tremore cordis. Signa aũt ſyncopis per communitatem ab alijs membris, ſunt quia præceſſerunt nocumẽta aliorum membrorum, cum quorum cremento creſcit, & diminutione diminuit̃, & ablatione aufertur. Signa autem cauſarum primitiuarum ſunt ipſęmet cauſæ. Signa autem oppilationis & repletionis, tam quo ad uaſa quàm quo ad uirtutem, tam in toto quàm in membris particularib. Et ſigna dominij cuiuſcunq; humoris: ſi non ſufficiãt quæ dicta ſunt in capit. de tremore cordis, perquirãtur ab Auic. ſecunda primi, in capit. proprijs.

Prognoſtica. Primum ſyncopis cõfirmata, id eſt, pendens à cauſa non remouibili uel confirmata, quia exiſtẽs in ultima ſui malitia, non recipit curam, propriè quando perducit ad uiriditatem faciei ſignificantem extinctionẽ caloris innati, & cõnexionem colli, omnino debilitata uirtute motiua. Hic enim taliter ſyncopizatus fortaſſe non eleuabit caput ut inſpiret aërem, natura agente ſecundum ultimum conatum dum caput eleuabit morietur, unde conſtrictio pectoris quæ ſequetur, fiet à membri grauitate, non à uirtute. Secundum, eſt Aphoriſmus ſtatim allegatus, quicunque frequenter, &c. Tertium. ſyncopis etiam frequens ſequens nocumenta matricis, & aliorum membrorum cordi communicantium ſecundum plurimum eſt ſalua, niſi cauſa ſit ultimatè fixa.

SI cũ cordis tremore fuerit pulſus uelocitas, & febris. Aeger ex baſilica eſt minuendus. Et trochiſci comfortati cũ ſuc. malorum acetoſorum in potu ſunt tribuendi. Qui recipiunt ſpodij, ſem. cucur. citrulli, endiuiæ, lactucæ, portulacæ, roſ. ſandali al. omniũ partes æquales. Et pro unoquoque pondere aurei unius ex eis ſumatur, cãphoræ trium grã. hordei pondus. Ex quibus cum ſucco macianorum confectis fiant trochiſci. De quibus in potu quotidie unius aur. pondus tribuatur. Quod per duas hebdomadas fieri conuenit. Si autem hæc non ſuffecerint, lac de quo butyrũ ſit extractum ad bibendum detur. Ipſe uerò nutriatur ex pullis cum aceto & ſuc. uuæ acerbæ, & ex acetoſa. Syrupum præterea acet. de ſacch. factum bibat. Si autem cum tremore cordis non fuerit feb. trochiſci muſ. in potu ſumantur. Qui recipiunt maſtichis, ſpicæ, xiloaloes, cinam. gariopb. galliæ muſc. nuc. muſ. cubebæ, cardã. maioris, belbanæ, corticũ citri omnium ana. pondus 1. aur. muſci ſextam drach. unius, ex his omnibus cum uino bene redolente conſperſis fiant troch. et conferunt ſyncopi & tremori cordis. Electuariũ diamuſ. præcioſum quod eſt ad ſyncopim & triſtitiam, cordisq; tremorem et tædium faciens. Rec. cinamomi ſem. ozimi, gariopb. ſem. meliſ. ſem. ſiſimbrij ſem. ſampſuci, macropiperis, omniũ partes æquales. Ex quibus omnibus puluerizatis drach. 10. ſumãtur. margaritarum minutarũ, coralli rub. cubebæ, ſetæ crudæ, karabæ, been albi & rub. folij, omniũ, an. drach. 10. muſci tabati, adcbi puri, drach. s. confici-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.147

*antur cum melle de mirobol. kebulis,
hoc enim electuarium ad frigiditatem ſto-
machi & digeſtiuæ ægritudinem opti-
mum exiſtit.*

Raſis indulgens breuitati intēdit in hoc cap. ſimul
agere de tremore cordis, & ſyncopi. Habet hoc cap.
duas partes. In prima agit de cura harum pēdentium
à cauſa calida. In ſecunda, de his pendentibus à cauſa
frig. ſecunda ibi. Si autem cum tremore. Prima ite-
rum in tres. In prima curat per phlebotomiam. In ſe-
cunda per infrigidantia. In tertia per diætam. ſecun-
da ibi. Trochiſci de camphora. tertia ibi. Ipſe uerò nu
triatur. In prima parte iubet phlebotomiam de ba-
ſilica. Quod uerum eſt ſi ſanguis peccauerit ſolus, aut
cum alijs humoribus permixtus. Phlebotomatur au
tem baſilica dextra ad remouēdum repletionem ſan-
guineam. Sed ſiniſtra ad remouendum repletionem
uaporoſam. Secundò, iubet dare trochiſcos dę cam-
phora quaq; die uſq; ad duas hebdomadas, quorum
ſumatur aur. 1. & miſceantur cum 3. ℥. aut circa ſucci
pomorum acer. Vel ipſi trochiſci in forma pilularū
ſumantur primò, & poſt ipſos immediatè bibant ℥.
3. aut circa ſucci pomorum dictorum, qui ſit depura-
tus per decoct. aut per reſidentiam. Succus autem po
morum rub. acrium, quorum copia eſt apud nos, eſt
huic propoſito conueniens. Hi autem trochiſci ſunt
conficiendi cum ſuc. pomorum macianorum. Quæ
poma apud dioſcor. colligantur in æſtate, ſed apud
Serap. in uere. Et ſecundum aliquos dicuntur macia-
na à loco originis, ſed uice illorum poſſumus uti ſuc-
co pomorum acrium quę apud nos ſunt, & etiam in
æſtate colliguntur. Debet hic enim ſuccus eſſe frig.
ſtip. aromat. reliqua ſunt manifeſta. Sed hic nota,
quòd Raſis in trochiſcis iſtis non poſuit crocum. Sed
credo quòd ſit ille quē Auic. 11. tertij intendit repræ-
hendere, ſicut in multis alijs locis conſueuit. Credo
tamen inhærendo Auic. iſtos troch. fore pręſtantio-
res ſi adderetur tantum croci quātum eſt camphora,
ſcilicet, gra. 3. pro unoquoq; aureo. Secunda pars ha
bet duas partes. In prima curat tremorem cordis, &
ſyncopim pendentem à cauſa frig. cū trochiſcis muſ.
In ſecunda curat eaſdem cum elect. diamuſ. Et partes
patēt elbane, id eſt, cardamomū minus. Et manifeſtū
eſt, quòd illi trochiſci ſunt cal. & ſic. circa ſecundum
gradum ſtipticitate participantes ſubtiliatiui, aperi-
tiui, maximè confortatiui cordis, cerebri ſtomachi,
& membrorum naturalium. Deſcriptio etiam dia
muſci eſt manifeſta, & eſt calidum & ſic. in ſecundo
participans ſtipticitate ſubtiliatiuum, aperitiuum, cō
fortatiuum cordis, cerebri, ſtomachi, & membrorū
naturalium, in quo omnia ingredientia ſunt cal. pręter
margaritas, corallos, Karabe, quorum concluſio
ſuperius poſita fuit frigida cum melle de mirob. Ke-
bulorum, id eſt, de Kebulis conditis, qui multum ua-
lent in confortatione membrorum principalium, &
ſtomachi licet ſint frig. Et de his eſt ſermo apud Meſ.
diſtinct. 4. de conditis. qui ipſos cōditos ſummis lau
dibus extollit ad appetitum, & digeſtionem, ratio-
nis & ſenſus uigorationem, uiſus clarificationem. &
ad conſeruandam iuuentutem.

CVra tremoris cordis. Sed nunc particulari-
ter accedēdo ad curam tremoris cordis præ-
ſuppoſitis generalib. ſupraſcriptis, cura tre-
moris cordis naturalis per eſſentiam uel per
communitatem ſex exigit intentiones. Prima or-
dinat debitum regimen. Secunda digerit. Tertia eua-
cuat. Quarta diuertit. Quinta confortat malam com
plexionē remouēdo. Sexta corrigit accidentia. Pri-
ma inten. In tremore cordis calido ſit aër frigidus ma
gis aut minus ſecundum exigentiam ſui contrarij. I-
mò oportet quòd aliquando ſit multum frigidus, i-
pſum irrorando cum aqua frig. & aceto, & apud po-
tentē cum aqua roſ. & aceto, & cum flabellis, & præ-
ſentia foliorum ſalicis, uitis, florum nenupharis, uio-
larum ſimilium. Item fructuum frigidorum ſicut po
morū, pirorum, & citon. Imò ſi poſſibile ſit, ſint ſtra-
ti eius circa aquas currentes, propriè quando in cauſa
eius eſſet caliditas & ſic. ſuperflua. Et odoret frig. ſci-
licet, flores nenupharis, roſas, uiol. & camphorā, ſan-
dalos. Et poſſunt aliqua ex his miſceri cum aqua roſ.
& pauco aceto, Quibus poſſet addi paucum uini a-
rom. ut uirtus frigidorum melius ad cor perueniat,
& addat in confortatione calidi ſpiritualis: aër enim
inſpiratus eſt efficax medicina cū immediatè ad cor
perueniat. Similiter contra, aër ſit calidus in tremore
frigido. Ipſum alterando cum muſco, laudano, cro-
co, ligno aloës, crudo, thure, gărioph. gallia, iunipe-
ro, & ſimilibus, & ſtrati eorum & panni ſint cum iſtis
aromatizati. Propterea bonum eſt ut pāni ſui ſint de
ſeta & grana. Declinēt autem ad ſiccum, uel ad humi-
dum ſecundum exigentiam ſui contrarij. Cibi uerò
in calido ſint alterati ad infrigidandum cum acetoſis
cordialibus, ut acetoſitate citri, limōis, aranciorum,
ſucco granat. ribes, prunis, & ceraſis acetoſis, & ſimi-
libus. Item ſuc. pirorum & pomorum aromaticorū,
et lac acetoſum ſine butyro eſt conueniens. Ex herbis
eligantur cucurbita, lactuca, acetoſella, endiuia, por-
tulaca, & ſimilia in calido. Sed in cholerico eligantur
magis humida, in ſanguinea declinēt ad ſiccum, qua-
propter hæc humida condiantur cum aliquo ex ſuc-
cis ſupraſcriptis, ad ſic. declinātibus. Et ex granis poſ
ſunt eligi aliqua frigida ſicut hordeū, milium, far, pti-
ſana, hordeacea, & horum Kiſt, condita tamen cū ſu-
praſcriptis cordialibus. Ex carnibus eligantur pulli,
& cæteræ carnes bene conditionatę. Et perdices ſunt
proprię. Conceduntᷣ tamē ubi timereᷣ caſus uirtutis.
Sed conſtante uirtute ubi opus eſſet dieta tenui, uitā-
dæ ſunt. Similiter oua & uinum. Sed uice eius bibat
uinum granatorū, aut ſyrupum acetoſum, aut de gra
natis, aut de ribes, aut de acetoſitate citri, aut limones
cū aqua debitè permixtos. Et ſi opus ſit uino ſit aro-
maticum, & limphatum cum aqua acetoſa roſ. & ſi-
milibus. Et ſi abhorret limphetur cum aqua bene con
ditionata. In frigida uerò eligantur menta, roſmari-
nus, ſaluia, meliſſa, borago, bugloſſa, fœniculus, pe-
troſelinus, & ſimilia. Ex granis cicer, rizum, far, eorū
Kiſt, & aromatizētur cum aromatib. calidis, de qui-
bus ſupra, & propriè cinamomo, garioph. & croco.
Et ſint carnes magis ad calidum declinantes, ſicut co-
lumborum, turturum, turdorum propriè comeden-
tium iuniperum, in quorum uentribus ponantur her
bæ aromaticæ calidæ, & uinū eligatur uinoſum clarū
antiquum,

antiquum, ut muſcatellinum, maluaticum, tribianū,
& ſimilia boni odoris, & ſubtilia. Et ſi declinēt ad dul
cedinem erunt magis amica uirtuti & ſimilis modus
ſeruetur in reliquis rebus non naturalibus, ita ut totū
regimen declinet ad contrariū diſcraſiæ. Et ſit in om-
ni diſpoſitione cordis confortatiuum, & ſpirituū, &
membrorum quorum cōmunitate cor compatitur.
Secunda intentio eſt digeſtio, quam tamen neceſſita-
te cogēte præcedit euacuatio, ſicut cū materia eſt mul
ta, aut maligna, aut in ipſo corde, aut ipſi proxima,
fortè ſi ad ipſum deriuatur, ubicunq; fuerit. Quod ſę
pe contingit in cordis paſſionibus. Euacuatio etiam
ſanguinis ſecūdum plurimum pręcedit digeſtionem.
Syrupi autem & cætera digerentia ſint contraria di-
ſcraſiæ quātum ad qualitates primas, & ſint inciſiua,
& ſubtiliatiua in materia craſſa, & uiſcoſa, & incraſ-
ſantia in materia ſubtili, & ſint cōfortatiua cordis, &
membrorum quorum cōmunitate cor patitur tam
proprietate quàm ſtipticitate tēperata. In ſanguineo
igitur & cholerico ualent ſyrup. de acetoſitate citri, li
monis, de ribes, de pomis, de piris, & de citonijs. Item
ſyrup. de agreſta roſ. & uiol. Aquę uerò ſunt ſicut ro
ſarum, uiolarum, acetoſæ, nenupharis, boraginis, bu
gloſſæ, lupulorum, endiuiæ, cichoreæ, capillorum ue
neris. Item triaſandali, diaboraginatum, diabugloſſa
tum, ſacch. roſ. uiolaceū. Et his poſſunt addi coralli,
gemmæ, margaritæ. Sed in cholerico decliner ad hu-
midum. In ſanguineo ad ſiccum. In frigido uerò phle
gmatico oxymel ſimplex compoſitum ſyr. acet. cō-
poſitus, de biſantijs, de corticibus citri. Sed in melan-
cholico, de epithymo ſyrup. ſabor, de fumoterrę. A-
quæ autem ſunt ſicut bugloſſæ, meliſſę, fœniculi, enu
læ, roriſmarini, boraginis, & poſſunt fieri diuerſæ de-
ſcriptiones ſyruporum decoquēdo herbas ſupraſcri-
ptas, & addendo aromata cordialia calida aut frig.
Item acetum, ſaccharum aut mel ſecūdum exigentiā.
Tertia intentio eſt euacuatio complenda cum phle
botomia in ſanguineo, & impendente ab alijs humo
ribus peccantibus cum ſanguine, quæ phlebotomia
debet fieri ex baſilica dextra primò, deinde baſilica ſi
niſtra ſi oportuerit. Si tamen retentio fluxus, hæmor
rhoidarum, aut menſtrualis eſſet in cauſa, inchoandū
eſt à phlebotomia ſaphenarū, deinde properandū eſt
ad phlebotomiam baſilicæ dextrę aut ſiniſtræ, aut u-
triuſq;. Quātitas autem ſanguinis hauriendi eſt ſecū-
dum exigentiam repletionis & uirtutis tolerantiam.
Imò aliquādo oportet ut ſit copioſa uſq; ad ſycopim
excluſiuè, ſcilicet, uſq; ad 18. ℥. aut circa, ſicut quando
timereᷣ de apoſtemate, aut ſubita ſuffocatiōe & mor-
te, materia multa ſubito ad cor fluente, aut in inflam
matione maxima cum eſſet opus cor refrigerare ſubi
tò & notabiliter. Aegritudine tamen dante inducias
melius eſt ut partiatur, & huiuſmodi euacuationes in
tremore & ſyncopi faciendę ſunt ante paroxyſmum
ad prohibēdum eius reditum. In paroxyſmo autem
hæc omittēda regulariter, & magis ad diuerſiones eſt
intendendum. In cholericis uerò euacuamus cum de-
coctione fructuum, manna, caſſia, diaprunis, compo
ſito & ſolutiuo, electuario de ſucco roſarum, electua-
rio de pſilio, & ſimilibus. Si autem timeretur de apo-
ſtemate præſtantius ęſt procedere cum leuibus lenien
tibus notabiliter infrigidantibus, ne materia agitata
amplius fluat ad cor, & anteaut præparetur ad phle-
bot. nam ſecundum plurimum ad uitandum apoſte-
ma à quacunq; cauſa fiat, cōueniens eſt phlebot. & ali
quando in ſanguineo euacuamus cum lenientib. ad
ſanguinis mundificationem. In phlegmatico uerò &
propriè ſi fuerit phlegma uiſcoſum confert uomitus,
cum optimè ſtomachum mundificet, qui eſt lacuna
phleg. & propriè ſtomacho nauſeante. Et fiat poſt co
meſtionem incidentium, ſubtiliantium uiſcoſorum,
nauſeam commouentium. Euacuatio tamē per ſeceſ-
ſum eſt conuenientior, quæ fieri debet cum agarico,
pilulis alephanginis, diaphœnicon, & ſimilibus. In
melancholico uerò ſi fuerit melanch. mixta ſanguini
fiat phlebotomia. Sæpius autem contingit melanch.
mixtā eſſe ſanguini cum ipſa ſit fex ſanguinis q̄ cho-
leram aut phlegma. Euacuatio autem melācholiæ ſit
cum ſena, epithymo, mirobolanis indis, lapide lazu-
li, & ſimilibus mixtis cum ſuis correctiuis. Et ex com
poſitis eſt diaſenæ, confectio hamech, pilulæ indæ, de
lapide lazuli, et ſimiles. Optimū aūt uehiculū medici-
narū ſoluentium melāch. eſt aqua lactis cum qua me-
dicinæ ſupraſcriptæ poſſunt diſtemperari. Semper ta
men his ſolutiuis eſt admiſcendū aliquid cordiale, ut
uinum & aqua, de quibus ſupra, aut cū aquis cordia-
libus diſtemperentur. Cauendum tamen eſt ne ex im
moderato uſu ſequaᷣ fluxus aut excoriatio. Exper-
tum Auic. ad melancholiā eſt ut ſumantur mirobol.
nig. & chebulorum, an. pondus ʒ. 1. epithymi ʒ. s. la-
pidis arm. ʒ. 1. quartam, diamuſ. amari, ʒ. 3. ſumātur
in potu cum tanto uini odoriferi cum quo diſſoluan
tur. Et quandoq; ſufficit aſſiduare adminiſtrationem
hieræ picræ pondere aurei unius, cū pondere danich,
de epithymo dādo ipſum in potu cum oxymelle cō-
poſito. Quarta intentio, ſcilicet, diuerſio perficitur cū
fortibus diuertentibus mediocribus aut leuibus ſecū-
dū gradus fortitudinis eius. Eſt enim tremor aliquan
do ita fortis ut ſequatur ſtridor dētium, contorſio o-
culorum, ablatio uocis, & ſimilia, Aliquis eſt ita for-
tis ſine tamen his accidentibus, ut audiatur eius pulſa
tio ab ægro & circunſtantib. Alius eſt qui ſolum tan
gendo pectus percipitur. Et in primo caſu oportet di
uertere potenter. Et quando feſtinaret caſus in ſynco-
pim, ægro fiant fricationes fortes, uentoſationes, liga
turæ, incipiendo prope cor & deſcendendo fiant etiā
ſuppoſitoria & clyſteria ſecundum exigentiam. Et
ſi timeretur aduentus apoſtematis fiat phlebotomia
diuerſiua, ſed omittatur quantum eſt poſſibile. Simi
liter uentris ſolutio cum exoluentibus, ne fortè mate-
ria agitata amplius fluente ad cor ſequatur ſuffocatio
& mors, aut fortè ſyncopis ex uirtutis diſſolutione.
Tempore aūt quietis phlebotomiæ, & ſolutiones ſe-
curius conceduntur, & omnia genera diuerſionum,
cum quibus intendendum ad diuerſionem materi-
erum & uaporum à corde, & ipſorum euacuatio-
nem, & reſolutionem prohibendo accidentia ani-
mi moleſta, & quæcunque poſſunt attrahere materi-
am & uapores ad cor. Quinta intentio eſt confor-
tatio cordis quę accommodanda eſt omnibus inten-
tionibus ſupraſcriptis. Imò cōplentia illa ſunt confor
tantia. Licet enim confortatio cordis ſit attendēda in
omnibus ægritudinibus cuiuſcunq; membri: maxi-
mè tamen in paſſionibus eius. Et hæc intentio cū hoc
quòd cōfert, ſit remotiua malæ cōplexionis; & quo-
rumcūq; nocumentorū remanentium poſt euacua-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.148

cuationes ſupraſcriptas, quæ poſſunt addere in cordis debilitatem. Confortantia autem interius aut exterius applicita. Habeant ſingularē proprietatem ad cor. Secūdò ſtipticitate moderata participēt. Tertiò ſint ſufficienter contraria diſcraſiæ cordis & obſeruētur canōes ſupraſcripti in correctione ſiue permutatione malę complexionis calidę & frig. &c. Exterius applicita in tremore calido ſunt huiuſmodi. ℞. roſ. ui. ol. ſandalorum rub. citrinorum, et corallorum, an. ʒ. 1. florū boraginis & bugloſſæ, an. ʒ. ſ. croci, cāph. ana. gran. 6. aquæ roſ. aquæ acet. aquæ florū nenupharis, ana. ℥. 2. aceti, ℥. 1. uini muſcatellini, aut alterius uini odoriferi, ℥. ſ. Miſce: Applicentur regioni cordis cum panno aut cendalo de grana in forma rotunda, aut quadrata ſatis magna, ut notabilem partē pectoris tegat & replicetᷣ actu frigidum magis aut minus, aut tepidum ſecundum exigentiā temporum anni, & caliditatis ipſius cordis & fortitudinis aut debilitatis eius. Et poſſunt ex his fieri ſacculi & unctiōes, & emplaſtra ad libitū. Sed in tremore frig. ℞. florū boraginis & bugloſſæ, an. M. 1. roſarū. meliſ. roriſmar. ozimi, gariophilati, an. M. ſ. ſerici, xiloaloēs xylobalſami been al. & rub. zedoariæ, doronigi, gariophilorū, cinamomi nucis muſ. corticū citri calliſ, ligneę, ana. ʒ. ſ. muſci, ambrę, an. grā. 3. aquæ bugloſſæ, aquæ meliſſæ, an. ℔. mediā, uini muſcatellini uel maluatici, ℥. 3. aceti. ℥. ſ. Miſce. Et ſi opus eſſet contēperare caliditatem ſupraſcriptorum his poteſt addere aquam roſaceam, ſandalos, & corallos, & huiuſmodi ſecundum exigētiam. Et poteſt facere unctiones cum oleo liliorū alborum, & cera, & pauco aceti, emplaſtra ſecundum libitū. Ergo diſcurre per medicinas cordiales de quib. ſupra, & elige calidas, frig. hum. & ſic. aut temperatas ſecundum quod eſt expediens tuo propoſito, & debent applicari tam tempore quietis q̄ tēpore paroxyſmi. Et completur etiam hæc intentio cum ſumptis, ſcilicet, ſyrupis, aut rob, de acetoſitate citri, limonis, ribes, & cæteris tā à cauſa cal. q̄ frig. dictis ſuperius in intent. 2. ad quā recurre. Item medicinę Rasis expoſitæ ſuperius ſunt præſtantes in curatione tremoris & ſyncopis tam à calida q̄ à cauſa frig. pēdentium. Et Auic. aliquas deſcribit medicinas, quarum una in tremore non uehemēti & calido eſt hæc. ℞. doronigi partem unam, cāph. 4. partē, ſandali 3. partē, margaritarum, carabæ, coralli, xyloaloēs, ſpodij roſarum an. medietatem partis bugloſſæ, partes 2. conficiantur cum aqua malorum, & fiant inde trochiſci, doſis eſt, ʒ. uſq; ad aureum. Deſcriptio alia Auic. fortior in extinguendo. ℞. ſem. lactucarū ſem. endiuiæ, ſpodij, roſarum, ſandali, ſem. portulacę, bugloſſæ, coriādri ſicci, coralli, Karabe, margaritarū, an. partes 2. camphoræ 4. partem, doſis ſit. ʒ. 2. Credo quòd una ſufficiet niſi in cauſa ualde forti, & poteſt exhiberi in forma pulueris cum ℥. 2. aquę roſ. Sed quia in hac deſcriptione nihil ponitur calidū poſſunt addi, ʒ. 2. uini moſcatellini. Auic. tamen in fine cap. de cura tremoris calidi ponit deſcriptionem mirabilem metas trāſcendentē: dicit, quòd ſi ſuperfluat res, augmentetᷣ inflāmatio, & timeatur quòd ſit ueſtigiū apoſtematis, ſcilicet calidi, tunc fortaſſe eſt ibi neceſſarium, ut in potu des ſemen mandragoræ & opium. Et melius quidem eſt ut in potu tribuas de ſemine mādragoræ pōdus quartæ ʒ. unam, & de opio uſq; ad medietatem ʒ. unā, permixtis cum medicamine aromatizato ex muſco, xiloaloē crudo, cāphora, et croco, ſecundum uirtutē & horā neceſſitatis. Auic. itaq; tribuit in una doſi mediam, ʒ. opij, & quartam de ſemine mandragoræ, cum tamen ipſe ſecundo canone capitulo de opio ponat doſim eius eſſe 2. danich, & ſunt 16. grana hordei. Amplius in eadem recepta ponit opium duplum ad ſemen mandragoræ contra canones doſandi medicinas: debet enim minus eleuatū in gradu poni in maiori doſi, præcipuè in his de quorum exhibitione eſt magnus timor.

Reſpondet quidam intentionem Auic. eſſe conficere hāc medicinam, quæ non tota exhibeatur ſimul, ſed quantum uidebitur oportunum. Hæc reſponſio eſt contraria uerbis Auic. & ſuæ intentioni. Reſpondit Gētilis, quòd triplex eſt opium. Vnum quod colligitᷣ per reſudationē ex papauere Aegyptio nigro, et eſt ualde forte. Secundū fit ex capitibus papaueris cōtritis, & eſt leuius. Tertium fit ex ſemine lactucæ agreſtis, et eſt leuiſſimum, et minus ſtupefactiuum q̄ ſemē mandragoræ. Poſſumus ergo dicere quòd Auic. intelligit de 2. & 3. opio non aūt de primo. Alia reſponſio Gētilis, quòd opium datur ad multas intētiones. Aliquando ad ſtupefactiones. Aliquando ad ſiſtendum catarrhum & fluxum uentris. Aliquando ad alterādum malam complexionem calidam fortem. In primis caſibus communiter parum de eo ſufficit, puta 3. aut 4. gran. Sed ad alterandum caliditatē fortem opus eſt, ut exhibeatur ſecūdum reſiſtentiam ſui contrarij, caliditate q; exiſtente fortiſſima faciente ſuſpitionem. Imò initium apoſtematis calidi concedit Auic. doſim prædictam opij, & mandragoræ, præcipuè corpore exiſtēte multorum ſpirituum & magnę reſiſtentiæ, tam ex parte caliditatis naturalis q̄ accidētalis: nec eſt inconueniēs ut exhibeatᷣ huiuſmodi medicina ita potens ad euitandum maximam ægritudinem omnino mortalē, & non eſt inconueniens quòd corpus ægrum magis reſiſtat contrarijs q̄ ipſum ſanum: tolerabit ergo doſim opij, quam tempore ſanitatis non toleraret. Super hanc tamen medicinam nō eſt audēdum niſi prius fuerimus experti corpus ſimiles medicinas tolerare faciliter. Ego enim aliquādo in ſedatiōe doloris dedi quatuor ʒ. philonij romani, cū ante expertus fuiſſem duas non facere impreſſionem. Eſt ergo hic caſus Auic. caſus particularis rariſſimè cōtingens, ſed pro ſomno inducendo aut catarrho ſiſtendo, & ſimilibus, non eſt opus ita fortiter ſtupefacientibus, cum eis communiter non ſit contrariū tantæ reſiſtētię. Medicinæ aūt permutātes cōplexionem frig. apud Auic. ſunt theriaca, mithridatū, diamuſcū dulce, & amarum quod eſt calidius dulci, milium ambræ, id eſt, parua quātitas ambræ, quia calida & multum aromatica ſicut etiam debet dari parua quātitas muſci. Ideo authores in cōfectione medicinarum recipientium muſcum, crocum, & ſimiles ualde aromaticas ponunt paruam doſim ipſarum in cōparatione ad alias, quaſi ſuperflua aromaticitas ſit nocēs. Sexta aūt intētio, ſcilicet, correctio accidentiū perficitur ſecūdum ipſorū exigentiā. Inter cætera prohibeatᷣ ſyncopis ſuccurrendo remedijs oportunis, de quibus in capitulo proprio. Et ſtridori dentiū ſuccurraᷣ ponendo aliquid molle inter dentes. Tremor autem pendēs à mala cōplexione ſine materia exigit omnes intentiones

tiones ſupraſcriptas præterq̄ digeſtionem, euacuationem, & diuerſionem. Verū diuerſio aliquando cōuenit ad prohibendum fluxum humorum ad locum læſum præcipuè cum humores in corpore ſuperfluerint: patet itaq; curatio eius ex ſupraſcriptis. Tremor autem pendens à ſolutione continui non habet curā. Similiter pēdens ab apoſtematibus iam factis in ipſo uel eius capſula. Verū in principio antequam fiat ſuccurrēdum eſt cum phlebotomijs copioſis, euacuationibus ſecundum exigentiā, & omni genere diuerſionum. Item cum ſtipticis confortantibus & tuentibus cor ne recipiat humorem. Itē remouendo cauſam fluxus humorum. Item incraſſando, & etiam ipſos cōpingēdo ſi fuerit oportunum ne facilè ſua ſubtilitate fluant. Propterea Auic. concedit ſtupefactiua. Et in his caſibus opus eſt diæta tenuiſſima, ſicut in alijs apoſtematibus membrorum interiorum. De eorum tamen cura actum eſt ſuperius. Similiter dictum eſt de cura malæ cōpoſitionis ſiue ſit oppilatio, ſiue ſit malus ſitus. Et ſi pendeat à dolore cordis remouetur per remotionem cauſarum dolorum cordis, quarum cura ſtatim eſt poſita. Sed factus à nimia ſenſibilitate curatur prohibendo omnes cauſas potentes lædere cor. Item confortando ipſum ſicut dictum fuit in intētione quinta. Tertiò remittendo ſenſum cum uſu præbētium nutrimentum craſſum ſicut carnes bouinæ, porcinæ, leguminum, & ſimilium, & uſu frigidorum, & humidorum ſicut lactucæ, endiuiæ, ſpinachiæ, & ſimilib. Itē caſei & lactis. Factus à debilitate cordis curatur remouendo cauſas debilitatis. Item confortando ipſum conueniente regimine ſex rerum, & etiā regimine medicinali ſi fuerit expediens ſicut dictū fuit in quinta intētione. Sed factus à uentoſitate & uaporibus curatur ſicut ille qui pendet à materia, & cū hoc reſolutioni uentoſitatis & uaporum attēdendum eſt, & in ipſo confert phlebotomia baſilicæ ſiniſtræ. Factus autem per communitatem à toto ſicut in febribus curatur curatione febrium, & confortatione cordis, & reſiſtēdo malitiæ complexionis impreſſæ, aut imprimendę à febre, uel à cauſis eius quæ ſecundū plurimum eſt calida, & indiget frigidis cordialibus interius & exterius applicitis, licet aliquādo ſit frigida ſicut in ſyncopali humoroſa. Sed in tremore ſequente criſim attēdatur complemento criſis tuendo tamen cor ſecundum quod eſt expediens. Sequens autē dolorem cuiuſcūq; membri curatur per remotionem illius doloris membri, & cordis confortationem. Cura autem tremoris cordis facti per communitatem à membris particularibus exigit duplex regimen. Vnum eſt membri communicātis cōplendum euacuatione, diuerſione, ab ipſo membro remotione malæ complexionis, & cuiuſcunq; alterius nocumēti eius, & cōfortatione ut ſit minera laūdabilium humorū. Aliud debetur cordi complendum confortatione eius, & reſiſtendo nocumento impreſſo, & imprimendo in ipſum ſecundum quod eſt expediēs. Factus aūt à uenenis ſumptis curatur cum eductiōe eorum, uomitu, aut ſeceſſu aut utroq; modo. In principio tamē uomitus eſt præmittendus cum ſumptione olei, aut aquæ tepidæ, aut utriuſq; ſimul mixti, et fiat exquiſitus, poſtea detur lenitiuum. Et attendatur confortationi cordis, & dētur bezahartica propria. Factus autem à morſu ſerpentum curatur attrahendo uenenū impreſſum in loco, fricando locum ut ſanguis exeat, poſtea lauando cum aqua calida locum morſum, & applicando pullum nouiter mortuum adhuc calidū. Et ut obuiet cum uiſceribus aut applicādo anū gallinę uiuétis, & tuendo partes ſuperiores membri morſi cum aceto, & aqua roſat. Et confortando cor cum interius & exterius applicitis. Et theriaca eſt optima in morſu uenenoſorum ſumpta & applicita. Sed tremor ſequens alias cauſas primitiuas curatur cum remotione earū, & remotio nocumenti ab eis impreſſi, & cordis confortatione.

CVra ſyncopis curabilis exigit duplex regimen. Vnum adminiſtrandum tempore paroxyſmi. Alterum tempore quietis ad prohibēdum reiterationem paroxyſmi. Regimem adminiſtrandum tempore ſyncopis diuerſificatur ſecundum cauſas eius propriè ſecundum triplicem cauſam in diffinitione expreſſam. Si ergo cauſa ſyncopis fuerit paucificatio ſpirituum, & non ſuperfluat præter illos qui ſunt in minera, intendendum eſt ipſorū regenerationi, uiuificationi, & prohibitioni reſolutionis & paucificationis ipſorum, tam regimine ſex rerū nō natural. q̄ medicinali. Aēr ergo declinet ad contrarium diſcraſiæ, & nocumēti quod facit paucificationem ſpirituum. Et ſit boni odoris aromatizatus cū calidis aut frigidis ſecundum exigentiam contrarij corrigendi. Secundum plurimū tamē debet ad frigidum declinare, aut ad temperamentum niſi ſit in cauſa frigiditas mortificans. Et ſimiliter debent ueſtes et lecti aromatizari. Frigida aūt ſunt ſicut roſa, uiola, camphora, & ſandali, & poma, & pira, citonia, & cætera ſuperius memorata. Calida aūt ſunt ſicut muſcus, ambra, crocus, gariophili, cortex citri, gallia muſc. & ſimilia, quibus utendum eſt pro aēre, ueſtibus, lectis aromatizandis. Odores aūt magis cōueniētes cæteris paribus ſunt illi quibus ægri delectātur: aliquando enim delectanᷣ odore citonij, piri, & pomi. Aliquādo odore uini aquæ roſ. & ſimiliū. Cōmune tamen magni iuuamēti eſt quod ſit ex uino odorifero aqua roſ. muſcata in quib. ſit panis aſſus infuſus. His autem poſſunt addi frigida ſicut ſandali, camphora, & ſimilia: Et poſſunt addi cali. ſicut gariophi. muſcus, & ſimilia, & ſi acetum placeat poteſt addi parum aceti. Fiunt etiam poma odorifera calida, frigida, & temperata ſecundum exigētiam contrarij corrigēdi, quarum deſcriptiones ſolēnes poſui in tractu de peſtilētia, & de his eſt ſermo apud Meſue in fine capituli de catarrho. Hi aūt odores ſuaues ſunt cōuenientes ad nutriendū ſpiritus, ſiue potius ad fouendū ipſos ſua ſimilitudine: non tamen credo quòd uerè nutriant. Non tamen conceduntᷣ in pręfocatione matricis, ſiue in ſyncopi per communitatē à matrice, cum matrix moueaᷣ ad odores bonos. Imò potius applicētur naribus ſyncopizatę ex matrice odores fœtidi: qui tamen ſint conuenientes ori ſtomachi ſicut odor calami uſti, qui eſt expertus in cura calidæ cholericę, & ſimiliter gypſi. In collo matricis ſupponanᷣ odorifera ſicut gallia muſcata, & propriè cū pauco uino odorifero, aut oleo liliorum alborum infuſo in eis lichinio & ſuppoſito. Cibi autem & potus ſint reſumētes calidi, frigidi, aut temperati ſecundum exigētiam. Eligatur ergo uinum coloris aurei, et odoris aroma-

A 3

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.149

tici ſubtile cum ſtipticitate quadā attinens dulcedini,
notabiliter uinoſum aut mediocris uinoſitatis, ita ut
ſumens in ore ferè ſubitò ſentiat fumoſitatem cum a-
romaticitate. In ſyncopi tamē ab euacuatione poteſt
eſſe coloris nigri ut ſit craſſius, et nutribilius prohibēs
reſolutionē. Et debet exhiberi calefactū actu, & pro-
priè ualde paucifitatis in calore naturali, & cauſa frigi
da, & ſi ſit mixtum cum aqua carnis, imò non detur
ſine ipſa ſi adſit multa fames & inanitio, uel panis ſit
in ipſo diſſolutus ne ſubitò penetret omnino indige-
ſtum. Et poteſt aromatizari in calida cum aqua roſ.
ſecum mixta. Item cum ſandalis, citrinis, et ſimilibus.
Et in cauſa frigida cum pauco muſci, cinamomi, ga-
riophilorū, uel in cauſa calida ſecum miſceatur ſyru-
pus acetoſitatis citri. Et in frigida parū diamuſci dul-
cis, uel miſceatur cum alijs quibus ęger magis delecte-
tur, & ex maximè conueniētibus. Et propriè ubi ſto-
machus cōmunicet eſt miua appropriata ſyncopi po
ſita ab Auic. in Antidotario mixta cum uino. Et hęc
cibario ſit freques & pauca pro uice ſufficit ei. Vt det
de uino mixto cum aqua carnis pro uice ab ℥. 1. uſq;
ad 2. Et ad hanc intentionem eſt contuſum pulli, oua
ſorbilia, teſticuli gallorum, & ſimilia quæ citò tranſ-
mutentur, & quorum parum multū nutrit. Et cauen
dū eſt à uino potenti puro in notabili quantitate, ne
cerebrum & neruos percutiat, & ne præter modū in-
flāmet propriè in cauſa calida: fortaſſe enim accidet
ex eo permixtio ratiōis, aut ſpaſmus, niſi aqua aut a-
lio liquore temperetur, propterea dicit Auic. quādo
neceſſariū eſt in ægritudinibus acutis dare uinū pro-
pter ſyncopim melius ſiue magis conueniēs eſt, ut ſit
inſipidum, quia tale eſt pauciferū. Sed fortè quis inſta
bit quomodo poteſt ſyncopizatus aliquid ſumere
cū ſit in eo deſtructus ſenſus & motus. Reſpondetur
quòd per tempus ſyncopis intelligo totum illud tem
pus in quo eſt actu ſyncopis uel ſyncopi proximū,
cum nondum in totum conualuit à ſyncopi, licet lo-
qui poſſet, et deglutire. Vidi enim plures ſyncopizā-
tes decies in hora. Non tamen inter ſyncopim & ſyn
copim omnino abſoluebantur à nocumento ſynco-
pis. Et aliquando cadit tempus notabile inter paroxi
ſmos ſyncopis. Et hoc eſt quod dicit Auic. Et patiens
quidem ſyncopim quandoq; eſt in ſyncopi, quādo-
q; eſt in eo quod eſt inter ſyncopim & ſanitatē, quan-
doq; eſt in leui paroxyſmo ſyncopis. Hæc autē ciba-
tio frequens quę conceditur in ſyncopi ſequente ina-
nitionem & paucitatem ſpirituum, non ita conceditur
in ſequente retractionem ſpirituum ad cor, & multo
minus in ſequēte præfocationem ſpirituū in corde &
repletionem. Imò multum debent abſtinere. Et fortè
nihil dari durante paroxyſmo ſyncopis, licet in om-
nibus aër & odores boni cōcedantur. Somnus apud
Auic. prohibetur. Inquit enim patientes ſincopim prę-
cipiuntur uigilare et dimittere locutionem, quod ue-
rum eſt in patientibus ſyncopim ex retractione ſpiri
tuum, & ex præfocatione eius in corde, cum ſomnus
trahat ſpiritus interius, & augeat præfocationem,
ſed in ſyncopizatis propter paucitatē ſpirituū ſequē-
tem euacuationem quācunq; præter ſudorem, credo
ſomnum in paroxyſmis ſyncopis cōuenire, cum ſi-
ſtat omnes euacuationes pręter ſudorem, & maximè
poſt cibum ad fortificandum digeſtionem. Quia ta-
mē ſomnus eſt conſanguineus ſyncopis, eſt attendē-
dum dum dormiunt qualis ſit facies, pulſus & anheli
tus. Sed de hoc erit ſpeciale dubiū in fine capituli. Ex
his ſequitur exercitium non conuenire ſyncopizatis, cū
apud Auic. præcipiatur ipſos dimittere locutionem.
Nam multo magis debēt dimittere alia exercitia qui
bus magis fatigantur & debilitentur. Fricationes ta-
men conueniunt in ſyncopizatis propter retractionē
ſpirituum, & præfocationem ſpiritus in corde, nō au
tem conueniunt in ſyncopi ſequente paucitatem ſpi-
rituum, imò ſtent ſupini & nō moueantur. Sed alij &
pręcipuè ſyncopati ex præfocatione ſpiritus & retra
ctione ſtent magis capite eleuato, & fricētur. Omnes
tamen ſunt altis uocibus uocādi & excitandi dū ſunt
actu in ſyncopi, licet extra ſyncopim debeāt permit-
ti dormire qui patiūtur ſyncopim ex inanitione. Cir
ca repletionem & inanitionē eſt ſciendum, quòd qui
patiuntur ſyncopim propter paucitatem ſpirituū nō
debent inaniri aliquo genere euacuationis dū ſunt in
paroxyſmis ſyncopis, neq; multum à cibis abſtine-
re, imò, ut dictū eſt frequenter, & parum eſt exhiben-
dum. Sed cęteri maximè patientes ſyncopim ex prę-
focatione propter multitudinem humorum exiſten
tium in corde aut repentiū ad cor, debent abſtinere et
euacuari uomitu, ſuppoſitorijs, clyſterijs, phleboto-
mijs ſecundum exigentiā in paroxyſmis ſyncopis,
quæ tamen fiant cum cautela & timore, & quādo cæ
tera non contulerint. Non tamē dentur uomitiua for-
tia aut medicinæ exoluentes & materiā agitantes, ne
humores amplius ad cor præcipitentur. Sed difficile
eſt ſubuenire ſyncopizatis qui ſimul indigent reſtau-
ratione ſpirituū, & nociui euacuatione, ſicut aliquan
do contingit. Et in hoc ſtat medici prudentia ut utri-
que attendat. Sed ei magis de quo maior eſt ſuſpitio.
Sint tranquilli ſperātes et gaudentes, uitanda ſunt ac-
cidentia corpus exterminantia. Iuuātur rerum ama-
bilium rememoratione & habitatione cum dilectis.
Regimen aūt medicinale tempore ſyncopis eſt, ut a-
ſpergatur facies aqua frig. aut aqua roſ. mixta cū pau
co uini odoriferi: excitat enim à profunditate ſynco-
pis, & eſt cōmune remedium omnibus. Et in omnib.
ſpeciebus ſyncopis intendendum eſt ad remotionem
cauſæ quantum fieri poſſunt ſecundum uirtutis tole-
rantiam. Si ergo ſyncopis ſequatur aliquam euacua-
tionem ſiſtenda eſt, non quidem cum opiatis ſi aliter
fieri poteſt, ſed alijs ingenijs quæ uirtus poteſt tolera-
re, & cum hoc uirtus eſt cibis uiuificanda ſecundū ca-
nones ſuprafcriptos. Et cōmune remedium in cibos
quæ ſequūtur paucitatē ſpirituū eſt, ut fiat pororū cu
tis oppilatio prohibens ſpirituū reſolutionē cū aquę
roſ. roratione, euētatione & cū flabellis, & ſimilib. &
cum indumentis in quibus ſit uirtus ſandalorum, ro-
ſarum, & ſimilium, & cum odore, & ſorbitione frigi
dorum cordialium ſicut acetoſitas citri cum aqua ro
ſata, aut acetoſę. Niſi in cauſa ſit frigus uehemens, aut
ſolutio fortis: Cum frigidis tamen ſemper ſit mixtū
aliquid calidi quo delectetur ſicut muſci aut croci, no
tabiliter tamen frigidis dominantibus, & iuxta hanc
intentionem eſt melius ut uinum, & quicunq; potus
ſit actu frigidus, nō tamen ita ut fiat calidi extinctio.
Illud aūt quod ſupra dicebatur de potu calido actu ob-
ſeruandum eſt ubi calidum naturale eſt ualde paucifi
catum, & maximè in cauſa frigida & in quibus mul-
tum durat ſyncopis, & quorum totum corpus infri-
gidatur.

gidatur. Et iſti indigent inunctione extremitatum, &
ſtomachi cū oleis calidis aromatizatis. Et in hac ſyn-
copi ſequente paucitatē ſpirituum aſſiduetur embro-
catio extremitatū, & partium membrorum regaliū
cum aqua roſata, & cæteris frigidis cordialib. in qui-
bus tamen aliquid modicum muſci, croci aut uini o-
doriferi ponatur. Et ſi fuerit ſingultus aut nauſea, tūc
oportet ut uiuificetur caliditas infirmi, & adiuuetur na
tura eius commouendo guttur cum penna excitādo
uomitū & cōmouendo ſpiritum ad exteriora. Et aſ-
ſiduentur clamores maximi circa ipſum, & ſtringantur
digiti dolorē inferendo, & fiant titillationes, & pro-
uocantia ſternutationem, & omnia intelligunt quan
do eſt in actu ſyncopis ad excitandum ipſum à pro-
funditate ſyncopis. Cumq; illa non ualent, & nō ſter
nutat, moritur. Et ſi ſyncopis eſt cauſa meri, & ſit poſ
ſibile ut expellatur cū uomitu facili, clyſteri, aut phle-
botomia, fiat iſtud. Et ſi eſt propter euacuationem ex
partibus intrinſecis, non aūt per poros cutis calefiant
extremitates ſi ſint frigidæ, & fricentur cum oleis ca-
lidis aromatizatis. Et quandoq; neceſſariū eſt ſtringe
re ea ad reuocandum calorem exterius, & ad excitan
dum ægrum à profunditate ſyncopis. Sed multo ma
gis hæc neceſſaria ſunt ubi ſyncopis ſequitur attractio-
nem ſpiritus ad cor aut præfocationē ipſius in corde.
Et ſiſtatur omnis euacuatio ſecūdum quod oportet.
Et attendatur uirtutis uiuificationi. Vnde in ſynco-
pi ſequente cholericā paſſionem ſumantur huiuſmo-
di potus. ℞. Aquæ carnis propriè factæ per expreſ-
ſionē carnium ℥. 1. ſucci citoniorum, uini an. ℥. s. ga-
liæ muſc. gran. 5. uel ℈. s. miſce, & ſi ſyncopis ſequitur
ſudorem uel aliam euacuationem ex parte cutis, un-
gatur cutis cum oleis ſtipticis & aſpergatur deſuper pul
uis cōſtrictiuus ſicut myrtus, lutum, chimolæa, corti-
ces granatorum & ſimilia frigida ſtiptica, & uiſcoſa,
& nullo modo materia extrahatur exterius, ſed in ſyn-
copi ſequente euacuationem intrinſecam nullo mo-
do huiuſmodi approximētur. Augmentarent enim
euacuationem illam comprimendo materiam inte-
rius. Et ſi fuerit cauſa doloris, & non ſit poſſibilis eius
ſedatio, alio ingenio ſtupefac membrū doloroſum,
ſicut curatur cholica cum philonio & ſimilibus. Et ſi
uenena ſint in cauſa, dentur bezahartica cōtra illa ue-
nena. Et obſeruentur canones ſuprafcripti tam in ue-
nenis ſumptis quàm in morſibus uenenoſorum. Et ſi
cauſa ſyncopis fuerit repletio in ore ſtomachi, ſtuden
dum eſt ut euomatur, quoniam ſanat. Et oportet ut to
leret famem & minuatur cibus. Et loco exercitij fiant
fricationes totius corporis. Ita ut etiam in ſtomacho
& ueſica. Et nō cogantur ſumere aliquid niſi uinum
prędictum, quod neceſſarium eſt in diſpoſitione ſyn
copis. Et medici ſtulti ſtudent in cibando eum exiſti-
mando quod ſit conueniens, et uiuificent uirtutem e-
ius. Ipſi ergo ſuffocant caliditatem innatam & inter-
ficiūt ipſum. Sed conueniēs eſt ut detur ſyrupus acet.
mixtus cum aliquo ſubtiliante, ſicut eſt decoctio hyſ
ſopi, ſi humor fuerit craſſus et uiſcoſus. Si autem ſub-
tilis, poſt ipſius uomitū. Si fuerit facilis, detur aliquid
repreſſiuum, ſicut ſyrupus de granatis, de agreſta &
ſimiles. Et in ſumma in quacūq; ſpecie ſyncopis attē-
datur remotioni cauſæ eius ſecundū quod eſt poſſibile.

Ex prædictis ergo breuiter collige duplex regimē.
Vnum adminiſtrandum tempore paroxiſmi ſynco
pis ſiue æger ſit in actuali ſyncopi, ſiue in diſpoſitio-
ne media inter actualem ſyncopim, & ſedationem to
talem accidentium ſyncopis. Alterū eſt adminiſtran
dum ſedatis omnino accidentib. ſyncopis. Primū au
tem ſi eſt in actuali ſyncopi, ut remoueatur à profun-
ditate ſyncopis cum aſperſione uiolēta aquæ frigidę,
ut roſaceæ, aut ſibi proportionalis in facie eius, & cū
clamoribus maximis circa ipſum, et cum titillationi-
bus circa partes ſenſibiles, & inferendo dolores quoſ-
dam ſicut digitos contorquendo, & ſimilia operan-
do circa ipſum, & approximando bonos odores na-
ribus et cordialia in regione cordis, niſi in ea quę pro-
uenit à matrice in qua fœtidi odores narib. apponan
tur, qui tamen confortēt os ſtomachi & boni odores
in collo matricis ſupponendi ſunt. Item prouocando
ſternutationes, & ſi non ſternutat non eſt ſpes ſalutis,
& hæc omnia conueniunt in quacunq; ſpecie ſynco
pis. Sed in alijs diuerſificantur. Nam ſyncopizantes ex
paucitate ſpirituū debent reſtaurari cibo & potu ſi-
cut dictū fuit. Alij uerò debent abſtinere, & propriè
cum ſyncopis ſequitur materiam lædentem multitu
dine, aut malignitate, nō autem paucitate ſpirituum,
& propriè cum ſpiritus in corde præfocantur. Sed in
his conueniunt uomitus, clyſteria, phlebotomiæ, uē-
toſæ, ligaturæ, fricationes, & omnia genera diuerſio-
nū, quæ non conueniunt in ſequente ſpirituum pau-
citatē. Sed in nullis cōueniunt ſolutiua ſumpta ſaltē
notabilis fortitudinis. Omnes tamen conueniunt in
remotione ſuę cauſę ſecundū quod eſt poſſibile in tē-
pore illo. Et ſyncopizantes ex paucitate ſpirituū de-
bent iacere ſupini. Sed ſyncopizantes propter retra-
ctionem ſpirituum, aut præfocationem eorū in cor-
de debent ſtare magis eleuati, præcipuè quando ſyn-
copis ſequeretur aſthma & anhelitus prę focationem.

Regimen autem adhibendum cum totaliter acci-
dentia ſint ſedata, licet remaneant cauſæ potentes rei-
terare ſyncopim, eſt omnino proſequēdum ſecundū
quod dictum fuit in cura tremoris. Nam cauſæ eædē
quæ faciunt tremorē cordis, ſi augentur, faciunt ſynco-
pim. Eſt tū remiſſius procedendū in ſyncopi in om-
nib. quę poſſunt uirtutē debilitare. Cura lipothymię
et caſus uirtutis ſubitò patere poteſt ex cura ſyncopis

Sed ut dictorum ueritas eluceat, ſunt quædam du
bia remouenda. Primò de intētione Gal. & Auic. te-
nendum eſt uomitum in ſyncopi competere quibuſ-
dam conditionibus ſeruatis. Primò quòd uomens
ſit facilis ad uomitum. Secundò quòd materia quæ
facit ſyncopim ſit in motu faciens nauſeam & ſub-
uerſionem taliter ut leui remedio, ſcilicet impoſitio-
ne pennę poſſit expelli, aut cū ſumptione leuis uomi-
tiui, ſicut aquæ tepidæ cui parum olei & aceti ſit ad-
mixtum, neq; ſit alia cauſa manifeſta uomitum impe
diens. Et huic ſententiæ Gal. & Auic. taliter limitatę,
parū obſtant rationes Auer. ſecundo Colliget, quas
gratia breuitatis omitto, & quia pauci ſunt momen-
ti. Secundū dubium remouendum eſt propter dictū
Auic. in fine capit. de ſyncopi. Patientes quidem ſyn
copim præcipiuntur uigilare & dimittere locutionē.
Pro quo ſciendum quòd debent dimittere locutio-
nem, quia labor duplex eſt in locutione ſpiritus re-
ſoluens, & uirtutem debilitans, unus in cogitatio-
ne, alter in motu membrorum ſpiritualium & reli-
quorum deſeruientium locutioni. Attamen pro

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.150

paruo tempore debent dimitti, imò cogi loqui ut releuenť magis à profunditate ſyncopis, ſed cū notabiliter releuati ſunt, prohibeať locutio. Sed de uigilijs ſciendū dictū Auic. poſſe intelligi, aut tēpore actualis ſyncopis, aut tēpore quietis. Sed de tēpore quietis dicamus, primò quòd uigiliæ aliqñ conueniunt, aliquādo diſcōueniunt, ſecundū diuerſas cauſas ſyncopis. Si eñ ſyncopis ſequiť morſum, aut ſumptionē uenenoſorum, aut apoſtemata maligna uenenoſa, ſicut althoin & ſimilia, aut febres pendentes à materia uenenoſa ſicut peſtilentiales, ſyncopalem minutā, uigiliæ cōueniunt, & ſomnus prohibendus, ne materia & uapores uenenoſi uadāt ad cor, cum in ſomno fiat reditus ſanguinis & ſpiritus ad cor, ut ſupra in cap. de ſubeth. Et Ariſt. 3. de animalibus in cap. de ſanguine & lacte, dicit quòd ſignū reditus ſanguinis ad intra eſt quòd ſi ſcindatuť cutis nō exibit ſanguis in dormiēte ſicut in uigilāte, hoc tamen intelligendū eſt quātum ad principiū ſomni, quia poſtea in proceſſu pandunť ſanguis & ſpiritus. Item Auic. 4. primi cap. de phlebot. dicit, quòd ſuperfluitates in ſomno ad profunditatē corporis trahunť. Et propter hoc 2. primi cap. de ſomno et uigilia, homo prҿterea cogiť uigilare multotiēs & ſomnū à ſe dimittere timore ſyncopis & caſus uirtutis. Item iuuamentū ſomni quod eſſet in his caſib. ad fortificandū digeſtionē eſt nullū, quia materiҿ uenenoſæ non ſunt digeſtibiles. Si aūt ſyncopis fieret à mēbris frigidis repletiōalib. ſicut in ſyncopali humoroſa, ſomnus concediť ad fortificandum digeſtionem. Propterea dicit Auic. in cura ſyncopalis humoroſæ ponať medietas tēporis dormitioni, & medietas tēporis fricationi ſi poſſibile eſt. Sōnus enim iuuat ad digeſtionē humorū crudorū, & fricatio reſolutioni. Itē in omni ſyncopi ſequente euacuationē ſomnus cōpetit, præterquā in ſequēte ſudorē, cum ſomnus omnes manifeſtas retineat euacuatiōes prҿter ſudorē. Niſi fortè ſudor ſequereť nimiā pororū dilatationē. In quo caſu ſomnus magis cōpetit quàm uigiliҿ, cum magis iuuet ad pororū cutis conſtrictionē quàm uigiliæ. Huius aūt ſignum eſt, quia corpus magis infrigidať ſecundū partes extrinſecas in ſomno quàm in uigilia, & econtra in uigilijs. Propterea plurib. indigemus operimētis in ſomno quā in uigilia, ſecunda primi. Si uerò ſyncopis fit à dolore corporeo ſomnus cōfert, ſopit eñ dolorē. Si uerò pēdeat ab accidentib. animi, ſomnus cōfert pro quanto ſedat accidētia animi, & facit ad obliuionē, ſed magis confert in his accidentib. quҿ trahūt ſpiritus ad exteriora, ſicut gaudiū, ira, & ſimilia quā in trahentib. ſpiritum ad interiora, ſicut timor, triſtitia, & ſimilia. Si uerò in cauſa ſit labor et fames adhibito cibo ſomnus cōfert, ſed abſque cibo nocet, apud Raſim in diuiſiōibus cap. de ҿgritudinib. ſtomachi. Sed nota quòd quāuis aliquib. ſyncopizantib. ſomnus concedať, aliquib. uigiliæ, nō tamē credendū eſt quoſdam eorum ſemper debere uigilare quoſdam dormire, ſed omnib. dum diu perſeuerant in quiete ſyncopis, ſunt ſomnus quā & uigiliæ neceſſariæ, ſed aliquibus magis ſomnus uigiliæ, aliquibus econtra. Et ſemper dū ſyncopizātes uigilāt aut dormiunt, ſint medici, aut aſtantes qui ſemper notent faciē, pulſum, et anhelitū, notētque accidētia ex ſomno ſequētia & uigilia & an ſycopis magis infeſtet in ſomno uel in uigilia. Et ſecundum exigentiā poſſet prouideri, ſi eñ ſomnus cōtulerit permittāť dormire, ſi nō euigilēť. Sed in actu ſyncopis ſi ipſa ſequať attractionem ſpiritus ad cor, aut eorū in corde præfocationē, excitandi ſunt, & propriè ſi pendeat à materia lædente ſui multitudine aut malitia. Quòd ſi ſequatur paucitatem ſpirituū, & fuerit ſine cibo quo reſtaurari poſſunt, euigilenť & cibentur, poſtea permittanť dormire. Si uerò cibati, & dormiant in actu ſyncopis, ſi tibi conſtet de ſomno, quod tamen eſt difficile, permitātur, & præcipuè ſi præceſſerint longæ uigiliæ, ſed ſemper attēdatur facies, pulſus, & anhelitus, an tēdant in melius & ſinantur dormire. Si uerò in deterius euigilenť, et prouideāť ſecundū oportunitatē. Si uerò tibi non cōſtet de ſomno, excitētur à profunditate ſyncopis, nā poſſent adeo profundari quòd mors ſequereť.

DE ANATOMIA MERI ET STOmachi. Cap. LXXVII.

IVxta morem noſtrum. Inprimis præmittenda eſt anatomia meri, ſiue œſophagi & ſtomachi. Meri eſt canalis ſiue uia cibi ab ore ad ſtomachū & ſuperfluitatum à ſtomacho ad os longa, ſtricta, rotunda, cum ore ſuperius et epiglottide, & cum ſtomacho inferius continuata, iuxta ſpondiles ſita, & duabus tunicis, cum uillis longitudinalibus, & latitudinalibus compoſita, ad deglutiendum finaliter ordinatum. Pro eius diffinitionis declaratione ſciendum quòd cum meri habebat duas operationes pro toto communes, ſcilicet deglutire, & expellere quæ in uomitu expelluntur. Principalis operatio ſua eſt deglutire. Et hāc leuiter perficit, primò quia eſt ſibi naturalis, ſecundò, quia ad ipſum cōcurrit utraque tunica interior neruoſa in qua ſunt uilli longitudinales deſeruiētes ad attractionē, & exterior carnoſa, in qua ſunt uilli latitudinales deſeruientes ad expulſionem, attrahit enim primò per longitudinales, deinde quod attractum eſt paulatim expellit uerſus ſtomachum per latitudinales. Et tertiò quia graue facilè tendit deorſum. Econtra uerò uomitus eſt difficilis, primò quia prҿter naturam, nam ſi fiat à natura fit ab ipſa prҿternaturaliter ſtimulata, et non completur niſi per tunicam extrinſecam cum uillis longitudinalibus, et quia graue cum difficultate aſcendit ſuperius. In meri autē non fuerunt uilli trāſuerſales, quia non ordinatur in retentionem. Quamuis aliqui dixerunt in ipſo eſſe aliquos paucos tranſuerſales, quia illud quod deglutitur & ſi ſit liquidum paulatim deſcendit, quod arguit ibidem eſſe aliquā uirtutem retentiuam, non enim deſcendit ſicut in foramine. Primi tamē reſponderēt hunc gradatū deſcenſum eſſe per uillos longitudinales, & latitudinales, nullo modo exiſtentib. tranſuerſalibus. Eſt aūt meri longius quām ſit cāna pulmōis, cum tranſeat diaphragma uſque ad 13. ſpondilem, ubi continuatur cum ſtomacho, & eſt ſituatum poſt cannam iuxta ſpondiles, quia canna debuit eſſe anterius, cum inſpiratio aëris per eam ad pulmonem ſit ferè cōtinua, quare hunc locum anteriorem ſibi dignius uēdicauit, ut ſit ori magis cōtinua per quā aër ingrediť. Et etiam cum ſit chartilaginoſa eſt magis tuta ab extrinſecis occurrentibus. Et cum meri deſcendunt duo nerui à tertio pari neruorū cerebri uenientes ad os ſtomachi ad dandum ipſi ſenſum, ut cum uacuus eſt percipiat inanitionem, & inſurgat cibi & potus deſyderium.

derium. Et non pertranſeunt ad fundum eius cum illi non pertineat hæc ſenſatio. Stomachus eſt membrū inſtrumentale magnum rotundū ad figuram tendēs arcualem, in medio corporis ſitum, ex duab. tunicis cum uillis longitudinalibus, tranſuerſalibus, & latitudinalibus compoſitum, duo habens orificia. Vnum ſuperius cū meri. Alterum inferius cū inteſtino duodeno continuatum ad appetendum, & digerendum cibum pro toto prima digeſtione finaliter ordinatū. Quòd ſit inſtrumentale manifeſtum eſt. Et magnitudinem eius arguit quantitas cibi in ipſo contenti, licet dum cōtinet cibum corrugetur & paruificetur, & eſt rotundum, quia hæc figura eſt capaciſſima & à nocētibus magis tuta. Tendit tamē ad figuram arcualem in modum cucurbitæ retortҿ, cum os ipſius ſit magis in ſiniſtro & ſuperius, fundus magis in dextro & inferius, quod factum fuit, quia ad os ipſius debet trāſmitti melancholia à ſplene ad famem excitandam, & fundus debuit eſſe in dextro, ut epar ſuperpoſitum ei cum quinque pennulis ſuis ipſum amplecteretur ad uigorandum eius digeſtionem, & quia cholera quæ in Kyſti ſub media pennula epatis continetur, debet trāſire ad fundum eius ad uigorandum digeſtionem. Et quia in latere ſiniſtro iuxta renem eſt inteſtinum colō circunuolutum occupans magnam partem, & in dextro ſunt inteſtina gracilia parū loci occupātia, quare congruentius fuit, ut fundus in dextro, & os in ſiniſtro locaretur. Eſt autem ſitum in medio corporis, habet enim deſuper cor mediante diaphragmate. Inferius meſenterium & inteſtina, à dextris epar, à ſiniſtris ſplenē cui ſuperponitur anterius ſcirbū, & ſiphax, & mirach. Poſterius habet muſculos dorſi, uenā chilis, & arteriam aorti deſcendentes, ex quibus patet ipſius colligātia. Eſt aūt compoſitus ex duabus tunicis. Intrinſeca neruoſa denſa & craſſa cū immediatè obuiet cibo, ne ſi eſſet mollis facilè patiatur ab ipſo. Exterior aūt fuit carnoſa minus denſa & craſſa adiuuans ad digeſtionem. Hæc aūt debuit eſſe exterius, quia non eſt neceſſarium id quod digeritur contangi à digerente. Sed bene neceſſariū eſt id quod ſentiť ſenſu tactus cōtangi à ſentiente. Sunt aūt in ſtomacho uilli longitudinales ſiti in ſuperficie intrinſeca tunicæ interioris ipſius ſtomachi, ordinati ad attrahēdum cibū à meri, imò ipſum meri attrahit cibum ab ore, ſicut & in uomitu ſtomachus eſt primus inchoans, meri autē ſibi deſeruit tanquam ei ſubordinatum. In ſuperficie autē extrinſeca tunicæ interioris, ſunt uilli tranſuerſales ordinati ad retinendum quod per uillos lōgitudinales eſt attractum, donec digeſtiua ſuam compleat operationē. In ſuperficie aūt tunicæ extrinſecæ ſunt uilli latitudinales ordinati ad expellendum, quod in ſtomacho indiget expulſiōe, aut ad inteſtina per pyloron, aut ad extra cum uomitu per uiā oris & meri. Habet etiā ſtomachus duo orificia. Primū ſuperius cum meri continuatum, quod eſt latius quàm inferius continuatum cum duodeno dictū pyloron, quia res craſſҿ debēt per ſuperius tranſire ad ſtomachū. Sed res ſubtiles debent ire per pyloron ad inteſtina iam prædigeſtæ in ſtomacho. Iſtorū autem orificiorum primum non eſt in parte ſuprema ſtomachi. Nec ſecundum in parte infima, ne fieret facilis deſcenſus cibi ad inferiora ante digeſtionē. Imò natura ordinauit, ut magna pars fundi ſtomachi eſſet infra orificiū inferius, ne cibus indigeſtus egrediatur. Et etiam ordinauit, ut magna pars oris ſtomachi eſſet ſupra orificium ſuperius, ne ſi homo pedibus ſuſpēdereť, cibus immediatè per os egrediatur. Eſt tamē ſtomachus ſecundum os eius alligatus decimæ tertiæ ſpondili dorſi, quæ eſt uigeſima numerādo à ſuprema ſpondili. Et propterea medicinæ oris ſtomachi debent exterius circa 13. ſpondilem applicari, quia declinat os ſtomachi poſterius ſicut fundus declinat anterius. Et ſecundum fundū eius eſt alligatus decimæ octauæ ſpondili dorſi, quæ eſt ultima quinque ſpondiliū alchatim. Et numerando à ſuprema ſpondili eſt uigeſimaquarta ita quòd ſtomachus ſecundum os eius alligatur primæ ſpōdili alchatim, & ſecundum fundum ultimæ. Eſt autem ordinatus ad appetendum cibum pro toto & digerendum ipſum prima digeſtione, cum ſecūda digeſtio ſit in epate. Appetitus aūt debetur ori ſtomachi ſequens ſenſationem ei tributam per neruum deſcendentem per meri à tertio pari neruorum cerebri. Digeſtio autem principaliter eius fundo debeť. Et ſunt in eo uenæ quҿ ad minima diuiduntur deferentes ei ſanguinem quo nutritur. Et ſimiliter ſunt in eo arteriæ diuiſæ, ſed nō ualde manifeſtæ, & ex his patet complexio ſtomachi & meri, ſunt enim frigidæ & ſiccҿ complexionis partibus neruoſis in ipſis dominantibus. Poteſt aūt pati omne genus ægritudinis, ſcilicet malam complexionem generis cuiuſcūque, ſine materia, & cum materia, aut imbibita, aut inuiſcata, aut natāte, aut apoſtemāte. Et poteſt pati malam compoſitionem in creatura, quia ſuperficies ſua poteſt eſſe parū aſpera, & per conſequens lubrica, aut in uia ſicut eſt oppilatio alicuius ſuorum orificiorū, aut in quantitate, quia ſit nimis magnus, aut paruus. Item ſolutionem continui quæ ſi ſit ſuperficialis, curabilis, ſi uerò utrinque penetrans, incurabilis. Apoſtema etiam poteſt pati cuiuſcunque generis quod ſecundum plurimum eſt mortale, & maximè cum exituratur.

DE VOMITV. CAP. LXXVIII.

PRimò expediemus materiam uomitus, deinde agemus de cholerica paſſione. Eſt ergo ſciendum primò quòd reperiuntur iſti termini uomitus, ſubuerſio, nauſea, faſtidium, ſiue abominatio ſignificantes diſpoſitiones, quarum una eſt uia in reliquam. Paruum enim nocumētum ſtomachi facit abominationem aut faſtidium. Quod ſi augeatur facit nauſeā, quæ eſt inclinatio ad ſubuerſionem & uomitum. Si adhuc magis augeatur facit ſubuerſionē, quæ eſt motus præter naturam ſtomachi ad expellendum per uiam oris, quamuis nihil corpulentum expellatur. Et diciť ſubuerſio, quia fundus ſtomachi uertitur ſuperius uerſus os eius, ac ſi deberet inuerſari, uel fortè quia mouetur motū compreſſionis incipiendo à parte inferiori uerſus ſuperius. Subuerſio autem animi ſecūdum antiquos eſt, aut nauſea inſeparabilis, aut deſtructio appetitus. Si autem magis augeatur & fit aliquid uomibile faciet uomitū qui eſt motus prҿter naturā ſtomachi, cū quo expellitur aliquid corpulentum per uiam oris. Et iſtæ diſpoſitiones ex omni parte ſunt contrariæ appetitui.

Vomitus eſt duplex. Quidam quietus qualis eſt ille qui accidit ſtomachicis facilè uomentibus. Alius eſt acutus & æſtuoſus, qualis eſt in cholerica paſſione & in

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.151

& in his qui ſumpſerunt uomitiua fortia, in prægnãtibus, & in his qui propter ſtricturã pectoris, aut debilitatem uillorum latitudinalium, & tunicæ extrinſecæ ſtomachi difficulter uomunt. Item quidam uomitus eſt creticus exiſtens terminus multarum ægritudinum, ſicut febrium acutarũ, apoſtemarũ epatis, quæ ſunt in latere concauo & ſimilium. Quidam ſymptomaticus ſicut qui accidit in acceſſione febrium, & etiã cauſis ſimilib. Item quidã periodicus, ſicut qui ſequit̃ periodos expulſionis melãch. ad os ſtomachi, et qui ſequit̃ expulſionem ſanguinis ad ſtomachum omni menſe propter retentionem ſanguinis menſtrualis ſolitꝰ eo tempore per matricẽ euacuari, & in diuerſis diuerſas ſeruant periodos, quibus frequẽter in ſua ſanitate conſeruantur. Quidã ſine periodis. Item ſumunt̃ ſpecies eius ſecundũ cauſas obiectas, quæ uomitu expelluntur, ſicut quidam eſt uomitus cholericus cholera naturali, aut non naturali, ſicut uitellina, praſſina, æruginoſa, & ſimilibus. Quidã phlegmaticus diuerſificatus ſecundum diuerſas ſpecies phlegmatis. Quidam melanch. Quidam ſanguineus ſecundum plurimum malus, & propriè cum febre, licet aliquãdo bonus, cũ ſuperfluat in quãto, aut malignitas ipſius expectatur, alius permixtus ex plurib. humorib. Item alius cibalis, alius chiloſus. Itẽ alius in quo uermes & aliquę fœces expellũt̃ ſicut in cholica, ileos. Alius fœtidus ſicut in prægnantibus. Item aliquis in quo caro uerrucoſa, aut fiſtuloſa expellit̃ abſciſſa à ſtomacho propter uehementiam conatus, aut à rebus incidentibus, aut abſtergẽtib. Item alius ſanioſus propter apoſtema ruptũ in ſtomacho, aut ulcus eius, aut quia ad ipſum deriuatur ab exituris, aut ulcerib. membrorũ uicinorum, & ex his infertur quinta diuiſio, quod aliquis eſt laudabilis aliquis illaudabilis, licet omnis ſit præter naturam.

Cauſæ uomitus ſunt corporeę, aut primitiuæ. Sed corporeæ duplices, aut per eſſentiã, aut per cõmunitatem. Cauſæ per eſſentiam ſunt mala cõplexio cuiuſcunq; generis cum ſuperfluit, ſine materia, & cum materia ſanguinea phlegmatica cholerica, melancholica aquoſa & uentoſa, & cæteris de quibus ſupra. Huiuſmodi autem materiæ ſunt, aut natãtes, aut inuiſcatæ, aut imbibitæ. Et faciunt uomitum pungendo grauãdo, aut extendendo. Et acuitas ſenſus oris ſtomachi, aliquando eſt in cauſa ſequens complexionem calidã & ſiccam tantum. Item mala compoſitio ſicut oppilatio pyloron, & uermes qui ſunt morbus in numero grauando, aut pungendo, & ſolutio continui, aut recens, aut antiqua, pẽdens à cauſa intrinſeca, aut extrinſeca. Item puſtulæ & apoſtemata cuiuſcũq; generis & propriè in ore ſtomachi. Itẽ dolor ſtomachi ſequẽs malam complexionem, aut ſolutionem continui, aut ambas ſicut in apoſtemate. Item debilitas ſtomachi ſequens læſionẽ alicuius naturæ unius, aut plurium, aut raritatem texturę, aut paucitatem ſpirituũ, per has enim cauſas ſtomachus facilè ad uomitum paratur, ſi in eo reperiatur aliquid uomibile ſicut cibus aut potus, aut aliquid ex ſupraſcriptis, imò etiam paratur ad ſuſceptionem ſuperfluitatum aliorum membrorum, & ad cõgregandum eas per uiam paulatim factæ congeſtionis. Iſtę autem cauſæ ſupraſcriptæ faciunt uomitum frequenter ſi ſint in ſtomacho res uomibiles. Si uerò nõ, faciunt nauſeam & ſubuerſionẽ.

Vomitus autem per communitatem quandoq; eſt à toto, ſicut in febribus. Qui quãdoq; eſt criticus & terminus ipſarum, quandoq; ſymptomaticus ſicut in peſtilentialibus, & eſt ſecundum plurimũ malus mortem protendens. Sed in cæteris eſt ſecundum plurimũ bonus, ſi per eum materia febris educitur. Si uerò ſolum cibus, eſt ex toto genere malus. Et quãdoque eſt per communitatem à toto abſq; febre propter ſuperfluam repletionem, aut cachochymiã cum debilitate ſtomachi recipientis, recipit enim ſuperfluitatem à toto mediante epate. Quandoq; fit uomitus per cõmunitatem à cerebro tranſmittenti ad ſtomachum materiam catarrhalem, aliquando per ſolam communitatem abſolutam ſicut accidit in percuſſionibus capitis, apoſtematibus cerebri, & ſimilibus in quibus ſtomachus compatitur capiti propter neruos deſcendẽtes à .3. & 4. pari neruorũ cerebri ad ipſum. Quãdoq; fit per cõmunitatem à ſplene tranſmittẽte melãch. cũ periodis aut ſine periodis, & quandoq; ſolum ſuperfluè infrigidando. Quandoq; fit per communitatem ab epate, & propriè à concauo eius & Kyſti tranſmittentibus ei ſecundum plurimum ſanguinem, aut choleram. Et quandoq; eſt communitas abſoluta per cõpaſſionem ſtomachi ad epar, ſicut in magno apoſtemate eius, ſi interueniat ſimplex alteratio, ſiue nocumentum mediante neruo utriq; communi. Quandoq; per communitatem ab inteſtinis, aut per ſimplicem dolorem ipſius, aut quia uermes aſcẽdunt ab eis ad ſtomachum, aut fœces regurgitãt ad eum ſicut in cholica & ileo. Quandoq; per communitatẽ à renibus & poris uritidibus in fortibus doloribus ipſorũ, ſicut eſt dolor calculi, quandoq; per communitatem ad matricem ſicut in retentione menſtruorum, aut naturaliter ſicut in prægnante, aut præternaturaliter ſicut in oppilatione, & propter reliqua nocumẽta eius cui ſtomachus facilè compatitur. Et in ſumma per cõmunitatẽ ferè ab omnibus membris cõmunitate abſoluta et nõ abſoluta. Cauſæ aũt primitiuę ſunt, ſicut aẽr ſuperfluè calid. aut frig. aut corruptus, ſicut peſtilentialis, & à cadaueribus mali odoris, licet prima impreſſio ſit in corde, læditur tamen os ſtomachi, cordi compatiens ſua propinquitate & nimia ſenſibilitate. Item cibus & potus ſuo odore, ſapore, proprietate, quãtitate nimia, mala præparatione, unctuoſitate ſuperflua, & ſimilibus ſtomacho diſproportionatis, & propriè cum ſumuntur abſq; deſyderiõ. Item motus agitatiuus poſt cibum. Item ira, triſtitia, & ſimilia animi accidentia, & propriè imaginatio alicuius rei obſcœnæ. Item res extraneæ ſicut percuſſio, caſus, morſus uenenoſorum, & ſumptio uenenorum. Item dimiſſio obſeruationis ſtomachi longo tempore conſuetæ, ſicut pelles circa ipſum conſuetæ portari & ſimilium. Hæ autem cauſæ leuiter imprimentes faciunt faſtidium & abominationem. Sed fortius imprimentes faciunt nauſeam, & ſubuerſionem. Et adhuc fortius uomitum ſi res uomibilis in eo reperiatur. Cauſæ uerò nauſeæ, & ſubuerſionis abſque uomitu ſunt. Aut abſentia rei uomibilis, ut quia non adeſt, aut ſi adeſt, eſt imbibita, aut inuiſcata, aut debilitas cauſæ imprimentis, aut impotentia ad uomendum propter debilitatem ægri, aut ſtomachi ineptitudinẽ & difficultatem ex cauſis ſupradictis, ſcilicet quia ſtricti pectoris, aut habet uillos latitudinales debiles, &

ſic

ſic de alijs cauſis facientibus ſtomachum impotẽtem & ineptum ad ſe conſtringendum, & mouendum ad ſuperiora, & nimia ſtomachi lenitio, & relaxatio facit ipſum pronum ad fluxum per inferius et ineptum ad uomitũ. Pro notitia cauſarum uomitus ſanguinis eſt ſciendum, quòd ſanguis qui uomitur immediatè uenit à ſtomacho uel meri. Cauſa tamen eius aliquando eſt in ipſo ſtomacho uel meri, ita ut ſanguis qui euomitur profluat ex ſubſtãtia ſtomachi uel meri. Aliquando cauſa eſt in membris ſtomacho cõmunicantibus, & ſanguis ab ipſis ad ſtomachũ deriuatur, deinde uomitur. Cauſa aũt primi eſt ruptura uenæ in ſtomacho ſequens laborioſum uomitum, aut ſumptionem medicinarum, aut ciborum acutorũ aut caſum, offenſionem, ſeu percuſſionem eius, aut apoſtema nõ maturum ruptum, aut ulcus corroſiuum, aut fiſtuloſum, aut ſanguiſuga adherens meri uel ſtomacho. Si uerò ab alijs membris deriuatur ad ipſum tunc uenit, aut à capite, & per colatoriũ deſcendens ad meri profluit ad ſtomachum, aut deriuatur à ſplene per uiam expulſionis melancholiæ ad os ſtomachi, & tendit in nigrum, habẽs ſaporem ponticũ, aut acetoſum. Aut deriuatur ab epate per meſeriacas ad ipſum terminatas, & quãdoq; regurgitat à matrice in retentione mẽſtruorum, & quãdoq; à toto cum eſt retenta euacuatio ſang. naturalis, aut artificialis conſueta, & quandoq; cum ſuperfluit propter membri mutilationem, aut conuerſionem ad regimen ſanguinis multiplicatiuum cum paucitate exercitij, & quandoq; fit uomitus ſanguinis à uirtute ſana expellente ſuperfluũ quãti aut qualis. Et propter hoc eſt in uomitu duarum librarum ſanguinis, aliquando trãquillitas & iuuamẽtum. Et quandoq; fit à uirtute ægra criticè, aut ſymptomaticè ſanguinem expellente, ſicut in ſynochis, & quibuſdam alijs febribus, et apoſtematibus, ſanguine ad ſtomachum deriuato, qui aliquãdo eſt ſalubris & terminus ægritudinis, ſed ut plurimum pernicioſus præcipuè ſi ſit cum febre, & ipſum non ſequatur pręcedentis ægritudinis alleuiatio, & quãdoq; cauſa uomitus ſanguininis eſt apoſtema ruptum in epate, ſplene, et alijs membris ſtomacho cõmunicantibus, & eſt ſecũdum plurimũ ſanguis parum permixtus qui deriuat̃ ad ſtomachũ per uias manifeſtas, aut occultas.

Signa prognoſtica uomitus, ſunt faſtidium & abominatio prçcedens, tremor labij propter continuationem pelliculæ oris, cũ pellicula oris ſtomachi, nauſea & ſubuerſio & tenſio, tractus hypochondriorum ad ſuperiora. Signa demõſtratiua nauſeæ, ſubuerſionis uomitus habẽtur ex relatu ægri, & ſunt ſenſui manifeſta. Signa cauſarum primitiuarum ſunt ipſę cauſæ primitiuę, poſt quas ſequutus eſt uomitus, & propriè cum nõ apparet ipſum ab alijs cauſis ueriſimiliter pẽdere. Signa cauſarum uomitus per communitatem ſunt, quia præceſſerunt nocumenta totius, aut membri alicuius cum quorum augmento fit & augetur uomitus, & decremento decreſcit & ablatione aufertur, & propriè cum non apparẽt aliæ cauſę primitiuæ, aut per eſſentiã à quibus ueriſimiliter poſſit pendere. Signa cauſarum uomitus per eſſentiã ſunt hęc, ſi enim ſit à mala complexione ſine materia adeſt triſtis ſenſatio, & propriè in ore ſtomachi qualitate illius, & eſt ſine grauitate, neq; habet eructationẽ ſaporis extranei, & frequenter habet nauſeam, & ſubuerſionẽ abſq; uomitu niſi cum cibus ſumit̃ & læditur ex quacunq; re ſumpta, & in frigida magis læditur digeſtio, in calida magis appetitus, & adeſt ſitis. Sed humida et ſicca cognoſcuntur ex ſiti & priuatione eius. Item cognoſcuntur ex cauſis præcedentibus. Item quia læditur à ſimilibus & iuuatur à contrarijs. Si uerò ſit materia, adeſt grauitas & cognoſcitur materia per ſaporem eructuationis redolentis amarum, dulce, acetoſum, ponticum, fœtidum, & ſimiles proportionatos materiæ quæ eſt in ſtomacho. Item frequenter adeſt ſitis, ſi in eo ſint humores calidi per eſſentiã, aut putrefactionem. Sed multo magis manifeſtatur cum motu per ſaporem, odorem, & colorẽ eius quod uomitur. Item manifeſtantur per colorem linguæ, et accidentia quæ ſunt ſicut ſtupefactio dentium, & nocumento operationum ſtomachi, & ſi humores ſint inuiſcati aut inbibiti adeſt nauſea frequens, et ſubuerſio abſq; uomitu. Signa acuti ſenſus oris ſtomachi ſunt, quia læditur à quacunq; re ſumpta etiam debilis impreſſiõis & eſt pronus in ſyncopim propter leuia nocumenta ſtomachi, neq; poteſt diu ſitim aut famem tolerare. Signum oppilationis pyloron ſunt, tardus deſcenſus chili poſt cibi digeſtionem etiam ſi ſit paucus & facilis, & propriè cum digeſtiua non eſt debilis neq; adſunt aliæ cauſæ tarditatis deſcẽſus. Signa uermium in ſtomacho ſunt, quia adeſt titillatio quędam & commotio quaſi uoluntaria, ſed de his inferius in proprio cap. Solutio uerò cõtinui in ſtomacho ſi recens eſt, cognoſcitur per dolorem, ſanguinis exitum per uomitum, aut per ſeceſſum. Si antiqua, per exitũ ſaniei per eaſdem regiones, & quandocunq; ſumitur aliquod acutum, ſicut acetum, augetur dolor & mordicatio. Signa puſtularum & apoſtematum ponentur inferius in cap. proprio; Signa autem debilitatis ſtomachi comprehenduntur ex læſione operationũ ſuarum. Sed raritas texturæ & paucitas ſpirituum, quæ ſunt cauſæ debilitatis ſumuntur ex extenuatione corporis, & quia facilè læditur à quacunq; cauſa. Subtilitas autem humoris cognoſcitur quia iuuatur à ponticis. Sed craſſities, quia iuuatur à ſubtiliantib. Sed multitudo humiditatis ſuperfluę cognoſcitur ex nauſeatiuis ſatietatibus præcedentibus, multitudine ſaliuæ, multitudine egeſtionis, ſed ex multitudine uomitus certificatur. Diſtinguitur inter ſanguinem uenientem ex ſubſtantia meri, & uenientem ex ſubſtantia ſtomachi per locũ doloris, ſi prouenerit cauſa ulceris & corroſionis aut rupturæ. Si uerò non adſit dolor, cognoſcitur quòd ex meri per paucitatem eius & impedimentum deglutionis, ſed ex ſtomacho maior fluit quantitas, & non eſt impedimentum in deglutione. Item cognoſcitur ex cauſis pręcedentibus, & moleſtantibus ſtomachũ, aut meri & ſumptio aceti mordicando locum à quo ſanguis emanat, diſtinguit locum. Si uerò ſit ex apertione orificiorum uenarum, aut reſudatione in quibus non eſt dolor cognoſcitur, quia per reſudationem eſt paucus, ualde & ex apertione inprimis paucus, deinde maior, ſed in ruptura uenę eſt aliquis dolor, & multus prima uice egreditur. Et illum qui eſt à corroſione ſignificant ſigna ulceris quod præceſſit, & ſanguis ab eo egreditur in primis paulatim, deinde emanat res plurima ulcere ampliato. Signa autem ulceris ſunt manifeſta ex ſupraſcriptis, & fiſtuloſum ex antiquitate cognoſcit̃.

Sed

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.152

Sed apoſtema non maturum ruptum cognoſcitur in
cap.proprio. Et quando ex ſauguiſuga cognoſcit̃ ex
præcedenti punctione iterata quando erat adhęrens.
Item ex ſang. ſubtili aquoſo, & quia bibit aquam
in qua habitabant ſanguiſugæ. Signa aũt ſanguinis
deriuati à toto, uel ab alijs membris ad ſtomachum
ſunt nocumenta totius, & aliorum membrorũ præ-
ſentia abſque nocumento ſtomachi cum abſentia ſi-
gnorum exitus ſanguinis à ſubſtantia ſtomachi, de
quibus ſupra. Et ſi deſcēdat à capite per colatorium,
multotiēs ex eo aliquid ſpuendo cum raſcatione, aut
ſine raſcatione emittitur, & ſi à ſplene tendit in nigrũ
& eſt rubidum, & habet ſaporem acetoſum aut pon-
ticum. Sed ab epate & reliquis partibus ueniens ha-
bet ſaporem proprium ſanguinis. Cognoſcitur au-
tem à quibus membris proueniat ex præceſſione no-
cumentorum illorum membrorum, & ex cauſis eius
ſcilicet ex retentione ſanguinis hæmorrhoidalis, aut
menſtrualis fluere conſueti, mutilatione membri, re-
gimine ſanguinis multiplicatiuo & ſimilibus. Co-
gnoſcitur autem quòd proueniat à ſana uirtute cum
nihil de eſſe ſuo moleſtetur patiens, & quòd ſanguis
eſt ſatis laudabilis. Et criticus cognoſcitur per ſeda-
tionem ægritudinis præcedentis, ſypmtomaticus au
tem non eſt cum huius alleuiatione, imò ſecundum
plurimum pernitioſus.
Prognoſtica. Quando multiplicatur nauſea in cō
ualeſcentibus indicat conuerſionem ſiue recidiuam.
Secundum. Vomitus in apoſtematibus epatis, &
propriè concaui & ſplenis proportionatus materiæ
facienti apoſtema frequenter bonus. Similiter in eo-
rum oppilationibus, in reliquis apoſtematibus ſecun
dum plurimum malus. Tertium. Vomitus in febri-
bus proportionatis materiæ febris ſecundum pluri-
mum bonus, & propriè in die critica niſi in peſtilen-
tialibus. Quartum, multotiens accidit febricitanti
ſpaſmus, aut epilepſia, aut ſimile epilepſiæ ſubitò et e-
uomit humorem, ut eſt flos æris, aut indicum & eua-
dit. Quintum, frequenter uomitus remouet ſingul: ũ
clamoſum. Sextum, ex adminiſtratione uomitus cũ
æqualitate ſeruantur renes, & curantur eorum & pe-
dum nocumenta, & fit præſeruatio à multis ægritu-
dinibus. Confert enim uomitus in omnibus ægritu-
dinibus quæ fouentur à materia in ſtomacho conten
ta, & confert in ægritudinibus proprijs materialibus
abſq; apoſtemate & ulcere. Item confert in ægritudi-
nibus renum, ueſicæ, & membrorum inferiorum, di
uertit enim ab inferioribus & eradicat à ſuperiorib.
4. primi cap. proprio. Et ſolutio uẽtris ſe habet econ
trario. Et in omni ægritudine materiali maximè bo-
num eſt habere ſolicitudinem de ſtomacho ut rectifi-
cētur eius operationes, curat enim & præſeruat à plu
ribus ægritudinibus, & apud Hipp. & Auic. ad præ-
ſeruandum adminiſtretur in menſe bis duobus dieb.
proximis, ut unus ſuppleat in quo alter deficit, quod
intelligit̃ in corporibus culpatè ſanis & facilè uomē-
tibus, et quibuſdam ſufficit bis in anno, ſcilicet uere et
autumno, multiplicatio nãq; uomitus debilitat uir-
tutem ſtomachi, & facit ipſum lacunã ſuperfluitatum
& iuuãtior uomitus eſt poſt balneum, comeſtionem
& potum copioſum. Septimum, uomitus cholericus
purus eſt malus, ſignificans ſuperfluam caliditatem,
& ſimiliter phlegmaticus purus malus, ſignificans ſu
perfluam frigiditatē. Sed laudabilior uomitus eſt in
quo phlegma choleræ eſt admixtum, qui duo humo
res non ſunt multum diſtantes à phlegmate, & à cho
lera naturalibus. Hi enim ſunt conſueti in ſtomacho
multiplicari, phlegma quidem per uiam paulatim fa
ctæ congeſtionis, ſed cholera pet uiam defluxus. Vo
mitus autem fœtidus, niger, praſſinus æruginoſus, &
diuerſorũ colorum, id eſt, in quo aggregant̃ ferè om-
nes colores ſignificans aggregationem multarum ſu
perfluitatum & difformem diſpoſitionem epatis, &
totius eſt peſſimus. Et praſſinus & ęruginoſus ſignifi
cant caliditatem adurentem ſecundum plurimum.
Sed uomitus ad nigredinem declinans ſicut azurum
& indicum ſecundum plurimum congelationē. Ni-
ger uerò indifferenter caliditatem & frigiditatem.
Verum quicũq; horum eſt à caliditate eſt decliuis ad
ſplendorem & claritatem, & qui à frigiditate eſt abſ-
que ſplendore, nam in congelatione excludũtur par-
tes diaphanæ, quæ non excluduntur in aduſtione.
Et habenti apoſtema calidum in epate accidit in pri-
mis uomitus cholericus, deinde praſſinus, dinde ęru-
ginoſus cui coniungitur ſingultus. Niger uerò ſecun
dum plurimum fit à nocumēto ſplenis, licet poſſit eſ-
ſe ab epate, & propriè in apoſtemate eius propter ſu-
perfluam aduſtionem ad quam quandoque fit trãſi-
tus per uomitus cholericos ſupraſcriptos. Octauũ, di
ſpoſitio mala & timoroſa eſt, ut ſit os ſtomachi ſub-
uerſum, patiens ſyncopim & natura reſtricta. Nã
id quod ſedat uomitum addit ad conſtrictionem uē-
tris & quod lenit uentrem addit in uomitum, & eſt
dubium ne feces uomitu educant̃, quod eſt peximũ,
niſi ſit illud quod facit uomitum, humor ſubtilis cho
lericus. Curari enim poterit utraq; diſpoſitio cum a-
qua prunorum & tamarindorum, cum caſſia, man-
na, aqua hordei, & ſimilibus. Et nota quòd homo
debilis ſtomachi, præcipuè ſi fuerit multæ ſenſibilita-
tis cum uomitu ſyncopizat, ſed minus hic accidit ſi ci
bum ſumpſerit. Nonum, uomitus ſanguinis ſequēs
ulcus ſtomachi, aut apoſtema non maturum, ru-
ptum in eo, mortem ſignificat. Sequens autem ſolu-
tionem uenæ, apertionem orificij eius, aut reſudatio-
nem, ſanabilis, præcipuè ſine febre. Decimum, uo-
mitus ſanguinis cum febre notabili perſeuerante eſt
malus, & ſecundum plurimum pernitioſus. Sed ſi-
ne febre quandoque bonus & terminus ægritudinis
præcedentis, & quandoque ab ægritudinibus futu-
ris præſeruatiuus, ita ut in uomitu 2. Tb. ſit tranquil-
litas & iuuamentum. Antequàm accedam ad cu-
ram uomitus memorabo quaſdam medicinas pro-
prias, ſimplices & compoſitas, alteratiuas & ſoluti-
uas quibus in regimine uomitus & reliquarum di-
ſpoſitionum ſtomachi eſt utendum. Compoſita
calida aromaticum roſaceum, gariophilatum, nardi
num, ceratum Alexandrinum Meſue, cyminata A-
lexandrina, confectio de xiloaloēs, de galanga, de ci-
tonijs, de ſcoria. Auic. Electuarium de citro, de myr-
to, prælatorum lætificans. Aliud emplaſtrum, dia-
phœnicon, oleum maſtichinum, de abſinthio, pilu-
læ ſtomatichæ, alephanginæ, rob. ſyrupus de abſin-
thio, de menta, de fumoterrę maior, de corticibus ci-
tri, ſuſuf, ligni aloēs, diarhodon aromaticus, theria-
ca magna, triphera minor communis. Gal. trochiſci
de abſinthio, de roſ. hierapic. Gal.

Frigida

Frigida diacitoniten, diarhodon, electuarium de
ſorbis, oleum citoniorum, rob de ribes, de berberis,
de ſumach, de citonijs, de piris, de pomis, de granatis,
de citro, ſyrupus de piris, de citonijs, de myrto, ſaccha
rum roſaceum. Calida ſimplicia abſinthium, aga-
ricum, aloes, ameos, calamenthum, calamus aroma-
ticus, cappares, cardamomum, cyminum, cinnamo-
mum, cyperi, cupreſsi nuces, citrum conditum & nõ
conditum, cortex et acetoſitas, crocus incoriãdo ſto-
machum, fiſtici, galanga, gallia. gariophili, grana pi-
ni ſumpta cum melle & ſaccharo, laudanum, macis,
maſtix, mentha, oliuæ, olibanum, oua, paſſulæ, pix,
rheumbarbarum, ſcoria ferri uinum, uua paſſa, xiloa
loes, ſaccharum. Frigida, acetoſa, acetũ, agreſta, a-
qua ferrata, bellirici, berberis, citonia, corallus, corian
drum, emblici, endiuia ſylueſtris & domeſtica, ferra-
tum, ſcilicet uinum & aqua extinctionis eius, grana-
ta omnia, karabæ, chebuli conditi, lac propriè capri-
num, lactuca, mirobolani omnes, myrtus, meſpilia,
perſica, pira, poma acria pontica, pruna damaſcena
ſicca, ribes, roſa, ſorba, ſumach, ſmaragdus ſuſpenſus
ſtomacho & portatus, pellicula interior ſtomacho-
rum gallinarum. Temperata capillus uen. perdix.
Quia uomitus eſt duplex, quidam artificialis ad prę-
ſeruandum ab ægritudinibus futuris, & ad curãdum
ægritudines præſentes, quidam ſpontaneus.
De regimine artificiali, ſit primus ſermo. In quo
quædam ſunt obſeruanda ante uomitum, quædam
in uomitu, quædam poſt uomitum. Hoc in
primis præmiſſo quòd non prouocetur uomitus in
his qui ſunt inepti ad uomitum, quorum conditio-
nes uide quarta primi, capitulo proprio. Obſeruan
da ante uomitum ſunt iſta. Primum, ut inſueti ad
uomendũ prius aſſueſiant leuibus uomitiuis, ne ſubi
to fiat tranſitus ad inconſueta multum corpus mu-
tantia. Secundum, ut ante uomitum præcedat uen
tris lenitio, ſiue eductio materierum communium
ſponte ſiue artificialiter, ſicut clyſteri lenitiuo, & ſimi
libus. Tertium, ut ante uomitum cibetur cibis di-
uerſarum uirtutum mixtis ex inciſiuis, abſterſiuis, ui
ſcoſis, dulcibus, acetoſis, ſed maximè unctuoſis. Item
diuerſis ex parte artificij, ſicut frixis, aſsis elixis, & hu
iuſmodi. Et ſi timeres uomitum futurum diminu
tum ex difficultate uenientis, uel ex humorum ine-
ptitudine miſceantur cum his cibis aliqua uomitum
uigorantia, ſicut eruca, raphanus, ficus ſiccę pingues,
cœpę, porri, cum aqua hordei cum fęce ſua & melle,
melones, cucumeres, mica panis azimi cum oleo.
Atriplices cum ſeminibus ſuis, nuces cum melle, aut
aliquod iſtorum, uinum dulce de quo copioſe bibat,
& ſint hi cibi male maſticati.
Si tamē timeres uomitum non ſequuturũ melius eſt
ut cibus bonus permittatur Quartum, ut ſtoma-
chus et extrema ſint ſufficienter calefacta, ſimiliter col
lum & partes pectoris, & tempus anni conueniētius,
eſt tēpus calidum. Et hora diei conuenietior, eſt me-
ridies, niſi magnus fuerit æſtus, tunc eligatur hora ter
tiarum uel circa. Deinde ſumat aliquod ex uomiti
uis inferius deſcribendis tepidum, ſed in hora uomi-
tus uel parum ante moueatur motibus inordinatis,
ut cibus in ſtomacho agitetur. Et faſciet oculos, pi-
lis ex coto ſuperpoſitis, ſimiliter uentrem leuiter uſq;
ad umbilicum, ſed tranſacta hora una cum uomiti-
uum incœperit mouere, ponat digitum in ore, aut pē
nam anſeris oleo intinctam & iteratis uicibus uomi-
tum procuret, donec ſtomachus à cibo & ſuperfluis
mundificetur. Si autem uomitiuum fuerit ualde for-
te, ſicut elleborus albus, eſt melius ut non præcedat ci
bus, aut ualde paucus præcedat. Conſulo tamen,
ut uomitiua non tranſcendant mediocritatem. Situs
autem conuenientior eſt, ut ſedeat & incliner caput &
pectus ſecundum exigentiam. Quòd ſi accidētia dif-
ficilia superuenerint, detur aqua calida, quoniam uo-
ment aut uenter ſoluetur, & ſedabuntur accidentia,
& fiat clyſtere lenitiuum. Sed finito uomitu quie-
ſcat & lauetur ei facies cum aqua roſata, cui parum a-
ceti ſit admixtum. Laueto; ſibi os cum uino aut a-
qua, ſecũdum exigentiam & tardet cibum & potum
ſaltem per duas horas ſi poteſt. Et cum cibatur den-
tur res boni odoris, ſuauis ſaporis, paucæ quantitatis
boni nutrimenti, paucarum ſuperfluitatum, facilis
digeſtionis & ſatis facilis penetrationis & dormiat,
& non bibat aquam frigdam, neq; alium potum ual
de frigidum. Si autem uomitus ſuperfluat ſuccur-
ratur, ſecundum quod dicetur in ſequentibus, & ſi
eſſet diminutus iteretur & corrigantur accidentia ſe-
quentia ſecundum oportunitatem. Ægritudines
autem in quibus confert uomitus præſeruando aut
curando, ſunt ægritudines ſtomachi materiales, non
apoſtemoſæ educendo materiam contentam in eo,
ſiue congeſtam ſiue deriuatam ad ipſum, rectificat e-
nim appetitum, attractionem, digeſtionem & reten-
tionem. Curat ſingultum clamoſum, dolorem ſto-
machi, imò uomitum ipſum. Nocet autem in ægri
tudinibus eius immaterialibus, & apoſtematibus e-
ius. Item uomitus curat febres præcipuè criticas &
ſymptomaticas frequẽter iuuat, pręcipuè curat quar
tanam. Item curat lepram & malitiam choleræ & ul-
cera mala quæ ſunt in corpore. Item confert in epi-
lepſia, apoplexia, ſoda, uertigine, ſpaſmo materiali &
paralyſi, tuſsi, aſthmate. Item multas curat ægritudi
nes oculorum. Et breuiter omnes ægritudines, quæ
fouentur à materia exiſtente in ſtomacho, præcipuè
phlegmaticas, in quibus maximè eſſe debemus ſolici
ti de ſtomacho. Et confert in ægritudinibus renum,
inteſtinorum, ueſicæ, matricis, podagræ & ſimilium
& prohibet generationem lapidis, ſtomachum enim
integrè mundificat, diuertit ab inferioribus, eradicat
à ſuperioribus. Et ſolutio uentris ſe habet econtra,
licet ſtomachum & inteſtina mundificet. Nocet ta-
men uomitus cum ſuperfluit, & nocet ſecundum plu
rimum in ægritudinibus membrorum ſuperiorum
in quibus ſtomachus non communicatur. Vomi-
tiua autem leuia in cauſa calida ſint ℥. 5. aut 6. aquæ
hordei cum fœce ſua. Et fortius eſt ut huic addatur
℥. 1. aceti, aut ℥. 2. ſyrup. acetoſi, & tantundem de a-
qua minuatur, & in cauſa mixta ponatur loco ſy-
rupi oxymel compoſitum, aut ſcylliticum in eadem
doſi. Et fortius his eſt ſucci raphani ℥. 3. cum oxy-
mellis ſimplicis ℥. 2. Et adhuc fortius ſi in eo ſtete-
rit infuſus elleborus per diem naturalem. Elleborus
quoq; niger poteſt infundi in iure iulep, in aqua, & ſi
milibus, & fiet uomitiuum potens ſecundum tem-
pus moræ in re in qua infunditur, ſed non tranſeat ℥.
1. neq; ſtet in infuſione ſupra diem naturalem & craſ-
ſo modo contuſus. Et adhuc fortius ipſo eſt ellebo-

B

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.153

rus niger in ſubſtantia,ſed non detur ultra ℈. 1. cum aliquo liquore. Elleborum enim album natura noſtri temporis non poteſt tolerare. Semen quoq; atriplicis duarum ʒ.cum ℥.1. oxymellis ſimplicis & tribus aquæ eſt ſatis forte ualens in cauſa calida. Et ſimiliter flos geneſtæ,& granũ regum,cuius duæ ſunt ſpecies.ſ. magnum & paruum,magnũ dicitur kerua, eſt potens uomitiuum educens phlegma. Similiter capiſtrum arborum,uide doſim apud Meſue. Pro cura uomitus ſciendum eſt ipſum eſſe duplicem,ſcilicet cibalem ſub cibali comprehendẽdo uomitũ cuiuſcunque rei in corpore. Aliquando humoralem , ſub humorali comprehendẽdo uomitũ cuiuſcunq; rei corporeæ,de quibus ſuperius theoricè actum eſt.

Cura uomitus cibalis exigit quinq; intentiones. Prima,remouet cauſam uomitus. Secunda confortat ſtomachum cum proprijs moderatè ſtipticis participantibus. Tertia, prohibet humores ne fluant ad ſtomachum. Quarta,corrigit accidentia. Quinta ordinat debitum regimen ſex rerum. Si ergo pendeat ab aere, cibo & potu , & reliquis non naturalibus,de quib. ſupra, remoueatur ipſe & nocumẽtum per eas impreſſum cum contrarijs & corrigentibus malam complexionem , & quodcunq; nocumẽtum per eas inductum, cum interius & exterius applicitis quorum copia inferius ponetur, & cum eiſdem complebitur. Secunda intẽtio, ſcilicet ſtomachi confortatio, ſi illa quæ adminiſtrantur ſunt propria ſtomacho & moderatæ ſtipticitatis participãtia. Tertia autem,ſcilicet prohibitio humorũ à fluxu cum eiſdem ſtipticis perficitur,de quibus in ſecunda intentione. Item,cum diuerſionibus cum euacuatione, & ſine ſecundum exigentiam humorum,qui uideantur uerisimiliter ad ſtomachum fluxuri,& ligaturę manuum ſupra cubitos,& pedum ſupra genua,& uentoſa poſita ſuper fundo ſtomachi conferunt ad retentionem. Et poſitio pedum in aqua calida retinet diuertendo, ſicut poſitio ipſorum in frigida nocet congelando, & immobilitando.

Quarta autem, ſcilicet correctio accidentium perficitur ſecundum ipſorum exigentiam,præcipuè ſyncopis corrigatur,ſicut dictum fuit in capit. præcedente,& reliqua ſecundum quod dicetur in hoc capit. Quinta,autem perficitur præcipiendo regimen contrarium regimini quod fuit cauſa uomitus,& contrarium diſcraſiæ in ſtomachum impreſſæ , præcipuè ſomnus prolixus conuenit. Et paucitas cibi & potus,boni chimi,facilis digeſtionis,ſaporis delectabilis , ſatis citò penetrantis, confortantis ſtomachum tam proprietate, quàm ſtipticitate temperata,contrarij diſcraſiæ impreſſæ. Præcipuè uinum ſit laudabile,placens patienti,& cibi aromatizati cum his , quæ declinant ad calidum,aut frigidum ſecundum exigẽtiam , & amygdalæ excorticatæ contritæ poſitæ in ferculis conferunt & delectant. Et in uomitu calido confert kiſt fabarum & lentium condita cum aceto & brodium conſumptum,factum ſecundum artem cui admiſceantur amygd. & aromatizatum ſecundum exigentiam diſcraſiæ,in quo etiam aliquando ponitur panis bis coctus. Item laudantur fiſtici , cortices citri,aut arantiorum conditi,cappares in cauſa frigida,ſed in calida præparantur cum uino granatorum agreſta,ſuc. limonum citri,aranciorum,& ſimilium, & marinata confecta , & coriandrum habet ſingularem proprietatem. Poſt cibum utatur piris,aut cyton. aſsis,aut condit. Item diacitoniten & parum caſei in fine menſe. Et eligantur carnes, piſces, & reliqua cibaria ægro placentia & bene conditionata , ieiunet ſæpe. Somnus multus etiã poſt cibum immediatè ad cuius prouocationem cõfert ſumere aquã carnis cum uino odorifero ſtiptico , & pauco pane bis cocto, & pauco pulueris coriandri , dormient enim & ſudabunt. Quies animi & corporis propriè poſt cibum donec à ſtomacho amplexetur , & res terrefacientes, prohibent uomitum dum eſt in fieri, ſicut aſperſio uiolenta faciei cum aqua frigida, & clamare, & eum terrefacere ne uomat, & uerecundia, & ſimilia animã diuertentia à perceptione obiecti facientis uomere.

Si uerò pendeat à percuſsione ſuper ſtomacho,aut in membro ſtomacho communicante, curetur percuſsio ſecundum quod oportet & remoueatur nocumentum ſtomacho impreſſum & conforteтur ſtomachus, & prohibeantur humores, ne fluant ad ſtomachum , neq; ad membrum ſtomacho communicans cum phlebotomia, & cæteris diuerſionibus. Corrigantur accidentia ſecũdum quod oportet & ordinetur regimen conueniens habendo reſpectum ad percuſsionem,uomitum & cauſam eius.

Quòd ſi pendeat à uenenoſis ſumptis educantur illa uomitu & ſeceſſu , & dentur bezahartica propria contra illa & ſtomachus, & membra nobilia confortentur. Si uero à morſu uenenoſorum curetur locus morſus ſecundum quod oportet, & ſupra locum morſum ponantur ſtiptica cum debita ligatura prohibentia tranſitum ueneni ad loca nobilia & confortetur ſtomachus, & membra nobilia.

Si uerò uomitus cibalis fuerit per communitatem à toto, aut à membris particularibus , ſicut cerebro, epate, ſplene, &c. Quinq; ſimiles iam dictis exiguntur intentiones. Prima corrigit diſpoſitionem totius , aut membri communicantis. Secunda, corrigit diſpoſitionem ſtomachi ipſum confortando.

Tertia, prohibet ne humores fluant. Quarta corrigit accidentia. Quinta, ordinat regimen. Prima autem intentio completur curando febrem , & cætera nocumenta totius cum quibus oportet , cauendo tamen in eorum curatione quantum eſt poſsibile ab his quæ lædunt ſtomachum , ſicut ſolutiua fortia , & reliqua, quæ ſtomachum debilitant. Similiter debent curari diſpoſitiones cerebri, ſicut dolor, apoſtema, percuſsio, & ſimilia. Item diſpoſitio reliquorum membrorum ſibi communicantium , cauendo ut ſupra, in eorum, curatione ab his, quæ lædunt ſtomachum , quantũ eſt poſsibile. Secundò, iuxta ſecundam intentionem confortetur ſtomachus cum ſumptis interius & exterius applicitis , utputa nocumẽta ipſius corrigentib. quæ tñ non noceant , aut parum noceant toti. aut membris ſibi communicantibus. Tertiò, prohibeatur fluxus humorũ ad ſtomachum, tum confortãdo ipſum ut ſupra, tum diuertendo & euacuando ſecundum quod fuerit expediens, habenbendo ſemper reſpectum ad diſpoſitiones membri communicantis humorem, uerisimiliter fluxurum, & ſtomachi diſpoſitionem. Quarta, corrigantur accidẽtia ſecundũ quod oportet, ut dicetur in cap. hoc.

Quintò, ordinetur regimen ſex rerum habendo

Reſpectum

reſpectum ad ſtomachum , ratione cuius debet exhiberi paucus cibus, & conditionatus, ut ſupra, Et ſomnus debet eſſe multus, & multo magis habeatur reſpectus ad diſpoſitionem totius, & membri communicantis. Similiter ſi uomitus cibalis fuerit per eſſentiam in ſtomacho, quinque ſimiles exigunt intentiones. Prima, eſt remotio cauſæ ſtomachi facientis uomere. Secunda, ſtomachi confortatio. Tertia, prohibitio ne humores fluant. Quarta , accidentium correctio. Quinta, debitum regimen. Si ergo cauſa uomitus cibalis fuerit mala complexio ſine materia alteretur cum contrarijs interius & exterius applicitis , quæ ſunt propria ſtomacho. Si uerò fuerit cum materia, primò materia euacuetur , ſecundò diſcraſia cum contrarijs corrigatur. Si uerò in cauſa fuerint uermes, attendatur curæ ipſorum ſecundum quod dicetur in proprio capitulo. Si uerò oppilatio in pyloron, remoueatur cauſa oppilationis. Et ſi cauſa fuerit apoſtema , aut puſtula curetur , ſicut dicetur capitulo ſequenti. Et ſi fuerit ulcus & corroſio mundificetur & conſolidetur. Si uerò dolor fuerit in cauſa mitigetur. Et ſi raritas texturæ intendatur unioni & confortationi ſtomachi , & eius corrugationi. Et cauſis uomitus remotis, ſtomachus iuxta ſecundam intentionem confortetur. Et ſi ambæ intentiones, ſcilicet remotio cauſæ, & confortatio ſimul perfici poterunt, erit præſtantius. Mala autem complexio calida ſtomachi ſine materia, cum infraſcriptis remouenda eſt. Et cum eiſdem ſtomachus confortari poteſt, & uomitus prohiberi.

℞. olei cytoniorum, roſ. omphacini, ana. ℥. 1. roſ. antheræ, corallorũ rub. myrti, ana ʒ. 1. galliæ muſcatæ, maſticæ ana ℈. 1. aceti modicum, ceræ quantum ſufficit , fiat unctio. Et ſi uis magis infrigidare his adde ſucci acetoſæ ℥. 1. & fac bullire cum oleis & aceto, ad ſucci & aceti conſumptionem , & poſtea adde pulueres , & fac unguentum. Et fortius imprimens eſt ſacculus factus ex pulueribus ſupraſcriptis, & figuratis ſecundum formam ſtomachi , & imbaſtitus qui infundatur in aqua roſacea dupla ad acetum, & optimè expreſſa , & actu notabiliter frigidus applicetur multotiens, præcipuè ubi eſſet ſuperfluitas caliditatis & eſſet opus forti retentione, ſicut in cholerica paſsione, poſt ſacculi amotionem ſequatur unctio , de qua ſupra. Poſſet etiam fieri cerotum diſſoluendo, maſtichis ℥. 1. cum oleis ſupraſcriptis & aceto, & addendo pulueres ſupraſcriptos, præter maſtichem , & extendatur ſuper corio ſcutalis figuræ ad quantitatem ſtomachi. Sumenda in fine menſæ, ſunt diacitonitem de ſaccharo ſine ſpeciebus, aut pyrum , aut cytonium aſſum conditum. Si uerò in cauſa eſſet mala complexio frigida. ℞. thuris, maſtichis, galliæ muſcatæ, ana ʒ. 1. garioph. menthæ , roſarum, corallorum, abſinthij, calami aromatici. galan. ana ʒ. s. olei maſtichini, olei de ſpica, ana ℥. 1. uini ſtiptici potentis odoriferi ℥. 1. aceti acuti modicum, ſcilicet ℥. s. ceræ quantum ſufficit, bulliant olea, uinum , & acetum ad conſumptionem uini & aceti , & fiat unguentum cum quo notabiliter regio ſtomachi ungatur. Ex eiſdem poſſunt fieri ſacculi , qui iufundantur in uino nigro, ſtiptico potenti, quadruplo ad acetum acutum, et ſacculus in ipſis notabiliter calidis infundatur , & optimè expreſſus regioni ſtomachi applicetur ter aut pluries, poſt eius amotionem ſequatur unctio, de qua ſupra. Cerotum ad hanc intentionem. ℞. pulueris ſupraſcripti ℥. 1. picis grecæ, maſtichis, reſinæ, laudani, ana ℥. s. ceræ quantum ſufficit, diſſoluantur , ad lentum ignem, & cum oleo ſupra ſcripto quantum ſufficit, & ℥. s. aceti, & addendo pulueres, fiat cerotum tenax & applicetur, ut ſupra prius ſuffumigãdo ipſum cum ligno aloes. Hæc enim ſimul complent primam intentionem & ſecundam. Et in fine menſæ ſumat diacitoniten cum ſpeciebus, & ſimilia. Si uerò eſſet lapſus ad humiditatem utatur notabiliter ſiccis, ſicut cypero, nuce cupreſsi, & ſimilib. Si uerò ad ſiccũ permiſceanť hum. cum ſiccis & ſtipticis, ut natura dirigat humida contra ſicc. & ſtiptica ad retentionem. Si uerò humores fuerint in ſtomacho fouentes malam complexionem educantur uomitu & ſeceſſu primò deinde mala complexio corrigatur, et ſtomachus confortetur. Vomitus autem ſi materia fuerit natans, fiat cum impoſitione digiti , aut pennæ in ore, aut cum leuibus uomitiuis, quorum deſcriptio ſuperius præceſsit. Similiter ſoluatur uenter, ſi uomitu educi non poſſunt cum ſolutiuis leuibus ſtomacho non nocentibus, ſicut materia cholerica, cum rheumbarbaro. Plegmatica cum pilulis alephanginis, aut ſtomatichis. Mixta ex his cum hiera ſimplici in forma pilularum, ſi fuerit natans, ſi uerò imbibita, aut inuiſcata cum hiera ſimplici in forma electuarij , de qua detur ℥. 1. Eſt tamen melius ſi fuerit imbibita , aut inuiſcata, ut præmittantur digeſtiua , abſtergentia & incidentia, ſicut ſyrupus acetoſus in cholerica, & oxymel ſimplex in phlegmatica cum aqua ſaccharata , in æquali doſi cum ſyrupo, uel accipiantur ſine aquis , ut diuturniorem moram contrahant in ſtomacho & melius inuiſcentur in ſtomachi ſuperficie. Et ſi opus fuerit fortiori abſtergente , accipiatur oxymel compoſitum, aut ſcylliticum, et poſſunt miſceri cum aqua decoctionis cinamomi. Materia uerò melancholica euacuetur cum diaſenę, aut ſena, aut epitymo conſolatis cum zingibere & pauco ſalis gemmæ, & miſceantur cum pauco iure galli, aut aqua caſei, mirobolani nigri permixti, cum alijs ſolutiuis, euacuando confortant & uomitum ſiſtunt , poſtea diſcraſia ſtomachi corrigatur, & ſtomachus confortetur. Corrigantur autem accidentia iuxta quartam intentionem, ſecundum quod oportet. Quinta autem intentio perficitur faciendo regimen declinare in contrarium diſcraſiæ, & cibus ſit paucus, facilis digeſtionis, boni chimi, cito penetrans, boni odoris , placens patienti, & confortatiuus ſtomachi, & parum bibat, dormiat multum, & immediatè poſt cibum, & quieſcat, & aſpergatur facies, ſi uellet uomere , & terrefiat ne uomat, & fiant ligaturæ in extremis, et uentoſa ſtomacho ſuperponatur , & extrema in aqua calida, aut frigida imponantur ſecundum exigentiam reliquarum circumſtantiarum. Curationes autem uermium, apoſtematum, puſtularum, & ulcerum, & dolorum ſtomachi ponentur in ſequentibus.

Oppilatio autem pyloron, ſi naturalis , curam nõ habet. Si uerò pendeat ab humore craſſo & uiſcoſo, ſecũdum quod eſt ut plurimum , curatur cum abſtergentibus & inciſiuis, quę parum anteſcripta ſunt.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.154

Item cum exhibitiõe hieræ picræ in ſoma electuarij.

Raritas autem texturæ ſtomachi curatur intendendo unioni partium eius & cõfortationi ipſius, & eius incoriationi, & cauẽdo à ſolutiuis, & facientibus uomere & propriè fortibus, & à ualde reſoluentibus & exiccantibus. Sint ergo exterius applicita propria, & ſtiptica, & contraria diſcraſiæ ipſius, ſed non multum excedentia in qualitatibus primis actu, aut potentia, de quibus ſtatim ſermo præceſsit. Similiter interius ſumpta ſint propriè moderatè ſtiptica uiſcoſitate participantia, hæc enim ſtomachum iuuant & incoriant, ſicut cytonium, thus, maſtix, crocus, & pelliculæ intrinſecæ in ſtomacho gallinarum conueniunt cum proprietate ſua, & uinum ſuaue ſtipticum in pauca quantitate ſumptum, & ſeruet reliquum regimen ſex rerum, de quo ſupra. Si uerò uomitus fuerit humoralis, tunc eſt duplex, criticus aut ſymptomaticus. In uomitu critico ſinatur natura operari, ſi ueriſimiliter ex digeſtione præcedenti & uirtutis tolerantia uideatur fore ſufficiens, nec eſt cibo, aut alio modo impedienda. Si uerò fuerit diminutus adiuuetur cum leuibus tantum, quæ ex dictis in uomitu artificiali elici poſſunt, ſi uerò ſuperfluus conſtringatur cum auxilijs inferius ſcribendis. Si uerò fuerit ſymptomaticus, aut erit ſolum ex humoribus in ſtomacho congeſtis, aut aliunde deriuatis. Si primum, quinque requiruntur intentiones. Prima, eſt humoris in ſtomacho congeſti, uomitu, aut ſeceſſu, aut utroq; modo euacuatio, & ad euacuandum humores imbibitos, aut inuiſcatos, magis confert uomitus, quàm ſolutio. Secunda, eſt correctio diſcraſiæ ſtomachi quæ eſt cauſa cõgeſtionis, & ſimiliter ſtomachi confortatio. Tertia, eſt prohibitio, ne humores à membris circunſtantibus fluant ad ſtomachum.

Quarta, accidentium correctio. Quinta, debitum regimen ſex rerum non naturalium. Quæ omnes intentiones complendæ ſunt, ſicut dictum fuit in uomitu cibali à mala complexione cum materia. Si uerò fuerit ſymptomaticus ex humoribus ad ſtomachum, aliunde deriuatis, ſeptem exigunt intentiones. Prima euacuat, Secunda diuertit. Tertia regit membrum mittens. Quarta fluxum intercipit. Quinta regit ſtomachum recipientem. Sexta corrigit accidentia. Septima ordinat regimen ſex rerum non naturalium. Pro prima intentione eſt ſciendum, quòd ſi uomitus fuerit qualis oportet, quem uirtus bene toleret, ſinatur natura operari, uomitus nanq; curat uomitum, ſicut fluxus fluxum. Propterea uomitus in principio paroxiſmorum eſt ſinendus, prohibet enim paroxiſmum, aut minuit, quarta primi. Si uerò fuerit uomitus non qualis oportet, aut uirtus non bene eum toleret, eſt ſiſtendus modis infra ſcriptis penes ſupraſcriptas intentiones, ſi ergo repletio fuerit in toto, & fuerit æqualis omnium humorum, id eſt, proportionalis, aut ſanguis dominetur, fiat phlebotomia de uena communi, aut de ſaphenis, præcipuè ſi retentio ſanguinis menſtrualis, aut hæmorrhoidalis fuerit in cauſa. Si uerò fuerit dominium aliorum humorum abſq; peccato ſanguinis euacuentur, ſecundum ipſorum exigentiam euacuantibus integratis ex ſuis minoratiuis, digeſtiuis, & eradicatiuis, etiam iteratis ſecundum exigentiam. Sint tamen tales quòd ſtomachum non lædant, aut parum lædant, propterea uitanda ſunt ſolutiua fortia, & propriè non correcta, digeſtiua propria in cholerico ſunt oxiſacchrata ſyrup. de agreſta, de granatis, de citro, de limonibus, de papauere, qui prohibet effuſionem materierum ad ſtomachum, ſyrup. endiuiæ, decytonijs. Aquæ uerò ſunt, ſicut endiuiæ, lupuli, acetoſæ, epaticæ, plantaginis. Sed in phlegmatico, & mixto, ſyru. de menta, de abſinthio, mel roſ. aqua mentæ, abſinthij: in melancholico, ſyrup. de bizantijs, de epithymo, de fumo terræ, aqua ſcolopendriæ, bugloſſæ, &c. Sed aqua hordei excorticati ualet in cholerico, & mixto pluribus modis, ſcilicet infrigidando, humectando, aperiendo, prouocando urinam, leniendo uentrem, et ſi fecerit uomitum confert educẽdo cauſam, & eſt optima in curatione febrium, & eductione choleræ praſsinæ, eruginoſæ, & humorum aduſtorum, ita ut frequenter ſit medicina ſolennis in curatione fluxus, & uomitus cholerici & mixti & cum ipſa poſſumus multas medicinas permiſcere ſecundum exigentiam, & maximè ualet in materijs corruptis quarum quærimus eradicationem. Solutiua uerò ſunt, ſicut rheumbarbarũ, & myrobolani citrini, in cholerico pilulæ alephanginæ. In phlegmatico pilulæ de rheumbarbaro, & ſtomatichæ in mixto, & ſena myrobolani indi. Epithimum in melancholico, & poſſet fortificari, addendo magis exoluentia ſecundum exigentiam. Secunda autem intẽtio, ſcilicet diuerſio perficitur cum ligatura pedum ſupra genua, & manuum ſupra cubitos. Item cum uentoſis in natibus & coxis. Item ſuper umbilico & regione epatis, & ſplenis, & propriè quando ab eis partibus materia ſtomacho communicaretur.

Clyſteria quoq; leuia, aut acuta ſecundum exigentiam iuuant ad diuerſionem. Lotiones quoq; pedum, & brachiorum cum aqua calida ſunt ad hanc intentionem. Et ad hanc intentionem ſunt prouocatio urinæ, & ſudoris, ſanguinis menſtrualis, hęmorrhoidalis, & ſimilium. Sed pro tertia intentione ſcilicet regimine, membri mittentis debemus tria facere. Primò ab ipſo ſuperflua euacuare. Secundò, diſcraſiam eius corrigere. Tertiò, ipſum confortare. Si ergo ſplen fuerit in cauſa ab ipſo euacuabimus melancholiam, ſi epar & kyſtis maximè ſanguinem, & choleram, ſi matrix menſtrua niſi fuerit prægnans, & ſi retentio ſanguinis hæmorrhoidalis fuerit in cauſa, ipſum prouocabimus, et ſic de cęteris, diſcraſiam autem horum membrorum corrigemus, & ſimilia, confortabimus cum contrarijs proprijs moderata ſtipticitate participantibus. Fluxus autem intercipitur iuxta quartam intentionem oppilando uiam tranſitus humorum ad ſtomachum, & humores ipſos incraſſando, & compingendo, & quia ſtomachus recipit humores à toto mediante epate, ſuper regione epatis, ſtomachi, & partium adiacentium ſunt ponenda ſtiptica propria illis membris, & cum hoc contraria ipſorum diſcraſiæ. Et conuenientia ad hoc ſunt unguenta, & ſacculi ſuperius deſcripta, quibus poſſunt addi apud neceſsitatem maioris infrigidationis ſandali, ſpodium, camphora & ſimilia.
Et ubi calefacere opus ſit, thus, maſtix, ſpica, nuces cupreſsi, & ſimilia. Humores etiam incraſſentur, & compingantur, & uiæ claudantur cum interius ſumptis ſtipticis, et uiſcoſis, & apud maiorẽ neceſsitatem ſtupefacientibus. Et ex leuibus proprijs in cauſa calida ſunt rob, aut ſyrupus de granatis, & ſimiliter de cytonijs deſcriptione Raſis in hoc cap. de uomitu et cholerica paſsione. Item trochiſci de olibano ab eo deſcripti in eodem cap. et ualent in cauſa mixta. Confectio quoq; de cytonijs deſcriptione Meſ. in ſuo Antidotario diſtinctione prima, & incipit, confectio de citonijs bona confortans ſtomachum & faciens digeſtionem, &c. eſt precioſa, & docet ibidẽ ordinare eam in cauſa mixta, & cauſa calida. Et multiplicando calida ualebit in cauſa frigida. Et ſi opus fuerit ſtupefacere detur ſyrupus, de papauere uel ʒ. ℈. trohiſcorum de olibano & addatur opij, croci, an. gran. 1. aut plus ſecundum exigentiam. Hæc autem debent ſumi per s. horam ante cibum, & per maius tempus, ſed opiata ſaltem per duas horas añ. Et poſitio extremitatum in aqua frigida eſt ad hanc intentionem, & propriè in cauſa calida. Regimen autem ſtomachi recipientis iuxta quintam intentionem perficitur. Primò educendo materiam in ſtomacho exiſtentem uomitu, & ſeceſſu, aut utroq; modo ſecundum quod ui debitur magis expediens. Secundò ſtomachum confortando cum proprijs ſtipticis diſcraſiæ ſuæ contrarijs. Confortantia autem ſtomachum, & uomitum prohibentia in cauſa frigida ſunt ſyrupus de menta, de abſinthio cum aqua cinam. garioph. galangæ, & ſimilium. Item diacitoniten cum ſpeciebus in fine menſæ. Et in cauſa calida miua cytoniorum, ſyrupus de ribes, de piris cum aqua calibeata. Et in fine menſæ diacitoniten, de ſaccharo. Et ad hanc intentionem ſunt multa electuaria, trochiſci, pulueres ſparſim ab authoribus colligendi. Applicanda autem exterius ſufficienter dicta fuerũt cum ageremus de uomitu cibali. Et ex expertis apud Auic. in cauſa frigida. ℞. galliæ, xiloaloes crudi, gariophili, partes æquales ſumat de eo in potu, exempli gratia, à ℥. 1. uſq; ad 2. cum uino cytoniorum. Et ſi huic addatur pulegij pars una eſt præſtantius ſi æger non abhorreat.

Et cauendum eſt à ſtipticis uentre exiſtente ſtiptico niſi prius leniatur. Et apud Auic. camphoræ ineſt proprietas ſiſtendi uomitum in cauſa calida, ſumpta in potu cum rob ſtipticis, & odorata, & linita, & remouet nauſeam. Et quando ſint humores mali in ſtomacho, dentur in principio menſæ lubricantia.
In fine ſtiptica confortantia. Et trochiſci ſtellæ ſunt potentes in ſiſtendo uomitum, & reliqua opiata.
Sed non ſunt adminiſtranda, niſi cum reliqua non ſufficiunt & benè correcta incipiendo à doſi parua diſtanter à cibo. Si uerò materia à capite ad ſtomachum deriuetur. Prima intentio eſt cura catarrhi, de qua ſuperius proprio capit.

Secunda eſt ſtomachi regimen, quod manifeſtum eſt ex dictis. Si uerò materia à ſplene ad ſtomachum deriuetur, ſimiles obſeruandæ ſunt intentiones dę euacuatione, diuerſione humoris melancholici, & ſic de cæteris. Verum ea quæ complent has intentiones diuerſificantur ſecundum humores & diſcraſiæ exigentiam, quę omnia poſſunt patere ex iam dictis.
Et idem regimen ſeruandum eſt in cura uomitus, à quocunque membro ſit communicatio.

Accidentia autem iuxta ſextam intentionem corrigantur ſecundum quod oportet. Et regimen ſex rerum, iuxta ſeptimam ordinetur, ſecundum quod dictum eſt in uomitu cibali, hic tamẽ canon in cibando obſeruetur. Quòd ſi euomat reiteretur cibus, ſed bene conditionatus, ut ſupra, & in modica quantitate. Et quotiens euomis totiens reiteretur, nam tandem una uice retinebit.

Et idem canon ſit in medicinis, & narratur ab Auicen. in proprio capit. ſumptus à Gal. 6. interiorum, ſecundo capit. quòd quidam homines inceſſanter appetunt cibum, & quotiens ſumunt expellunt ipſum per inferius, aut ſuperius, & ſunt in continuo exercitio comedendi, & expellendi cibum, & uiuũt uita ſanorum, non tamen uiuerent, niſi aliquid retineret. Similiter eſt auis comedens locuſtas continuè, & continuè eas euomẽs in toto tempore in quo recipit eas.

Idem faciebat quidam guloſus in patria mea, ſcilicet Verona multum famoſus, qui multotiens in die comedebat, & totiens euomebat, ut nouo cibo delectaretur. Vomitus prægnantis contingens per communitatem à matrice propter retentionem menſtruorum communiter eſt magis infeſtans à ſecundo menſe uſque ad quartum. Ante enim menſem ſecundum parum de ſanguine menſtruali retẽtum eſt. Sed poſt quartum fœtu aucto multum ſanguinis cedit in fœtus nutrimentum. Hic ergo ſi fieri poteſt eſſet curandus eiſdem ſeptem intentionibus, de quibus ſupra.

Sed prima intentio, ſcilicet euacuatio prohibetur, niſi à quarto uſque ad ſeptimum, quarta aphoriſmorum. Veruntamen phlebotomia magis ſuſpecta eſt, quanto maior eſt fœtus, quinta aphoriſmorum. Sed ſolutio uentris in primis menſibus, ſcilicet uſque ad tres incluſiuè ſuſpecta eſt, cum eo tempore ligamẽta fœtus ſint debilia, & à ſexto menſe ſupra ſimiliter ſuſpecta, propter fœtus nimiam grauitatem. Concedi tamen poſſunt ſolutiua facilia, ſicut rheumbarbarum, & mirobolani, caſsia manna, & ſimilia. Licet omnia aliquid ſuſpitionis ingerant. Et Auicenna 21. tertij, concedit polypodium exiccatum.

Diuerſiones etiam fieri poſſent iuxta ſecũdam intentionem cum clyſteribus leuibus, ſicut ex brodio carniũ, oleo, ſale, ſaccharo rub. uel melle, & poſſet poni caſsia, ſimiliter ligaturæ manuum ſupra cubitos. Item uentoſa magna ſuper umbilico, hæc tamen non ſunt plurimum continuanda.

Correctio autem diſpoſitionum membri mittentis, ſcilicet matricis, iuxta tertiam intentionem non debet fieri, oportet enim prouocare menſtrua, quorum prouocatio faceret aborſum. Quarta autem intentio, ſcilicet fluxus interceptio, ſuſpecta eſt ne materia ad ſtomachum fluxura retineatur, & retenta putreat, & ad membrum aliquod apoſtemandum conuertatur, eſt enim minus malum ut uomitu educatur Confortatio autem ſtomachi iuxta quintam intentionem male fieri poteſt, cum materia ad ipſum continuè deriuetur. Confortatio nanq; applicata interius aut exterius cum ſint ſtiptica ſtomacho exiſtente pleno ſuperfluitatibus ſunt cauſa retentionis illorum ſuperfluorum in ſtomacho, & conſequẽter cauſa maioris conturbationis & anguſtiæ. Quare oportet

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.155

alterum duorum fieri, aut materiam ad inteſtina deriuari cum clyſteribus, de quibus ſupra, et aliquando ſolutiuis ſupraſcriptis leuibus, & cum diæta uentrem leniente, ſicut paſſulis, ficubus, uitellis ouorum, ſaccharo, brodio carnium laudabiliũ, & ſimilibus ſumptis in principio menſę. Aut oportet uomitum ſinere & ipſum facilitare, uomitus nanq; materiæ in ſtomacho contentæ ante cibi ſumptionem erit cauſa quietis ſtomachi & appetitus. Et quòd cibus in ſtomacho retineatur & bonæ digeſtionis eius, neque natura ex hoc uomitu etiam quatuor aut pluribus menſibus continuatis tantum terretur, quantum terretur ex uomitu à cauſa præternaturali pendente.

Et nota quòd aqua hordei ſumpta in mane calida aut uentrem lenit, aut uomitum facilitat. Et ſit 4. ℥. uſq; ad 6. Si tamen ſumpto cibo inclinaretur ad uomitum, retineatur aſpergendo faciem cum aqua frigida, & apponendo ſtomacho aliquid cõſtrictiuum ex ſupraſcriptis. Et in fine menſæ ſumendo cytonium, aut pirum, aut aliud ſimile ſtomachi confortatiuum, aut conſtrictiuum, & apponatur uentoſa ſuper umbilico. & ſimilia. Si tamen euomerent, euomant complete cibum & humores, deinde cibus iteretur confortando ſtomachum, ut ſupra, & totiens cibetur, donec aliquid retineat. Et miua cytoniorum cum bolo armeno ſedat uomitum. Et ſyrupus de agreſta, & acetoſitas citri ſunt propria in uomitu prægnantis à cauſa calida. Corrigantur accidentia iuxta ſextam intẽtionem ſecundum ipſorum exigentiam. Et regimen ſex rerum ordinetur, ſicut dictum fuit ſuperius. In hoc tamen habet differentiam prægnans à cæteris uomẽtibus, quia oportet magis complacere appetitui illius, quàm cæterorum. Et uinum odoriferum paucum ſubtile & rectificans appetitum earum nauſeam & uomitum. Et ſinapis excitat appetitum deiectum per præſentiam humorum, frigidorum, craſſorum, et uiſcorum. Et caſeus aſſatus excitat appetitum & cedat uomitum. Et cytonia aſſata in quibus ſint ſciſſa fruſta xiloaloes indi in fine menſę ſiſtunt uomitum, & ualent ad appetitum.

Vomitus ſanguinis ſi fuerit à uirtute ſana expellente ſuperflua, aut fuerit criticus, ſinatur naturã operari quouſque æger toleret bene. Alius uerò ſiſtendus eſt, pro cuius cura recurre ad capit. de ſputo ſanguinis. Omnes enim intentiones & medicinæ ibidem poſitæ ſunt ad hunc locum offerendæ. Non eſt niſi hæc differentia, quia ſicut ibi eligimus medicinas pectorales, ita hic eligantur medicinæ ſtomachales. Auicenna tamen deſcribit remedium expertum. ℞. acatiæ, ſeminum roſarum, terræ ſigillatæ, & balauſtiarum, ana. ʒ. 1. opij gran. 5. ſem. hyoſcyami alb. gra. [illegible] gummi arabicæ ʒ. 1. ſucci arnogloſſæ, uel uirgæ paſtoris ʒ. 2. Si uolumus dulcorare poſſumus addere [illegible] roſ. ʒ. 1. Si uerò uolumus ipſum in forma ſolida ponatur cum ſupraſcriptis pulueribus, ſucci quantum ſufficit, pro formandis trochiſcis his utere ſecundum exigentiam. Poteſt enim ex his exhiberi à ʒ. s. uſque ad 1. & s. diſtemperatis cum uino ſtiptico multæ commixtionis cum aqua calibeata, aut cum aqua plantaginis, uel accipiantur in forma pilularum, & poſt eas bibatur aliquid ex ſupraſcriptis. Vomitus autem ſanguinis ſequens ulcera, aut apoſtemata rupta curatur cura ulcerum, aut apoſtematum, de qua infra, admiſcendo medicinis ulcerum ſauguinem conſtringentia. Et ſi à capite deſcenderit, cura poteſt patere ex cura fluxus ſanguinis narium. Cura uomitus, aut ſputi ſanguinis pendentis à ſanguiſuga manifeſtabitur in ſequẽtibus in quodam cap. proprio.

DE CHOLERICA PASSIONE.
Cap. LXXIX.

Hic terminus cholerica paſsio apud Alexandrum & Simonem deſcendit à χολάδος Grę cè, quod eſt inteſtinum latinè. Sed penes hos melius ſcriberetur choladica quàm cholerica. Sed apud alios Græcos noſtri temporis hic terminus eſt corruptus cum potius deberet dici cœliaca, κοιλία enim Græcè, idem eſt quod uenter Latinè. Vnde cœliaca paſsio, id eſt, uẽtralis paſsio, quia κοιλίαν Græci ſcribunt per οι diphtongum, cui Latinè œ, diphtongo correſpondet, melius ſcriberetur cœliaca, quàm ciliaca. Eſt autem deſcriptiuè motus uehemens materierum ex indigeſtione corruptarum ad expellendum eas à corpore cum labore, & acuitate uirtutis expulſiuę, in tantum ut frequenter fiat uomitus & ſeceſſus ſimul, una uia non ſufficiente ad egreſſum huius materiæ propter ſui multitudinem, & acuitatem expulſiuam præter modum ſtimulantem.

Species ſumuntur ſecundum diuerſas ſpecies exeuntium. Sunt enim quædam aquoſa de genere phlegmatis. Quædam cholerica & diuerſarum ſpecierum, & propriè corruptarum, ſicut choleræ praſsinæ, eruginoſæ, & ſimilium. Quædam melancholica corrupta frequenter aduſtione participantia diuerſarum naturarum & colorum. Cauſæ eius ſunt omnia quæ corrumpunt digeſtioẽm, imò digeſtiones, ſiue ſint cibi mali facile corruptibiles, ſicut ꝓpriè lac, chryſomilla, melones, et ſimilia, ſiue ſit ciborũ quantitas ſuperflua, aut mala præparatio, aut malus ordo, aut tempus incongruum cum ponitur indigeſtum ſuper indigeſto, aut tẽpus anni, & propriè æſtas & autumnus. Et aer in ſua ſubſtantia corruptus, & ea quæ accidentaliter occurunt, ſicut coitus, balneum exercitium indebitum, accidentia animi immoderata & propriè tempore non congruo. Et multiplicatur ex potu aquæ frigidæ in ieiunio ſequente cibum craſſum. Corrumpuntur quoq; digeſtiones, quæ ſunt cauſa cholericæ paſsionis propter nocumenta ipſorum digerentium, ſcilicet ſtomachi, et epatis cum ſunt læſa per eſſentiam ſecundum aliquam ſuarum naturarum, aut omnes, aut per communitatem, uel à toto, uel à ſingulis membris communitate abſolutè uel non abſolutè, ſed de cauſis corruptæ digeſtionis in ſequenti cap. uberius agetur.

Signa. Incipit in primis cum lenitate, deinde ſtatim augetur cum dolore & punctione in ſtomacho & inteſtinis. Et quę ſunt minus maligna in primis ſecundum plurimum expelluntur, ſicut cibi corrupti, deinde humores aquoſi, & cholerici citrini, tandem uirides praſsini, & eruginoſi, & nigri, & tandem perducit ad fluxum uentris, qui eſt ſicut lotura carnium recentium, & interdum habet dolorem pungitiuum & quandoque perducit ad karatim alcurat, & ſunt

fruſta ſubtilia ex ſubſtantia inteſtinorum, quæ educuntur in diſenteria. Accidentia eius ſunt ſitis, cuius tolerantia iuuat, & bibere aquam frigidam nocet, dolor, & punctio, & uigiliarum inſtãtia à principio uſque ad finem, ſed in proceſſu perducit ad ſpaſmum & ſingultũ, & tandem ad caſum pulſus, ſudorem frigidum, & mortem, & hoc uſq; ad ſeptimum. Eſt enim paſsio peracuta, cuius terminus eſt ad mortem, uel ad ſalutem à 4. uſq; ad 7. dies.

Prognoſtica. Primum qui hanc paſsionem frequenter incurrunt, facilius eam tolerant materia non exiſtente tanta nec ita maligna. Qui uerò rarò difficulter ſaluantur ex cauſis contrarijs, propterea infantes facilius ſaluantur quàm reliqui, quia eam frequentius cæteris incurrunt. Et quia uirtutes ſuæ naturales ſunt fortiſsimę. Secundum, cum uentum eſt ad caſum uirtutis, frigiditatem extremorum, ſpaſmum & ſingultum in fine, non eſt ſpes ſalutis. In principio uerò ſic, cum tunc ſequatur punctionem & dolorem & fortem pugnam, in fine uerò uirtutis debilitatem, & corporis conſumptionem. Tertium, multotiẽs cum reſtringitur cholerica paſsio, declinat materia ſubitò ad uias urinæ, & accidit ardor urinæ. Quartum, hæc paſsio ſecundum plurimum eſt ſalubris ſi debitè tractetur, ſed non apud tardos, negligentes, aut imperitos, celeritate enim indiget.

Cum punctio & triſtitia alicui ſuperuenerit, affuerit cum ea, uel poſt eam uomitus, uel uentris ſolutio. Aqua calida multotiens in potu tribuatur. Et ſi adhuc perſeuerauerit uomitus & uentris fluxus, aqua calida iterum detur, ſedabitur enim paſsio. Cum autem ægritudo quieuerit balneum ingrediatur æger, in quo per unius horæ ſpatium moretur. Egreſſus autem de balneo leui alatur nutrimento. Deinde dormiat.

Hoc capitulum habet duas partes. In prima curat choleriam paſsionem quando eſt debilis. In ſecunda ibi. Sed licet uomitus & uentris fluxus, curat ipſam quando eſt fortis. Item prima in duas. Nam primò curat ipſam in principio, augmento, & ſtatu. In ſecunda parte ibi. Cum autem ægritudo. Curat ipſam in declinatione. De prima parte ponens ſigna cholericæ paſsionis dicit. Cum punctio, ſcilicet, ſtomachi, & inteſtinorum, triſtitia, quæ eſt quędam conturbatio & anxietas ſtomaticha, & cum ea uel poſt ipſam fuerit uomitus, & uentris ſolutio aliquando ſimul una uia non ſufficiente ob multitudinem materiæ, aut ipſius acuitatem præter modum naturam ſtimulantem, aliquando ſucceſsiuè una immediatè poſt reliquam aqua calida in principio & etiam in augmento & ſtatu, ipſa perſeuerante eſt multotiens, & in magna quantitate tribuenda, lauat enim ſtomachum & inteſtina ab his humoribus corum acuitatem remittens. Et nota pro ſolenni remedio huius aquæ exhibitæ, ualere non ſolum in cholerica paſsione, ſed in omni uomitu & fluxu & anxietate ſtomaticha ab humoribus calidis contingente ſi oportunè afferatur, ita ut frequenter ſola ad curam ſufficiat. In ſecunda parte curat dum uentum eſt ad declinationem per balneum aquæ dulcis ad ſiſtendum uomitum et fluxum, diuertendo materias à centro ad circunferentiam, & ad corpus humectandum ſuperfluè per huiuſmodi euacuationes exiccatum. Et nutrimentum debet eſſe facilis digeſtionis, boni chimi, citò penetrans, paucarum ſuperfluitatum, ſtomachi & inteſtinorum confortatiuum, ſicut ſuccus & contuſum carnis pulli, aut perdicis, & ſimilium, & propriè poſt aſſationem, & modicum uini ſubtilis aliqualiter ſtiptici.

Quod ſi uomitus uel uentris ſolutio uehemens fiant, & ſymptomata terrefaciẽtia ſuperuenerint, non tamen eſt timendum, imò cum medicaminibus quæ ego nominabo ſuccurendum. In principio itaq; trochiſci de olibano cum aqua, & niue, & rob granatorum dentur ſemel. Qui iterum ſunt etiam dandi ſi uomitus non ceſſauerit. Duo quoque adiutoria & coxæ in ſupremis partibus ligentur. Et aqua niue infrigidata ſuper crura, & pedes fundatur, & in ipſam etiam immittantur.

Venter quoque ex ſandalis, roſ. camphora, gallia, aqua roſacea conſperſis epithimetur. Et pannus aqua roſacea in niue infrigidata infuſus deſuper ponatur, qui poſtquam tepefactus fuerit eſt remouendus, & alius ut prius deſuper mittendus.

Ad potandum autem paulatim tribuatur uinum uetus temperatum cum rob granatorum. Et quando uomuerit iterum tribuatur. Panem quoq; in ſucco granatorum infuſum cogendus eſt ſumere cum uino & comedere. Quòd ſi uomuerit iterum dandus eſt, donec quieſcat.

In hac parte curat cholericam dum eſt fortis. Et habet quatuor partes. In prima facit, quod dictum eſt, In ſecunda ibi. Quòd ſi ſyncopis. Curat ſyncope ſuperuenientem. In tertia ibi. Quicquid autem. Ordinat diætam propriè conuenientem in declinatione. In quarta parte ibi. Trochiſci dicti de olibano. Deſcribit quaſdã medicinas, de quibus fecerat mentionem. In prima parte dicit, non eſſe timendum, eſto

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.156

quòd uomitus & fluxus uentris fiant uehementer & ſuperueniant ſymptomata, id eſt accidentia horrenda, ſed ad remedia properandum, ut infrà.

Sed nota quòd ſtatim à principio & antequam huiuſmodi remedia fiant, debet exhiberi aqua calida in magna quantitate & multotiēs, ut dictū eſt ſuperius.

In primis exhibet unum de trochiſcis, de olibano, quorum deſcriptio ponetur ſtatim, ponderantē aur. 1. diſtemperatum cum ℥.1. aquæ frigidiſsimæ, & ℥.s. rob de granatis, & ſi uomitus non ceſſauerit iteretur eiuſdem medicinæ exhibitio, magis enim debemus eſſe ſoliciti de retentione uomitus, quàm fluxu uentris. Quòd ſi abhorrent hunc modum ſumendi hos trochiſcos poſſunt exhiberi in forma pilularum, & poſt eorum ſumptionem bibatur liquor ſupraſcriptus, habent enim in reſtringendo uomitum ſingularem proprietatem. Secundum remedium, ut duo adiutoria & coxæ in ſupremis partibus eorum ſtringantur fortiter, ut ratione doloris materia diuertatur & ut maior dolor triſtem ſenſationem denigret.

Tertiò, aqua frigidiſsima ſuper crura embrocetur & in ipſa etiam mittantur pedes ad compingendum & incraſſandum materiam, ut fiat inepta fluxui.

Et Gerardus de Solo laudat manutergium in aqua frigida infuſum, & poſt expreſsionem collo applicitum, quia nerui uenientes à cerebro ad ſtomachum congelantur, unde ceſſat triſtis ſenſatio in ore ſtomachi, quæ eſt cauſa uomitus, & clauditur meri. Quarta epithymetur ſtomachus cum hoc. ℞. roſarum, & propriè ſylueſtrium ſtipticarum, ſandalorum rub. ana. ʒ.1. camphoræ ʒ.s. galliæ muſcatæ ʒ.1. aquæ roſatæ ad conficiendum quantum ſufficit: hoc in modum unguenti cum quo ſtomachus ungatur, poſtea pannus infuſus in aqua roſata frigidiſsima actu loco inuncto ſupponatur & ſępe replicetur. Expediens tamen eſſet ut petia infuſa in medicamine prædicto cui multa aqua roſata eſſet admixta & expreſſa ſtomacho ſæpe applicetur ne tepefiat. Sed hoc medicamen non omnibus conuenit, ſed ſolum ſtomachi diſcraſiam calidam habentibus cum fortitudine caloris innati. Quintò, iubet in potu dari uinum granatorum cum uino ueteri mixtum ad uigorandum uirtutem & confortandum ſtomachi retentiuam & prohibendum cibi corruptionem ratione acetoſitatis, doſis ſit ab ℥.1. uel quantum uidebitur diſcretioni medici, & per uinum uetus intelligo uinum depuratum, contra muſtum diſtinctum, & ſit ſtipticum aliqualiter & non ualde craſſum. Et ſi uomuerit iterum exhibeatur, donec retineat. Et panis in uino granatorum infuſus ſimiliter exhibeatur loco cibi. Et bibatur uinum in quo eſt infuſus. Quem ſi uomuerit, iteretur donec retineatur, hanc diſcraſiam calidam ſtomachi remouent, & confortando humores uenientes ad os ſtomachi prohibent.

Quòd ſi ſyncopis ſuperuenerit, muſcum cum rob granatorum, uel cum uino dare conueniens eſt, inde inferendo, & ſuccus carnis hœdinæ, & pullinæ cum pauco cytoniorum ſucco, & uino mixtus in potu eſt tribuendus. Pulli præterea ſunt aſſandi, & ante nares ipſius diſcerpendi. Thus etiam dandum eſt, ut maſtichet ipſum, & paulatim traijciat. Poſtremò bolum coraſcenū cōditum cum camphora tribuatur.

In hac parte curat ſyncopim ſuperuenientem, tum ratione uaporum malignorum cordi communicantium, tum ratione compaſsionis cordis ori ſtomachi, tum propter paucitatem ſpirituum ſequentem euacuationem ſuperfluam. Primò, exhibet uinum cum muſco, utputa 1. ℥. uini odoriferi ſubtilis cum 4. granis muſci, ſed melius eſt, ut huic addatur s. ℥. aut ℥.1. uini cytoniorum, uel alicuius ſimilis frigidi ualentis in ſtomachi confortatione. Secundò, exhibet cibum reſumptiuum, reſtauratiuum ſpirituum in breui tempore, propter facilem eius digeſtionem & penetrationem, & ſtomachi confortationem.

Cuius ſit hæc deſcriptio. ℞. ſucci carnis hœdinæ, uel pullinæ, aut alicuius auis bene conditionatæ ℥. 2. uini cytoniorum, uini ſubtilis aromatici aliquali dulcedine participantis ana ℥. 1. miſce & totum debitè calidum, uel quantum ſumere poteſt, ita ut non uomat exhibeatur in potu. Tertiò, cōfortat ægrum bonis odoribus, ſicut pullis aſſatis, & confractis appoſitis prope nares, ſed bonum eſt ut unicuiq; præſententur ſibi placentes. Quartò, iubet pro confortatione ſtomachi, & retentione uomitus, thus maſtichari & deglutiri, aut ſi eius maſticationem abhorret, deglutiatur abſq; maſticatione. Quintò, bolum coraſcenum, qui non eſt apud nos, cuius loco accipimus maſtichis, boli armeni ana ℈. 1. camphoræ ana, gran. 2. uſque ad 4. & formare pilulas cum uino cytoniorum, cytonia enim, & quæ ex cytonijs fiunt, conferunt ſecundum omnem modum adminiſtrationis, & ferè omnes excedunt medicinas in hoc caſu.

Quicquid autem de huius paſsionis cura nunc uſque diximus, donec uomitus ſedetur, & ſtomachus cibum recipiat, fieri conuenit. Poſtquam uerò ſtomachus ipſius retinere poterit, nutriendus eſt æger. Et parum uini ueteris in potu ſumat bene redolentis. Et dormire incipiat.

In hac parte ordinat diætam conuēientem, & propriè uomitu ſedato: quæ debet eſſe craſsior quàm antè. Sed tamen omnia quæ exhibentur, ſint pauca in quantitate, facilis digeſtionis, boni chimi, paucarum ſuperfluitatum, quorum paucum, multum nutriat, ſtomachi & membrorum nobilium confortatiua, odoris & ſaporis boni, ægro placentia: etiam pręcipit ſomnum, qui tamen eſt conueniens in toto curæ proceſſu, minoratis ſuperfluitatibus, & propriè poſt cibi & potus, aut alicuius medicinalis ſumptionem.

Trochiſci de olibano dicti ad uomitum.

Recipe

Recipe boli, coraſceni, thuris, amborum an. drach. 10. cubebæ, cardamomi amborū ana drach. 2. & s. camphoræ, galliæ, gar. omnium ana 6. drach. 1. fiant trochiſci pondere aur. 1. hi enim uomitui multum conferunt. Rob de malis granatis, ſuccus malorum granatorum acetoſorum ſumantur, & per noctem unam aut amplius dimittantur, donec quod craſſum eſt in fundo reſideat, & deinde coquatur, & diſpumetur donec iulep ſimilitudinē habeat, in quo ab igne diſpoſito adhuc tamen calido mētæ uiridis ſtipites mittantur, & in ipſo permanere permittantur, quouſq; infrigidentur. Cumque infrigidatum fuerit extrahantur, ad cuius ſimilitudinem ſyrupus de cyton. & ſyrupus de malis macianis fieri conuenit.

Si autē uomitus hora alia inualuerit nimis, & ſuperfluerit magna uentoſa ſtomacho ſuperponatur.

In hac parte deſcribit quaſdam medicinas, de quibus fecerat mentionem, quarum deſcriptiones ſunt iſtæ. ℞. boli coraſceni, loco eius pone maſtichis, boli armeni, thuris, ana ʒ.5. charabæ, cardamomi, an. ʒ. 1. & grana 15. camphoræ, galliæ muſchatæ, garioph. ana, gran. quinq;, formentur trochiſci aur. 1. cum aqua acetoſæ, aut rob de granatis infra ſcriptis, de quibus detur unus in forma pilularum, poſt cuius ſumptionem ſumatur parum eiuſdem rob cum pauco aquæ calibeatæ. Deſcriptio rob de granatis, ſuccus granatorum dimittatur reſidere per noctem, deinde ſubtile accipiatur & bulliat, & diſpumetur donec iulep ſimilitudinem habuerit, in quo ab igne depoſito adhuc calido, myrti uiridis ſtipites ponantur & in ipſo dimittantur manere donec infrigidetur, poſtea extrahatur & reſeruetur, ad cuius ſimilitudinem ſyrup. de cytonijs, aut malis macianis fieri conuenit & ſunt proprij ad uomitum & ad fluxum. Vltimò, uentoſam magnam ad ſiſtendum uomitum ſtomacho ſuperponit.

Cura huius perſæpe difficilis eſt & indiget medico conſtante, & experto quem non terreant accidentia. Et in ſumma quinq; exigit intentiones. Prima cauſam remouet euacuando humiditates corruptas, quę ſunt in ſtomacho, & in inteſtinis, nec non cachochimiam in toto exiſtentem, pręcipuè in uenis membrorum naturalium ſecundæ & tertiæ digeſtionis dolorem & punctionem ſtomachi & inteſtinorum ſedando. Secunda, diuertit. Tertia, humores incraſſat, uias & ductus conſtringit, tandem ſtupefaciendo ſi fuerit neceſſarium, & cum hoc ſtomachum & inteſtina confortat ne recipiant. Quarta, accidentia corrigit. Quinta, ordinat debitum regimen ſex rerum.

Imprimis ſi fuerit dolor & punctio in ſtomacho & in inteſtinis cum nauſea & inclinatione ad uomitum aut ſeceſſum uentris cum incœperit, præmittatur clyſtere ex 15. ℥. aquæ hordei, & ℥.4. olei communis, ℥. 1. ſacch. rub. & uno uitello oui. Aut ſi uideantur humores frigidi magis dominari fiat clyſtere ex ℥. 15. aquæ pauci mellis, quo educto bibat aquæ calidæ, aut aquę hordei ℥.6.

Et ſi appareat dominium humorum frigidorum aquæ pauci mellis tantundem, cui poſſet addi ʒ.s. cymini præparati, eſt enim proprium, hæc enim aqua materias & cibos corruptos, uel per ſeceſſum, uel uomitum purgabit. Poſt hoc ſi uomitus & fluxus ſimul incipiunt, aut alter eorum ſinatur natura operari, quouſque bene ferat, & propriè his euacuationibus exiſtentibus proportionatis uirtuti & cacochimiæ. Quòd ſi fuerit improportionatæ cacochimiæ, ut quia nimis paucæ, aut nimis tardę, adiuuentur aut cum clyſterijs, de quibus ſupra, aut uomitibus leuib. ſicut ſi ℥.4. aquæ hordei admiſceantur, ℥. 2. oximellis, & tepidum ſumatur, adiuuatur etiam uomitus digitis in ore impoſitis, aut penna oleo intincta & ſimiliter impoſita. Et omnino uitentur fortia ſolutiua & uomitiua, & omnia ſtomachum relaxantia ſicut olea. Et omnino cauendum eſt ne uterque ſimul artificialiter prouocetur, fierent enim motus contrarij ſeſe impedientes. Sed nunc adiuuetur unus, nunc alter ſecundum naturalē inclinationem ad illū. Si uerò fuerint im̃portionatæ uirtuti, quia nimis ſuperfluant, minorentur & conſtringantur. Et ſimiliter ſi fuerint coniunctæ accidentibus moleſtis ſicut dolor, punctio & ſimilia, mitigentur & corrigantur, ſicut infrà dicetur. Sumptio enim aquæ calidæ, aut aquæ hordei, in cauſa calida, aut aquę pauci mellis in cauſa frigida, in magna quātitate fluxum facilitat & dolorem & punctionem lenit. Et ſimiliter cum his clyſterizatio, & propriè addēdo oleum roſ. aut uiolaceum, aut adipem renum capræ, & ſimilia. Nam hæc inteſtina confortant, dolorem ſedant, excoriationem prohibent, & expertus ſum q; huiuſmodi aquæ calefactę ſumptæ in potu, & clyſterizatę modo iam dicto, non ſolummodo in cholericis paſsionibus, ſed in multis alijs fluxibus etiam optimè conferunt in principio. Secunda intētio perficitur cum ligatione brachiorum ſupra cubitos ſatis doloroſa, quæ multotiens permutetur nunc parum infra nunc parum ſupra, necnon cum poſitione uentoſarum in pulpis ſpatularum ſine ſcarificatione & in dorſo, uentoſæ quoq; poſitę ſuper epate & ſplene fluxum & uomitum retinent, materiā uenientem ad ſtomachum & inteſtina prohibendo, & debent eſſe uentoſæ magnæ. Et ad ſedandum uomitum confert ligatura coxarum ſupra genua. licet in fluxu non conferat cum moueat materias ad inferiora. Sudoris quoq; prouocatio egregiè confert ſi fieri poteſt ad quem prouocādum elaboretur ſumendo aquam calidam, de qua ſupra, ſed ſit notabiliter calida, & cū quinta parte uini ſubtilis uinoſi mixta. Et æger bene pannis cooperiatur, dormiat iuxta poſſe, anhelitus quoque retentio ad ſudorem iuuat, quæ ſi non ſuffecerint ponatur in bal

neo aquæ calidæ conſtante uirtute in quo tamen par uam moram trahat, ne debilitetur, & egrediens de balneo ſiccetur, & dormiat. Cæteræ quoq; euacuationes ſibi conſuetæ iuxta poſſe prouocentur, nam diuertendo euacuant.

Tertia autem intentio, ſcilicet conſtrictio, perficiatur cum inferius dicendis. Sed apud me ſanum conſilium eſt, ut elaboret imprimis in retentione uomitus, & ſinat uenter fluere, quæ uomitus retentio fiat ſi poſsibile eſt ſecunda die, & poſtea euacuata materia quantum uidebitur oportunum per ſeceſſum, elaboretur in uentris conſtrictione. Conſtrictio autem uomitus fiat aſpergendo faciem ægri aqua frigida dum uult uomere, & apponendo ſuper ſtomacho res ſtipticas confortantes notabiliter frigidas actu & potentia in cauſa calida, ut .℞. ſandalorum rub. roſarum rub. ſemen roſarum ana ʒ. 2. camphoræ, gran. quinque galliæ muſcatæ ʒ. 1. aquæ roſ. 4. aceti ℥. 1. s. miſce, & petiæ duplæ aut philtrum in modum ſcuti figuratum ſecundum quantitatem ſtomachi infundatur in hoc liquore actu frigido, imò etiam apud neceſsitatem in niue infrigidato ſtomacho applicetur, & ſæpe reiteretur ne ſuper caleſiat. Et his poteſt addi ſuccus acetoſæ, & ſuccus plantaginis apud maiorem neceſsitatem infrigidationis, & ſi frigidorum uelis frigiditatem temperare potes ſupraſcriptis addere ſuccum mentæ. Et nota quod maſtix diſſolutus cum oleo cytoniorum, & aceto, & extenſus ſuper corio ad modum ceroti eſt efficax in retinendo uomitum. Et ſi opus eſſet maiori infrigidatione poſſet addi ſemen roſarum & ſandali, & ſimilia.

Gerardus de Solo facit cerotum optimum efficax ualde. ℞. laudani, maſtich. ana, quartam s. olibani, ℥. s. ſandali al. & rub. ſumach, berberis, ana. ℈. 1. antheræ, corallorum, acatiæ, hypochiſtidos, pſidiæ, balauſtiæ, ana ℈. s. terebinthinæ quantum ſufficit ad tenacitatem, pulueriʒanda pulueriʒētur, & cum piſtello miſceantur omnia malaxando cum oleo roſaceo, & fiat cerotum ad modum ſcuti ſecundum quantitatem ſtomachi. Et ſi uomitus eſſet fortis fiant duo, unum ponatur ante, reliquum poſt, ſcilicet circa 13. ſpondilem. Nam orificium ſtomachi magis declinat ap partem poſteriorem, ſed quia ſpondiles prohibent penetrationem uirtutis medicinarum à parte poſteriori, ideo magis ponimus ante. Et dicit ſe uidiſſe emplaſtrum poſitum à parte poſteriori ſiſtens uomitum, & non à parte anteriori. Item deſcribit iſtud. ℞. ſucci plantaginis, aquæ roſatæ de ſtipitibus, quia iſta eſt magis ſtiptica, ana quartam 1. aceti ℥. s. ſumach, berber. ana ℥. 3. maſtichis, olibani, ana. ʒ. 1. farinæ lentium quantum ſufficit, pulueriʒanda pulueriʒentur, & miſceantur omnia, & fiat emplaſtrum mediocriter liquidum & ſuper ſtomachum ponatur, & dicit ſe uidiſſe quandam uetulam, quæ accepit de pane cocto & piſtauit bene & accepit ʒ. 2. pulueris maſtichis, & miſcuit totum, & poſuit in ſacculo, & iſtum ſacculum calefecit manibus, & poſuit ſuper ſtomachum patientis & ſtatim fuit retentus. Sed melius eſt hanc medicinam ſic conficere, & eſt experta, medulla panis torrefiat & infundatur in uino nigro, ſtiptico, aceto, ſucco mentæ, an. & poſtea contundantur in mortario addendo maſtichen & galliam muſcatā, & ſemen roſ. aut ſandalos, aut corallos, aut alias medicinas ſtipticas, quæ tibi magis placuerint, aut plures ex his ſimul ſecundum intentionem quam quæris & eſt efficax & expertum. Et ex his poſſunt fieri unguenta calida aut frigida, aut mixta ſecundum exigentiam. Cum enim humores peccantes ſunt frigidi, & complexio naturalis frigida elige calida ſtiptica, quæ etiam actu calida applicentur, & cum res ſe habet econtrario, applica frigida ſtiptica actu & potentia. Cum uerò res medio modo ſe habet, medium teneatur ut applicando ſtiptica, temperata & ſtiptica permixta ex calidis & frigidis, ita ut ad medium proportionatum reducatur. Nunquam tamen applicentur niſi actu calida aut frigida, non autem tepida: tepidum nanq; diſſoluit robur ſtomachi. Et quidam diſſoluunt maſtichen cum albumine oui, & extenſum ſuper corio. applicant ſtomacho, & dicunt eſſe efficax & ultimum ad retinendum uomitum, ſed de curatione uomitus dictum eſt ſuperius quantum eſt oportunum. Sed retento uomitu elaborandum eſt, ut uenter moderatè fluat quouſq; cacochimia ſit reducta, aut quouſque uirtus tolerare poteſt, poſtea elaborandum eſt in conſtrictione pro quo complendo humores incraſſentur, uiæ & ductus oppilentur cum interius ſumptis, ſicut rob & ſyrupus de cytonijs & granatis de ribes, de myrto cum aqua plantaginis, aut calibeata, electuarium de ſorbis, & ſimilia. Et exterius applicita ſunt cerota, emplaſtra, & unctiones, de quibus ſermo præceſsit. & ex conuenientibus proprijs eſt ut ungatur uenter cum oleo roſaceo notabiliter calido, ſcilicet quantum ſufferre poteſt, poſtea deſuper aſpergatur hic puluis. ℞. ſem. roſ. ʒ. 2. galliæ muſcatæ, maſtichis, ana ʒ. 1. miſce, & ſuper loco uncto aſpergatur. Sed de his uberius agetur in capit. de fluxu uentris. Et ex appropriatis eſt aqua andachoc id eſt trifolij. Quarta intentio, ſcilicet accidentium, correctio perficitur cum his quæ dicta ſunt in textu, ſed pro ſitis ſedatione non eſt bibenda niſi aqua calida, aut ſugatur aliquid ſucci granati: potus enim nimius & præcipuè actu frigidus multum nocet. Syncopi autem intendatur cum aſperſione aquæ frigidæ in faciem & potu pauci uini ſubtilis odoriferi, non multum uinoſi & lymphati, & ſumptione aquæ carnis, & ſimilibus, in quibus parum muſci ponatur, & ſi extrema infrigidentur, caleſiant cum pannis calidis. Singultui autem & propriè ex inanitione ſubueniatur cum frigidis ſtomachum confortantibus, euacuationem prohibentibus, ſicut uinum, & miua cytoniorum, & exterius aplicetur emplaſtrum ex cytonijs decoctis in aqua calibeata cum pauco aceti ad penetrandum & ſtringendum, & his poſſent addi roſæ & ſandali, de quibus ſupra, & cibetur ſæpe parum cum aqua carnis, & huiuſmodi boni chimi facilis digeſtionis, alterati cum frigidis confortantibus & ſtringentibus. Spaſmo autem ſubueniatur unguēdo nucham & partem ſpaſmatam ex oleo roſ. uiol. pinguedine porci recentis, & medulla uituli decies lotis cum aqua frig. & tempore frigido ex oleo amygdal. Et ſpecialis intentio circa mandibulas ſpaſmatas ut eleuentur cum mento ad ſuperiora & rectificētur in contrarium ſpaſmi inunguendo eas cum humectantibus, de quibus ſupra. Regimen autē ſex rerum

eſt, ut non commedant nec bibant uirtute conſtante niſi mundificatione pro magna parte facta. Interim tamen ſemper confortentur bonis odoribus ſibi placentibus: plurimi enim fructuum odoribus delectantur, aliqui odore uinī, unicuiq; concedatur odor, qui ſibi magis placet, & ante mūdificationem, ſi ſitiuerint colluant ſibi os, aut lambendo ſumant ſuccum granatorum & citoniorum, & ſimilium: tolerantia enim ſitis confert, & ſi non poſſunt abſtinere à cibo, ſumant parum aquæ carnis aut contuſi, aut ptiſanæ, & ſimilium, & parum uini pauciferi, lymphati ut uirtus ſuſtenetur. Declinante autem ægritudine detur contuſum pulli, & panis in uino infuſus, & carnes auium laudabilium, & ſimilia, & pira, citonia, & huiuſmodi, & bibat uinum nigrum, ſtipticum, lymphatum, cum aqua calibeata. Raſis autem exhibet uinum uetus, id eſt clarum, & depuratum cum ſucco granatorum aut cytoniorum. Et ſi uomeret, iterum detur donec retineat & parum pro uice, præcipuè parum bibat, & in ſumma utatur cibis boni chimi calidis aut frigidis ſecundum exigētiam, ſed omnia ſint ſtomachi & membrorum principalium confortatiua, multum dormiat præcipuè ſumpto cibo, quieſcat animo & corpore.

DE NOCVMENTO DIGESTIONIS. Cap. LXXX.

Circa rubricam more conſueto eſt ſciendum, quòd debilitas digeſtionis primò quæ debebetur fundo ſtomachi eſt mutatio ipſius à diſpoſitione naturali per corruptionem, diminutiōem, & ablationem. Corruptio autem ipſius fit quadruplex, nam cibus receptus in ſtomacho aut aceſcit, aut aduritur, aut putreſcit, aut acquirit aliquam qualitatem non proportionalem ad aliquam qualitatum conſuetarum. Diminuitur autem apud quoſdam dupliciter per remiſsionem aut intentionem cibo diminutè aut ſuperfluè decocto: ita tamen ut non corrumpatur aliquo modorum ſupraſcriptorum.

Quorū error apud alios facilè reprehenditur, cum digeſtio ſit æquatio eius quod digeritur in ordine ad nutritionem, quanto autem aliquid magis æquatur in ordine ad nutritionem, tanto magis & melius digeritur. Non itaq; digeſtio poteſt lædi per intenſionem. Et confirmatur, quia digeſtio fit à calore æquali multiplicato in quanto apud Galenum 1. Aphor. Aphor. 15. quāto ergo erit æqualior magis, & melius digeret. Item 4. metheo. digeſtio eſt cōpletio in unoquoq; humido à proprio naturali calido ex oppoſitis paſsiuis, ergo quanto magis complebitur & ultimabitur erit perfectior. Item omnis digeſtio in iuuatiuo ordinatur in generationem uel perfectionem mixti et nōn in corruptionem, omnis ſuperflua decoctio ordinatur in corruptionem, ergo nulla ſuperflua decoctio eſt digeſtio: oppoſitum autem contingit in operationibus uirtutum miniſtrantium nutritiuę: poſſunt enim lædi per intenſionem & remiſsionem. Digeſtio tamen eſt diminuta dupliciter, aut quia tarda, aut quia non completa: nec tamen ex his fit corruptio ad acetoſum. Sed contra, ſicut poteſt eſſe diminuta à complemento abſq; corruptione ad acetoſum, ita poteſt eſſe aucta ſupra complementum abſque corruptione ad fumoſum, ergo cum non poſſet reponi, in alia ſpecie erit digeſtio læſa per intenſionem. Et confirmatur. quia ſicut eſt in artificialibus, ita eſt in naturalibus ſed contingit artificio aliquid maius aut minus decoqui abſque hoc quod corrumpatur, ergo. &c.

Item 4. metheo. contingit pepanſim lædi in maius & minus. Credo opinionem utranque poſſe defendi, & fortè nōn eſt contradictio, niſi in uerbis: utraque enim concederet decoctionem poſſe lædi per intenſionem & remiſsionem abſque corruptione, & quælibet concederet æquationem & debitam permixtionem humidi cum ſicco in ordine ad nutritionem, aut mixti generationem & pefectionem non poſſe lædi per intenſionem. Et facientes differentiam inter magis digeri & perfectius digeri fortè ſentiunt hoc idem: ſi enim quanto eliquatio eſſet fortior, tanto digeſtio eſſet intenſior, tunc faciet tranſitum ſubitum ab intenſiua digeſtione ad non gradum digeſtionis, ubi ponatur fortificari digeſtionem, donec digeſtibile aduratur. Aufertur autem digeſtio, cibo non immutato aliquo modorum ſupraſcriptorum, aut leuiſsimè immutato, ita ut aliquando etiam poſt longam retentionem amoueatur aut egeratur non permutato ab ea diſpoſitione in qua aſſumptus eſt.

Cauſæ nocumenti digeſtionis ſunt duplices primitiuæ & corporeæ. Et primitiuæ ſunt aut extraneæ, ſicut percuſsio ſtomachi, aut membri ſtomacho communicantis. Item morſus, ſumptio aut applicatio uenenoſorum. Balneum calidum poſt cibum conuertens calidum exterius, aut frigidum caliditatem extinguens. Aut non ſunt extraneæ, ſicut ſumptæ à ſex rebus non naturalibus. Aer nanque ſuperfluè lapſus in qualitatibus primis aut corruptus, aut habens uapores malos admixtos, ſicut cadauerum, & ſimilium fœtentium eſt cauſa nocumenti, ſcilicet, corruptionis aut diminutionis, digeſtionis. Similiter cibus. Aut quia ſuperfluus ut bene digeri non poſsit & corrumpitur ad acetoſum: maximè ſi ſtomachus ſit frigidus, aut diminutè digeritur, uel eſt tam paucæ quantitatis, ut aduratur & corrumpatur ad fumoſum in ſtomacho calido, aut nimis decoquitur. Secundò, propter qualitatem ſuperfluam, ſicut mel in dulcedine cum notabili caliditate, & corrumpuntur magis ad fumoſum, aut ſuperfluitatem infrigidationis, & diminutè digeritur, aut corrumpitur ad acetoſum, ſicut lactuca, papauer, & ſimilia, aut ſuperfluitatem in humid. ſicut perſica, pepones, & ſimilia, & putreſiunt in ſtomacho calido & acetoſantur in frigido, & econtrario ſiccitas ſuperflua corrumpit magis ad fumoſum, ſi coniuncta ſit caliditati ſuperfluæ. Tertiò, ratione modi ſubſtantiæ tenuis, ſicut lac, oua, ceraſa, & ſimilia, quæ facilè putrent. Sicut contra quæ ſunt craſſæ ſubſtantiæ tardè digeruntur & diminutè corrumpuntur ad acetoſum, ſicut caro bubali, pira ſpiſſæ ſubſtantiæ, & ſimilia, Quartò, quia ſunt contraria appetitui, ſicut oleaginea, fœtida, pinguedines, rancida, crocus, & ſimilia, quæ magis corrumpuntur ad fumoſum & putridum. Quintò, quando currunt proprietates contrariæ, aut à tota ſpecie, ſicut inter carnes crudas & hominem, aut inſequentem materiam, ſicut aliqui abhorrent uinum, aliqui caſeum. Et amicus meus ſoluebatur comeſtione cancrorum.

Iſtæ ergo proprietates ſiue actiuæ ſiue paſsiuæ, ſunt cauſa nocumenti digeſtionis, ſcilicet, corruptionis, aut diminutionis, & malè poſſunt remoueri, licet

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.158

aliquando contigerit non bibentem uinum poſtea bibiſſe. Et imprudenter operantur, qui ſtudent has proprietates ſpecificas, aut inſequentes materiam permutare, & magis falluntur & ineptius operantur, qui exhibent uinum, aut aliud ſecundum proprietatem alicui contrariam quātumcunq; cognouerint illud ſecundum qualitates manifeſtas fore conueniens, proprietas enim in omnibus ſiue ſpecifica, ſiue inſequens materiam, eſt ſuper omnes diſpoſitiones manifeſtas obſeruanda, & uniuerſaliter hic modus amplietur ad quemcunq; cibum & potum alicui horribilem ratione odoris, ſaporis, cruditatis, et ſimilium. Sextò quando cibus ſumitur nō in hora ſua, ſicut cum ſtomachus eſt repletus humoribus ſuperfluis, aut cum ſumitur cibo præcedente nondum perfectè digeſto, uel ſi ſumitur ante conſuetum exercitium, uel expulſionem ſuperfluitatis: etiam ſi non ſint in ſtomacho dummodo ſint alterantes ſtomachum. Septimò propter errorem in ordine aſſumendi: ſicut enim cibus difficilis digeſtionis craſſus & ſtipticus præmittitur faciliori ad digerendum, ſubtili, & lubrico, quapropter errāt qui præmittunt carnes ouis, niſi ſint durę, & lac coagulatum, & ceraſa & uuas, & ferculum comedunt in fine menſæ, & elixum cæteris paribus poſt aſſatum. Octauò, quādo cibi diuerſi comeduntur, ut liquida, aſſata, frixa, elixa, artocleæ. Item multum diuerſa ex parte ſaporum, nec non ex parte modi ſubſtantiæ, mala ſuper omnia eſt commixtio ſalſorum cum dulcibus, & aſſatorum uel frixorum cum rebus facilis corruptionis, ſicut miſcere piſces ſalitos, caſeum ſalitum, piſces frixos cum ouis aut lacte. Et hi pro parte corrumpuntur, pro parte diminutè digeruntur. Nonò, propter maliciam artificis, ſicut cibus male coctus, aut piſces qui poſt coctionem ſteterint ſuffocati. Decimò, quando faciens eructionem, quia uentoſabilis, alijs præponitur cibis. Tunc enim uētoſitas alios commouet cibos, & permiſcet nec ſinit ſtomachum bene alios amplexari, propterea raphanus, & ſimilia ſunt commedenda in fine non in principio. Vndecimò, quando eſſet malæ ſubſtātiæ non corrigibilis à uirtute, ſicut fungi & cibi qui putruerunt. Contra illos qui comedunt perdices & qualeas fætentes, & iſti corrumpuntur ad fœtidum, & qualitatem malam non conſuetam. Duodecimò, quando eſt multus potus in comparatione ad cibum, aut econtra. Sed ex parte ſomni poſt cibum, ſicut digeſtio iuuatur calore intus reuocato, ita minuitur aut corrumpitur cum homo uigilat tempore ſomni, calore exterius moto ad inſtrumenta motus & ſenſus uoluntarij. Repletio quoq; ſuperflua & non exiſtens in ſtomacho, ſed in membris ipſi communicantibus impedit ſtomachi digeſtionem, calorem innatum ſuffocando, ſicut nimia inanitio ipſum paucificando Motus quoq; laborioſus poſt cibum minuit aut corrumpit digeſtionem, tum cibum agitando, ut non bene amplectatur à ſtomacho, tum calorem trahendo ad inſtrumenta motus. Leuis tamen deambulatio iuuat faciendo cibum ad fundum deſcendere ſtomachi. Et econtra quies poſt cibum iuuat ad digeſtionē, prolongata etiam completa digeſtione, minuit digeſtionem calorem hebetando. Coitus autem poſt cibum impedit digeſtionem, & multiplicatus, maximè nocet. Accidentia quoq; animi immoderata, immoderatè mouentia ſpiritus interius aut exterius, aut ſimul exterius & interius, ſicut paſsio dicta eſſent digeſtionē impediunt. Spes uerò & gaudium moderatum digeſtionem iuuant. Cauſæ uerò corporeę ſunt duplices per eſſentiam aut per communitatem. Per eſſentiam quidem. Aut in compoſitione, ſicut ſi ſtomachus peccaret quantitate, exiſtens nimis magnus aut paruus, aut figura exiſtens figuræ rotundæ, cum debeat eſſe figuræ oblongæ, ſicut cucurbita retorta, aut ſi eſſet nimis tenuis, aut raræ ſubſtantiæ, aut eſſet nimis aſper, aut lenis in ſuperficie, licet huius ſpeciei compoſitionis æqualitas immediatè deſeruiat retentioni, mediatè digeſtioni. Similiter lapſus in complexione impedit digeſtionem. Sed inter omnes lapſus ad frigidum & ſic. cum digeſtione maximè iuuetur calido & humido, iuxta Aphoriſ. Quicunq; uentres habent humidos iuuenes exiſtentes melius commutant, ſiccos habentibus. Lapſus autem in paſsiuis cum temperie actiuarum parum impedit digeſtiōem, niſi proportionētur ad materias. Humiditas quidem cum præſentia materiæ, & ſiccitas cum conſumptione & arefactione: ſunt enim hæ qualitates paſsiuæ paucæ impreſsionis, neq; multum poſſunt intendi ſine lapſu actiuarum. Materiæ ergo in ſtomacho ſuperfluentes cuiuſcunq; generis impediunt digeſtionem, ſiue in ſtomacho contentæ, ſiue aliunde deriuatæ. Et ſimiliter uentoſitas aut cibum corrumpendum cum admiſcetur aut minuendo, quia non ſinit ſtomachi parietes ſufficienter cibo adhęrere: bona enim comprehenſio ſtomachi ſuper cibum, eſt cauſa bonæ digeſtionis niſi ſit grauatiua, ſed grauatiua facit retentionem comprimendo & non fit ita bona digeſtio, licet cibus citius deſcendat, & nō ſint cum ea eructuatio & rugitus, ſed calidæ ex his magis corrūpuntur, imò cum ſtomachus eſt calidus abſq; materia aut cū materia cholerica effuſa ex epate ad ipſum propter multitudinem generationis eius in ipſo per uiam fellis, corrumpuntur in ipſo cibi leues, & digerunt fortes & craſsi, ſicut eſt caro uaccina: frigidæ uerò diminuūt, corrumpunt, et interdum auferunt. Sed materia ſanioſa plurimum corrumpit ad fœtidum. Similiter ſolutio continui, recens aut antiqua, apoſtemata, bothor, digeſtionem impediunt diminuendo aut corrumpendo. Et nota digeſtionem dupliciter poſſe à ſua operatione impediri, tam propter defectum in inſtrumento, quod eſt complexio calida & humida moderatè, quàm in organo quod eſt fundus ſtomachi, & defectus in his lædit digeſtiua per ſe & immediate. Sed aliquando læditur mediatè & per accidens propter defectum continuæ læſo pyloton ab humiditate ſuperflua, aut irritato caliditate exceſsiua pungente et ſtimulante, ſiue ſint cum materia ſiue ſine, quare non tantopere retentiua retinet, donec digeſtiua ſuam compleat operationem, & aliquādo propter ſuperfluitatem appetiuæ, quæ debetur ori ſtomachi ſecundum plurimum à frigiditate ſuperflua contingentem, quare etiam ſuperfluit attractiua, & conſequenter fit comeſtio ſuperflua in comparatione ad digeſtionē. Sed per communitatem impeditur digeſtio aut à toto ſicut in febribus, hydrope, criſi, & ſimilibus, & per communitatem à membris particularibus, ſicut à cerebro, à ſpiritualibus membris, ſplene, epate, inteſtinis, renibus, ueſica, meſenterio, zirbo, neruis, iuncturis à mirach, matrice, & ſimilibus communitate abſoluta aut non abſoluta. Et inter communitatem abſolutam

computatur

computatur priuatio traſmiſsio eius quod deberet tranſmitti, ſicut in fluxu ſanguineo læditur ſtomachus, ſpiritu ſufficienti ad ipſum non tranſmiſſo.

Signa nocumenti digeſtionis in ſe & abſolutè ſumuntur ex grauitate & mala tolerantia cibi, etiam ſi paucus ſit aut mediocris. Item ex multiplicata uentoſitate per ſuperius aut inferius, aut ex rugitu, tardo deſcenſu cibi ex ſtomacho, niſi fuerit lubricus aut adſit alia cauſa lubricans. Item ex pauca corporis reſtauratione, palliditate faciei, multo ſputo cum debilitas digeſtionis longo tempore prolongatur. Item ex uiſu, relatu ægri, & aſtantium: uidemus enim poſt longam retentionem cibi in ſtomacho ipſum egredi per ſuperius aut inferius, nihil aut parum à ſua diſpoſitione permutatum, quod eſt euidens ſignum primæ digeſtionis ablatæ. Et ſi digeſtio eſt diminuta notabiliter, eructatio poſt octauam aut decimam horam redolet odorem cibi, & fortè adeſt nauſea, extenſio, & æſtuatio anhelitus, & ſi corrupta ad acetoſum, fœtidum, aut fumoſum, aut ad qualitatem non conſuetam, eructatio redolet illud ad quod corrupta eſt.

Signa cauſarum primitiuarum ſunt præceſsio earum, & ſubſecutio huius nocumenti digeſtionis, ueri ſimiliter cauſæ præcedenti proportionalis. Et quod quotieſcunq; talis impedit cauſa, tale ſequitur nocumentum, & quando non præcedit, non ſequitur huiuſmodi nocumentum. Signa autem malarum diſpoſitionum ſtomachi, ſcilicet malæ complexionis, compoſitionis, ſolutionis continuitatis, apoſtematum, patere poſſunt ex his, quæ dicta ſunt in capit. de uomitu, & ſimiliter ſigna uentoſitatis. Sed malam complexionem frigidam aut humidam, ſignificant paucitas ſitis & conſtans appetitus ad cibum, albedo linguæ, ſapor oris inſipidus aut acris, eructatio acris aut incipida, tardus deſcenſus cibi, palor faciei cum albedine. Et econtra malam complexionem cal. & ſic. ſignificant ſitis, paucitas appetitus ad cibū, ſapor oris, & ſimiliter eructatio amara, fœtens aut fumoſa. Color linguæ tendens in citrinum aut fuſcum, pallor faciei cum citrinitate, & ſimilia, & uentoſitatem ſignificant rugitus & extenſio, & ipſius per ſuperius aut inferius expulſio. Signa reliquarum diſpoſitionum in cap. de uomitu perquirantur. Signa autem fortis compreſsionis ſtomachi ſupra cibum abſque bonitate digeſtionis ſunt, quòd compreſsio eſt tremula abſq; euentu rugitus & eructatione. Item adeſt extenſio & ſingultus cum impotentia perficiendi ipſum. Item adeſt conturbatio, grauitas, deſideriū minuendi grauitatem cum conſtrictione, & aliquando cibus uelociter deſcendit abſque complemento digeſtionis. Materiæ uerò corruptæ ultra ſigna ſui generis, de quibus ſupra, cognoſcuntur ex fœtore, ſapore horribili, inconſueto, nauſea, uomitu ſingultu, ſyncopi, & ſimilibus accidentibus malignis, & ſi huiuſmodi materiæ congerantur in ſtomacho ſignificant huiuſmodi nocumenta continua, aut cum pauca interpolatione: quòd ſi interpolatio fuerit plurium dierum, materiæ illæ erunt aliunde uenientes: quod autem ſit membrum mittens, cognoſcitur per nocumenta ipſius, quæ præceſſerunt, & per materias in ſtomacho repertas naturæ illius membri proportionales. Si uerò communitas ſit abſoluta ſola pręceſsio nocumentorum illius membri eſt ſignum, & propriè cum non uideatur nocumentum illud eſſe per eſſentiam, aut ab alia cauſa pendere. Signa autem tenuitatis ſtomachi, & raritatis texturæ ſunt dolores & aliæ ægritudines in ſtomacho prolongatę, & debilitas digeſtionis cum debilitate appetitus, & corporis extenuatio.

Prognoſtica. Primum. Nocumentum digeſtionis ſtomachi eſt mater ferè omnium ægritudinium materialium, propterea dicitur quòd plures interficit crapula quàm gladius. Secundum. nocumentum digeſtionis primæ notabile eſt cauſa nocumenti digeſtionis ſecundæ, dico notabile, quia ſi fuit paruum corrigitur per bonam monoculi & epatis diſpoſitionem. Tertium. Digeſtio prima corrupta eſt cauſa ægritudinum quæ ſequuntur corruptionem tertiæ aut quartę digeſtionis: cum ipſa corrumpendo ſecundam digeſtionem ſit cauſa corruptionis digeſtionis tertiæ & quartæ. Ægritudines autem quæ immediatè ſequuntur nocumentum digeſtionis primæ ſunt ſicut lienteria & hydropiſis tympanites, & quæ ſequuntur nocumenta ſecundæ, ſicut ſunt aſcites, fluxus humoralis, apoſtemata, & ſimiles, & quę ſequuntur, nocumentum tertiæ, & quartæ ſunt ſicut ſcabies lepra, hypoſarca, albaras, & morphæa. Quartum. Quòd eſt origo ægritudinum chronicarum multiplicando materias craſſas & multas cum debilitate uirtutis. Eſt enim cauſa epilepſiæ, melancholiæ mirachiæ, & corruptio digeſtionis multotiens eſt cauſa pruritus. Quintum. Digeſtio corrupta in conualeſcentibus prognoſticatur recidiuā, arguit enim multiplicatas ſuperfluitates quæ ſunt cauſæ recidiuæ.

Sextum. Debilitas digeſtionis primæ multiplicat phlegma uerum aut non uerum: quia chilus indigeſtus eſt ſimilis phlegmati in ſubſtantia, colore, uiſcoſitate, frigiditate, quapropter facilè conuertitur in aliquam ſubſtantiam ſimilem phlegmati, quod tamen non credo eſſe uerum phlegma. Eſt etiam cauſa phlegmatis ueri quia ex chilo diminutè digeſto plus conuertitur in phlegma, in ſecūda digeſtione, quam ſi eſſet bene digeſtus, propterea in omnibus ægritudinibus phlegmaticis, maximę debet eſſe intentio in confortatione digeſtionis primæ. Secundò, debilitas digeſtionis perducit ad rigorem & frigus extremitatum, & uelut commotionem principij paroxiſmi febris, quia calor reuocatur ad intra ut fortius digerat, & hoc licet ſit bonum per uiam cauſę, quia reuocatio interius fortificat digeſtionem: eſt tamen malum per uiam ſigni, ſignificat enim aut paucitatem caloris, & conſequenter debilitatem uirtutis digeſtiuæ, aut abſolutè, aut ſaltem in comparatione ad cibum digerendum. Septimum. Nocumentum digeſtionis ſequens debilitatem uirtutis aut malitiam complexionis confirmatam, difficillimè recipit curationem.

Et apud Auic. in libro mortis uelocis dicitur, quòd ſi ſuper oculos eius, qui habet nauſeatiuam ſatietatem & tarditatem digeſtionis appareat bothor nigra ſimilis ciceri & rubet pars eius, & fit uiridis pars altera, tunc ipſe incipit cum diminutione rationis, & morit in ſeptima decima: ſignificantur enim per diuerſitates colorum diuerſæ materię malignę, quarum partem paruā natura ſymptomaticè expellit, reliquum remanens interimit.

C

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.159

QVum ſtomachi debilitas cum pauca ſiti, & tarda cibi de ſtomacho deſcenſione, & acido ructu fuerit, fuerint que omnia accidẽtia hæc parua, nec fuerint uetuſta. Stomachus ex trochiſ. de roſ. eſt curandus, de quibus æger quotidie in mane pondus aurei, 1. s. cum uncia una decoct. de ſeminibus, ſumat. Decoctio autem de ſeminib. hæc eſt, ſumantur cymin. nabath & ameos, bulliant in mina aquæ, donec aqua fiat rub. de qua poſtea cũ trochiſcis de roſis, ut prædictum eſt, in potu tribuatur. Trochiſ. uerò de roſ. ſunt, qui. Recipe pulueris roſ. rub. drach. 3. xiloaloes, ſpicæ, maſtichis, xilocaſſiæ, ſchinanthi, cinamomi, abſinthij omnium ana drach. 1. & conſpergantur ex uino ueteri, & informentur trochiſ. Nutriatur uerò ex his quæ citò digeruntur & paucorum ſunt humorum ac paucarum ſuperfluitatum, quæ etiam ex redolentibus & ſeminibus ſunt condita, ſicut ſunt galangæ, & mutagenat. Ipſe quoq; ante comeſtionem multo utatur exercitio, & aquam minus ſolito bibat, & poſt comeſtionem multum dormiat. De uino quoque ueteri & puroparum bibat. Totam nutricationem minuat.

Diuiditur hoc. cap. in partes tres. In prima curat debilitatem digeſtionis à frigid. In ſecunda parte curat debilitatẽ digeſtionis à calid. In tertia curat ipſam pendentem à calidirate cui coniuncta eſt corporis ſiccitas & arefactio, ſecunda ibi. Quòd ſi digeſtiuæ debilitas, tertia ibi. Si autem cum hoc diximus. Prima in duas. In prima ponit ſigna debilitatis digeſtionis à frig. In ſecunda curam, ſecunda ibi. Fuerintq; hæc accidentia. In prima ponit tria ſigna debilitatis digeſtionis pendentis à frig. Primum paucam ſitim. Secundum tardam cibi deſcenſionem ex ſtomacho, ipſo cibo tardè digeſto. Tertium eſt ructus acidus, quæ omnia arguunt diminutam aut corruptam digeſtionem à frigiditate. Secunda uerò pars diuiditur in duas. In prima ponit curam debilitatis digeſtionis cum eſt remiſſa, & non eſt antiqua. In ſecunda, cum eſt intenſa & ueterata, ſecunda ibi.

Quòd ſi hæc accidentia. In prima parte pro cura debilitatis digeſtionis remiſſæ & non inueteratæ pendentis à frigiditate, ponit ſex remedia. Primum eſt trochiſ. de roſ. de quibus patiens debet ſumere in mane ſtomacho ieiuno aureum, 1. s. Hos autem trochiſ. debet diſtemperare cum ℥. 1. decoct. de ſeminibus, uel ſumat primò trochiſ. in forma pilularum, deinde bibat decoctionem, quæ decoct. debet eſſe paucæ quantitatis, utputa ℥. 1. ne faciat trochiſ. ex ſtomacho lubricare. Decoctio autem fit ex cymino Nabati, id eſt regionis illius, & ameos an. ℥. 1. quę craſſo modo contuſa, bulliant in mina aquæ, quæ eſt pondus centum ℨ. donec aqua rub. fiat, utputa ad conſumptionem medietatis & coletur, eſt enim calid. & ſic. ſtomachalis, uentoſitatum reſolutiua, ingredientia autem trochiſ. omnia ſunt calid. Et ſunt præter roſas ſtomachalia & digeſtionem confortantia, xiloaloes, id eſt ligni aloes, xilocaſſiæ, id eſt, caſſię ligneæ, cętera nota ſunt. Tertiò nutriatur ex his quæ ſunt facilis digeſtionis, boni chymi, boni odoris placentis, & paucarum ſuperfluitatum, paucorum humorum, id eſt, quæ non ſunt liquida, brodioſa. Ex quo infertur ꝙ hic curat debilitatem digeſtionis pendentis à frig. cum hum. Si enim frig. coniungeretur ſiccitas ſuperflua humida actu & potentia conuenirent, & ſint condita cum ſpeciebus redolentibus, ſicut galangæ & mutagenat, qui ſunt cibi apud Arabes conditi cum aromatibus. Quartò ante ſumptionem cibi exercitetur notabiliter. Quintò bibat uinum antiquum odoriferum, cal. & ſiccum, ſed in pauca quantitate, & parum aut nihil aquæ bibat, & comedat minus ſolito. Et ſexto poſt comeſtionem multum dormiat, ad perficiẽdum digeſtionem.

Quòd ſi hæc accidentia uetuſta fuerint. Electuarium diacymini & diaolibani amborum ana aurei, 1. pondus, cum drach. 1. ueteris uini puri in potu ſumat. Regimen autem eius ſit, ut prædiximus. Electuariũ diacyminũ. Recipe cymini, carmeni, drac. 100. zingib. drach. 20. pip. drach. 10. fol. rutæ, baurach, panis amborum ana drach. 10. hæ omnia cum melle deſpumato conficiantur, & detur cum hoc elect. ſi uenter ſtrictus fuerit. Quòd ſi uenter ſolutus fuerit electuarium diaolibanum eſt dandum, cuius deſcriptio in capite de uentris ſolutione continetur. Si autem hec non ſuffecerint, ſquama ferri cum uino tribuatur. Scoriæ autem ferri confectio hæc eſt. Recipe ſem. apij, ſem. fœniculi, aniſi, cymin. ameos, aniudem, orig. cheiſim, carui, ſeminum coriand. melanopiperis, cinamom. thuris, ſpicæ, gariophil. nucis muſ. cyperi, zingib. omnium ana, pondus aurei 1. ſcoriæ, aurei, 10. omnibus ſcrupulum uini addatur & coquantur, donec ad medietatem redeant & coletur, deinde æger de hoc ſyrupo poſtquam colabitur pondus drach. 30. quotidie ſumat & nutricationem alleuiet. Quod per tres hebdomadas faciens, caueat ſibi ab acetoſis & à fructibus recentibus & aqua frigida, uinum uerò menſuratè bibat. Emplaſtrum quod ſtomachum confortat & calefacit. Recipe ſtyracem, ſpicam, ſchinanthum, calamũ aromaticũ maſthicen, ex his cum uino ueteri, & ſucco cytoniorum conſperſis emplaſtrum ſuper ſtomachum ponatur. Ad hoc præterea confert, ut ſtomachus fricando inungatur ex oleo quod fit ex ſpica nardi & cypero, aut lana carminata in prædicto oleo calefacta inuoluta ſuper ſtomachum ponatur, & cum panno ligetur. Æger quoque uinum uetus bibat, aut miuam, aut hydromel.

Miua autem hoc modo fit, ſuccus cytoniorum, muzorũ, ſumatur & per diem & noctem, ut reſidere poſſit, dimittatur & coletur, deinde eius quod clarum eſt partes duæ ſumantur, ſacch. pars una, uini ueteris 1. & incipiat coqui ſuauiter & diſpumari, donec in iulep ſimilitudinem tranſeat. Poſtea pro unaquaque lib. ex toto ſumantur zingib. ſpic. cinamomi, gariyophyl. omnium ana, drachmam unam, maſthicis drachmas duas, omnia pulueriʒata in panno ligentur, & intus dum calefactum eſt mittantur, & cum infrigidari cœperit pannus extrahatur & exprimatur deinde ſyrupus re recondatur.

Nunc curat nocumentum digeſtiuæ intenſum & inueteratum pendens à frigiditate. Et ordinat quinque remedia. Primum eſt hoc. Recipe diacimini, diaolibani ana, aurei unius, ſumatur ſtomacho ieiuno pluribus diebus cum ℥. 1. uini ueteris, ſiue diſtemperentur adinuicem ſiue bibatur poſt ipſum uinum. Subdit poſtea quòd ſi uenter eſt ſtipticus utatur diacimino. Eſt enim aliqualiter ſolutiuum non quidem à proprietate, ſed merito quorundam pungentium & ſtimulantium ſicut piper & baurach. Quo etiam modo uinum granatorũ ponitur ab Auic. prima quarti, cap. de curatione generali febrium inter ſolutiua, licet fortè etiam ſoluat comprimendo, ſi uenter ſit ſolutus utatur diaolibano, cuius deſcriptio eſt in cap. de fluxu uentris, notabiliter enim ſtringit propter balauſtias: ſi autem uẽter medio modo ſe habet, poſſunt ad inuicem cõponi, ſicut hic docet Raſis. Deſcriptio autem iſta diacimini eſt ſatis nota, eſt enim notabiliter calid. & ſicc, ſtomachi confortatiuum & uentoſitatis reſolutiuũ. Baurach arabicè aphronitron Græcè, eſt ſpuma nitri Latinè, hic tamen per baurach panis credo Raſim intelligere ſalem panis, pro quo uide Meſue cap. de ſpeciebus ſalis ipſum ſalem panis inter quatuor ſpecies famoſas ſalis numerat. Secundum remedium eſt decoctio ſcoriæ ferri, quæ multum confortat ſtomachum & epar, & exiccat inter omnia humiditates ſuperfluas, eſt enim ſicca in tertio, & ſuper alias ſcorias, remouet mollificationem cocta cum uino, & ſecum permiſcet plurima calida & ſicca propria in ſtomachi confortatione. Aniudem, id eſt, radix herbæ, de qua fit aſſa keyſin, id eſt, leuiſticum, melano piper, id eſt nigrum piper, macropiper, id eſt longum piper, cætera nota ſunt. Cõntinuat uſum huius per tres hebdomadas, quia hæc malitia complexionis cum eſt inueterata & fixa non facile remouetur. Tertium eſt, ut caueat ab acetoſis & acribus, à fructibus recentibus ab aqua frigida, & ſimilibus frig. & humidis, & bibat uinum uetus menſuratè. Quartum eſt emplaſtrum confortans ſtomachum & califaciens cuius deſcriptio eſt ſatis nota. Sed ut hoc emplaſtrum ſit tenax, oportet multiplicare maſthicen ſuper alios pulueres. Laudatur etiam approximatio olei facti ex ſpica nardi & cipero, in quo dibitè calefacto lana aut philtrũ infuſum et optimè expreſsũ ſtomacho applicetur et liget. Quintum eſt, ut in potu ſuamat uinũ uetus, aut miuam, aut hydromel, ſi non biberit uinum. Deſcribit autem miuam cyton. quæ eſt nunc in communi uſu, quam aromatizat ad hoc ut magis calefaciat & confortet ſtomachum. Et omnia nota ſunt.

Quòd ſi digeſtiuæ debilitas fuerit cum multa ſiti, & paucorum ciborum appetitu, & fœtito ructu, ſyr. acetoſus de citonijs bibatur. Recipe ſucc. citoniorum acetoſorum partem unam ſacch. albi partem unam aceti clari quartam partem unius, coquantur omnia ſimul donec inſpiſſentur. Eſt autem ſyrupus iſte ſtomachi confortatiuus, & ad has ſuas peragendas operationes iuuatiuus, & uehementiam incenſionis & inflammationem quæ eſt in ſtomacho ſedat. Ægri uerò nutricatio ſit res, in qua ſimul congregantur acetoſitas & ſtipticitas. Et ut caro cum ſucco uuæ acerbæ cocta, & malis macianis ſimiliter cocta, &

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.160

cum ribes, & facta ex alſuem & almoſi, & illis ſimilia ex cibis. De iſto præterea detur puluere ut tranſglutiat, qui recipit roſ. rub. drachmas decem, ſpodij drachmas tres, ſemen. coriandri drachmas 5. Doſis eius ſit drachmæ duæ cum luc. granati, muzi, & cum ſyrupo de cytonijs acetoſis.

In hac parte curat nocumentum digeſtiuæ ſiue ſit diminuta per intenſionem, ſiue ſit corrupta à calid. ſuperflua, cuius ſigna ſunt multa ſitis, paucus ciborum appetitus, ructus fœtidus, & reliqua ſigna ſuperius dicta. Pro qua corrigenda concedit ſyrupum acetoſum de citonijs, cuius deſcriptio nota eſt.

Et ipſum ſicut eſt ueritas ſummis laudibus extollit. Et præter laudes quas ipſi attribuit prohibet tranſitum choleræ ad ſtomachum, quæ multotiens corrumpit digeſtionem. Diæta autem ſit frig. & utatur acetoſis & ſtipticis quæ nominat in textu, & ſatis nota ſunt. Alzuem & almoſi ſunt condimenta rerum ſicut gelatina, limonea, myrtea, & ſimilia acetoſa & ſtiptica. Ordinat præterea puluerem frigidum, ſiccum, & ſtipticum, cuius deſcriptio & iuuamenta ſatis nota ſunt.

Si autē cum hoc quod diximus fuerit in corpore extenuatio & inflammatio, ægro lac & aqua hordei danda ſunt.

Ipſe quoque ex hærbis humectantibus nutriendus eſt, ut ſunt lactucæ, maluæ, cucurbitæ, citrulli, carnes hœdorum & agnorum lactantium, & piſces recentes. Balneum præterea antequàm comedat & poſtquàm comederit & tinam quotidie ingrediatur. Et uinum clarum ualde temperatum bibat, & aſſiduè utatur quiete. Et motum & exercitium uitet. Sitq; totum eius regimen, qui corporis craſſitiem adipiſci deſiderat. Et ſi cum hac diſpoſitione inflammatio fuerit & incenſio uehementiſſima, ſtomachus ex rebus frigidis eſt liniendus. Et aqua hordei danda. Sitq; eius regimen hecticam habentis.

Curat debilitatem digeſtiuæ à calid. cum corporis extenuatione per frigid. & humid. exterius & interius applicita. Et intendit infrigidare et humectare tam qualitatiuè, quàm ſubſtantificè. Et quæ dicit nota ſunt. Lac eſt optimum ſi non adſit febris putrida, ſed ęgro putridè febriente uitandum eſt lac. Balneum aquæ dulcis conceditur, ſicut conceditur in hectica, & ad eaſdem intentiones. Et licet Raſis concedat ipſum ante cibum & poſt cibum, credo tamen ipſum magis conuenire cibo prædigeſto quo ad primam & ſecundam digeſtionem, ſcilicet quando nutrimentum debet ad membra delegari. Imò credo balneum cibo non digeſto ſaltem quo ad primam digeſtionem magis obeſſe, quàm prodeſſe. Cętera nota ſunt. Differentia autem inter balneum & tinam eſt, quia tina eſt uas in quo balneatur. Balneum autem eſt locus conſtructus ex tribus caſis in quo balneantur. Tina ergo poſſet eſſe in balneo, & extra balneum. Cura nocumenti digeſtionis primæ, ſi pendeat à cauſa primitiua, ſex exigit intentiones. Prima, remouet cauſam primituā & nocumentum ab ea impreſſum. Secunda, educit cibum corruptum ſi affuerit, & cætera quæ ſunt in ſtomacho adiuuātia ad corruptionem. Tertia, corrigit malam diſpoſitionem ſtomachi, ipſum confortando & etiam epar quod eſt ſedes & principium uirtutis naturalis. Quarta, prohibet fluxum humorum ad ſtomachum. Quinta, corrigit accidentia. Sexta ordinat debitum regimen ſex rerum non naturalium. Si ergo pendeat à uulnere uel contuſione in ſtomacho aut in membro ipſi communicante, curentur ſecundum quod oportet, iuxta primam intentionem. Et ſi ſumpſerit uenenoſa, uomitu educantur, aut ſeceſſu cum medicinis lenientib. & dentur bezahartica contra illa uenenoſa, & ſtomachus, & membra nobilia confortentur, & ſimiliter ſi applicita fuerint, remoueantur, & nocumentum per ipſa impreſſum, & ſimiliter curetur morſus uenenoſorum & nocumenta per ipſum impreſſa, ſicut ſæpe dictum fuit. Si uerò pendeat ab aere, cibo, & potu, & reliquis rebus non naturalibus inconuenienter applicitis, remoueantur cauſę illæ, & nocumentum per ipſas impreſſum, & inducatur regimen contrarium. Et quia regimen malum in cibo & potu ſecundum modos 12. ſupraſcriptos eſt frequentius in cauſa, ipſius correctioni attendatur maximè. Et ſi cibus in ſtomacho fuerit corruptus, iuxta ſecundam intentionem educatur quàm citius fieri poteſt. Et ſimiliter humores ſibi commixti cum uomitu aut ſeceſſu. Vomitus tamen eſt promptior ad educendum in ſtomacho contenta. Non eſt tamen uomitus frequentandus, ne ſtomachus fiat lacuna ſuperfluitatum. Et ſi non poteſt fieri aut non ſufficiant, dentur ſolutiua lenia, ſicut caſſia pilulæ alephanginę, ſtomachicæ. Et diatrionpipereō eſt proprium in corruptione ad acetoſum. Et quædam propria inferius deſcribentur. Poſtea iuxta tertiam intentionem corrigatur ſtomachi diſcraſia. Et digeſtiua eius confortetur cum contrarijs proprijs confortantibus ſtomachum tam proprietate, quàm ſtipticitate temperatis, & multa ualde propria & ſolennia deſcribuntur à Raſi in litera ſuperius expoſita tam interius, quàm exterius applicanda. Et multa excellentia addam inferius. Prohibetur autem fluxus humorum ad ſtomachum, iuxta quartam intentionem ipſum confortando, ut ſtatim dictum eſt, & etiam diuertendo cum euacuatione, aut ſine ſecundum exigentiam. Corrigantur autem accidentia iuxta 5. intentionem. Et ordinetur regimen ſex rerum in contrarium diſcraſiæ ſecundum quòd dicetur in ſequentib. Si uerò nocumentum digeſtionis fuerit per eſſentiam, quinq; exigunt intentiones. Prima, educit cibum corruptum & humores

ſibi admixtos. Secunda, corrigit diſcraſiam ſtomachi, & cæteras cauſas digeſtiuam debilitantes, ipſum confortando. Tertia, prohibet humores ne fluant ad ſtomachum. Quarta, corrigit accidentia. Quinta, ordinat debitum regimen.

Prima intentio perficitur, ut ſupra dictum fuit. Secunda uerò perficitur ſecundum exigētiam cauſæ corrigendæ, ſi enim quantitas ſtomachi aucta, aut diminuta, aut malitia figuræ fuerint in cauſa, permutari non poſſunt, ſed cibus eſt moderandus ut ſit facilis digeſtionis, mediocris quantitatis, in ſtomacho tamen paruo debet eſſe paucæ quantitatis, & debet pluries ſumi in die, ut ſufficiat ad nutritionem. Raritas autem & tenuitas ſubſtantiæ aliqualiter emendari poteſt cum proprijs moderatè ſtipticis & aliqualiter uiſcoſis ſtomachum incoriantibus, de quibus ſermo præceſſit in cura uomitus, & cibi ſint facilis digeſtiōis, & moderatæ quantitatis. Aſperitas autem ſuperflua corrigatur cum lenientibus ſumptis in principio menſæ, ſicut ſunt iura pinguia & fercula aliqualiter brodioſa, pruna matura, uua, ficus, & ſimilia ſumpta in principio, & econtra lenitas corrigatur utendo ſtipticis, tam interius, quàm exterius applicitis. Diſcraſia uerò corrigatur cum contrarijs proprijs moderatè ſtipticis interius aut exterius applicitis, de quibus egit Raſis in litera, & multa præſtantia inferius deſcribentur. Sed tertia intentio perficienda eſt, ut ſtatim dictum eſt.

Quarta autem & quinta intentio perficitur, ut dicetur inferius. Si uerò nocumentum primæ digeſtionis fuerit per communitatem à membro aliquo uel à toto ſex exigit intentiones. Prima, rectificat corpus aut membrum mittens euacuando, & diuertendo tam ab eo, quàm à ſtomacho, & ſecundo diſcraſiam membri mittentis corrigendo, & cum hoc ipſum confortando, ut fiat minera laudabilis chimi. Secunda, educit cibum corruptum & ſuperflua quæ ſunt in ſtomacho. Tertia, corrigit eius diſcraſiam ipſum confortando. Quarta, prohibet humores à fluxu. Quinta, corrigit accidentia. Sexta ordinat regimen conueniens.

Prima intentio completur euacuando à toto, aut à membro particulari mittente cum phlebotomia aut ſolutiuis ſecundum quod uidebitur expediens. Sint tamen ſolutiua talia quod non debilitent multum ſtomachum, ſicut eſt proprium ſolutiuorum exoluentium, & ſimiliter diuertantur materiæ tam à membro mittente, quàm à ſtomacho recipiente cum euacuatione & ſine euacuatione ſecundum quod uidebitur expediens. Et diſcraſia membri mittētis corrigatur, & ſimul etiam confortetur cum contrarijs ſibi proprijs moderatè ſtipticis non oppilantibus. Secunda intentio, ſcilicet eductio cibi corrupti completur, uomitu cum aliquo ex uomitiuis calid. aut frigid. forti aut debili, quæ deſcripta fuerunt ſuperius in capit. de uomitu, & ſi ſufficiat ſola impoſitio digiti aut pennæ in ore iterata multotiens non procedatur ad fortiora. Et ſi hæc intentio uomitus compleri non poſſit, dentur ſolutiua aut lenientia, ſicut caſſia aut manna, aut electiuè ſoluentia, ſicut pilulæ alephanginæ aut ſtomachicæ, reumbarbarum, aloes lotus cui myrobolanorum aut maſtichis poteſt addi.

Sint enim talia ut euacuando confortent, ne uirtus ſua tranſeat ſtomachum & meſeraicas. Hipoc. dixit quod aloes epaticus cum aqua abſinthij, uel artemeſiæ propinata ſtomacho ieiuno, ſanat ſtomachum ab omni languore educendo ab eo materias fraudulentas. Confortat cerebrum, & uiſcera mundificat, uermes occidit & educit, ſanat apoſtem. ſtomachi & uiſcerum & mundificat epar. Pilulæ confortantes ſtomachum in omni eius languore & læſione intrinſeca, nec permittunt humorem putreſieri in eo, ſed abſtergunt. Et qui utitur eis, diebus ſingulis ſanus permanebit à dolore ſtomachi & capitis. Et ſunt ſalubres oculis, & eis qui triſtantur. Et eſt medicina matricis uitioſæ, & aliorum uiſcerum. Recipe maſtichis ʒ. 4. aloes electi ℥. decem, agarici boni ℥. tres. Et eſt melius ut præparetur cum oxymelle, ſed confice cum ſucco altimiliæ. Doſis à ℈. uno uſque ad drachmam unam per horam ante cœnam, uel cum uadit dormitum.

Corrigitur autem diſcraſia ſtomachi, & ſimul confortatur cum contrarijs proprijs moderatè ſtipticis, quæ dicta ſunt in textu. Et ex ſimplicibus proprijs in hac intentione calidis ſunt gariophili, menta, cinamomum, maſtix, paſſulæ, algaliæ, xyloaloes, zingib. macis, galanga, pelliculæ intrinſecæ ſtomachorum gallinarum, & inter cætera uinum aromaticum, & piper maximè iuuat digeſtionem. Ex compoſitis calidis ſunt aromaticum roſatum, diagalanga, diacinamomum, diatrionpipereon, & confectiones magnæ, ſicut theriaca & mithridatum.

Electuarium nobile apud Franciſcum de Pedomontium confortans ſtomachum & digeſtionem à cauſa frigida. Recipe galangæ, nucis muſcatæ, cardomomi ana ʒ. duas, anthos, id eſt floris roriſmarini drachmas quatuor, mentæ, halaſcæ, ana ʒ. tres, ſyrupus de menta, uel de corticibus citri quantum ſufficit, & in corruptione ad acetoſum confert maſtix, & cum eſt fortis conferunt magnificè, & ultimæ ſummitates ſchinanthi cum carui. Ex frigidis autem ſunt roſæ, coriandrum præparatum, coralli, ſandali, labruſca, citon. & eſt ſingulare. Ex compoſitis diarhodon abbatis, miua acetoſa, & ſimilia, & multæ ſunt ſpecies trochiſcorum in hac diſpoſitione propriè. Et exterius applicita, ad hoc conferunt, ſicut emplaſtra & unctiones, cerata, ſacculi, fomenta quorum deſcriptio ſuperius poſita eſt in capite de uomitu. Verum in hoc eſt differentia, quia reſtringentia uomitum debent eſſe magis ſtiptica, imò notabiliter ſtiptica, hæc uerò moderatè.

Duo autem ſunt quæ confortant omnia membra, unum à complexione, & eſt oleum roſaceum, quod penes Galenum calefacta infrigidat, & frigida calefacit, alterum à proprietate, & eſt terra ſigillata. Et ex confortantibus corpus & omnia membra eſt exercitium moderatum. Sed quarta intentio, ſcilicet prohibitio fluxus humorum cum eiſdem completur, ſed aliquatulum magis ſtipticis

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.161

necnon cum diuerſionibus, cum euacuatione, & ſine ſi fuerit expediens. Corrigantur autem iuxta quintam intentionem nocumenta totius & cuiuſcunq; membri ſequentia nocumentum digeſtionis primæ, quæ poſſunt eſſe plura, cum ſit digeſtio ferè omnium ægritudinum materialium. Quæ qualiter debeant corrigi, perquiratur in proprijs capitulis dictis & dicendis. Præcipuè corrigatur nocumentum epatis, ſi adſit. Et etiam ſi non adſit, præcipuè intendatur ipſius confortationi. Eſt enim ſedes & principum uirtutis naturalis maximè iuuans ſtomachum ad ſuas operationes perficiendas, & cruciatio acida illicò corrigitur cum ſumptione zingib. conditi aut non conditi.

Aer autem iuxta ſextam intẽtionem ordinetur in contrarium diſcraſiæ, ſed ſit boni odoris ægro placentis. Et ſit notabiliter indutus ſecundum exigentiam temporis. Verum in diſcraſia frigida & humida, pannos magis calidos induat, præcipuè teneat partes ſtomachi & inteſtinorum notabiliter calidas, ſicut cum pelle uulturis, aut ſacculo ex pennis cigni, anſeris, uel anatis. Et minus calida eſt pellis agni. Et adhuc minus eſt pannus de granat. Neque gerat indumenta circa ſtomachum multum ſtricta nec multum lata. Similiter diæta ordinetur in contrarium duodecim illorum modorum, qui ſunt cauſa nocumenti digeſtionis, de quibus ſupra, & declinet in contrarium lapſus ſucundum unam aut plures qualitates, intenſè aut remiſsè ſecundum exigentiam lapſus corrigendi. Cibi tamen calidi & humidi, ſubtilis ſubſtantiæ ſunt communiter magis cæteris digeſtioni proportionati

Quod ſi nocumentum digeſtionis fuerit propter diminutionem calidi abſque lapſu graduali, ſicut quãdo ſtomachus eſt tenuis, raræ texturę, aut ſcirbus eſt euulſus, aut ſimiles cauſæ, ſint cibi & potus facilis digeſtionis temperati, aut aliqualiter ad calidum declinantes, quorum quantitas minoretur & ſint aliqualiter ſtiptici. Et ſi contra fuerit multitudo calid. abſq; lapſu graduali ſint aliquantulum difficilis digeſtionis & notabilis quantitatis temperati, aut aliquantulum ad frigidum declinantes. Et Auicen. in ſtomacho calido, prohibet cibos ſubtiles, & concedit craſſos, ſcilicet carnium uaccinarum conditarum cum aceto.

Potus autem calid. & ſicc. ſint ſicut uinum uinoſum, uetus, odoriferum, uinum autem uinoſum nouum eſt calidum & humidum, & propriè ſi dulceſcit, ſed uinum pauciferum acre eſt frigidum & ſiccum. Vinum autem pauciferum inſipidum eſt frigidum & humidum. Aqua mellis cum pauco pipere eſt calida & ſicca notabiliter, ſed ſimplex minoris eſt caliditatis & ſiccitatis. Aqua hordei, & aqua deſtillationis per arenam, aut aliter bene conditionata eſt frigida & humida. Similiter mixta cum iulep uiol. Sed uinum granatorum, agreſta, ſuc. berberis, limonum, citri, arantij, ſunt frigid. & ſic. quibus poſſunt uti in potu cum debita quantitate aquæ, & poſſunt cum ſaccharo dulcorari, frigid. & humid. ſunt ſicut ſuccus prunorum, & ceraſorum acrium. Herbæ autem quibus poſſunt uti declinantes ad caliditatem & ſiccitatem, ſunt ſicut menta, & ſaluia, ſerpillus, roſmarinus, fœniculus, petroſelinum, & ſimilia. Sed frigid. & humida ſunt ſicut lactuca, endiuia, cichorea, portulaca, cucurbita. & ſimiles. Sed calida & humid. ſunt ſicut borago & bugloſſa. Frigid. & ſicc. ſicut acetoſa, plantago, coriandrum. Ex granis frigid. & ſicc. ſunt milium panicum, kiſt fabarum & lentium. Ex calidis & ſicc. cicera; & ipſorum kiſt, rizum. Sed calida & humida, frumentum, far. Frigida & humida, kiſt hordei, ptiſana hordeacea, robilia. Ex carnibus eligantur carnes auium, & quadrupedum bene conditionatæ, ſcilicet quæ ſint boni chimi, facilis digeſtionis, paucarum ſuperfluitatum. Syluestres communiter ſunt ſicciores domeſticis, licet qualeæ ſint ſuperfluæ humiditatis, & concedantur elixæ in diſcraſia ſicca, & aſſatæ in diſcraſia humida. Ex piſcibus ſimiliter eligantur parui, petroſi, agiles, degentes in aquis bene conditionatis, & habentes ſquammas. Oua conueniunt, niſi timeatur eorum corruptio ad fœtidum, & ſint debitè præparata, & in ſtomacho ualde calido melius eſt ut ſint dura, & cum aliquo frigid. condita. Lac optimè conuenit in lapſu ad calidum & ſiccum, niſi adſit febris, & ſimiliter caſeus recens non ſalitus.

Sed in diſcraſia frigida & humida caſeus antiquus conuenit modicæ quantitatis in fine menſæ, & aliquando parum ſalſi in principio butyrum & oleum, ſed maximè amygdalarum dulcium conuenit in diſcraſia ſicca. Sapores ſicut piperata, ſinapiſmus, & ſimiles conueniunt in diſcraſia frigida & humida. Et ſapor ex amygdalis & paſſulis in frig. & ſicc. Et ſapores acetoſi ſupraſcripti quidam in calida & humida, quidam in calida & ſicca, ſicut facti ex prunis & marinata. Fructus conuenientes in cauſa calida in fine menſæ ſunt pira & citonia cocta aut condita. Similiter diacitoniten, & coriandrum ſemiconfectum. Sed in cauſa frigida fiſtici, auellanæ parum torrefactæ, & paſſulæ, & poſſunt concedi in fine menſæ, & in principio diacitoniten cum aromatibus calidis in fine menſæ. Aromata autem ſunt illa, de quibus ſuperius dictum eſt, & maximè piper in cauſa frigida. Regulæ obſeruandæ in cibatione ſunt educto cibo corrupto per ſuperius uel inferius per diem naturalem à cibo abſtineat & prolixè dormiat. Deinde comedat, ſed parum, & res non aptas corruptioni. Et in præſeruando & curando optimè ualet, ut non comedat niſi præcedente cibi digeſtione celebrata. Surgat à menſa cum reliquijs famis. Non multiplicentur cibaria in menſa una.

Notabiliter comedat antequam bibat. Deinde ſatis frequenter bibat uſque ad finem menſæ, ſit tamen potus proportionatus cibo. Et in fine menſæ ſumat aliquid confortatiuum oris ſtomachi, ſicut diacitoniten, au ſimile, & poſt ipſum non bibat, nec bibat extra horas cibationum.

Sit eius ſomnus multus & maximè nocturnus, & ſit continuus & ſufficiens.

Somnus etiam meridianus ipſi conceditur maximè à medio Marij uſque ad medium Auguſti, niſi aliquid

aliquid particulare obſtet, ſed dormire non incipiat, niſi diſtanter à cibo per horam, & dormiat primò ſuper latere dextro, ut melius cibus ad fundum deſcendat, ſecundò ſuper ſiniſtro, ut epar comprimat ipſum amplectendo cum quinque pennulis ſuis, ſic enim melius adiuuat ad digeſtionem, & tandem ſuper dextro ſomnum compleat, ut factus chilus melius tranſeat ad epar. Procuret omnes euacuationes à natura inſtitutas. Coitum non exerceat, niſi naturaliter multum ſtimulatus, ſed nullo modo immediatè poſt cibum & tempore digeſtionis. Caueat à ſudore. Exercitium ante cibum conuenit, poſt cibum quieſcat. Leuis tamen deambulatio concedi poteſt, niſi ſtomachus ſit ualde debilis, in quo caſu omnis motus nocet, imò uociferatio. Spes & gaudium moderatum ſibi conuenit, cætera animi accidentia uitanda ſunt, aliqui tamen dicunt digeſtionem quartam melius compleri in uigilijs, quàm in ſomno propter conuerſionem caloris ad exteriora tempore uigiliarum. Et penes Auicennam amplexari infantem propinquum ad hoc ut polluat ſecundum longitudinem noctis eſt de rebus magis iuuantibus ad digeſtionem. Et ſimiliter catulum canis, aut cattum maſculum nigrum. Cuius contrarium habetur in de Somno, & à Galeno in de Accidenti. Nam & ſi minor calor ſit in exterioribus tempore ſomni, quàm tempore uigiliarum, eſt tamen tantus, ut una cum eorum complexione ſufficiat ad digeſtionem quartam, quę eſt facilor quàm prima aut ſecunda. Præterea membra intrinſeca indigẽt, ut digeſtio quarta in eis celebretur quorũ cura debet eſſe maior abſolutè. Itaq; ad quatuor digeſtiones magis adiuuat ſomnus quàm uigilia, &c.

DE DOLORE STOMACHI. Cap. LXXXI.

Dolor ſtomachi qui eſt ſenſus nociuus eiuſdem multipliciter diſtinguitur. Aut ratione ſuæ eſſentiæ, quia aliquis eſt grauatiuus, aliquis extenſiuus, aliquis perforatiuus, aliquis pungitiuus aut mordicatiuus. Aut ratione loci, quia aliquis eſt in toto, aliquis eſt in parte ut in orificio eiius uel in fundo. Et quilibet eſt intenſus & remiſſus, continuus & interpolatus, periodicus aut ſine periodis. Cauſa cuiuſcunque doloris immediata eſt mala complexio diuerſa, aut ſolutio continui recens, aut antiqua, ſed mala complexio eſt calida, frigid. ſicca, aut compoſita ſine materia aut cum materia calida, mordicatiua, aduſtiua, aut frigida phlegmatica, aut melancholica. Et hæ materiæ faciunt dolorem aut alterando aut ſoluendo continuum aut extenſiuum, cum continetur in loco amplo, aut perforatiuum cum continetur in loco anguſto, ſicut inter tunicas ſtomachi. Apoſtema autem eſt utroque modo doloris, cum aggreget in ſe malam complexionem & ſolutionem continui, & dolor ſequens ipſum eſt pungitiuus & mordicatiuus, ſi pendeat à materia acuta. Extenſiuus & grauatiuus ſi pendeat à materia multa, & aliquando pulſatiuus dum maturatur & pungitiuus & perforatiuus dum eſt proximus eruptioni. Cauſæ autem mediatæ doloris ſunt duplices, primitiuæ, aut corporeæ, primitiuæ quidem ſicut percuſsio, caſus aut offenſio ſtomachi, aut membri ſtomacho communicantis, ſicut cerebrum, nerui aut inteſtina, & ſimilia. Aer uerò frigidus, uentus, inordinatio in cibo & potu ſecundum aliquem modorum 12. in capitulo præcedenti poſitorum, & ſic de alijs ſex rebus non naturalibus inconuenienter applicitis, præcipuè potus aquæ in hora non conuenienti, eſt aliquando cauſa uehementis doloris. Corporeę autem ſunt duplices, per coumunitatem, aut per eſſentiam. Per communitatem quidem à toto, ſicut in febribrus, aut criſi, aut à membro particulari, ſicut cerebro communicãte ipſi aut abſolutè, aut mittendo materiam catarrhalem, ſimiliter à neruis ſecundum plurimum communitate abſoluta. Item à ſplene aut ſuperfluè infrigidando aut tranſmittendo materiam melancholicam, & ab epate & kyſti mittentib. materiam cholericam. Item ab inteſtinis eleuatis uermibus, uentoſitate, aut fęcibus ad ſtomachum.

Et per communitatem à renibus, ſicut in dolore calculi, & eſt ſecundum plurimum communitas abſoluta. Item per communitatem à matrice, à retentione menſtruorum. Item per retentionem ſanguinis hęmorrhoidalis fluere conſueti, & breuiter ſtomachus poteſt recipere ſuperfluitates à quocunque membro mediante epate. Per eſſentiam uerò cauſæ doloris ſtomachi, ſunt cauſæ immediatæ doloris, de quibus ſupra, ſcilicet mala complexio, ſolutio continui, & apoſtem. Sed cauſa remotior frequenter accidens eſt, nocumentum digeſtionis, per quod corrumpitur cibus ad fumoſum, fœtidum, aut acetoſum, & multiplicatur uentoſitas & phlegm. per indigeſtionem, quæ omnia diſcraſiando ſtomachum aut extendendo, ſunt cauſa doloris. Mala quoque digeſtio cum debilitate expulſionis eſt cauſa quòd apoſtema in ſtomacho per uiam paulatim factæ congeſtionis generetur. Hic autem ponam cauſas quorundam particularium dolorum frequenter contingentium. Sunt enim aliqui famelici qui incurrunt dolorem ſtomachi, & cum comedunt ſedatur. Huius cauſa eſt effuſio materierum mordicantium ad ſtomachum, quando uacuus eſt à cibo, quæ aliquando ſunt melachol. acetoſæ, effuſæ ad os ſtomachi à ſplene per uiam naturalem conſuetam, ſed nocent, aut quia plures, aut acetoſiores quàm in diſpoſitione naturali conſueuerunt. Sed frequentius ſunt cholericæ effuſæ à kyſti ad fundum ſtomachi per porum felleum ad ipſum terminatũ in maiori quantitate, quàm debeat in diſpoſitione naturali. Inquit enim Auic. tolerare famem, ſtomachum putridis replet humoribus. Sedatur autem poſt comeſtionem cibo comprimente hos humores ad fundum ſtomachi, & fortè extra per pyloron, & hoc cõtingit ſi non ualde multæ ſunt & in ſtomacho illo ſit facilis effuſio contentorum in ipſo ad inteſtina aut merito compoſitionis aut alterius diſpoſitionis. Secundò ſunt aliqui quib. poſt tres aut quatuor horas poſtq; comederũt, & aliquando poſt 10. horam incipit dolor, & non ſedatur niſi cum uomitu rei acetoſæ, quæ eſt quoddam aggrega-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.162

tum ex humore phleg. aut melancholico acri, & ex ipſo cibo corrupto ad aceroſum, aut cum deſcenſione totali eius quod in ſtomacho cõtinetur. Et aliquando hic dolor remanet per longum tempus, ut puta per diem naturalem & ſupra. Cauſa autem primi eſt melanch. acris, aut phleg. aceroſum, quæ exiſtentia in fundo ſtomachi manent quieta. Et ſecundi cauſa eſt cholera manens ſimiliter quieta in fundo ſtomachi. Cũ autem cibus ſumitur aſcendunt & cum ipſo permiſcent & corrumpunt ipſum. Sedatur ergo primus cum uomitu rei aceroſæ. Secundus pendens à cholera cum deſcenſu ipſius ſimul cum cibo, eſt enim pronior ſua ſtimulatione ad hoc ut effundatur extra ſtomachum quàm melanch. remanent autem ſic longo tempore: aut quia non uomitur, aut quia non complete uomitur, neq; complete deſcendit, niſi poſt longum tempus. Et aliquãdo humor imbibitur aut apoſtemat, & ſic dolor diu permanet. Tertiò ſunt aliqui quibus accidit dolor ſtomachi cum comedunt & ſedatur poſt digeſtionẽ, & apud Auic. plurimi eorum ſunt malanch. & patientes melanch. mirachiam. Cuius doloris cauſa eſt uentoſitas eleuata à materia malancholica. Sedatur autem poſt digeſtionem chilo ſimul cum humore melanch. deſcendente ad inteſtina. Quartò, ſunt aliqui qui poſt cibationem incurrũt ardorem ſtomachi cum eructationibus arſiuis tendentibus in aceroſum ſecundum plurimum, & ſedatur poſt digeſtionem. Huius cauſa eſt corruptio cibi ad aceroſum ſecundum plurimũ, & aliquando ad putridum uel fumoſum, & tunc eructatio redolet odorem fumi aut rei foetentis. Et primus ardor tendens ad aceroſum pendet à mala cõplexione frig. ſine materia aut cum materia phleg. aceroſa uel melanch. non multa. Secundus uerò ardor à cal. ſine materia aut cum materia cal. ſecundum plurimum cholerica corrumpente cibum ad putridum aut fumoſum, & hoc eſt rarius & aliquando hoc contingit propter multitudinem comeſtionis aut iterationem eius abſque fame uera, & aliquando propter comeſtionem rerum aceroſarum, aut acrium in ſtomacho frigido, aut calidarum acutarum in ſtomacho calido, ſicut alliorum, & ſimilium. Huius ardoris & dolorum, de quibus ſupra, cauſa immediata poteſt eſſe humor aut cibus corruptus, necnon uapores & uentoſitates ab ipſo eleuati. Quintò, aliqui poſt ſomnum incurrunt dolorem ſtomachi, cuius cauſa eſt materia catarrhalis deſcendens ad ſtomachum in ſomno, & uomitu ſedatur materia catarrhali ab eo expulſa, dolor ſtomachi aliquando permutatur ad cerebrum, aliquando ad neruos, aliquando ad cor, aliquando ad iuncturas & inteſtina.

Signa. dolor ſtomachi cognoſcitur ex relatu ægri. Similiter ſigna ſpecierum diſtinguntur penes doloris eſſentiã, quibus nomina ſunt impoſita, ex ipſa natura rei, habentur ex relatu eiuſdem, ſi compos mentis ſit. Si uerò non, oportet ad notitiam earum peruenire ex notitia propriarum cauſarum cuiuſcunq; doloris. Cognoſcitur autem in qua parte ſtomachi ſit dolor, ſimiliter ex relatu ægri. Si enim eſt in ore ſtomachi, dolor eſt in parte ſuperiori infra malum granatum per duos digitos, magis læditur appetitus, & fortis adeſt ſingultus & aliquando communicatur dorſo circa 13. ſpondilem eius, quæ eſt ſecunda incipiendo à prima. Si uerò ſit in fundo, dolor eſt ſupra umbilicum per duos digitos, & magis læditur digeſtio, & ſi dolor eſt in ore & fundo, dolor in ambobus locis ſentitur & ſimul læditur appetitus & digeſtio. Sed nota quòd ſi dolor eſſet in parte anteriori ſtomachi tactus inuenit dolorem. Si uerò in poſteriori minimè, niſi cum fortiſsima compreſsione. Diſtinguitur autem dolor fundi ſtomachi à dolore colon ſuperæquitante ipſum, quia in colica eſt fortis retentio foecum & uentoſitatum, & cum educuntur ſubitò ſedatur. Hæc autem non ſunt in dolore ſtomachi, ſed econtrario uomitus ſedat dolorem ſtomachi parum conferens in colica. Aliæ ſpecies doloris ſimiliter cognoſcũtur ex relatu ægri & aſtantium. Solutio continui ſi recens ſit uera, & manifeſta cognoſcitur ex ſanguine fluente. Si uerò antiqua ex ſanie, uomitu, aut per ſeceſſum expulſa, aut reliquis ſignis læſionis ſtomachi. Sed mala complexio cum materia & ſine materia cuiuſcunque generis, cognoſcitur per ſigna ſuperius dicta in cap. de uomitu, & in cap. de debilitate digeſtionis, ſuperfluum enim eſſet eadem toties reiterare. Ventoſitas autem cognoſcitur ex rugitu et eructatione, & quia ad eius expulſionem per ſuperius aut inferius ſequitur doloris alleuiatio, & frequenter dolor permutatur. De apoſtemat. uerò ſpecialiter agetur in hoc capit. Cauſæ primitiuæ ſunt cibi ſigna, & quia quandocunque ſimiles cauſæ præceſſerunt, ſimilis ſequutus eſt effectus, ſcilicet dolor ſtomachi. Dolor autem aut per communitatem à toto aut à membro particulari cognoſcitur ex præceſsione nocumentorum totius aut membri communicantis, cum quorum augmento augetur, & decremento decreſcit, & ablatione aufertur. Item ex affectibus ſequentibus nocumenta membri communicantis, qui ſunt cauſa doloris ſtomachi, ſicut exempli gratia in cõmunitate cerebri adſunt ſigna deſcenſus catarrhi ad ſtomachum, & in communitate ſplenis fluxus melancholiæ ad ſtomachum, & ſic de cæteris. Nocumentum autem digeſtionis quod frequenter eſt cauſa doloris ſtomachi, cognoſcitur ex dictis in præcedenti cap. Cognoſcitur autem dolorem, aut materiam eius permutari ad cerebrum, neruos, cor, iuncturas, aut inteſtina, ex ſedatione doloris ſtomachi & aduentum læſionis in membro, ad quod ſit permutatio, ſcilicet ſcotomiæ, paralyſis, ſyncopis, doloris iuncturarum colicæ.

Prognoſtica. Primum, dolor ſtomachi niſi ſit pendens ab ulcere aut apoſtem. ſecundum plurimum curatur, exigit tamen medicũ diligentem & expertum. Secundum. multa ſenſibilitas ſtomachi cum defluxu materierũ acutarum ad ipſum, eſt quãdoq; cauſa doloris intolerabilis perducentis ad ſyncopim. Tertium. cum permutatur ad cor, quandoq; ſubitò interficit. Quartum. cum prolongatur dolor ſtomachi, timendum eſt ne ducat ad apoſtema eius. Quintum. licet dolor ſtomachi multiplicetur in prægnantibus & in quib. menſtrua retinentur portendit tamẽ aliquando præfocationẽ matricis, materijs, uaporib. aut uentoſitatibus eleuatis ad ſtomachum & ad diaphragma. Sextum. apud Auic. in libro mortis feſtinæ dicitur quod quãdo apparet cum dolore ſtomachi ſuper

pede dextrum quoddam ſimile ueſicæ moritur patiens in 27. & ex ſigno illius eſt quod appetit res dulces. Veſica enim illa, quam debemus credere eſſe phlegmaticam, ſimiliter cum appetitu rerum dulcium, ſcilicet uehementis dulcedinis arguit dolorem ſtomachi pendere à phlegmate aceroſo, ſtomachus enim præternaturaliter diſpoſitus apppetit contraria. Sed criſis illa permutationis diminuta arguit uirtutem debilem & materiam inobedientem, ex quibus cum alijs malis ſignis, quæ hic debemus ſupponere, arguẽdum eſt ipſum eſſe moriturum. Statuit autem ipſi 27. quę eſt una ex creticis morborum tropicorum, licet poſſit mori & ante &, poſt ſecũdum diuerſas circumſtantias. Septimum ſignum eſt ſi habet dolorem uentris, id eſt ſtomachi, & apparet ſuper ſupercilium eius ueſtigium & bothor nigrum ſimile fabæ, deinde ſit ulcus tunc ipſe morietur, et his quidem accidunt ſubeth & multitudo ſomni propter frigus ſuæ ægritudinis. Significatur enim ex his materiam hanc faciẽtem dolorem ſtomachi eſſe frigidam & permutari ad cerebrum, quia ſequitur ſubeth, ſit autem bothor in cilio natura tentante expellere materiam aſcendentem ad loca ignobilia, ſed cum non poſsit ipſam niſi diminutè expellere maior pars eius ad cerebrum permutata interficit, ulceratur uerò quia licet radicaliter frigida ſit, aduſtione tamen participat, & fortè magis facit ſubeth multitudine oppilando, quam propter frigus ſuæ complexionis.

SI cum dolore ſtomachi adſunt tribulatio & anguſtia & nauſea, ægro aqua tepida in potu eſt tribuenda, & ut uomat præcipiendum. Et ſi hoc non ſuffecerit, uenter ex hierapicra ſoluatur, quæ Rec. pulueris roſ. rub. ſpicæ, maſtichis, xilobalſami, carpobalſami, cinam. xilocaſsiæ aſſari omnium ana, drachmas quinq;, aloes ſcotrenſis duplum omnium quod bene tritum, miſceas cum medicinis tritis, & cum panno ſericino ſubtiliſsimè cribellatis, quarum trituratio cum aloe ſecundo iteretur, cuius doſis ſit à pondere duorum aur. uſq; ad drachmas duas. Ægro quoq; quotidie detur panis in uino & ſucco mali granati infuſus. Et in ſyrupo aceroſo de citonijs.

Diuiditur hoc capitulum in quator partes. In prima agit de dolore ſtomachi ab humore calido. In ſecunda quando eſt à uẽtoſitate, ibi. Quòd ſi cum dolore. In tertia, quando eſt ab apoſtematibus. ibi. Si autem cum dolore. In quarta parte dicit eſſe opus medico erudito ad curandum dolorem ſtomachi & epatis in fine capituli. ibi. Ad dolorem tamen ſtomachi. Prima, in quatuor. primò ponit ſigna. ſecundò curam per uomitum. ibi. Ægro aqua tepida. Tertiò per ſolutionem uẽtris. ibi. Et ſi hoc non ſufficiat. quartò per diætam. ibi. Ægro quotidie.

De duabus primis partibus dicit, ſi cum dolore ſtomachi fuerit tribulatio, id eſt, conturbatio & anxietas ſtomaticha, & nauſea, id eſt, inclinatio ad uomitus, pendentes, ſcilicet ab humoribus calidis, ſcilicet cholera uitellina, citrina, praſsina, & ſimilibus, ægro aqua tepida eſt in potu tribuenda, ſcilicet ſex ℥. aut circa, huic tamen poſſet addi aliquid aceti ad incidendum, & magis ſtimulandum, expulſiuam, aut ℥. 2. oxymellis ſimplicis, ſi humor eſſet craſsior, & uiſcoſior, & præcipiendum eſt ut uomat, digitum aut pennam in oleo tepido intinctam multotiens imponendo in gutture, donec exquiſitè materia euacuetur.

In tertia parte dicit, quòd ſi hoc non ſuffecerit ad curã doloris, aut quia uomitus nõ poſsit fieri, aut quia factus non ſufficit ad eradicationem materiæ, uenter eſt ſoluendus cum hierapicra dando ex ea à 2. ʒ. uſq; ad 2. aur. una tamen. ʒ. aut unus aur. hominibus regionis noſtræ cõmuniter ſufficit. Et melius eſt ut ex hoc puluere conficiantur pilulæ ut facilius ſumi poſſint, deſcriptio hæc nota eſt, & omnia ingredientia ſunt calida & ſic. præter roſas & ſunt ſtomachum confortantia, & nihil hic ponitur ſolutiuum, niſi aloe. Et habet hæc hiera hoc pręcipuum apud Auicen. 14. tertij ca. de cacexia, ut educat ſuperfluitates ſtomachi reſeruatis humiditatibus innatis. Et eius conferentia non eſt ſolum in euacuatione humoris cholerici, ſed etiam phlegmatici: & aliquando hi pulueres cum melle permiſcentur in modum electuarij, & poteſt exhiberi ex eo. ℥. 1. & humoribus exiſtẽtibus, imbibitis aut inuiſcatis erit maior eius conferẽtia quàm in forma pilularum. Credo tamen quòd in dolore pendente à cholera pura ſubtili magis obeſſet inflammando, quàm iuuaret euacuacuando.

Detur itaq; in cholera craſſa, aut in cholera mixta cum phlegmate, imò etiam in phlegmate ſolo in ſtomacho natante inuiſcato & imbibito optimè confert. In dolore autem pungitiuo pendente à cholera ſubtili magis conferret rheumbarbarum & myrobolani citrini, aut manna aut caſsia cum decoctione myrobal. citrinorum, xylobalſami, id eſt ligni balſami, carpobalſami, id eſt, fructus balſami, xylocaſſiæ, id eſt, caſsiæ ligneæ, cætera nota ſunt. Vltimò ordinans diætam, dicit quod detur panis infuſus in uino, ſcilicet uuarum, & ſucco mali granati ad contemperandum caliditatem uini, & detur etiam panis infuſus in uino & ſyrupo aceroſo de citonijs, id eſt, facto ex ſucco cytoniorum aceroſorum, cum debita quantitate ſacchari & poſſunt hæc omnia ad libitum inuicem permiſceri.

Quòd ſi cũ dolore ructuũ multitudo & extenſio atq; ſingultus, ægro electuarium diacyminum & diacalamenthum & aliæ confectiones, quæ uentoſitatem diſſoluere conſueuere, quæ in capitulo de colica nominabimus danda erunt. Cibaria quoque eius ſint calagiæ & mutagenath cum ſeminibus. Vini ueteris puri parum bibat.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.163

Et utatur motu. Et ingrediatur balneum. Stomachus quoq; ex oleo de neridem, ut diximus, in panno inuoluto uaporetur:

In hac ſecunda parte curans dolorem ſtomachi à uentoſitate. Primò, ponit tria ſigna, ſcilicet ructuum multitudinem, extenſionem, id eſt, dolorem extenſiuū, ſingultum .ſ. ſequentē uentoſitatem. Secundò, dat medicinas diſſoluentes uentoſitatem, ſcilicet diacyminum diacalamenthum, & cætera huiuſmodi, quæ diſſoluunt uentoſitatem, de quibus in cap. de colica dicetur, ſicut eſt electuarium de baccis lauri, ante tamen horum carminantium exhibitionem conueniens eſt ut præcedat euacuatio humorum ex quibus uentoſitas generatur uomitu aut ſeceſſu, & cibi ſui ſint, ſicut calagiæ, id eſt, cibus, qui fit ex pulmone, corde & epate inciſis minutim, & cum oleo frixis, in quo poſt remotionem prędictorum ponitur parum aceti, oua, & parum croci, mutageanth, id eſt, cibus qui fit in caziola, aut ſartagine conditus cum ſeminibus carminantibus uentoſitatem, ſicut aniſum, ammi, cyminum, & ſimilia, parum uini ueteris potentis dandum eſt, & non in multa quantitate. Exerceatur ſtomacho ieiuno, poſt cibū quieſcat, ingrediatur balneum, ſcilicet aereum, aut balneum naturale, aut artificiale carminatiuum uentoſitatum, non autem balneum aquæ ſimplicis. Stomachus quoque uaporetur cū panno aut philtro infuſo, in oleo de neriden, id eſt de ſpica, qui expreſſus optimè & notabiliter calidus ſtomacho pluries applicetur, & hoc fiat ſtomacho ieiuno.

Placet mihi gratia clarioris doctrinæ, primò expedire materiam de dolore ſtomachi ab omnibus cauſis contingentibus præterquam ab apoſtematibus ſtomachi, deinde de apoſtematibus eius ſpecialem faciam ſermonem. Sed antequam ordinem curam doloris ſtomachi, cum ipſe multotiens à uentoſitate contingat & ſequatur ſtomachi inflationem, placet de inflatione & rugitu aliqua ſummatim dicere.

Eſt autem inflatio extenſio alicuius partis à uentoſitate in ipſa comprehenſa manente quieta. Rugitus uerò eſt ſonitus uentoſitatis in aliqua partæ commotæ abſque ipſius expulſione, quæ ſi à ſtomacho per os expelleretur, ſequitur eructatio, ſi uerò ab inteſtinis per anum ſequitur trula. Inflatio autem diſtingui poteſt ſecundum magnitudinem & paucitatem extenſionis. Sed rugitus diſtinguitur ſecundum quantitatem eius, & differentiam ſonorum, multiplicatur tamen propter multitudinem uentoſitatis & loci anguſtiam. Et ex oppoſitis cauſis paucificatur. Propterea multiplicatur magis in inteſtinis ſubtilib. quàm in craſsis, aut ſtomacho. Sed ex parte ſoni, quia grauis eſt ſonitus, cum eſt in loco amplo, ſicut in ſtomacho, aut in inteſtinis craſsis, & eſt acutus, cum eſt in inteſtinis gracilibus. Item aliquando eſt clarus cum uentoſitati non permiſcetur humiditas. Et ex oppoſita cauſa redditur non clarus, quapropter claritas ſonitus in inteſtinis ſignificat mundificationem inteſtinorum aut exiccationem fęcis Quia cauſa immediata inflationis & rugitus eſt uentoſitas, opus eſt ut cauſas uentoſitatis abſoluamus.

Cauſa autem uentoſitatis in ſtomacho & in inteſtinis eſt duplex, efficiens & materialis. Formalem & finalem philoſophis relinquo. Et uterq; eſt duplex corporea & primitiua, Corporea duplex per eſſentiam, & per communitatem. Cauſa autem efficiens uentoſitatem eſt caliditas diminuta, nam ſexto de accedenti & morbo. & 3. Colliget, cap. primo, & 13. tertij cap. de inflatione, uētoſitas non à forti calore multiplicatur, quia reſoluitur inſenſibiliter, nec à forti frigore, quia frigus prohibet eleuationem uaporum. Et ſimiliter uentoſitates 20. tertij cap. de cauſis diminutionis coitus, caliditas & frigiditas ſunt contrariæ uentoſitati, & ideo in fortiſsimis caloribus & frigoribus in mundo non apparet uentus. Similiter contingit in corpore noſtro, quod nec in forti calore propter reſolutionē inſenſibilem, nec in forti frigore prohibente ſubtiliationem, uapor aut uentoſitas generabitur, & ſi cibus uel materia uentoſabilis reperiatur. Quapropter fit à caliditate media inter reſoluentem & non agentem, ita ut agat, ſed non reſoluat unde ex cibo uel humore de ſe non uentoſo dicta caliditas generabit uentoſitatem. Et propter hoc in corporibus ægris uel ſanis debilibus multiplicatur uentoſitas, & in fortibus ſanis minimè uel parum licet utantur rebus uentoſis. Contra. Primò, in fortiſsimo calore, ſicut febrictium multiplicatur uentoſitas, ergo poſitio falſa. Secundò. Si calor fortis conuertit materiam in uaporem, reſolutioni inſenſibili aptiſsimum, cum non ſit traſitus de extremo ad extremum ſine medio, erit deuenire ad mediocritatem ſubſtantiæ uentoſitati proportionatam.

Tertiò. Calori debili difficilius eſt ex humore uentoſitatem generare, quàm uentoſitatem genitam reſoluere, ſed facit primum, ergo faciet ſecundum, quapropter non erit cauſa inflationis aut rugitus, ſicut nec calor fortis. Quartò. Calor quantumcunq; diminutus in corpore humano conuertit humidum in uaporem, ergo, &cæt. Aſſumptum probatur, quia cum nullo calore corporis uiuentis eſt admixta tanta frigiditas quanta reperitur in aere hyemali congelante, ſed tamen ille conuertit humidum in uaporem, ergo, &c. Et confirmatur, quia in moriente tam in ægritudinibus acutis, quàm in chronicis multiplicatur aliquando uentoſitas uſque ad finem uitæ, in quibus calor diminuitur uſque ad gradum cum quo non ſtat uita. Aſſumptum manifeſtum eſt ex ſententia Auicennæ in capite de ſynocha, & experientia comprobatur in tympanite. Ad primum dicitur, quòd per calorem fortem non intelligitur calor intenſus, ſed fortis iuſtitialiter, qui exigit tres conditiones, prima, quòd ſit ſatis intenſus, ſecunda, quòd ſit cum notabili multitudine caliditatis, tertia, quòd ſit formæ humanæ bene preportionatus cuius eſt inſtrumentum, talis autem non eſt calor febrientium.

Ad ſecundum dicitur, quòd fiet tranſitus à ſubſtantia humoris ad ſubſtantiā uaporis per medium proportionatum generationi uentoſitatis. Et conſequenter quòd uētoſitas generabitur ſi materia illa erit proportionata generationi uentoſitatis, ſicut phlegma aut melanch. aut multi cibi, de quibus infra, ſed tamē illa uentoſitas quæ erit medium tranſitus, ita citò in uaporem conuertetur & reſoluetur, ut non poſsit facere inflationē aut rugitū, cuius conſideratio pertinet ad medicū. Ad tertium negaī maior & dicitur q; licet ſit

ſit maior diſtantia inter ſubſtantiam humoris ſiue cibi & ſubſtantiam uentoſitatis, q; inter ſubſtantiam uentoſitatis & uaporis, tamen membrum calidum propter meliorem applicationē ad cibum uel humorem, q; ad uentoſitatem in ambitu alicuius receptaculi contētam, poteſt facere primum & non ſecundum, ſunt etiam aliæ reſponſiones, quas gratia breuitatis omitto. Ad quartum dicitur, quod calor quantumcunque remiſſus in iuuentute conuertit humidum in uaporem generando ipſum ex parte aquea. Ex quo tamen non ſequitur quòd debeat generare uentoſitatem, quæ generatur ex parte craſſa terrea alicuius cibi uel humoris, ſicut nec in mundo tempore magni frigoris generatur uentus, licet generetur multitudo uaporū, aut ſi in corpore noſtro generetur uentoſitas, illa eſſet modica non apta facere inflationem, aut rugitum à medico conſiderandum. Ventoſitas nanque generatur ex parte craſſa terrea, uapor autem ex parte aquea, ſed exhalatio ex parte ignea & aerea, quapropter cæteris paribus difficilius eſt uentum, q; uaporem aut exhalationem generare. Et ad confirmationem dicitur quod in multis ægritudinibus generatur uentoſitas uſque ad finem uitæ, imò etiam poſt finem uitæ, nam corpora putreſcentia multotiens intumeſcunt, & per calorem putredinalem uaporibus & uentoſitatibus eleuatis, & ſub cute ab eius denſitate retentis, & conſequenter ſequitur quod calor tendentis in mortem poteſt intendi cum putrefit, & conſequenter negatur quod in hoc caſu diminuatur, imò intenditur, ſicut quando homo etiam combureretur intenditur ad gradū cum quo non ſtat uita. In moriente autem ex tympanite credo quòd uentoſitas nō generetur propter finem uitæ ob defectum caloris. Secunda cauſa uentoſitatis ſunt cibi & potus naturaliter uentoſi, quia in ipſis eſt humid. extranea ſicut uinum dulce, turbidum. Item omnes herbæ recentes. Item omnes fructus humidi, & ex non humidis ſunt auellanæ, & caſtaneæ, & ex piſcib. cancri, & omnia conchilia, ex leguminibus fabæ, faſeoli, cicera, lentes, item mel. Contingit autem quòd aliquando cibus ſit uentoſus, ſed uelox motus eius de ſtomacho ad inteſtina uel de inteſtinis ad epar, aut uelox deſcenſus eius ad extra, facit quod non multiplicetur ex eo uentoſitas, niſi fortè modica. Tertia cauſa eſt res ſuperueniens debilitās digeſtionem dato quod in ſe ſit fortis neq; ſumpta ſit res uentoſa, ſicut potus aquæ frigidæ, motus inordinatus, coitus, accidentia animi moleſta. Et multotiens ſit frigus ſuperueniens corpori exterius cauſa inflationis, & rugitus uentoſitatis ex qua repletur corpus, propterea quia debilitat caliditatem operantem in materia, & facit operationem eius mediam, id eſt diminutam à complemento digeſtionis eius, cuius operatio eſt digeſtio humiditatum, & medietas operationis eſt uaporatio.

Quarta cauſa eſt aliquando cibus calidus, & propriè ſuceptus in ſtomacho calido, qui patiens à caliditate improportionata præter modum euaporat, aut fortè ipſe ſui caliditate aliquas humiditates à quibus obuiat in uapores craſſos, & uentoſitates conuertit, unde piper, cyminum, allia, & huiuſmodi ſunt frequenter cauſa multiplicatæ uentoſitatis. Quinta cauſa eſt uacuitas ſtomachi à cibo unde calor non inueniens cibū circa quem ſe conuertat, conuertiī ſuper humiditates quæ ſunt in ſtomacho uel inteſtinis, ipſas conuertentes in fumum, uapores, & uentoſitates, propterea in fame multi incurrunt torſiones, rugitus, & eructationes, & quandoque inflationes, & quandoque propter caliditatem expeditam à cibo mouentur uirtutes naturales, & mouetur aer effuſus in ſpacijs, & mouetur cum eo reſiduum uaporum humiditatum & eſt ſicut uentoſitas.

Sexta cauſa ſunt ægritudines ſplenis & multiplicatio melancholiæ, quæ uentoſatur & facit rugitum & inflationem tam ſtomacho pleno, quàm uacuo, & eſt deterior uētoſitate phlegmatica, licet uentoſitas phlegmatica ſit pluris euentus. Quod autē melancholia uētoſetur habetur tertio porble. problemate primo, & quarto problematū, proplemate tertio, & ad hanc reducitur melancholia mirachia quæ eſt cauſa multiplicationis uentoſitatis, tum debilitando digeſtiuam unde cibus uentoſatur, tum quia melancholia præcipitatur ad ſtomachum & inteſtina ex qua uentoſitas generatur. Septima cauſa eſt multiplicatio phlegmatis in ſtomacho & inteſtinis, quod uētoſatum eſt cauſa rugitus & inflationis & uehementis doloris ſtomachi & inteſtinorum. Cholera etiam craſſa uentoſarī poteſt, ſed minus quàm melanch. & melancholia rarius, quàm phlegma. licet uentoſitas melanch. cæteris ſit deterior. Cauſæ autem corporeæ remotiores, ſunt debilitates digeſt. malæ complexiones, ulcera, apoſt. oppilationes, raritas texturæ, & ſimilia. Et cauſæ primitiuæ ſunt inordinatum regimen in ſex rebus non naturalibus & annexis cuius rememoratio in curis iam dictis præceſsit. Signa. Inflatio & rugitus cognoſcuntur ex relatu ægri. Sed cauſæ ſuæ ſi ſint primitiuæ, ſicut cibi inflatiui, potus aquæ, & ſimilia cognoſcuntur, quia ſcitur quod cibi illi ſunt inflatiui & quod quandocunque ſumantur ſequitur inflatio & rugitus, & ſic de ſingulis cauſis primitiuis, & quod bono regimine obſeruato non ſequitur huiuſmodi. Item quòd hęc accidentia ſunt leuia & facilè ſedantur utputa homine eructante bis aut ter, diminutio autem caloris cognoſcitur per læſionem digeſtionis etiam bono obſeruato regimine, humores autem peccantes, qui ſunt materia uentoſitatum cognoſcuntur per ipſorum expulſionem, uomitu aut ſeceſſu, per ſaporem eructationis, & alia ſigna ſæpe ſuperius dicta & apud Auicen. differentia inter inflationem melanchol. & illam quæ eſt ex humoribus, malis, crudis, eſt quod inflatio melancholiæ eſt cum ſiccitate: illa uerò cum humiditate.

Pronoſtica apud Auicennam. Primum, quando multiplicatur inflatio in uentribus conualeſcentium indicat conuerſionem & recidiuam, ſignificat enim debilitatem digeſtionis, uel materias uentoſabiles, quorum quodlibet ſufficit ad recidiuam, modo non fuerit ex parte ciborum.

Secundum, plurimum ægritudines Almeriachiati. id eſt, mirach & meſenterij ſequūtur uehementem caliditatem ſtomachi & oppilationes uiarum cibi ad corpus, quare reddit & retinetur in partibus ſtomachi & corruptus facit eructationem acetoſam, & accidit uomitus ſtupefaciens dentes, cibo acetoſato ſimul cum melancholia euomito, præcipuè ſi communicat ſplen, & eſt egeſtio humida, id eſt, liquida chilo non potente tranſire ad epar, & incraſſatur

ſang. quia tendit in melancholicum & quandoq; eſt
illic apoſt. faciens uaporem melancholicum & facit
euenire melancholiam, quę dicitur mirachia. Vbi ue
rò eſſet uehementia caliditatis ſtomachi, & ſplen non
communicaret, fieret potius corruptio cibi ad fumo-
ſum. Cura doloris ſtomachi à mala complexione
ſine materia curatur cum contrarijs exterius & inte-
rius applicitis, tam cibalibus q̃ medicinalibus.
Ex hęrbis ergo in calida conceduntur lactuca, en-
diuia, portulaca, cucurbita, & ſimiles. Ex granis mi-
lium, panicum, hordeum, ſpelta lentes, & ſimilia, aut
ipſorum kiſt. Ex carnibus alcubugi, id eſt, perdices
& alduragi, id eſt turtures, & ſimiles. Ex piſcibus,
parui petroſi, & ſimiles bene conditionati, & propriè
dixi in aceto, & conceditur lac & propriè acetoſum
& maximè de quo extractum eſt eſt butyrum. Item
conceditur aqua frigida & propriè his, qui ex potu e-
ius lædi non conſueuerunt & non conſuetis aquę, uo
lentibus potare uinū datur apud Raſim permixtum
cum uino granatorum, aut cum ſyrupo facto ex ſuc.
citoniorum acetoſorum. Ex medicaminibus conue-
nit ſyrupus acetoſus ſimplex, rob de agreſta, de cito-
nijs, de granatis, & ſimilia ſatis nota, & ex trochiſcis,
trochiſci de ſpodio, & ſimiles, & exterius frig. appli-
centur, & ſi pendeat à frigida, calida actu, & potentia
interius & exterius ſunt applicanda, ſicut diagalan-
ga, diatrionpipereon, & ſimilia. Si uerò à ſiccitate hu
mectetur qualitatiuè, & ſubſtantificè interius & exte-
rius, & balneum aquæ dulcis eſt conueniens, & po-
tus uini eiuſdem anni notabiliter lymphatus, & lac
& iura pinguia pullorum conueniunt, & ſimilia.
Si uerò pendeat à mala complexione cum mate-
ria aliunde ſtomacho communicata exiguntur ſex
intentiones. Prima euacuat. Secunda diuertit. Tertia
regit membrum mittens. Quarta ſtomachum ſuſci-
pientem. Quinta curat accidentia. Sexta ordinat de-
bitum regimen. Vbi uerò dolor ſit per eſſentiam in
ſtomacho ſolum exiguntur quinq; ex ſupraſcriptis:
non enim opus eſt exigere membrum mittens, & hęc
intelliguntur ubi dolor non ſit tantus, ut ordinē curę
præuaricet, ſed ubi modum excederet. Prima inten
tio eſt doloris ſedatio, quo ſedato rectus ordo cura-
tionis proſequendus eſt ſecundum intentionem ſu-
praſcriptam, quæ dolorē uerè ſedat cauſas remouen-
do. Dolor uerò ſi fortis & intolerabilis fuerit abini-
tio ſedatur cum anodinis, ſicut cum ſacculis ex flori-
bus chamæmilæ, meliloti roſ. abſinthio, & ſimilibus
qui ſacculi poſſunt calefieri ſuper latere calid. aſperſo
uino, & ſtomacho applicari, aut infundātur in aqua
calida cui parum uini ſit admixtum, & expreſsi debi
tè calidi ſtomacho applicentur. Similiter ſacculi ex
furfure, atrimento, milio, & ſale ſunt præſtantes, &
propriè ſi uentoſitas ſit in cauſa, ueſicæ quoq; plenæ
decoctione huiuſmodi anodinorū debitè calida ſunt
præſtantes. Similiter philtra in ea infuſa & expreſſa
ſuper toto ſtomacho applicita, opus enim eſt ut ma-
gnam partem occupent, unctiones quoq; & empla-
ſtra eiuſdem intentionis poſt fomentationem appli-
citæ ſunt præſtantes. Sed his non ſufficientibus ad ſe-
dationem, dentur ſtupęfacientia, ſicut in cauſa frigid.
philonium à ℥.s. uſq; ad unam cum pauco uino ſua-
ui diſtemperatum, & in cauſa calida tantundem re-
quiei deſcriptione Nicolai cum aqua ſaccharata di-

ſtemperata, aut una pilula de cynogloſſa, & frequen-
ter conſueui coniūgere ſtupefacientia cum ſolutiuis,
ut ſimul uera cura & mendoſa perficiatur, ſicut ℈. s.
pilu. de cynogloſſa cum ℈. 1. alephanginæ in cauſa
phleg. aut cum tantundem aloes loti in cholera craſ-
ſa, aut materia mixta ex cholera & phlegm. aut cum
℈. 2. pilularum indarum in melanch. & ſi non habe-
rentur pilulæ de cynogloſſa ponātur cum ſupraſcri-
ptis gra. 2. opij & tantundem croci, aut caſtor. Simili
ter poſſemus cōiungere medicinas liquidas, ſicut phi
lonium cum diaphœnicone & ſimilibus, ſecundum
deſiderium patientis. Sed pro cura ordinaria, primò
debemus ordiri ad euacuatione, ergo præmittatur
clyſtere lenitiuum ſi fuerit ſtipticus, poſtea præcipia-
tur uomitus ſi nauſeauerit, & ſit facilis ad uomitum,
hic enim eſt promptior ad educendum materias quæ
ſunt in ſtomacho, quàm uentris ſolutio. Non tamen
inchoandum eſt cum fortibus, ſed cum leuibus, ſicut
cum impoſitione digiti aut pennæ in ore, aut cum
ſumptione aquæ tepidę cum aceto aut oxymelle ſim
plici, & ſimilibus, ſemper adiuuando cum impoſitio
ne digiti aut pennæ in ore, & hoc non ſufficiente ad
curam, ſoluatur uenter cum leuibus ſi materia ſtoma
cho aliunde communicetur, ſicut cum caſsia manna,
aut rheumbar. materia exiſtente cholerica ſubtili. Si
uerò cholera fuerit craſſa, aut fuerit cholera mixta
cum phleg. ſoluatur cum hierapicra aut in forma pi-
lularum, aut in forma electuarij præcipuè ſi fuerit im
bibita aut inuiſcata. Et phleg. cum pilulis alephangi-
nis, aut ſtomachicis. Et melancholia cum ſęna & epi-
thymo, & mirobolanis indis. Si uerò materia aliun
de deriuetur, ſoluatur cum fortioribus proprijs tam
membro mittenti, q̃ recipienti & cum hoc eligentib.
materiam peccantem ſicut cerebro, aut alijs membris
communicantibus materiam cholericam, dentur pi-
lulæ aureæ, ſed mixtæ cum tertia parte mirobol. citri
norum. Aut materia exiſtente phlegmatica pilulæ
cochiæ, aut hiera compoſita Galeni & poſſunt permi
ſceri cum mirobolanis chebulis, & diaphœnicon eſt
ad hanc intentionem. Et ſi materia fuerit mixta, den-
tur pilulæ aggregatiuæ, & materia exiſtente melan-
cholica pilulæ indæ, quibus poſſunt permiſceri miro
bolani indi in modica quantitate, ſemper enim cum
his exoluētibus, debet miſceri in diſpoſitionibus ſto-
machi aliquid ſtipticum, ſtomachi confortatiuū, ne
facilè recipiat materiā aliūde ad ipſum uenientē, ſicut
rheumbar. mirob. & ſimilia. Eſt etiam melius in prin
cipio, nondum digeſta materia, incipere cum medici
nis benedictis leuiter ſoluentibus, niſi uenter difficul-
ter ſoluatur. Digeſtiua autem in materia cholerica
ſubtili ſunt, ſicut ſyrupus de agreſta, de granat. de ci-
tonijs, acetoſis cum aqua endiuiæ, maximè ubi epar
communicet. Et in cholera craſſa aut cholera mixta
cum phleg. ſyr. acetoſus, oximel ſimplex, ſyrupus de
menta, de abſinthio cum aquis endiuię, abſinthij. & ſi
milium, & materia exiſtente ualde craſſa, aut uiſcoſa,
oxymel compoſitum ſcylliticum cum aqua abſin-
thij. praſsij, & ſimilium. Et in materia frig. nō uiſcoſa
mel roſ. Sed in materia melancholica ſyrupus de epi-
thymo & de fumoterræ, ſi fuerit aduſta cum aqua
bugloſſæ, ſcolopendriæ, & ſimilium. Sed digeſta ma
teria eradicetur cum fortibus. Phleb. autem concedi-
tur ubi timet aduentus apoſtematis, aut ubi ſanguis
eſſet

eſſet in cauſa, ſed maximè fiat ex uena deſeruiēte mem
bro mittēti. Si uerò nullum eſſet mittens fiat ex baſili
ca. Secunda uerò intentio, ſcilicet diuerſio perficitur
cum fricationibus, ligaturis, uentoſationibus, clyſte-
ribus, caputpurgijs, & ſic de ſingulis diuertentib. tam
à membro mittente quàm incipiente. Tua autem in
tereſt eligere diuerſiones proprias ſecundum unum-
quodque membrum mittens tam cum euacuatione
quàm ſine. Clyſteria tamē ſunt communis iuuamēti
tam reſpectu ſtomachi quàm reſpectu cuiuſcunque
mittentis.
Tertia autē intentio, ſcilicet regimen membri mit-
tentis tribus perficiť, ſcilicet euacuatione ſibi propria,
unde ſi matrix propter retentionē menſtruorū fuerit
in cauſa prouoceñ, niſi ſit pręgnās. Quod ſi pręgnās
fuerit educanť materię à matrice ad ſtomachum deri-
uatæ uomitu aut ſeceſſu, neq; conſtringantur in ſto-
macho ſicut pleriq; faciunt, propterea clyſteria abſter
gentia & lenientia cōueniunt & ſumat in potu ſyru-
pum acetoſum ſaccharinum aut mellinum. Cauendū
tamen eſt à phlebot. quantum eſt poſſibile & medici-
nis exoluentibus & prouocantibus. in cæteris proce-
datur ſicut in nō prægnantibus. Similiter ſanguis hæ
morrhoidalis prouocetur ſi eius retentio fuerit in cau
ſa, & ſic de cæteris. Qualiter autem à matrice & ſingu
lis membris mittentibus debeant euacuari, patuit in
prima intentione. Secundò remoueantur nocumen-
ta membrorum mittētium, ſcilicet malę complexio-
nes cum interius uel exterius applicitis ſecūdum exi-
gentiam & oppilationes, & ſic de cæteris nocumen-
tis, & cum eiſdem uirtutes ipſorum confortentur.
Quarta aūt intentio, ſcilicet regimen ſtomachi re-
cipientis perficiť, primò euacuādo contenta in eo uo
mitu aut ſeceſſu ſi fuerit cauſa doloris. Secūdò diſcra-
ſiā eius corrigendo et ſimul ipſum confortando cum
proprijs moderata ſtipticitate participantibus. Ter-
tiò dolorem ſedando cum anodinis aut ſtupefacien-
tibus de quibus antea parum dictum fuit, inferius au
tem deſcribam propria ad hanc intentionem. Curen
tur autem accidentia iuxtam quintam intentionem,
ſcilicet inſtantia uigilarum, ſyncopis & ſimilia ſecun
dum ipſorum exigentiam ſicut dictum fuit in cap.
proprijs.
Sed pro ſexta intentione, ſcilicet regimine ſex re-
rum non naturalium, declinet aēr in contrarium di-
ſcraſiæ, ſtomachus tamen ſatis calid. teneatur, ſicut eſt
neceſſarium in paſſionibus membrorum neruoſorū,
magis tamen in diſcraſia frigida quàm calida. Simi-
liter cibus & potus declinet in contrarium diſcraſiæ,
& ſit paucus in quantitate, boni chimi, paucarum ſu
perfluitatum, facilis digeſtionis, uelocis penetra-
tionis, & guſtui delectabilis, & proprius in con-
fortatione ſtomachi, & ſedatione doloris eius ſi-
cut pelliculæ intrinſecæ ſtomachorum gallinarum,
& non comedat aut bibat, niſi præcedente cibi dige-
ſtione celebrata, non tamen famem toleret, præci-
puè ſi à cholera uel melancholia contigerit. Somnus
ſit prolixus & dormiat quādo poteſt, maximè enim
iuuat in ſedatione doloris: procurētur euacuationes
à natura inſtitutæ, & uenter teneatur potius lubricus
quàm ſtrictus. Non coēat niſi naturaliter multum ſti
mulatus. Exercitetur ſtomacho ieiuno. Poſt cibum
quieſcat, ſit ſperans & gaudens, iram, triſtitiam, timo

rem, & huiuſmodi accidentia moleſta fugiat.
Cura doloris uentoſi exigit quatuor intentiones.
Prima remouet cauſam tam factiuam quàm conſer-
uatiuam uentoſitatum. Secunda uentoſitatem carmi
nat & ſtomachum confortat. Tertia corrigit acciden
tia. Quarta ordinat debitum regimen. Si ergo cauſa
uentoſitatis fuerit debilitas innati caloris, cōfortetur
cum exterius & interius applicitis, ſicut cum pellibus
et ſacculis ſtomacho applicitis, de quibus ſupra in de-
bilitate digeſtiuæ. Cauēdum tamen eſt maximè cum
corpus eſt extenuatum ne præter modum calefiat, li-
cet enim fortè calor intenderetur gradualiter, fortè di
minueretur in quāto humido, & ſpiritibus reſolutis:
& ſint hæc calida cōfortantia tam proprietate quàm
ſtipticitate temperata, ſicut uinum bene conditiona-
tum, aromaticū roſ. diagalanga, cōfectiones magnæ
ſicut theriaca & mithridatum. Si uerò cauſa fuerit ci-
bus & potus uentoſabilis, aut potus aquæ, & ſimilia
extrinſeca remoueatur et inducatur regimen contra-
rium. Et ſi appetitus ægri fertur in cibum ſua frigidi-
tate nocentem, corrigatur cum calidis carminantib.
uentoſitatem ſicut diagalāga, diacyminum ſumptū
in principio menſæ. Aut ipſe cibus corrigatur cū aro
maticibus calidis, ſicut galanga, pipere, zingib. & ſimi
libus. Et econtra ſi cibus eſſet calidus ſumendus in ſto
macho calido, ſumāt in principio menſę diarhodon,
triaſandalos. & ſimilia. Aut corrigať cibus cal. cum
agreſta, uino granatorum, & ſimilibus. Et ſi cibus ſit
habens humiditatem extrinſecam paulatim exicce-
tur in umbra aut ſole ſecundum quod res exiccandæ
habēt plus, aut minus de humiditate extranea, & ſe-
cundum diuerſum modum ſubſtantiæ, unde uuæ &
fructus exiccentur in ſole, ſed roſæ, & uiolæ, & ſimi-
lia, tenuis ſubſtantiæ exiccētur in umbra. Si uerò cau
ſa uentoſitatis fuerit cibus calidus agēs in humidita-
tes in ſtomacho aut inteſtinis repertus, aut quia calor
in ſtomacho uacuo à cibo expeditè conuertit ſe circa
eaſdem, aut quia uapores humiditatum coniungun-
tur cum aēre etiam à calore commoto, oportet illa ſu
perflua à ſtomacho & inteſtinis euacuare, poſtea diſ-
craſiam ſtomachi ſecūdum exigentiam corrigere. Si
uerò cauſa uentoſitatis fuerit materia in ſtomacho
congeſta euacuetur uomitu aut ſeceſſu. Si uerò fuerit
aliunde ad ſtomachum deriuata curetur ſicut dictum
fuit ſuperius in cura doloris ſtomachi à mala comple
xione cum materia aliunde deriuata.
Secunda intentio, ſcilicet, carminatio uentoſitatis
& ipſius eductio perficitur primò leniendo uentrem
ut ſit uia libera uētoſitati cum clyſteri ex brodio pin-
gui, oleo communi aut anethino, & 2. ℥. mellis, aut
exhibeatur ʒ. 1. pilularum alephanginarū, aut de hie-
ra ſimplici: poſtea carminetur uentoſitas exhibendo
diacyminum, diagalanga, diatrionpipereon, electua
rium de baccis lauri, aut exhibendo decoctionem a-
meos, cymini, ſiſeleos, rutæ, baccarū lauri, galangæ,
carui, dauci, aniſi, & ſimilium cum melle roſ. aut oxi-
melle. Et pilulæ iſtæ ſunt præſtantes ſimul ſoluentes,
& carminantes uentoſitatem. ℞. pilularum alephan-
ginarum, ʒ. s. ſpecierū diacimini, galangæ, caſtorei,
an. ℈. s. formentur pilulæ & exhibeantur ſtomacho
ieiuno. Similiter galanga, zingib. ariſtol. rot. zedoa-
ria ſingulariter aut coniunctim cum uino potenti an
tiquo exhibita, ſcilicet, à ʒ. s. uſq; ad unā cum ℥ 1. uini.
D

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.165

ſupraſcripti. Et caſtorei à ℈.1. uſque ad ʒ.s. cum pauco aceti potatum, aut cum pauco oximellis ſimplicis eſt mirabile. Ex applicitis exterius eſt unctio ex oleo rutaceo, de ſpica, laurino, de Kerua, & ſimilibus, aſpergẽdo ſuper locum inunctum aliquem ex pulueribus ſupraſcriptis, uel cum oleis ſupraſcriptis commiſcendo. Et cum oleis ſupraſcriptis, aut decoctione rerum ſupraſcriptarum carminantium uẽtoſitatem, poteſt ſtomachus fomentari cum philtro, ſpongia, lana, & ſimilibus in ſupraſcriptis oleis, aut decoctione debitè calidis infuſis, debitè expreſſis & applicitis: poſt quã applicationem ter aut quater ungatur cum aliquo ex ſupraſcriptis, & emplaſtrum de baccis lauri eſt in hac diſpoſitione proprium. Item cum melle & lana craſſa modo inciſa, & pulueribus ſupraſcriptis carminãtibus uentoſitatem fit emplaſtrum conueniens, & balnea mineralia laudantur, & unctio uentris ex caſtoreo diſſoluto cum oleo antiquo, aut aliquibus ex oleis ſupraſcriptis eſt mirabile, & uaporatio cũ milio torrefacto, & uino potenti aſperſo eſt conueniens in doloribus à uentoſitate pauca & ſubtili. Et uentoſa magna ſine ſcarificatione undiq; cõprehendens umbilicum ſic dimiſſa hora dimidia, & longiori tempore eſt mirabilis in ſedatione doloris uentoſi. Corrigantur accidentia iuxta tertiam intentionem ſecundum quod fuerit expediens. Sed pro quarta intentione aër declinet ad calidum, & teneatur ſtomachus cum pannis notabiliter calidus. Sit parcitas in cibo & potu, & uinum eius ſit antiquum & mediocris ſaporis & uinoſitatis, & in diſcraſia multum frigida ſit notabiliter uinoſum. Et cibi declinent ad calidum & ſiccum, allia cocta in conſuetis ſunt ſublimia, aromata ſint huiuſmodi. ℞. cinamomi, ℥.s. zingib. galangæ, piperis an. ʒ.2. croci. ʒ.1. miſce & reliquum regimen ſex rerum non naturalium obſeruetur ut ſupra, & ex his facilè patere poteſt cura multitudinis eructationis.

Cura autem particularium dolorum, de quibus ſupra perficitur ut infra. Si ergo dolor fuerit propter tractum materiæ ad ſtomachum cholericæ aut melãcholicæ tempore famis. Primò huiuſmodi materiæ euacuentur uomitu aut ſeceſſu, ſcilicet per eam regionem quæ uideatur habilior; & quam natura magis tentarit. Secundò, materiæ ad aliam regionem deriuentur, ſcilicet ad inteſtina cum clyſteribus, & ſimilibus, aut uentoſæ ſine ſcarificatione ſuper ſplene aut epate ponantur, ut prohibeãt raptum materiæ ad ſtomachum. Tertiò, ſtomachus confortetur, ne recipiat, cum interius & exterius applicitis, ut cum diarhodon, aut aromatico roſ. & ſimilibus, ſecundum humoris & diſcraſiæ exigentiam ſemper per horam aut mediam ante cibum ſumẽdo aliquid ex ſupraſcriptis prohibentibus tractum materiæ ad ſtomachum, aut bucellam panis infuſam in uino granatorum, agreſta, aut uino citoniorum acetoſorum, cholera repente ad ſtomachum: ſed melancholia repente, aromaticum roſ. aut bucellã panis in uino nigro ſtiptico infuſam. Et cibent tẽpeſtiuè ut potius pręueniãt famẽ q; fames præueniat eos. Et tempore doloris uomitus prouocet, cibo exiſtẽte in ſtomacho uel nõ exiſtẽte, ut humor educatur uel procuretur eius exitus per inferius.

Cura autem reliquorum dolorum particularium per eſſentiam, aut per communitatẽ perficitur eiſdem ſex intentionibus quæ ſuperius dictæ fuerunt in cura doloris à mala complexione cum materia. Nec opus eſt in his ſingulariter ſecundum unam quamq; ſpeciem ſermonem prolongare.

Cura autem doloris ſtomachi pendentis à cauſa primitiua eſt. Primò, cauſa primitiua remoueatur & nocumentum per ipſam impreſſum, & inducatur regimen contrarium. Secundò, ſtomachus cõfortetur cum proprijs moderata ſtipticitate participantibus. Tertiò, corrigantur accidẽtia. Quartò, ordinetur regimen contrarium nocumenti in ſtomachũ, per cauſam primitiuã impreſſi. Quod ſi dolor ad membrũ ignobilius ipſo permutetur, ſicut ad inteſtina aut ad iũcturas, & ſimilia, adiuuetur illa permutatio fricãdo mẽbrum illud aliud ad quod permutatur, & uias aperiendo ut facilior fiat permutatio, et breuiter omnibus alijs ingenijs adiuuantibus permutationem illam. Si uerò permutetur ad membrum nobilius ſicut ad cor, cerebrum, & ſimilia, impediatur illa permutatio trahendo ad contrarium cum phlebotomijs uẽtoſationibus tam cum ſcarificatiõe quàm ſine, & cæteris modis diuerſionum, tam euacuatione quàm ſine. Et mẽbrum illud ad quod fit permutatio confortetur ne recipiat, uiæq; intermediæ claudantur.

Hic uerò ſubiungã quaſdam medicinas proprias in cura dolorum ſtomachi incipiendo ab eis quæ ſumuntur ab intra. Terebinthina ſumpta cum uino potenti calido, aut ſi poſt eius ſumptionem uinum bibatur in doloribus propriè pendentibus à cauſa frigida, doſis eius eſt ab ℥.1. uſque ad ℥.1.s. Similiter aqua uitis. ℥.1. uel 2. confert in cauſa frigida potentiſſimè. Auic. Dolor qui accidit poſt cibum & non ſedatur niſi uomitu eſt dolor malus, & rectius quidem eſt ut ſumatur omni die aliquid mellis ante cibum, et ut cõſyderes cauſas illius ex cauſis uomitus, id eſt, ex eo quod uomitur & euacua illud quod oportet euacuari ex infuſione aloës, et ſimilibus ſecundum exigentiã humoris peccantis. Deinde adminiſtra trochiſcos ſtellæ qui ualent ad dolorem ſtomachi, quando recipit ſuperfluitates expulſas ex reliquis membris ad ipſum. Et ex eis quæ conferunt ad hoc eſt ut ſumatur olibani, maſtichis, nigellæ, ameos, corticum fiſticorũ uiridium, xiloaloës crudi, ana. partes æquales, conficiãtur cum melle emblicorum, & ſumatur ex eis omni die ante cibum quantitas 2. ʒ. uſq; ad duos aur. & confert ei adminiſtratio coriandri, & ſyrupus granatorum cum menta, & ex eis quæ conferunt dolorib. ſtomachi cum proprietatẽ ſecundum quod teſtatur Galen. ſunt cutes intrinſecæ ſtomachorum gallinarum, & melius eſt ut ſint prius lotæ cum uino odorifero, & poſtea exiccatæ & puluerizatæ, & ſumantur cum uino, & radix pæoniæ ſumpta, & ſemen eius ſimiliter conferunt cum proprietate, ut corallus ſuſpenſus ad ſtomachum, ita ut tangat os ſtomachi. Confectio trochiſcorum ſtellę ſecundum Almanſorem qui dantur ad dolores ſtomachi profundos & difficiles. ℞. ſpicæ, maſtichis, cinamomi, thuris, ſchinanthi, caſtorei, myrrhæ, piperis, mandragoræ ſem. hyoſcyami, abſinthij, aloës, opij omnium, an. ʒ.10. formentur trochiſci & dent in potu ʒ.2. cum uino & ſunt de ultimis. Raſis tamen in Almanſore ponit aliam deſcriptionem trochiſcorum ſtellæ ad quã ingreditur terra ſigil. quam exiſtimant eſſe ſtellam, & trochiſci de
roſis

roſis ſecundum eundem ſunt ad eandem intentionẽ. Hippo. medicamen confortans ſtomachum & fugãs dolores, et faciẽs accelerare digeſtionẽ. ℞. galangę, maſtichis, ligni aloës, cinamom. ſem. myrti an. ʒ.3. euphragiæ, aniſi, an. ℥.s. corticis exterioris fiſtici, olibani, roſarum, ana. ʒ.2. ſpicę, ℥.1. ſalis gemmę, ʒ.3. iulep roſ. ℔.2. doſis an. ʒ.1. uſq; ad ʒ.1.s. ſtomacho ieiuno. Aliud ualens ad dolores ſtomachi ex craſſis humoribus ſepultis in ſtomacho et uillis eius, & propriè ſenibus & tempore hyemis. ℞. baccarum lauri, aniſi, an. ʒ.1. pirethri, zingib. galãgæ, an. ʒ.4. maſtichis, myrrhę ana. ʒ.2. oximellis ſimplicis, ℔.1. miſce. Gal. medicamen ualens ad dolores fortes & reliquas ægritudines ſtomachi fortes. ℞. trium piperum, ſpicænard. zingib. roſarum, florum chamæmilæ, ſchinanthi, cẽtaureæ, ariſtol. rot. an. ʒ.6. ligni aloës, ʒ.2. conficiantur cum melle in quo cocta ſint maſtix & gariophili, doſis ℥.s. cum aqua calida. Aliud conferens ad dolorem ſtomachi & epatis remouens putredinem ab eis ex caliditate & acuitate choleræ citrinæ, faciens digerere cibum & confortans ea. ℞. roſ. rub. ʒ.10. trochiſcorum diarhodon, liquiritiæ, an. ʒ.4. garioph. calami aromat. ſpodij, maſtichis, ligni aloës, an. ʒ.2. triũ ſandalorum, ʒ.2. ſeminis portulacæ, ſcariolæ, ſeminum communium mundatorum, albarum margaritarum, raſuræ eboris, tragacãthi, gummi arabaci, an. ʒ.1.s. camphoræ, ʒ.s. confice cum ſyr. roſ. doſis, ʒ.s. cum aqua calida uel frig. Medicamẽ ſanans omnes lãguores ſtomachi, omnes eius uirtutes confortans fluxum, & uomitum ſiſtens, quo nullnm eſt pręſtantius ℞. maſtichis, ligni aloës, myrrhæ, cinamomi, ana. ʒ.5. corticum exteriorum fiſticorum, gariophilorũ, ſpicæ, an. ʒ.3. euphragiæ. ℥.s, corallorum al. & rub. ana. de his duobus ad pondus omnium ſupraſcriptorum ſyrupi roſati quantum ſufficit. Ex ſolutiuis conuenientibus ſunt pilulæ alephanginæ, pilulæ ſtomaticæ, quorum ſunt plures deſcriptiones apud Meſ. His potes addere ſęnam epithymum, pilulas indas pro eductione melancholię, aut alia ſolitiua ſimplicia & compoſita ſecundum exigentiam neceſſitatis. Nunc ſubdam medicinas exterius applicandas tam calidas q; frigidas alterantes, reſoluentes, confortantes, dolorẽ ſedantes, tam per proprietates q; manifeſtas qualitates. Calefactorium ad dolorem ſtomachi frigidum. ℞. cinerem cal. & imple paropſidẽ, & deſuper aſperge cimas origani aut abſinthij, et ſuperpone pãnum ſubtilem bene ligando & applica loco dolẽti. aut fac ſacculũ ſecundum quãtitatem doloris quem impleas, ex huiuſmodi, & applica dolenti. Sunt etiam experta calefactoria ſicca ex ſale, milio, furfurib. florib. meliloti, abſinthio, origano, & ſimilibus ſecundum exigentiam. Item calefactoria humida ex decoctione roſarum, coriandri præparati, abſinthij, ſpicę, origani, florum chamæmilæ, meliloti, & ſimilium calidorum aut frigidorum confortantium, aut uẽtoſitates carminantium ſecundum exigentiã neceſſitatis, quæ poſſunt applicari cũ ſpõgijs, philtris, aut ueſicis, poſt quarum amotionẽ ſubſequantur emplaſtra, unguenta, aut cerata ſecundum exigentiam, fomenta etiã cũ oleo de ſpica, aut maſtichino, aut laurino ros. aut chamæmilino, de abſinthio, et ſimilibus ſunt pręſtantia. Vnguentum confortans ſtomachum, remouens oppilationes, dolores, & uentoſitatates. ℞. olei nardini, ℔.1. bulliant cum ſampſuco trito ebullit. unà, poſtea adde ceræ, ℥.3. & fiat unguentum addendo maſtichẽ, myrræ, terebinthinę, laudani, an. ℥.1. unge & ſuperaſperge puluerem aniſi, & roſarũ, & ſuperinpone ſaldellam lanæ ſuccidę panno lineo ſubtili inuolutã debitè calidã. Aliud in cauſa calida. ℞. olei roſarũ, olei myrthini, olei citonij, an. ℥.1. roſarum rubearum, corallorum rubeorum, an. ʒ.2. maſtichis, olibani, ſpicę, ana. ʒ.1. aceti modicum, cerę quantum ſufficit, fiat unctio mollis: et ſi opus eſt arcere uomitum, ſuperaſperge puluerem roſarum, granatorum, & galliam muſcatam. Aliud cõueniens. Lana minutim inciſa incorporetur cum ſufficienti quantitate mellis ad ignem, & ſuperaſperge pulueres calidos aut frigidos confortantes, reſoluentes uentoſitates, carminantes, &c. ſecundum exigentiam extẽſum ſuper petia applicetur. Item placentula cocta debitè calida ſcindatur per medium, & ſuperaſpergatur oleum aliquod debitè calefactum, uirtualiter calidum aut frigidum, confortatiuum, reſolutiuum aut uentoſitatis carminatiuum, & ſimiliter pulueres ad eandem intentionem ſecundũ exigentiam neceſſitatis bene incorporando & applicentur, & hæc occupent magnam quantitatẽ uentris.

DE APOSTEMATE STOMACHI. Cap. LXXXII.

QVia Raſis in hac tertia parte ſuperius diuiſa ponit curã doloris ab apoſtematib. ſtomachi opus eſt ut materiã de apoſt. ſtomachi breuiter percurramus. Eſt enim eorũ inueſtigatio per maximè medico neceſſaria. Quid nominis & quid rei apoſt. ſtomachi, ſunt ſatis nota.

Species ſumptæ à cauſa materiali in qua ſunt, quia apoſtema aliquãdo ſit in ore ſtomachi, aliquando in fundo, aliquando in parte anteriori uerſus uentrem, aliquando in parte poſteriori uerſus dorſum ſunt difficulter cognoſcibilia, quia à tactu ſunt remota, niſi fortè in macilente & cum. forti compreſſione. Itẽ quędam ſunt in tunica exteriori, quædam in anteriori, et quandoq; occupant totum ſtomachum & ſunt mortalia, quandoq; partem. Sed ex parte cauſę efficientis humoralis hoc modo diſtinguantur: ſunt enim aliqua calida ex ipſis, ſanguinea uel cholerica, aliqua frigida phlegmatica: uel melãcholica, plurimũ tamẽ ſunt mixta. Et melãcholica quædam ſunt à materia nõ aduſta, quædam ab aduſta, & ſunt de genere cancrorum.

Cauſæ autem eorum quædã ſunt primitiuæ ſicut caſus & percuſſio, uiolentæ medicinę & propriè exoluentes, aut uomitum prouocantes, ſtomachum inflãmantes et excedentes. Similiter cibi mali ex omni genere, de quibus ſupra. Corporeæ uerò ſunt uomitus frequentes & laborioſi, dolores prolongati & propriè cum corporis repletione, & cacochymia, & hæ cauſæ ſecundum plurimum generant apoſtemata calida per uiam defluxus. Apoſtemata uerò phlegmatica licet generari poſſint per uiam defluxus ex cauſis ſupraſcriptis. Aliquando tamen paulatim congeruntur debilitata ſtomachi digeſtiua & expulſiua, & propriè cum homo multũ comedit & ociatur, & interueniunt reliquæ cauſę multiplicãtes materias craſſas, & eas in uaſis & ulceribus concitantes, melancholica uerò raro fiunt incipiendo, frequentius, permutando ex apoſtematibus calidis et propriè ſanguineis, etiã aliquãdo ſed rarius ex apoſt. phlegmaticis.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
166
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.166

Signa ſunt primò cõmunia ſicut dolor continuus longo tempore perſeuerãs, quamuis regimen fiat bonum. Minor tamen in apoſtematibus frigidis grauitas notabilis, ſed minor in cholerico: tumor ſenſu perceptus, et male tolerat compreſſionem, niſi apoſtema ſit poſterius, tenſio, & durities, & maior in melancholico & ſanguineo, minor in phlegmatico & cholerico, feb. continua, licet remiſſa in apoſtematib. frigidis, læſio digeſtionis, aut appetitus, aut utriuſq;. Sextum nõ toleratur cibus mediocris quantitatis, nedũ quod magnæ, propriè ſi eſt in interiori tunica, quia quicunq; cibus comprimit, ita ut ſentiatur moleſtia, dolor, inquietudo dum in ſtomacho eſt, & quouſq; exierit, & quanto cibus eſt maioris quãtitatis, grauitatis, duritiei, acuitatis, tãto magis moleſtat, ita ut cogatur uirtus niſi multum defecta ſit cum uomitu uel ſeceſſu expellere: poſſet tamen cibus eſſe ita leuis, ita paucus & remittẽs malam complexionem ſtomachi, ut paruam inferret moleſtiã & retineretur. Signa uerò ſpecierum diſtinctarum ex parte cauſæ materialis in qua ſunt, quia ſi eſt in ore ſtomachi dolor eſt magnus & propriè ſtatim poſt aſſumptionem cibi, & tumor propè malum granatum, nocumentum appetitus magnũ cum frequenti nauſea, ſubuerſione, & uomitu, & ex concomitantib. frequenter ſunt ſpaſmus cum alienatione ſi eſt calidũ, uel cum ſubeth & ſtupore ſi eſt frigidũ. Item frequenter ſequit̃ pulſus cordis, frigiditas extremitatũ, ſudor frigidus, & tremor cordis, & ſincopis, & ſunt ualde mala. Si uerò ſit in fundo ſtomachi dolor eſt minor & excreſcit, non immediatè poſt cibum, ſed per horã poſt eius ſumptionem tumor & dolor prope umbilicum per duos digitos aut tres aliquando declinans magis uerſus dextrũ, aliquãdo uerſus ſiniſtrũ, & magis lædit̃ digeſtio ꝗ appetitus. Si uerò ſit anterius magis ſubiacet ſenſui, & dolor in parte anteriori ſentit̃ & non tolerat cõpreſſionem. Si uerò poſterius eſt econtrario & dolor ſentitur poſterius. Si uerò ſit in omnibus partib. ſunt accidẽtia in omnibus patib. cõmunia. Apoſtemata ſignificant̃ calida per inflammationẽ totius et aduſtionem quæ cõmunicatur ori & linguę. Et urina & egeſtiones ſunt plurimum cum tinctura et alijs ſignis arguentibus caliditatem. Dolor intenſus pungitiuus ſi fuerit à cholera. Et extenſiuus et grauatiuus ſi fuerit à ſanguine, feb. intenſa, quia membrum nobile & uicinũ cordi. Alienatio propter uapores aſcendentes, & magnam colligantiã cum cerebro per neruos deſcendentes ad ſtomachum à quarto pari neruorum cerebri, corruptio coloris, & pulſus tendens in ſerrinum. Frigida uerò phlegmatica ſignificant dolor perſeuerans, remiſſus tamẽ, inquietudo & febris remiſſa niſi apoſtema ſuppuret̃, quod raro accidit: non enim credo apoſtema notabile nobilis membri uicini cordi à feb. euacuari, humiditas lubrica, id eſt, fluida in ore, color albus cũ palliditate, paucitas ſitis, malitia digeſtionis & paucitas appetitus. Melãcholica uerò ſignificat durities pulſus, corporis extenuatio, grauitas notabilis, color, & lingua fuſca, lõga duratio, & præceſſerunt apoſtemata calida, ſanguinea ſecũdum plurimum & aliquãdo phlegmatica, raro enim ſit incipiẽdo multitudo uarietatis duritiei à duritie aliorum apoſtematũ ſtomachi cum cætera non euacuent̃ à duritie quadam & tenſione, ſed hæc intenſior & manifeſtior & magis ſapiens naturam duritiei, ꝗ tenſionis. Aliter multitudo uarietatis duritiei, quia durities ſua eſt ualde difformis cum nõ uniformiter omnes partes indurent̃. Si uero fuerit cãceroſum præter ſuprascripta adſunt dolor fulmineus, ſitis intenſa, feb. notabilis, & inflammatio, & multa accidẽtia timoroſa, de quib. ſupra, & cum ulceratur emittitur uirus fœtens, et adſunt ſigna ulceris. Signa uerò maturationis ſunt corporis extenuatio, multiplicatio, fluxus uentris, & uomitus, febris & doloris excreſſentia, minoratio urinæ, & apoſtemate exiturato minorantur huiuſmodi accidentia, et comprimendo ſentitur mollities cum antea durities ſenſata fuerit. Cumq; uult erũpi redeunt dolores & pungitiui & perforatiui. Item multiplicatur inquietudo & multa ex accidentib. ſupraſcriptis. Cum eruptum eſt dolor ſedatur, ſed pulſus debilitatur & facies paleſcit, & fortè ſequitur lipothymia aut ſyncopis, & non ſentitur amplius tumor conſuetus, & ſi erumpitur interius egredit̃ ſanies, uomitu aut ſeceſſu. Si uerò exterius in uacuitate uen. ſanies colligitur in inguinibus.

Prognoſtica. Primũ. quodcũq; apoſtema ſtomachi notabile cum confirmatur ſecundum plurimum interficit, ſed calidum uelocius quàm frigidum, propterea in eius cura ab initio ſollicitè intẽdatur. Secũdum cuius apoſtema notabile exituratur eſt propinquior deſperationi quàm ſpei. Tertium in nullo apoſtemate canceroſo paruo ſiue magno eſt ſpes ſalutis.

DE VLCERIBVS STOMACHI. Cap. LXXXIII.

QVid nominis & quid rei ulceris ſtomachi ſunt ſatis manifeſta.

Species enim eorum diſtinguuntur ſecundum diuerſitatem particulæ patientis ſicut de apoſtematibus ſuperius dictum fuit. Et diſtinguitur ſecundum ſuam eſſentiam, ita ut quædam ſint munda à quibus profluit ſanies laudabilis. Quædam ſordida à quib. profluit ſanies craſſa ſordities dicta. Quędã uirulenta à quibus profluit ſanies ſubtilis. Quædã putrida exiſtentia cum ſubſtantia corrupta à quibus ſanies fœtẽs egredit̃. Quædã corroſiua à quib. ſimul cũ ſanie aut poſt saniẽ ſanguis egreditur, & hæc quãdoq; ſunt cãceroſa, quandoq; fiunt fiſtulæ in ſtomacho licet rariſſimè cum non tantas dent inducias, ut cum profunditate fiat in eis caro calloſa, & quãdoq; ſunt cõiuncta malę cõplexioni, apoſtemate, qñq; nõ. Cauſæ ulcerum ſtomachi ſunt apoſtemata & bothor poſt eruptionem. Item catarrhi calidi cum perſeuerãt corrodendo aut putrefaciendo. Item humores acuti ab epate aut à reliquis membris mediante epate deriuati ad ſtomachum, licet quandoq; à ſplene ad ſtomachum deriuetur abſq; tranſitu per epar. Et quãdoq; humores in ſtomacho congeſti tandem corrodentes & putrefacientes nonnunquam cibi & medicinę acutæ, item percuſſiones.

Signa ſpecierum ulcerum ſunt ſatis ex dictis manifeſta. Similiter ſigna cauſarum corporearum ut catarrhi ex cap. proprio cognoſcuntur, ſimiliter reliqui humores cholerici ſanguinei aut melancholici, ſimiliter ex ſplene aut ab epate, aut reſiduo corporis mediante epate deriuati cognoſcuntur ex natura humoris

moris & ex nocumentis percęptis in membris mittẽtibus. Cognoſcẽtur autem humores eſſe in ſtomacho cõgeſtos ex grauitate & cæteris nocumẽtis ſtomachi ferè cõtinuis. Quòd aũt ulcera pendeãt à medicinis et cibis acutis, et reliquis cauſis primitiuis ex eorũ præceſſione cognoſcitur. Sed diſtinguitur inter ulcus ſtomachi & inteſtinorũ gracilium, licet plerunq; conueniant in egeſtione ſaniei & corticum ſubtilium. Primò, quia dolor ſtomachi ſentitur diſtanter ab umbilico uerſus ſuperius ſaltẽ per duos digitos, dolor inteſtinorum circa umbilicũ uel infra. Secundò, quia frequenter in ulceribus ſtomachi & meri adeſt uomitus ſaniei & cortieum, qui non adeſt in ulceribus inteſtinorum. Tertiò ex nocumento percępto in deſcenſu cibi & propriè acuti ſicut ſinapis aut aceti, et etiam cũ deſcendit ad fundũ qui non ſentitur in inteſtinis niſi poſt longum ſpacium, ſcilicet, cum exiuit pyloron. Quartò, ex fœtore eructationis redolẽtis ſaniem, ſenſato in ulcere ſtomachi et nõ inteſtinorũ. Quintò, ex eleuatiõe uaporis faciẽtis incurrere ſiccitatẽ linguę manifeſtius ꝗ in ulcerę inteſtinorũ licet etiam in ulcerib. inteſtinorũ qñq; exiccent̃. Sextò, quia rarius egerunt̃ cortices in ulcere ſtomachi ꝗ inteſtinorũ et graciliũ, licet ſint craſſiores & latiores ꝗ cortices ipſorũ. Diſtinguitur autem inter ulcus meri & ſtomachi, quia in ulcere meri ſentitur dolor, poſterius in collo et inter ſpatulas, & uerificat diſpoſitionem eius tranſitus deglutiti, quoniam ſignificat locum doloroſum cum præſentia eius, & quandoq; pertranſit hunc locum parũper. Sed ulcus factum in ore ſtomachi ſignificat quod dolor eſt in inferioribus pectoris et ſupremis uentris, & eſt uehementior propter oris ſtomachi ſenſibilitatem & deglutitũ ſignificat ipſum cum pertranſitione pectoris, & plurimum eius declinat ad mirach, & minoratur ex eo anhelitus, infrigidatur corpus & propriè extrema, & perducit ad ſyncopim plurimũ, uerum factum in fundo ſtomachi ſignificat exitus corticis ulceris eius in ægeſtione abſque excoriatione inteſtinorum, & inuẽtio doloris poſt quietẽ eius, quod ſumptum eſt in inferioribus ſtomachi. Dolor tamen eſt paruus in comparatione ad dolorem oris ſtomachi, nec ſequuntur accidentia ita ſæua, ex his facilè diſtingui põt inter apoſtemata ſtomachi & ulcera eius.

Prognoſtica. Vlcera ſtomachi et meri ſuperficialia noua facilè curantur, ſed profunda et antiqua difficilimè, et frequenter cura eſt impoſſibilis ſecundum Auic. & quando ſtomachus dirumpitur non euadunt niſi pauci à ruptura parua.

SI autẽ cum dolore ſtomachi fuerit feb. & apoſtema manifeſtũ, et cũ tangitur ſentitur caliditas, æger prius ex baſilica phlebotometur, & loco dolenti duo ſuperponantur ſandali et roſ. & camphoræ cum aqua roſ. & ſucco citoniorum. Nutrimentũ uerò eius non ſit niſi ſola hordei aqua, et cuſtodiatur à carne et uino & cõfectionib. quæ de melle fiunt, & bibat ſuccum granatorũ muzorũ, & rob. de fructibus frigidis. Cũq; caloris uehemẽtia ſedata fuerit ægro caſſia fiſt. cũ ſucco endiuiæ diſſoluta ac bullita & deſpumata ad bibendum detur.

In hac tertia parte principali ſuperius diuiſa ponit curam doloris ſtomachi ab apoſtemate & habet duas partes. In prima ponit curam doloris ab apoſtemate calido. Secundò ab apoſtemate frig. ſecunda ibi. Cũ autẽ apoſtema. Prima iterũ in duas. Nam primò curat apoſtema cal. nondum conuerſum in duritiẽ. Secũdò curat ipſum, poſtquàm induratum eſt, ibi. Cũ autẽ ægritudinis. In prima parte, poſitis quibuſdã ſignis apoſtematis calidi, quæ ſunt febris notabilis, apoſtema manifeſtè cognitũ per duritẽ, grauitatẽ, dolorem notabilem, continuum, et ſimilia, de quibus ſupra, & per ſenſationẽ caliditatis in regione ſtomachi tam à medico tangente ꝗ ab ægro curat quatuor inſtrumẽtis. Primò per phlebot. baſilicę, de qua agetur cum ordinabo curã. Secundò per epithima ſtomachi ſuperponẽdum frigidum, ſtipticum, repercuſſiuum, cuius deſcriptio ſic ordinetur. ℞. aquæ roſ. ℔. ſ. ſucci citoniorum, ℥. 2. ſandali al. & rub. roſarum rub an. ʒ. 2. camphorę, ℈. ſ. aut. 1. ſi maior fuerit caliditas miſce, & petia ſiue philtrum aut lana in eo infuſa non multũ frigida applicetur, & ſaltem quater in die naturali replicetur. Tertiò, per diætam quæ ſit ſola aqua hordei exhibita ter in die naturali aut per aquam hordei intelligamus ptiſanam colatam bis in die exhibitã, quę fortè temporibus noſtris eſſet conuenientior in quibus homines copioſius comedunt. Et abſtineat à carne & uino & confectionibus quę ſunt de melle & omnibus calidis, bibat uinum granatorum muzorum, et rob de fructibus frigidis ſicut de agreſta, citoniorũ, de ribes, & ſimilia, & temperentur cum aqua cocta. Quartò, cum uehementia caliditatis ſedata fuerit per medicinas ſupraſcriptas det̃ flos caſſiæ cũ ſucco endiuię diſſoluta, bullita, & diſpumata, cuius hęc eſt deſcriptio. ℞. florum caſſiæ, ℔. 1. ſucci endiuiæ per reſidentiam depurati ℔. ſ. cum quo trahatur caſſia ſupraſcripta bulliat ad lentum ignem deſpumando donec acquirant mediocritatem ſubſtantiæ, & poſſunt ad libitum cum ſaccharo tabarzet dulcorari. huius doſis ſit ℥. 1. uel circa. Confert educendo materias communes, infrigidans, confortans & dolorem ſedans & poteſt exhiberi bis in hebdomada aut quãdo uidebitur ſecundum oportunitatem, & exhibeatur calidum ſicut eſt, aut cum aliqua aqua diſtemperatum quæ magis uideatur oportuna.

Cum aũt ægritudinis dies elongati fuerint, & calor omnino quieuerit, ſi remanſerit apoſtema cum duritie ex hoc emplaſtro epithimetur locus. Quod Rec. uiolarũ ſiccarum, drach. 10. roſarum rub. drach. 5. ſpicæ odoriferæ, maſt. amborũ, an. drach. 3. cyperi, ſchinanthi, calami aromat. omniũ, an. drach. 2. farinæ fœnugr. drach. 20. florum

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.167

chamæmilæ, ſeminis maluauiſci albi, farinæ hord. omnium, an. drach. 10. conſpergantur omnia ex mucilagine ſem. lini, deinde locus ex oleo de neriden tepefacto inunctus emplaſtretur ex prædictis per. 4. horas antequã comedat. Et poſtq̃ cibus fuerit digeſtus et ſtomachus fuerit euacuatus ex oleo de neriden cũ lana, ut diximus uaporetur. Confectio olei nardini ſimplicis. Rec. olei de ben. lib. 1. ſpicæ, drach. 5. maſtichis, coſti, ciperi, ſchinãthi, calami aromatici omniũ, an. octaua unc. unius. omnia hæc puluerizata in prædicto oleo poſita ad ſolẽ per hebdomadã unã, uaſis ore clauſo dimittantur: deinde colentur & exprimantur fæces & ſcophæ, quæ in manib. remanſerint emplaſtris admiſceantur, optimè enim erunt.

In hac parte curat apoſtema cal. de quo ſupra uerſum in duritiẽ cuius duritiei cauſa poteſt eſſe triplex, aut inepta reſolutio, aut nimia infrigidatio, aut materię etherogeneitas, cui accidit ut partes ſubtiles reſoluanť aut exprimanť remanẽte terreo. Et curat per emplaſtrũ et unctionẽ. Deſcriptio emplaſtri nota eſt. Declinat leuiter ad calidũ, reſoluit, mollificat, et cõfortat, & eſt excellẽs in caſu. Vnctio aũt eſt oleũ de neridẽ, id eſt, de ſpica calid. & ſic. cõfortatiuum ſtomachi proprietate & ſtipticitate moderatis. In quorũ approximatione docet hunc ordinẽ ſeruari. Primò euaporeť ſtomachus cũ lana ſuta ſuper pecia ad figuram ſtomachi infuſa in oleo prædicto debitè calido bis aut ter. Poſtea emplaſtrũ ſuperponať debitè calidũ & faſcieť & hæc fiant per quatuor horas aut pauciores ante cibũ, cibo præſenti iam digeſto bis in die naturali. Deſcriptio olei de ſpica eſt ſatis nota, ſed credo præſtantius eſſe ut loco olei de ben quod eſt quoddã granũ, de quo apud Meſ. notabiliter calidum et ſiccum acciperetur oleum ſeſaminum ſicut facit Meſue.

Cum aũt apoſtema in ſtomacho inueterauerit, trochiſci de ſpica erunt dãdi. Qui, recipiũt florũ ſchinãthi, xilocaſsiæ, rauedceni, calami aromat. ſpicæ omnium, ana. drach. 3. croci, myrrhæ, aniſi, coſti, piperis, omniũ, an. drach. 1. bdellij uarij, drach. 3. maſtichis, drach. 2. ammoniaci. drach. 1. informentur troch. quorum unuſquiſq; ponderet aur. 1. ex quib. unus quotidie cum uino cocto detur. Emplaſtrum quoq; iſtud fiat, quod Rec. bdellij mollis, drach. 10. ammoniaci. drach. 5. ſem. beben, ſem. apij, amborũ, ana. drach. 10. ſpicæ, maſtichis nigri amborum, ana. drach. 5. ceræ, drach. 3. olei de neridẽ, drach. 15. gummæ uino diſſoluantur, deinde omnia cõiungantur, et fiat ex eis emplaſtrũ

In parte præſenti curat apoſtema ſtomachi frig. Et primò cũ troch. de ſpica, quorum deſcriptio nota eſt, qui calefaciũt, exiccãt, confortant, & mollificant, maximè cũ uino cocto diſtemperati & ſumpti ſaltẽ per tres horas ante cibum cibo præcedenti digeſto. Secũdò cũ emplaſtro, cuius deſcriptio nota eſt, & eſt propriũ in reſolutione apoſt. et ſtomachi confortatione: hæ tamen duæ medicinæ magis reſoluunt q̃ mollificent, quapropter apoſtemate exiſtente duro, ſi opus fuerit magis mollificare his addo mollificantia, ſicut adipes, medullas, mucilagines, oleum amygdalinũ, ſeſaminum, & ſimilia ſecundum exigentiam, & regimen in cibo & potu proportionantur regimini medicinali.

Ad dolorẽ tamẽ ſtomachi et epatis curandum, medicus ualde eruditus eſt neceſſarius, qui ipſorũ diligẽter attẽdat diſpoſitiones. Nos tamẽ aggregatiões et ſummas ad hoc cõferẽtes iã diximus, licet inquantũ potuimus in hoc abbreuiauerimus ſermonẽ.

In hac quarta parte et ultima dicit, quod pro curãdis ſtomachi et epatis diſpoſitiõib. ſunt neceſſarij medici ualde eruditi & experti: niſi enim citò ſuccurrať, ab initio uana deinceps erit omnis cura. qualiter ergo facient iuuenes parum docti & inexperti? Cura apoſtematum ſtomachi triplex exigit regimen. Primum debeť cauſæ antecedenti. ſecundum coniũctæ. tertium eſt commune utriq; curans accidentia, & ordinans regimen ſex rerũ. Primũ regimen cõpletur tribus intentionib. euacuatione, diuerſione, & materiæ fluentis interceptione. Pro prima intentione, ſcilicet, euacuatiõe, ſciendũ eſt, quod ferè nunq̃ eſt excuſatio à phlebot. uel ab aliquo gerente uicem phlebot. in cura apoſtematũ ſtomachi & cuiuſcunq; alterius membri nobilis quæ generanť per uiam defluxus, ſiue calida ſint, ſiue frig. Et multo magis cõfert phlebot. q̃ uẽtris ſolutio aut uomitus, & propriè in apoſtematib. ſtomachi. Imò in his uomitus eſt aptus multo magis obeſſe q̃ prodeſſe. Et uẽtris ſolutio parum proderit, imò nocebit, niſi ſit limitata & cõditionata, ut inferius diceť. Ad phlebot. aũt & reliquum genus curationis eſt properãdum ſtatim ab initio: cũ enim apoſtema notabiliter creuerit cura erit caſſa et uana. Ergo cũ primum occurris fac phlebot. præmiſſo clyſteri lenitiuo ſi oportuerit. Quantitas aũt ſang. hauriẽdi, & electio uenarũ phlebot. ſumũtur à uirtute, repletione, magnitudine doloris & apoſtemate & ipſius tẽpore. Omnib. ergo his conſentientib. fiat phlebot. copioſa, inchoando à uenis magis diſtãtib. & parũ poſt phlebotomando magis propinquas. Vbi aũt hæc diſſentirẽt fiat phlebotomia parua, & ex uena baſilica eiuſdem lateris. Sed his mediocriter conſentientibus phlebotometur

botomeť primò baſilica lateris contrarij & hauriãtur 8. ℥: ſang. Et per 12. horas poſt aut circa phlebotomeť baſilica eiuſdem lateris, hauriẽdo 4. ℥. ſang. Aut ambæ ſimul phlebotomenť hauriendo 10. ℥. ſang. uel circa. Si tamẽ retẽtio ſang. menſtrualis aut hæmorrhoidalis eſſet in cauſa, primò phlebotomentur ſaphenæ, poſtea baſilica eiuſdẽ lateris. Euacuationes aũt aliorũ humorum fiant diebus ſequẽtibus ſecundum humorũ exigentiã. Cholera cũ flore caſſiæ mixto cũ ſucco aut aqua endiuiæ ut dixit Raſis, aut caſſia uel manna diſtemperetur cum aqua fructuum, ſcilicet, prunorũ, tamarindorum, uiol. & ſem. endiuię. Non autem mirobol. citrin. quia nimis ſtipticant & exaſperant. Neque cum medicinis exoluentibus, niſi in materia uenenoſa aut furioſa. Imò iſtæ lenientes ſint leues & notabiliter infrigidantes. Et alij humores ſoluãtur cum leuibus ſecundum ipſorum exigentiã in quibus ſemper miſceanť ſtomachum confortantia tã proprietate quàm ſtipticitate moderata quæ omnia ex multotiens dictis poſſunt faciliter elici. Credo tamẽ præſtãtius eſſe ut fiat ſolutio cum medicinis leniẽtibus ſicut in apoſtem. phlegmatico cum ℥. 1. floris caſſiæ detractæ cum decoctione florum chamæmilæ & meliloti, & in melancholico trahatur caſſia ſupraſcripta cum decoctione ſenæ, & epithymi cum pauco zingib. Si aut huiuſmodi liquida abhorreret, ſumat pilulas alephanginas, & ſimilia lenia reſpicientia humorem euacuandum. Diuerſio autem completur cum clyſterib. uariandis ſecundum exigẽtiam materiæ, cum uentoſis, prouocatione ſang. narium, menſtrualis aut hæmorrhoidalis, & ſimilibus. Fluxus autẽ intercæptio fiat compingendo & incraſſando materiam fluentem ſi fuerit ſubtilis. Item claudendo uias medias inter membrum mittẽs, & ſtomachum cum ſtipticis ſuper uijs illis applicitis, quæ ſunt magis aut minus frigida ſecundum materiæ & diſcraſiæ exigentiã, quæ autem ſint huiuſmodi ex ſequẽtibus apparebit: nam repercuſſiua de quibus ſtatim dicetur complent hanc intentionem.

Secundum regimẽ ſtatim à principio exequendũ præmiſſa phlebotomia exigit tres intentiones repercuſſionem in principio. In augmento uſq; ad medium ſtatus repercuſſionem cum reſolutione & maturatiuis. Tertia eſt reſolutio pura, aut pura maturatio conueniens deinceps. Verũ in materia frigida magis ſolliciti ſumus de reſolutiõe & minus de repercuſſione. Econtrario in materia calida. Et in melancholica magis de mollificatione quàm de reſolutione. Econtra in phlegmatica. Prima compleť in cauſa calida in qua de repercuſſione maxima debemus eſſe ſolliciti cum epithimate Raſis ex ſandalis, aqua roſ. cãphora, uino citõ. quę medicina fuit ſuperius doſata et declarata. Illi poſſent addi coralli, ſpodiũ, labruſca, balauſtia, ſchinanthum, & ſimilia, & ex pluribus iam dictis poſſunt fieri, unguenta cum oleo roſ. myrtino citoniorum, & ſimilibus cum cera & aceto. Quibus apud neceſſitatem maioris infrigidatiõis poſſet addi modicum camphorę, & poſſunt fieri emplaſtra quæ potentius operantur propter maiorem multitudinẽ formæ, cum ſupraſcriptis pulueribus miſcendo farinam hordeaceam, fabarum, lentes excorticatas, carnes citoniorum, cortices cucurbitæ, portulacas, plantaginem, et ſimilia, et parũ ſchinanthi aut abſinthij, & impinguando cum aliquo aut plurib. ex oleis ſupraſcriptis & addendo parũ aceti. Et pro hac intentione cõplenda ſunt etiã repercuſſiua interius ſumẽda ſicut miua citoniorũ, ſyrub. de ribes, de portulaca, uiol. nenupharinus, de piris, de granatis, de agreſta. Et apud maiorẽ neceſſitatẽ infrigidandi & ſedãdi dolorẽ, ſyrup. de papauere. Multũ tamen frigida uitanda ſunt quantum eſt poſſibile. Cõpingunt enim & prohibẽt materiæ reſudationem. Sed hæc in principio in quo materia adhuc pauca fluit minus uerẽda ſunt, & propriè ſi fuerit ſubtilis. Aquæ aũt ſunt ſicut endiuię, ſolatri lactucę, portulacæ, plãtaginis. Sed in cauſa frig. repercuſſiua ſint ſtiptica aliqualiter ad calid. declinãtia, uel miſceantur calida cum frigidis ſicut oleũ roſ. aut citoniorũ cum oleo maſtichino, de abſinthio, uel de menta. Cum quibus addito aceto pro ſexta parte poterimus epithimare ſtomachum. Aut ex his cum pauco aceti & cera poſſumus conficere unguentum, addendo etiam ad libitum puluerem roſarum, myrti, maſtichis, & abſinthij, ciperi, calami aromatici, & ſimilium. Sed interius conueniunt ſyr. de mẽta cum iulep. roſ. Item ſyr. acetoſ. cum abſinthio longo tempore in eo infuſo. Item ſyr. acet. cum melle roſ. Aquæ aũt ſunt ſicut cichoreæ, mentæ, lupulorum, & ſimiliũ ſingulariter aut coniunctim ſecundum quod uidebitur expediens. Secunda intẽtio huius ſecundi regiminis perficitur miſcẽdo cum ſupraſcriptis repercuſſiuis in cauſa cal. aliqua leuia reſolutiua ſubdominãtia, ut flores chamæmilæ, meliloti, abſinthium, ſchinanthũ, paſſulas, ficus, capillos uen. farinam fœnugræci, ſem. lini, parũ croci, et ſimilia. Sed in cauſa frig. repercuſſiuis conuenientibus in ea addemus reſolutiua calida: ſtipticitate tamen aliqua participãtia, ſicut oleum de ſpica, maſtichinũ, ſpicã, ſem. apij, maſt, bdellij, ammoniaci, & ſimilia. Et emplaſtrum Raſis, quod dicit conuenire in apoſtemate cum induratur eſt cõueniens in hoc tempore, quod fit ex uiolis, roſis, ſpica, maſtiche, &c. Et in hoc tempore conueniunt oleum roſ. oleum maſtichinum, & de ſpica ſimul mixta. Et ſi apoſtema tenderet in uiã maturationis, his poſſunt addi aliqua iuuantia ad maturationem ſicut mucilagines maluauiſci, fœnugræc. ſem. lini, pinguedinis gallinæ in materia calida. Sed anatis, anſeris, & hiſſopum humidã, in materia frigida, & œſypi cerotũ deſcriptione Philagrij apud Meſue. Et ſimiliter emplaſtrũ de meliloto reſoluũt, mollificãt, et maturãt, ualẽtia magis in materia frig. Et in materia phlegmatica Auic. laudat hoc emplaſtrum. ℞. polij, meliloti, amomi, chamæmil. anethi, an. ʒ. 10. abſinthij, ſpicæ, an. ʒ. 7. aloẽs, ʒ, 8. maſtichis, ʒ. 10. thuris, ʒ. 6. radicis althęæ, ʒ. 15. ammoniaci, oppopanacis, ſtyrax. an. ʒ. 10. adipis anſeris & gallinæ, ana. ℥. 2. ceræ rubeæ ℔. s. miſce & fac unguentũ gummis in uino diſſolutis. Polium aũt de quo ſupra eſt plãta, cuius longitudo eſt circa palmum quam Plinius & Iſidorus mirabilem prędicant, folia enim eius mane cãdida, meridie purpurea, ſole occidente cærulea aſpiciuntur, calida in ſecundo, ſicca in tertio. Sed in materia melancholica apud Auic. ponatur in emplaſtris medulla oſſium cerui, medulla cruris uaccini, & pinguedo gibbi camelorum, & ex conferentib. ad hoc & in dubelati eſt iſtud. ℞. meliloti, fœnugr. chamæmilæ, baccarum lauri, althęę, abſintij, an. partem. 1. ammoniaci, thuris, an. duas, tertias partis diſſoluan

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.168

tur, gummæ iſtę, ſcilicet, ammoniacum & thus in decoctione 10. ficuũ cum uino & melle, deinde coniunge cũ eis reliqua: eſt enim mirabile. Huic ſi uis magis mollificare addas medullã uituli, adipes, ol. amyg. dul. mucilagines maluauiſci, ſem. lini, & ſimiliũ. Ammoniacum cum pinguedine gallinę, & oleo maſtichino diſſolutum, mollificat, reſoluit, & confortat. Et emplaſtrum Raſis in præſenti cap. de bdellio, ammoniaco, &c. Eſt optimum in materia frigida ad mollificandum & reſoluendum, licet magis ad reſoluendum. Tua autẽ intereſt huiuſmodi medicinas famoſas traditas ab authoribus modificare ſecũdum exigentiam. Et cum uis repercutere et caliditatem aliorũ temperare adde ol. roſ. & acetum: cum uerò mollificare, adipes, medullas, & mucilagines: cum uerò caliditatẽ ſuperfluè temperare adde uiolas, ol. uiol. & farinam hord. & ſimilia. Et poteris ex medicinis ſupraſcriptis conficere unguenta, emplaſtra, decoctiones, linimenta, cum quibus ſtomachus poteſt fomẽtari uarias habentes uirtutes ſecundum exigentiam. Sed interius medicinæ quæ ſumuntur in uirtute ſint eorum quæ exterius applicãtur. Similiter debet proportionari regimen ſex rerum, præcipuè in cibo & potu.

Qualia autem debent eſſe repercuſſiua ſumpta interius in materia calida & frigida, dictũ eſt ſuperius. Sed reſolutiua in apoſtemate phlegmatico ſunt ſicut diagalanga, diacinamomum, & multi trochiſci ſicut de rheubarbaro, de abſinthio, & ſimiles. Et Raſis in textu exhibet trochiſcos de ſpica cũ uino cocto & ſunt proprij. Sed in materia mixta ex cholera et phlegmate, diarhodon abbati, & aromaticũ roſ. magis phleg. dominãte. Itẽ trochiſci de roſis trochiſci diarhodõ & ſimiles. Sed in apoſtemate melanch. ſauonia, id eſt, oleum amigdalinum cum ſacch. Item decoctio chamæmilæ, & decoctio meliloti & hyſſopi, et quandoque decoquimus paſſulas cum aliquo iſtorum. Nam apud Auic. chamæmila bibitur propter apoſtemata uiſcerum ſpiſſa, & abſinthium confert duritiebus intrinſecis in emplaſtro poſitum aut bibitũ, & tua intereſt permiſcere huiuſmodi ſecundum exigentiam temporum & mixtionem materierũ, & ſi uideamus apoſtema ſuppurãdum eſſe interius, & exterius multiplicemus mollificantia ſupra reſolutiua. Sed apoſtemate maturato intentio eſt ipſum erumpere. Melior autem eruptio, licet raro cõtingat, eſt ut uenter ex directo ſtomachi intumeat, & ibi rumpatur ut ſanies profluat exterius: hæc aũt operatio melius fiet cũ raſorio ſtricto paulatim profundando donec ſanies exeat & fiat foramen paruũ ne multitudo ſaniei ſubitò effluat, & ſpiritibus exhalantibus mors ſubſequatur. Secunda eruptio minus bona eſt ut rumpatur interius: nam per ſeceſſum & uomitum facilè purgari poterit. Et ad hanc faciendam ualent motus uiolenti ſicut reuolutio impetuoſa ſuper ſtomachũ. Itẽ uomitus, tuſſis fortis, & ſternutatio, & medicinæ interius ſumptę abſtergentes, mordicantes & mollificantes, ſicut decoctio ficuum paſſularum cum pauco pipere, aut cũ pauco cepe, narciſci et orobi, aut radicis ireos & ſimiliũ bullitorũ cum ſupraſcriptis & melle. Deterior aũt omnium eſt ut rumpatur ad concauum uentris inferioris, tum quia medicinę pro curatione ulcerum male poterunt applicari, tum quia fortè oportebit ſcindere in inguinibus ubi materia colligetur. Poſtea curetur ulcus ſecũdum quod oportet mundificando & cõſolidando. Eſt tamẽ magna differentia inter ulcera noua ſuperficialia & antiquata. In primis enim ſola conſolidatio ſufficit, perficienda cum aqua albuminis oui cum qua poteſt dragagantum, gummi arab. bol. arm. thus, maſtix, et ſimilia permiſceri, aut huiuſmodi pulueres miſceantur cum aqua hordei, aut lacte, aut uino citoniorum, & ſtomacho ieiuno deglutiantur, aut huiuſmodi miſceantur cum iulep, aut ſaccharo roſ. Et ſuccus plantaginis cum bolo armeno eſt mirabilis, & propriè ſi adeſt diſcraſia calida. Si uerò ulcera fuerint magis profunda & ſordida aut uirulenta primò mundificentur. Sordida quidem cum abſtergentibus notabiliter & exiccantibus ſicut aqua mellis ſacch. hordei aut paſſularum ſingulariter aut coniunctim. Virulenta uerò cum exiccantib. paucæ abſterſionis ſicut aqua plantaginis, aut ferrata cũ melle roſ. aut ſacch. roſ. Deinde conſolidentur cum his quæ ſtatim dicta ſunt ſuperius, aut cum aqua calibeata & ſaccharo roſ. ſub quadruplo ad aquam. Quibus poteſt addi ad maiorem cõſolidationẽ thus, maſtix, bolus armenus, dragagantum, & ſimilia. Et his medicinalibus utendum ſtomacho ieiuno. Licet etiam cibaria debent medicinis proportionari. Vnde tempore mundificationis dentur ptiſana hordeacea, Kiſt hordei, cicerum, et orobi, fabarum & ſimilia. Et potus ſit uinum album, & cum aqua hordei, ſacchari, aut paſſularum, tempore conſolidationis Kiſt, rizi, panicij, milij, lentium, prima aqua abiecta, et ſimilium, potus ſit uinum nigrum ſtipticum, aqua ferrata.

Si uerò ulcus fuerit putridum mundificetur, primò ſubſtãtia putrida. Vnde ſi orificium eſt exterius, poſſumus applicare cum ſtuello unguẽtum ceraſeos, aut Aegyptiacum uſq; ad remotionẽ ſubſtãtiæ corruptæ. Si uerò orificium ſit interius, laudat Auic. hieram picram, non tanquam ſolutiuum, ſed uelut abſterſiuum & mundificatiuum. Ideo in pauca quantitate debet adminiſtrari cum aqua hordei, aut mellis, aut ſacchari. Nec ad mundificandum ſubſtantiã corruptam debemus per os exhibere corroſiua, ſed ſolũ mundificatiua domeſtica. Secũdò ſubſtantia deperdita, reſtauretur cum dragaganto, gummi Arabico, thure, maſtiche, corallis, ſpodio & ſimilibus, exhibitis cũ aqua ſaccharata, hordei, ferrata, uino nigro ſtiptico, & ſimilibus. Vltimo ſigillentur cum notabiliter exiccantibus, ſicut cornu cerui uſto, lapide hæmatitis loto cum aqua plantaginis, balauſtijs, & ſimilib. exhibitis cum aqua ferrata, & poſſunt cum iulep, aut ſaccharo roſ. dulcorari. Et conglutinatiua poſt mundificationem iuuant cooperiendo membrum, & defendendo ne ab alijs cibis, aut humoribus lædatur.

Lac aũt complet multa ex his intentionibus abſtergendo, & propriè cum melle, aut ſaccharo permixtũ, & eſt optimum conſolidatiuum, & propriè calibeatum, aut permixtum cum pulueribus conſolidantibus, de quibus ſupra, & cum hoc eſt remotiuum malæ complexionis calidæ propiè acetoſum. Et ad has intentiones ualẽt ſyrup. & iulep, et rob, ſicut de agreſta, de citonijs, de piris, et ſimiles. Item mel roſ. & poſſunt miſceri cum mundificantibus, & ſubſtantiã deperditam regenerantibus, & cicatrizantibus ſecundũ exigentiã. Et ſi ulcus ſit in meri huiuſmodi in quibus ſermo præceſſit miſceantur cum his, quæ habent

tardare

tardare deſcenſum medicinarum per meri, & ſint mixta cum inuiſcantibus facientibus ipſa adhærere ſuperficiei meri, ut per moram & meliorem applicationem melius imprimant, præterea exhibeantur in forma electuarij, & confectionis ſolidæ, ſicut diadragagantũ, & ſimilia, & paulatim deglutiantur, & in deſcenſu longam moram contrahant. Quod ſi ulcus corroſiuum fuerit, nihil eſt præſtantius quàm ſuccus plantaginis cum bolo arm. Et ſi adſit fluxus ſanguinis cũ his miſceatur lapis hæmatitis lotus, trochiſci de charabe, de terra ſigil. & ſimilia. Et ſi fuerit neceſſarium ſoluere uentrem, ſoluatur cum leuibus, ſicut manna, caſſia, mirobolanis, & ſimilibus. Curentur autem accidentia ſecundum ipſorum exigentiam. Solutio quidem uentris cum trochiſcis de ſpodio, cum ſem. acetoſæ, & rob, ſtipticis, & aqua ſauic, id eſt, hordei torrefacti. Vomitus autem curetur ſicut dictum fuit in cap. proprio, diæta autem proportionetur intentionibus regiminis particularis, ut dentur mundificantia, incarnantia, aut carnem generantia, & ſigillantia ſecundum exigentiam intentionis perficiendæ.

DE SINGVLTV. Cap. LXXXIIII.

Singultus, Græcè, lygmos, Arabice alfoach. Et apud Auic. deſcriptiuè eſt motus diuerſus compoſitus, ſicut ſpaſmus conſtrictiuus cum tenſione dilatatiua, exiſtens in ore ſtomachi, aut toto corpore eius, aut meri, ex quo aggregatur ad ſeipſum cum ſpaſmo fugiens à nocente ſi fuerit nocens, aut præparatus ad motum fortis expulſionis ſequẽtis ipſum ſicut accidit ei qui uult, & aſſimilatur alicui modorum motus tuſſis, quæ eſt in pulmone & uelamine ad expellendum humorem, aut ſi non ſit nocẽs, imò ſit ſecundum ſemitam ſuperfluitatis ſiccitatis mouẽtis ad ſimilitudinem aliquam ſicut ſpaſmus, & natura moueat ad dilatationem & non obediat illud, & ſuccurrat ei. Dicitur primò motus diuerſus, ſcilicet à motibus naturalibus. Compoſitus ſcilicet ex conſtrictione & dilatatione in quo eſt contractio & tenſio dilatatoria. Sicut ſpaſmus cõſtrictiuus, cum tenſione dilatatiua, id eſt, ſicut ſpaſmus in fieri in quo eſt cõtractio & tenſio dilatatiua, non autem in ſpaſmo facto, quia ſingultus non eſt uere ſpaſmus, cum nec meri, neque ſtomachus ſint membra lacertoſa. Eſt autem ſpaſmus paſſio membri lacertoſi, ut ſuperius declaratum fuit in cap. de ſpaſmo. In ore ſtomachi uel meri, uel in toto corpore ſtomachi, cum aliquãdo ſolum os ſtomachi, aliquãdo meri cũ ore ſtomachi, aliquando totus ſtomachus ſingultet, licet principaliter ſingultus, & tremor ori ſtomachi tãquam parti ſenſibiliſſimę approprietur. Ex quo aggregatur ad ſeipſum cum ſpaſmo, id eſt, cum contractione, fugiens à nocente ſi fuerit nocẽs, aut præparatus ad motum fortis expulſionis ſequentis ipſum, ſcilicet ſpaſmum, id eſt, contractionem. Sicut accidit ei qui uult, id eſt, in motu uoluntario ſicut in proijciendo lapidem. Et aſſimulatur alicui modorũ motus, tuſſis ſcilicet non uoluntarię. Quæ ſcilicet tuſſis, eſt in pulmone & uelamine, id eſt, diaphragmate. Ad expellendum humorem, ſi adſit in ſtomacho humor expellendus, aut ad expellendũ aliud, ſi adſit aliud læſurum, quod non ſit humor, ſicut ſuperflua ſiccitas in ſtomacho contrahens, ſicut ſpaſmus de inanitione. Et natura moueat ad dilatationem & nõ obediat illud, ſcilicet ſiccitas. Et ſuccurrat ei, uirtus nanq; dilatat, ſed ſiccitas contrahit et cõſtringit. Et ſic in ſingultu de inanitione fiunt duo motus oppoſiti, ſcilicet dilatatio facta à uirtute, & conſtrictio à ſiccitate facta, et etiam à uirtute ſentiente nociuum quæ primo ſe dilatat, ut deinde impetuoſius conſtringendo melius nociuum excutiat. Pro cuius defininitionis declaratione, notandum primò quod in expulſione duo reperiuntur motus. Vnus eſt pura contractio, ſicut in expulſione cibi digeſti à ſtomacho per pyloron, cõtrahendo enim ſe expellit ipſum ad inteſtina. Alius eſt impulſio quædam quãdo poſt contractionem, uel ſimul cum ea eſt etiam impulſio membri, ut manu expellente lapidem manus moueatur ad ſequendum motum lapidis per certum ſpaciũ. In ſingultu ergo eſt uterq; iſtorum motuum oris ſtomachi meri, uel totius corporis ſtomachi contractiuus & impulſiuus, ideo dixit compoſitus. Secundò notandum quod aſſimilat ſingultũ tuſſi, & cum ſternutatio aſſimiletur tuſſi, ut ſuperius oſtenſum fuit, ſequitur quod ſingultus etiam aſſimilatur ſternutationi. Aſſimilatio autem eſt in hoc quia in tuſſi primus motus eſt dilatatio pulmonis, diaphragmatis, et pectoris ut pulmo impleatur aẽre, ut adiuuet pulmonẽ ad expellendum, poſtea eſt conſtrictio pulmonis, pectoris, et diaphragmatis cum impulſione ad ſuperiora, ut ſimul cum adiutorio aẽris ſubleuantis humor expellatur. Et hi duo motus ſunt in cerebro ſternutãte. Primò dilatatio cerebri ut aẽre impleatur. Secundò conſtrictio cum impulſione aẽris & humiditatis expellenda ſicut in ſingultu uomitu, & ſubuerſione ſunt iſti duo motus. Primò dilatatio oris ſtomachi, meri, uel totius ſtomachi, non quidem ad recipiendum aliquid in adiutorium, ſicut in tuſſi & ſternutatione, ſed ad impetuoſius attrahendum cum impulſione, ſicut uolentes proijcere lapidem, retrahunt manum poſterius ut impetuoſius moueatur ad proijciendum. Secundò eſt motus contractionis ſtomachi cum impulſione ad expellendum. Sed contra. ſequitur diffinitionem iſtam uomitui & ſubuerſioni competere. Dicitur quod licet in motibus iam dictis multũ ſimilentur ſingultui. Eſt tamẽ differentia in hoc, quia motus iam dicti pręcipuè poſterior, ſcilicet contractio cum impulſione ſunt in ſingultu cum uibratione, ſed in uomitu & ſubuerſione. ſiue uibratione. Notandum tertiò, quod motus contractionis membri eſt propter duas cauſas. Vna ut fugiat, licet poſt fugam aut fugiendo expellat, ſicut manus ab igne cõbuſta fugit ſe retrahens, licet poſtea ſe cõcutiat ad expellendũ. Secunda ut non fugiat, ſed ut fortius expellat, ſicut uolẽs fortiter lapidem proijcere, manum retrahit ſimul cũ lapide, ut impetuoſius manũ extẽdat ad proijciendũ lapidẽ. Et hę duę cauſæ contractionis mẽbri ſunt immaginabiles in cerebro laborãte epilepſia, aut ſternutatiõe, & in pulmone tuſſiẽte, et ſtomacho ſingultãte, cum non à re nocẽte, præter modũ lædantur, & ſtimulentur, intentio cõtractionis eſt ad fugam nocitiui, unde poteſt eſſe quod huiuſmodi membra primò ſe contrahant antequam dilatentur, & fortè in illa contractione abſque potenti dilatatione expellent nociuũ. Si uerò à re lædente parum ſtimulentur poſſibile eſt ut contrahãtur non ad fugam, ſed ad expellendum rem lædentem, ſed in hoc caſu prius ſe di-

latant

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.169

latant antequam contrahant, ut deinde impetuoſius ſe attrahēdo nociuum expellant, maximè hoc fiet cū id nociuum cum difficultate expellẽ, licet enim huiuſmodi membra in his operationib. nō utant̃ diſcurſu, dirigunt̃ tamen ut placuit Auer. Ab intelligentia non errante.

Notādum quartò pro declaratione prędictæ diffinitionis et dictorum Auic. in præſenti capitulo differentiam eſſe inter rem lædentem & rem nocentem. Res enim lædens eſt parum lædens, & non multū deijciēs uirtutem, ita ut uirtus ſtimulata remaneat tantæ potētiæ ut poſſit facere ſingultum, & duos motus ad ipſius integrationem concurrentes. Sed res nocēs eſt intēſæ lædens, & ita uirtutem deijciens, ut nō poſſit facere hos duos motus ſingultus integrantes, & facit tremorem, id eſt motum tremulum oris ſtomachi. Sicut etiam res parū lædens cor facit pulſum cordis in quo cor mouetur motu conſtrictiuo & dilatatiuo fortibus ad expulſionem nociui. Et res nocens facit tremorem cordis, in quo cor debilitatum non poteſt moueri motibus fortibus, ſed tremit faciendo motus paruos & inordinatos. Quæ res nocens ſi ulterius augeatur, inducit ſyncopim & tandē mortem. Et licet cauſę ſingultus poſſint eſſe multæ fortes, ſemper tamen ſunt minores, & minus lædentes in eadem ſpecie cauſæ, & cum maiori fortitudine uirtutis quàm cauſæ tremoris ſtomachi. Ideo uidemus ſingultum de inanitione mortalem, & ſimiliter alios ſingultus cum quibus æger ducitur ad mortem deficere, & remanere motum tremulum. Itē etiā in corde prius deficere pulſum quàm tremorem. Nota tamē tremorem oris ſtomachi frequenter fieri in ipſo dum eſt ſiccum ſenſibiliſſimū & debile. Et ſimile de tremore cordis exiſtimandum eſt. Auic. tamē in hoc cap. aliquādo his terminis lædēs & nocens, utitur ut ſynonimis. Aliquando uidetur appropriare nocens cauſis faciētibus ſingultum replēdo, aut ſtimulando, ſed lædens magis ſiccitati & cauſis facientibus ſingultū inaniendo, ſed de his non eſt habenda cura. Notādum quintò quod ſingultus eſt leuior motus quàm uomitus propter duo. Primum quia leuis cauſa nō potēs facere uomitū facit ſingultum, quę poſtea aucta faciet uomitum. Item quia in ſingultu ſecundum plurimum ſolum mouetur os ſtomachi, ſed in uomitu os & fundus. Singultus eſt duplex proportionatus ad materiam, & non proportionatus. Et proportionatus ad materiam duplex, quidā de repletione, quidā de inanitione ſicut de ſpaſmo dictum fuit, & eſt aphoriſ. 39. ſextæ particulæ. Quanquam non ſit omnino ſimiliter iudicandum de ſpaſmo & ſingultu. Poteſt enim aliquis ſpaſmus eſſe ſolum de repletione, aliquis ſolū de inanitione, aliquis ſolum non proportionatus ad materiā. Quorum primi cauſa immediata effectiua eſt ſola materia replens, ſecundi ſola ſiccitas, tertij ſola uirtus ſtimulata contrahens. Sed ad omnem ſingultum neceſſario concurrit uirtus, cum ſit compoſitus ex duobus motibus dilatatione & conſtrictione, qui non poſſunt cauſari neq; à ſiccitate ſola, neq; à materia replente ſola, ſed neceſſarium eſt unicuiq; iſtorum coagere uirtutem. Verum à uirtute ſola poſſunt ambo motus perfici, non concurrente aliqua alia cauſa, tanquā cauſa immediata. Et ſic poteſt eſſe aliquis ſingultus ſolum non proportionatus ad materiam, ſed nullus poteſt eſſe ſolum de inanitione, neq; aliquis ſolum de repletione.

Cauſæ ſingultus quędam ſunt per eſſentiam, quędam per communitatem quędam primitiuæ. Per eſſentiam ſicut mala complexio fiens ſiue materia calida ſiue frigida, uel ſicca, calida mordicando, frigida per contrarietatem. Item per conſtrictionem & corrugationem quam facit in ore ſtomachi. Sicca autem ſi non fuerit confirmata quolibet humectante curat̃. Confirmata difficilè ſed ſecūdum plurimum eſt cum materia aut calida pungēte, aut frigida grauante, aut mordicāte ſi fuerit phlegma acetoſum, aut corrugāte & conſtringente ſi fuerit phlegma ponticum, aut melancholia quæ etiam exiccando iuuat ad ſingultum. Bothor quoq; & ulcera in ore ſtomachi quandoque ſunt in cauſa. Et quandoq; ſingultus cauſæ ſunt reliquæ uomitus quæ remanſerunt in ore ſtomachi imbibitæ uel adhærentes, ideo ſæpe ſingultus ſequit̃ uomitum, & aliquando antecedit cum materia ſit pauca, aut parum ſtimulans, & non ſufficit ad uomitum quæ poſtea aucta facit uomitum. Item uentoſitas exiſtēs in ore ſtomachi eſt aliquādo in cauſa, aut extēdo, aut ſua acuitate ſtimulando, ſiue ſit in ſtomacho genita ex humoribus, aut cibis uentoſabilibus, ſiue aliunde ad ſtomachum deriuata.

Per communitatem uerò à toto ſicut in febrib. calefaciendo, aut exiccando, aut uapores uel humores acutos ori ſtomachi communicando quod maximè accidit in principijs paroxiſmorum materia petente interiora. Item in criſib. in quibus materia, uel uapores ori ſtomachi cōmunicant. Aut per cōmunitatem à cerebro ſicut in percuſſionibus capitis & in phreneſi in quibus per neruos reuerſiuos compatitur, os ſtomachi, & eſt mortale ſecundum plurimum. Aut per cōmunitatem ab epate ſicut in apoſt. eius, & propriè concaui cōmunicando, aut qualitatē ſolā ſicut caliditatem, aut ſiccitatem & eſt deterius, aut cholera per ieiuniū, aut nocumentum ſolum per neruū colligantē ſtomachum cum epate. Et quomodocunq; fiat hæc cōmunitas, oportet apoſtema eſſe magnum propter diſtantiam oris ſtomachi à concauo epatis. Et de hoc loquitur aphoriſmus 16. ſeptimæ particulæ. In phlegmone epatis ſingultus malum. Aut per communitatem ab inteſtinis dum laborant uermibus, aut apoſtemarib. aut materieb. cuiuſcūq; generis uelut in cholica, & ileos, ut aphor. 10. ſecundæ particulæ. In ileos uomitus & ſingultus malum. Item per communitatē à matrice in retentione menſtruorū, partu, abortu & ſimilib. Item à ueſica, renib. & alijs membris oris ſtomachi communicare potentibus. Cauſæ uerò primitiuæ ſunt, ſicut aër frigidus. Item res comeſtæ lædentes acuitate, ſicut res acetoſæ, ſinapis, diapipereō, helleborus, & cibus corruptus ad qualitatem acutam. Item cibi uētoſabiles, aut multitudine ſua aggrauātes. Item fames longa os ſtomachi exiccando, & quæcunque poſſunt os ſtomachi præter modum exiccare, ſicut euacuationes ſuperfluę & ſimilia. Signa. Differt ſingultus à tremore oris ſtomachi, quia in ſingultu adſunt duo motus integrantes, ſcilicet dilatatio & cōſtrictio fortes & integri, ſed in tremore diminuti, eſt enim motus tremulus ori ſtomacho, & eſt cum maiori uirtutis debilitate. Quod autem ſit de repletione cognoſcitur per grauitatem ſtomachi, extēſione, uomitu, ſubuerſione, & ſimilibus, & quia ſubitò, id eſt, in paruo tempore accidit & excreſcit, & præceſſerūt cauſæ replentes ſtomachum primitiuę, aut corporeę, iuuatur fame, & reliquis inanientibus, nocetur à contrarijs. Sed qui eſt de inanitione paulatim accidit & excreſcit, & præceſſerūt cauſæ inanientes, ſicut febres acutæ, euacuationes fortes factæ in paruo tempore. Iuuatur ab humectantibus tam qualitatiuè quā ſubſtantificè nocetur à contrarijs. Sed non proportionatus ad materiam cognoſcitur, quia nullæ tales cauſæ inanientes, aut replentes præceſſerunt. Sed cauſæ tantummodo ſtimulantes, & iſtæ ſecundum plurimum ſunt primitiuæ, aut lędentes os ſtomachi per communitatem nō tranſmittendo humores, aut mala cōplexio in ore ſtomachi ſine materia, ulcus, aut bothor. Sed ne conſurgat error. Nota quod aliquando in febribus acutis & euacuationibus humores acuti commoti fluentes ad os ſtomachi cauſant ſingultū, quem medici propter cauſas præcedentes credunt eſſe de inanitione cum ſit de repletione, aut fortè non proportionatę ad materiam, ſed de hoc certificamur prouocando uomitum, ſi enim uomitus ſtomachum mundificat, ſedat ſingultum non eſt de inanitione. Si uerò non ſedatur, imò additur eſt de inanitione. Similiter ſi tolerantia ſitis ſedat, eſt de repletione econtra de inanitione. Sed qui ſit per eſſentiam cognoſcitur, quia eſt continuus aut cum pauca interpolatione, ſed mala complexio ſine materia, & cum materia cognoſcitur per ſigna ſuperius poſita in cap. de uomitu. Similiter ulcera, bothor, & apoſtema ex dictis in cap. de apoſtematibus, & ulceribus ſtomachi, & quia ſingultus ſequens apoſtema uomitu nō ſedatur. Sed uētoſitas cognoſcit̃ extenſione abſq; grauitate, & quia eructatio ex carminātibus uentoſitatē facilè ſedatur.

Sed qui ſit per communitatē alicuius membri, aut communitate totius cognoſcitur, quia non eſt continuus & præceſſerunt nocumenta totius, aut membri communicantis cum quorum augmento augetur & decremento minuitur. Cauſæ autem primitiuæ cognoſcunt̃ ex earū præceſſione cū ſimilitudine effectuū.

Prognoſtica. Primum. Singultus malum protenditur, & ſecundum plurimum mortem in multis caſibus. In apoſtemate epatis, ileos, uulnere, aut apoſtemate cerebri. Secundum eſt aphor. trigeſim. quartæ particulę, uerificatus per Auic. in uomitu & ſingultu. oculi rubei malū, nam ſingultus nō ceſſans in uomitu, nec poſt uomitum, & oculorum rubedo notabilis ſignificant apoſtema in ſtomacho, aut in radice nerui uenientis ex cerebro ad ipſum, aut in cerebro ipſo, & ſequitur ambo, ſcilicet apoſtema cerebri, & apoſtema ſtomachi, rubedo oculi per communitatem nerui uenientis à cerebro ad ſtomochum. Sed diſtinguitur inter utrunque per accidentia apoſtematum cerebri, & accidentia apoſtematis ſtomachi. Tertium eſt Auic. in libro ſignorum mortis uelocis qui fuit Hip. Dicitur quod quando accidit ſingultus uehemens habenti apoſtema in latere dextro, ægritudines à natura, id eſt, à conſuetudine præ magnitudine ſua, uel quia ſit ſingultus habens ſolam cōtractionem propter fugam rei nocentis abſque cauſa cognita, quia cauſa huiuſmodi ſingultus difficulter cognoſcitur, licet cauſa triplex reddita ſit ſuperius. egreditur anima ex ſingultis ante ortum ſolis, id eſt, citiſſimè, ſignificatur enim apoſtema magnum epatis communicans nocumentum, non ſolum ori ſtomachi, ſed cordi. Quartum. Qui cum ſingultu habet pūctionem, uomitum, & cuzez, id eſt, ſpaſmum & deſtructionem rationis morit̃, ſcilicet ualde citò. Significatur enim nocumentum eſſe tantum in ſtomacho, quod etiam maximū cerebro communicatur. Quintum. Singultus de inanitione qui humectantibus nō facilè ſedatur mortalis præcipuè ſi ſpaſmus ipſi coniunctus fuerit. Significat enim ſiccitatem fixam. Sextū. Reliqui ſingultus, qui neq; inanitionē neq; apoſtema ſequuntur ſecundum plurimum ſalubres &c.

CVm ſingultus poſt craſſi cibi comeſtionē, aut uini ualde temperatè adhibitionem ſuperuenerit. Aqua calida in qua cyminum, & menta, & mentaſtrum, & parum thuris bullierint multotiens in potu eſt ſumenda, & ægro ut dormiat eſt præcipiendum, & uenter uaporandus, & ieiunandum eſt ei. Cum autem per multos dies à comeſtione abſtinuerit, iubendum eſt balneum ſæpe ingredi. Deinde paucis cibis deſiccantibus tamen eſt alendus, ſicut ſunt calagiæ et mutagenath cum ſeminibus, & uini parum puri in potu tribuēdum. Et ſi hoc non ſuffecerit trochiſci iſti dandi ſunt qui dicuntur de thure. Rec. thuris drach. 5. enulæ drach 3. mentaſtri fol. rutæ ſiccæ amborum an. drach. 2. ſem. ſiſimbrij drach. 3. s. informētur trochiſci ex eis pōdere aur. 1. ex quibus unus in die cum apozimate cymini tribuatur.

Diuiditur præſens cap. in tres partes. Primò curat ſingultum à uentoſitate. Secundò de inanitione. Tertiò dicit in cura ſingultus conuenire ſternutationē & anhelitus retentionē. ſecunda ibi.. Quòd ſi ſingultus. tertia in fine cap. ibi Singultui propterea. De prima parte dicit. Cū ſingultus ſuperuenerit poſt cōmeſtionem, cibi craſſi, id eſt, propter ſuam ſubſtantiam craſſam difficilis digeſtionis, ſicut ſunt fabæ, caſtaneæ, caro bufali, & ſimilia & poſt potum uini ualde tēperati cum aqua, quia debilitando digeſtiuā eſt cauſa uentoſitatis, & uos ſupplete quæcunq; poſſunt multiplicare uentoſitatem, ſicut cibi habentes humidū ſuperfluum uentoſabile ſicut herbæ & ſimilia. Et ſicut humores phlegmatici, aut melancholici in ſtomacho congeſti, aut ad ipſum deriuati qui ſunt apti uentoſari. In his enim caſibus poſt eductionem cibi, aut humoris uentoſabilis cum abſtinentia, cum euacuationibus oportunis detur aqua huiuſmodi calida. ℞. cymini, mentæ, ſcilicet hortulanæ domeſticæ, calidæ & ſiccę, mentaſtri,

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.170

mentaſtri, ſcilicet ſylueſtris, adhuc calidioris & ſiccioris, licet menta Romana habens folia longiora, & latiora ſit adhuc magis calida, añ. ℥. s. thuris ʒ. 1. quæ omnia ſicca bulliant in tribus ℔. aquæ ad conſumptionem medietatis et coletur, de qua accipiat ſtomacho ieiuno ℥. 3. et bonũ eſt ut ſecum miſceanť ʒ. 2. diacymini, aut diagalangæ, aut parum ſac. & ſumať debitè calida tribus, aut quatuor dieb. & tardetur cibus per quatuor horas, aut quinq;, & poſt eius ſumptionem dormiat ad libitum, cõfert enim ſomnus & maximè ſtomacho ieiuno, hæc enim tria, ſcilicet fames, ſomnus, et exercitium optimè cõferunt ad reſolutionem uentoſitatis. Et uenter uaporandus eſt cum carminantibus uentoſitatem, ſicut ſacculis, fomentis, & huiuſmodi, & hic debet per multos dies à cibo abſtinere, id eſt, parum comedere, poſtea balneum ingredi, ſcilicet ſtufam, aut balneum actu & potentia calidum, ſicut thermæ quæ præter uirtutem ſulphuream qua omnes participant, ſunt etiam participantes uirtute ferrea, aut ſimili ſtomachi confortatiua. Cibi autem ſui ſint calefacientes, deſiccantes, pauci in quantitate, ſicut calagiæ & mutagenath, id eſt, cibi facti ex carnibus frixis in ſartagine conditi cum ſeminibus, ſcilicet aniſi, fœniculi, & ſimilibus, & aliquibus aromatibus inter quæ præſtãtiſſimum eſt galanga, & bibat parum uini uinoſi puri, aut mediocris potentiæ, nam multum fortificat digeſtionem. His autem non ſufficientibus ad curam dentur huiuſmodi trochiſci. ℞. thuris ʒ. 5. enulæ ʒ. 3. mentaſtri, foliorum rutæ ſiccæ an. ʒ. foliorum nemen, id eſt, ſerpilli. ʒ. 3. s. formẽtur trochiſci pondere aur. 1. Ex quib. unus in die exhibeatur cum apozimate, id eſt, decoctione cymini, hæc omnia calida ſunt, & ſicca uentoſitatem carminantia. Et per iſta intelligit electuaria calida famoſa, ſicut diacyminũ, diagalanga, diatrionpipereon, diaolibanum, electuarium de baccis lauri, & ſimilia, & gariophili apud Auic. appropriantur ſingultui.

Quòd ſi ſingultus poſt feb. acciderit fueritq; cum eo tribulatio, aut nauſea, aut ſitis, aut in ore ſiccitas, aqua calida ægro multotiens tribuenda erit, non tamen repente, ſed paulatim. Et ſi ſedatus non fuerit, aqua hordei cum oleo de amygdalis dulcibus detur. Spondiles quoq; colli, & dorſi ex oleo tepido inũgantur, & fricentur. Et mucilago pſilij cum iulep, & ſucco granati in potu tribuantur.

In parte iſta curat ſingultum de inanitione. Et quę dicit nota ſunt, tribulatio, id eſt, conturbatio & anxietas ſtomachi.

Singultui præterea & ſternutationi confert retinere anhelitum.

In hac parte dicit, quod ſternutatio confert in ſingultu, quia confert conquaſſando totum corpus, & ſtomachum, remouet materiam ab ore ſtomachi iuxta aporiſ. 13. ſextæ particulæ. A ſingultu habito ſternutatio ſuperueniens ſoluit ægritudinem. Et ex eodem fundamento tuſſis, & omnes fortes motus conferunt. Sed retentio anhelitus confert, quia corde inflammato inflammãtur partes circunſtantes, unde fit uẽtoſitatis & humorũ reſolutio. Propterea hæc intelliguntť de ſingultu pendente à materia, uel uẽtoſitate.

Cura ſingultus à mala complexione ſine materia patet ex ſæpe dictis ſuperius, ſola enim alteratione cũ cõtrarijs interius et exterius applicitis indiget, quæ tamen ſtomachum confortent, tam proprietate quàm ſtipticitate moderata. Si tamen ſiccitas ſequens humidi conſumptionem propter febres acutas, aut euacuationes, faceret ſingultum de inanitione duæ exiguntur intentiones. Prima eſt remotio, aut ſedatio cauſæ exiccantis quod oportet. Secunda eſt, humectatio totius corporis, ſed maximè ſtomachi qualitatiua, aut ſubſtantifica cum interius & exterius applicitis. Quæ duæ intentiones iuxta poſſe cõplendę ſunt ſimul, ſicut cum aqua hordei excorticati, cui ſyrupus uiol. poſſet addi, et parum uini granatorum dulcium, aut muzorum, aut uini citoniorum. Si fluxus uentris eſſet in cauſa, non exiſtente febre putrida, lac eſt ſublime, & ſtãte fluxu poſſet calibeari. Et detur aqua carnis, et iura carnium reſumptiua alterata, ſecundum quod oportet & bibat uinum non antiquum aliqualiter dulce multæ permixtionis cum aqua hordei, & balneetur in aqua dulci tepida, & ſtomachus epithimetur cum oleo roſato, citoniorum, & ſimilibus, & cibetur ſæpe parum pro uice, & multum dormiat. Et ſi opus eſt uentris lenitione, fiat dyſtere cum lacte, aut aqua hordei, & oleo uiolato. Et ſi maiori infrigidatione opus ſit, addatur ſuccus cucurbitæ. Et apud Raſim ungantur ſpõdiles, colli, & dorſi cum oleo, ſed propriè uiolaceo, & detur mucilago, pſilij cum iulep, & ſucco granati, & oleum amygdalarum dulcium eſt optimum ſecundum omnem modũ adminiſtrationis caumate non exiſtente magno. Si uerò ſingultus pẽdeat ab humoribus imbibitis narantibus, & inuiſcatis, ſiue in ſtomacho congeſtis, ſiue aliunde tranſmiſſis octo exiguntur intentiones.

Prima eſt digeſtio ſecundum humoris exigẽtiam, debent enim digeſtiua eſſe quantũ ad qualitates primas contraria diſcraſiæ membri mittentis ſtomachi & humoris: quantum ad ſecundas inciſiua, ſi fuerint uiſcoſi, ſubtiliatiua, ſi craſſi, inuiſcatiua, ſi fuerint ſubtiles imbibiti, ut inuiſcata cum eis euellant ipſos à membri ſuperficie, & reſpiciant per uirtutes tertias et quartas, tam ſtomachum quàm humores peccantes, imò membra mittentia quorum deſcriptiones poſſunt patere ex ſupraſcriptis. Secũda intentio eſt euacuatio materiæ peccantis tam uomitu quam ſeceſſu etiam reiterata ſecundum oportunitatem. Tertia intẽtio eſt diuerſio cum dyſteribus, ligaturis extremorum & ipſorum lotionibus. Item balneis diuertentibus materias ad cutem, et eas per poros cutis reſoluẽtibus ſiue ſint balnea aquea, ſiue aërea, item uentoſis. Et apud Auic. in ſingultu antiquato ponantur uentoſæ ſuper ſtomachũ ſine ſcarificatione, & ſuper dorſo circa 13. ſpondilem ubi incipit os ſtomachi. Et poſt uentoſas ponantur rubificantia ad attrahendum materias ad cutim. In quo caſu inueni ueſicatoria conuenire ſuper eiſdem locis applicita, nec minus etiam cõferunt ſi ponantur ſuper membris mittentibus, hæc

tamen

tamẽ ſunt de illis quę debent poſtponi. Et in hac intẽtione ualent diuretica & aperientia porum felleum, ſicut cum ſeminibus maioribus, decoctiõe radicum, aſparagi, apij. Item aqua lupulorum, hordei excorticati, capillorum uen. cuſcutæ, & ſimilium, quæ ſecundum materierum diuerſitatem ſint diuerſificanda. Quarta intẽtio eſt excuſſio materiæ ab ore ſtomachi; aut diuerſio materiæ pręter uomitum & ſeceſſum, de quibus ſupra. Conueniunt motus laborioſi ſicut uociferatio alterius, aut clamor proprius, & ira, timor, gaudium, triſtitia, aſperſio aquæ frigidæ improuiſę, conuerſio animi fortis ad aliquid audiendum, aut cõtemplãdum commotio corporis magna currendo, ſaltando, equitando, tuſſis, ſternutatio, retentio anhelitus, & ſimilia. Hęc enim aut materiam ab ore ſtomachi excutiunt, aut corpus inflammãdo reſoluunt, aut animam diuertunt, ut non percipiat triſtem oris ſtomachi ſenſationem. Et ex hoc genere ſunt dolores, ſecũdum aliam partem corporis, iuxta aphoriſmum ſecundæ particulæ. Quicunq; dolentes &c. Quinta eſt obtuſio ſenſus oris ſtomachi, maximè exequenda materia exiſtente acuta ſua acuitate pungẽs, & ſtimulans, & in ſtomacho acuti ſenſus, quæ intentio aliquando completur cum humidis maximè unctuoſis, ut butyro, brodijs pinguibus. Vel fiant electuaria longiorem moram in ore ſtomachi contrahentia, ut ℞. diadragaganti frigidi ℥. 1. butyri recentis ſine ſale, ſem. papaueris albi, ſebeſten, iuiubarum an. ℥. 1. miſce, & ſi hæc non ſuffecerint miſceantur cum his narcotica, ſicut ſemen hyoſcyami albi, camphora, ſemen lactucæ, mucilago pſilij, & ſimilia. Et poſſunt huiuſmodi cum ſaccharo uiol. incorporari. Et apud maiorem neceſſitatem detur parum requiei, aut philonij, & huiuſmodi opiata ſine aliquo liquore exhibeantur, ut diuturniorem moram contrahant in ore ſtomachi, aut exterius applicentur aliqua opiata in ore ſtomachi. Hæc autem opiata, ſiue interius, ſiue exterius cautè applicentur, ne nocumentum cordi communicetur, neq; poſterius circa 13. ſpondilem applicentur ne membrorũ inferiorum ſenſus, aut motus impediať.

Sexta intentio eſt ſtomachi confortatio ſimul corrigendo malam complexionem in ſtomacho derelictam poſt humoris euacuationem. Septima eſt correctio accidentium perficienda ſecundum exigentiã. Ad has tamen intentiones ſunt trochiſci huiuſmodi. ℞. coſti, croci, roſarum recentiũ, maſtic. ſpicæ an. aur. 4. aſſari aur. 2. aloës, opij an. aur. 1. conficiantur cum ſucco pſilij, & bibatur ex eis medietas aur. pſilium enim & opium ſtupefaciunt, ſpica confortat & reſoluit, aſſarum inclinat humiditates ad partes urinę, educens eas per uias illas, aloës inclinat illas ad uiam fęcis, & extrahit eas per eam, coſtus, & crocus maturãt & confortant calefacientes, propter hoc ergo ſunt trochiſci iſti cõferentes ualde ſingultui uehementi & ſubuerſioni animæ, & ſunt à me experti. Octaua & ultima intentio eſt debitum regimen ſex rerum quod tẽdat in contrarium diſcraſiæ. Aër ergo in diſcraſia frigida & humida declinet ad calidum & ſiccum, in calida & ſic. ad frigidum et humidum, et ſit boni odoris. Similiter diæta in calida & ſicc. ſit frigida & humida cum aliquali ſtipticitate, utať itaq; portulacis, cucur. lactucis, ſpinachijs, endiuia, boragine, blite, acetoſa, farre, panicio, milio, robilijs, & ſimilibus. Sed condiantur cum agreſta, uino granatorum, aut citoniorũ, cum puluere coriandri, roſarum, ſandalorum, & ſimilium, & geletina, limonea, myrtea conueniunt, & comedat carnes laudabiles, ſimiliter alteratas, bibat aquã ſi conſuetus ſit, aut eam bene toleret, ſi uerò nõ, bibat uinum paruiſſimum optimè limphatum. Sed in cauſa frigida, & humida diæta declinet ad calidum & ſiccum, unde utatur capparibus, fœniculo, petroſelino, ſerpillo, iure cicerum, & ſimilium, & condiatur cum aromatibus, ſicut pipere, cinamomo, galanga, zing. croco, gariophilis, & ſimilibus, & ſit uinum antiquum uinoſum purum, tamen in parua quantitate, & ſimiliter reliquum regimen ordinetur in contrarium diſcraſiæ. Cura autẽ apoſtematum bothor, & ulcerum patet ex dictis in cap. præſenti. Et ſimiliter patet ex cap. præcedenti cura ſingultus à uentoſitate. Si uerò ſingultus ſit per communicatem à toto, uel à membris particularibus cura patet ex his quæ dicta ſunt ſtatim ſuperius in cura malæ complexionis cum materia ſiue in ſtomacho congeſta, ſiue aliunde deriuata: præcipua enim intentio eſt habenda ad membra communicantia ut ſuperflua eorum euacuentur, & mala complexio oppilatio, & cętera nocumenta corrigantur, & tandem confortentur. Si uerò ſingultus pẽdeat à cauſis primitiuis, utputa ab aëre lædente à ſua calid. aut frigid. locetur in aëre cõtrario diſpoſitioni impreſſę, et diſcraſia in ſtomacho impreſſa cũ contrarijs altereť, ipſum confortando & pręſeruãdo ne humores fluant ad ſtomachum. Et ſi ſit à cibo corrupto, cura patet ex dictis in cap. de debilitate digeſtionis, & ſi pendeat à cibo acuto, aut medicina acuta mordicante os ſtomachi, primo uomitu aut ſeceſſu educatur, et eius acuitas frangatur cum ſumptione aquæ tepidæ, aut aquæ hordei in notabili quantitate, ſcilicet uſq; ad 1. ℔. uel duas. Et ſi fuerit neceſſitas maioris abſterſionis, addãtur in decoctione paſſulę trãſmarinæ paruæ, nigræ, uel huiuſmodi aquæ miſceanť cum ſyrupo acetoſo, aut oximelle ſimplici. Et ſi pro eductione horum ciborum, & medicinarum acutarũ necnon humorum ad ſtomachum defluxorum eſſet opus aliquo leniente, detur caſſia, & manna cum decoctione prunorum, tamarindorum, ſebeſten, & ſimilium lenientium, & lubricantium. Secundò corrigatur diſcraſia ſtomachi, & confortetur cum interius ſumptis, ſicut cũ miua citoniorum, rob de granatis, aut de citonijs, & ſyrupo de citonijs, quibus aliquid ſyrupi acet. addi poteſt ad incidendum & abſtergendum, ſi quid imbitum & inuiſcatum in ſtomacho remanſiſſet. Et exterius applicitis, ſicut cum oleo roſaceo, de citonijs, & ſimilibus. Et prohibeantur humores à fluxu, tum quietando eos ſomno & quiete, tum diuertendo ſecundum exigẽtiam, & corrigantur accidentia, & ordinetur debitum regimen in contrariũ diſcraſię. Si uerò ſingultus pendeat à cibo craſſo, uentoſabili, aut habente humiditatem ſuperfluam, aut à potu uini multum lymphati, aut craſſi, multum ſimiliter uentoſabili, cura ſufficiẽter dicta eſt in expoſitione textus circa principium capituli.

DE APPETITVS LAESIONE. Cap. LXXXVI.

APpetitus qui eſt deſyderium animatum cibi, aut potus ſequens triſtem ſenſationem

E

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.171

oris ſtomachi eſt duplex. Alter cibi, & dicitur fames, quæ deſcriptiuè eſt appetitus calidi & ſicci. Alter potus, & dicitur ſitis, & eſt appetitus frigidi & humidi. Vterq; læditur tripliciter. Ablatè quando omnino nihil appetitur, diminutè dupliciter, per intēſionem & remiſſionem. Per remiſſionem quidem cum minus appetitur q̃ ſit neceſſarium pro nutritione corporis, & humectatione. Aut quādo aliqua appetuntur, aliqua non, ex his quæ ſecūdum naturam debent appeti ſiue cibalia, ſiue potabilia. Per intenſionem uerò quando magis appetitur quàm poſſit digeri, aut q̃ ſit expediēs pro nutritiōe & corporis humectatione. Et huiuſmodi appetitus quando eſt ad cibum dicitur appetitus caninus. Sed quando ad potum dicitur ſitis ſuperflua. Et ex hoc genere eſt appetitus intolerabilis: ſunt enim quidam qui dum famem notabiliter patiūtur incurrunt ſyncopim, cholera reuertente ad os ſtomachi, aut ſpiritibus prēter modum reſolutis, aut incurrunt dolorem ſtomachi, et capitis: et iſta ſunt corpora cholerica aut ſicca tantum, acuti ſenſus, habētia poros latos et humidum facilè reſolubile. Et quędam horum ſunt corpora exuberantis carnis, habentia multum de calido & humido, ſed habent ipſum ſubtile cum latitudine pororum, & omnis eius calor innatus eſt fortis ualde, aut plurimus, & ualde debilis non poteſt famem tolerare. Bulimu autem fames membrorum cum ſacietate ſtomachi. Sed appetitus corruptus, eſt appetitus quorundam quæ non debēt appeti ab aliquo indiuiduo de ſpecie humana naturaliter diſpoſito. Nunc uerò ſequendo ordinem. Auic. Primò agetur de diminutione & ablatione famis. Secundò de corruptione eius. Tertiò de appetitu canino, & de intolerabili. Quartò de bulimo. Quintò de ſiti. Cauſa diminutionis & ablationis famis poteſt eſſe omne genus malæ complexionis in ore ſtomachi ſiue materia cum ſuperfluit, caliditas quidem à quacunq; cauſa pendeat, ſiue corporea, ſiuē primitiua rarefaciendo raritate oppoſita corrugatiōni. Secūdò attrahēdo humores ad os ſtomachi, qui replēdo famem deijciunt. Tertiò quia non ſinit os ſtomachi pati frigiditatem ſequentem naturalem reſolutionem, & aduentum melancholiæ, ad famem excitandam: frigiditas uerò licet non excedens multum, excitat appetitum, quapropter inueniūtur Septentrionales ex uentis, et Hyems ex temporibus uehemētiores ad excitādum appetitum, & qui iter peragit in niue uehementioris eſt appetitus ualde. Attamen cum ſuperfluit eſt magis inter cæteras qualitates deſtruēs appetitum, mortificando duas uirtutes, ſcilicet ſenſibilem & attractiuam, ſed hoc eſt rarò. humiditas uerò & ſiccitas ſunt in hac re paucæ impreſſionis, magis ad ſitim minuendam & excitandam facientes quàm ad famem. humores quoq; cuiuſcūq; generis cum ſuperfluunt in ore ſtomachi famem auferunt, aut minuunt, ſed calidi magis, econtrario ſitim excitantes, frigidi uerò licet ſitim minuant, et interdum famem excitent dum ſunt pauci & non multi prēter naturales, & propriè phlegma parum acre, & melancholia pontica, attamen cum ſuperfluunt in præternaturalitate aut multitudine auferunt, & minuunt nauſeam, ſubuerſionem, aut uomitum excitātes. Similiter ulcera, bothor, & apoſtemata in ſtomacho famem impediunt, ſitim ſi calida fuerint excitātia. Diminutio quoque & ablatio ſenſus oris ſtomachi, ſiue ſequatur aliquam ex cauſis ſupraſcriptis per eſſentiam in ore ſtomachi, ſiue per communitatem à cerebro, aut tertio pari, aut ſexto neruorum cerebri ſitim & famem ſimul aufert, aut minuit, per communitatem uerò aut à toto, ſicut in febribus in quibus caliditas ori ſtomachi communicata, præter modum calefacit, & exiccat, ſitim augens, famem minuens, aut auferens propter cauſas ſuperius dictas, & aliquando repletio humorum qualitate aut quantitate peccātium in uenis facit ipſas fugere ab attractione & potius laborare ad expulſionem, quo modo in ſyncopali humoroſa deijcitur appetitus, & in multis alijs laborantibus non ſolum febribus, ſed alijs generibus ægritudinum. Vidi enim mulierem laborantem fluxu uentris nihil comediſſe, neq; bibiſſe per octo dies niſi aquam frigidā, quæ tamen ſuperuixit. Similiter Teutonicum quendam febricitem nihil comediſſe in 28. diebus cum omnia penitus abhorreret, ſed ſolum bibiſſe uinū quod euenit, quia eorum uenæ humoribus ſuperfluis præter modum erant repletæ. Et hoc modo quādoq; deficit appetitus prægnantium, & in quibus menſtrua retinentur, quomodo etiam urſi per totam hyemem abſtinent à cibo. Aliquādo deficit appetitus propter debilitatem attractiuæ membrorum, ſicut in hecticis & alijs ægris multum debilibus, in quibus membrorum uirtus attractiua deficit, non quidem ob defectū reſolutionis, ſed propter attractiuę impotentiam. Et aliquando deficit propter paucitatem reſolutionis, ſicut in frigidis ualde complexionaliter, aut ætatiuè, quo modo ſerpentes, ranæ, & cætera animalia debilis caloris in hyeme ſtant ſine cibo, quia calor eorum ſopitur & minuitur, ita ut quaſi ſola reſpiratione conſtet, & nutricationem quaſi nullam faciat, per communitatem uerò à membris particularibus, ſicut catarrhus à capite deſcendēs, ſi figatur in ore ſtomachi, aut inuiſcetur & adhæreat deijcit appetitum, & quandoq; facit appetere contraria, ſcilicet incidētia, et ſubtiliantia ſi fuerit craſſus & uiſcoſus. Item per communitatem à neruis uenientibus ad dandum ſenſum & motū ori ſtomachi, ſcilicet ſextò pari, tollitur deſyderium cum non percipiat ſuccionem, neq; melācholiæ impreſſionem. Item per communitatem à ſplene cum melancholia non tranſmittitur ad os ſtomachi, aut cū ſuperfluè tranſmittitur, aut nimis acris. Itē per cōmunitatem ab epate cum debilitatur eius attractiua poſt fluxum ſanguinis, aut alias euacuationes, aut cum ipſum, aut meſaraicæ apoſtemantur, aut oppilantur, ſicut in hydrope, aut etiam cum oppilantur uenę quæ ſunt poſt epar. Item per communitatem ab inteſtinis ſicut in colica & ileos, in quibus appetitus ad cibum deletur & ſitis intenditur cauſis inferius ponendis in cap. proprijs. Item propter uermes exiſtentes in inteſtinis uiuentes, aut mortuos qui ſuis uaporib. nocent ori ſtomachi, & ſic aſcendunt ad ſtomachum multo magis uomitum excitando, licet aliquando chilum ſugendo faciant appetitum caninum, ut infra in cap. proprio. Item per communitatem à corde, ſicut cū oppreſſum eſt ueneno, aut ſicut in peſtilentialibus prius cum os ſtomachi propter propinquitatē & maximam ſenſibilitatem facile cōpatitur. Propterea magna proſtratio appetitus in principio uniuerſali febris abſq; manifeſtā læſione ipſius oris ſtomachi eſt

ſignum

ſignum ſatis efficax ſuper febrem peſtilentialem. Item per cōmunitatē à matrice et quibuſcūq; mēbris potentibus communicare ſtomacho communitate abſoluta & non abſoluta. Cauſæ autem primitiuæ ſunt, ſicut caliditas aut frig. aēris ſuperflua, aut ipſius occulta malitia, foetor ſuperfluus & ſimilia. Item cibi & propriè ualde pingues & unctuoſi. aut ſuperfluè dulces & humidi, uigiliæ ſuperfluè reſoluendo, & tādem infrigidando, licet fortè in principio calefaciāt. Somnus uerò hebetando & multiplicādo ſuperfluitates, licet ſomnus & uigiliæ aliquando faciant appetitum caninum, ut infra. Item quandoq; inanitio ſuperflua debilitando, ſicut econtra repletio ſuperflua os ſtomachi replendo. Similiter motus & quies cum ſuperfluūt, nec nō animi accidētia ualde excedentia. Item res extraneæ potentes occurrere. Et ex his dictis patet ſolutio problematis. Quare ſumptio cibi aut potus aliquādo ſuſcitat appetitum. Facit enim illud remouendo nocumentum ſtomachi quo appetitus obtūdebatur, ſiue illud ſit qualitas prima, ipſum corrumpendo ſua contrarietate actuali aut potentiali, ſiue ſit humor inuiſcatus ipſum abſtergendo ab oris ſtomachi ſuperficie, ſiue ſit nimia raritas partes uniēdo, ſiue ſit defectus ſenſus oris ſtomachi ipſum excitādo, ſiue ſit defectus melancholię debentis fluere ad os ſtomachi pro fame excitanda, ut quia ſumatur aliquid ponticum ſupplens uices eius, propterea non omnis cibus aut potus excitat appetitum, ſed tantum qui remouet cauſam appetitum obtūdentem. Et cauſę de quibus ſupra cū ſunt debiles minuūt appetitū. Auctę uerò & magnificatę ipſum deſtruunt.

Signa malæ complexionis ſine materia ſunt, quia non adeſt grauitas, neq; uomitus humoralis, nec eructuatio redolēs aliquē ſaporem extraneum & ſpecies malæ complexionis cognoſcitur ex cauſis præcedentibus, calefacientibus, infrigidātibus, humectantibus, aut exiccantibus. Item ſenſatio illius malę complexionis in ore ſtomachi, et iuuatur contrarijs, nocetur à ſimilibus, humores autem cognoſcuntur per ſaporem & calorem in ore perceptum, & eructuationē præſentantem ipſos ſtomacho ieiuno, & per ſitim ſi ſint calidi et certificatur per eorum uomitum, et ſi humor eſt craſſus & uiſcoſus, adeſt appetitus incidentium & ſubtiliantium, & nauſea frequens, & limoſitas oris & linguę, & debilitas digeſtionis.

Signa ulcerum ſtomachi ſuperius poſita, ſcilicet dolor, & egreſſus ſaniei uomitu, aut ſeceſſu, mollificatio uentris, paruitas moræ cibi in ſtomacho, mordicatio cum ſumitur aliquid acutum, ſigna apoſtematis ſuperius poſita ſunt.

Signa obtuſionis ſenſus oris ſtomachi ſunt, quia deficit fames & ſitis, & non percipit aliud ſtomachi nocumentum, & res acutæ non faciunt mordicationem neq; ſingultum ſicut diatriōnpiperon, ſyrupus ſcilliticus et ſimilia ſumpta ſtomacho ieiuno, & fortè aliquod nocumētum cerebri, aut neruorū prēceſſit. Quod aūt ſit per cōitatem à toto, ſicut in febribus, ex febribus ipſis cognoſcit̄, et quia ſitis adeſt ſecūm plurimum, & ſi humores in febribus ſtomacho communicentur cognoſcitur ex ſignis ſtatim ſuperius poſitis, & etiam cuiuſmodi humores ſint. Quod autem ſit ex repletione humorum in toto, cognoſcitur ex ſignis repletionis colligendis ſecunda primi cap. proprio, ſcilicet ex regimine prēcedentæ tumore uenarum craſſitiæ urinæ, plenitudine pulſus, ſomnolētia, pigritia corporis, multitudine egeſtionis, & quia euacuatiōe, abſtinentia, & exercitio iuuatur. Quod autem ſit propter impotentiam attractiuæ membrorum cognoſcitur ex corporis debilitate, & conſumptione. Si uero membra non attrahant propter paucitatem reſolutionis cognoſcitur, quia forte corpora illa ualde frigida ſunt complexionaliter, aut ętatiue: aut aliter notabiliter infrigidata ſūt. Et quia propter abſtinentiam corpus non conſumitur. Quod autem ſit per communitatem à cerebro & neruis, cognoſcitur ex nocumento ipſorum. Et ſi in cauſa ſit catharrus, cognoſcitur ex ſignis catharri, de quibus in capite proprio. Quod autem ſit propter defectum melancholiæ tranſmittentæ à ſplene ad os ſtomachi cognoſcitur: quia ſi ſumat pōtica, aut acetoſa appetitus excitatur, ſupplent enim uicem melancholię, & facit credere hanc ſignificationem magnitudo ſplenis propter retentionem eius quod oportet ut effundatur.

Quod ſi ſuperfluat melācholia, aut ſi minus acris cognoſcitur ex uomitu melancholiæ & ſapore acetoſo pontico, inquietudine, et alteratione caloris corporis, & linguæ ad nigredinem.

Quod autem ſit per communitatem ab epate propter nocumentum attractiuæ cognoſcitur, quia adſunt cauſę eius, ſcilicet mala complexio frigida, ſuperflua euacuatio & propriè ſanguinis, & aliquando apoſtema aut oppilatio eius, aut meſeraicarū, & quia non apparent alię cauſæ. Signa autem oppilationis uiarum quæ ſunt, poſt epar ſunt color malus & corporis conſumptio: quia prohibetur ſanguis penetrare ad membra, & cutis ſuperficiem, & non apparent alia ſigna. Oppillatio autem epatis cognoſcitur ex grauitate, tenſione, et quia frequenter adeſt fluxus. Quod autem ſit per communitatem ab inteſtinis ſicut in cholica & uermibus cognoſcitur ex ſignis inferius in proprijs capitulis ponendis. Quod autem ſit per communitatem à corde cognoſcitur ex nocumentis ipſius, de quibus ſupra. Sed quod ſit per communitatem à matrice cognoſcitur, quia fortè eſt prægnans, aut alia ex cauſa retenta ſunt menſtrua, aut fortè adſunt alia nocumenta matricis, de quibus infra. Similiter quod ſit per communitatem à quocunque alio membro cognoſcitur per nocumenta ipſius cum quorum augmēto augetur nocumentum appetitus, & decremento decreſcit, & ablatione aufertur. Cauſæ autem primitiuę ſeipſas oſtendunt: & quod quandocunque tales cauſæ adſunt talis ſequitur effectus.

Prognoſtica. Primum. cum appetitus conualeſcentium non eſt bonus, aut cadit ſignificat recidiuationem, niſi ſit propter ſanguinis paucitatem et debilitatem corporis. Secundum caſus apppetitus in ægritudinibus cronicis eſt ſignificatio ualde mala, imò nunquam uidi aliquem cuius appetitus deſtructio perſeuerauerit in ægritudine chronica & remiſſa qui euaderet, ſimiliter contra, conſtantia appetitus in ægritudine chronica & intenſa magnam affert ſpem ſalutis.

Cura diminutionis & ablationis appetitus exigit quatuor intentiones. Prima eſt remotio cau-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.172

ſæ. Secunda appetitus excitatio. Tertiò accidentium correctio. Quarta regimen ſex rerum. Si ergo pendeat à mala complexione ſine materia remoueatur cauſa ipſa aut imprimens aut conſeruans, & qualitas impreſſa in ſtomachum cum cõtrarijs interius et exterius applicitis proprijs ſtomachum confortantibus, de quibus ſtatim. Sed in mala complexione cũ materia digeratur primò materia ſi fuerit cholerica cum ſyrupo acetoſo ſimplici, oxiſaccharo, de acetoſitate citri, limonum, de granatis, cauendo tamen à multum ſtipticis, & cum aquis endiuiæ, lupulorum, epaticæ, acetoſæ, & ſimilium. Sed phlegmatica cum oximelle ſimplici & compoſito, ſcillitico, melle roſaceo, ſyrupo de menta, de abſinthio & aquis mentæ, abſinthij, fœnic. & miua cytoniorum cum melle eſt propria. Sed in melancholica aduſta cum ſyrupo de fumo terræ, de biſantijs, & in non aduſta cum ſyrupo de epithymo, ſyrupo ſabor, et aquis lupulorum, boraginis, bugloſſæ, ſcolop. & hæc digeſtiua reſpiciãt præter materiam tam membrum mittens quàm recipiens. Cauendum tamen ne digeſtiua ſint ualde ſtiptica in principio & propriè in materia craſſa & uiſcoſa, poſtea euacuetur materia calida cum rheubarbaro, mirobol. citrinis, mãna, prunis, tamarindis, electuario de pſilio, de ſucco roſa.

Sed frigida cum alefanguinis, pillulis ſtomatichis, de hiera ſimplici, mirobolanis, kebulis conditis qui ſuſcitant appetitum, ſed melancholica cum polypodio, ſtecade, epithymo, ſena, diaſenæ, electuario hamech, pillulis indis & reſpiciant tam membrum mittens quàm recipiens. Caueantur tamen iuxta poſſe fortia exoluentia, debilitant enim ſtomachum & membra nobilia. Aliquando euacuamus cum uomitiuis & eſt proptior euacuatio & magis feſtina q̃ uentris ſolutio, eligantur ergo uomitiua quæ uideantur magis opportuna. Sed de his amplè in cap. de uomitu dictum eſt, & maximè fiat uomitus in his qui inclinati ſunt ad uomitum et facilè uomunt, imò etiam excitatio uomitus cum digitis impoſitis confert excitando uirtutem quamuis non uomant, & mirabiliter confert uomitus ei, cuius appetitus proſtratus eſt in dulcibus & unctuoſis, & appetit acetoſa & acuta. Appetit enim contraria diſpoſitioni ſuæ præternaturali, eſt itaque uerisimile deſtructionem appetitus ſui pendere ab humore craſſo & uiſcoſo, & hæc prima intentio etiam completur cum diuerſione quæ fiat tam à membro mittente quàm recipiente, eligantur ergo modi diuertẽdi magis opportuni ſiue fiant ſine euacuatione, ſicut ligaturæ, fricationes, uentoſationes, lotiones, & ſimiles, ſiue fiant cum euacuatione, ſicut clyſteria, prouocatio ſudoris urinæ & huiuſmodi. Si uerò nocumentnm appetitus pendeat ab apoſtematibus, bothor aut ulceribus in ſtomacho curentur ſicut dictum eſt in capite proprio. Si uerò pendeat à diminutione aut ablatione ſenſus oris ſtomachi remoueatur cauſa diminutionis aut ablationis, ſiue fuerit aliqua ægritudo cerebri ſiue ægritudo neruorum ſicut paralyſis.

Et de his ſuperius in proprijs capitulis ſufficienter dictum eſt, ſiue fuerit mala complexio in ore ſtomachi aut humor inuiſcatus in eius ſuperficie, & de eorum cura ſtatim dictum eſt. Si uerò fuerit per communitatem a toto ſicut in febribus humoralibus curentur digerendo & euacuando ſecundum quod expedit, Et qualitas ſtomacho impreſſa alteretur cum contrarijs. Si uerò humores ſtomacho cõicati ſunt euacuentur uomitu aut ſeceſſu, deinde tueatur ſtomachus, & confortetur ne recipiat cum proprijs moderata ſtipticitate participantibus, appetitum excitantibus, et ſi pendeat à feb. hecticis curentur ipſæ, & diſpoſitio ſtomacho impreſſa cum frigidis, humidis, ſtomachũ confortantibus, & hectica ſenectutis cum humidis et calidis aut temperatis in actiuis, & cum fricatione et balneo perfecta & ſecunda digeſtione ut nutrimentum ad membra attrahatur. Et ſi fuerit in toto repletio aut cacochimia ſicut in ſcabie & lepra, phlebotometur aut euacuetur ſecundum quod oportet & membra nobilia et propria naturalia rectificentur et confortentur & in ſyncopali humoroſa in qua eſt repletio humorum crudorum obſeruentur præcepta Auicennę prima quarti capite proprio. Et friſcationes fortes & diuturnę in ea conferunt & in omnibus in quibus eſt neceſſarium ſuperfluitates reſoluere, & nutrimentum ad membra trahere, aut calorem ſopitum excitare. Et ſi fuerit per communitatem à cerebro ſicut in catharro præmittatur cura catharri. Et ſi quid ad ſtomachum defluxerit educatur uomitu aut ſeceſſu, & poſtea ſtomachus confortetur eius diſcraſiam alterando. Et ſi fuerit per communitatem à ſplene ſuperfluam tranſmittente melancholiam digeratur, euacuetur & diuertatur ad inteſtina clyſteribus & ſolutiuis exhibitis, & ſi fuerit defectus melancholiæ in ore ſtomachi confortetur ſplen, aperiatur uena quæ eſt inter ſplenem et ſtomachum cum decoctione epithymi, polypodij, lupulorum, capili ueneris, ſcolopendriæ, corti cum radicum capparis & ſimilium bibita, uel cum ueſica faciendo fomentationes & fiant fricationes in loco tranſitus illius uenę, & aliquando uomitus prouocetur propriè cum his in quibus ſit uirtus ellebori & cappares, & trochiſci de capparibus ſunt ad propoſitum hoc & ſi fuerit per communitatem ab epate ſicut influxibus curetur ſecũdum quod dicetur in ſequentibus, & ſimiliter oppilationes & apoſtemata. poſtea epar & ſtomachus confortetur. Et ſimiliter ſi fuerit per communitatem à corde curentur ægritudines cordis ſicut dictum fuit ſuperius, & per communitatem ab inteſtinis ſicut in cholica & uermibus & à matrice, & à quocunque membro ſibi communicante, curentur primò diſpoſitiones membri communicantis, deinde ſtomachus rectificetur, uerũ quia in pregnante, menſtrua non poſſunt prouocari, attendatur diſpoſitioni ſtomachi, ſecundum quod eſt poſſibile, hoc tamen ſuperius dictum eſt in capitulo de uomitu quantum eſt opportunum. Nocumentum autem appetitus à cauſis primitiuis curatur remouendo cauſas primitiuas & nocumentum ſtomacho impreſſum, poſtea diſcraſiam ſtomachi corrigẽdo, & ipſum confortando ſecundum quod oportet, & ſic abſoluta ſit prima intentio quę eſt remotio cauſæ diminutionis & ablationis apppetitus. Secunda intentio ſcilicet confortatio oris ſtomachi, & totius, et appetitus excitatio, perficitur octo modis infra ſcriptis, quę perficiunt cauſas concurrentes ad ueram famem, quæ cauſæ ſunt membrorum inanitio, ipſorum attractio: uenis, uenarum ab epate, epatis mediantibus

antibus meſeraicis ab inteſtinis & ſtomacho, oris ſtomachi inanitio melancholiæ à ſplene ad os ſtomachi deriuatio, triſtis ſenſatio in ore ſtomachi, ad quæ ſequitur, fames ſiue cibi deſyderium. Si ergo membra non inaniantur fortè propter pororum oppilationem aut debilitatem caloris reſoluentis & conſequenter membra non attrahant à uenis nec uenæ ab epate, nec epar à ſtomacho, fiãt fricationes membrorum etiam iteratę ſi oportuerit & propriè poſt ſomnum, & iam perfecta prima & ſecunda digeſtione quando ſcilicet eſt tempus diſtribuendi ſanguinem ad membra, ad hoc etiam conferunt balnea aërea & aqua dulcis & omnia quæ confortant quatuor digeſtiones. Secundus modus eſt procurare ut chilus cito penetret ad epar, & ad hoc ualent quęcunque remouent oppillationes & ſunt ſubtilis ſubſtantiæ facilè penetrãtis ſicut uinum uetus ſubtile, diacalamentum, mithridatum, theriaca in cauſa frigida, ſed in calida triaſandali, diarhodon abbatis poſt quæ bibatur parum uini limphati. Tertius modus eſt prouocare ut cerebrum ſit bene diſpoſitum & mundum à ſuperfluitatibus cum ſpirituum temperamento & multitudine, & in ſumma uigorare uirtutem animalem ad quem modum cauſa exiſtente frigida ualet theriaca, mithridatum, uinum uetus, diamuſcum, diambra, diapliris arcoticon, zingiber conditum, ſecacul conditum. Confectio anacardina in cauſa multum frigida. Item acorus conditus, diacori & omnia quæ confortant neruos & neruoſa.

Et ex his aliquid poteſt teneri in ore quod lambendo deglutiatur. Sed in cauſa calida iulep & ſacch. roſ. quib. aliquid diamuſci aut ſimile poſſet permiſceri.

Vnctiones quoque applicite parti poſteriori capitis in collo uſque ad 13. ſpondilem uigorãdo neruum deſcendentem ad os ſtomachi, & ipſum os ad hoc conferunt. Quartus modus eſt attrahere melancholicam ad os ſtomachi ſi defecerit, quæ attractio qualiter debeat procurari dictum eſt ſuperius, & ſi hoc fieri non poſſet dentur aliqua uicẽ eius ſupplentia, quæ excitent illam uirtutem ſopitam, ſicut in cauſa frigida, allium, piper album, nigrum enim minus eſt uſtiuum niſi materia eſſet nimis frigida. zing. cappares, oliuæ conditæ, piſces ſaliti, almuri, quod fit hoc modo. Accipiantur farinæ hordei partes duę, ſalis pars una miſceantur ſimul, & fiant fugaciæ ſiue panis depreſſus & ponantur in furno, uſquequo cõburantur paulatim intus & extra, poſtea frangantur, quælibet in tres aut quatuor partes & poſitæ primò in uaſe uitreo iterum ponãtur in furno uſq; mane & iſtud eſt almuri, licet ſint & alij modi, hoc poſſumus uti permiſcendo cum aceto aut alijs modis, qui guſtui magis placeant, hęc tamen calida non propriè ſupplent uicem melancholiæ niſi quodam modo generali cum melancholia ſit frigida põtica, ſed in cauſa calida acetum, agreſta, acetoſitas citri, citranguli, limones, uinum granatorum, berberis & ſimilia, et ex his poſſunt fieri ſyrup. & poſſunt fieri condita ſicut marinata, & aliquando facimus ſapores addẽdo ſaccharum & mel, aut paſſulas & aromata ad libitum.

Et quandoque cum his ponimus exiccantia ſicut nuces, & ſimilia. Iſta enim pontica ſupplent uicem melancholiæ, infrigidando & ſtipticando, & uillos longos uniendo quibus melior ſit attractio. Quintus modus eſt per abſterſionem humoris inuiſcati in ore ſtomachi, in ſuperficie oris ſtomachi, ad quod cõferunt cepæ coctæ aut crudæ cum aceto, & aromatibus conditæ, & cui placet datur oleum. Item oximel ſimplex, aut ſillicum, & ſyrupus, & quęcunq; abſtergunt & incidunt. Sed in cauſa calida, aqua decoctionis hordei, & paſſularum cum lacte, ſeminũ comunium frigidorum. Item ualent exiccantia humiditatis ſtomachi, et propriè quando ſunt ſubtiles, ſicut panis biſcotus, et furfuraceus ſtomacho ieiuno. Et ad hanc intentionem, laudat Auic. ſauich hordei ablutam, cum aqua & aceto. Fit autem ſauich hordei, accipiendo hordeum nouum, antequam plena maturitate induretur, & ponitur in uaſe ęneo, uel terreo uitreato, & eſt melius, & ſuper ignem leuiter torrefit, deinde fricetur et uentiletur, donec totus cortex recedat, quo cocto utunt̃ ad placitum, & in hoc caſu laudatur uomitus cũ oximelle & balnea bibita, quæ deponunt phlegma ex ſtomacho. Item exercitium ſtomacho ieiuno & longa abſtinentia. Sextus modus eſt cum odoriferis, ægro placentibus, ſicut citonia, pira, poma, limones, arancij, citri, perſica, piplones aſſati, & cum uino citoniorum, & gariophilis cõditi. Et odor panis nouiter extracti de furno, & in ſumma ingenientur in faciendo cibos odoriferos, ſaporoſos, ægro placentes, & uideat alios comedere res diuerſoruu modorum. Septimus modus perficitur per ea, quæ à proprietate confortant. Inter quæ abſinthium obtinet principatum ſuſcitans appetitum mortuum. Secundò menta, rob, & ſyrupus eius. Rob mentæ apud Auicennam. Terantur granata, acetoſa cum corticibus ſuis, & de ſucco eorum accipiantur partes duæ, ſucci mentæ pars una, mellis aut ſacch. pars una, ſiue quantum ſufficit, ad faciendum guſtui placidum, & eſt ſingulare, ſed præparandum ad ignem facilitate, ut fiat bona comiſtio, cuius doſis in ieiuno ſit coclearium unum, deinde thus, maſtix, gallia muſcata, xiloaloes, calamus aromaticus, bauciæ, id eſt paſtinacæ, ſchinãthum, Sed in cauſa calida, citonia cruda cocta condita. Item ſuccus eorum, diacitonitem, & apud Meſ. confectio de citonijs facta cum ſucco citoniorum & ualet ſine ſpeciebus in cauſa calida. Sed cum ſpeciebus quas ibi ponit ualet in cauſa frigida. Et quandoque potus aquæ frigidæ, in q̃titate quæ nõ mortificet calorem innatum, rectificat appetitum, & propriè in conſuetis. Medicamen proprium in conualeſcentibus ex febribus. Recipe roſarum drachmas decem, ſumach drachmas duas, cardamomi drachmã unam fiant ex eis trochiſci 2. ʒ. facit enim appetitũ, & ſedat ſitim. Octauus modus eſt permiſcere plura ex iſtis ſecundum diuerſas intentiones, ita tamen ut opponantur cauſæ ſiue lapſui qui fuerit in ore ſtomachi & non ſoſum cõpleatur huiuſmodi per ſumpta, imò quandoque per exterius applicita ſicut fomenta, unctiones, cerata & emplaſtra, quæ opponuntur lapſui, & ſint excitantia appetitum, et non ſolum ponatur in ore ſtomachi, imò ſuper toto ſtomacho, & ex proprijs eſt ut coquatur citonium in uino nigro ſtiptico cum pauco aceti, poſtea addatur panis biſcoctus ſiue aſſatus & ſuccus mentæ, piper longum, maſtix, ſchinanthus, thus & ſimilia, et poteſt fieri calidum aut frigidum, ſecundum exigentiam la-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.173

pſus. Aliquando etiam rectificamus guſtum linguæ, cum collutionibus, & his quę maſticantur, ſicut cum uino optimo odorifero ægro placenti. Aliquando cum aceto aut oximelle. Aliquando facimus ipſos maſticare paſſulas, nuces, auellanas, pineas prępáratas, fiſtica, aliquando panem, et poſtea maſticatum expuere ut humores & limoſitates in lingua inuiſcate remoueãtur. Pro tertia intentione, ſcilicet correctio accidentium ſunt tria, quæ aliquando ſequuntur ad nocumentum appetitus ſcilicet diminutio aut corruptio digeſtionis, de cuius curatione ſermo præceſſit. Item macrefactio, cui ſubuenitur dando cibos facilis digeſtionis de eius curatione ſermo prçceſſit. Item macrefactio, cui ſubuenitur, dandos cibos facilis digeſtionis, citę penetrationis, & multæ nutribilitatis, quæ guſtui ægri ſint conformia, quantum eſt poſſibile. Tertiò aliquando caſus appetitus, perducit ad ſyncopim. Et cura eius apud Auic. eſt approximatio odoramentorum delectabilium, ſicut hœdus lactens, & gallina aſſata. Et prohibeatur ei ſomnus, & cibetur cum conualeſcit, pane infuſo in uino, & ſumat ſorbitionem, uel locis nutrimenti. Pro quarta intentione regimen ſex rerum declinet in contrarium cauſæ deijcientis appetitum, & ſit excitans appetitum omnibus modis poſſibilibus, de quibus ſupra, uitentur itaque multum pinguia & oleaginea rancida, & quæcunque malo odore, aut ſapore, aut alia mala qualitate participantia, & propriè ægro diſplicentia, & uitetur crocus, & eligantur quę ſunt boni odoris, ſaporis, & propriè placentia, & habentia tã qualitates manifeſtas, quàm occultas ad hoc conuenientes de quibus in ſecunda intentione ſufficienter dictũ eſt, & obſeruentur canones conuenientes in cibatione, ſcilicet ut non comedat, niſi præcedente cibi digeſtione celebrata. Vnde ſit notabilis diſtantia inter unam cibationem & alteram, imò prohibeatur cibus ſpatio longo, & propriè in mala complexione frigida materiali phlegmatica, ut materia illa reſoluatur, aut aliter expellatur, ut per lõgam abſtinentiam ſequatur fames, ſicut etiam aliquando ſomno longo tempore prohibito, poſtea ſequitur ſomnus fortis, quo conceſſo ſit in ipſo profundatio. Et inter cætera non multiplicetur potus, ſicut communiter faciunt, qui non poſſunt comedere. Cæteræ res non naturales taliter ordinentur ut non ſint cõtrariæ cauſæ deijciente appetitum.

DE CORRVPTIONE APPETITVS. Cap. LXXXVII.

APPetitus corruptus eſt appetitus rerum diuerſarum à conſuetis humanæ ſpeciei. Et eſt duplex quidam minus corruptus, ſicut qui declinat ad acetoſum & acutum, & appetunt aliquando fecem aceti, aliquando calcem & ſimilia. Quidam magis corruptus decliuis ad exiccatũ, ualde ſiccum, ſicut eſt lutum ſiccum, carbones, et teſte uaſorum, gipſum & ſimilia. Et quandoque eſt decliuis ad aliqua inconſueta ſpeciei humanæ, licet conſueta, alijs ſpeciebus, quæ omnia eueniunt propter humores in ſtomacho exiſtentes affectos mala qualitate, manifeſta, uel occulta, diuerſa à conſueta, faciente ipſos appetere cibos aliorum animalium, et quandoque res nulli animali conſuetas, uidi enim quandam comedentem carnes crudas, quandam melicam & ſpeltam. Et quandoque, ut ſupra appetunt res nulli ſpeciei conſuetas.

Cauſa huiuſmodi eſt, quia ſtomachus præternaturaliter diſpoſitus appetit contraria diſpoſitioni præternaturali ſtomacho impreſſe ut ipſam fugẽt et corrumpant, craſſo autem & uiſcoſo opponuntur ſubtiliantia & incidentia. Sed humiditati ſuperfluæ lubricæ opponuntur exiccantia. Quod autem appetunt magis carbones, aut gipſum, quàm panem uſtulatum, qui eſt ſiccus & notabiliter exiccans, ſpeciei humanæ conſuetus, aut quod nõ appetant indifferenter omnia exiccantia æqualis incenſionis et potentiæ ſibi cognita æqualiter, non prouenit niſi ex quadã ꝓprietate, currente inter unũ contrariũ, et nõ alterũ. Hic aũt appetitus, licet poſſit accidere indiuiduis ſpeciei humanæ, utriuſque ſexus propter multiplices uarias, & inconſuetas humorum corruptorũ diſpoſitiones in ſtomachis ipſorum repertis, ex cibis & potibus corruptis, nec non ex cauſis corporeis accidere potentibus, frequentius tamen accidit pregnãtibus, in ſecundo aut tertio menſę, propter retentionem mẽſtruorum, & ipſorum corruptorum ſtomacho communicationem. In primo nanque menſæ retenta ſunt pauca, & non admodum corrupta, ſed ſupra tertium plurima eorum cedunt in nutrimentum fœtus fœtu iam magnificato, quare nõ ita ſuperfluunt, ut ſtomacho cõicentur, imò apud Aui. hic appetitus corruptus plus accidit in eis ꝙ ipſius deſtructio.

Signa ſatis nota ſunt & humor corrumpens appetitum cognoſcitur ex odore, calore, ſapore, eructatione & ſimilibus.

Prognoſtica. Primum, hic appetitus apud Auic. nominatur periculum, quia poteſt eſſe ſignum, et cauſa periculoſarum ægritudinum, & nominatur diſcrimen, id eſt, differentia, diſtinguitur enim per ipſum prægnans à non prægnante. Secundum, hic appetitus ſecundum plurimum curatur, niſi ſit à principijs generationis contractus. Aliquando tamen eſt cura difficilis, quæ non niſi longo tempore perficitur.

Cura huius eſt quatuor res prçcedentes in cura proſtrationis appetitus. Prima remouet cauſam. Secunda os ſtomachi, imò totum ſtomachum rectificat. Tertia curat accidentia. Quarta ordinat regimen. Pro prima intentione euacuandi ſunt humores corrupti uomitu, aut ſeceſſu. Vomitus tamen eſt promptior uia ſi nauſeauerit, & ſit facilis ad uomitum, qui perficiendus eſt cum uomitiuis, de quibus ſępe dictũ eſt. Item cum ſolutionibus integratis ex ſuis minoratiuis, digeſtiuis & eradicatiuis. Digeſtiua autem opponãtur, humori corrupto, tam ſecundum qualitates primas quàm ſecundas, ſecundum plurimum enim humores huiuſmodi ſunt frigidi, propterea digeſtiua debent eſſe calida, ac frequenter ſunt craſſi, & uiſcoſi, & tunc digeſtiua debent eſſe incidẽtia & ſubtiliantia ſicut oximel: ſcilicet compoſitum & ſcilliticum, & quandoque ſunt ſubtiles, fluxibiles, & digerentia debent eſſe exiccantia, abſque inciſione et ſubtiliatione, ſicut mel roſarum. Et appetitus corruptus indicat, qualia debent eſſe digerentia, debent enim eſſe conformia appetitui ſtomachi, cum ipſe appetat contraria diſpoſitioni, præter naturali ſuæ.

Solutiua

Solutiua autem ſint propria, contra humorem peccantem. Et polipodiũ eſt proprium in appetitu luti & in prægnantibus. Et hierapicra obtinet principatum tam in humoribus craſſis quam ſubtilibus inuiſcatis, aut inbibitis, cuius doſis eſt. ℥. 1. pilulæ etiam ſicut alephang. & ſtomatichæ & electuarium de alchaf, deſcriptione Meſ. eſt proprium & conceditur prægnantibus. Et mirob. confortant ſtomachum, doſis eius eſt circa. 3. ʒ. & aqua mellis pluribus diebus exhibita quantitas. 5. ℥. aut plurium, lauat & mũdificat ſtomachum & inteſtina à ſuperfluitatibus in eis contentis, ſimiliter aqua thermarum bibita ſicut aqua Poretæ. Debent etiam humores diuerti ſicut dictum fuit in capitulo præcedenti. Et de bonis auxilijs in curatione eius eſt ut accipiatur res quæ appetitur ſicut lutum & miſceatur cum quibuſdam uomitiuis, ſicut ſunt pinguedines rancidæ, oleaginea.

Et quædam à proprietate uomitum prouocantia ſicut ſucc. raphani, aut ʒ. 1. ellebori aut pulueris, in liquore in quo eſt res quæ appetitur diſſoluta infundãtur taliter ut euomat, ſic enim deijcietur aut auferetur appetitus ille, & hoc modo facimus abhorrere uinũ illos, qui libenter bibunt, & inebriantur multum infundendo elleborum in uino taliter ut euomant. Secunda intentio perficitur cum corrigentibus diſcraſiam ſtomachi & ipſum confortantibus, ex quibus eſt aromaticum roſarum, deſcriptione Gabrielis. Itẽ diacinamomum, & aliquæ tripheræ, ſunt ad hanc intentionem amygdalæ amaræ, uinum ponticum coctum uſque ad medietatem, de quo bibatur in mane per hebdomadam unam. ℥. 3. Et ruta eſt mirabilis iuuamenti. Item ameos, cyminum, & maſtix commixta maſticetur. Rec. belliricorum, embli. añ. ʒ. 8. nucis henden, quæ apud Auic. eſt terra granoſa ſicut cicer ℈. 1. maſtix, ʒ. 8. cardamomi maioris, ameos zing. añ. ℈. 1. fiat electuarium cum melle, & detur ad quantitatem nucis ante cibum & poſt. Pro tertia intentione ſcilicet, correctione accidentium, oportet aliquando curare digeſtionem corruptam quę aliquando ſequitur ad hunc appetitũ corruptum, quapropter oportet euacuare huiuſmodi cibos malos, quæ ab his appetuntur. Et ſecundo ſi aſſumpti fuerint ſtatim ipſos educere uomitu, aut ſeceſſu, aut utroque modo. Et tertio digeſtionem corruptam ſi acciderit curare ſecundum doctrinam datam in capitulo præcedente. Regimen ſex rerum declinet in contrarium diſcraſiæ. Cauendnm eſt ab aëre corrupto, cibi conuenientes ſunt pulli columbarũ aſſati, farina amyli in iure carnium laudabilium cum ſale condita, ſuctio ſalſorum, uinum ponticum. Et apud Auic. in ſecuuda menſa uti ameos eſt ualde mirabile & ſimiliter amygd. amaris, fiſticis, paſſulis, chriſomelis, caſtaneis & inter omnes herbas ruta eſt præſtantiſſima, & inter omnes ſpecies, piper, zingiber, & reliquum regimen ſit contrarium diſcraſiæ, & humori corrupto, & procuret ſummopere ut bona ſiet digeſtio.

DE APPETITV CANINO. Cap. LXXXVIII.

APpetitus caninus, licet apud quoſdam ſub appetitu corrupto reponatur, cũ non conueniat alicui indiuiduo de ſpecie humana naturaliter diſpoſito, imò uidetur tranſcendere naturam humanam, & ſequi naturam canum uel luporũ à quibus nomen ſumpſit, unde apud iſtos non eſt inconueniens eundem appetitum lædi corruptè & diminutè per intenſionem. Attamen iuxta diffinitionem appetitus corrupti ſuperius per me datam cõformem menti, Auic. non eſt appetitus caninus ſub corrupto appetitu ponendus, imò ſub appetitu diminuto læſo per intenſionẽ niſi fortè appetitus corruptus modum tranſcenderet in appetendo res diſconuenientes ſpeciei humanæ, poſt quarum ſumptione non ſatiatur, tunc enim idem eſſet appetitus caninus & corruptus, licet ſecundum diſtinctas rationes. Eſt autem appetitus caninus appetitus intenſus & pluris quam poſſit digeri & poſt eius ſumptionem non ſatiatur.

Hic appetitus eſt duplex, quidam qui ſequitur cauſas quaſi naturales aut neutrales ſicut appetitus multum uigilantium & eorum qui famem multo tẽpore perpeſſi ſunt & ſuperflue ſe exercitantium & balneatorũ ſiue in balneis calidis reſoluentibus ſiue in aquis frig. calorem intrinſecum per antiperiſtaſim fortificãtibus & iter agentium per niues & aquas. Item conualeſcentium à longis ægritudinibus quæ areſecerũt corpus. Item euacuationem à natura uel ab arte, & ex hoc genere eſt appetitus ſequens caliditatem fortẽ in ore ſtomachi, ſiue ſit innata intrinſeca ſiue extrinſeca ab aëre, quæ caliditas non ſit debilitans nec inflammans, ſed faciens id quod facit ſuctio uenarum meſeraicarũ attrahendo in uirtute epatis ad quẽ ſequitur frigiditas propter reſolutionẽ humidi ſubſtãtifici, & ex hoc genere eſt caliditas exiſtens in totũ ſi ſit naturalis & notabiliter reſoluens. Si uerò iſta caliditas eſſet prçternaturalis cauſans famẽ prçter modũ reſoluẽdo tunc appetitus eſſet prçternaturalis, & ſub hoc prçternaturali reponitur iſte qui ſequitur debilitatẽ contentiuæ cibi propter quẽ corpus nõ nutritur, & ſub hoc prçternaturali reponitur qui ſequitur catarrhũ deſcẽdentem ad ſtomachũ, qui nõ imbibitur in ore ſtomachi, neq; etiã replet ſtomachũ, ſed ſolũ infrigidat frigiditate excitãte famẽ, & ſi catarrhus iſte eſſet ponticus uel acetoſus adhuc magis excitaret famẽ. Et ſub hoc appetitu prçternaturali comprehẽditur ille qui ſequitur ſuctionẽ humiditatis cibalis à uermibus, aut quando ſtimulãdo faciũt ipſam deſcẽdere ut exeat ſicut in lienteria. Quapropter corpus nõ nutritur unde neceſſariũ eſt ſequi famẽ, prçcipue ſi nõ aſcendãt ad ſtomachum turbãtes & pungẽtes os ſtomachi, ita ut prouocent nauſeam. Hi tamẽ uermes aliquãdo corrumpũt appetitũ ſua mala qualitate potius occulta ꝙ manifeſta, quapropter ſecundũ diuerſos ipſorum effectus & applicationes aliquãdo minuunt, imò deſtruũt appetitum aliquãdo augent, aliquãdo corrũpunt appetitum. Et ſub hoc genere cõprehenditur ſequens phlegma acetoſum in ſtomacho cõgeſtum, aut aliunde deriuatum, aut melancholiã acrem, aut ponticam à ſplene ad os ſtomachi deriuatã, licet fortè hic appetitus niſi modum excederet ſub naturali, aut quaſi naturali cõprehendi poſſet, ducunt enim hi humores frequẽter ad appetitum caninum. Primo, quia deponunt uiſcoſitatem ab ore ſtomachi cuius præſentia impeditur appetitus. Secundo quia corrugant os ſtomachi quæ corrugatio ſuſcitat appetitum. Tertio, quia inſpiſſant, uniunt & fortificant uillos longitudinales quibus ſit attractio, frigus quoq; intenſum

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.174

aëris corrugando & inſpiſſando uillos longitudinales poteſt eſſe cauſa huius appetitus, ſicut accidit iter agentibus per aquas & per niues, licet fortificando calorem intrinſecum per antiperiſtaſim hoc poſſit accidere ſicut ab initio dictum fuit. Et in ſumma ſi hæ cauſę fuerint naturales & quaſi naturales, faciunt appetitum caninum naturalem aut quaſi naturalem.

Si uerò multum prępternaturales faciũt ipſum ægritudinalem, licet hic appetitus & omnes cauſę eius nõ abſoluantur ab aliqua præternaturalitate. Et ex his manifeſtę ſunt ſpecies & cauſæ appetitus canini. Signa. Appetitus caninus cognoſcitur, quia eſt intenſus. Et ſi homo ei ſequatur eſt neceſſarium iuxta Raſ. cibum egredi indigeſtum per ſuperius aut inferius, plus enim iuxta deſcriptionem ſuperius datam appetitur quàm poſſit digeri. Cauſæ autem primitiuæ, ſcilicet, uigiliæ, exercitium, balneatio, frigiditas aëris, aut ſuperflua eius caliditas reſoluens, longa fames & ſimiles cognoſcuntur, quia cum adſunt aut præceſſerunt, ſecundum plurimum ſequitur hic appetitus caninus. Et quia non adſunt aliæ cauſæ à quibus poſſunt pendere. Cauſæ autem per communitatem à toto ſicut in conualeſcentibus ex longis ægritudinibus reſolutis & areſactis. Et ſicut in habentibus calorem fortem naturalem aut prępternaturalem pręter modum reſoluentem, & ſicut in euacuatione ſuperflua à natura uel arte cognoſcuntur. Primo, ex præceſſione illarum ægritudinum & corporis areſactione. Secundo ex caliditate forti tactu percepta cum colore rub. aut tendente in citrinum, & robore corporis, ſi caliditas illa fuerit naturalis, ſi uerò fuerit præternatur. erit mordacior debito cum debilitate corporis & imperfectione operationum. Signa tamen complexionis poſita ſunt ſecunda primi, ad quæ recurre. Tertio uerò ex præceſſione euacuationum ſpontanearum aut artificialium. Et cum his & omnibus cauſis præter modum reſoluentibus ſecundum plurimum uenter eſt ſtipticus, quia natura retinet feces ut exurget, quicquid poteſt licet aliquando actualis fluxus poſſet eſſe cauſa appetitus canini. Catarrhi autem cognoſcuntur ex dictis ſuperius in capitulo proprio, quod fluunt ſecundum plurimum nõ ſolum ad ſtomachum, imò etiam ad pulmonem, uerum exiſtimo ipſos raro eſſe in cauſa cum magis ſint apti appetitũ deſtruere quàm intendere. Signa uermium ponentur infra. Signa autem cauſarum quę ſunt proprie ori ſtomachi ſumuntur hoc modo, caliditas ſuperflua oris ſtomachi comprehenditur ex ſiti, cum non ſolum exiccet humidum ſubſtãtificum, ſed etiam roridum, & eſt uenter ſtipticus, & eſt ſine acetoſitate & rugitu, & ſimilibus frigiditatem ſignificãtibus. Et contraria ſigna ſunt dominantia, & ſi hæ diſpoſitiones fuerint naturales appetunt ſimilia, ſi uerò præternaturales contraria, ſed humor acetoſus in ſtomacho cognoſcitur ex eructuatione, ſapore, odore, uomitu, redolentibus ſaporẽ acetoſum, & quod homo non appetit aquam, neque res frigidas, & ſi eſt phlegma, color linguæ eſt albus, & ſputum album acetoſum, & color faciei albus, & ſimilia quæ ſunt ſigna phlegmatis, & ſi eſt melancholia, color linguę eſt fuſcus, & ſapor in ore repræſentans cum acredine declinet ad ponticitatem, & fortè adſunt nocumentum ſplenis, & ſigna eius qui eſt ex debilitate contentiuæ in ſtomacho & in corpore ſunt egreſſio feſtina cibi indigeſti. Et ſi adſit debilitas contentiuæ aliorũ membrorum adſunt fluxus aliorum generum, & fortaſſe peruenitur ad ſanguinolentam egeſtionem, & ad eandem quæ eſt ſicut lotura carnis, ſecundum plurimum tamen his fluxibus dum actu ſunt coniungitur deiectio appetitus.

Prognoſtica. Primum, appetitus caninus perducit ad bulimum, facit enim ut multus cibus ſumatur qui ſumptus non poteſt digeri, & ſic eſt neceſſarium iuxta Raſim ipſum indigeſtũ egredi uomitu aut ſeceſſu & multas humiditates prępternaturales in ſtomacho congeri & corpus non nutriri, quapropter ſequitur bulimus qui eſt fames membrorum cum ſatietate ſtomachi, & ducit ad ſubeth propter multitudinẽ uaporum phlegmaticorum caput replentium, qui eleuantur ab humiditatibus phlegmaticis in ſtomacho congeſtis. Et ex eadem cauſa poteſt ducere ad mortem uaporibus illis eleuatis ad caput, in humiditatem phlegmaticam condenſatis & facientibus apoſtema lithargicum, & etiam quia corpus non debitè nutritur unde exiccatur & areſit. Secundum, hic appetitus caninus ſecundum plurimum curatur.

CVm aliquis famem aßidue patitur, & cibus poſt comeſtionẽ adeò grauat, ut aut uomere, aut per inferiorem regionem ipſum eijcere cogatur, rizi dandum eſt ei, quod cum coquitur ex liquore qui fluit ab agno, qui in furno aſſatur impinguatur, & cauda, & ei ſimilia, nec non ex omni cibo qui unctuoſus eſt. Et uinum uetus purum dandum de quo quãtum poterit bibat.

Deinde præcipiendum eſt ei ut euomat, et hoc regimem conſeruandum eſt donec ſanetur. Quod ſi nec cibus eum grauat, nec ipſum euomit, nec per ſeceſſum expellit, carnes uaccinæ ſunt dandæ, & frumentum coctum, ut puls & rizi cum lacte, & aquam frigidam in potu ſumat, & in aëre frigido moretur. Hac autem ægritudine laborans nihil acetoſum & ſtipticum, nec acutum comedat, ſed dulcibus & unctuoſis ſolum utatur.

Diuiditur hoc capitulum in partes duas. In prima parte determinat de appetitu canino pendente à cauſa frigida. In ſecunda de appetitu canino à cauſa calida. ſecunda ibi. Quod ſi neq; cibus. Prima in duas. Primo ponit ſigna eius. Secundo curam, ſecunda ibi. Rizi eſt ei dandum. Quæ dicit in prima parte nota ſunt ex ſupraſcriptis. In ſecunda parte curat appetitum caninum exhibendo rizum

rizum impinguatum cum pinguedine cadente ex agno dum aſſatur & exhibet carnes ualde pingues, ſicut carnes exiſtentes in caudis agnorum quæ ſunt ualde pinques: hæc enim ualde pinguia, & ſimiliter oleaginea deſtruunt appetitum, poſtea dat uinum uetus in magna quantitate, corrigit enim malam complexionẽ frigidã, poſtea iubet uomitũ prouocari, ut humor acetoſus in ſtomacho exiſtẽs educatur, & hoc multotiens debet fieri donec ſanetur, non tamen debet euomere omnem cibum, quia ſic non nutriretur.

Sed exempli gratia, comedat & bibat copioſe in prandio, ex his quæ dicta ſunt aut ſimilibus, poſtea euomat. Sed in cœnis ex his unctuoſis parum comedat, & uinum uetus bibat in moderata quantitate & illud retineat. Et hoc pluribus diebus faciẽdum eſt donec ſanetur. In ſecunda parte curans appetitũ caninum à cauſa calida dicit, quod ſi cibus eum non grauat, nec per uomitum aut ſeceſſum emittat. Ex quibus ſignificatur calorem naturalem eſſe fortem, & bene digerentem, ſed ſuperflue reſoluentem, danda ſunt ea quæ ſunt difficilis digeſtionis, & ſolidi & uiſcoſi nutrimenti, ne facile reſoluantur, & cum hoc ad frigidum declinantia, & temperetur complexio ſuperflue calida ſicut eſt frumentum coctum, ut puls optime coctum, eſt enim parum diſtans à temperamento uerſus calidum, temperatum in paſſiuis & ipſum elixatum ſicut hic præcipit eſt apud Auic. tardæ digeſtionis, inflatiuum, plurimi nutrimenti ſuper omnia alia genera. Et rizum calidum, & ſiccum coctum cum lacte, ad temperãdum eius caliditatem, & bibat aquam frigidam, & moretur in aëre frigido, de quo tamen eſt dubium ne per antiperiſtaſim fortificet calorem intrinſecum iuxta Aphoriſ. Ventres uere & hyeme calidiſſimi ſunt natura. Sed credo Raſis non uelle debilitare digeſtionem, imò potius fortificare, ſed bene prohiberet nimiam reſolutionem humidi, quæ multo magis fit in aëre calido q̃ frigido. Et ſi bene conſideremus hic appetitus caninus eſt naturalis aut quaſi. Vltimo dicit, quod laborantes huiuſmodi appetitu non debent uti acetoſis, ſtipticis aut acutis, hæc enim excitant appetitũ. Et in his qui habent fortitudinem caloris, cauẽdum eſt ab his quæ ſunt facilis digeſtionis & paucæ quantitatis, ne digeſtio corrumpatur ad fumoſum.

SVpereſt ut ordinẽ cura appetitus canini, qui à quacunque cauſa pendeat exigit quinq; intentiones. Prima, eſt remotio cauſæ. Secunda, appetitus obtuſio. Tertia, ſtomachi confortatio. Quarta, correctio accidentium. Quinta, regimen ſex rerum. Si ergo pendeat à cauſis primitiuis remoueantur, & nocumẽtum ſi quod eſt per ipſas impreſſum, utpura ſi fuerit à ſuperfluis uigilijs, inducatur ſomnus aliqualiter ſuperfluus, non tamen multum in longitudine & profunditate unius ſomni, imò in pluribus uicibus ſatisfiat, ita ut ubi conſueuit dormire ſemel in die naturali, dormiat bis & ter ſecundum oportunitatem. Similiter ſi ſequatur longã famem detur cibus copioſus non quidem una uice, quia nõ poſſet digeri, ſed potius pluribus uicibus inter quas tantum tempus mediet quod præcedens cibus poſſit digeri, & ſi ſequatur ſuperfluum exercitium inducatur quies opportuna eodem modo in reliquis. ſecundo appetitus obtundatur, & aliæ intentiones perficiantur, ut infra. Si uero appetitus caninus ſit per communitatem à toto aut ab alijs membris, exiguntur quinq; intentiones ſimiles ſupraſcriptis, quarum prima eſt remotio cauſæ, uerbi gratia, in areſactis ex longis ægritudinibus intendatur reſtaurationi exhibendo cibũ copioſum nõ in una uice, ſed in pluribus uicibus, qui ſit facilis digeſtionis, boni chimi & paucarum ſuperfluitatum. Sed in habentibus calorem fortem præter modũ reſoluentem intendatur ipſius remiſſioni tam regimine cibali, quàm medicinali, ſicut cum ſyrupis, confectionibus, electuarijs, aquis, epithimatibus, emplaſtris infrigidantibus quæ ſatis nota ſunt. Et cum cibis frigidis ſicut lactuca, acetoſa, endiuia, portul. & dentur cibi præbentes nutrimentũ craſſum & multum, ſicut frumentum, rizum, carnes groſſæ, & ſimiles, iuxta textũ Raſis, & in omnibus in quibus appetitus caninus ſequitur nimiam reſolutionẽ, ſunt pori cutis inſpiſſandi cum ſtipticis, ſicut oleum myrtinum cum cera diſſolutum, & ſicut alumen diſſolutum cum aceto, & ut abluatur aqua frig. niſi timetur caloris extinctio. Quod ſi ſequatur, euacuationes ſuperfluas ſiſtendæ ſunt, & ſimiliter ſi ſequatur, debilitatem contentiuæ membrorum confortanda eſt ſicut dicitur in fluxibus. Et ſimiliter ſi catarrhus fuerit in cauſa curetur ſicut dictum eſt in. c. proprio, & uermes ſimiliter ſicut dicetur inferius. Si uerò cauſæ fuerint proprie ſicut caliditas aut frigiditas curetur cum contrarijs interius & exterius regioni ſtomachi applicitis quæ ex ſupraſcriptis ſatis nota ſunt, & phlegma acetoſum, & melancholia acris pontica in ore ſtomachi educatur aut cũ uomitu, eſt enim promptior uia, & ſic iubet Raſis in litera, aut cum ſolutiuis, ſicut ſunt pilulæ alphanginę, ſtomachicæ, hiera ſimplex & ſimiles, phlegmate exiſtente in cauſa, quibus præmittantur digeſtiua ſicut oximel ſimplex, compoſitum, ſcilliticum, mel, & aquę proportionales, & melancholia cum ſena, epithimo, mirob. indis, diaſenę quibus pręmittantur digeſtiua ſicut ſyr. de epithimo ſabor, & ſimiles cum aquis proportionalib. & hæc digeſtiua & euacuat. reſpiciant tam membrum mittens q̃ recipiens. Et quandoque ſanguine melanchol. exiſtente multo, aut ſplene apoſtemato confert phlebotomia baſilicæ, & aliquando uentoſatio ſuper ſplenem confert prohibendo tranſitum melancholiæ ad ſtomachum, & in ſumma à quibuſcunq; cauſis pendeat exequendæ ſunt quinq; intentiones ſupraſcriptæ. Quarum prima eſt remotio cauſæ complenda, ut dictum eſt. Secunda intentio, ſcilicet, obtuſio appetitus perficitur multis modis. Primo ſuadendo eis ut rationi obſequantur & non appetitui. Secundo, quod medicus faciat illis in menſa pręſentari quantum eſt ipſis ſufficiens & nihil aliud & cũ comederint illud, abſtineant ne præſentia obiecti eorum accendatur appetitus & intendatur. Tertio, quod ſumpto cibo quantum uidetur ſufficiens ſurgant à menſa & ad alias cogitationes ſe transferant. Quarto, ſi hæc non ſuffecerint ſicut accidit in pueris, & quibuſdam alijs qui nõ obſequuntur rationi, nec ſunt aliquo pacto tolerantes famem cum ſurrexerunt à menſa dentur aliqua quæ paulatim comedant, quę parum grauent ſtomachum ſicut aliquas paſſulas & auellanas aut phiſticos & ſimilia, quæ ipſi rumpant, aut interim paulatim aliqua

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.175

Commentary on the Chapter Nine of the Book of Medicine Dedicated to Mansur [F-1-176] (176/266)

aliqua pauca comedendo appetitus ſopiatur. Quin etiò, his non ſufficientibus dentur in princ. aut in medio menſę cibi potabiles ſicut brodium: hi enim appetitum magis obtundunt et non grauant digeſtionem. Sextò, his non ſufficientibus dentur cibi faſtidioſi ut inſipidi, primò non cum ſale & cæteris, non ſecundum conſuetudinem debite conditi, deinde pingues aut dulces, & proprie pinguetudine aut dulcedine faſtidioſa. Cauēdo ab acetoſis, ponticis, ſtipticis, acutis, ſalſis. Septimò, ſopiendo aut debilitando os ſtomachi cum intenſæ frigidis aut multum uiſcoſis adhęrentibus ori ſtomachi ægro dando fœtida aut res habentes odores ægro diſplicentes. Itē rancida aut aliqualiter putrefacta, quæ ſint pinguia os ſtomachi diſgregantia & relaxantia. Et inter cætera ponatur multus crocus pro condimento ſuorum ciborum & potuum. Item pineæ antiquæ aut nuces rancidæ, & ſimilia multum appetitum deijciunt, butyrum quoq; deijcit appetitum, & proprie quando fuerit antiquum horridi odoris & ſaporis. Et in ſumma omnia multū pinguia & oleaginea deijciunt appetitum. Vinum autem ſit mediocris potentiæ non ſtipticum, acre aut ponticum, de quo multum bibat ſiue intentio fuerit uomere, ſiue intentio ſit depoſitio humoris uiſcoſi ex ore ſtomachi. Sed ratione uomitus prouocandi detur poſt alia cibalia abominabilia & ad uomitum diſponentia aut ſimul cum ipſis. Sed ratione reſolutionis aut diſpoſitionis humoris uiſcoſi ex ore ſtomachi detur ſtomacho ieiuno ne alijs cibis impeditum debilius operetur. Et ſi bibatur calidū ratione utriuſq; intentionis magis conuenit. Auic. tamen quando adeſt fluxus prohibet omne uinum: ſtipticum namq; & acetoſum auget appetitū, ſed amarum addit in ſolutione uentris fortè quod inſipida ſicut quædam ferarienſia conuenirent. Octauò, deijcitur appetitus cum exterius applicitis ſicut fomentationes ex mollificantibus ex decoctione maluauiſci, maluæ, fœnugr. ſem. lini, & ſimilium, uel ueſica plena huiuſmodi decoctione tepida ori ſtomachi applicetur. Item unctiones ex pinguedine mucilaginibus, medullis & oleis mollificantibus cū butyro, & ſi huiuſmodi exhibeantur per os amplius deijciunt appetitum. Cauendum tamen eſt ſummopere ne ex horū applicatione aut ſumptione deſtruatur appetitus. Eſt enim deterior deſtructio appetitus ꝙ appetitus caninus. Tertia autem intentio, ſcilicet, confortatio ſtomachi perficitur cum moderate ſtipticis habentibus proprietatem ab ipſo, & contrarijs eius diſcraſiæ interius ſumptis & exterius applicitis, non tamen exiccātibus appetitum quæ poſſunt patere ex ſuperius dictis, & propriæ in cap. de debilitate digeſtionis. Et muſcus & laudanum confortant ſtomachum, & nō augent appetitum, ſimiliter crocus confortat ſtomachum & deijcit appetitum. Quarta autem intentio, ſcilicet, correctio accidentium perficitur ſecundū ipſorum exigentiam. Vomitus quidem cura præceſſit ſuperius in 1. cap. de diſpoſitionibus ſtomachi, & ſimiliter cura debilitatis digeſtionis in ſecundo. Et cura bulimi ſtatim ſequitur. Sed de fluxu uentris cuiuſcunq; generis agetur in ſequentibus: hęc enim ſunt accidentia quæ aliquando ſequuntur appetitum caninum. Pro quinta intentione aër & reliquum regimē ſex rerum declinet in contrarium diſcraſiæ, & melius eſt partiri cibum quàm multū una uice exhibere. Et cauendum eſt ab acetoſis, acutis, ponticis, ſtipticis & amaris. Et utendum eſt dulcibus, unctuoſis & inſipidis. Et apud Auic. uitellus oui induratus per aſſationem & confert in fine menſe. Somnus longus & multa quies conueniunt. Et ioci & ludi, & meditationes diuertētes animum à comeſtione & ciborum conſideratione, & reliquum regimen magis ſpeciale poteſt patere ex ſupraſcriptis in hoc capitulo.

DE BVLIMO. Cap. LXXXIX.

BVlimus aliter dictus fames uaccina eſt deſcriptiue apud Auicen. fames membrorum cum ſatietate ſtomachi. Sunt namq; membra famelica indigentia nutrimento, ſed ſtomachus reſpuit ipſum, & non habet ſpecies niſi modos differentes ſecundum intenſum & remiſſum. Cauſæ bulimi ſunt duplices, ſicut duo ſunt incluſa in quiditate eius, Vnum eſt membrorum deſiderium ſequens ipſorum inanitionem. Quęcunq; ergo poſſunt eſſe cauſa inanitionis membrorum, poſſunt eſſe cauſa ſaltem partialis bulimi. Reliquum eſt ſatietas ſtomachi, id eſt, deiectio ſiue deſtructio appetitus ac ſi ſtom. eſſet ſatur. Quæcunque ergo cauſæ poſſunt minuere aut deſtruere appetitum, poſſunt eſſe cauſa ſaltem partialis bulimi. Bulimus itaq; exigit cauſas quæ utrunque faciunt, ſcilicet, membrorum inanitionem & deiectionem appetitus. Iſtæ ergo cauſæ aliquando ſunt unæ, id eſt, ꝙ una & eadem cauſa faciet utrunq;, ſicut appetitus canin. modo ſuperius declarato: facit enim ut multus cibus ſumatur qui ſumptus non poteſt digeri, & ſic membra inaniuntur, & cum hoc nō digeſto eſt cauſa nauſeatiuæ ſatietatis & deiectionis appetitus. Item frigus intenſum exempli gratia in agentibus iter per niues eſt aliquando cauſa congelationis oris ſtomachi & mortificationis uirtutis ſenſitiuæ & attractiuę eius: & tamen per antiperiſtaſin potuit aliorum membrorum calorem fortificare. Item febres aliquando membra inaniunt, & tamen humores à quibus pendent ad ſtomachum repentes appetitum deijciunt. Item debilitas digeſtiuæ facit ut ſuperfluitates in ſtomacho congerantur, & eadem facit ut deficiente nutrimento corpus inaniatur, & ſic de ſingulis. Aliquando pendet à diuerſis cauſis, nam poteſt obtundi appetitus propter nocumentum neruorum cerebri uenientium, ad dandum ipſi ſenſum, aut propter catarrhum in ore ſtomachi inuiſcatum, & tamen ex alijs cauſis corpus inaniri, & tu per reliquas cauſas diſcurre, quæ poſſunt elici ex capit. deſtructionis aut diminutionis appetitus, & ex hoc capit. appetitus canini.

Signa cuiuſcunq; cauſæ patent ex ſupraſcriptis in dictis capitulis. Signa namq; inanitionis membrorum ſumuntur à macie, complexione calida reſoluente, & ſimilibus. Sed ſigna cauſarum deſtructionis aut diminutionis appetitus poſiti ſunt in capitulo proprio.

Prognoſtica. Primum bulimus quandoq; ducit ad ſyncopim, tum propter corporis inanitionem, tum propter nocumentum oris ſtomachi, cui cor compatitur. Secundum. Licet bulimus ſecundum plurimum curetur; tamen ſi longo tempore perſeueret ſecundum plurimum ducit ad interitum, etiam ſine cauſa ualde manifeſta. Cura exigit quatuor intentiones. Prima eſt remotio cauſæ uel cauſarum tam deſtructionis appetitus ſtomachi quàm inanitionis aliorum membrorum. Quæ cauſæ qualiter debeant remoueri, patet ex dictis ſupraſcriptis duobus. cap. ſcilicet in capitulo deſtructionis appetitus, & in cap. appetitus canini. Secunda eſt appetitus excitatio & oris ſtomachi confortatio, quæ qualiter debeat compleri manifeſtum eſt ex dictis in cura appetitus canini. Et inter cætera in lapſu calido adminiſtrentur odorifera ſicut citonia, poma odorifera, arācia, limones, & quæ fiunt ex ipſis & cum ſpeciebus odoriferis ſicut coriandri præparati, roſæ, flores lambruſcæ, camphora & ſimilia, & in lapſu frigido gariophili, cinamomum, uinum odoriferum cum mica panis aſſata & aſperſa gariophilis, & ſimilib. aromaticis, aut cum tortellis de ſeni, id eſt, pane biſcocto infuſo in uino optimo & comeſto. Exterius etiam ſtomacho applicita ad hoc conferunt quæ ſunt ſtiptica aromatica cum proprietate appetitum excitātia, declinantia ad contrarium lapſus, quæ appoſita ſunt ſuperius in capitulo deſtructionis appetitus. Pro tertia intentione, corrigenda eſt ſyncopis aſpergendo faciē cum aqua frigida, & ponendo ſub naribus odorifera, & non ſinendo ipſos dormire & excitando ipſos à profunditate ſyncopis cum ligaturis, euulſionibus aliquorum pilorum, aut aliquo alio modo leuem dolorem inferendo, & cum titillationibus, & ſimilibus ingenijs & cum euadunt à ſyncopi cibentur pane infuſo in uino odorifero ne redeat ſyncopis. Et ſi poſſibile eſt prohibeatur antequam fiat cibando eos cum ſtipticis odoriferis ſuo lapſui contrarijs. Quarta autem intentio, ſcilicet, regimen ſex rerum patere poteſt ex dictis cap. deſtructionis appetitus, & appetitus canini: debet enim declinare ad contrarium diſcraſiæ.

Fames autem ſyncopalis iuxta Auicen. eſt ut patientes ipſam non ſint tolerantes ſeipſos cum ſint famelici, cumq; tardatur eis cibus ſuperuenit eis ſyncopis & caſus uirtutis.

Cauſę enim ſunt debilitas aut nimia ſenſibilitas oris ſtomachi, cui cor facilè compatitur. Itē nimia reſolutio ſequēs aut fortem caliditatem, aut humidi ſubſtantifici & humorum ſubtilitatem aut raritatem texturæ & pororum latitudine.

Signa nota ſunt ex ſupraſcriptis. Prognoſticum. Fami ſyncopali facilè ſubuenitur, famis ſyncopalis curatur cura ſyncopis & cura appetitus canini.

Et in ſumma cura uertitur circa duo, unum eſt ad curandum ipſos in diſpoſitione ſyncopis, & de hoc ſufficiens ſermo præceſſit in capitulo ſyncopis, & in capitulo de bulimo. Aliud eſt ad curandum ipſos cum euadunt à ſyncopi, imò potius antequam ipſam incurrant ſi cognoſcitur eius aduentus apud Auic. cibandi ſunt pane infrigidato in uino, ſyrupo de fructibus, ſed fortè delectabilius erit ſi cum uino odorifero miſceatur uinum citoniorum in quo panis infuſus actu frigidus ſumatur, aut ſi maior fuerit caliditas, miſceatur cum uino uinū granatorum, aut uinum criſpinum, aut de berberis, aut ſuccus acetoſitatis citri, limonum & ſimilium, & prohibeantur à ſomno plurimo, & non tardetur eiş cibus, & cibentur frigidis actu.

DE SITI. CAP. XC.

SItis iuxta ſupraſcripta. Eſt deſcriptiue appetitus frigidi & hum. Et eſt duplex. Quędam naturalis ſequēs cauſas efficiētes naturales, ſcilicet, uirtutis & caloris naturalis actionē, et propter fines à natura intētos, qui ſunt humidi, & roridi, reſtauratio ciborū in ſtomacho melior commixtio, & conſequēter melior digeſtio chili ad epar & ſanguinis ad mēbra melior penetratio, & quartò madefactio in locis nēceſſarijs ſicut in lingua, gutture, pulmōe, juncturis, et ſimilib. Quędā ſitis eſt præternaturalis. De cuius curatiōe hic agēdū eſt, quę poteſt fieri diminutè, ablatè, & corruptè. Et diminutio dupliciter per intenſionē, & remiſſionē. Sed de ipſa ipſa per intenſionē prius agēdū eſt. Quæ eſt duplex, quędā enim eſt ſitis intenſiſſima in qua appetitur potus frigidiſſimus. Alia multa in qua appetit potus multus, licet non ualde frigidus quarū cauſę ſunt diſtinctę, quę poterūt elici ex dicēdis

Cauſa immediata cuiuſcūq; ſitis eſt triſtis ſenſatio ſequens conſumptionem humidi roridi in ore ſtomachi. Cauſæ uerò mediatæ quædam ſunt extrinſecæ ſicut aër æſtuoſus & ualde ſiccus, uinum potens, antiquum, calidum & ſic. quod apud Gal. 2. interiorum perduxit ſeruum notarij ad inſtātiam uigiliarum, alienationem & febrim, & tandem ad mortem. Item aquæ ſalſæ de quibus Gal. ibidem. Et tempore meo quidam Quirinus nobiliſſ. Venetus cum tempeſtate impulſus pertranſiuiſſet Gades Herculeos cum 60. ſocijs, ſolū cum quinq; ſocijs ſuperuixit. Reliqui enim feruore ſitis compulſi biberūt aquam ſalſam, & mortui ſunt ſolutione uentris ſuperueniente, & dyſenteria cum ſiti continua uſq; ad ultimum anhelitum. Ipſe aūt cum quinq; ſocijs qui ſuperuixerunt biberunt urinam propriam ab aqua ſalſa abſtinentes. Item cibi calidi acuti, ſicut allium, piper, & ſimiles. Item cibi ſalſi, ſicut carnes, caſeus, et piſces ſaliti. Item res craſſæ, & uiſcoſæ faciunt ſitim, quia natura quærit ipſas expellere lotione, inciſione, & ſubtiliatione, ad quæ peragenda quærit potum in auxilium, & piſces ſaliti ſunt cauſa ſitis his tribus modis, quia craſſi, quia uiſcoſi, & quia ſalſi. Item amara faciunt ſitim, quia calida exiccantia, & dulcia quia inflammātur. Item, quia aliqua eorum acuitate participant ſicut mel & ficus. Item ſtiptica & pontica, quia exprimunt humidum ab ore ſtomachi comprimendo, & multitudo cibi cū paucitate potus eſt cauſa ſitis. Item omnia putrefacta in ſtomacho ſunt cauſa ſitis. Item ſomnus longus ſuperfluè calefaciendo, & uigiliæ multæ nimium exiccando. Et ſomnus ſuper crapulam & cibos calidos, quorum auget caliditatem, intendit ſitim, licet ſomnus fortificando digeſtionem aliquando ſedet ſitim iuxta Aphoriſ. 28. quintæ particulæ. Qui bibere appetunt. Quandoque enim ſuperuenit ſitis labore digeſtionis, quam ſomnus ſedat fortificādo digeſtionem, & aliquando humectando ſicut qui contingit ex ſiccitate meri, licet ſitis præcipuè fortis ex alijs cauſis contingens parū ſomno ſedeē, ſed potius potu. Itē multitudo locutionis, exercitiū longū aut intenſum. Et accidētia animi corpus inflāmantia aut exiccātia faciunt ſitim ſicut ira, triſtitia, timor. Et fit ſitis à morſu quorūdā uenenoſorū cū à proprietate ꝙ à qualitate manifeſta ipſam exiccanti. Et uinū aut cibi in quo mortuæ ſunt uiperæ faciūt ſitim quæ nullo ingenio ſedatur,

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.176

ſedatur, inſuper accidit ſitis per communitatem à à toto ſicut in febribus & criſi, imò ſitis ſignificat criſim ſignificando commotionem antecedentem criſim. Et quandoq; in ſolutione uentris fit ſitis, ſiue ſit ſpontanea ſine medicina ſolutiua, imò ſitis ſequẽs ſolutionem pharmaci ſignificat ſecundum plurimum complementum operationis, licet quandoq; antecedat propter caliditatem ipſius & ſiccitatem ſtomachi, quandoque tardetur ex cauſis contrarijs, & per communitatem à membris particularibus, ſicut à cerebro cum præter modum ſupercaleſit aut apoſtematur, & propriè apoſtemate calido. Item per communitatem à membris ſpiritualib. ſicut à pulmone, corde, & ſimilibus, cum præter modum inflammatur. Item per communitatem à meri, fundo ſtomachi, inteſtino ieiuno & cæteris, cum præter modum caleſiunt et exiccantur. Item per communitatem à renibus & cæteris membris urinalibus, ſicut in diabete & apoſtematibus, & ulceribus renum, & ueſicæ. Item per cõmunitatem ab apoſtemate cum inflammatur & apoſtematur, aut cum oppilatur, ſiue oppilatio ſit in ipſo, aut in meſeraicis, aut in uenis, quæ ſunt ultra epar prohibens tranſitum humiditatis debentis membra humectare, & hoc modo accidit ſitis in hydropę & colica in ileos. Et inter cętera fundus ſtomachi & meri plus communicat ori ſtomachi, quia ſibi continua & poſt ipſa cor & pulmo, quia uiciniora ori ſtomachi, licet epar ſit propinquius fundo. Poſtea inteſtina, &c. quæ ſupercalefacta aut exiccata poſſunt eſſe cauſa ſupercalefactionis aut exiccationis oris ſtomachi, inſuper accidit ſitis per proprietatem in ore ſtomachi, propter caliditatem aut ſiccitatem eius ſuperfluam ſine materia aut cum materia per ſe calida, aut per putrefactionem materia imbibita, inuiſcata, aut apoſtemata.

Signa cauſæ primitiuæ cognoſcuntur ex ſui præceſſione, & ex ſimilitudine effectuum naturæ ſuæ, & quando non adſunt cauſæ corporeæ à quibus poſſit ſitis pendere. Cauſæ uerò per communitatem à toto aut membris particularibus cognoſcuntur ex nocumentis totius, aut membrorum particularibus cum quorum augmento augetur ſitis, diminutione diminuitur. Oppilationes autem cognoſcuntur, quia ſi ſint in epate aut meſeraicis aut uenis quæ ſunt ultra epar ſecundum plurimum adeſt uentris ſolutio, ſi ſit in inteſtinis adeſt uomitus, & prohibitio ſeceſſus, & ſignum factæ cauſa diabetis, eſt ſitis uehemens quam non ſedet potus aquæ, imò cum bibitur emittitur cum urina, & redit ſitis, quare ſunt ſitis & prouocatio urinę ſeſe communicantes et ęquales. Signa uerò eius quæ fit communitate pulmonis, & membrorum ſpiritualium, ſunt quod eam ſedat attractio aëris frig, & uigilię conferunt ei reſoluendo uapores, & ſomnus addit in ea accelerando uapores. Et ſuctio aquæ paulatim magis confer in ſedando eam, quàm ſorbere eam ſubitò aliqua parte eius ad cãnam reſudante, quę in ſubitò deſcenſu non reſudaret, imò aſſumptio aquæ plurimæ ſubitò quãdoq; congelat ſuperfluitatem quę deinde caleſit et additur ſitis in duplo, & ſic expulſio ſitis addit in ſitim, quare nõ iuuatur ab eis quibus iuuabatur in princ. Et cauſæ propriè ſtomacho, ſcilicet calid. & ſiccitas ſine materia, & cum materia cognoſcuntur per ea quæ ſæpe dicta ſunt in præcedentibus cap.

Prognoſtica. Primum. Quando aggregantur in ægritudinibus acutis ſitis uehemens, & ſiccitas uehemens, eſt malum ualde. Secundum. Si ſitis debitè regatur ſecundum plurimum curatur aut temperatur. Cura ſitis exigit quinq; intentiones. Prima remouet cauſam ſitis. Secunda ſedat ſitim. Tertia confortat ſtomachum. Quarta corrigit accidentia. Quinta ordinat debitum regimen ſex rerum. Si ergo cauſæ fuerint primitiuæ ſicut aër æſtuoſus, uinum potens, aqua ſalſa, cibi ſalſi, aut acuti, res craſſę & uiſcoſæ, & ſimilia, remoueatur & inducatur regimẽ contrarium. Et res comeſtæ aut imbibitæ in ſtomcho exiſtentes, uomitu & ſeceſſu educantur cum aqua tepida ſumpta in notabili quantitate, deinde remoueatur diſcraſia per cauſas primitiuas impreſſa cum contrarijs interius & exterius applicitis, quæ poſſunt eſſe manifeſta ex ſępe dictis, ſed magis ex ſtatim dicendis. Similiter ſi ſuperfluitas ſomni aut uigiliæ fuerit in cauſa, nimia locutio, & exercitium, & accidentia animi remoueantur, & inducatur regimen cõtrarium. Si uerò pendeat à morſu uenenoſorum, aut ſumptiõe eorum ſumpta educantur uomitu aut ſeceſſu, aut utriſque feſtinanter, & frangatur ipſorum audacia & uenenoſitas, & dentur bezahartica propria. Et ſimiliter reſiſtatur morſui ipſorum extrahendo uenenum extra, & prohibẽdo ipſum incluſum cum defenſiuis ſupra locum applicitis, & intendatur confortationi membrorum nobilium, & ad remotionem diſcraſię ſibi impreſſæ cum contrarijs habentibus proprietatem ad illud quæ ſupra quarto & octauo Alman. perquirenda ſunt. Si uerò ſit per communitatem à toto ſicut in febribus attendatur curæ febrium ſecundum quod oportet, & uitandus eſt potus in principijs paroxiſmorum & exacerbationum quãtum eſt poſſibile, ſed ſitis mitiganda eſt alijs ingenijs de quibus infra, ſimiliter in criſi uitandus eſt multus potus ne materia impediatur, imò ſinatur operari & adiuuetur ſecundum quod oportet, ſimiliter in ſiti per communitatem à membris particularibus attendatur correctioni, diſpoſitioni membri communicantis, & ſitis mitigetur remedijs oportunis de quib. infra. Sed ſi fuerit per communitatem à pulmone & membris ſpiritualib. cum ſuperfluè caleſiũt aut exiccantur, intendatur ipſorum infrigidationi cum inſpiratione aëris notabiliter frigid. & in hoc caſu multum conferunt retenta in ore, & quæ labuntur declinantia notabiliter ad frig. & hum. Et aqua frig. lambendo ſumpta, & ſi fuerit per proprietatem in ore ſtomachi propter malam complexionem calid. aut ſic. in ore ſtomachi corrigatur cum contrarijs, & ſi fuerit materia educatur uomitu aut ſeceſſu ſecundum quod oportet. Nunc uerò iuxta ſecundam intentionem quæ eſt ſitis ſedatio memorabo octo modos ſedandi ſitim, quibus procendendum eſt, nunc cum uno, nunc cum altero aut pluribus ſimul ſecundum diuerſitatem cauſarum ſitis. Primus modus eſt cum his quæ olfacimus, aut ſuper quibus anhelamus, ſicut odorando poma, pira, citonia, roſas, uiolas, flores nenupharis, folia ſalicis, & ſimilia, aut anhelando ſuper aqua frigidiſſima, & hic modus maximè confert in ſiti ſequente ſuperfluam calefactionem cerebri & membrorum ſpiritualium. Secundus

modus

modus eſt, per retenta in ore ſicut fruſtum anguriæ, cucumeris, melonis, cucurbitæ, prunarum, arancij, citri, pomi, & ſimilium, qui prius ſint infuſi in aqua frigidiſsima & ſæpe iterata. Item ſaccharum cand. chryſtallum & liquiritia, & hic modus maximè ualet in ſiti ſequente calefactionem aut exiccationem meri, cannæ pulmonis aut membrorum ſpiritualium. Tertius modus eſt per collutiones & gargariſmata cum aqua frigida ſola, aut cui admixtum ſit aliquid uini granatorum, aut aceti, aut ſucci citri, aut arancij, & ſimilium, de his quæ bibuntur pro ſedatione ſitis, & hoc maximè ualet in ſiti ſequente diſpoſitiones capitis maximè quando colluendo aut gargarizando facimus liquorem aſcendere ad ſuperiora uerſus colatorium. Similiter in ſiti ſequente diſpoſitiones meri, cannæ pulmonis & ſpiritualium. Quartus modus eſt, epithimata aut unctiões frigidas circa gulam, collum, & ſpõdiles uſq; ad 9. & malum granatum cum lacte, aqua endiuię, acetoſæ, nenupharis, lactucæ, quibus aliquid aceti poteſt admiſceri ad penetrandum, aut ol. uiol. nenupharinum cum pauco ceræ & aceti: & hic modus ualet in ſiti merito cuiuſcunq; membri contingentis, cuius regio ungitur aut epithimatur, ita quod ſi cõtigerit merito epatis, renum & aliorum eorum inunctio aut epithimatio conferret. Similiter in ſiti per proprietatem in ore ſtomachi. Quintus modus eſt, cum ſomno fortificando digeſtionem, tamen per eius debilitatem accidit ſitis, ſimiliter humectando meri iuxta Aphoriſ. ſuperius alleg. Similiter uigiliæ aliquando ſedant ſitim reſoluendo uapores, qui in ſomno accelerantur. Sextus modus eſt, cum bibitis quæ in mala complexione calida & ſicca, ſine materia debent eſſe frigida actu & potentia. Sed ubi adſit materia cholerica aut ſalſa, aut alterius generis potius conueniunt actu calida, & propriè ubi materia ſit imbibita aut inuiſcata, quæ lauando abijciant materiam à ſuperficie oris ſtomachi, ſicut aqua calida ſimplex, aut decoctionis hordei, aut liquiritię, aut paſſularum: nec obſtat quod dicitur tertio regiminis acutorum, quòd aqua calida inflammat, & in choleram conuertitur. Similiter prima quarti, de cura febrium peſtilentialium, aqua in pauca quantitate excitat caliditatem, intelligitur quando non eſt tanta, ut poſsit humores à ſtomachi ſuperficie abluere, aut ad intellectum Auicen. quando conſequenter & paulatim exhibita tota conuertitur in uapores corpus inflammantes propter uehementiam caloris febrilis, non eſt enim extinctiuum tanto calori proportionatum, ſed ubi ſufficit humores à ſtomachi ſuperficie abluere eſt conueniens. Aqua uerò frigida fortè noceret humores compingendo, & amplius eos circa ſuperficiem ſtomachi inuiſcando, potus autem conuenientes pręter ſupraſcriptos qui aliquando ſunt exhibendi actu calidi, aliquando frigidi, ſunt infraſcripti. Aqua hordei cum iulep uiolarum, aut iulep roſar. Item aqua cocta mixta cum ſaccharo, & uino granatorum dulcium in materia frigida, uel muzorum aut acetoſorum in materia calida. Similiter mucilagines, ſemina citoniorum, uel pſilij cum aqua hordei & ſaccharo, ubi non timeretur uentris lubricitas, ſimiliter ſucci fructuum acetoſorum, ſicut acetoſitas limonum, citri, arancij, pomorum, pirorum, prunorum, maraſcarum, extremitates uitis ſoli aut bibiti cum ſaccharo & tamarindi ſunt proprij ad hoc, & reſiſtentes feruori materiæ cholericæ & ſanguinis & debitè dulcorati cum ſaccharo non ſtupefaciunt dentes Et iulep facti cum huiuſmodi acetoſis optimè conueniunt. Et à fide digno habui & expertus ſum aquam frigidam cum debita quantitate aceti guſtui ſumentis proportionata eſſe optimum ſitis extinctiuum. Verum diuerſi potus eligantur ſecundum diuerſitatem materiæ. In materia phlegmatica mel roſ. oximel ſimplex, ſyrupus acetoſus ſimplex: in cholerica oxyſacchara, ſyrupus acetoſus, ſyrupus de acetoſitate citri, limonis, arancij, dia prunis ſimplex, ſyrupus uiolaceus. Et rob ex ſupraſcriptis magis extingunt ſitim, ſicut de berberis, de agreſta, de citro, de limonibus, de ſumah, de pomis de piris, & ſimilibus, quæ cum aqua ſaccharata poſſunt exhiberi & aliquando exhibemus aquas ſublimatas, ſicut endiuiæ, acetoſæ, roſarum, & ſimilium. Quæ debent eſſe ſublimatę ad uaporem aquæ, ſiue ad balneum mariæ. Et non ad ignem ſicut communiter fit. Primę enim ſunt pręſtantes habentes odorem, & uim rerum quæ ſublimantur. Secundę uerò habentes odorem aduſtionis, ſiue declinantes ad fumoſum ſunt pauci iuuamenti. Eius ſignum, quia non ſeruant odorem proprium. Quæ diſtillantur & quæ extrahuntur ex rebus frigidis minus infrigidant quàm debent. Et quæ ex calidis magis calefaciunt quàm debent. Et cum hoc nullę ſeruant odorẽ uim & proprietates rerum à quibus per diſtillationem extrahuntur. Et ſuo malo odore & ſapore diſplicent facientes ægros renuentes uſum earum, & ſic parum proficiunt. Cæteris enim paribus magis iuuat cibus & medicina placens, quàm diſplicens iuxta Aphoriſ. Parum deterior cibus. Quapropter medici multum deberent eſſe uigilantes ut fierent huiuſmodi aquæ. Imò cæteræ medicinæ ſecundum quod oportet, cum aliquando oporteat iſtis aquis uti non tantum ut medicinalibus, ſed loco potus ſicut in hydrope colica, & ſimilibus, in quibus aqua omnino prohibetur, & aliquando propter diſcraſiam calidam non poterimus uti uino. His ergo potibus ſitis ſedatiuis aliquando utimur in parua quantitate aut mediocri, aliquando in magna, aut una uice, aut pluribus uicibus, non tantum propter ſitim quantum propter cauſam ſitis, ſicut in cauſone, tertiana continua, ſynocha, febre pſtilentiali, in quibus de aqua aut alio potu infrigidante exhibetur quantum bibere poſſunt, & hic modus maximè ualet in extinctione ſitis per proprietatem in ore ſtomachi & per communitatem à toto & à membris, quorum diſcraſijs os ſtomachi præter modum caleſit & exiccatur, & etiam ſi pendeat à cauſis primitiuis, de quibus ſupra. Septimus modus eſt ſtupefaciendo aliqualiter ſenſum oris ſtomachi cum intenſæ frigidis actu & potentia, ſicut cum ſyrup. electuarijs, in quibus ſit uirtus ſeminis lactucæ, & propriæ nigræ, papaueris albi & nigri, mandragoræ, hyoſcyami uſque ad opium, ſed de opio in modiciſsima quantitate, & hic modus ualet in ſiti à quacunque cauſa contingente. Octauus modus eſt conuertendo mentem ad alia multum tangentia, ita ut ſitis obliuiſcatur, & hic modus ualet in ſiti ab omni cauſa contingente ſi parua ſit. Tertia intentio, ſcilicet confortatio ſtomachi perficitur cum interius & exterius ap-

F

plicitis proprijs, contrarijs diſcraſiæ, habentibus ſtipticitatem moderatam, de quibus ſuperius. Accidētia autem iuxta quartam intētionem corrigantur ſecundum quod oportet. Regimen uerò ſex rerum iuxta quintam declinet in contrarium diſcraſiæ.

Nunc uerò, quia diminutio aut ablatio ſitis eſt ſignum peſſimum, & propiè in ægritudinibus acutis cauſas ipſius breuiter percurramus. Primitiuæ quidem ſunt ſicut aër ſuperflue humidus, cibi quoq; ſuperflue humectātes actu & potētia. Somnus nimius, pauca inanitio, quies corporea & animalis. Per communitatem autem à toto ſicut ſunt ſuperflua repletio humiditatum phlegmaticarum, paucitas repletionis, aut propter craſſitiem & uiſcoſitatē humidi, aut propter ſtricturam pororum, & paucitatem caloris. Per communitatem autem à capite eſt aliquando catarrhus phlegmaticus fluens ad os ſtomachi. Aliquādo nocumētū cerebri propter quod impeditur ſenſatio oris ſtomachi, ſicut aliquando in epilepſia, lithargia, & ſimilibus, aliquando paralyſis tertij aut ſexti paris neruorum cerebri ſimiliter impediens debitū ſenſum oris ſtomachi. Item quodcunq; membrum poteſt communicare humiditatem ſuperfluam ori ſtomachi poteſt ſitim impedire. Per eſſentiam uerò ſunt humiditates ſuperfluæ ſine materia aut cum materia phlegmatica, imbibita, inuiſcata, natante in ore ſtomachi. Item quicunq; lapſus complexionis potēs debitum ſenſum oris ſtomachi impedire, quomodo aliquando in febribus acutis fit tanta aduſtio in ore ſtomachi, ut ſenſus eius prohibeatur, eius ſigna, quia tota lingua eſt nigra & areſacta, tamen potū abhorrent.

Prognoſtica. Primum, quādo in ægritudinibus incenſiuis ſicut febres acutę & apoſtemata calida abhorretur potus, eſt malum tam per uiam cauſæ, quia abſtinētia à potu eſt cauſa arefactionis, quàm per uiam ſigni, quia ſignificatur deſtructionem ſenſus oris ſtomachi, aut ſiccitatem & caliditatem in eo factas & habituatas, propter quod non appetit contraria, ſcilicet frigida & humida. Secundum, quādocunque adſunt uehementes cauſæ ſitis & nō eſt ſitis, eſt ualde malum & frequenter pernitioſum.

Cura diminutionis aut ablationis ſitis exigit quinque intentiones proportionales ſupraſcriptis in cap. præcedenti. Prima eſt remotio cauſarum diminutionis ſitis. Quæ intentio qualiter debeat compleri, patere poteſt ex dictis in præcedenti cap. intentione prima. Secunda excitatio ſitis complenda octo modis proportionalibus ſupraſcriptis in pręcedēti cap. Contrariorum enim eadem eſt diſciplina. Cauendū tamen eſt ne excitando ſitim augeamus cauſam diminutionis ſitis, ſicut ſi diminutio ſitis proueniret ex aduſtione oris ſtomachi, & pro excitāda ſiti daremus calida & ſicca, imò in hoc caſu & ſimilibus intendendum eſt cauſæ, & quamuis non ſitiat potus eſt uiolenter exhibendus cauſæ diminutionis ſitis contrarius.

Tertia eſt confortatio ſtomachi complenda cū proprijs moderata ſtipticitate participantibus & contrarijs cauſis diminutionis ſitis, & ſitim excitantibus, niſi excitantia ſitim augeant cauſam ſitis, in hoc enim caſu, ut ſupra dictum eſt, eſt cauſæ intendendū. Quarta uerò, ſcilicet, correctio accidentium perficitur ſecundum ipſorum exigentiam, puta corporis exiccatio remoueatur cum potu diſcraſiæ contrario uiolenter exhibito.

Regimen autem ſex rerum declinet in contrarium cauſæ, & cum hoc iuuet ad excitandum ſitim, niſi ſitim excitantia cauſam augeant, in quo caſu intenditur cauſæ. Appetitus autem corruptus ad potum, qui ſitis corrupta dici poteſt, ſicut quando quis appeteret bibere urinam aut oleum, aut aquam marinā quantum ad quid rei, ſpecies, cauſas, ſigna, prognoſtica, & curam patere poteſt ex his quæ dicta ſunt ſuperius in cap. de appetitu corrupto ab cibum.

DE ANATOMIA EPATIS.

Cap. XCI.

IVxta conſuetudinem, præmittenda eſt anatomia epatis. Epar deſcriptiue eſt membrum principale magnum, figuræ lunaris in latere dextro ſub coſtis mendoſis collocatum, ex carne rubea, panniculo inuoluente & ſuſpendente uenis, quarum eſt principium ſecundum medicos, unico neruo, & unica arteria compoſitum, ex latere gibboſo & concauo integratum uirtutis, & ſpiritus naturalis ſedes, & principium ad generandum ſanguinem ex chilo ordinatum. Eſt enim primum membrum principale, cum ſit per proprium temperamentum alicuius inſtrumentum uirtutis naturalis, ſcilicet, & ſpiritus naturalis neceſſarij ad indiuidui conſeruationem. Et eſt magnum, imò maius quàm in cęteris animalibus reſpectu ſuæ molis, quia debuit homo plurima caliditate & humid. abundare. Et quamuis Auic. dicat, quod animalia multū comedentia & debilis cordis habent epar magnum. Attamen homo quamuis ſit fortis cordis habet epar magnum multi ſanguinis generatiuum, qui debuit in magna quantitate in uenis contineri pro nutritione, quia nutritio debuit eſſe continua, non autem generatio ſanguinis debuit eſſe continua, ſicut neque generatio chili, neque comeſtio debuit eſſe continua.

Eſt figuræ lunaris, id eſt, maior quàm media luna, ſed nondū cōpleta, cuius conuexū eſt ſuperius, concauum inferius, propterea apoſtemata epatis ſunt figuræ lunaris in qua differunt ab apoſtemate lacertorū uētris, quod eſt figurę longę ſi ſit in lōgitudinalibus. Et ſimiliter in trāſuerſalibus & latitudinalibus eſt figuræ tendentis ſecundū latum, aut tranſuerſum uentris ſecundū inceſſum ipſorū. Eſt autem in latere dextro ſub coſtis mendoſis collocatū, quia pars dextra debuit eſſe calidior ſiniſtra. Et quamuis in mortuo cū anatomizatur appareat epar multum eleuatū & multum comprimens diaphragma, quia tunc mēbra uitalia ſunt inanita calido exhalante tamen nō eſt ſic cū diaphragma extremis coſtis iungatur, quapropter epar ſub diaphragmate continetur infra coſtas mendoſas. Componitur autem ex carne rubea quæ eſt ſicut ſanguis coagulatus à calido & non à frigido, quæ caro in ipſo dominatur, & habet panniculum inuoluentem & ſuſpendentem generatum ex ligamēto & neruo unico à cerebro uenientem, ligamentum autem uenit ex coſtis dorſi quibus epar alligatur, licet diaphragmati ab eius concauo, cuius quinq; rami tranſeunt ad quinque pennulas epatis, & ſubdiuiduntur & contexuntur adinuicem ad modum retis, cuius uacuitates replet caro epatis iam dicta.

Rami

Rami etiam ipſius capillares uadunt uerſus gibbū epatis & ſecundum ſuas extremitates obuiant extremitatibus ramorum uenæ chilis uenientium uerſus concauum, ut ſanguis in hoc tranſitu per anguſta loca bene digeratur & perficiatur. Ex hoc apparet epar eſſe ualde pronum in opilationes. Hæc autem facta fuerunt ut minimum chili ab epate contangeretur, ut bona fieret ſangiuficatio. Nō autem ſic fuit in ſtomacho, imò cibus tanquam in quodam uaſe collectus eſt. Tum quia cibus erat craſſus & non potuiſſet per loca anguſta tranſire. Tum quia chilificatio non eſt ita perfecta digeſtio ſicut ſanguificatio. Ab hac autem uena portæ oriūtur multi rami egrediētes epar, quorum ſex ſunt manifeſti. Vnus tranſit ad nutriendum partem dextram ſtomachi inferiorem. Secundus tranſit ad ſplenem deferens ſanguinem melācholicum & eſt ualde manifeſtus. Tertius trāſit ad nutriendum ſuperiorem partem ſtomachi dextram.

Quartus tranſit ad nutriendum zirbum pro parte, & pro parte ad inteſtinū rectum. Quintus uadit ad colon. Sextus ad ilia & inteſtina gracilia. Et qui uadunt ad inteſtina cōponunt meſeraicas per quas epar ſuggit chilum ab inteſtinis. A gibbo autem oritur uena chilis ſecundum medicos ab Auic. dicta concaua, licet fortè dignius ſit propter cauſas ſupradictas in corde ut à corde oriatur, habet autem unicum neruum à cerebro uenientem ad conſtituendum panniculum ut det ipſi ſenſum, ſicut & unica arteria uenit ad ipſum à corde ad dandum uirtutem uitalem. Eſt autem integratum ex latere gibboſo quod eſt ſuperius & concauo inferius, & eſt pennulatum, ſcilicet, quinque pennulis, licet non in omnibus ſint manifeſtæ, quibus amplectitur ſtomachum ad uigorādum eius digeſtionem. Et habet uirtutes quatuor naturales, attractiuam, retentiuam, digeſtiuam, & expulſiuam. Attrahit enim chilum mediantibus meſeraicis. Retinet ipſum donec ſit in ſanguinē conuerſum per uillos tranſuerſales, digerit per calorem eius principaliter fundatum in carne rubea, eius propterea ſanguis eſt rubeus quamuis generetur ex chilo albo, expellit autem ſanguinem per uenam chilis ad cor & reliqua membra. Sed ſuperfluitatem cholericam ad Kiſtim fellis mediante poro felleo exiſtente ſub pennula eius, ſuperfluitatē melancholicā expellit ad ſplenē mediante ramo uenæ portę, de quo ſupra. A quoſitatem uerò ad renes per uenas emulgentes, meſeraicę tamen licet principaliter per eas attrahat epar chilum habent tamen præter uirtutem attractiuam aliqualē uirtutem ſanguificatiuā in uirtute epatis ſicut & uaſa ſpermatica immutant ſanguinem uerſus naturam ſpermatis antequam ueniat ad teſticulos, & ad hanc ſententiam confirmandum Auicennę 14. tertij, cap. primo in fine, multas adijcit rationes, quas inutile eſſet proſequi. Reliqua poſita in diffinitione ſunt manifeſta. Et ex his iam patet quod epar eſt calidæ & humidæ complexionis. Et poteſt pati omne genus ægritudinum ſimplicis & compoſitæ, ſcilicet, malā complexionem cuiuſcunque generis ſine materia & cum materia. Item ſpecies malæ compoſitionis & propriæ opilationes, nec non ſolutionem continui etiam ſalubrem pluſquam multa alia membra nobilia, tum quia quietū, tum quia carnoſum, & quia eſt ſedes & principium uirtutis naturalis, qua ſit conſolidatio. Item poteſt pati apoſtema & ueſicas quę rumpuntur, & conſequenter debilitatem ſuarum uirtutum quæ ſequuntur aliquam aut plures ex ægritudinibus ſupraſcriptis, propter quam aliquando corporis extenuatio, dolores, hicteritia, & ſimiles. Ego uerò præter tria capitula Raſis pro completiori doctrina intendo agere de debilitate epatis & oppilationibus eius. Item de apoſtematibus & ulceribus eius. Nam hæc frequenter eueniunt, de fluxu autē epatico loquar, cum agam de paſſionibus inteſtinorum. Reliquarum autem ægritudinum epatis cura erit ex his manifeſta.

Sed ante omnia pro habendo ingenium curatiuū ægritudinum epatis ponendi ſunt aliqui canones ſeruandi in cura diſpoſitionum eius. Primus eſt, quod medicinæ exhibendo per os dentur quando completa eſt digeſtio prima & ſecunda, & ſuperfluitates harum digeſtionum ſunt expulſę, & proprie hic canon obſeruandus eſt quando exhibentur medicinæ aperitiuæ. Nam tunc temporis epar eſt pręparatum ad ſuſcipiendum operationem medicinæ, & ad regulandum ipſam, quia tunc non eſt circa aliud occupatum & de aperitiuis maior eſt ratio, quia poſſunt ſecum trahere de chilo indigeſto. Tempus autem primæ digeſtionis eſt circa horas octo. Tempus autem ſecundę digeſtionis eſt ſecundum plurimum ſubduplū & quia ſecundum plurimum nondum finita prima incipit ſecunda, communis terminus ambarum ſunt decem horæ, licet iſti termini non poſſunt bene limitari propter diuerſitatem corporum ciborum & conſuetudinum. Si tamen plus differtur, non eſt inconueniens niſi in ſolutiuis, quæ non debent dari in fame, Sed ſtatim poſt complementum primæ & ſecundæ digeſtionis. Secundus canon, ut cum omnibus medicinis aperitiuis, quibus indigemus in morbis epatis materialibus apoſtemoſis, ſicut in oppilationibus miſceantur medicinę moderata ſtipticitate confortantes, niſi fortè timeremus ſiccitatem ſuperfluā in proprijs. Oportet enim ſemper intendere ad confortationem membri principalis, quæ maximè completur cum proprijs moderata ſtipticitate participantibus. Tertius canon, quia ſubtiliantium medicinarum, licet ſint aperitiuæ, proprietas eſt ut acuant ſanguinem, ſicut aqua radicum aperitiuarū, & quandoq; generent humores diuerſos diſcōuenientes per aduſtionem, & quandoq; conuertant humores in lapideitatem, ſequi debent medicinæ lenitiuę ſicut caſſia, & ſimiles, ut mundificent, aduſtionem prohibeant, & petrificationem. Quartus cañ. uitanda eſt omnis ſuperflua calefactio & omnis ſuperflua infrigidatio. Primo, quia epar eſt membrum principale indigens magna cuſtodia, unde 48. primi, cap. 1. Super membra principalia cum fortibus medicinis non faciemus aliquid in quo ſit ambigendum, quanto magis poterimus, ne nocumentum toti commune facimus. Primo, quia nocumentum principalium eſt toti commune. Secundo, quia alia non principalia à principalibus iuuantur. Ipſa uero principalia non ſic iuuantur niſi à corde. Tertio, quia ſuperfluè calida colliquant ſubſtantiam epatis quæ eſt laſſa & debilis compaginis, indurant, & in lapidem conuertunt.

Epar etiam eſt inclinatum ad lapſum calidum, ſed intenſe frigida oppilāt meatus & maximè uenas epa-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.178

tis, & propriè capillares quæ ſibi obuiant cum ſint anguſtæ aptiſſimè oppilationi. Item frigida inimicantur uirtutibus principalibus epatis maximè digeſtiuæ & attractiuæ, oportet itaq; illa commenſurare, unde quamuis merito diſcraſiæ gratia exempli deberentur cal. aut frig. in tertio, propter cauſas hic ſuprascriptas adminiſtrentur ſolum talia in ſecundo. Ad quod adiuuat propinquitas epatis ad uias ſuſceptionis per os, ſcilicet, propinquitas ad ſtomachum, & ad ea quæ immituntur per inferiora, ſcilicet, propinquitas ad inteſtina, & etiã propinquitas epatis ad ea quę exterius apponuntur, cum non ſit multum profundum, ſed ſub ſiphac immediate. Quintus cañ. dum infrigidamus epar cum notabiliter infrigidantibus ſemper ſecum admiſceãtur calida appropriata, ſicut abſinthium & ſchinanthum, tum propter cauſam dictam, tum etiam quia natura diriget frig. contra diſcraſiam cal. & calida ad confortandum calidum naturale, ſcilicet ſpiritum, & propriè ſi hæ medicinæ nõ fuerint fermentatæ, qui canon ſuperius eſt traditus in diſpoſitionib. cordis dum eſſet ſermo de trochiſcis, de camph. & debet obſeruari in curatione diſpoſitionum omnium membrorum nobilium. Sextus cañ. omnes medicinæ quæ pro curandis diſpoſitionibus epatis adminiſtrantur ſecundum ſubſtantiam ſuam, debent eſſe ſubtiliſſimæ tritæ, ut poſſint peruenire ad meatus anguſtos ipſius, & propriè in oppilationib. Quapropter trochiſci ſunt ſubtiliter terendi & miſcẽdi cum liquidis ut penetrare poſſint. Septimus cañ. aperire debemus & urinam prouocare quando materia eſt in gibbo contenta, quia gibbus uijs urinæ cõmunicat, & uentrẽ ſoluere quando materia eſt in concauo, quoniam concauum inteſtinis cõmunicat mediante uena portæ. Octauus cañ. Vitentur omnes cauſæ debilitatis digeſtiuæ ſtomachi ſuperius memoratæ in cap. ſuo. Debilitas namq; ſtomachi præparat ad debilitatem epatis. Et uitetur potus aquæ, & propriè in ieiuno, & poſt coitum balneum & exercitiũ, necnon poſt omnes euacuationes fortes, nam tunc calor eſt debilis, & aqua frigida quandoq; ipſum totaliter extinguit & ſequitur hydrops & mors. Quod ſi uoluntas affuerit aſſumendi aquam ſumatur cũ uino uel aceto aut aliquo iulep, & ſumatur paulatim, & hoc in caſibus ipſam exigentibus. Danda tamẽ eſt aqua ueri frigoris in aliquibus caſibus & in magna quantitate, & ſubito, id eſt, in ualde paruo tempore, ſicut in peſtilẽtialibus, cauſonide, ſynocha inflatiua, nam pauca & conſequenter exhibita fortaſſe excitaret caliditatem, & hoc colligitur prima 4. cap. de curatione febrium in generali, & cap. de cura peſtilentialis, & danda eſt aliquando poſt copioſam phlebotomiam in ſynocha, ſed per temporis interuallum, & non eſt incõueniens quod corpus intenſe febriens minus lædatur à frigidis quã ipſum ſanũ. Nonus canon. In diſpoſitionibus epatis uitẽtur uiſcoſa, ſicut caſeus, piſces uiſcoſi, paſtilia, frumentum coctum, & ſimilia. Item ea quæ ſunt fortis ſtipticitatis ſicut caſtaneæ, pira immatura, ſorbæ, meſpila, niſi in caſibus quibus oporteret uirtutem retẽtiuam confortare ſicut in fluxibus. Vitenturq; dulcia cum ſint oppilatiua, & propriè quando cum dulcedine uiſcoſitate participant ſicut uinum dulce & ſappa, ubi uerò cum dulcedine eſſent abſterſiua, ſicut mel & ſaccharum non ita nocere poſſunt, imò in multis caſibus iuuare, & ſimiliter quãdo eſſent inciſiua. Et uinum dulce eſt oppilatiuũ pulmonis conueniens ad abſtergendum, & mundificandum partes pectorales cuius ratio eſt, quia uinũ dulce attrahit ad epar nõ gradatim, propterea quia epar diligit ipſum, quia dulce, & propter ſuam penetrationem ex hoc quod eſt potus, quare nõ moratur in ſtomacho quantitate qua ſeparetur fex ab eo ſecundum moram aliarum rerũ craſſarum, imò ſuperuenit epati cum craſſitudine ſua & inuenit uias ad ipſum paratas, quoniam uiæ quæ ſunt inter ſtomachum & epar ſunt amplæ ſecundum comparationẽ ad illud quod eſt de uenis ſparſis in epate. Amplius cum comprehenditur in epate non moratur quantitate qua ſeparetur & digeratur, imò expellitur ſubtilè in uenas ſtrictas uelocitate ſuæ penetrationis, & dimittit ſedimen propter conſtrictionem uiæ. In pulmone uerò res eſt econtrario quoniã ſuperuenit ei uinũ cum iam colatum eſt, aut ex uia meatuum meri ſecundum ſemitã reſudationis ex meatibus ſtrictis ad amplos, aut ex uena concaua cum iam dimiſit fecem, & uadit cũ iam eſt colatum & tranſit ex meatibus ſtrictis ad amplos, quare colatur uice altera, & non ſunt reliquę cauſę attractionis uelocis eius ad pulmonẽ quę ſunt in epate.

Medicinæ uerò conuenientes epati ſunt. Primo, illa in quibus eſt amaritudo cum uirtute aperitiua ſicut abſinthium, marubium, endiuia ſylueſtris, cichorea. Secundo illa in quibus eſt operatio cum ſtipticitate ſicut rheum barbarũ. Tertio, illa in quibus eſt apertio cum ſtipticitate, aromaticitate prohibẽte putrefactionẽ ſicut cinamomũ, ſummitates ſchinanthi. Quarto, abſterſiua, lauatiua, mundificatiua uirus mali ſicut aqua hord. cũ ſaccharo. Quinto, mollificantia, & lenientia cũ ſtipticitate & confortatione ſicut crocus. Sexto, quæ cum conditione prædicta ſunt ſuauia ſicut paſſulæ. Et ſi cum prædictis cõditionibus ſint uelocis penetrationis ſicut uinum ſubtile odoriferũ cõferunt epatibus, in quibus non eſt caliditas uehemens & quando medicinæ aggregant conditionibus prędictis aut pluribus ipſarũ ſuauitatẽ, tunc amicantur epati ſicut paſſæ, ficus, auellanæ, & propriè quãdo nõ ſunt putreſcibilia ſicut ceraſa, & dulcia ſunt conueniẽtia epati quod non eſt aptum oppilari, nec in eo multiplicari. Ideo dulcia, calida, craſſa, ſicut ſappa ſunt epati nocibiliora, & propriè calido apto oppilationi. Et omnes ſpecies endiuiæ cõueniunt epati inflammato cum frigiditate, aperitione, ſtipticitate & proprietate. Propterea bonum eſt ut miſceantur cum aliqua medicina habente qualitatem contrariã, ſic enim ſummę iuuabunt & nullo modo nocebũt ſicut ſi miſceantur cum melle aut aqua mellis. Vnde quandoq; exiccantur & ſumuntur in potu cum aqua mellis, & conferunt ualde, & educunt humorẽ frigidum cũ urina. In diſpoſitione tamen notabiliter calida dimittatur cichorea, & quę ſunt uehementis amaritudinis, minus enim ad frigidũ declinant, licet magis aperiãt, propterea in oppilationibus, & humore exiſtẽte craſſo magis conueniunt. Et fiſtici ſunt multi iuuamenti, propter ſuam ſtipticitatem aromaticitatem, & mundificationem uiarum cibi. Verum, quia ſunt uehemẽter calidi, nõ conferunt niſi in epate frigido. Sed auellanæ ſunt conuenientes omnib. epatibus, quoniam ipſæ non ſunt uehemẽtis caliditatis, & ſunt aperitiuę,

& chimus

& chimus earum eſt bonus. Sed debent eſſe aliqualiter torrefactæ, aliter faciunt ſodam præcipuè recentes, quia in ipſis eſt humiditas uẽtoſabilis. Item epar adip, id eſt, lupi ſecundum aliquos, uel ſi adip differt à lupo, eius tamen epar eſt in uirtute epatis lupi. Item carnes limaciarum conferunt cũ proprietate quæ frigidę ſunt & humidę. Caro autem teſtitudinis eſt propria & magis propinqua æqualitati, & ambæ conferunt hecticis, ſed quia uiſcoſæ ſunt, & habent quandã humiditatem ſuperfluam, & propriè limacię bonum eſt, ut ante coctionem lauetur cum lixiuio aut uino, aceto, ſale, & ſimilibus. Et cõferũt epati exiccato & inflãmato dando nutrimentum frigidum & humidũ & conſtans non facile euaporabile, & propriè ſi non ſit oppilatũ, ſano tamen epati perdices ſunt ſaniores.

DE DEBILITATE EPATIS.

Cap. XCII.

QVamuis Raſis de debilitate epatis explicitè non loquatur, tñ pro complemẽto doctrinæ decreui de ea facere capitulum cum pluries contingat, & ſit frequẽter cauſa reliquarum ægritudinũ eius. Debilitas epatis deſcriptiue eſt eius impotentia ad ſuas perficiendũ operationes, & propriè digeſtiuæ abſque manifeſta cauſa ex apoſtemate, ſolutione continui in eo, & ſimilibus cauſis ualde manifeſtis: dicitur autẽ propriè digeſtiue, quia licet epar debilitatum ſecundum attractiuam, retentiuam, aut expulſiuã debeat dici debile, tamen nomen debilitatis importat debilitatem principalis operationis eius quæ eſt digeſtio, cui cæteræ ſubſeruiunt, dicitur abſq; manifeſta cauſa, quia ſi adeſſet aliqua manifeſta cauſa, ſicut apoſtema, ſolutio cõtinui, & ſimiles. Ab illis diſpoſitio ſua ſumpſiſſet denominationem, & non à nomine accidentis quod eſt debilitas, ſequens tamen aliquam eius ægritudinem aut neutralitatem, ſicut etiã conualeſcentem ex febre, dicimus debilẽ & non febrientem. Quãdo ergo epar eſſet neutrum cõualeſcentiæ, aut decidentiæ ſicut eſſet neutralitas cõplexionis, compoſitionis unitatis aut apoſtem. aut ægrotaret ægritudine difficulter cognoſcibili, diceremus ipſum eſſe debile, non denominando ipſum ab aliqua tali ægritudine aut neutralitate. Cum quælibet talis ſit immanifeſta, propterea Galenus 5. interiorum, 7. cap. inquit. Epaticus, id eſt, debilis ſecundum epar. Eſt ille in cuius epatis operationibus eſt debilitas abſq; re manifeſta ex apoſtemate aut dubelati, id eſt, ulcere uel apoſtemate maturato, licet in uirtute debilitas epatis ſequatur eius ægritudines tanquam accidens. Et hæc ſufficiant quantũ ad quid rei. Licet aliter poſſet deſcribi quod eſt diminutio aut corruptio unius aut plurium operationũ eius, & propriè digeſtiuæ abſq; manifeſta cauſa.

Species debilitatis epatis quædam eſt noua, quædã eſt antiqua, quædam remiſſa, quædam intenſa. Item quandoq; eſt debilitas unius uirtutis tantum, quandoq; plurium aut omnium. Et plurimum quidem debilitatur attractiua ex frigore, retentiua ex humiditate, expulſiua ex ſiccitate.

Cauſæ quædã ſunt primitiuæ, quædam per cõmunitatem, quædam per eſſentiam. Primitiuæ extraneę ſunt ſicut percuſſio, caſus & offenſio ſuper epate, Item læſio à rebus uenenoſis, & ſimiles. Nõ extraneæ ſunt quæ ſumuntur à rebus non naturalibus indebitè applicitis. Per communitatem uerò, aut à toto ſicut in febribus, aut à membris particularibus ipſi cõtiguis, ſicut Kyſtis fellis, quando non trahit cholerã ab epate, aut propter oppilationem aut debilitatẽ, aut quando eſſet ea præter modum repleta epar ſuperfluè calefaciens. Aut à ſplene quando non trahit melancholiam ex cauſis eiſdem, aut quando eſſet præter modũ ipſe repletus, epar ſuperfluè infrigidãs. Aut à renibus & ueſica, quando non trahunt aquoſitatem ex ſimilibus cauſis. Similiter à matrice quando propter ſuperfluum fluxum menſtruorum infrigidatur epar, aut propter uehementem retentionem eorum, & corrũpitur per ipſam ſanguis epatis, ſicut etiã propter fluxum ſuperfluum ſanguinis hæmorrhoidalis, aut eius retentione accidit epatis debilitas. Et ſimile accidit in quocunque ſuperfluo fluxu ſanguinis. Aliquando per communitatem à ſtomacho communicante epati chilum diminute digeſtum aut corruptũ.

Item per communitatem ab inteſtinis cum læduntur aliquo nocumento notabili. Et quando accidit inter ea & inter ſel propter multitudinem phlegmatis uiſcoſi exiſtentis in eis aut in uijs inter ea & ſel oppilatio & nõ mũdificatur cholera ab epate & inteſtina remanent plena fecibus, quare non recipiunt illud quod uadit ad ea ex ſanguine & alijs humoribus. Et hoc multotiens accidit in colica, & aliquando propter communitatem membrorum pectoris, quibus propter uicinitatem & maximam colligantiam epar facile compatitur. Et breuiter per communitatem à quocunque mẽbro potente epar notabiliter lædere. Aliquando uerò cauſæ ſunt per eſſentiam in epate propter malam complexionem cuiuſcunque generis cum materia aut ſine materia, aut propter apoſtema ſanguineum, eryſipelas, ſephiros & cancrum aut undimiam, id eſt, apoſtema phlegmaticum molle, aut propter ſolutionem continui cum ſanie aut ſine ſanie, aut propter putrefactionem accidentem ei, aut propter oppilationem, de qua erit ſequens capi. aut exitum ſanguinis ſuperfluum ex eo propter rupturam uenæ aut cauſam aliam.

Signa ſumuntur ex multis. Primo ex colore, quia color citrinus ſignificat caliditatem epatis, & color albus, pallidus ipſius frigiditatem. Et uiridis obſcurus adhuc maiorem frigiditatem quod poteſt eſſe dupliciter, aut quia epar diſcraſiatum ad cal. multiplicat choleram citrinantem cutim, & diſcraſiatum ad frig. phlegma pallefaciens cum albedine. Et diſcraſiatum ad frigidum & ſiccum melancholiam per cuius præſentiam color cutis ſit uiridis obſcurus, aut fortè ſit color uiridis obſcurus, quoniam cum dominio humorum frigidorum paucificantur ſpiritus debentes ſanguinem illuſtrare, unde color ſanguinis ſit obſcurus, licet hæc mutatio coloris ſanguinis etiam poſſit eſſe per ſimplicem alterationem epatis abſque noua humorum generatione: eſt autẽ obſcurus propter defectum ſpiritus naturalis debẽtis humores aut cutim illuſtrare, & cuius color eſt optimus habet epar ſanum. Et quamuis Auicen. dicat quòd medicus expertus cognoſcit epaticum & ſtomachicum per colorem non egens ſignificatione alia, credo tamen difficile eſſe per colorem ſolum diſtinguere inter epaticũ

F 3

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.179

& ſtomachicum, tamen quia nocumentum ſtomachi frequenter facit colorem malum nocendo epati, licet poſſibile ſit cōtrarium ſicut in ſyncopi per communitatem à ſtomacho, tamen quia colores ex defectu utriuſque prouenientes ſunt ſimiles, propterea ad diſtinguendum inter utrunque oportet conſyderare actiones laeſas aut exeuntia utrique pertinentia, haec tamen quae dicta ſunt de ſignificando per colorem intelligūtur ſeruatis conditionibus Galen. 2. techni. quod color non ſit alteratus ab aëre aut ab alijs cauſis extrinſecis, & quod humores non ſint in interioribus occulti, ut habetur 2. commento primae particulae Aphoriſ. Verum nocumentum epatis per eſſentiam potius facit colorem malum, quàm nocumentum ſtomachi per eſſentiam cum nocumentum ſtomachi plurimum faciat colorem malum nocendo epati.

Secundum ſignum eſt ſumptum ex egeſtione aut urina quae ſunt ſicut lotura carnis. Quae licet ſignificent principalius aut ſecundum plurimum debilitatem digeſtiuae, quia digeſtiua debilis non bene tranſmutat chilum in ſanguinem quare fit ſicut lotura carnis recentis cum ipſe exiſtens albus non complete rubificetur. Poſſunt tamen & praecipuae egeſtio ſimilis loturae carnis eſſe propter defectum in attractiua nō attrahente ipſum ad centrum epatis, ſed dimittit ipſum in meſeraicis, quae licet habeant aliquam uirtutem ſignificatiuam, tamen illa eſt diminuta. Tertio, poteſt eſſe ex defectu retentiuae non tanto tempore retinentis donec digeſtiua ſuam compleat operationem. Quarto, ex acuitate uirtutis expulſiuae expellentis ipſum ad inteſtina antequam digeſtiua epatis complete eum tranſmutauerit. Nam ex quacunque cauſa acciderit haec diminuta tranſmutatio chili in ſanguinem natura expellit ipſum tanquam ſuperfluum, & maximè ad inteſtina, quia haec uia eſt ſibi aptior & minoris nocumenti, poteſt etiam fieri urina ſicut lotura carnis ex defectu digeſtiuae epatis non bene tranſmutantis nec ſeparantis aquoſitatem à ſanguine, & propter hanc cauſam quandoque apparet in ſtomachicis. Similiter ex nocumento expulſiuę expellentis ad renes ante completam ſanguificationem, & tertio retentiuae non tantum retinentis donec digeſtiua perfecte ſanguificauerit, & propter has cauſas accidit aliquando mictus ſicut lotura carnis, frequentius tamen ſequitur debilitatem digeſtiuae.

Et apud Auic. iſte fluxus uētris lauariuus in fine ſuo permutatur ad alteram ſpeciem, & fit in habente complexionem calidam uirulentus, id eſt, ſicut uirulentia quae cum albedine quadam tendit in rubedinem uel citrinitatem, deinde fit ſicut fex uini partibus ſubtilibus reſolutis, & fit ſicut ſanguis aduſtus qui tendit ad nigredinem, licet ante hunc frequenter multiplicetur ſolutio uentris cum cholera pura. Sed in habente lapſum ad frigidum fit poſt fluxum qui eſt ſicut lotura carnis fluxus qui eſt ſicut ſanguis congelatus. Et perueniunt ambo ſimul ad educendum res diuerſarum qualitatum & ſubſtantiarum. Sed magis in habente complexionem frigidam, calor nanque propter intenſionem acuitatis ſuae tribuit unam formam aduſtionis agendo in paſſum magis uniformiter. Sed frigiditas minoris acuitatis aliquam partem magis paſſibilem congelando immutat dando colorem & modum ſubſtantiae ſecundum ſui exigentiam. Aliam uerò partem magis reſiſtentem alterat corrumpendo eius complexionem & calorem proprium, cui poſtea ſuccedit calor extraneus putrefaciens, & dat ei colorem & modum ſubſtantiae differentis à primis. Tertium ſignum eſt dolor leuis extenſus uſq; ad furculas dum penetret chilus in epar: nam ſicut ſtomachus debilis grauatur ſumpto cibo, ita epar ex chilo. Sed iſta grauitas non ita percipitur in epate ſicut in ſtomacho cum non ſit tantae ſenſibilitatis: percipitur tamen ab his quę diligenter conſyderant accidentia ſua, & ex his ſignificamus debilitatem epatis abſolutae & propriè digeſtiuae. Sed ſigna cauſarum primitiuarum ſumantur, ut infra.

Quod enim debilitas epatis pendeat à cauſis primitiuis, cognoſcitur ex earum praeceſſione, ut quia aqua frigida potata fuerit & ſimiles, & conſequutione debilitatis epatis. Et quod quandocunque praeceſſerunt ſimiles cauſae, ſequuta eſt ſimilis debilitas. Et regimine ſex rerum in melius mutato, multotiens facile corrigitur epatis debilitas. Quod uerò debilitas epatis ſit per communitatem ſicut in febribus cognoſcitur, quia praeceſſerunt, & propriè febres chronicae, quae debilitant etiam paucificando calidum, licet non remittendo: fit enim bona digeſtio à caliditate naturali & aequali multiplicata in quanto. Sed illam quae fit communitate fellis ſignificat color ictericus, & quandoque eſt cum eo egeſtio alba, quando eſt oppilatio inter fel & inteſtina. Facta uerò communitate ſplenis ſignificatur per ęgritudines ſplenis, & per colorem in quo uincit nigredo. Stomatichia uerò ſignificatur per malitiam digeſtionis & nocumenta ſtomachi non ſolum praeſentia, ſed etiam quę praeceſſerunt. Et illa quę eſt per communitatem ab inteſtinis ſignificatur per puncturam eorum, uentoſitates, rugitus & per cholicam, & quae ſunt illis ſimilia. Et quae eſt communitate renum, aut ueſicae ſignificatur per alterationem diſpoſitionis uriuae ab eo quod oportet ſecundum naturam, & per declinationem formae ad malitiam, & hydropoſim.

Et illam quae fit propter membra pectoris ſignificat malitia anhelitus, & tuſſis ſicca, & quandoque ſentit habens eam in ſuſpenſorijs epatis, aut pulmonis, aut utriuſque grauitatem, aut tenſionem.

Et quae eſt per communitatem à matrice ſignificatur per retentionem menſtruorum, aut fluxum ſuperfluum, aut alias eius aegritudines.

Et ſimiliter quae eſt per communitatem ab haemorrhoidibus ſignificatur per fluxum ſuperfluum, aut retentionem ſanguinis haemorrhoidalis.

Signa uerò debilitatis epatis per eſſentiam ſunt ut infra. Mala nanque complexio calida, frigida, humida, aut ſicca, ſignificatur per complexiones epatis naturales, facilius nanque labitur quodcunq; mēbrum ad lapſum praeter naturalem ſibi ſimilem quā ad contrarium.

Item ex pręceſſione regiminis cui mala complexio ſequens atteſtatur ſicut cauſa effectui, & quod nocetur à ſimilibus iuuatur à contrarijs, & calida cognoſcitur per colorē citrinū et frigida per colorē albū pallidū, humida per mollitiem & lenitatem, & ſicca per aſperitatem. Item calida multiplicat humores aduſtos, frigida craſſos, tardi motus, ſicca paucos & craſſos

& craſſos, humida aquoſos. Signa autem oppilationum apoſtematum ſolutae continuatis fient manifeſta in capitulis ſequentibus. Sed ſigna debilitatis cuiuſcunque uirtutis ſunt infraſcripta. Primo ſi digeſtiua minuitur, ſanguis exiſtens in toto erit diminutae digeſtus, ut quia phlegmaticus ſicut in hypoſarco uel aquoſus ſicut in aſcite. Aut ſuperfluè decoctus, & ſic erit cholericus, aut aduſtus. Vt plurimum tamen in aſcite digeſtiua corrumpitur, cum multum eius ꝙ deberet in ſanguinem conuerti, conuertatur in aquoſitatē, ſed ablatio digeſtiuae cognoſcitur per exitum chili, ſcilicet in quantitate in qua intrauit epar. Sed cū eius ablatione non credo hominem longo tempore poſſe uiuere, ſicut nec abſq; cibo. Sed hoc ſignum ex exitu chili uideo fallax cum poſſit ſequi ad nocumētum digeſtiuae ſtomachi, & generaliter quādo eſt chilus incōueniens pro nutrimento corporis, & ſic non attrahetur ab epate & deſcendet. Item poteſt ſequi oppilationem meſeraicarum. Item debilitatem attractiuae epatis & meſeraicarum. Item debilitatem contentiuae epatis, quare regreditur ſicut intrauit, inter quas cauſas huius effectus, ſcilicet fluxus chili productiuas, licet ſit difficile diſtinguere, credo tamen hoc modo diſtinguendum eſſe. Nam ſi prouenit ex nocumento ſtomachi, adſunt & praeceſſerunt nocumenta ſtomachi. Item chilus ille apparet male immutatus in modo ſubſtantiae, uel colore exiſtens fortè diſſormis in partibus ſuis, & cum eo aſſociatur lienteria.

Si uerò ſequātur oppilationes meſeraicarum adſunt ſigna oppilationum earum cauſarum, de quibus infra. Si ſequitur debilitatem attractiuae epatis ualde cito egreditur celebrata 1. digeſtione cum non attrahitur ad epar, & in hoc maxime differt à fluxu chiloſo ſequente ablationem digeſtiuae cum poſt celebratam digeſtionem ſtomachi notabile tēpus interuenit antequam egrediatur, cum oporteat ipſum ingredi epar, et regredi antequam fluat exterius. Si uerò ſequitur debilitatem retentiuae epatis ſtante bonitate digeſtiuae & attractiuae cognoſcitur, quia eſt aliqualiter immutatus uerſus colorem ſanguinis cum aliquāto tempore in epate, aut meſeraicis moretur, in quo tēpore per actionem digeſtiuae immutatur. Eſt & alia differentia, quia cum aufertur digeſtiua apparent ſigna frigiditatis ſecundum plurimum. Cum uerò laeditur contentiua apparent ſigna humiditatis, & ex ſimilibus ſignis diſtinguitur inter diminutam digeſtionem ſanguinis cum aliquanto tempore in epate, aut meſeraicis manet & debilitatem digeſtiuae epatis, & contentiuae eius. Sed de his ſtatim dicetur uberius. Sed corruptio digeſtiuae epatis & fluxus rerum corruptarum cognoſcitur, item ex generatiōe aquoſitatis ſuperflue ſicut in aſcite & multiplicatione uentoſitatis ſicut in tympanite, et ex multiplicatiōe phlegmatis ſuperflui, & multum diſtantis à natura ſanguinis ſicut in aliqua hypoſarca, et fluxus lotiuus poteſt eſſe tam à diminuta quam à corrupta digeſtione. Si em̄ ſit ex chilo diminute uerſo in ſanguinē eſt à diminuta digeſtione, ſi uerò ſit ab aquoſitate ſanguini permixta cum impotentia diſcretiue erit à corrupta digeſtione. Cognoſcitur tamen corrupta digeſtio epatis magis ex urina quàm ex egeſtione, quia in gibbo fit humorum generatio, aut ſaltem perfectio & aquoſitatis ſequeſtratio. Cum ergo apparet urina malae ſubſtantiae confuſę in qua non apparet ſequeſtratio uel hypoſtaſis, aut quando apparet urina ſanguinolenta non ex defectu membrorum urinę ſignificatur corrupta digeſtio, aut ualde diminuta. Significatur etiam corrupta digeſtio per ſanguinē corruptū, quia ſit in putredinē uerſus, aut in melancholiā per ſuperfluā infrigidationē aut aduſtionem, ſicut cū apparent egeſtiones, ſicut uini fex, & cognoſcitur ſanguis corruptus in phlebotomia cum eſt diuerſorum colorum cum uiriditate quadam, ſed cognoſcitur eius diminuta digeſtio in phlebotomia, quia tendit in albedinem cum admixtione multi phlegmatis & aquoſitatis, & ſuperfluę decoctus tendit in citrinū cū nigredine quadam & mixtum multae cholerae. Debilitas uerò ſiue diminutio attractiuae ſignificatur per egeſtionē humidam lenē. Item q̄do apparet urina boni coloris & ſtomachus eſt ſanus, tunc per haec tria certificatur debilitas attractiuae. Item debilitas in toto & macrefactio à paucitate ſanguinis ſignificat debilitatem attractiuae. Retentiuae uerò debilitatem ſignificant nocumenta digeſtiuae cui ipſa retentiua ſubordinatur, ſicut penetratio ſanguinis diminutae decocti in membra ſignificat debilitatem retentiuę, licet plus digeſtiuae. Item apparitio ſanguinis in toto mixti cū ſuperfluitatibus ſuis, ſcilicet phlegmate, cholera, melancholia, & aquoſitate, ſignificat debilitatem retentiuae, ita ut ſit color citrinus per choleram, albus per phlegma, fuſcus per melancholiam, & mollities per aquoſitatem. Et minuitur urina, quia aquoſitas mittitur ad totum & minuitur neceſſitas aſſellandi, quia cholera debens iuuare expulſiuam inteſtinorum mittitur ad totū. Et minuitur appetitus, quia deficit aduentus melancholiae quae excitat appetitum. Iſta em̄ omnia non fiunt niſi quia non tanto tempore retinetur maſſa ſanguinea in epate quod poſſit fieri ſequeſtratio, unde aliq̄do fit hydrops digeſtiua debilitata, aut retentiua, & aliq̄do fit colica fecalis, aut phlegmatica, quia deficit mundificatiuum inteſtinorum quod eſt cholera. Expulſiuae uerò debilitatem ſignificamus, ſimiliter quia ſanguinis ſuperfluitates remanent permixtae ſanguini, & nulla ſufficienter expellitur ad locum ſuum. Sed corruptionem expulſiuae ſignificamus, quando ſuperfluitates expelluntur quo non debent, ſicut aquoſitas ad ſtomachum, & ſic de alijs, & cum ex debilitate retentiuae & expulſiuae aliquando prouenerunt ſimiles effectus & accidentia, ſimiliter debet diſtingui inter utranque per cauſas ſuę debilitatis, cum enim uidemus dominium humiditatis, debemus potius credere debilitatem expulſiuae iuxta dicta ſuperius.

Sed dubitatur quare debili exiſtente retentiua, humores alij à ſanguine magis expelluntur cum ſanguine ad totum quam expellantur ad loca propria, ſcilicet cholera ad kiſtim, melancholia ad ſplenem, aquoſitas ad renes, cum potius deberet eſſe oppoſitum kiſti, & reliquis receptaculis hos humores naturaliter attrahentibus. Reſpondetur duplex eſſe tempus retentionis. Vnum & primum in quo humores generantur, aut acquirunt ſuas formas ſubſtantiales. Secundum in quo poſtquam geniti ſunt localiter ſeparantur, & certum eſt quod eſt difficilius retentiuae his duobus temporibus retinere quam primo tempore tantum,

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.180

& eſt facilius expulſiuæ totam maſſam humoralem expellere ad uenam chilis, & conſequenter ad totum corpus quam ſingulos horum ad ſua receptacula expellere. Quapropter in paruo tempore poſſet facere primum & non ſecundum. Eſt etiam poſſibile & fortè frequenter contingens quod retentiua ſit ita debilis, ut non poſſit tanto tempore retinere, in quo ex chilo ſint quatuor humores geniti ſecūdum ſuas formas ſubſtantiales, ſed ſolum acquiſiuerunt diſpoſitiones quaſdam diminutas facientes pro introductione ſuæ formæ, & tunc expulſiua mittit eos imperfectos ad uenam chilis, aut totum corpus. Et in utroq; caſu minorabitur ſeparatio cū ſuperfluitatib. ad loca propria. Et in utroq; caſu aggregabitur in corpore molities cū citrinitate ac cum albedine & nigredine permixta ſicut dicit Auicen. quia in corpore tūc eſt maſſa humoralis in qua non ſunt humores actu per ſuas formas ſubſtantiales, ſed ſolum ſunt adepti aliquas diſpoſitiones pro formis ſuis in cōfuſo ſicut in abortibus 30. dierum apparent lineationes & ſimilitudines membrorum exteriorum licet membra nō ſint integrè formata. Et hæc quæ dicta ſunt intelligi debent de notabili parte ipſius maſſæ humoralis, non de tota, quia ſi tota maſſa eſſet taliter imperfecta non credo uitam poſſe niſi paruo tempore permanere, cum nihil nutriat niſi ſit aut fuerit formaliter humor. Eſt enim certum talem maſſam, ſi non ſint humores eſſe chilum.

Secundum dubium, quod eſt deterius an operationem auferri an corrumpi uel diminui. Pro quo ſciēdum quod nocumenta harum operationum poſſunt dupliciter conſyderari, aut quātum ad cauſam producentem ea, aut quantum ad nocumenta quæ relinquuntur. Si primo modo conſyderetur nocumentum ablationis eſt deterius, deinde diminutiōis, ultimo corruptionis, quia ablatio, & diminutio, & propriè nutritiuę & digeſtiuę fiunt à frigiditate, quæ aufert omnem uirtutem ſi eſt fortis, licet frequentius attractiuam & digeſtiuam. Et ipſa facit maius nocumentum quam caliditas, quę eſt corrumpens ſecūdum plurimum.

Si uerò conſyderetur ſecundo modo nocumentum corruptionis eſt deterius, deinde ablationis, deinde diminutionis. Et ratio quia difficilius eſt rem corruptè digeſtam, corrigi quam nullo modo digeſtam, aut diminutè, quia non attenditur malitia maior aut minor, niſi inquātum ſunt magis aut minus remota ab hoc ut perficiantur. Et certum eſt quod ſanguis corruptus magis diſtat, ut fiat bonus quam ſanguis diminute, aut nullo modo digeſtus, et hoc modo poteſt eſſe concordia inter Auic. qui dixit, quod nocumentum digeſtionis quod eſt ablatio eſt deterius, deinde diminutio, minus uerò corruptio, ſcilicet quantum ad cauſam, & inter Serapionē quarto breuiarij, primo capitulo dicētem: quod nocumentum quod eſt corruptio eſt deterius, deinde ablationis, deinde diminutionis, ſcilicet quantum ad poſſe corrigi.

Prognoſtica. Primum, nocumentum digeſtiuæ epatis eſt factiuum, aut conſtructiuum ferè omnium ægritudinum tam materialium quàm immaterialium.

Secundum. Debilitas epatis notabilis cū fuerit antiquata difficillimè, aut nunquam emendatur.

Cura debilitatis epatis habet quatuor intētiones. Prima eſt remotio cauſæ debilitantis ipſum. Secunda eſt ipſius confortatio. Tertia accidentium correctio. Quarta debitum regimen ſex rerum. Prima intentio. Si cauſa fuerit primitiua remoue ipſam & nocumētum per ipſam epati impreſſum, ſicut exempli gratia. Si potus aquæ frigidæ fuerit in cauſa prohibe ipſum & potet uinum.

Et ſimiliter remoue frigiditatem epati et membris naturalibus, impreſſum cum calidis interius & exterius applicitis, & idem ſit iudicium de reliquis cauſis primitiuis. Si uerò debilitas epatis ſit per communitatem à toto ſicut in febrib. cura febres ſecundum quod oportet, et remoue diſcraſiam epati impreſsā cum contrarijs ipſum confortantibus tam proprietate quā ſtipticitate moderatis, & aromaticitate qua gaudent ſpiritus. Si uerò fuerit per communitatem ab aliquo membro corrige illius membri diſpoſitionem, primo euacuando & diuertēdo tam ab eo quā ab epate, ſi quid humoris fuerit in cauſa. Secundo malam illius membri diſpoſitionē corrigendo. Et tertio ipſum confortando ut fiat minera laudabilis chimi, remoue etiam nocumentum epati impreſſum per membrum communicans. Quod ſi debilitas epatis fuerit per eſſentiam propter malam complexionem, malam cōpoſitionem, ſolutam continuitatem, aut apoſtema remoue iuxta poſſe ægritudinē illam qua debilitatur. Et in ſumma omnia hæc ſunt ad perficiendum primam intentionem quę eſt remotio cauſę debilitatis epatis. Cum quibus aūt hęc intentio perficiatur, poteſt eſſe manifeſtum ex curis ęgritudinum epatis poſitis & ponendis, nec nō ex curis ægritudinum totius, et membrorum particularium quibus epar compatitur. Debilitas nanque ipſarum eſt accidens remouendum per remotionem ęgritudinis facientis ipſam. Secunda intentio, ſcilicet epatis confortatio, quæ propriè pertinet huic capitulo perficienda eſt cum infra ſcriptis. Primum eſt calefactio ſubtilis, id eſt, leuis ut ſeruetur complexio naturalis epatis, aut ſpirituū, uel ſubtilis, id eſt, cum ſubtilib. in ſubſtātia habētibus uirtutem penetratiuam, ſicut in ſchinantho, cipero, croco. Secundum eſt apertio etiam leuis quia ferè ſemper eſt timor de oppilationibus, et hæc reperitur in fiſticis, abſinthio, marrubio. Tertiū eſt maturatio ſicut in croco. Quartum lenificatio, ſicut in paſſulis, & uino granatorum dulcium. Quintū abſterſio, ſicut in aqua hordei excorticati, aut mellis. Sextum inciſio, ſicut in uino granatorum muzorum & acetoſorum. Septimum cum ſtipticis moderate, ſicut in ſchinantho, abſinthio, roſ. & ſimilibus. Octauum prohibitio putrefactionis, ſicut in cinnamomo, caſſia lignea. Nonū excitatio, ſicut in ſpodio. Decimum mundificatio uirus, ſicut cum melle & uino ſubtili. Vndecimum cum proprietate, ſicut in ſpica, epate, adip, & carne limaciarū, rheubarbaro. Duodecimum cum amicitia currente inter epar & medicinas propter multas cauſas, ſicut in paſſulis. Non dico tamē quod in omnibus caſibus pro confirmatione epatis his omnibus indigeamus, ſed hęc memorata ſunt, ut his utamur quę propoſito noſtro magis deſeruiunt. Et ut ſciamus uerificare receptas authorū cōponentium antidota ex diuerſis ſimplicibus habentibus plures, aut omnes has intentiōes

Quamuis

Quamuis ſit poſſibile quod in uno ſimplici plures ex his conditionibus reperiātur, ut patet habenti notitiam ſimplicium.

Præter hoc eſto memor pro confortatione epatis multum attendere cōfortationi ſpirituum ipſos multiplicando. Et omnibus nouem modis ipſos cofortādo, de quibus fuit ſermo in capitulo de melancholia. Ipſi enim ſunt cuiuſcunq; uirtutis inſtrumentum ad ſuas perficiendas operationes.

Item præter hæc eſto memor diligenter conſyderare, quæ uirtus ſit læſa principaliter, & ipſius confortationi magis attēdere, & propriè digeſtiuę, cui reliquæ ſubſeruiunt. Attractiua enim confortatur calido & ſicco, retentiua frigido & ſicco. Digeſtiua calido & humido, aut cum temperamento paſſiuarum. Expulſiua calido & humido, licet magis humido quàm calido. Et digeſtiua magis calido quàm humido, & quàm temperamento paſſiuarū. Retentiua uerò magis ſicco quàm frigido, & attractiua magis calido quàm ſicco. His ergo utere quæ tuo propoſito deſeruiant ſecundum exigentiā uirtutis læſæ.

Vltimo non ſolum attende confortationi epatis. Sed eorum membrorum quæ debent trahere ſuperfluitates ab epate, quæ ſunt renes, ſplen, kyſtis, fellis, & inteſtina, licet ipſa non ita immediatè epati deſeruiant, ſicut reliqua tria.

Sed ſupereſt ut ponamus quædam antidota iuuātia in confortatione epatis. Excellēs in cauſa frigida eſt diagalanga, deſcriptione Meſue. Et diarrhodon abbatis in cauſa calida. Ex ſyrupis in cauſa frigida, ſyrupus de abſinthio, ſyrupus acetoſus. Sed in cauſa calida, ſyrupus bizantinus. Ex trochiſcis in cauſa frigida, trochiſci de ligno aloës, trochiſci de rheubarbaro, ſed in cā calida, trochiſci de ſandalis, de berberis.

Et Raſis in capitulo de dolore epatis, deſcribit medicinas elegantiſſ. in confortatione epatis tam in cauſa calida quàm in frigida.

Auicenna uerò deſcribit medicamen acceptum à Gal. multum in debilitate epatis laudatum. ℞. paſſularum enucleatarum, aur. 25. croci aur. 1. calami aromatici aur. 2. bdellij iudaici aur. 2. s. cinamomi aur. 1. caſſiæ ligneæ medietatem aurei, ſpicæ aur. 3. ſchinanthi aur. 2. s. myrrhæ aur. 4. gummi albotin aur. 4. darſeſceam, id eſt, arboris granati ſylueſtris aur. 2. loco cuius ponitur zylocaracta, mellis aur. 16. uini ſubtilis quantum ſufficit, & quandoque ponimus in ipſo opium, & ſemen hyoſcyami albi, ſcilicet cum adſunt ſigna ſuperfluæ caliditatis, & hanc receptam uerificat Auic. in textu Gal.

Electuarium ualens in cauſa frigida mirabiliter cōfortans epar, & mundificans canales eius, & urinam prouocans. ℞. ligni aloës, roſarum, ſpicæ nardi, cinamomi añ ʒ. 2. laccę, rheubarbari, gariopholi, añ ʒ. s. aſari, aniſi, maioranæ, maſtichis, gummi, balſami, añ ʒ. 3. ſu, meu, ſchinanthi, ſpodij, añ. ʒ. 1. chamepythyos, cuſcutæ, añ. ʒ. 2. confice cum ſyrupo de ligno aloës.

Euaporatio in cauſa frigida. ℞. cinamomi, caſſiæ ligneę, ana ℥. s. ſpicæ ʒ. 1. abſinthij, euaporatorij, ana ʒ. 5. bulliāt in uino odorifero ſtiptico in quo ſunt commixtæ tortellæ, id eſt, panis biſcotus, & parum olei de neriden, infundatur lana, uel filtrum in hoc liquore, & fiet euaporatio. Sed in cauſa calida. ℞. endiuiæ M. 1. ſandal. alb. & rub. ſpodij, añ ʒ. 2. cuſcutę, abſinthij, ana ʒ. s. bulliant in aqua roſ. in qua ſit quarta pars uini granatorū, aut parū aceti, et fiat euaporatio ut ſupra, ſed ubi eſt fortis caliditas, melius eſt ut ſit actu frigida.

Vnguentum in cauſa frigida. ℞. ſuc. eupatorij ℥. duas, ſpicæ ʒ. duas, olei de ſpica, ℈. duos, bulliant ad conſumptionē ſucci, & addendo ſpicam in fine cum pauco aceti, & cera ſufficienti fiat unguentum. Sed in cauſa calida. ℞. ſandalorum alborum & rubeorum, ſpodij. añ ʒ. 1. ſpicæ, ℈. 1. ſucci endiuię, olei roſ. ana ʒ. 1. bulliant ſuccus et oleum ad conſumptionem ſucci, & cū pauco aceti, & cera ſufficienti fiat unguētum.

Multę alię medicinę ſunt ad hanc intentionē, quas cauſa breuitatis omitto. Medicinę tamē Raſis in cap. de dolore epatis ſunt præſtantiſſimæ.

Attende tamen pręcepta Auic. in proprio capitulo de debilitate epatis.

Nam cum uides debilitari digeſtiuam, conforta cum eis in quibus eſt ſtipticitas & caliditas cum menſura, id eſt, non exceſſiua & aromaticitate, & ſit in eis maturatio, ſicut ſunt medicinæ compoſitę ex eis quę ſunt ſicut ſpica, folium, nux muſcata, coriandrum, cardamomum maſtix, calamus aromaticus, cyperi, & ſimilia. Et ſi fuerit proueniens à retentiua adde de ſtipticitate, & minue de caliditate, aut conforta huiuſmodi medicinas cum medicinis oppoſitis eis cū infrigidatiuis, ſicut ſunt balauſtiæ, roſæ, & hypociſthis, & ſi fuerit debilitas in attractiua, conforta cū eis in quibus eſt ſtipticitas parua, tanta ſcilicet quod uirtutem epatis conſeruet, & ſit in eis caliditas & aromaticitas, & ſtude in aperitione oppilationum. Et ſi fuerit debilitas in expulſiua conforta cum calefacientib. & humectantibus aromaticis, & calefac ſplenem, renes, & uiſcera cum ſibi proprijs, & aperi poros ſiue meatus per quos ſuperfluitas ad hæc membra expelluntur. Et quia cuiuſcunque uirtutis debilitas poteſt ab omni mala complexione contingere eſt neceſſarium ut magis conſyderes malitiam complexionis lædentis uirtutem quàm uirtutis lęſionem, cum oporteat uirtutem confortare per remotionem cauſæ lædentis. Vnde oportet aliquando digeſtiuam & attractiuam confortare cum infrigidantibus, licet ſecūdum plurimum debilitentur à frigore. Et paſſulæ cōferunt in debilitate epatis ita ut prohibeant ſolutionem uentris ſimilem aquæ carnis.

DE OPPILATIONE EPATIS. Cap. XCIIII.

OPPilatio epatis eſt morbus in uijs eius prohibens tranſitū humiditatis naturalis, aut ſuperfluè, quæ per ipſum naturaliter tranſire conſueuit.

Et eſt triplex, quędam in poris ſubſtantiæ eius per quos tranſit nutrimentum ipſi proprium, quædam in uenis eius per quas tranſit nutrimentum toti commune, quædam in poris, ſiue meatibus per quos ſuperfluitates expelluntur.

Cauſæ primæ apud Auicennam eſt craſſities ſanguinis, qui nutrit epar, aut debilitas expulſiuæ cum uehementia attractiuæ eius, quapropter neque ſuperfluitates

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.181

perſluitates epatis quæ reſecantur in digeſtione quarta, ſufficienter expelluntur, & nutrimentum proprium attrahitur indigeſtum.

Cauſæ autem remotiores ſunt cibi præbentes nutrimentum craſſum, & quęcunque poſſunt debilitare expulſiuam, & fortificare attractiuam.

Cauſæ autem oppilationis quæ eſt in uenis ſunt quia creatæ ſunt ſtrictæ, aut inuolutæ à generatione. Vnde ex omni parua re oppilantur. Aut quia ſunt ex tempore conſtrictæ, & ſecundum plurimum rami portæ oppilantur, quoniam materia oppillans peruenit ad ipſos, primò per illud quod tollitur à ramis ipſius in ramos uenæ chilis ſibi obuiantes, quapropter fex in ipſis relinquitur ipſos oppilans, propterea plurimum oppilationum eſt in latere concauo, licet etiam quandoque fiant in gibbo, & oppilationes iſtæ quæ ſunt in uenis epatis, aut ſunt coartatorię ab humore multo craſſo, aut uiſcoſo genito, ex cibis ſibi proportionalibus concurrēte debilitate digeſtiuæ, & expulſiuæ alicuius complexionis malitiam inſequēte, cibi autem iſti ſunt, ſicut carnes craſſæ, & res quæ comeduntur in appetitu corrupto, ſicut carbones, gipſum, & ſimilia non proportionata humanæ ſpeciei, item ſicut fungi & quædam genera pomorum nutrimenti craſſi, & ſicut zarror, id eſt, ſorbæ, & ſimilia. Aliquando iſtæ oppilationes ſunt attenuatoriæ ſequentes apoſtema, uentoſitatem, aut qualitatem conſtrictiuam.

Carnoſę uerò nunquam aut rariſſimè ſunt, quia orificia uenarum ſunt neruoſa, ſuper quorum ſubſtantia nihil tale generaſ, & ſi ſuper aliquo oritur non cōmunicatur omnibus, aut pluribus, & iam dictum eſt in diſpoſitionibus pulmonis quod res quę ſunt craſſæ & oppilantes epar, non oppillant membra quæ ſunt poſt epar cum digerunſ in epare, ſicut frumentum conglutinoſum, & uinū dulce, & ſimilia.

Oppilationes autem quæ ſunt in meatibus expulſionis ſuperfluitatum dicētur cum agemus de diſpoſitionibus fellis, & ſplenis, ipſę tamen à conſimilibus cauſis proueniunt, & ſunt triplices, coartatorię, attenuatoriæ, & carnoſæ, ſicut præcedentes.

Signa oppilationis in epate ſunt. Primum color citrinus, uel pallidus in toto corpore, quoniam ſanguis bonus in quantitate ſufficiēti ad corporis ſuperficiem non accedit, ſed ſubtile potius aquoſitati, uel choleræ mixtum attrahentibus membris inanitis. Secundum eſt grauitas in hypochondrio dextro, tū propter materiam oppilantem, tum propter materiam ex oppilatione retentam, imò apud Auicennam ſecunda primi eſt maior grauitas in oppilatione quā in apoſtemate, quod uerificatur ſi oppilatio ſit magna, aut in uijs tranſitus humorum & ſuperfluitatum, apoſtema uerò nec humorum, nec ſuperfluitatum tranſitum eſt impediens. Sed ubi cætera ſunt paria ex parte quantitatis & loci ac reliquorum credo maiorem eſſe grauitatem in apoſtemate quàm in oppilatione, cum cæteris paribus materia ſit magis in apoſtemate in uno loco collecta, & ſit magis grauitas. Tertium eſt impedimentum anhelitus, & propriè cum dilatatur propter compreſſionem diaphragmatis ab epate oppilato et ipſius tractionem inferius. Quod maximè uerificatur cū oppilatio eſt in gibbo, hæc tamen ſigna ſunt communia apoſtemati epatis & oppilationi inter quæ febris diſtinguit, quę neceſſariò aſſociaſ apoſtemati epatis, & nō oppilatiōi.

Quarū ſignum eſt fluxus uentris ex materiæ craſſæ regurgitatione, oppilatione ſibi tranſitum impediente, & urinę multitudo et ſubtiliatur propter ſubtile aqueum multiplicatum ex indigeſtione, penetrans, epate pellente, et membris attrahentibus ſi epatis & totius corporis ariditas non obſiſtat.

Sed ſigna diſtinctiua inter oppilationem pororū tranſitus nutrimenti proprij & oppilationem uenarum ſunt, quia in oppilatione uenarum prædicta ſigna ſequuntur à principio & corporis conſumptio, ſed in oppilatione pororum tranſitus nutrimenti illa non ſunt à principio, ſed apparet in principio multiplicatio ſanguinis in uenis, & color rubeus in cute, quia ſanguis non accedit ad nutriendum epar. Sed ſi oppilatio eſſet in poris, ſiue uijs purgatiōis ſuperfluitatum ab epate, ſcilicet in uijs purgationis cholerę ab epate ad kyſtim fellis, & melancholiæ ad ſplenem appareret in ſanguine multiplicatio choleræ & melancholiæ cum colore citrino nigro, aut mixto in cute. Sed de his uberius agetur in ſequentibus.

Signa uerò diſtinctiua inter oppilationem uenæ chilis, aut ramorum eius, & oppilationem uenæ portæ, & ramorum eius ſunt, quia oppilationem uenæ chilis & ramorum eius ſequitur fluxus uētris ſanguinis, et humorum iam generatorum in porta, ſiue cōcauo epatis, non potentium penetrare ad membra oppilatione chilis tranſitum impedicēte ad ambitum totius, & propriè quantum ad partem eorum craſſam. Quare regurgitāt ad portam, deinde per meſeraicas ad inteſtina, & ſit urinæ ſubtilis multiplicatio cum tinctura propter debilitatem digeſtionis epatis multiplicantis aquoſitatem, & propter tranſitū ſubtilis partis ſanguinis & aquoſitatis nō bene à ſanguine diſcretè membris trahentibus.

Craſſities quoque ac durities hypochondrij dextri eſt ſenſui manifeſta. Sed oppilatione exiſtente in porta et ramis eius ſit fluxus chiloſus, aut humorum diminutè digeſtorū, nam ſi ſit oppilatio in meſeraicis, quæ ſunt rami uenæ portæ terminatæ ad inteſtina ſit fluxus materiæ chiloſę, ſi uerò ſit in porta, & ramis eius cōtentis in epate ſit fluxus humorum diminutè digeſtorum, et aliquando ſicut lotura carnis chilo ualde diminute decocto, & aliquando fluxus partim chiloſus, partim humoralis, & non apparet craſſities, aut tenſio ſenſui manifeſta in hypochōdrio dextro. Signa autem diſtinctiua inter oppilationem portæ, & ramorum eius, & debilitatem ipſius epatis, quamuis conueniunt fluxu chiloſo manifeſta ſunt ex capitulo præcedente. Quod autem oppilatio ſit coartatoria à multitudine humorum cognoſcitur ex ſignis plectorię, de quibus 2. primi, additis ſignis generalib. oppilationis ſupraſcriptis.

Quod uerò pēdeat ab humore craſſo, aut uiſcoſo, cognoſciſ ex ſignis cacochimię, de quib. 2. primi, additis ſignis oppilationis ſupraſcriptis. Item cognoſcitur ex regimine pręcedenti, & malitia digeſtionis, ex quib. ſi multipliceſ uentoſitas apparebit craſſities, & tēſio augeri aut minui ſubitò uel in breui. Si uerò nō ſemper tēſio & craſſities permanebūt æquales, ad ꝗ iuuabit regiminis debiti uariatio & mixtio humorū in ægeſtionibus, uel urinis apparens. Si uerò oppila-

tio

tio eſt attenuatoria, ut quia uię epatis creatæ fuerunt ſtrictę, cognoſciſ ex diuturnitate paſſiōis, ēt à principio generationis contractæ cū fortitudine retentiuę, & debilitate expulſiuæ. Si uerò oppilatio attenuatoria ſequaſ apoſtema, aut aliā cām uiā attenuantē ſiue corporea ſiue incorporea illoꝝ ſigna apparebūt, de quibus infra. Si uerò oppilatio fuerit carnoſa, ex puſtula, bothor, uel uerruca oppilatio nō erit uniuerſalis, imò in paucis uenis, et ſic ſigna oppilationis erūt debilia. Et cum hoc cura parum proderit, aut nihil, ſi fuert à ueruca aut carne addita.

Prognoſtica. Primum. Oppilationes epatis ſunt matres omnium ęgritudinū. Secundum. Cum prolongatur difficilis, aut impoſſibilis eſt curatio et multotiens perducunt ad putrefactiones facientes accidere febres, aut apoſtemata perducētia ad hydropiſim. Et ad generationem uentoſitatis faciētis accidere dolores prauos. Tertium Multotiens confortatur natura ad expellendas materias oppilationum ſeipſa uel arte. Et egrediuntur aut in egeſtione, ſi fuerit oppilatio in latere concauo, aut in urina ſi fuerit oppilatio in latere gibboſo, humores permixti craſſi, & ſoluiſ oppilatio. Quartum. Oppilatio naturalis à generatione contracta non recipit curam, pręſeruari tamen poteſt qui hāc patitur cum bono regimine ab incurſu ęgritudinū quę oppilationes ſequi conſueuerunt. Accidentalis uerò noua ſecūm plurimū facile curaſ.

Cura opilationum epatis exigit quatuor intentiones. Prima cauſam oppilantem epar remouet. Secunda ipſum confortat. Tertia corrigit accidentia. Quarta ordinat debitum regimen ſex rerum.

Prima intentio perficitur ſecundum diuerſitatem cauſæ oppilantis. Si ergo oppilatio fuerit à multitudine, euacua aut cum phlebotomia, ſi ſanguis fuerit uincens, aut alij humores peccauerint cum ſanguine. Quæ phlebotomia fiat à uena cōmuni, repletiōe exiſtente in toto, aut à ſaphenis. Si in cauſa fuerit retentio ſanguis menſtrualis, aut hęmorrhoidalis, poſtea phlebotometur baſilica, aut ſaluatella dextra. Si uero repletio non fuerit cōmunis, ſed propria epati ſufficit phlebotomia ſolius baſilicæ, aut ſaluatellæ, poſtea alij humores euacuentur ſecundum quod oportet. Si uerò cauſa oppilationis fuerit humor craſſus, et uiſcoſus, prius digere, deinde euacua. Digeſtiua autem in primis ſint inciſiua, abſterſiua, ſubtiliatiua abſque magna apertione, aut prouocatione, poſtea ſint magis aperitiua. Euacuatio autem fiat cum ſolutiuis ſi oppilatio fuerit in concauo. Si uero in gibbo cum diureticis, & fortiter aperientibus. Digeſtiua autem conuenientia à principio ſunt, ſicut ſyrup. acetoſus ſimplex, ſaccharinus, aut melinus cum aquis endiuię, aut abſinthij, aut ſimilibus paucę aperitionis. Deinde in proceſſu cū ſyrupo acetoſo compoſito, mellino, aut ſaccharino, oximelle, ſcyllitico, & aquis cuſcutæ, capilli uen. aſari, rubeæ, & ſimilibus calidis & frigidis, aut propinquis æqualitati ſecundum exigētiam. Pro quo ſciendum eſt quod medicinę aperitiuæ, quædam ſunt ſimplices, quædam compoſitæ, & utrunꝗ; quędā frigidæ, quędā calidę, quędam æqualitati uicinæ. Frigidę quędā ſunt ſicut endiuia hortulana, & campeſtris, quæ eſt taraxacon, & aqua plantaginis cum folijs & radicibus ſuis, & omnia prouocantia cum infrigidatione, ſicut ſeminą communia frigida, quibus utendum eſt in oppilatione cum caliditate. Et ex compoſitis, ſyrup. bizantinus, ſyrupus acetoſus compoſitus, licet forte conuenientius inter æqualitati propinqua poſſent numerari. Calidę uerò ſunt diuretica fortia, ut aſarum, tapſia, petroſelinum, ariſtolochia, rubea tinctorum, iris, ſiſtici, agaricus, epithymus, ſcylla, polium, ſpica, centaurea minor, et ſuccus eius, gentiana. Et ex compoſitis ſyrup. acetoſus cum rubea et melle, oximel ſcylliticum, oxi mel compoſitum, & hæc ſunt ſupra caliditatem primi gradus temperatæ autem uicinæ temperamento ſunt, lupuli, lacca, cuſcutę, capil. uen. & ſunt ambo aperitiua ualde cum æqualitate ualentia, tam in oppilatione cum caliditate quam cum frigiditate. Sed calidæ circa primum gradum quæ ſunt proximè immediatè ſupraſcriptis, ſunt rhubarbarum, abſinthium, eupatorium, cimæ ſchinanthi, amygdalæ amarę, ſuccus fœnic. chamepithię, & propriè quando oppilatio eſſet in uijs ſtrictis, acetum ſcylliticum, aſparagi, & ſimiles. Et ualent in oppilatione frigida cum uino, aut aqua ſeminum calidorum. Et in calida cum aqua endiuiæ, cuſcutæ, quæ propriè aperit oppilationes ſplenis. Item cum decoctione ſeminum frigidorum communium, uel etiam ſine his. Non enim curādum eſt de inflammatione cum iuuamentum aperitionis pręualeat nocumento quod efficit earum calor inflammando, eo quod ad extinguendum eſt facilis poſt aperitionem. Et nota quod medicinę ſupraſcriptæ non ſolum ualent ſumptæ interius, ſed etiam exterius applicitæ ſecundum opportunitatem.

Et multas medicinas compoſitas inuenies in antidotarijs huic propoſito deſeruientes calidas, frigidas, et temperatas ex genere decoctionum, ſyruporum, electuariorum, trochiſcorum, unguentorum, et ſimiliū quibus utere ſecundū néceſſitatem, & multas tuapte cōponere potes Si uerò oppilatio eſſet attenuatoria à generatione contracta, utputa naturalis ſtrictura uenarum curam non habet. Cauēdum tamen eſt ab his quæ poſſunt eſſe cauſa alterius accidentalis oppilationis. Sed cura oppilationis attenuatorię ſequens alicuius cōplexionis malitiā patere pōt ex cap. pręcedēti. Cura uerò oppilatiōis ſequētis apoſtema epatis manifeſta erit ex cap. ſequēti. De cura aūt oppilationum exiſtentiū in meatibus expulſiōis ſuperfluitatū agetur in cap. de hicteritia, & de dolore ſplenis.

Secunda uerò intētio. ſ. epatis confortatio perficiſ cum medicinis dictis in cap. præcedenti, cauendo tñ á multum ſtipticis, aut uiſcoſis, & omnibus quę poſſent oppilationē renouare, aut augere.

Tertia intentio, ſcilicet correctio accidentium perficitur curando, & pręſeruando ab omnibus ægritudinibus, quarum oppilatio epatis poteſt eſſe cauſa, hæ autem ſunt plurimæ, quarum curam perquire in capitulo præcedenti, & ſequenti. Sed pro quarta intentione cauendum eſt à ſuperflue ſtipticis, ponticis, uiſcoſis, & multum dulcibus & prębentibus nutrimentum craſſum, & frequenter utendum eſt inciſiuis, ſubtiliantibus, abſtergentibus, et ſummopere elaborandum eſt, ut fiat bona digeſtio tam in prima ꝗ; ſecūda. Quapropter utatur his quę bene poteſt digerere, et non ſuperfluat in quantitate. Nec comedat niſi præcedentis cibi digeſtione celebrata. Non multiplicet cibaria in mēſa una. Surgat à menſa cū re-

liquijs

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.182

liquijs famis. Primo notabiliter comedat antequam bibat, deinde frequenter bibat, & parum pro uice. Caueat ab aqua frigida, & cibis, & potibus, actu aut potentia ualde frigidis. Somnus ſit ſeptem horarum aut circa, ut fiat bona digeſtio, & ſit nocturnus, meridianus uitandus eſt, niſi fortè à medio Maij uſq; ad medium Auguſti dormiat per horam in meridie.

Procuret euacuationes à natura inſtitutas. Poſt cibum quieſcat & exercitetur perfecta prima digeſtione, & ſit ſperans & gaudens, & fugiat ſolicitudinem, triſtitiam, timorem, iram, & ſimilia corpus exterminantia. Et ſit indutus ueſtibus mediocriter calidis ſecundum temporum exigentiam.

DE APOSTEMATE EPATIS. Cap. XCV.

APoſtema epatis, quantum ad quid nominis, & quid rei eſt ſatis manifeſtum. Sed pro notitia ſpecierum eſt ſciendum quòd apoſtematum quæ accidunt in regione epatis, quædam accidunt in ipſo epate, quædam in lacertis poſitis ſuper epar, quædam accidunt in meſeraicis & meſenterio. Sed eorum quæ accidunt in epate, quædam accidunt in partibus ſuperioribus eius, ſcilicet in gibbo, quædam in partibus inferioribus, ſcilicet in concauo. Item quædam accidunt in ſuſpenſorijs & panniculis eius, quædam in uenis eius, quædam in ipſius ſubſtantia. Plures tamen accidunt in ipſius ſubſtantia, & quandoq; cõmunicant pluribus partib. ſimul.

Diſtinguntur præterea ex partæ materiæ effectiuæ concurrentis ad ipſorum generationem. Nam aliquod eſt ſanguineum, ſiue phlegmonides dubelati aut non dubelati, id eſt, colligens & non colligens, quoddam eſt cholericum, quoddam eſt phlegmaticum, quoddam melancholicum factum incipiendo, aut permutando. Et melancholicum eſt duplex, quoddam ex melancholia non aduſta de genere ſephiros, quoddam ex melancholia aduſta de genere cancrorum, quoddam eſt inflatiuum, uentoſum, & frequenter apoſtemata epatis ſunt mixta.

Cauſæ apoſtematum epatis per eſſentiam ſunt mala complexio calida malignans humores & ipſos attrahens qui non debitè regulati faciunt apoſtemata. Item mala complexio frigida debilitans digeſtiuam & expulſiuam eſt cauſa cur apoſtema congeratur in epate, ſuperflua quoq; attractio epatis eſt cauſa, cur attractum non bene reguletur & faciat apoſtema. Oppilatio quoq; retinens humores & ſuperfluitates eſt cauſa, cur indebitè figantur in epate, præcipuè oppilatio in parte epatis terminata ad porum felleum qui eſt ſub media pennula epatis. Dolores quoq; epatis frequenter cauſant apoſtema attrahendo materiam ad locum dolentem, & fit apoſt. per uiam defluxus, aliquando debilitando ſunt cauſa, ut apoſtema paulatim congeratur. Per communitatem uerò aut à kiſti fellis cum oppilatur, aut aliter efficitur impotens ad expellendum choleram per meatus conuenientes unde regurgitans ad epar eſt cauſa apoſtematis. Similiter per communitatem ad ſplenem cum oppilatur, aut apoſtematur, & ſimiliter cum oppilatur uia deferens melancholiam ad ſplenem. Item per communitatem ad ſtomachum cum læditur, & maximè ſecundum digeſtiuam, unde non præparatur chilus epati conueniens, ut inde ſanguis & humores laudabiles ſiant. Item per communitatem à membris ſpiritualibus, inteſtinis, renibus, matrice, maximè in retentione menſtruorum. Et per communitatem ab ano cum retinetur ſanguis hæmorrhoidalis. Cauſæ autem primitiuæ ſunt caſus, percuſsio, offenſio epatis. Item cibi ſuperfluè calidi, aut frigidi, craſsi, uiſcoſi, & quæcunq; poſſunt epar lædere. Apoſtemata epatis terminantur quadrupliciter. Aut enim reſoluuntur. Aut ſuppurantur. Aut indurantur. Aut permutantur & ſi permutentur ad membra ignobilia, ſicut ad ſplenẽ eſt bonum, & contra, ſi permutentur ad magis nobilia, malum. Et quandoque criticè expelluntur, aut cum ſudore, prouocatione urinæ, aut fluxu ſang. narium, cum eſt in gibbo, et ſi eſt in concauo facit criſim cum ſudore, uomitu, aut ſolutione uentris.

Signa. Primò ponam ſigna diſtinctiua inter apoſtema epatis & pleureſim, licet in multis ſimiles ſint, & propriè cum pleureſis eſt in coſtis mendoſis lateris dextri. Primum eſt ex parte doloris, quia in pleureſi dolor eſt ſub coſtis uerſus pulmonẽ, in apoſt. epatis infra coſtas uerſus ancham. Secundum in apoſtemate epatis non eſt ſputum cum tuſsi in principio, neq; in proceſſu. Sed in pleureſi eſt ſputum cum tuſsi ſaltem in proceſſu. Tertium, in pleureſi eſt pulſus ſerrinus, in apoſtemate epatis undoſus. Quartum, in plureſi eſt dolor pungitiuus ſatis intenſus, in apoſtemate epatis grauatiuus, id eſt, remiſſus niſi cauſa doloris ſit in panniculo. Quintum, in pleureſi eſt magna anhelitus malitia, ſed in apoſtemate epatis nulla aut pauca. Sextum in apoſtemate epatis eſt color multum à naturali mutatus, in pleureſi parũ aut nihil. Signa uerò diſtinctiua inter apoſtema mirach & apoſtema epatis ſunt. Quia tumor in apoſtemate mirach leui compreſsione ſentitur, ſed apoſtema epatis niſi cum magna compreſsione, eſt enim epar poſitum in profundo. Item tumor in apoſtemate mirach, plerunque ſubiacet uiſui. Sed in apoſtemate epatis minimè, niſi fortè eſſet in gibbo, & maximè quantitatis & in macilento. Tertium ex parte figuræ, nam lacertus apoſtematus eſt longitudinalis, latitudinalis, aut tranſuerſalis, & apoſtema eſt illius figuræ incedens ſecundum ſitum muſculi, & aſsimilatur caudæ muris, cuius una pars eſt ſubtilis, altera craſſa, ſic enim eſt figura lacerti, eſt enim craſsior in origine ſua quàm uerſus medium uentris. Sed apoſtema epatis eſt lunare habens figuram ſemicirculi aut maiorem, ſic enim eſt figura epatis. Quartum apoſtema muſculi nõ facit accidentia ex ſiti, febre, alteratione coloris aut formæ quæ ſequuntur ad apoſtema epatis.

Quintum, cum uides mirach extenuari & tendere in fuſcum iudica quòd apoſtema eſt in epate, hæc enim ſequuntur defectum nutrimẽti, qui non fit niſi ex nocumento epatis. Eſt tamen ſciendum huiuſmodi apoſtemata mirach, quandoq; facere hydropem nocendo epati, maximè quãdo ſunt in parte mirach, ſuperpoſita epati propter compreſsionem uicinitatem & colligantiam. Diſtinguitur autem apoſtema epatis, ab apoſtemate meſeraicarum, licet in ſignis multum communicent, ſcilicet febre, grauitate, dolore & ſimilibus, quia apoſtema meſeraicarum eſt cum minori febre, minori grauitate, & ſequitur ad ipſum fluxus chiloſus ſecundum plurimum, quòd nõ ſequitur

ad apoſtema epatis, & ad ipſum eſt magis apta ſequi extenuatio quam cacexia, aut hydrops quę frequenter ſequuntur apoſtema epatis. Neq; tactui ſubiacet, ſicut apoſtema epatis. Signa uerò apoſtematis epatis ſunt infra ſcripta. Primum grauitas notabilis in apoſtemate epatis, & maior quam in oppilatione cęteris paribus, licet in oppilatiõe magna poſſit eſſe maior grauitas quã in apoſtemate paruo, ſicut uoluit Aui. ſecunda primi. Secũdum dolor multo maior in apoſtemate epatis quam in oppilatione ratione ſolutionis cõtinui, quę eſt in apoſtemate et nõ in oppilatiõe

Tertium ſignum eſt mutatio formę & coloris ualde notabilis, non enim ſtat bonus color ſine præſentia boni ſanguinis, cuius defectus ſequitur ad apoſtema epatis. Minus tamen mala mutatio eſt in phlegmone epatis, imò aliquando uidetur habitudo & color factus bonus propter ſanguinis inflãmationem facientẽ faciẽ rubere. Attamẽ ſi bene notabiſ uidebiſ notabiliter mutata in uiuiditate oculorum & in forma, & ſi fortè tãta mutatio nõ appareat à principio parum poſt apparebit. Quartum ſignum eſt attractio furculę & humeri dextri ad inferiora, quia epar grauitans trahit ſuſpenſoriũ alligatum dorſo. Quintum, quia habentes apoſtema magnum, & propriè calidum non poſſunt dormire, imò parum iacere ſuper latere dextro, quia epar cõprimitur à ſtomacho et ab inteſtinis, nec poſſunt iacere ſuper ſiniſtro, quia epar grauitat, imò etiam grauat eos ſitus reſupinus, licet minus cæteris. Signa uerò diſtinctiua inter apoſtema gibbi, aut concaui ſunt. Quia tactus inuenit ipſum cõprimendo in extremitate coſtarum hypochõdrij dextri cum eſt in gibbo, non aũt cum eſt in concauo niſi forte in macilento habente apoſtema magnum & cum forti cõpreſſione.

Secundo inuenitur maior grauitas in apoſtemate gibbi quam concaui, tũ quia epar per gibbũ apprehenditur, tum quia concauum ſtomacho ſuſtẽtatur. Tertio in apoſtemate gibbi eſt conſtrictio anhelitus, quia gibbus apoſtematus cõprimendo diaphragma & pulmonem facit tuſſim ſiccam, quę non accidit in apoſtemate concaui. Quarto minoratur urina in apoſtemate gibbi, imò cum eſt magnum aliquando retinetur propter oppilationem attenuatoriam ſequentem ipſum, & aliquando propter debilitatem expulſiuæ. Sed hoc non accidit in apoſtemate concaui, ſed econtra in apoſtemate concaui adſunt aliqua accidentia quæ deficiunt in apoſtemate gibbi. Primum. ſingultus quando apoſtema eſt magnum propter colligantiam oris ſtomachi in cõcauo epatis mediante neruo ſubtili. Secundum. dolor magnus quando ſumitur cibus notabilis, uel aliter ſtomachus extenditur, quia ſtomachus extenſus cõprimit concauum epatis, et non gibbum. Et in ſumma per apoſtema concaui ſtomachus multũ lęditur, & econtra per apoſtema gibbi multum lęduntur ſpiritualia maximè pulmo et diaphragma. Quod ſi apoſtema eſt in gibbo & concauo apparent omnia accidentia ſupraſcripta, et ſi apoſtema eſt in pãniculo, eſt dolor uehementior et tractus humeri deorſum plus & maximè ſi eſt in ſuſpenſorio. Signa uerò ſpecierum apoſtematis epatis diſtinctarum penes materiam, efficientem ipſa ſunt infra ſcripta. Si apoſtema ſit cholericum dictum almeſer parua eſt grauitas, & paruus tumor, ſed inflammatio & mordicatio magna. Item citrinitas linguæ, deinde denigratio cũ aſperitate, et eſt febris fortis, continua exacerbans, de tertio in tertium. Et pulſus eſt durus, magis ſerrinus quam undoſus multum uelox & frequens, ſed non ualde magnus. Sitis intenſa & iuuatur à frigidis & humidis. Si uerò fuerit apoſtema ſanguineum dictũ phlegmon ſignificatur per rubedinem faciei, & exuberationem uenarum, & pulſus eſt plenus, magnus uelox et frequens, magis undoſus quam ſerrinus. Et maior eſt tumor & minor grauitas. Dolor eſt grauatiuus, extẽſiuus magis q̃ pungitiuus. Febris cõtinua concluſa, et nõ iuuaſ à ualde frigidis et humidis, ſicut cholericum, ſed apoſtema phlegmaticũ ſignificatur per inflationem quandam, & lenitatem cutis, plumbeitatem coloris. Et non eſt in loco ſenſata durities, licet ſit grauitas, & eſt pulſus leuis. Et non eſt ſitis, neque nigredo linguæ, neque febris notabilis, ſed apoſtema melancholicum eſt duplex, quoddam à melãcholia aduſta, et eſt cancer, quoddam à melancholia non aduſta, & eſt de genere ſephiros, & utrunque q̃doq; ſit incipiendo, quandoque permutando ex apoſtemate ſanguineo, aut ex alijs. Signa comunia ſunt. Primum durities manifeſta in loco ſenſata propriè ſi fuerit in gibbo. Secundum grauitas notabiliter. Tertium extenuatio mirach, unde manifeſte repræſentatur ipſius figura lunaris properatio ad hydropem, hypoſarcã, aut aſcitẽ. Extenuatio corporis, caſus appetitus, tenebroſitas coloris, aut minoratio urinæ. Signa uerò diſtinguentia inter ſephiros et cancrũ ſunt, quia in cãcro eſt febris notabilis in ſephiros remiſſa. In cancro dolor notabilis, propriè fulmineus, in ſephiros nullus ſi ſit purum, ſi uerò nõ purum etiam nõ eſt dolor, niſi leuis apud magnum motum corporis aut fortem compreſſionem ſuper locum apoſtematum, aut cum ſtomachus eſt plenus cibo cõprimens ipſum, & in ſumma omnia accidentia ſunt fortiora, in cancro, ſicut inquietudo, caſus appetitus, ſingultus, nauſea, maior extenuatio, et ſimilia. Signa uerò quod fiant incipiendo ſunt, quia non præceſſit apoſtema alterius ſpeciei, ſed ſolum alliqua cauſa primitiua, aut corporea non de genere apoſtematis. Quod uerò fiat permutando econtra cognoſcitur quia præceſſit apoſtema alterius ſpeciei & maximè ſanguineum, illud enim inter cætera facile permutatur in duritiem, & lapideitatem, et propriè cum in fine applicantur ſuper eo notabiliter frigida & ſtiptica, epar namque uelociter oppilatur & induratur. Apoſtema uerò uentoſum, cognoſcitur ex dolore extenſiuo abſque grauedine cum pauca aut nulla febre. Diſpoſitiones quoque naturales, & non naturales ſicut ætas, complexio, regimen pręcedens, & ſimilia ducũt in notitiam materiæ apoſtematis. Nam in habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus.

DE DVBELATI EPATIS. Cap. XCVI.

DVbelati de quo eſt hic ſermo, fit cũ in apoſtematibus materia in uno loco colligitur, & ſaniatur, propterea maximè ſequitur apoſtema ſanguineum, cum illud inter cætera maximè maturationi paratum ſit. Signa futuræ maturationis ſunt quia auxilia debitè facta non proficiunt, imò accidẽtia, ſicut febris, dolor grauãs, ſitis,

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.183

inquietudo, inſtantia uigiliarum & ſimilia augendo procedunt & diu perſeuerant. Cunque hæc accidentia notabiliter fortificantur iam maturatio incipit, et tamen aliquando accidunt rigores diuerſi materia, per putrefactionem exacuata lędẽte magis membra ſenſibilia ſibi proxima. Item lęditur apud reſupinationẽ, nedum à ſtatiõe ſuper latera materia in unum collecta magis grauitante. Non autem fit dolor pulſatiuus, ſicut in reliquis apoſtematibus, exiſtentibus in membris arterioſis cum maturantur, quia ad epar non uenit niſi arteria parua. Sed nota quod durities pulſus, ſecundum Auic. tertia quarti cap. de ſignificatione exiturę intrinſecę, eſt teſtimonium magnum exituræ, aut dubelati in uiſceribus, dicit enim. Et quando apparet ſignum exiturę, & dubelati in uiſceribus, & non induratur, pulſus non iudices penitus quod exitura ſit interior, huiuſmodi enim fortaſſe non erit in uiſceribus, imò in ſiphac quod continet uiſcera. Cum autem facta eſt ſanies, tunc remittuntur omnia accidentia, niſi grauitas, quę fit maior, materia magis in uno loco congregata. Et comprimendo inuenitur, lenitas ſiue mollities, cum prius ſentiretur durities. Cum autem eruptio appropinquat tũc redit dolor & punctio, & febris creſcit, et grauitas fit maior. Cum autem accidit rigor ſubito, & ſedatur grauitas & dolor tunc eruptio facta eſt, & tunc ſi nõ fuerit facta eruptio ad uentrem, ſanies egrediens ex apoſtemate euacuatur, aut per meſeraicas ad inteſtina, & egreditur cum egeſtione, ſi fuerit in concauo, aut per uenam chilis deſcendentem, et emulgentes ad renes & ueſicam, & egreditur cum urina, ſi fuerit in gibbo, aut euacuatur in concauitatem uentris, ſi eruptio facta ſit ad uentrem. Et tunc materia colligitur in inguinibus, maximè in inguine dextro. Et fortè poſt eruptionem materia exiſtente melancholica accidit pulſus cordis, & ſyncopis. Et fortaſſe mors propter reſolutionem uirtutis, aut ſaltem accidet debilitas uirtutis manifeſta. Sanies autem egrediens, ſignificat ſitum dubelati epatis. Nam ſi tendit in nigrium ſignificat ipſum fuiſſe profundum in ſubſtantia epatis. Si uerò tendit in albedinem, ſignificat ipſum fuiſſe factum prope panniculum, cuius colori albedo atteſtatur. Et ex ipſius ſaniei colore, ſubſtantia, odore, multitudine, ſignificantur ſigna efficacia ſalutis & mortis, licet ſecundum plurimum huiuſmodi dubelati epatis ſint mortalia.

Prognoſtica. Primum, apoſtema lateris gibboſi eſt deterius apoſtemate lateris concaui. Secũdum, permutatio apoſtematis epatis, ad ſplenem bonum, econtra malum. Tertium. ſingultus ſequens apoſtema epatis ſecundum plurimum mortem prænunciat. Quartum. ſecundum plurimum apoſtemata epatis cum prolongantur ducũt ad hydropiſim. Quintum. cum apoſtema epatis ſequitur ſolutio uentris eſt mortale. Sextum. non euadit aliquis ab apoſtemate duro quieſcente confirmato in epate, multo minus ſanabile eſt apoſtema durũ non quieſcens, quod eſt cancer. uelocius enim interficit. Septimum. exitura notabilis in epate eſt propinquior deſperatiõi q̃ ſpei. Octauum ſecundum plurimum apoſtemata epatis ſanantur ſi debite regantur, & maximè ſi non ſit error in principio.

Cura apoſtematis epatis exigit triplex regimen, Primum debitum cauſæ antecedenti. Secundum debitum cauſæ coniunctę. Tertium cõmune utrique. Primum cõpletur duabus intentionibus, ſcilicet euacuatione & diuerſione. Secundum uerò exigit repercuſſiõem in princ. ſed in augmento uſq; ad medium ſtatus repercuſſionem cum reſolutiuis, deinceps uerò reſolutionem ſolam, ſi tendit in uiam reſolutionis ſi uerò in uiam maturationis, adiuuetur. Tertium uerò regimen completur cura accidentium, & regimine ſex rerum non naturalium. Sed pro cõplendis his intentionibus duo canones maximè obſeruentur. Primus quod medicus ſit feſtinus in cura apoſtematis epatis, & propriè calidi, plures ex ſupra ſcriptis intẽtiones ſimul cõplendo, niſi enim ſuccurratur à principio & feſtine ſecundum quod oportet, & ſimiliter in cura cuiuſcũq; apoſtematis calidi mẽbri ualde nobilis ſecundum plurimũ cura erit illita & uana. Secũdus canon, quod maximè intendatur prohibitioni augmenti, & prohibitioni maturationis. cauendum tamen ne induretur, eſt enim ualde pronum in duritiem.

Prima intentio, ſcilicet euacuatio in principio cuiuſcunq; apoſtematis epatis cõpletur phlebotomia, niſi fuerit prohibitio fortis, ſicut ætas infantię, aut ultimi ſenij, aut quia corpus fuerit ualde exangue, & apoſtema pẽdeat ab humore cholerico, phlegmatico, aut melancholico, nullo modo peccante cum ſanguine, & non apto euacuari cum phlebotomia, imò potius per phlebotomiã timeretur cholerę ebulitio, aut frigidorũ cruditas, licet in infante & ultimo ſene forte, nati dextre, poſſet applicari ſanguiſuga aut uentoſa cum ſcarificatiõe. In cęteris caſibus cõpetit phlebotomia, quę repletione exiſtente multa, cuius repletionis cauſa fuerit retentio ſanguinis menſtrualis, aut hęmorrhoidalis, fiat ex ſaphenis & hauriatur notabilis quantitas ſanguinis, deinde ſequenti die phlebotometur baſilica dextra hauriendo notabilem quantitatem ſanguinis, uirtute tolerante, proprie ſi apoſtema fuerit ſanguineum. Si uerò repletio fuerit multa, cuius tamen cauſa non fuerit retẽtio ſan. mẽſtrualis, aut hemorrho. primo phlebotomeť baſilica ſiniſtra, deinde eadem die, uel ſequenti phlebotometur baſilica dextra, aut ſaluatella dextra, ſi uolueris magis diuertere, & timueris debilitatem. Auic. tamen ſi non reperitur baſilica docet phlebotomare communem aut cephalicam. Cõmuniter tamẽ, quia repletio non eſt plurima, ſufficit phlebotomia baſilicę aut ſaluatellę eiuſdẽ lateris. Et ſi uirtus eſt fortis extrahatur ſanguis q̃tũ oportet una uice, & ſi non fuerit fortis uirtus, partiať, & non applices ſtiptica repercuſſiua quę conueniunt in principio, niſi pręcedente phlebotomia, aut ſi nõ cõpetit phlebotomia, niſi pręcedat alia euacuatio. Nam ſecundum Auic. quando non phlebotomas, & dimittis materiam in epate, & adminiſtras ſtiptica & apocruſtica proculdubio induratur apoſtema. Et ſi adminiſtras reſolutiua nõ eſt dubiũ, quin moueať dolor. Alię aũt euacuatiões in cholerico phlegmat. melancholico aut mixto ſunt faciendę per uentrẽ, ſcd'm q oportet et propriè qñ ſunt in concauo. Nã in apoſtemate gibbi parũ opus eſt ſolutõe, ſed magis puocatiõe per urinã. In cholerico quidẽ cõueniũt clyſteria ex decoc. maluarũ, matrũ uiol. endiuię, ſcariolę, epaticę, et ſimiliũ cũ oleo uiol, ſale, et mel

le

le uiolaceo, quibus poſſunt addi electuaria ſolutiua de quibus infra ſecundũ exigentiam. Sumenda aũt ſunt ſicut aqua endiuię infuſionis duarũ ℥. rheubarbari cum 1. ℥. mannę aut 6. ℥. caſſię, & ſuccus roſ. abſinthij, & eupatorij, uiolæ, aloẽs, ſed ſit lotus, pruna, tamarindi, mirob. Auic. uituperat. Propter ſtipticitatẽ. Electuaria aũt conuenientia, cũ opus eſt magis ſoluere ſunt electuariũ de pſillio, aut de ſucco roſ. cuius ℥. s. cum ſupraſcripta infuſione poſſet miſceri. Cauendũ tamen eſt in apoſtematibus à uehementer ſoluentibus, debilitãt. n. epar & materias agitant, & amplius ad locum apoſtematũ interdum fluere faciunt. Eſt igitur melior multiplicatio numeri quã quantitas. In phlegmatico aũt fiat decoctio pro clyſteri ex chamęmila, meliloto, fœniculo, petroſelino, aſparago, lupulis, cuſcutę, & ſimilib. quibus poſſet agaricus turbith, cartamus, & ſimilia ſolutiua, in decoctione addi, his & poteſt addi electuariũ indum, hiera, ſimplex, cõpoſita, logodiõ & ſimilia antidota ſolutiua, ſecundum exigentiã. Fiant tamẽ in principio clyſteria leuia poſtea gradatim fortificentur ſecundum q̃d oportet. Sumenda aũt ſunt ſicut pilulę de rheubarbaro, cui agaricus addi poteſt. Item caſſia diſtemperata cum aqua abſinthij, aut eupatorij infuſionis turbith, aut pauci ſacch. Item caſſia cum pauco electuarij indi & aquis ſupraſcriptis. Itẽ pilulę de hiera, ſtomatichę, alefanginę. In melancholico aũt fiant ex cuſcute, chamedry, chamepity, ſtecade, agarico, ſena, & foliculis eius, corticib. capparis, et ponatur in clyſteribus ſal indum, diaſena, electuarium, hamech, et ſimilia ſecũdum exigentiam. Sumenda aũt ſunt prędicta electuaria cum caſſia diſtemperata, cum decoctione aliquorum ex ſupraſcriptis, ſicut cuſcutę, ſenę, epithymi, quibus poteſt addi, ſemen endiuię, paſſulę, & ſimilia, item ſena ſolum ſumpta cum aqua lactis infuſionis ſem. endiuię, & cuſcutę. Sunt etiam pilulę indę de lapide lazuli, de lapide armeno, deſeruientes huic propoſito. Digeſtiua aũt in cholerico ſunt oxiſacchara, acetoſus, ſyrup. ſ. de granatis, de endiuia, de agreſta, roſ. uiol. de acetoſitate citri, limonis cum aqua endiuię, & epaticæ, uiol. lupulorum. ſolatri, alchechengi, acetoſę, portulacę, plantag. papap. & ſimiles. Itẽ huiuſmodi aquę infuſionis ſpecierum diarhodon abbatis, triaſandalorum cum ſacch. ſufficienti. Digeſtiua in apoſtemate epatis phlegmatico ſunt mel roſarũ, oximel ſimplex, compoſitum cum aqua abſinthij, eupatorij & ſimilibus, digeſtiua uerò in apoſtemate melancholico à melancholia aduſta, ſunt ſyrupus bizantinus, de pomis dulcibus, de fumo terrę, cũ aqua endiuię, epaticę, & ſimilibus frigidis & humidis. Sed in apoſtemate melancholico à melancholia non aduſta ſyrup. de eupatorio cum aqua bugloſſę, boraginis, aut cum decoctione paſſularum, tamariſci & ſimilium, & elaborandum eſt ut euacuationes ſint integratę ex minoratiuo, digeſtiuo, & eradicatiuo, etiã interatis ſecundum exigentiam. Diuerſio autẽ iuxta ſecundam intentionem fiat cum clyſteribus de quib. ſupra. Item cum apoſitione uentoſarum in naribus, pulpis, ſpatularum cum ſcarificatione aut ſine. Item cum prouocatiõe ſanguinis menſtrualis hęmorrhoidalis, aut ſanguinis narium, ſi retentus fuerit præter conſuetudinem. Item cum lotione crurium & ſimilibus. Regiminis autem particularium prima intentio, ſcilicet repercuſſio poteſt compleri per ſumpta et applicita pro qua intentione debitè complenda, ſciendum primo quod repercuſſiua & ſi ſint magnę neceſſitatis ſunt tamẽ magni timoris, primo quia epar habet uias ualde anguſtas, & timor eſt de oppilatione maiori, ſecundo cum repercuſſiua ſint ſtiptica & materiam incuneantia, timor eſt de apoſtematis induratione. Tertio quia prohibẽt reſudationem multotiens in apoſtematibus intrinſecis neceſſariã, quarto quia ſunt cauſa retentionis cholerę, quę eſt magna cauſa faciens, aut fouens apoſtemata calida in epate. Ex quibus infertur. Primo quod ipſa debent eſſe in ſtipticitate remiſſa, licet poſſint eſſe notabiliter frigida ſecundum exigentiam ſui contrarij. Secundo q̃d niſi humor apoſtemans ſit ualde calidus & ſubtilis, ſicut cholera naturalis, debent eſſe mixta cum aperitiuis, lenitiuis uel inciſiuis. Tertio quod oportet reſolutiua citius applicare in apoſtematibus epatis calidis quam in alijs apoſtematibus calidis aliorum mẽbrorũ, in quibus reſolutiua ſunt dominantia ualde, in medio augmenti uel in fine repercuſſiuis cõmiſcentur, ſed in his in principio augmenti debent commiſceri. In reſolutiuis eſt timor et nocumentum. Primo quia diſſoluunt uirtutem & ſubſtantiam epatis, quæ eſt ſanguis coagulatus. Item apoſtema lapideãt & indurant reſoluendo partes ſubtiles, quod eſt facile in epate, ut ſupra dictum eſt in cap. de oppilationibus. Quare oportet ut inter hoc teneatur medium quod eſt difficile. Et hęc ſunt uerba Ga. 13. therapeu. 12. cap. hic ab Alman. poſita. Sed conſilium meum in tenendo hoc medium, ut operemur ſine errore, uel cum pauco, eſt ut alterum duorum faciamus, aut quod utamur medicinis nõ multum eleuatis in grad. ſecundum qualitates primas, neque ſecundum qualitates ſecundas ſicut eſt ſtipticas, reſolutio et ſimiles. Aut ſi uolemus his uti propter excellentiam ſui contrarij ſint aliqualiter refractæ cum medicinis ſibi contrarijs quas melius eſt non eſſe fermẽtatas ut natura poſſit ipſas dirigere cõtra ſua contraria. exempla autem ſtatim ponentur. Eſt autem ſciendum, quod ſtiptica interius ſumpta, magis ſunt apta nocere in apoſtemate concaui quam gibbi, quia citius ſibi occurrũt, & cum maiori ſtipticitate, cum magis occurrant cum ſuis partibus terreis. Secundo ſciendum ſtiptica applicando non debere eſſe notabiliter frigida actu, tunc. n. difficilis eſſet ſuæ uirtutis penetratio, frigiditate actuali poroſitates obturãte, q̃propter petiæ, uel filtrũ in medicinis applicandis infuſum aliquãdiu in manu teneať, ut illa frigiditas tepeſcat, ſed in apoſtemate frigido debent eſſe calidæ actu non ſuperfluæ. Interius etiam ſumpta debent eſſe actu calida, niſi in caſu exceſſiuæ caliditatis cum ſubtilitate humorum, frigida aũt & calida interius ſumenda ſunt pro parte poſita cum poſuimus digeſtiua. Tua autem inter eſt, uti eis tam interius quam exterius ſecundum can. datos, utendo ſcilicet his quę non ſunt ualde exceſſiua, ſecundum qualitates primas aut ſecundas, aut ſi fuerint exceſſiua refrãgendo ea cũ cõtrarijs. Vnde ſi ſyrup. fuerit ſtipticus, ſicut roſaceus, de acreſta, de acetoſitate citri et ſimiles refrangať cũ ſyrup. uiol. de nenuphare, aut cum aqua endiuię, nenupharis, uiol. & ſimilib. Similiter ſi aqua fuerit minus frigida ſicut aqua ſolatri refrãgať cũ aqua cichoreæ, capil. uener. &

G 2

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.184

ſimilibus tēperatis aut minus frigidis. Similiter ſi ſy
rup. fuerit nimis cali. aut nimis reſolutiuus, ſicut oxi
mel compoſitū miſceatur cū ſyrup. de bizantijs. mel
le, paſſularū & ſimilib. Item can. obſeruādus eſt in ap
plicandis exterius. Vnde in ſpecieb. ceroti ſandalini
ponitur parum croci aut ſchinanthi aut ſpicę & ſimi
lium contēperantium ſuperfluā frigiditatem, ſimili-
ter in emplaſtris ſtipticis regioni epatis applicādis, ut
puta factis ex roſ. burſa paſtoris, carne citon. & ſimi-
libus, ponatur aliquid chamæmillę, meliloti, medul-
lę uituli & ſimilium. Similiter in reſolutiuis ponatur
aliquid mollificatiuū aut inciſiuum, ſicut in ſucco eu
patorij aut abſinthij & ſimilibus reſoluentibus po-
naſ aliquid mucilaginis, maluauiſci, fœnugręci, aut
ſem. lini, uel aliquid medullę, aut pinguedinis, itē po-
natur aliquid aceti. Epithima cōueniens in principio
apoſtematis ſanguinei. ℞. aquę roſ. aquę endiuię an̄.
℥.2. acet. ℥.1. ſandal. rub. ʒ.2. ſpodij. ʒ.1. miſce & cū
petia aut filtro infuſo in eo applicetur ipſis aliqualiter
inter manus repefactis. Vnctio. ℞. olei roſ. ℥.1. ſpeci-
erum ceroti ſandalini ʒ.2. aceti modicū, cere quantū
ſufficit, fiat unctio, ſed in eryſipelate cū his miſceātur
magis infrigidantia ſicut ſuccus ſolatri, ſemperuiuæ,
camph. & ſimilia, & exiſtente magno caumate ponā
tur actu frigida. Sed in augmēto apoſtematis ſangui
nei cum ſupraſcriptis miſceatur aliquid olei de ſpica,
maſtichini aut chamomelini, et parum mucilaginis,
maluauiſci fœnugr. aut ſem. lini, uel parū medullę ui
tuli aut pinguedinis alicuius, aut olei ſeſa. aut olei a-
mig. dul. & ita gradatim q̄to magis procedit auge-
anſ reſolutiua addendo etiam quędā mollificantia,
ſed in eryſipelate etiā uſq; ad declinationē non ſunt
addenda calida reſolutiua aut mollificātia niſi in mo
dica quantitate, & in fine principij apoſtematis ſan-
guinei conuenit emplaſtrū factum ex cytonijs tritis,
cum far. hord. cū aqua roſ. pauco aceti, aut citonia in
aceto decocta, aut aqua tripla ad acetū, quib. pōt ad-
di oleū roſ. et ſād. hęc. n. ſub forma emplaſtri fortius
imprimūt, ſed poſtea in proceſſu addantur prędictis
oleū de ſpica, maſtich. pinguedines, medullæ, aut mu
cil. ſecūdū exigentiā. Ex Auic. collige emplaſtrū hoc
expertū, & laudabile conueniēs in ſtatu & declinatio
ne. ℞. ſtyracis liquidę, cerę. an̄. darchimeth. 10. maſti-
chis, croci, amomi, an̄. darchim. 4. olei de arbore ma
ſtichis, olei roſ. an̄. darchimet. 2. uini cotylas duas &
mediā. Eſt aūt darchimeth pōdus, ʒ.1. ſed cotyla pō-
dus 8. ℥. hoc medicamen hoc modo conficiendū eſt,
bulliant uinum & olea ſimul ad conſumptionē uini,
& cum ipſis miſceantur reliqua, & reducatur ad for-
mam unguenti. Quod ſi apoſtema fuerit phlegma-
ticū epithimeſ in principio regio epatis hoc epithi-
mate. ℞. olei roſ. de ſpica, olei maſtich. aceti, an̄. ℥.1.
miſce, & petia uel filtrū in eo infuſum exprimatur et
aliqualiter inter manus calefiat & applicetur, uel fiat
unctio ex prędictis addēdo cerę quātum ſufficit. Sed
in augmento dimittatur oleū roſ. & acetū fit ſubqua
druplum ad olea, & applicetur ut ſupra, ſed in ſtatu
cum prædictis ſuccus eupatorij miſceatur, & ſi opus
eſt maiori reſolutione cū aliquali mollificatione ſup
ponatur emplaſtrum de meliloto. Interim tamen cū
aquis, ſyrupis, & electuarijs, clyſteribus & ſimilibus
& in hac diſpoſitione proprijs adiuuetur, quæ pro-
uocent apoſtemate exiſtente in gibbo, & per uen-
trem educant apoſtemate exiſtente in concauo, & ex
prouocantibus eſt oximel compoſitē cū aqua fœn.
apij, aſparagi, et ſimilibus, Item dialacca, diacurcu-
ma quæ ſi uideantur nimis calida cum diarrhodon
abbatis poſſunt temperari, & ex ſimplicibus pro-
prijs prouocantib. & cōfortantibus ſunt cin. cappa-
res & fiſtica. Si uerò fuerit in concauo leniatur uēter
cū clyſterib. & dentur pil. aleſanginę, pil. de rheubar-
baro, & ſimilia. Quod ſi apoſtema fuerit melancholi
cū, ponantur in principio repercuſſiua dicta in phle-
gmatico & his quæ præcipiunſ in phlegmatico, in au
gmēto, in melancholico addatur farina fœnugr. fari-
na ſem. lini aut oleū ſeſaminū, aut medulla uituli, aut
aliqua pinguedo, aut aliqua mucilago. ſ. maluauiſci
fœnugr. ſem. lini & ſimiliū, & procedente tēpore ad-
miſceatur æſopi cerotum, et ſi maiori erit opus mol-
lificatione cū eo miſceaſ medulla uituli aut aliud ex
mollificantib. iā dictis. Et ſi fuerit in gibbo prouoceſ
cū aliquibus ex prouocantib. dictis in phlegmatico
diſtēperatis cum decoctione paſſul. & ſi fuerit in con
cauo tentetur eductio cū clyſter. factis ex decoctione
ſenę, epythimi, polipodij, ſalis indi et ſimiliū cum ſuf
ficienti q̄titate olei, aut ſumat ſenā cum aqua lactis,
aut cū decoctione paſſul. cui pro correctiuo addatur
℈.s. zing. Si uerò hęc apoſtemata epatis nō citò inter
ficiūt, neq; ēt reſolutis partib. ſubtilibus conuertan-
tur ad duritiē neq; ad aliud mēbrum permutētur, ne
q; totaliter reſoluanſ, opus eſt ut maturētur, ut uult
Gal. com. prognoſticorū particula 1. ſuper uerbo il-
lo. Quod ſi trāſierit diem 20. non eñ ſunt alij modi
terminationū. Quapropter cum hoc cognoueris per
ſigna prędicta adiuua maturationem conſeruata uir
tute & calore innato, quantū eſt poſſibile. Emplaſtrū
cōueniens eſt apoſtematib. cal. ℞. farinę hordei, ℥.4.
farinę fœnug. farinę, ſem. lini, pinguedinis anatis, an
ſeris, porci, an̄ ʒ.2. cyperi ſchinā thi an̄. ℥.1. amoniaci
℥.1.s. terebinh. ℥.4 maluauiſci mundati à ligno inte
riori cocti & prępatati ℔.1. olei maſtichini, olei roſ.
ana ℥.3. cerę. ℥.1. diſſoluanſ ammoniacū, cera et tere-
bint. in cazola ad ignē, et cum diſſoluta fuerint incor
porenſ in mortario cū maluauiſco dicto, & omnib.
alijs hic poſitis, ſecundū q; melius fieri pōt, fiat empla
ſtrum et extēdatur q̄tum de eo ſufficit ſuper corio et
calidū epati applicef, ſufficeret tñ medietas receptæ.
Aliud ex inuentiōe Raſ. 9. Almanſo. in cap. de dolo
re & apoſt. ſtomachi magis æquale & cōueniens, ubi
non certi ſimus de maturatiōe et uolumus magis in
tēdere ad mollificationē et reſolutionē q; maturatio
nē ſicut debet fieri, quia cū maturatiōe rarò uita ſaluaſ
℞. uiol. ſiccę ʒ.10. roſ. rub. ʒ.5. ſpicę odor. maſt. an̄. ʒ.
3. cyperi ſchināthi, cal. arom. an̄. ʒ.2. farinę fœnugr.
ʒ.20. flo. chamęmilę ſem. maluauiſci alb. farinę hor
dei an̄. ʒ.10. conſpergātur omnia cum mucil. ſem. li
ni. et fiat emplaſtrū. Emplaſtrū maturatiuū apoſte.
frigidorū. ℞. bdellij, ammoniaci oppopanacis ſaga.
an̄. ℥.s. farinæ, ſem. lini, fœnugr. an̄. ℥.3. maluauiſci
præparati. ℔.1. olei de ſpica. ℥.2. terebinthinæ. ℥.s.
diſſoluantur gūmi in uino, & cū diſſolutę fuerūt ad-
datur cū eis terebinthina, & diſſoluatur cū eis, poſtea
ponātur omnia in mortario & percutiantur cum pi
ſtello, & de eo ſuper corio extēdatur, quantū ſufficit.
Iſta enim emplaſtra cum hoc quod maturant, cōfor
tant, mollificant, & adiuuāt naturam ad mundifica-
tionem

tionem ſaniei poſt apertionem & rumpturam. Sed
rariſſimè cum maturatiōe ſaluatur uita, imò poſt a-
pertionem quandoque citò moritur, quandoque ui
ta aliquando tempore prolongata tandem moritur
propter mēbri nobilitatē, cum cuius tanto nocumē-
to non poteſt ſaluari uita. Maturantur aūt huiuſmo-
di apoſtemata cū interius ſumptis ſicut lac aſininū cū
ſacch. ſumptum. Et ſicut aqua decoc. radicum aperi-
tiuarum, ficuum, paſſularum, et dactylorum. Poſtea
facta maturatione adiuuetur eruptio natura non ſuf
ficiente miſcendo cum emplaſtris ſupra ſcriptis, cepe
narciſci, fermentum, fimum columbinum et ſimilia,
& iacendo ſuper latere ægro ſe ueUociter mouendo.
Quod ſi erūpaſ fit penes Auic. eruptio aut ad inteſti
na ſanie expulſa per meſeraicas ad ipſa, quę eruptio
accidit, qñ ē apoſtema in cōcauo. Aut fit eruptio ad
renes & ueſicā, quę fit dū apoſtema eſt in gibbo. Aut
fit eruptio ad concauitatem uentris inferioris, qñ ſci
licet rumpitur ſubſtantia epatis & panniculus inuol
uens, & tunc ſanies colligitur in inguine dextro, ſecū
dum plurimum. Ego autem nō uideo cur etiam per
meſeraicas terminatas ad ſtomachum non poſſit eſſe
effuſio ſaniei ad ipſum, cum etiam uideamus ſangui-
nem effundi ab epate ad ſtomachū, imò ſtomachus
recipit ſuperfluitates totius mediante epate. Si ergo
ſanies effundaſ ad ſtomachū, uel ad inteſtina ſumat
in potu aquā mellis, debitè calidam, ut fiat mundifi-
catio ſtomachi & inteſtinorum, necnon ulceris à ſa-
nie. Et attendatur uomitui aut uentris ſolutioni cum
lenibus mūdificantibus regiones illas maximè natu
ra tētante euacuationē per eaſdē. Si uerò erūpitur ad
renes & ad ueſicā, ſumat aquā mellis cū lacte ſeminū
cōium frigidorū. Vbi adſit notabilis caliditas, uel ēt
ponātur grana alchechengi ad bulliendū, dū fit aqua
mellis. Si uerò eſſet remiſſa caliditas ponātur radices
aſparagi, apij, & ſimiliū diureticorū ad bulliendum,
dū fit aqua mellis. Si uerò ſanies cōtineatur in ingui-
ne, & fit notabilis q̄titatis, ut nō ſit ueriſimiliter reſo
lutio, perforetur uēter ubi eſt ſanies cauēdo ſectionē
muſculi ita ut perforetur ſiphac nominatū ab Auic.
burabaton. Et fit foramen paruū in quo ponatur cā
nula pro extractiōe ſaniei ſi fuerit expediēs. Et paula
tim extrahatur ſcd'm quod extrahiſ in extractiōe a-
quæ hydropicorū. Poſtea intendatur cōſolidationi
cum thure, maſtiche, ſan. drac. bolo. arm. charabe, &
ſimiliū quę ſumātur cū aqua mellis aut ſacchari, aut
endiuiæ, plantaginis, & ſimiliū. Et in toto curæ pro-
ceſſu corrigantur accidentia, iuxta primā intentionē
tertij regiminis, ſecūdum quod fuerit expediens. VI
tima aūt intentio tertij regiminis perficitur ut infra.
Regimen enim ſex rerum non naturalium in apoſte
matibus calidis, debet eſſe frigidum, ſed magis in cho
lerico q; in ſanguineo, & in frigidis debet eſſe calidū,
humidum in melancholico, ſiccū in phlegmatico, un
de primo in cal. eligatur aēr frig. uel prępareſ artifici-
aliter modis ſupradictis. Et huic oppoſitus eligatur
in frigidis, uel prępareſ cū igne & ſimilib. Dieta ſit fri
gida & ualde tenuis, ſicut aqua hordei, cum pauco iu,
lep uiolati, uel ſit aqua ſacch. ita ut uſque ad tertium
nihil aliud detur niſi fortè ptiſana, quæ etiam conti-
nuetur uſque ad ſeptimum, uel detur ius pulli paruſ
cum acreſta uel uino granatorum, donec perueniaa-
tur ad extremitates pullarum, et olera ut lactuca, atri
plices, ſpinachia, endiuia, et epatica. Et ſi opus erit pa
nis fiat ex hordeo, uel farre, aut ex farina frumenti
non omnino à furfuribus depurata, uinum non con
ceditur, niſi fortè pauciſerum, cui aqua permixta ſit
ſexcupla. Procedente tamen tempore & propriè cū
uētum eſt ad declinationem dieta, magis incraſſetur.
Et liberius uinum concedi poteſt ſubtile non dulce.
Sit quietus animo & corpore, ſomnus iuuat ad dige
ſtionem & doloris ſedationem, et ratione huius debe
ret eſſe longus, nocet tamen attrahendo materias, eli
gatur ergo mediocris ſcilicet ſeptem horarū aut cir-
ca. Credo tamen minus malum eſſe declinare ad ſom
nū prolixiorē quam oportet, q; ad breuiorē q; opor
tet prǽcipuè in apoſtematibus calidis, in quibus mul
tum impeditur ſomnus. In frigidis uerò ſimiliter die
ta debet eſſe ſubtilis, licet non tantum quantum in ca
lidis ad prohibendum augmentum, & digerendum
humorem. Nam facta diminutione in humoribus
non fiet tantus fluxus, ſed debet eſſe circa temperiem
aut declinans ad calidū ſicut ptiſana, panis lotus, quę
ſi præparentur cum ſchinanthio erunt præſtantiora,
poſtea præparentur cum croco, paſſulis, & alijs dige
rentib. Venter ſit potius lenis, q; ſtrictus. Et pcurenſ
aliæ euacuatiōes naturales & etiam nō naturales ſibi
cōſuetę ſicut fluxus hęmorrhoidalis & ulcus diu cō-
ſuetū & ſimilia. Sōnus ſit ſeptem horarum, aut circa.
Quieſcat animo & corpore.

Cura apoſtematū mirach et lacertorū uētris inferi
oris eſt, pxima curationi apoſtematū epatis. Vnde e
ędē medicinę & eiuſdē intentiōis cōueniūt in utriſq;.
Et nō eſt differētia, niſi quia in his debemus audacius
repercutere in principio, & propriè in augmento, &
audacius reſoluere in ſtatu, et declinatione q; in apo-
ſtematib. epatis. Medicinę ergo poſitę in apoſt. epa-
tis his accōmodenſ in exequēdo intētiōes ſimiles tā u
niuerſales q; particulares. Cura apoſt. meſeraicę ſiue
meſēterij eſt ſimilis curatiōi apoſt. cōcauitatis epatis.

DE DOLORE EPATIS. Cap. XCVII.

CVm quis male fuerit coloratus, & cū hoc malam habuerit formam, habuerit q; dolorem in dextro latere apud coſtas poſteriores, et fuerit eius malus color citrinus, & fuerit cum hoc in ore ſiccitas & ſitis uehemens.

Hoc cap. intitulatū de dolor epatis eſt primū inter
cap. diſpoſitionū epatis, de quib. agit Raſis in parte
pręſenti, quia dolor q̄tum ad quid nōinis aut quid
rei eſt ſatis manifeſtus. Diuidiſ hoc cap. in partes 3. In
1. determinat de dolore à cā cal. In 2. de dolore à cā
frig. In 3. pro cura apoſtematū epatis remittit nos ad
curā apoſtematū ſtomachi. 2. ibi. Quod ſi malus co-
lor 3. ibi. Si aūt apoſte. in epate fiāt. Prima in duas. In
1. ponunſ aliqua ſigna apoſtem. cal. in epate, ſcd'o
curā. 2. ibi. Aqua hordei. In 1. dicit, cū aliquis fuerit
male coloratus, et cū hoc fuerit malę figurę. i. habitu-
dinis ſiue formę, et habuerit dolorē in latere dextro a
pud coſtas poſteriores, quę dicūſ mēdoſę, et color ſu
us malus fuerit citr, & fuerit in ore ſic. et ſitis uehemēs

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.185

Quę duo ſigna poſtrema arguunt dominium caliditatis cum materia colerica, ſupple tu hic, dolor prouenit à cauſa calida.

Aqua hordei, et ſucci herbarum ut endiuiæ, & ſolatri, & cuſcutæ cum ſyrupo acetoſo, de ſaccharo alb. facto in potu tribuatur. Emplaſtrum quoque ex 2. ſandalis & roſis & camph. & aqua roſ. cum pãno lineo loco ſuperponatur. Quod hoc modo fiat. Pannus in prædictis inuolutus ſuperponatur, quando tepere inceperit remoueatur, & alius loco eius apponatur. In potu præterea ſumat granatorum ſuccum, & rob, qui infrigidare conſueuerunt. Hic quoque à uino, & à confectionibus, quæ de melle fiunt ſibi caueat, & à cibis calefacientibus. Et ſumat trochiſcos de berberis. Qui recipit ſucci berberis drachmas decem, ſeminis endiuiæ, ſeminis citrulli, portulacæ, ſeminis omnium, ana drach. tres, roſarum, drachmas duas rauedſeni, drachmam unam, ſpice drachmam ſemis, informentur trochiſci pondere aurei unius, ex quibus detur unus cũ ſyrupo acetoſo de ſaccharo, aut cum ſucco granati. Venter quoq; ſi neceſſe fuerit cum ſucco fructuum ſoluatur, ut ſunt pruna & tamarindi. & ſaccharo albo.

Hic ponit curam. Primo cum aqua hordei, & ſuccis endiuię, ſolatri, cuſcute, mixtis cum ſyrupo acetoſo, ſimpliciter facto ex ſaccharo albo, quæ in potu tribuãtur. Aqua quidem hordei per ſe ne forte mixta cum ſyrup. acetoſo in ſtomacho acetoſetur. Succi uerò ſingulariter aut coniunctim mixti cum ſyrup. acetoſo. Sunt enim aperitiui epatis, confortatiui, & primi duo frigidi. Sed ſuccus cuſcutę, circa tẽperiẽ notabiliter aperitiuus oppilationũ, & propriè pori fellei.

Secundo emplaſtrum, id eſt, epithyma ex duobus ſandalis, ana, ʒ. 2. roſ. ʒ. 1. camphoræ, ℈. s. aquæ roſ. ℥. 3. in quo infundatur pannus & aliqualiter compreſſus regiõi epatis applicetur notabiliter frigidus. Et cũ tepere cœperit remoueas & alius actu frigidus ſuperponatur. ait enim Auicen. per frigiditatem actualem et potẽtialem caliditas epatis ſuperflua temperetur. Tertio in potu ſumat uinum granatorũ, ſcilicet muzorum aut acrium & ſimiliter rob, id eſt, ſuccos per decoctionem aut ad ſolem inſpiſſatos qui frigidi ſint ſicut rob de agreſta de acetoſitate citri, limonis & ſimiliũ cũ aqua endiuię, epaticæ & ſimiliũ, aut cum aqua cocta cum ſaccharo. Quarto à uino confectionib. de melle & cibis calefacientibus abſtineat. Quinto ſumat trochiſcos de berberis. Quorũ deſcriptio. ℞. ſuc. berberis frig. et ſic. in fine tertij ſem. endiuię, citrulli, portul. añ ʒ. 3. roſ. ʒ. 2. rauedſeni, ʒ. 1. ſpicę, ʒ. s. informent trochiſci põdere aur. 1. ex quib. detur unus cum ſyrupo acetoſo, de ſacch. aut cũ ſucco granati. Sexto uẽter, ſi neceſſe eſt cũ ſucco fructuũ ſoluatur, ſi haberi põt, ſi uerò non. ℞. prunorũ, tamarindorũ, ana. ℥. 3. incidãtur & infundãtur in una ℔. aquæ & media per decem horas, deinde bulliant, donec remaneat tertia pars aquæ & coletur ſufficienter exprimẽdo & calida in potu exhibeatur cum ſaccharo dulcoretur.

Quod ſi malus color qui eſt cum dolore epatis fuerit albus, medius uidelicet inter eum. qui eſt cum fluxibilitate, et cum qui eſt cum tumore, fueritque cum eo uentris ſolutio & palpebrarum atq; extremitatum tumor, trochiſci de rauedſeni cum ſyrupo acetoſo de melle in potu dandi ſunt. Rec. ſpicæ maſtichis, ſuc. eupatorij, ſucci abſinthij, ſeminis fœniculi, aniſi omnium ana drachm. 2. rauedſeni drach. 10. informentur trochiſci pondere aur. unius ex quib. unus in potu omni die tribuatur. Sumantur præterea maſtix, ſpica, ciperi, ſchinanthus, calamus, aromat. croc. mirrha, deinde mirrha & maſtix in uino diſſoluta cum alijs miſceantur, & ex eis emplaſtrum epati ſuperponatur.

Aeger uerò à cibis frigidis & craſſis abſtineat. Si autem hæc non ſuffecerint trochiſci de lacca cum apozemate de radicibus ſunt dandi. Trochiſci autem de lacca ſunt iſti. Rec. laccæ, rauedſeni amborum, ana drach. 3. ſpicæ, ſeminis apij, ameos, maſtichis, ſchinanthi, ſem. iuniperi, amygdalarum amararum, coſti amari, rubeæ, ſucci eupatorij, aſari, ariſtol. rotun. gentianæ, omnium. ana drach. 1. s. informentur ex his trochiſci pondere auri unius. Apozema de radicibus. Rec. cordicum radicũ apij, fœniculi amborum, ana drach. 10. ſem. apij, ſem. fœniculi, florum, ſchinanthi, ameos,

os, omnium ana. drac, 5. roſ. rub. ſpicæ odoriferæ, amborum, ana. drac. 3. coquantur in lib. 1. donec ad tertiam redeãt, & det in potu cum prædictis trochiſcis.

Hic ponit curam, quãdo eſt à cauſa frigida. primo per trochiſchos de reubarbaro, & emplaſtrum, ſecundo per regimen uitæ, tertio per trochiſchos de lacca quos deſcribit, & deſcribit etiam decoctionem unã, quam uult dari cum dictis trochiſchis. ſecunda ibi. Æger uero. tertia ibi. Si autem hæc. In prima parte dicit, quod ſi malus color, qui eſt cum dolore epatis fuerit albus atteſtans phlegmati; medius uidelicet inter eum, qui eſt cum fluxibilitate, id eſt, magna mollitie, qualis eſt mollities reperta in hypoſarca ſupra, & paruam mollitiem qualis eſt mollities phlegmatici naturaliter diſpoſiti, & medius etiam inter illum, qui eſt cum tumore hypoſartico, & illum qui eſt in phlegmatico naturaliter diſpoſito. Iſte enim color, de quo eſt hic ſermo, eſt propriè color cazetici qui eſt medius inter cholorem hypoſarcæ, & naturalẽ phlegmatici, ſicut etiam mollities & tumor ſunt medij. Quod ſi fuerint cum eo uentris ſolutio, & palpebrarum, atque extremitatum tumor, ſicut aliquando accidit, trochiſci de rauedſeni cum oximelle dandi ſunt in potu. Rec. ſpicę, maſtichis, ſucci eupatorij, ſucci abſinthij, ſem. fœniculi, aniſi. añ. ʒ. 2. raued. id eſt, rheubarbarum, ʒ. 10. informentur trochiſci põdere unius aur. ex quibus in potu omni die ſumatur cũ aliquo liquore proprio, ſicut aqua abſinthij, aut eupatorij, aut apozema ſtatim deſcribendum. Sumatur præterea, hic deſcribitur emplaſtrum, Rec. ſpicæ, maſtix, ciperi, ſchinanthi, calami, aromat. ana. ʒ. 2. croci. ʒ. 1. mirrhe. ʒ. 2. conficiatur hoc modo, mirrha, & maſtix in uino diſſoluãtur & cum alijs miſceatur, & epati ſuperponatur. Et ſi non eſſet bene tenax addatur plus de maſtiche & mirra. Æger uerò à cibis craſſis & frigidis abſtineat. Si autem hæc non ſuffecerint trochiſci de lacca cum apozemate, id eſt, decoctione de radicibus dandi ſunt, qui, Recip. laccæ, rauedſeni amborũ, ana. ʒ. 3. ſpicæ, ſemi. apij, ameos maſtichis, ſchinanthi, ſemi. iuniperi, amigdalarũ amararũ, coſti amari, quia calidior, rubeæ, ſucci eupatorij, aſari, ariſtolochiæ rotundæ, gentianæ, ana. ʒ. unam ſemis, informentur trochiſci ponderis, aurei. 1. Ex quibus detur unus cũ apozemate de radicibus, quod Recipit, corticum radicum apij, fœniculi, añ. ℥. 10. ſem. apij, ſem. fœniculi florum ſchinanthi, ameos añ. ʒ. 5. roſarum rub. ſpicæ odoriferæ, añ. ʒ. 3. coquantur in lib. 1. aquę donec redeat ad tertiam, & detur in potu cum prædictis trochiſcis. Certe ego non credo tantam quantitatem rerum in una lib. poſſe decoqui, immo uix ſufficerẽt tres lib. ex quo collige magnam quantitatem rerum debere poni in decoctione, cuius oppoſitum faciunt moderni. Sed mihi uidẽtur antiqui & moderni tenere extrema, complexiones iſtarum medicinarum ſunt ſæpe dclaratæ ſuperius.

Si autem apoſtemata in epate fiant, eorum cura erit ut apoſtematum quæ in ſtomacho generantur.

Raſis in parte pręſenti pro cura apoſtematum epatis remittit nos ad capitulum de cura apoſtematis ſtomachi. Dolor epatis, aut eſt perforatiuus & fit à uẽtoſitate, aut uapore craſſo ſub panniculo contento paruum ſpacium occupante. Aut eſt extenſiuũ & fit à uentoſitate, aut uapore ſatis magnum ſpacium occupante, aut ab humore multo extẽdente. Aut eſt pungitiuus, & fit ab humore acuto panniculum pungente. Aut eſt grauatiuus, & fit ab humore multo aut craſſo ſiue apoſtemet ſiue non. Sunt & aliæ ſpecies dolorum, ſed hæ communiter accidunt epati.

Sed pro notitia cauſarum eſt ſciendum, quod cauſa immediata doloris eius eſt ſolutio cõtinui, aut mala complexio panniculo cõmunicata, cum epar quãtum ad eius carnem nõ ſentiat. Prima autem cauſa ſolutionis continui eſt uentoſitas, aut uapor craſſus extendens panniculum & faciens inflationem. Qui uapor & uentoſitas non inueniunt exitum, aut propter multitudinem, aut propter oppilationem. Cauſæ autem uaporum & uentoſitatum & conſequenter inflationis epatis ſunt ſicut in inflatione ſtomachi dictum eſt. Aut ex parte ciborum & proprie illorum quæ in ſecunda digeſtione uentoſantur, quorum uentoſitas in epate retinetur faciens eius inflationem, ſicut illa quæ generatur in tertia digeſtione eſt cauſa erectionis uirgæ. Aut ſunt ex parte caliditatis medię inter reſoluentem inſenſibiliter, & non potentem humidum uentoſare, plurimum tamen cauſa materialis eſt multitudo phlegmatis aut melancholiæ, ubicunq; ſit in epate, uenis, ſtomacho uel ſplene. Secunda cauſa ſolutionis continui aut malæ complexionis & conſequenter doloris eſt multitudo humorum aut eorũ acuitas abſque quod apoſtement. Tertia cauſa eſt apoſtema calidum aut durum. Nam phlegmaticum raro facit dolorem notabilem. Quarta cauſa eſt motus criticus aut ſymptomaticus humorum qui dolorem faciunt aut ſuis uaporibus, aut quia ipſimet moti ad epar, implendo extendunt, & ſimul faciunt malam complexionem & ſolutionem continui. Quinta cauſa eſt oppilatio. Sexta debilitas. Sciendũ tamen, quod quando dolor epatis eſt fortis, aut eſt ab apoſtemate, aut à uentoſitate, & ſi eſt ab apoſtemate eſt febris & grauitas. Si uerò à uentoſitate, non eſt febris neque grauitas & talem dolorem reſoluit febris iuxta aphor. 49. ſeptimæ particulę. Quibuſcunq; circundolet epar his febris ſuperueniẽs ſoluit dolorem.

Signa uentoſitatis & inflationis ſunt tenſio quædã in epate, & additio feſtina & mutatio, propriũ enim uentoſitati eſt cito augeri & minui, mutari & interpolare & ibi non eſt grauitas, neq; alteratur cum ea forma niſi uentoſitas habeat materiam fouentẽ, & quandoque compreſſio ſedat eam, ſimiliter carminantia ſi ipſa uentoſitas non habet materiam. Signa uerò malarum complexionum, epatis debilitatis, oppilationis apoſtematum patent ex cap. præcedentibus.

Criſis uerò cognoſcitur ex præcedenti ægritudine quæ cum ea terminatur.

Prognoſtica. Primum. Dolor epatis ſanatur ſi ægritudines à quibus pendet ſanari poſſunt. Secundum eſt ex lib. Hippocratis, inuẽto in ſepulchro, quãdo eſt dolor epatis cum pruritu uehementi in camadati, id eſt, in collo uel poſteriori parte capitis & pollice pedis, & apparet boihor ſimile fabæ in collo mo-

ritur talis in quinto, ante ortum ſolis, & acidit ipſi difficultas urinę cum diſtillatione propter oppilationem in collo ueſicæ, propter nocumentum lacerti eius. Et ratio huius eſt, quia hic dolor fit ab humoribus malignis, qui ſunt opilatiui, ideo fit difficultas urinæ, & in ipſis eſt caliditas & bauracitas, unde eleuantur uapores, qui faciunt pruritum in locis dictis, & natura tentat materiam expellere, & non poteſt niſi paruam partem permutare, cuius ſignū eſt bothor in collo, ergo ſignificatur, cum hæc ægritudo ſit acuta, quod natura cito ſuccumbet, ſcilicet in fine quarti, ideo moritur ante ortum ſolis quinti diei.

Cura doloris epatis ſi ſequatur uapores & uentoſitates inflantes & extendentes exigit ſex intentiones. Prima euacuat euacuatione integrata ex minoratiuo, digeſtiuo & eradicatiuo, etiam iteratis ſi fuerit expediens: Secunda diuertit cum clyſteribus, & alijs generibus diuerſionum. Tertia aperit uias ut uentoſitas ubere poſſit exire. Quarta uentoſitates reſoluit epar confortando. Quinta corrigit accidentia. Sexta ordinat debitum regimen ſex rerum. Sumat pro minoratiuo iuxta primam intentionem, ſeptem pilulas de rheubarbaro, aut de eupatorio, aut de alchechengi. Et pro digeſtiuo ſyrupum acetoſum compoſitū aut oximel compoſitum cum aqua abſinthij cichoreæ & ſimilium, & pro eradicatione pilulas de raued aut aggregatiuas aut electuarium indum. Pro ſecunda intentione utatur clyſteribus carminantibus uentoſitatem, & euacuantibus humores, ex quibus uentoſitas generatur. Et aliquando ponātur uentoſę ſub epate. Sed pro tertia utatur dialacca, aut diacurcuma & ſi uiderentur nimis calidæ cum diarhodon temperentur. Sed pro quarta utatur fomentis reſoluētibus uentoſitatem, ſicut eſt fomentatio, cum oleo de ſpica, aut cum decoctione in uino, aut aqua carminantium uentoſitatem ſicut ſpica, anethum, ruta & ſimilia, aut cum ſacculis ex milio aut furfure torrefacti, aut uino aſperſis, & apud Auicennam conſyderetur, ad quod latus declinet uentoſitas, nam ſi extenditur dolor ad partes inteſtinorum, tūc ſolue uentrem prius cū prædictis, deinde ſolue uentoſitatem, & ſi extenditur ad diaphragma, oſſa pectoris, & dorſum adminiſtra diuretica ſicut dialacca &c. Deinde reſoluentia uentoſitatem prædictam. Sed pro quinta intentione corrigantur accidentia ſecundum exigentiam. Pro ſexta uerò apud Auicennam cōuenit uinum purum in ieiunio, ſed in modica quātitate, uitet potum aquę frigidæ, ſit parcus in cibo & potu, qui tamen declinent ad calidū & ſiccum ſecundum plurimū, & utatur aperientibus & carminantibus uentoſitatem, & uitet multiplicantia uentoſitatem & oppilantia, ſed de his dictum eſt in paſſionibus ſtomachi, & dicetur in colica uentoſa & tympanite, inter cætera notabiliter exercitetur ſtomacho ieiuno. Doloris autem pendentis à reliquis cauſis, ſcilicet à mala complexione ſine materia & cū materia, ab apoſtematibus, ab oppilationibus & debilitate, cura patere poteſt ex capitulis præcedentibus & pro magna parte patet ex textu Raſis. Auicenna tamen appropriat quædam in cura doloris epatis, ſicut trochiſcos de rheubarbaro, confectionem de reubarbaro, diacurcuma & ſimilia, quæ lege in eo in proprio capitulo.

DE ICTERITIA. Cap. XCVIII.

SI cum icteritia. Quia icteritia ſecundum plurimum cauſatur uitio Kyſtis fellis, ideo de ipſius anatomia iuxta morem conſuetum agendum eſt. Kyſtis fellis quę deſcriptiue eſt membrum inſtrumentale paruū, figurę oblongæ ad rotunditatē tendentis ſub media pennula epatis collocatum ex una pellicula, neruo, arteria & uena compoſitum ex fundo, & collo trifurcato integratum, ad mundificandum choleram à ſanguine, ipſamq; ad fundum ſtomachi pro uigoranda digeſtione expellendum, ad inteſtinum duodenum, pro uigoranda expulſione finaliter ordinatum. Eſt quidem inſtrumentale, quia compoſitū & ad operationes, pro conſeruatione indiuidui, neceſſarias totiq; communes ordinatū. Paruum quidem ſaltem in comparatione ad ſplenem, cū minor ſit quantitas choleræ quam melancholiæ. Eſt autem figuræ oblongæ, ſic enim aptius diuidi poteſt in collum & fundum eius. Tendit autem ad rotunditatem, quia hæc figura eſt omnium capaciſſima & à nocumentis magis tuta, & eſt collocatum ſub media pennula epatis quantum ad fundum, licet collum à medio epatis originem trahat. Hoc enim conueniens fuit, ut cholera ſuperflua poſſet apertius ad ipsū purgari, in medio enim epatis perficitur digeſtio, & in ea parte cholerę reſecatio. Et ex hoc patet cōcordia. Gal. 5. de iuuamentis membrorum dicentis Kyſtim fellis in medio collocari inter uenas, quæ deferunt chilum ad epar, id eſt, meſeraicas & uenas quæ deferunt ſanguinem ad membra, id eſt, uenam chilim. Hoc enim intelligitur de collo eius, quantum ad ipſius originē, non autem de fundo, & eſt compoſita ex unica pellicula habente tres ſpecies uillorum, ſola enim ſibi ſufficit ex unico neruo, & unica arteria uenientibus ad ipſam ad dandum ipſi ſenſum & uitam, & hi ſunt rami nerui & arteriæ, qui delegati ſunt à cerebro & corde ad epar, uena autem ipſam nutriens deſcendit ab epate. Eſt autem integrata ex fundo ad continendū choleram in modum ſacculi, & collo eius trifurcato. Prima autem pars colli cōtinua fundo fert choleram ad fundum, & ipſam refert cum expellenda eſt ad ſtomachum, & ad inteſtina, propterea dixit Gal. 3. uirtutū naturalium, quod Kyſtis per idem collū attrahit choleram & expellit. Hoc autem collū biſurcatur. Vna pars tendit ad medium epatis ſiue melius ab ipſo oritur, quæ ſolum eſt choleræ ad Kiſtim delatiua. Alter autem ramus tendit uerſus fundum ſtomachi, & inteſtinum duodenum, & bifurcatur in quibuſdam, una eius pars quæ eſt minor, uadit ad fundum ſtomachi, ad uigorandum digeſtionem. Altera autem pars, & maior uadit ad duodenum ad uigorandum expulſiuam inteſtinorum propterea feces ſunt citrinæ. Si autem contingat quod maior eſt ramus, in quibuſdam tendens ad ſtomachum, illi ſunt infelices à generatione cum fere quotidie choleram euomant, & ſunt ſtricti ſecundum uentrem. Poſtea in diffinitione exprimuntur tres fines Kyſtis fellis. Vnus ad mundificandum choleram à ſanguine ne nutritionem impediat. Secūdus eſt ad uigorandum digeſtionem ſtomachi. Tertius ad uigorandum expulſiuam inteſtinorum. Et ex his patet, quia Kyſtis fellis eſt complexionis calidæ & ſiccæ, quantum ad complexionem innatam,

acuatam per influentem, & poteſt pati omne genus ægritudinis ſimplicis, & compoſitę, præcipue frequēter patitur oppilationem, ad quam ſequitur icteritia de qua Raſ. agit in præſenti capitulo. Icteritia dicta eſt ab aue icteri croceo colore. Et eſt auis quę comedit ficus. Vnde Plinius. Icteris uocatur auis à colore, quę ſi ſpectetur ab icterico ſanari illud malum tradūt & auem mori, à quibuſdā dicitur morbus arcuatus, ab iri arcu propter colorum uarietatem. Icteritia deſcriptiue apud Auic. 15. tertij. eſt alteratio coloris fœda, ad citrinitatem tendens, aut nigredinem propter curſum humoris citrini aut nigri ad cutem & quæ ſequuntur eam.

Icteritia eſt triplex citrina, nigra, & uiridis. Citrina pendet à cholera citrina. Nigra à cholera nigra, ſiue melancholia. Viridis à colera uiridi, uel ab utriſque ſimul mixtis. Ex colore enim citrino admixto colori nigro reſultat color uiridis. His ergo duobus humoribus uenientibus ad cutim cauſatur icteritia uiridis. Quanquam ſit imaginabile à cholera uiridi praſſina uel zinaria ſparſa, ad cutim fieri icteritiam uiridem. De hac tamen cum rariſſime cōtingat perpauci autores faciunt mentionem. Hi autem humores ſi putrefierent facerent febres, cholera quidem tertianā, malancholia quartanam, ambe ſimul utranq;.

Cauſę autem citrinæ. Secundum plurimum eſt ex parte epatis, & Kyſtis fellis. Et cauſa nigræ eſt ex ſplene. Et quandoq; accidit ex epate, cum ſuperfluat eius caliditas. Et quandoque accidit ut ſit cauſa citrinæ aut nigræ ſimul complexio communis corpori cum ſuperfluit in caliditate, conuertitur enim ſanguis partim in choleram, partim in melancholiā per aduſtionem. Sed loquamur prius de cauſis citrinæ. Cauſæ ergo icteritiæ citrinæ ſunt, aut multitudo choleræ & generatiōis eius, aut prohibitio euacuationis eius. Cauſæ autem multitudinis choleræ ſunt primitiuæ, aut corporeæ. Et primitiuæ aliquæ ſunt extraneæ, ſicut morſus ſerpentis qui dicitur gererati, morſus tyri uel ueſpæ groſſæ, & punctura pediculi uulturis, & res bibitæ ſicut fel leopardi & uiperæ quando non interficiunt ſtatim, & ita ſunt omnes medicinæ fortiſſimæ caliditatis adurendo ſanguinem in choleram. Sunt autem quædam nō extraneæ ſumptę ex ſex generibus rerum ſicut ęſtas & aër ualde calidus & ſiccus & uenti ſimiles, & influxus cœleſtes, ſol, ignis, & huiuſmodi. Item potus calidi ſicut uinum, potus aquę uitis, & aqua multi mellis, & omnia notabiliter dulcia & amara & acuta, & maximè res cal. ſubtilis ſubſtantiæ quæ ſunt aptæ ſuperfluæ decoqui. Item ex parte artificij ſicut res fixæ aut ſuperfluæ aſſatę, ex his enim eſt apta multa cholera generari. Item uigiliæ ſuperfluæ & exercitiū intenſum & maximè ſub æſtu ſolis aut circa materiam aduſtiuam. Similiter accidentia animi multum inflammantia ſicut ira, timor, &c. Cauſæ autem corporeæ ſunt, aut propter totum aut propter epar, licet ſtomachus coadiuuet & cor, cum multum ſunt calidi. Propter totum quidē ſicut quādo totum corpus multum ſuper calefit à febre, aut ex alijs cauſis. Subtile enim ſanguis conuertitur in choleram. Et quandoq; choleram cum multa eſt & acuta, natura ſtimulata critice aut ſymptomatice expellit ad cutem ſicut plerunq; accidit in febribus choleridis iuxta Aphoriſ. 62. quartæ particulæ, Quibuſcunque in febribus in ſeptima aut nona, aut undecima, aut decimaquarta die icteritia ſuperuenit bonum, ſi non dextrum hypochondrion durum fiat. Si uerò fit non eſt bonum, & tunc fit ſubito icteritia. Quandoq; fit paulatim quando illud quod de cholera paulatim generatur, ad cutim tranſmittitur & non reſoluitur propter ſpiſſitudinem cutis, uel craſſitiem materiei, uel prohibitionem reſolutionis ab aëre frigido, & propriè quando flant uenti ſeptentrionales. Similiter contingit in retentione ſudoris à quacunq; cauſa fiat. Propter epar uerò quando eſt calidiſſimæ complexionis, & tūc ferè ſemper homo eſt aliqualiter ictericus, aut quādo ſuperfluè calefit, ſicut in febribus & apoſtematibus calidis. Aliquando etiam ſupercalefit epar ſupernaturaliter propter longam moram choleræ in ipſo, aut propter oppilationem, aut debilitatem expulſiuæ ſuæ, aut debilitatem attractiuæ Kyſtis. Et ita de alijs cauſis præter modum inflammantibus epar, ut panni calidi, clyſteria calida quibus aliquando utimur in colica, aquæ uitis, & potius reliqui ſuperfluè calidi. Prohibitio autem euacuationis eſt, aut ab epate, aut à Kyſti, aut ab inteſtinis, aut ab alijs membris. Ab epate quidem, quia uirtus eius expulſiua aut ſeparatiua ſiue diſcretiua eſt debilis propter aliquam eius ęgritudinem, aut fortè, quia oppilatum eſt propter cauſas oppilationis ſupraſcriptas, aut facta eſt oppilatio in principio uel circa principium canalis, per quem Kyſtis recipit choleram ab epate ſiue illa oppilatio ſit coniuncta apoſtemati ſiue non. Ex parte uerò Kyſtis ſumuntur cauſæ multipliciter aut propter debilitatem attractiuæ eius aut intenſionem eius, unde attrahit multum uice una, & impletur nimis & extenditur præter modum, & ſic debilitatur maximè ſecundum uillos longitudinales & latitudinales, ut neq; poſſit expellere neq; attrahere. Itē aliquando accidit propter nimis feſtinam attractionem, quod aliquod phlegma ſimul cum cholera attrahitur nondum facta perfecta ſeparatione in epate, quapropter fit oppilatio, aut in meatu per quē cholera attrahitur ad ipſum, aut per quem expellitur ad ſtomachum aut ad inteſtina. Quapropter huiuſmodi oppilatio poteſt eſſe in triplici meatu, ſcilicet, aut in illo per quem attrahit ab epate, aut per quē expellit ad fundum ſtomachi, aut per quem expellit ad inteſtina. Sed per communitatem ab inteſtinis fit icteritia, quādo oppilatur extremitas meatus Kyſtis fellis ad ieiunum propter phlegmata, quæ ſunt in ipſis inteſtinis obturātia orificium dicti meatus, uel dū ipſa inteſtina ſunt oppilata ut in colica & ileos dicetur. Cholera etiam craſſa replens inteſtina poteſt eſſe cauſa, cur cholera exiſtens in Kyſti non ueniat ad inteſtina quamuis meatus ſit apertus. Et in hoc caſu aliquando cholera in inteſtinis retenta aſcendit ad ſtomachum per reuolutiones inteſtinorum, & fit ardor in ſtomacho, & corruptio digeſtionis, uertigo & ſimilia. Et in his caſibus non habens deſcenſum per inteſtina reuertitur ad epar, & poſtea ſpargitur cum ſanguine per totum, & eſt cauſa icteritiæ. Hoc autem eſt ualde raro, & non niſi ſopita expulſiua uel deſtructa ſopito, aut deſtructo inteſtinorum ſenſu, uel etiam deſtructa operatione uillorum latitudinalium ipſorū inteſtinorum, quod aliquādo accidit propter nimiā ipſorum extenſionem, unde colica eſt cauſa icteritiæ.

& antecedit

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.187

& antecedit eã, & aliqñ icteritia antecedit colicã, quã do propter oppilationẽ aut aliã cauſam cholera retẽta nõ uenit ad inteſtina ad ſtimulandũ expulſiuã, & lauandum inteſtina, & pendent ambę, ſcilicet icteritia, & colica ab eadem cauſa communi, utputa ab oppilatione pori fellei uenientis ad inteſtina, ultimo fit per communitatem ab alijs membris, ſicut quando propter oppilationem pororum cutis prohibetur cholerae reſolutio. Icteritia nigra in cauſis ſimulatur icteritiæ citrinæ. Eſt enim quandoq; propter multitudinem melancholię, quandoq; propter prohibitionem euacuationis eius. Cauſę uerò multiplicationis eius, quandoq; ſunt primitiuæ ſicut caliditas aëris adurẽs & frigiditas congelans, nec non cibaria proportionata generationi melancholiæ, de quibus dictũ in cap. de melancholia. Cauſæ corporeæ ſunt ſuperflua caliditas epatis aut totius adurens ſanguinẽ, & craſſum eius conuertens in melancholiam. Aut eorum ſuperflua frigiditas congelando ſanguinem denigrans & in melancholiam conuertens. Cauſæ autem calefacientes & infrigidantes poſſunt eſſe primitiuæ iam dictæ & corporeæ ſicut febres adurentes & totius frigiditas ſuperflua maximè ſiccitati coniuncta. Item aliquando hæc icteritia eſt critica ſicut in febribus quartanis aut ægritudine ſplenis, & fit in paruo tempore cum uirtus expellens eſt fortis & materia non multum craſſa. Aliquando uerò fit in longo tempore melancholia paulatim generata & paulatim ad cutim expulſa. Secũdo icteritia nigra fit propter prohibitionem euacuationis ſequentem debilitatem deſcriptiuæ & expulſiuæ epatis, aut debilitatem attractiuæ ſplenis aut nimiam eius repletionem. Aut oppilationem rami uenæ portæ deferentis melancholiã ad ſplenem, aut oppilationem meatus à ſplene ad os ſtomachi, aut propter oppilationem inteſtinorũ aut meſeraicarum quæ ab ipſa terminantur. Ego autem uidi icteritiam nigram ſequentem gibboſitatem per quam fiebat tanta compreſſio ſuper ſplenem, ut non poſſet recipere melancholiam ſibi ab epate delegatã, aliquando duæ icteritiæ, ſcilicet, citrina & nigra ſimul coniunguntur propter cauſas & nocumenta cõmunia epati Kyſti fellis & ſpleni, aut quia duæ choleræ ex ſanguine generantur per eius aduſtionem, uel cum ſanguine commiſcentur & ſparguntur in toto.

Signa icteritiæ ſecundum eius tres ſpecies ſunt manifeſta uiſui. Manifeſtatur autem ſecundum plurimũ in coniunctiua oculi propter eius albedinem facientε, ut omne minimum ueſtigium in ea facilè & ſubito appareat. Sed opus eſt ut ponamus ſigna cuiuſcunq; propria & cauſarum eius incipiendo ab icteritia citrina. Primum ſignum ferè commune omni icteritiæ citrinæ eſt urinæ citrinitas propter mixtionem choleræ cum ea, imò interdum tãta fit choleræ admixtio cũ aquoſitate urinali, ut urina appareat nigra & ſtante icteritia quanto magis tingitur tanto maior ſignificatur fortitudo expulſiuę epatis, licet melius eſſet ut expelleretur ad inteſtina. Secundo, minoratur appetitus propter caliditatem & horribilitatem choleræ, & econtra multiplicatur ſitis. Tertio, corpus exiccatur & extenuatur. Quarto, fit paulatim niſi icteritia ſit critica. Quinto, fit pulſus paruus & durus propter debilitatem uirtutis & arteriæ exiccationem à caliditate & ſiccitate ſuperflua & mala reſtauratione, non eſt tamen uelox, quia uirtus non eſt ita fortis ut uelocitare poſſit propter malitiam complexionis & hæc ſunt ſigna icteritiæ citrinæ abſolutæ ferè communia cuicunq; icteritiæ citrinæ. Signa uerò cauſarum ſumuntur hoc modo. Nam ſi fuerint primitiuæ earum præceſſio & nocumentum ex eis in corpore derelictum declarant eas, nam ſi fuerit morſus animalis uenenoſi, ipſe morſus eſt ſignum & aduentus icteritiæ ſatis feſtinus, & ſimiliter ſi ſumpſerit uenenoſa ipſorum præceſſio. Aduentus feſtinus icteritiæ & reliqua accidentia ueneni ſignificant ipſam. Item non apparent aliæ cauſæ icteritiæ. Et ſimiliter ſignificant reliquæ cauſæ primitiuæ ex earum præceſſione & nocumento ex ipſis derelicto. Et quia nõ apparent prętereas aliæ cauſæ icteritiæ. Cauſæ uerò corporeæ cognoſcũtur hoc modo. Nam ſi fuerit icteritia propter nocumentum totius, ſignificatur ex ægritudinibus totius ſicut ſunt febres, quæ adurendo ſubtile ſanguinis conuertunt in choleram. Aut fortè debilitando uirtutem prohibent ſeparationem choleræ à ſanguine, & hæc icteritia fit paulatim. Et non apparent feces albæ ſicut in icteritia ſequente oppilationẽ, imò ferè omnia exeuntia apparẽt citrina, nec apparet grauedo quæ ſentitur in oppilatiua. Signa uerò malarum complexionum epatis debilitantis ſuam uirtutem, oppilationum & apoſtematum eius dicta fuerũt ſuperius cum pertractatæ fuerunt eius ægritudines. Cognoſcitur autẽ pendere à caliditate ſuperflua epatis ſibi naturali, quia ferè ſemper eſt homo aliqualiter ictericus. Tertia uerò ſignificatur per ægritudines præcedentes in quibus ueriſimiliter talis criſis poteſt & conſueuit fieri. Hæ autem ſunt febres cholericæ iuxta Aphor. 61. ſextæ particulæ ſuperius allegatum. Et eſt cum pluribus cõditionibus laudabilis criſis. Secundo, quia fortè coniungetur nauſeæ ſubuerſio. Et fortè aliquis uomitus aut ſeceſſus cholericus, inſtãtia uigiliarum, paruitas appetitus, linguę ſiccitas & amaritudo cibi, quæ omnia fiunt ex agitatione materiæ cholericæ, imò aliquando fiet anhelitus conſtrictio, & diuerſitas in uaporibus à materia agitata eleuatis prouenientibus ad pulmonem. Et fortè per eoſdem nocebitur cor, & fiet pulſus diuerſus & fit in paruo tẽpore. Symptomatica uerò cognoſcitur per eadem ſigna, ſed cum eſt paucis aut nullis conditionibus laudabilis criſis. Cũ uerò cholera non expellitur ad cutim critice aut ſymptomatice fit icteritia paulatim & in longo tempore. Et hæc ut plurimũ ſunt ſigna icteritiæ ſequentis multiplicationem choleræ, quibus omnib. ſignum commune eſt quod omnia exeuntia ſunt citrina. At differentiam icteritiarum quæ ſequũtur prohibitionem euacuationis cholerę in quibus ferè nunquam omnia exeuntia ſunt citrina. Prohibitio autem euacuationis coleræ, quæ ſequũtur aut debilitatem diſcretiuæ & expulſiue epatis & debilitatẽ diſcretiue Kyſtis aut expulſiue eius, aut oppilationẽ, cognoſcitur hoc modo. Nam ſi ſequatur debilitatẽ uirtutum de quibus ſupra, icteritia fit paulatim, & in longo tempore neq; eſt ualde intenſa, & feces non apparent albæ ſicut in oppilatiua, imò medio modo ſe habẽtes inter albedinem & citrinitatem. Item adſunt ſigna debilitatis uirtutũ epatis, de quibus in proprio capitulo ſufficienter actum eſt. Signa uerò debilitatis Kyſtis cum conſtantia epatis ſunt, quia urina fit multum

multum citrina, & in paruo tempore & icteritia ſatis intenſa, neq; apparent reliqua nocumenta epatis.

Oppilatiuę uerò ſigna ſumuntur hoc modo: Nã ſi oppilatio fuerit in poro felleo exiſtẽte ſub media pennula per quem cholera delegatur ad Kyſtim cognoſcitur, quia adeſt grauitas in epate & inflatio propter retentionẽ choleræ in eo. Et prius fit icteritia & urina citrina, poſtea feces dealbantur. Si uerò oppilatio fuerit in poro felleo terminato ad duodenum prius apparent feces albæ, poſtea fit urina citrina, & icteritia & fortè commouetur nauſea, ſubuerſio & uomitus cholera retenta & deriuata ad ſtomachum, & uenter ſtringitur, & fortè fit colica, cuius cauſa eſt oppilatio iam dicta. Cognoſcitur autem quod colica ſit cauſa icteritiæ quando ipſa præcedit icteritiã. Cognoſcitur autem quod ſit oppilatio in poro felleo terminato ad ſtomachum ex diminutione digeſtionis ſtomachi, & quod non repræſentatur amaritudo in ore ſecundum quod cõſueuit, & cum hoc icteritia eſt remiſſa, & fit in lõgo tempore & feces ſunt citrinæ.

Signa uerò cauſæ oppilationis ſumuntur hoc modo. Nam ſi cauſa eſt humor craſſus ſignificatur per regimen præcedens. Et ſi cauſa eius eſt naſcentia rei alicuius in meatu, aut eius incarnatio ſignificabitur per aſſiduationem icteritiæ, & per aſſiduationem ſignorum oppilationis, & paucitas iuuamenti per adminiſtrationem clyſteriorum & reliquorum apparentiũ, & ſi oppilatio fuerit attenuatoria ſequens apoſtema membri uicini aut aliud ſimile cognoſcitur per ſigna apoſtematis illius membri, aut alterius ſimilis ægritudinis potentis oppilare attenuatoriæ.

Prognoſtica. Primum. Omni oppilatione meatus epatis ad fel, aut meatus fellis ad inteſtina quæ ex incarnatione aut poro ſiue carne orta in meatu non ſperatur ſanitas. Secundum. Secundum plurimum uelocius generatur icteritia citrina q̃; nigra, quia facilius & uelocius à cauſis extraneis generatur cholera quàm melancholia. Tertium. Sicut icteritia citrina eſt frequens criſis ægritudinum epatis, & Kyſtis fellis ægritudinum cholericarum, ita icteritia nigra ſplenis & melancholicarum. Quartum. In illo qui habet icteritiam factam & non curatur neq; materia expellitur eſt timor. Nam pluribus eorum accidit mors ſubita materia repente cõmunicata cordi aut alteri mẽbro nobili. Quintum. Eſt Aphor. 62. quartæ particulæ, Quibuſcunq; in febribus in ſeptima aut nona aut. 12. aut 14. die icteritia ſuperuenit bonũ ſi dextrũ hypochondrium nõ durum fiat. Si uerò durum fiat non bonum. Sextum, Hippocr. dixit in his quæ referũtur ad ipſum quod icteritiæ ſpecies eſt mala, quã do in urina patientis ipſam eſt ſimilitudo orobi, id eſt, corpuſculorum generatorum per aduſtionem, & eſt profundatio in uentre propter exiccationẽ & tremor, & impotentia locutionis propter debilitatem uirtutis animalis interficit enim in 14. uel circa ſecundum tenorem uirtutis. Septimum. Quando diu remanet urina alba aut parum tincta icteritia non curata, eſt timendum quod habens eam cadat in hydropoſim, ſignificatur enim quod oppilatio eſt ex frigore.

QVod icteritia fit nigra ſenſui manifeſtũ eſt, cuius cauſa coniuncta ſemper eſt melancholia. Hæc autem ſecundum plurimum prouenit uitio ſplenis, poteſt tamen uitio totius & epatis prouenire. Sed icteritia citrina nũquam prouenit uitio ſplenis. Et cum hac icteritia nigra undecunq; proueniat frequenter mirach eſt extenſum cum dolore & grauedine propter multiplicationem uentoſitatis & craſſitiem humoris. Et ſecundum plurimum natura eſt conſtricta, licet quandoq; nõ, cum melancholia eſt aduſta ſtimulans expulſiuam. Et tertio eſt digeſtio mala & deterior q̃; appetitus. Et quarto eſt cum ea malitia animæ, id eſt, malę cogitationes & triſtitia, & malitia anime, id eſt, oris ſtomachi. Et uarietas, id eſt, error in uirtutib. compræhenſiuis propter uapores melancholicos petentes cor & cerebrum. Quinto, egreditur quandoque ſudor niger ſicut in citrina egreditur ſudor citrinus. Sed quod hæc icteritia fit uitio ſplenis cognoſcitur. Primo, quia eſt uehementioris nigredinis quàm proueniens uitio totius, aut epatis. Secundo, durities, magnitudo ſplenis & dolores eius, qui ſunt in ſiniſtro latere ſeparant eam ab ea quę uitio totius & epatis cõtingit. Tertio, quia licet in ſplenetica fit quandoque egeſtio & urina nigra cum ſuperfluit nocumentum eius, tamẽ ſecundum plurimũ non eſt in ea urina nigra. Sed in ea quæ uitio totius aut epatis accidit ferè ſemper eſt urina nigra. Item pręceſſerunt nocumenta totius aut epatis cum incolumitate ſplenis & ecõtrario cum eſt ſplenetica. Sed diſtinguitur inter eam quæ prouenit uitio totius ab ea quę uitio epatis, quia in illa præceſſerunt nocumenta totius ſicut febres adurentes, aut ſuperflua totius frigiditas, & in proueniente uitio epatis præceſſerunt ægritudines eius ſicut malæ complexiones, oppilationes, apoſtemata, & debilitas diſcertiue & expulſiue epatis ſequens aliquam ægritudinem eius. Factam uerò propter oppilationem in meatibus ſignificãt grauitas uehemens & difficultas dormiendo ſuper latus ſiniſtrum. Sed facta propter apoſtema durum ſplenis ſignificant grauitas, tumor & durities ipſius. Sed in facta propter debilitatẽ attractiuæ ſplenis nihil tale accidit, & nota quod ſecundum plurimum quãdo eſt debilitas attractiuę ſplenis, aut ẽ oppilatio in meatu per quem tranſit melãcholia ad ſplenem, ſplen nõ eſt tumidus, & contra, quando eſt oppilatio in meatu per quem natura expellit melancholiam ad os ſtomachi eſt ſplen tumidus. Facta autem uitio epatis ſignificatur, quia prima nocumenta fuerunt in epate, quorum ſigna ſuperius præceſſerunt cum incolumitate ſplenis. Et non eſt nigredo pura ſicut in ſpleneticα licet quandoque nigredo in epatica ſit magis luminoſa cum melancholia eſt aduſta reſeruatis in ea quibuſdam partibus igneis. Econtrario melãcholia ſplenetica eſt terrea opaca, & ſignificat ipſum nocumentum in urina. Et ſi fuerit corruptio, id eſt, digeſtio corrupta epatis per quam generatur melancholia propter dominium caliditatis & ſiccitatis erit nigredo icteritiæ decliuis ad citrinitatem. Et ſi fuerit illic dominium caliditatis & humiditatis erit nigredo cũ rubedine, & ſi fuerit dominium frigiditatis & ſiccitatis uincente frigore, nigredo declinabit ad uiriditatem, ſed ſiccitate uincente declinabit ad nigredinẽ, & ſi fuerit dominium frigid. & humi. humiditate uincente declinabit ad citrinitatem quandam, ſed frigiditate uincente ad uiriditatem. Splenetice uerò color unus, ſcilicet, nigredo pura abſq; declinatione & alios colores,

lores, diuerſificantur etiam colores icteritiæ melancholicę ſecundum diuerſitatem ſpecierum melancholiæ, ſcilicet, ſanguineæ, cholericæ, phlegmaticæ & melancholicæ, quæ tanta diuerſitas non reperitur in ſplenetica.

Prognoſtica. Primum, icteritia nigra eſt rarioris euentus quàm icteritia citrina. Secundum, icteritia nigra magis prolongatur, & cæteris paribus difficilius curatur q̃ citrina. Tertium, icteritia nigra eſt frequenter criſis ægritudinum ſplenis melancholicarũ. Et nota quod quandoque aggregatur utraque icteritia ſimul, quia choleræ & ei quod ipſum admiſcetur ex ſanguine accidit aduſtio, & fit nigra aliqualiter, & aliqualiter remanet de citrinitate priori. Et quandoque componũtur ambo humores ſimul, quia in epate & ſplene ſimul eſt nocumentum. Et tertio, quia ſanguis per aduſtionem ſecundum partem ſubtilem uertitur in choleram, & ſecundum partem craſſam in melancholiam, & ex his duabus icteritijs ſimul mixtis ſecundum plurimum conſurgit color uiridis, licet ſit imaginabile icteritiam uiridem à cholera uiridi pendere, ſcilicet, praſſina aut cinaria. Huius autem icteritiæ uiridis ſigna poſſunt ex dictis elici & ſimiliter prognoſtica.

SI cum icteritia fuerit febris, ſuc. endiuiæ & ſolatri, & aqua hord. ægro in potu tribuatur. Ipſe quoque ex cucurbita, & chryſolachana & citrullis, & his ſimilib. hærbis frigiditati attinentibus nutriendus eſt. Et ſyrupum acetoſum ex fortiſsimo aceto in potu ſumat. Epati præterea emplaſtrum ex duobus ſandalis eſt ſuperponendum. Ei uenter ex ſucco prunorum & ſacch. ſoluendus. Quæ ſi non ſufficerint, trochiſci de camphora cum ſucco granatorum dandi ſunt. Trochiſci de camphora. Rec. ſacchari ſpodij, roſarum rub. omnium, ana drach. 3. ſem. endiuiæ, ſem. citrullorum, cucurbitæ, lactucæ, portulacæ, ſem. ex omnibus ſandalis rub. omnium, ana. drach. 1. formentur ex his trochiſci pondere drach. 2. ex quibus quotidie unus cum ſexta, drach. 1. de camphora detur, ſi autem æger uenas habuerit plenas, fueritque diu ex quo minutus non fuerit phlebothometur.

Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima curat icteritiam cum febre. In ſecunda icteritiam ſine febre. In tertia docet remouere colorem maximè in oculis remanentem, ſecunda ibi, Quod ſi icteritia fuerit ſine febre. tertia ibi. Si autem icteritia in oculis remanſerit. In prima parte curat hanc icteritiam cum febre ſeptem auxilijs. Primo. ℞. ſucci endiuiæ, ℥. 1. ſucci ſolatri. ℥. s. aquæ hordei, ℥, 3. miſce, his ad libitum poſſet addi parum ſacchari, hæc mixtio ſumatur quatuor aut quinq; diebus, & ualet in icteritia cum febre ſiue ſit coniuncta oppilationi ſiue nõ. Secũdo, quod nutriatur ex cucurbita aut chryſolachana quæ eſt aureum olus à colore aureo. Nam χρυσὸς aurum & λάχανον olus. Et eſt attriplex, frigida eſt & humida in primo, & apud aliquos temperata citrullis, & ſimilibus, ſicut cucumeribus, anguria quæ ſunt frigida.

Tertio, ſumat ſyrupum acetoſum ſimplicem ex fortiſſimo aceto, eſt enim magis aperitiuus, & poteſt ipſum ſumere cum aqua endiuiæ, & in oppilatione melior eſt cum aqua cuſcutæ. Quarto, epati ſuperponat emplaſtrũ ex duobus ſandalis, ſcilicet, albis, rub. Item ſicut cerotum ſandalinum deſcrip. Meſue. Quinto, uenter ex ſucco prunorum quatuor aut quinque ℥. & ſaccharo ſoluendus eſt, & ſi non habeatur ſuc. fiat decoctio, licet ſit maioris quantitatis uſque ad 6. ℥. Sexto, trochiſci de camphora dandi ſunt, quorum deſcriptionẽ uide in textu. Et pro duabus ʒ. trochiſ. miſce 6. ʒ. unius de camphora. Sed communiter ſufficeret medietas huius doſis niſi corpus ſit robuſtum naturaliter & præternaturaliter notabiliter calidum. Septimo, ſi uenas habuerit plenas, fueritq; diu ex quo non minutus fuerit, phlebotometur, ſcilicet ex dextra baſilica.

Quod ſi icteritia fuerit ſine febre, uenter ex his pilulis ſoluatur, quæ Rec. aloẽs drach. 1. ſcammoneæ quartam, drach. 1. ex his cum ſucco endiuiæ confectis fiant pilulæ, & ſufficient ad doſim 1. Deinde dentur trochiſci de lacca cum apozemate de radicibus.

Hic curat icteritiam ſine febre, & propriè oppilationi coniunctam duobus auxilijs. Primo, ſoluit uentrem cum his pilulis. ℞. aloẽs ʒ. 1. ſcãmoneæ quarta, ʒ. unius, agarici partes duas unius ʒ. id eſt, ℈, 2. ſucci eupatorij tertiam ʒ. unius, ex his cum ſucco endiuiæ mixtis fiant pilulæ & ſufficient ad doſim unam, ſed erit magna, ita ut in multis ſufficeret medietas, ſimul enim euacuat choleram & phlegma quod oppilat. Secundo, dentur trochiſci de lacca cum apozemate, id eſt, decoctione de radicibus, de qua in capitulo præcedenti. Hi enim dantur ad deoppilandum.

Si autem icteritia in oculis remãſerit, æger fortiſsimum acetũ paulatim olfaciat. Et balneum ingrediatur. Eius quoq; oculis qui icteritiam cũ feb. patitur aqua roſ. mittenda eſt. Icteritiæ præterea ualde confert, ut æger per tres hebdomadas ſerum bibat.

Hic remouet icteritiam in oculis exiſtentem 4. au-

xilijs

xilijs. Primo odorando acetum fortiſſimum, cuius uapores iuuant ad reſolutionem. Secundo balneum ingrediatur, ſcilicet aquæ dulcis debite calidum, ſimiliter ad reſoluendum humorem facientem icteritiam ſub forma ſudoris educendum. Tertio immitit oculis patiẽtis icteritiam cum febre aquam roſaceam ad confortandum & infrigidandum. Quarto bibat ſerum per tres hebdomadas debite calidum ſumendo tres aut quatuor ℥. pro uice, confert enim choleram euacuando.

ORDO CVRÆ ET PRIMO icteritiæ.

QVia icteritia citrina a duabus cauſis in genere contingit, altera eſt cholerę multiplicatio, Altera prohibitio euacuationis eius. Primo curabimus ſequentem multiplicationem cholerę. Secundo ſequentem prohibitionẽ euacuationis eius.

Cura icteritiæ ſequentis multiplicationem choleræ, exigit ſex intẽtiones. Prima remouet cauſas multiplicationis eius. Secunda euacuat ipſam mutiplicatam. Tertia corrigit diſcraſiam membrorum & cætera eorũ nocumenta, quæ remanſerunt ipſa confortando, ne iterum multiplicẽtur. Quarta remouet citrinitatem ab oculis & a toto. Quinta corrigit accidentia. Sexta ordinat debitum regimen ſex rerum. Vbi tamen cholera eſſet pręter modum multiplicata, intentio ſecunda, quæ eſt cholerę euacuatio, debet eſſe prima, tum quia tanta multitudo choleræ non dat inducias, tum quia iuuat ad ſui ipſius multiplicationem. Si ergo cauſæ fuerint primitiuæ, iuxta primam intentionem remouendæ ſunt, & nocumenta per ipſas impreſſa, unde intendatur morſui uenenoſorum trahendo uenenum exterius cum applicitis ſuper loco morſo, ſicut culus gallinæ uiuentis. Et ſicut animalia nouiter mortua per medium ſecta, & emplaſtra propria ſecũdum quodlibet uenenoſum. Item partes ſupra locum morſum tueantur cum frigidis & ſtipticis, ſicut aqua roſacea, aceto & ſuccis infrigidantibus proprijs cum debita ſtrictura. Et confortetur cor & membra nobilia. Et dentur bezahartica propria contra illa. Et remoueatur caliditas & ſiccitas ſuperflua per uenenoſa impreſſa. Similiter ſi uenena fuerint ſumpta procuretur eorum uomitus & ſeceſſus. Et frangatur ipſorum acuitas cum proprijs. Et tueantur membra nobilia. Et extinguatur membrorum et humorum ſuperflua caliditas. Idem eſt iudicium in reliquis cauſis primitiuis. Similiter cauſæ corporeæ per communitatem a toto remoueantur, ſicut febres cum quibus oportet. Et ſecundum plurimũ opus eſt extinctiuis cũ febres illæ ſua caliditate ſuperflua, ſubtilæ ſanguinis in cholerã cõuertãt.

Opus etiam eſt euacuatione, aut cũ phlebotomia aut ſolutiuis & reliquis ſecundum quod præcipitur in capitulis proprijs. Criſis autem choleræ ad cutim non eſt impedienda, quæ plerunque fit in febribus iuxta aphor. 61. quartæ particulæ, Imò potius adiuuanda cum aſpectu rerum citrinarum, & etiam induendo ueſtes citrinas & reliquis auxilijs, & cum hoc ſtudẽdum eſt in ipſius eductiõe per poros cutis, cum fricatione, balneo & ſimilibus auxilijs occulte aut manifeſte ſub forma ſudoris choleram educentibus. Si uero cauſa multiplicatiõis choleræ fuerit caliditas ſuperflua epatis aut totius, naturalis aut præter naturam, aut etiam cuiuſcunque alterius membri ſtudendum eſt in remotione eius, & inductione diſpoſitionis contrariæ. Complentia aũt hanc intentionẽ ſunt infrigidantia magis aut minus potentia, ſecundum exigentiam ſui contrarij, diſpoſitiones tamen naturales magis paulatim permutandæ ſunt, quam præternaturales. Cum hoc tamen ſemper cauendum ab oppilatione. Eligatur ergo regimen ſex rerum, declinans ad frigidum & humidum, de quo infra in ſexta intentione. Item regimen medicinale complendum cum his quæ interius ſumuntur ſicut ſyrup. acetoſus ſimplex, oxiſacchara, ſyrup. de granatis, de acetoſitate citri, limonis & ſimiles, cum aquis endiuiæ, lactucæ, epaticę, acetoſæ & ſimilibus, quæ aliquando poſſunt aromatizari cum infuſione ſandalorum et ſimilium, electuaria conuenientia ſunt ſicut triaſandali, diarrhodon abbatis. Trochiſci conuenientes ſunt ſicut trochiſci de camphora de quibus in textu. Et ex ſuccis conuenientibus eſt ſuccus ſolatri, endiuię, acetoſæ, qui poſſunt ſumi cum aqua hordei. Item ſuccus granatorum, ſuccus berberis, acetoſitas citri & limonis. Applicanda autem exterius ſunt, ſicut cerotum ſandalinum, applicandum epati. Item epithimata cum ſandalis, ſpodio, aqua endiuiæ, epatice, roſacea, aceto ſimiliter applicanda epati. Item infrigidãs Gal. applicandum renibus. Item cordialia applicanda cordi. de quibus omnibus ſuperius dictum eſt. Et cũ his ẽt horum mẽbrorum uirtutes confortabũtur.

Secunda intentio, ſcilicet choleræ euacuatio perficitur cum manna aut caſſia diſtemperatĩs cum infuſione prunorum & tamarindorum. Item cum infuſione reubarbari, & etiam cum ipſo ſumpto in ſubſtãtia. Et fortiora ſunt electuarium ſucci roſarum, electuarium de pſilio, pilulæ aureæ, aloés lotus & nutritus cum aqua endiuiæ & ſolatri euacuat choleram craſſam. Succus roſ. euacuat cholerã & aperit oppilatiões, eſt tñ calidus. Tertiam autem intẽtionem complent ea quæ dicta ſunt in prima intẽtione, quæ replicanda ſunt ſi fuerit expediens. Quarta autẽ intentio, ſcilicet remotio citrinitatis ab oculis & toto complentur iuxta textum cum odore aceti. Item cum balneo in aqua dulci & aceto quæ omnia iuuant ad cholerę reſolutionem. Si tamen fuerit notabilis caliditas, & proprie febrilis, aqua roſacea oculis imponatur. Quinta autem intentio, ſcilicet correctio accidentium perficitur, ſecundum ipſorum exigentiam, ita ut non ſolum præſentia curentur, ſed eiam futura ueriſimiliter ſuſpecta prohibeantur. Sed pro ſexta intentione, aẽr declinet ad frigidum, non tamen ſuperflue, ne poros oppilãdo choleræ reſolutionem impediat. Vitentur omnia choleram multiplicantia ſicut dulcia, amara, ſalſa, acuta, unctuoſa, uinum potens, imò omne uinum niſi particularis conditio obſtet, aut forte ſit ex nudis declinantibus ad frigidum, ſit album ſubtile, & cum aqua bene conditionata ſufficienter limphetur, uitentur omnia ſtiptica oppilantia. Ex herbis conuenientibus ſunt ſicut lactuca, endiuia, portulaca, ſcariola, epatica, ſed poſſunt miſceri cum modico fœniculi & petroſelini. Item aſparagi & lupuli conueniunt, cucurbita, cucumeres & ſimilia frigida, & humida, et ſi fiunt ſalatę, poſſunt cõdiri cum aceto, uino granatorum, agreſta & ſimilibus.

H

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.189

Commentary on the Chapter Nine of the Book of Medicine Dedicated to Mansur [F-1-190] (190/266)

Et ex his ferculis conueniunt hordeum, far, ptiſana hordeacea, ex carnibus eligantur quæ ſunt facilis digeſtionis, boni chimi, paucarum ſuperfluitatum & piſces parui petroſi, et ſimiles bene conditionati, concedi poſſent elixi aut aſſi & conditi cum declinantibus ad frigidum ſicut ſunt ſupraſcripta, & ſuccus arãcij, limonis & citri, & caro ericij eſt propria & caro limaciarum. Ex fructibus concedũtur poma perſica, pruna, melones, anguria, ceraſa & ſimilia ad frigidũ declinãtia, ſomnus ſit ſatis prolixus, exercitium paruum, procuret euacuationes naturales, ſit ſperans & gaudens, uitet iram & accidentia animi inflammantia.

Cura icteritiæ propter prohibitionem euacuationis choleræ.

QVod ſi icteritia ſequatur prohibitionem euacuationis cholerę, tunc eſt dupliciter, aut propter debilitatem uirtutum epatis aut kiſtis fellis, aut propter oppilationẽ. Quod ſi ſequatur debilitatem cura patere poteſt ex his quæ dicta ſunt in cap. de cura debilitatis epatis.

Si uerò oppilationem, exiguntur ſex intẽtiones. Prima remouet cauſam oppilantem. Secunda choleram ex oppilatione retentam euacuat. Tertia corrigit diſcraſiam membrorum, ipſam confortando. Quarta remouet citrinitatem ab oculis & à toto. Quinta corrigit accidentia. Sexta ordinat debitum regimen ſex rerum. Pro prima intentione. Si cauſa oppilans fuerit phlegma aut cholera craſſa ſicut eſt ſecundum plurimum ſumatur, ʒ.1. aloës in forma pilularum per horam ante cœnam, & eſt efficax ſi continuetur alternis diebus. Si uero fuerit nimis debile in comparatione ad eum qui ſolui debet, fortificetur cum tribus aut quatuor gran. diagridij, aut ſumatur ſolutiuum expertum ab Auic. ℞. aloës ʒ.1. ſcammoneę grañ. 4. ſalis naptici gran. 15. rubeæ tinctorum. agar. ana. ʒ.s. miſce, & fiant pilulæ, & ſunt doſ. una. Et ſumenda eſt cum cuſtodia. Aliud in forma liquida. ſumantur electuarij ſucci roſ. ʒ.1.s. electuarij indi uel diaphęniconis tantundem, uel quantum uidebitur expediens cum ſero caprino diſtemperetur, & ſumatur cum cuſtodia. Quod ſi huiuſmodi ſolutiua ſumerentur cum infuſione aloës aut rheubarbari pręſtantius operarentur. Aliquo ergo aut pluribus ex his utere ſecundum quod tibi uidetur expediens. Et hæc ſimul cauſam oppilantem euacuãt, & choleram ex oppilatione retentam iuxta ſecundam intentionem. Item uomitus confert in omni icteritia euacuando & diuertendo.

Phlebotomia quoque baſilicæ & ſaluatellæ manus dextræ iuuat in aperitione oppilationis maxime ſanguine abundante. Et ad aperiendum oppilationes, & ad mundificandum cannales ualet ſyrupus bizantinus, cum aqua cuſcutæ. Item ſuccus roſarum duarum. ℥. cum aqua endiuię & cuſcutæ. añ. ℥. s. & ex expertis eſt huiuſmodi. ℞. uini albi ſubtilis, pauciferi aut medię uinoſitatis, aqua endiuiæ, añ ℔. 1. cuſcutæ, praſſij, recentium, ana Man. 1. bulliant ſimul ad conſumptionem tertię partis, ſed cuſcuta ponatur in fine, & coletur, de qua colatura dentur, ℥. 3. aut 4. cum una. ℥. ſyrupi acetoſi ſimplicis, præcedente tamen aliqua euacuatione, cum his de quibus ſupra. Et de ſyrupis proprijs ad mundificandum cannales, & aperiendum oppilationes eſt ſyrupus de endiuia, de biſantijs. Syrupus acetoſus ſimplex ſaccharinus aut mellinus, ſyrupus acetoſus cõpoſitus, oximel compoſitum, & ſcilliticum ſi materia eſt multa, & craſſa, ut in ſenibus & pinguibus. Aquæ autem ſunt endiuiæ, cichoreæ, lupulorum, cuſcutæ, ſcolopẽdriæ, capillorum ueneris, raphani, apij, fœniculi, petroſelini, aſparagi, bruſci, de quibus in cura oppilationis epatis, & aliquando cum his admiſcemus pulueres ſubtiliſſimos aperitiuorum, aut cuſcutæ rubeæ tinctorum, aſari, gentianæ & ſimilium. Item conueniunt decoctiones huiuſmodi aperientium, & ſunt fortiores aquis diſtillatiõis ſicut decoctio capilli uen. & rubeæ tinctorum, ſeminum aperientium, eſt tamẽ dubium in aperitiuis, ne materia tãta feratur ad uias urinę quod excoriet, iſtorum tamen aperientium eſt uarius uſus apud medicos modernos, aliqui dãt ſuccos, aliqui ius cicerum, in quo decocta ſunt aperientia, aliqui electuaria, ut diarrhodon, dialacca, diacurcuma cũ aquis decoctionis deſtillationis aut expreſſionis. Tu uerò utere fortibus aut debilibus, magis aut minus calidis aut frigidis, ſecũdum exigentiam. Si uero cauſa oppilationis fuerit apoſtema in epate, aut in aliquo ramo kiſtis cura patet ex dictis in cura apoſtematis epatis, & inter cætera præmittatur phlebotomia. Si uero oppilatio eſſet carnoſa parua eſt ſpes curæ, licet quandoque naturæ beneficio caro illa cum mollis eſt remoueatur, & dicunt quidam ad hanc ualere ſuccum portulacæ, & ſuccum foliorum raphani, & aquam acetoſæ, de quibus pro quoque accipiatur, ℔ s. & bulliãt ſimul ad conſumptionem tertiæ partis, & colentur, quibus addatur orobi contriti, ſeminis melonis, ſeminis raphani, ana ℥. 2. coſti, mirrhæ, añ. ℈. 2. & eſt pro tribus uicibus. Quod ſi oppilatio ſit a ſiccitate cum lenientibus & humectantibus aperienda eſt ſicut cum ſyrupo uio. ℥. 1. mixto cum mucillagine ſeminis citoniorum, ſem. pſilij, ſeminis maluarum, añ. ʒ. 1. diſtemperatis cum tribus ℥. decoctionis prunorum, ſebeſten et ſimilium, & cũ his poſſet miſceri manna aut caſſia ſi opus eſſet ſolutione, uomitus quoque quandoque iuuat in aperitione oppilationis. Secunda uero intentio perficitur cum ſolutiuis, de quibus ſupra, & ex fortibus & præſtantibus ſunt electuarium de pſilio, & electuarium ſucc. roſ. ſed aperta oppilatione leuioribus utendum eſt, ne forte perducerent ad diſenteriam, ſufficit ergo aloës lotus, infuſio rheubarbari in ſero caprino, & ſimilia, aut de his fortibus detur modica quantitas. Tertia uero intentio perficitur ſecundum plurimum cum frigidis cõfortantibus membra naturalia, ſicut diarrhodon abbatis, triaſandali & ſimilia. Quarta autem intentio. Et quinta perficitur cum his quæ dicta ſunt in cura icteritiæ ſequentis multitudinem choleræ.

Sexta autem intentio, ſcilicet regimen ſex rerum perficitur ſimilier ſicut dictũ fuit in cura icteritiæ ſequentis multiplicationẽ cholerę, his additis ꝙ in cura huius oppilationis non oportet ita infrigidare, & magis cauendum eſt a craſſis uiſcoſis ſtipticis oppilãtibus, & magis utẽdum eſt inciſiuis, ſubtiliatiuis, abſtergentibus, & aperitiuis, propterea in hac acetum magis conuenit, quam uinum granatorum aut acreſta, & ius cicerum, radices & ſemina aperientia liberius conceduntur.

Quia icteritia nigra à duabus cauſis in genere contingit. Prima, eſt multiplicatio cholerę nigrę. Secunda, prohibitio euacuatiõis eius, duplex erit regimen curatiuum, primum cõtra icteritiam ſequentem choleræ nigræ multiplicationem, ſecũdum contra icteritiam ſequentem prohibitionem euacuationis eius. Primum regimen habet ſex intentiones. Prima remouet cauſas multiplicationis cholerę nigræ. Secunda euacuat ipſam multiplicatam. Tertia corrigit diſcraſiam membrorum & cætera eorum nocumenta quæ remanſerunt, ne iterum multiplicentur. Quarta remouet nigredinem ab oculis & à toto. Quinta corrigit accidentia. Sexta ordinat debitum regimen ſex rerum. Vbi tamẽ cholera nigra eſſet præter modum multiplicata, ſecunda intentio, ſcilicet melancholiæ euacuatio deberet eſſe prima propter cuſas ſuperius dictas in cura citrinæ. Pro executione ergo primæ intentionis remoueantur omnes cauſæ primitiuæ melancholiam multiplicantes ſiue fuerint primitiuę extraneę, ſicut uenena, ſiue non extraneę ſumptę ex ſex generibus rerum, remoueanturq; cauſæ corporeæ, ſicut febres adurentes, febres inordinate uagantes aut quartanæ necnon malę cõplexiones cordis & membrorum naturalium quę aliquando ſuperflua caliditate & ſicc. melancholiam aduſtam multiplicant, aliquando frigiditate & ſicci. melancholiam non aduſtam. Et aliquando apoſtemata membrorum naturalium, ſcilicet epatis aut ſplenis ſunt in cauſa, quæ ægritudines qualiter ſint curandæ, uide prima quarti quãtum ad febres, ſed quantum ad reliquas diſpoſitiones epatis collige ex dictis ſuperius in cura diſpoſitionum epatis, & ex dicendis inferius in cura diſpoſitionum ſplenis. Et ſi in cauſa fuerit criſis per quam materia ad cutim expellatur adiuuanda eſt, ſicut ſuperius in citrina. Secunda intentio perficitur minorando materiam, cum ſena, epithymo, polypodio, & ſimilibus maxime ſumptis cum ſero caprino, aut iure pulli, aut decoc. paſſularum. Item dirigendo melancholiam cum ſyr. de pomis dulcibus, ſi fuerit aduſta, & epithymo ſi non aduſta, qui ſumantur cum ſero caprino aut decoct. paſſularum, florum boragin. aut bugloſſę, & Auic. laudat euacuando decoction. epithymi, cuius meliorem deſcriptionem collige à Meſue diſt. 7. Et a Raſi in capitulo de melancholia. Et confectio hamech euacuat melancholiã aduſtam, ſed non aduſtam diaſenæ, & pilulæ indæ, de lapide lazuli, & ſimiles, ſed de his uberius in diſpoſitiõibus ſplenis. Sed tertiam intentionem cõplent ea, quę perficiunt primam intentionem, quæ ſunt replicanda, ſi fuerit expediens. Eſt enim mala complexio cordis & membrorum naturalium remouẽda cum contrarijs ſumptis & applicitis quę huiuſmodi membra cõfortent, tum proprietate, tum moderata ſtipticitate. Quarta autem intentio ſimiliter. Quinta perficitur cum proportionalibus, quæ dicta ſunt in perficiendo quartam & quintam intentionem pro cura icteritiæ citrinæ. Sed pro ſexta intentione intendatur multiplicationi boni ſanguinis et paucificatione melancholiæ cum aĕre ſereno declinante ad humidum temperato in actiuis aut leuiter ad frigidũ declinante in pendente a melancholia aduſta, aut leuiter ad calidum in pendente a melancholia non aduſta, & uinum eius ſit clarum album, ſubtile, attinens dulcedini, & carnes ſint iuuenes bene conditionatæ, quæ potius comedantur elixæ. Et uitelli ouorum ſunt proprij & cerebella hœdorum, uitentur caules, lentes, & alia legumina ſalita omnia et ſicca. Et ſomnus ſit prolixus, exercitium moderatum, & accidentia animi, quæ iocunditatem afferãt. Et ſuperfluitates ſollicite expellantur per conuenientes regiones.

Secundum autem regimen cõtra icteritiam ſequẽtem prohibitionem euacuationis choleræ nigræ. Si prohibitio euacuationis ſequatur debilitatem uirtutum epatis aut ſplenis attendatur eorum confortationi, cum proprijs utrique membro, prius remotis cauſis debilitantibus utrunque. Et ex proprijs confortantibus ſplenem, & cum hoc aperientibus oppilationes ſunt cappares, ſcolopendria, tamariſcus, ſemen agni caſti, ſed de his in diſpoſitiõibus eius agetur uberius. Et ſi ſplen propter debilitatem non attraheret, ponãtur ſub ipſo emplaſtra attractiua calida, ſicut emplaſtra de fermento, deſcriptione Meſ. cum hoc enim, quod attrahit, iuuat mirabiliter ad reſolutionem humoris melancholici in ſplene contenti, & diminutionem eius. Item ſuper regione ſplenis fiant uentoſæ ſine ſcarificatione ad attrahendum melancholiam ad ſplenem. Quod ſi prohibeatur euacuatio melancholiæ propter oppilationes exiguntur ſex intentiones proportionales illis quæ dictæ ſunt in cura icteritiæ citrinæ à ſimili cauſa proueniente. Digeratur ergo primo materia oppilans, & etiã humor melancholicus ex oppilatione retentus cum oximelle ſimplici, ſyrupo de epithymo, cum aquis ſcolopendriæ, tamariſci & ſimilibus, deinde euacuetur cum his, quæ ſuperius dicta ſunt. Poſtea meatus aperiantur cum fortibus, ℞. ſcolopendriæ, tamariſci corticum radicum, capparis, ſeminis agni caſti, ſeminis endiuiæ, ſeminis portulacæ, ana. Man. 1. epithymi. Man. 2. bulliant in tribus libris aquę cum quinq; aut ſex uncijs mellis & tribus uncijs aceti acuti ad cõſumptionem medietatis & coletur. Et clarificetur, ſed epithymus ponatur ad bulliendũ in fine, de qua debite calida dentur quattuor aut quinque ℥. quotidie in mane ſtomacho ieiuno, & cum hac poſſet miſceri ſyrupus acetoſus compoſitus, aut oximel compoſitum ad libitũ. Et ſi apoſtema ſplenis eſſet in cauſa attendatur curationi eius ſecundum quod dicitur. Et ex proprijs eſt phlebotomia ſaluatellæ ſiniſtræ. Et cum his completa eſt prima intentio, quę eſt remotio oppilationis, & ſecunda quæ eſt euacuatio melancholiæ ex oppilatione retentæ. Reliqua autem quatuor intentiones, ſcilicet correctio diſcraſiæ mẽbrorum, remotio nigredinis ab oculis & a toto, accidentium correctio, & regimen ſex rerum patere poſſunt ex dictis. Si uerò iſtæ duæ icteritiæ componerentur ſimul, tunc ſimiliter componantur utriq; conuenientia prout cauſæ indicauerint æqualiter uel una fortius altera, & ſic completum ſit hoc capitulum difficile, de icteritia.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.190

DE CACEXIA.

CVm uenter. Quia cacexia antecedit hydropem de ea in primis agendum eſt: cacexia dicta à κακεξία graece, idem ſonante, quod mala habitudo latine. Eſt deſcriptiue mala habitudo pręuia in hypropẽ, ſpecies ipſius poſſũt aſſignari tres ſecdm tres ſpecies hydropiſis, quas antecedit de quib. agetur. Cauſa eius eſt uitiũ corruptiõis digeſtionis epatis. Nam cum erit cõpleta corruptio digeſtionis epatis, fiet una ex tribus ſpeciebus hydropis. Cauſæ itaque fortes de quibus agetur, quæ faciunt aliquam ſpeciem hydropis, cum ſunt leues & initiantes faciunt cacexiam. Tenendum tamen eſt poſſe fieri hydropem et aſcitem aut tympanitem abſq; quod præcedat cacexia, licet de hypoſarca, id non credam fore poſſibile. Cum quo tamen tenendum eſt cuiuſcunque hydropis cauſas ſucceſſiuæ augeri, faciunt tamen aliquando hydropem non præcedente cacexia cum ſunt fortes accelerantes hydropem. Et quandoque apud Auic. accidit cacexia propter aggregationem aquæ in pulmone, & fit forma patientis eam ſimilis formæ hydropiſis. Quod etiã de reliquis ęgritudinibus pulmonis poſſet affirmari. Nam dum ducũt ad hydropem. 10. tertij, etiam poſſunt ducere ad cacexiam.

Signa. Primũ permutatio coloris faciei & corporis ad albedinem & citrinitatẽ. Secundum eſt inflatio in palpebris & extremitatibus, ſcilicet manuum & pedum, qui aliquãdo ſpargitur in totum corpus, maximè quãdo antecedit ſpeciem hydropis dictam hypoſarcam. Tertium quia licet ſit in ea initium corruptionis digeſtionis epatis, et aliquando ſtomachi, frequenter tamẽ appetitus eſt fortis. Quartum apud Auic. natura, id eſt, uenter in ſua retentione & reſolutione ſecundum ordines, id eſt, lenis & ſtrictus, ſecundum quod naturaliter conſueuit eſſe. Aliter aliquando fluit uenter, aliquando conſtringitur, ſecundũ ordines, id eſt, ordinate quo ad tẽpus ſecundum aggregationem materiæ, nunc ſtringitur, & ipſius expulſionem, & tunc ſoluitur. Quintum. Et ſimiliter eſt diſpoſitio ſyncopis, ſcilicet ueræ aut lypothymiæ, quandoque in aliquibus ſecundum effumationem materiæ malignæ ad cor. Sextum. Et uigiliarum & elongationis eius &c. id eſt, aliquando præter modũ uigilant, aliquando bene dormiunt, aut forte nimis ſecundum diuerſitatem materię effumãtis ad cerebrũ. Septimum. Et elongationis eius ad uias, id eſt, nõ bene poſſunt ambulare. Aliter ſunt elongati à uijs ſuis id eſt, ab operationibus ſibi naturaliter conſuetis. Octauum. Et mineratur cum ea urina, & ſudor, ſuperfluitatibus propriæ aquoſis retentis, et non expulſis per rigiones conſuetas. Et hæc quando cacexia antecedit aſcitem aut hypoſarcam, & multiplicetur uẽtoſitas, et fortis fit inflatio mirach, quando antecedit aſcitem aut hypoſarcam, quandoq; aũt antecedit tympanitem. Nonũ. Et quãdoq; inflãtur teſticuli, id eſt, oſcheum maximè in antecedẽte aſcitem. Decimum. Et cũ accidit ulcus fit difficilis cõſolidatio propter multiplicationem ſuperfluitatum malarum et minoratiõem boni ſanguinis. Vndecimum. Et accidit in commiſſuris, ſcilicet capitis & gingiuis caliditas, & pruritus propter uaporem corruptum aſcendẽtem, ſed magis petit commiſſuras faciens in parte illa pruritum, quia per illas uapor egreditur ad gingiuã matrem ualde ſenſibilem faciens in ea pruritum cum caliditate. Similiter gingiuæ pruriunt et calent, quia ratione ſuæ ſubſtantiæ ſunt facile paſſibiles.

Duodecimum. Fit corpus debile mollificatum materijs petentibus inſtrumenta motus.

Prognoſticum. Hęc paſſio curatur niſi pendeat à cã incorrigibile ſicut eſſet apoſtema pulmõis, et aqua retenta in eo, apoſtema epatis, ſtomachi, & ſimilia.

DE HYDROPISI. Cap. XCIX.

HYdrops ſiue hydropiſis penes Theodorũ Priſcianum libro 5. dicta ab ὕδωρ gręce idẽ ſonante, quod aqua latine & πάθος paſſio, quaſi aquę paſſio, eo quod in triplici eius ſpecie adeſt aqua. In aſcite multa. In tympanite pauca. In hypoſarca phlegma molle aquæ proportionatum. Et deſcriptiue apud Auic. 14. tertij cap. proprio eſt ægritudo materialis, cuius cauſa eſt materia exuberãs frigida ingrediens membra & creſcunt per eam, aut mẽbra manifeſta omnia, aut loca uacua partium, in quibus ſunt regimẽ nutrimenti & humoris. Eſt quidem ęgritudo materialis cum ſit apoſtema aquoſum quo ad aſcitem, uentoſum quo ad tympanitem, phlegmaticum quo ad hypoſarcam. Ideo ſubdit. Cuius cauſa, ſcilicet immediata efficiens eſt materia exuberans frigida. Sunt enim aquoſitas, uentoſitas, et phlegma frigidę, licet forte habeant aliquam caliditatem accidentalem, quæ materiæ ingrediuntur membra, & creſcunt, id eſt, tument per eam, aut membra. Manifeſta, id eſt, extrinſeca omnia quo ad hypoſarcam, aut loca uacua, id eſt, uenter inferior contentiuus membrorum naturalium qui quo ad aſcitem impletur aquoſitate, & quo ad tympanitem uentoſitate, et in his membris naturalibus ſunt regimen nutrimenti maxime in epate, & ſunt humores cum in ipſo, & per ipſum humores generentur. Eſt etiam humor melãcholicus in ſplene, cholericus in kiſti.

Tres ſunt ſpecies hydropis diſtinctę ſecundum cauſam triplicem immediatam materialem, ſcilicet cum qua non ex qua, quia cum hydrops ſit accidens non habet cauſam materialem ex qua. Vna eſt aſcites cuius cauſa eſt aquoſitas à prædominio. Tympanites eſt ſecunda, cuius cauſa eſt uentoſitas a prędominio. Tertia hypoſarca cuius cauſa eſt phlegma aquoſum. Et dicitur aſcites ab ἀσκὸς graece quod eſt uter latine, eſt enim uelut uter plenus aqua. Hypoſarca dicitur de hypo quod eſt ſub & σάρξ caro quaſi ſub carne, quia in ea tumefit tota caro & cutis extrinſeca, & forte etiam pro magna parte caro intrinſeca ut diceť in cauſis, & hęc uocatur leuco phlegmatica à leuco quod eſt album, & phlegma, quia fit à phlegmate albo. Tertia dicitur tympanites ad ſimilitudinem tympani.

Cauſæ immediate ſunt tres iam dictæ. Cauſa remotior eſt debilitas, aut corruptio digeſtiuæ epatis cum hæc ſit neceſſaria in quacunq; hydrope, per quã multiplicantur, aut fouentur aliquę, aut plures ex ſupraſcriptis materiebus. Ex quo infertur quod ſi per ſtomachũ multiplicaretur uentoſitas extendens uentrem inferiorem non concurrẽte nocumento epatis non eſſet tympanites.

Similiter

Similter ſi rupto poro uritide, aut homine altera ex cauſa non potente mingere, ſicut uidi in una prægnãte impleretur uenter inferior aqua non concurrẽte nocumẽto epatis, non eſſet aſcites. Similiter ſi propter frigiditatem extrinſecam mẽbrorum, aut uſum ciborum frigidorum, aut frigiditatem ſtomachi, nõ bene chilificantis nutrimentum non conueniens ad poros mẽbrorum attrahentium, ſed non unitũ eſſet cauſa tumoris qualis in hypoſarca non diceretur tumor ille hypoſarca, quia non concurreret nocumentum epatis, propterea in deſcriptione addẽdum eſt, quod eſt ęgritudo materialis pendens à nocumento digeſtiue epatis, appropriať enim hęc ægritudo epati, ſicut febres cordi. Ex quibus ſequitur quod ſi uenter eſſet tumidus, aut membra manifeſta omnia in caſibus ſupraſcriptis, ille tumor non eſſet hydrops, qui poſtea nocito epate per cauſas ſupraſcriptas dicetur hydrops, quamuis non pendeat ab errore digeſtiuæ epatis niſi in conſeruari. Cauſa remota eſt debilitas, uel corruptio digeſtiuæ epatis, cuius cauſa eſt aliqua ægritudo eius, aut per eſſentiam, ſicut mala complexio cuiuſcunque generis ſine materia et cum materia Item mala compoſitio ſicut paruitas epatis, oppilatio, ſolutio cõtinui, licet raro, apoſtema uerò frequẽter calidum, frig. molle & durum, quandoque oppilans orificium uenæ aſcendentis per communitatem uerò, aut à toto, ſicut in febribus chronicis, aut acutis, quæ paucificando calorem innatum epar debilitant, & faciunt digeſtiuã ipſius errare, ut pro ſanguine generet phlegma, aquoſitatem, aut uentoſitatem. Calor nanq; epatis & etiam totius quandoque paulatim reſoluitur, quandoque uelociter extinguitur, quę extinctio poteſt eſſe tã à calido ſuperfluo, ſicut à febribus acutis quam à frigido, ſicut à potu aquæ frigidæ & hyemæ, & poſt balneum, exercitium, et coitum. Itẽ ab omni exiccante et humectante ſuperfluo. Item omnes euacuationes ſuperflue paucificant calorem innatum, ſicut euacuatiões per ſudorem, urinã, ſolutionẽ uentris cum raſura inteſtinorum, aut fine. Item per menſtrua, hæmorrhoidas, fluxum ſanguiguinis narium, & euacuatio ſanguinis ſuperflua quocunque modo, aut per quancunq; regionem, hæc.n. paucificando calorem innatum debilitant epar, & faciunt eius digeſtiuam errare. Nocibilior omnium euacuationum eſt, euacuatio ſang. Per communitatem uerò à mẽbris particularibus, ſicut à pulmone et diaphragmate apoſtemantur, aut cum pulmo eſt plenus aquæ, aut cũ aliquid eorum ſuperflue calefit, aut infrigidatur, nam decima tertij, cap. de apoſtematibus accidentibus pulmoni multotiens quidẽ perducunt ægritudines pulmonis ad ægritudines apatis, ſicut perducit uehementia frigiditatis eius, & uehemẽtia caliditas eius ad hydropiſim, & ſimiliter uelaminis, id eſt, diaphragmatis. Similiter cũ empyima in pectore diuturnatur, aliquando propter frigus ſtomachi & malitiam cõplexionis eius. Et proprie cum ſuccedit fluxus uentris ſanguinolẽtus, aut eſt propter meſeraicã, id eſt, nocumentũ in meſenterio. Aut propter cõitatem ſplenis, aut propter magnitudinẽ ſuã, aut propter apoſtema durũ in ipſo, aut leuia calida. Aut quia nõ bene mũdificat epar à melancholia, aut quia nimis cõpleť ea. Et ſic impletũ nocet ſtomacho ſuperflue infrigidando ipſũ, eſt.n. ipſi cõtrarius, aut nocet ei acredine malãcholię quę eſt in ipſo inficiẽdo ſanguinem, aut faciendo ipſum acreſcere, aut forte quia cum melancholia attrahit etiam multum de ſanguine. Vnde uirtus digeſtiua epatis debilitatur. Et quandoque communitate renum, ſcilicet propter caliditatem ſuperfluam, aut frigiditatem, aut propter eorum oppilationem, aut duritiem, quare non attrahunt aquoſitatem, aut propter ęgritudines inteſtinorum, et proprie monoculi quia eſt propinquũ epati. Item propter ueſicam & matricem multis ex cauſis ſatis notis. Non enim hęc membra cauſant hydropẽ ſolum communicando malam complexionem epati, imò propter eorum oppilationes, dolores & apoſtemata, & aliquando communicando materiam ipſi ſicut ſæpe facit matrix cum oppilatur. Et quandoque per communitatem ſphicteris cum ſang. hęmorrhoidalis fluere conſuetus retinetur. Et plurimum cõmunicant mẽbra fecis concauitati, & mẽbra pro retẽtione, ſcilicet urinæ, & anhelitus gibboſitati, et quandoque læditur epar læſione educente ad hydropem, propter apoſtema ſiphac tegentis epar, uerum plurimæ communitates perducentes ad hypropem, ſunt communicationes cum renibus, orbo, ſplene, meſenterio, & ſtomacho, & cauſa in orbo de quo minus uidetur eſt, quia ordinatus eſt in complementũ primæ digeſtionis. Cauſę aũt primitiuæ ſunt in ordinatum regimen ſex rerum non naturalium, quod manifeſtabitur ordinando regimen conueniens pro cura hydropis. Item cauſæ extraneę, ſicut percuſſio, caſus, & offenſio ſuper epar, et ſimilia. Sed dubitat Auic. quę ſpecies hydropis eſt deterior, in quo dubio tenendũ eſt cum Auic. aſcitem eſſe deteriorem ſecundum plurimum, tum quia prouenit à deteriorib. cauſis, ſicut ſunt apoſtemata epatis febres malignę fortiſſimæ, ſicut impreſſiones à cauſis primitiuis, et quia debilitas digeſtiuę faciens aquoſitatem eſt maior, quia ſi aquoſitas generetur à frigiditate epatis, non generatur niſi à magna, à qua non generatur phlegma aquoſum, neque uentus ſed à minori. Si uero à caliditate generetur ſuperflua, hoc eſt, quia caliditas naturalis paucificatur in quanto per reſolutionem proprij humidi, & ſpirituum multo magis quam in tympanite, aut hypoſarca. Secundo quia aquoſitas in uentre cõgregata difficilius educitur quam uentoſitas, ut manifeſtum eſt propter maiorẽ craſſitiẽ, & difficilius quam phlegma, quia licet phlegma ſit craſſius, eſt tñ ad minima diſperſũ per uniuerſam corporis ſuperficiẽ, unde minus cauſę reſolucẽti reſiſtit, & cuilibet parti eius calidũ reſoluẽs melius applicatur, & ecõtra in aſcite. Tertio quia accidẽtia ſequentia aſcitẽ & cauſas eius ſunt deteriora. ſ. ſitis uehemẽs, grauedo corporis, ſuffocatio, ſyncopis, materia aquea quę implet concauitatẽ exiſtente et reſudante ad ſpiritualia. Et propter aſcenſũ uaporum corruptorũ ad omnia mẽbra nobilia. Tenendo ſecũdo cũ Auic. quod hypoſarca ſecdm plurimũ eſt minus mala cęteris, propter tres cauſas cõtrarias ſupraſcriptas. Ex quib. inferť tympanitem eſſe mediam ſecdm malitiam, & quod licet in qualibet ex tribus ſpeciebus reperiať aliqua mortalis, et aliqua ſalubris, ſecundũ plurimũ tamen minus mortalis & magis ſalubris eſt hypoſarca, e contra aſcites, ſed tympanites media. Contra determinationẽ inſtať. Primo quia in hypoſarca nocumentũ eſt in omnibus membris.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.191

cum ſit cauſa in ea ut plurimum corruptio digeſtionis tertiæ, quæ eſt in omnium membrorum uenis, nam ubi deberet generari humiditas prima de ſecundis generatur humiditas phlegmatica inconueniens pro nutrimento membrorum. Item lęditur digeſtio quarta omnium membrorum, quia nutrimentum inconueniens attrahitur in poroſitatibus membrorum & non unitur neque aſſimilatur, & cum hoc eſt nocumẽtum digeſtionis ſecundę, ſicut in cęteris quæ aliquando ſequitur defectum digeſtionis primæ. Et confirmatur quia omnia membra nobilia & ignobilia tument propter cauſas dictas, & ſic omnia multũ lęduntur. Secundo inſtatur quod tympanites ſit deterior cæteris, quia ſicut ſe habet uentus ad aquam, & phlegma in comparatione ad ſanguinẽ laudabilem ita digeſtio per quam generatur uentus ad digeſtiones, per quas generatur aqua & phlegma in comparatione ad digeſtionem, per quam generatur bonus ſanguis, ſed uentus magis diſtat à ſanguine laudabili quam aqua et phlegma, ergo ſimiliter digeſtio per q̃ uentus generatur magis diſtabit ab optima digeſtione generante bonum ſanguinem, quam digeſtiones per quas generatur aquoſitas & phlegma, maior manifeſta, quia affectus & cauſa ſunt proportionales, ſiue ſimiles in bonitate et malitia, ſed minor probatur, quia uentus in modo ſubſtantiæ magis diſtat à ſanguine quam aquoſitas & phlegma, ut manifeſtũ eſt.

Item magis in complexione cum ſit frigidus et ſiccus, ſed aquoſitas & phlegma frigidæ & humidæ, unde conueniunt cum ſanguine in humiditate. Ex quo ſequitur quod tympanites, cuius cauſa coniuncta eſt uentus ſit deterior cæteris, quia quanto aliquid magis diſtat ab optimo in aliquo genere illud eſt deterius. Tertio inſtatur quod tympanites ſit minus mala cęteris tum quia uentoſitas facillimè reſoluitur, ſecũdo quia à leui cauſa generatur tam ex parte ciborum quam ex parte caliditatis. Vnde non ſignificat tantum lapſum quantum alię duæ. Tertio non communicatur nocumentum uniuerſale toti, ſicut in hypoſarca. Ad primum conceditur quod nocumentum eſt in omnibus membris in hypoſarca, ſed ex hoc nõ ſequitur, quod ſit cæteris deterior cum ſimiliter in alijs duabus nocumentum ſit in omnibus membris. ſ. omnium membrorum fortis exiccatio ſubſtãtifica, quæ non eſt in hypoſarca. Præterea nocumentum commune non ſemper eſt deterius nocumento particulari, ſicut in lepra quę eſt cancer uniuerſalis comparata cancro particulari, quæ eſt deterior & non ſanabilis, niſi cum euulſione mẽbri cancerati, tertia quarti, capitulo de cancro, & capitulo de lepra, lepra autẽ multotiens ſanatur membris non amputatis, ita etiã de febre comparata alijs ægritudinibus particularibus. Et ad confirmationem, dicitur quod quamuis lædãtur tres digeſtiones, ſecunda, tertia, et quarta diminutę aut corruptę, tamen ſecundum plurimũ læſio ſecundæ in tympanite & aſcite eſt deterior, & minus corrigibilis quam læſio trium in hypoſarca, & pendens à fortiori cauſa & minus corrigibili. Et ad ſecundam confirmationem dicitur nõ omnia membra tumere, ſed bene manifeſta ignobilia & forte caro cuti propinqua, ſed cor, pulmo, epar, & cætera nobilia non tument, et q̃uis nutrimentũ ſecd'm plurimũ eius ſit inconueniens tñ mẽbra nobilia q̄ ex nutrimẽto eſt cõuenientius attrahũt ipſum, unientia & aſſimilantia, & reſiduũ pro ignobilibus rẹlinquẽtia, & forte illud quod attrahunt aliqualiter perficiunt. Et ſi multum excreſceret malitia nutrimẽti, forte tumerẽt membra nobilia & tandem ſequeretur mors. Ad ſecundam rationẽ negatur maior generaliter ſumpta, ſed bene cõceditur q̄ ſicut ſe habet uentus ad aquam, & phlegma in malitia in comparatione ad ſanguinẽ bonum, ita ſe habet digeſtio generatiua uẽti ad digeſtiones generatiuas aquæ & phlegmatis. Vnde ſicut uentus faciens tympanitem eſt medius in malitia & difficultate extractionis inter aquam et phlegma. Ita digeſtio per quam generatur uentus eſt media in malitia inter duas alias digeſtiones, non tamen eſt medius in modo ſubſtantiæ & in cõplexione, nec oportet in omnibus affectum aſſimilari cauſæ, præcipue illi quę non eſt totalis. Ad tertiam ſequendo concluſiones dictas, dicitur q̄ licet uentus cæteris paribus facilius reſoluatur quam phlegma, & quam aquoſitas, attamen uentoſitas multa cõcluſa in uentre difficilius euacuatur quam phlegma per mẽbra ad minima diuiſum propter cauſas ſupraſcriptas. Ad ſecundam negatur quod leui cauſa generatur, imò ſecundũ plurimum ſit à corruptione primę & ſecundæ digeſtionis à fortiori cauſa prouenĩete quã nocumenta ſecũdæ, tertiæ, aut quartæ digeſtionis facientis hypoſarcam, Ad tertiam patet ex dictis, qualiter ſit reſpondẽdum. Si quę aũt ſint authoritates quæ ſonãt cõtrarium determinationis Aui. dic quod fuerunt opiniones cõtrarię opinioni Auic. uel ſi forte dixerunt hypoſarcam eſſe deteriorem intellexerũt ratione cõmunitatis nocumenti toti, aut maiori parti corporis. Si uerò dixerint tympanitem deteriorem, intellexerũt ratione maioris diſtãtię uenti à ſanguine laudabili in cõplexione et modo ſubſtãtię quam phlegmatis, aut aquoſitatis, & intellexerunt de tympanite ſequente febres acutas, ſicut ſanguinẽ peſtilẽtialem, et ſimiles. Auic. uerò intellexit aſcitem eſſe deteriorem, eo q̃d ſit magis mortalis & minus ſalubris quam reliqua. Hypoſarcam uerò econtra & tympanitẽ mediam, & hanc ſententiã iam dictam in cõparatione hypoſarcę, & tympanitis affirmat magis experientia quã ratio. Ego uerò in diebus uitę meę uidi paucas hypoſarcas & multas tympanites, & utraſq; ſecundũ plurimum ſanatas præter quaſdam tympanites, ſiue ueras, ſiue non ueras euenientes in febribus acutis quaſi ſubito & in propinquitate mortis aſcites uerò cum multas uiderim paucas uidi ſanari.

Nunc uerò agamus in ſpeciali de cauſis ſpecierum hydropiſis, & primo aſcitis quæ cum fiat ab aquoſitate expulſa ad concauitatem uentris inferioris. Primo ponam cauſas multiplicatiõis eius 2. deriuatiõis eius ad concauitatẽ iam dictã, & cur non fluat per uias cõſuetas, per quas ſi copioſe flueret nõ fieret aſcites

Cauſæ ergo multiplicationis ſunt ex parte materię agentis, ac extrinſecorũ. Ex parte materię ſunt potus aquæ, aut uinum multum limphati. Item cibi ſuperflue humidi et aquoſi, ſicut ceraſa, perſica, pira, poma, cucum. angur. melones, uuæ immaturæ, & ſimilia. Ex parte uerò agentis, debilitas aut corruptio digeſtiuæ epatis, de quibus dictum fuit in cap. de debilitate epatis. Sed ex parte extrinſecorum, ſicut aër humidus & frig. qui circũdat & inſpiratur ab his

qui habitant loca terrena, & carceres, & meatus ſubterraneos longo tempore, & qui habitant in uallibus & balneãtur in aquis, aut bibunt eas, & propriè poſt exercitium, balneum, aut coitum. Cauſæ uerò ſparſionis eius in uentrem ſunt, aut ex parte epatis, aut renum uel ueſicæ, uel ex parte ipſius aquæ. Ex parte epatis quãdo eius expulſiua eſt debilitata, ita ut non poſſit expellere ad uias urinæ, aut corrupta, quare expellit ad uentrem quod non debet, uel fortè in uena magna, uel emulgentibus eſt oppilatio, aut in gibbo epatis, quare aquoſitas non poteſt penetrare. Aut in gibbo epatis eſt apoſtema, & propriè durum ex parte renum, quia in renibus ſit oppilatio, uel apoſtema, propter quod aqua non potens penetrare regurgitat ad epar, uel fortè eorum attractiua debilitetur, uel fiant in ipſis ulcera doloroſa. Ita ut propter dolorem aut ardorem ex urina fugiant ab attractione. Similiter intelligatur de ueſica & poris uritidibus. Ex parte uerò aquæ quod ſit tantæ quantitatis quod ſuperet expulſiuam epatis, & ſequeſtratiuã quare remanet cum ſanguine, & penetrat poſtea per uenas, & propriè per uenas mirach, & reſudando penetrat in concauitatem mirach. Et hæc eſt una de ujs quibus aqua penetrat per concauitatem mirach, ſcilicet aqua penetrat per uenas communes mirach uel perueniens ad uenas quę aſcendũt ad ſumen, per quas mingit fœtus in utero ſudando cadat in concauitatẽ, & quod hæc penetratio licet mirabilis, ſit poſſibilis, patet quia medicinæ cholericæ aliquando penetrant per ſpondyles ad nucham, per quam penetrationem ſequitur paralyſis, ut ſupraſcriptum eſt in paralyſi.

Secunda uia quod penetrat per meſeraicas, & ex eis reſudat ad cõcauitatem, ſed certe facilior eſſet eius penetratio ad concauitatẽ inteſtinorũ, ſed hoc accideret quando eſſet exuberans. Tertia uia quod ab ipſo epate reſudet ad concauitatem. Quarta ſi aliqua uia uel meatus frangeretur, ſicut uena aliqua de prædictis, aut forte unus ex poris uritidibus. Et per ſciſſurã illam flueret ad concauitatem. Cauſæ uerò ſpeciales hypoſarcæ præter coniunctam, quæ eſt appoſitio nutrimenti in poris, ſed non unio propter phlegmaticitatem ſuam. Vnde tument membra exteriora, eſt corruptio digeſtionis tertię, ſcilicet quę ſit in uenis ad phlegmaticitatẽ. Vnde generatur prima humiditas de ſecundis phlegmatica cruda inepta ad nutricationem. Et ſemper concurrit nocumentum digeſtionis ſecundæ, aut aliquando primæ ſimiliter declinantis ad phlegmaticitatem & cruditatem. Cauſæ uerò corruptionis harum digeſtionum ſunt malę complexiones horum membrorum frigidæ & hum. aliquando oppilationes, aut apoſtemata frigida maximè in epate. Item infrigidationes & oppilationes in membris exterioribus obtundentes calorem innatum, & prohibentes ſuperflua euaporare. Cauſæ autem primitiuæ ſunt ſtomacho in aëre uehementer frigido ut in carceribus, cameris terrenis, & locis paludoſis, & ſimilibus, de quibus ſupra. Item cibi frigidi & humidi ſupraſcripti, potus aquoſi, res uiſcoſæ, & ſimilia. Et quandoque in cauſa eſt caliditas colliquans & liquefaciens carnes. Quapropter humores liquefacti peruenientes ad renes oppilant eos craſſitie ſua, unde nõ potentes deſcendere ſparguntur per corpus & ſit hypoſarca. Tympanitis uerò cauſæ ſunt ſecundũ plurimum corruptio digeſtionis primę. Cuius cauſa eſt debilitas digeſtiuæ ſtomachi uel quia materia, id eſt, cibus qui ſumitur eſt uentoſabilis, caliditas enim ſtomachi debilis, operationem debilem faciens in cibo, facit, ut cum peruenit ad epar cõuertatur in uaporẽ, aut uentoſitatem eo quod non eſt præparatus in conuerſionẽ ſanguinis, quia non habet eliquationem bonam cum permixtione partium ſubtilium cum craſſis. Vnde ſeparatæ uentoſantur faciliter. Secunda cauſa eſt debilitas caloris epatis quæ aget in cibũ, uel materias humorales ſibi uicinas ita ut non ſufficiat tranſmutare & agere in eas niſi euaporando.

Tertia cauſa eſt caliditas intenſa in ſtomacho & epate extranea quæ agit in cibos humidos actione diſproportionali antequam calor eorũ, ut naturalis incipiat digerere. Vnde conuertit eos in uaporem & uẽtoſitatem. Quarta cauſa eſt multus uſus ciborum uentoſabilium, ut ſunt legumina recentia, fabæ, faſeoli, allium, cepe, porri, fructus humidi, lac, acreſta, uinũ granatorum, & ſimilia. Sed hoc ſciendum quod digeſtio qua generatur uentoſitas, & ſimiliter caliditas eam generãs dicitur corrupta, quia generatur aliquid non habens rationem humoris, hæc autem uentoſitas generatur ex cibo aſſumpto. Aliquando ex humiditatibus repertis in ſtomacho, inteſtinis, epate & partibus uicinis à caliditate extranea ipſas ſubtiliante in uaporem craſſum, aut uentoſitatem. Item ſciendum quod in febribus peſtilentialibus, imò in multis acutis peſtilentialibus, ſicut in ſynocha & ſimilibus ſit inflatio uentris & tympanites, cum repreſentatione ſoni tympani, & hoc ſit à caliditate forti, ſed debili inquãtum naturalis à multitudine materierum, aut crudarum per uiam indigeſtionis multiplicatarũ aut corruptarum per malignam putredinem quę per actionem huius caliditatis uentoſantur, & euaporantur, ſed non reſoluuntur, quia maior eſt eorum multiplicatio quam reſolutio, & eſt malum ſignum, & ſecundum plurimum mortale.

Signa primo ponentur communia ferè omnibus hydropicis. Deinde de ſignis cuiuſque ſpeciei ſpecialibus agam. Primum, eſt mutatio coloris à naturali uiuido ad malum diuerſum, tamen ſecundum complexionem epatis. In frigida enim mutatur ad album plumbeum, in calida citrinum qui aliquãdo non aduertenti apparebit rubeus rubedine ſana. Sed ſi bene & diſtinctæ notabitur, uidebitur in oculis mutatio à uiuiditate ſana, & à pulchritudine in ſinu oculorum & circunferentia maxillarum, & in his coloribus bene caueant medici ne decipiantur. Secundum ſignũ eſt inflatio oculorum, pedum, & interdum manuum niſi in tympanite. Sed in hypoſarca plus quod prouenit propter humiditates & uapores craſſos cõmunicatos partibus extremis niſi in tympanite, ubi nullus tumor niſi in uentre reperitur. Manus autem nõ ita inflãtur ſicut pedes, quia fonti caloris propinquiores, per quem ſit reſolutio, uirtutum naturalium confortatio, & cum hoc propter fortitudinem expulſiuę non recipiũnt ſuperflua. Secundo quia frequentius mouẽtur. Tertio quia humores graues amplius ſunt parati deſcendere, contingit tamen aliquando unum crurium plus altero tumeſieri, uel ex maiori eius debilitate, uel quia materia in membris ſuperioribus eiuſdem lateris magis continetur. Tertium ſignum eſt

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.192

ſitis intenſa in omnibus ſpeciebus hydropis calidæ. Primo in tympanite cum nõ reſtauretur humidum, ſed corpus areſiat, in aſcite propter uapores ab aqua eleuatos calidos, ſiue ex putredine, ſiue ex mixtione choleræ cum ea quando ſcilicet aquoſitas eſt citrina, qui uapores petunt ſuperiora. Et quia non reſtauratur humidum, roridum cõueniens, ſed mala aquoſitas. Similiter in hypoſarca ex cauſis ſimilibus. Quartum deiectio appetitus cibi. Et propriè in calida propter uehementiam appetitus aquę, niſi accidat quæcunque illarum à frigiditate, & propriè à potu aquæ frigidæ non à ſua hora. Quintum in omnibus minoratur urina & propriè in aſcite, deinde in hypoſarca & in pluribus rubet propter paucitatem ſuam, ita ut à pauca cholera ſit apta tingi. Item tingitur propter paucitatẽ ſeparationis aquoſitatis à ſanguine & cholera. Quapropter ex citrinitate, aut rubedine urinæ non eſt iudicanda hydropiſis calida, niſi eſſet uehementia tincturæ cum mediocri quantitate urinæ, & ſatis bona ſubſtantia. Ex quibus infertur tincturam urine non eſſe propter cauſas nuper dictas ſignum hydropis calidæ, niſi cum duabus conditionibus ſupraſcriptis. Aqua uero quæ in uentre congregatur non eſt ita tincta ſicut illa quæ mingitur.

Primo quia non tandiu remanet in epate ſicut illa quæ mingitur. Secundo quia reſudat per poroſitates anguſtas. Vnde depuratur. Sextum febres in hydropicis ſunt tepidæ, quia humiditates iſte leuiter putrent. Septimum accidunt in eis bothor, quæ eruptæ emittunt aquam citrinam quod magis uerificatur in poſtremis materia iam malignata.

Octauum multiplicatur egeſtio ſanguinolenta in hypoſarca & tympanite, epate debilitato non ſufficiente tranſmutare chilum in bonum ſanguinem. Vnde tranſmueatur in rem quaſi mediam inter chilum & ſanguinem aſſimilatam loturæ carnis recentis. Talis enim renuitur à membris cum non ſit bona ad nutriendum, Et mittitur ad inteſtina. Ipſa uerò apparet plus in tympanite & hypoſarca, quia in eis chilus amplius trãſmutatur uerſus ſanguinem, in aſcite enim ſola fit aquæ generatio. Et ſi quid ſanguinis generatur, illud modicum, & ſi non bonum, pro nutrimento membrorum auidorum retinetur. Et Et hæc ſunt ſigna communia hydropis.

Signa uerò cauſarum ſunt hæc. Si enim pendeat à cauſa calida adeſt ſitis, magna inflammatio, citrinitas uel rubedo, amaritudo oris, uomitus citrinus, aut uiridis, corporis notabilis exiccatio, defectus appetitus cibi, tinctura notabilis urinæ, cum conditionibus ſupraſcriptis, & aliquando ardor ipſius, frigiditatis ſuperfluæ contraria ſunt ſigna.

Si uerò pendeat ab oppilatione, aut apoſtemate ſigna præceſſerunt in capitulis proprijs. Si uerò fuerit à ſolutione continui, ſigna ſunt cauſę ipſius primitiuæ, ſicut caſus, percuſſio, offenſio in regione epatis, ad quas ſequitur contuſio ulcus, apoſtema, & ſimilia quæ per ſigna propria cognoſcuntur.

Et ſi fuerit per communitatem à toto ſicut in febribus, febres ipſæ quæ adſunt & pręceſſerũt ſunt ſigna. Et ſi fuerint arſiuæ forte adeſt liquefactio tam in egeſtione quam in urina, aut in altera, & forte erit egeſtio uirulenta, & urina ſicut lotura carnis, aut fortaſſe præceſſit.

Si uerò hydrops ſequatur aliquam notabilem euacuationem, & propriè ſanguinis ipſius præceſſio eſt ſignum & pallor faciei.

Si uerò fuerit per communitatem à membris particularibus, ſicut à pulmone, & cæteris membis ſpiritualibus ſtomacho, ſplene, meſenterio, inteſtinis, mẽbris, urina, matrice cognoſcitur per præceſſionẽ ægritudinum illorum mẽbrorum cum quarum augmento augendo præceſſit. Cauſę uerò primitiuę & propriè quæ diu præceſſerunt ſignificant ſeipſas, & propriè quando non apparet aliqua cauſa corporea per eſſentiam aut per communitatem quæ ueriſimiliter ſit in cauſa.

Species uerò hydropis habent ſigna propria per quæ abinuicem diſtinguuntur. Primum ſignum aſcitis eſt grauitas ſenſibilis in uentre. Secundum, cum percutitur non eſt ei ſonitus, ſicut in tympanite, ſed quando commouetur auditur ſonus aquæ commotæ, ſimiliter quando habens eam permutatur de latere ad latus, non ſicut in tympanite & hypoſarca.

Tertium, tactus eius eſt tactus utris pleni aqua, non utris pleni uento. Quartum, non magnificantur cũ ea omnia membra ſicut in hypoſarca, imò ſuperiora areſiunt, & inferiora ſicut pedes inflantur, ita ut aliquando inſletur uirga & oſcheum. In tympanite uerò omnia areſiunt. Quintum, cutis uentris & cruriũ eſt humida, extẽſa, lucens cum aquoſitate ſuppoſita. Sextum, eſt paucitas urinæ magis quam reliquis.

Septimum pulſus eſt paruus, frequens, decliuis ad duritiem cum aliquanta tenſione propter tenſionem uelaminum, & quandoq; in fine declinat ad lenitatẽ propter multitudinem humiditatis. Octauum, quãdo eſt hydropiſis aſcitis eueniens ſubito, & maximè poſt lapidem exeuntem abſque cauſis manifeſtis nocumenti epatis, una uiarum urinæ eſt diſrupta, ſicut etiam pori uritides, aut ueſica, inter quas diſtinguitur per locum doloris.

Sed ſignum proprium ſubiacens uiſui, per quod ſpecies hydropis inter ſe diſtinguuntur, & etiã diſtinguũtur à mola matricis, & pregnatione, eſt ut reſupines patientem, & uideas ſi totus uenter ſit extẽſus, an ſolum ab umbilico infra. Si primum eſt hydrops. Si eſt ſecundum prægnatio uel mola. Poſtea ſi uenter totus eſt extenſus conſydera an ſuperior pars uentris deprimatur, & latera extendantur & tunc eſt aſcites. Si uerò pars ſuperior eleuetur, & propriè umbilico exeunte, latera uerò non extendãtur eſt tympanites. Huius exemplum habes in duabus ueſicis, ſiue duobus utribus, quorum unus ſit plenus uẽto, alter aqua, ſi uerò uenter non appareat multum eleuatus, & cum premitur cum digito remanet ueſtigium eſt hypoſarca, & maximè quando ſimilis tumor eſt in reliquis membris. Sed mola diſtinguitur ab impræęgnatione per ſigna quæ dicentur in capitulis ſuis.

Signa hypoſarcæ. Primum, inflatio in toto corpore ſicut accidit in corpore mortui. Secundum, impinguãtur membra omnia apparenter. Et propriè facies & partes ſuperiores nutrimento phlegmatico petente ſuperiora propter cerebrum. Tertium, cum premantur digiti in omni parte corporis remanet ueſtigium. Quartum, non eſt in uentre eius de inflatione & commotione quod eſt in uentre aſcitis, nec de inflatione & exitu ſuminis, id eſt, umbilici & partiũ propinquarũ,

propinquarum, quod eſt in tympanite Quintum, & ſequuntur eam fluxus uentris ſanguinolentus & lenitas naturę tendens in albedinem, ſcilicet phlegmaticam, quod ſignum uerificatum fuit in ſignis generalibus. Sextum, & quandoque pulſus eius eſt undoſus, latus, lenis, propter multam humiditatem.

Prognoſticum Auic. autoritate aliorum, quando in facie hypoſarcici, aut manu ſiniſtra eius ſit mollities, id eſt, paralyſis & accidit in princ. huius accidẽtis pruritus in naſo, moritur in ſecundo die, aut in tertio. Significatur enim magna corruptio, unde fit uaporum corruptorum eleuatio ad ſuperiora qui faciunt pruritum in naſo, quare ſtante tanta corruptione cum debilitate uirtutis ſignificata per paralyſim moritur feſtine. Signa tympanitis. Primum, egreditur in ea ſumen notabiliter. Secundum, non eſt in ea grauitas ſicut in aſcite. Tertiũ, eſt in uentre maior tenſio quam in aſcite, imò uenter eſt ſicut chorda tenſa. Quartum, & non eſt in ipſa pinguedo, id eſt, inflatio cum mollitie aliorum membrorum, ſicut in hypoſarca, imò tendunt ad areſactionem. Quintum, & cum uenter percutitur auditur ſonitus uentris pleni aẽre non uentris pleni aqua. Sextum, & eſt appetens eructuationem ſemper, & iuuatur ex ea propter exitum uentoſitatis. Septimum, & eius pulſus eſt longior pulſu aliorum hydropicorum propter tenſionem cum fortitudine uirtutis in comparatione ad aſcitem. Et propter hoc apparet durus, uelox, frequens, cum propter inobedientiam inſtrumenti non poſſit ſatisfacere cum magnitudine, eſt ſatis fortis cum uirtus nõ debilitetur ſicut in aſcite. Octauum, & non eſt inflatio in ea omnium membrorum, ſicut in hypoſarca, nec pedum, ſicut in aſcite cauſa patet ex dictis.

Prognoſticum. Primum, homo de quo uehementius timetur cum accidit ei hydropiſis eſt ille, cuius cõplexio naturalis eſt calida & ſic. non enim ægrotat in contrarium ſuæ complexionis niſi propter fortẽ cauſam. Secundum, hydropiſis adueniens propter duritiem ſplenis, eſt magis ſalua quam uenĩẽs propter duritiem epatis, imò eſt in qua ſperatur curatio. Tertiũ, quando dominatur materia hydropis adeo ut faciat accidere dyſpnœam, id eſt, difficultatem & cõſtrictionem anhelitus, & ſolutionem uẽtris ſignificatur propinquitas mortis in tribus diebus. Si autem noceatur anhelitus propter malam complexionem officialem, id eſt, membrorum officialium, ſicut diaphragmatis pulmonis, non eſt ita malum ſicut propter multitudinem materię. Quartum, ulcera maligna oris & gingiuarum, & reliquarum partium, accidentia in proceſſu, iam uirtute defecta propter malitiam uaporũ & ſanguinis, ſignificant mortem non multum diſtare. Quintum. Quando deſcẽdit ex hydropico quod eſt ſicut caro pronuntiat mortem eius, fortè enim illud deſcẽdens ex epate ſignificat eius corruptionem. Sextum. Si alicui habenti melancholiam accidat hydropiſis curatur per aductum hydropiſis, quoniam humectatur. Septimum. Fluxus uentris hydropico ſuperueniẽs mortalis niſi euacuetur cauſa hydropis. Octauum. Venter ſiccus in hydrope eſt melior quã lenis, & propriè ſi hydrops proueniat ex nocumento renum & mẽbrorum urinæ. Nam in hoc fit lenis uẽter propter reuerſionem humiditatis ad inteſtina. Et ſiccitas uentris eſt maior in hydrope ſequente nocumenta membrorum anteriorum, & quando ſumen, & fœmoralia ſunt carnoſa eſt melius, ſignificãt fortitudinem & tolerantiã ſolutionis, & his poſſunt exhiberi ſolutiua fortia. Nonũ. Omnia ulcera in hydropiſi ſunt difficilis curationis. Decimum. Omnis hydrops ſequens peripneumoniam eſt mortalis. Vndecimum. Hydrops aſcites eſt ſecundum plurimum mortalis, ſed hypoſarca, & tympanites ſecundũ plurimum ſalubris, niſi tympanites quaſi ſubita ſequens ægritudines acutas, ſicut ſynochas peſtilentiales, & ſimiles quæ ferè ſemper eſt mortalis. Duodecimum. Omnis hydrops in acuta febre malum, ſecundo prognoſtic.

CVm uenter poſt epatis dolorem & feb. augmentari cœperit, & quod eſt ab umbilico uſque ad femur exterius prominuerit, & cutis quæ eſt ibi ſubtiliari & albere uiſa fuerit, & cum uenter mouetur, auditur ſonus quaſi aquæ in uaſe non pleno moto, & ſi cum his urina fuerit rubea. parua eſt habenda fiducia, propriè ſi uirtutis non affuerit fortitudo.

Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima Raſis curat aſcitem. In ſecunda hypoſarcam. In tertia tympanitem. ſecunda ibi. Quod ſi in palpebris. tertia ibi. Si uerò uẽter. Prima in 2. Primo ponit ſigna aſcitis: 2. curam. ſecũda ibi. His tñ. In prima parte ponit quatuor ſigna. Primũ quod uenter poſt epatis dolores qui ſequũtur ad apoſtemata, aut alias eius ægritudines cœperit tumere ita ut ab umbilico uſque fœmur exterius eminuerit, imò etiam ſuper umbilicum, licet minus. Secundum quod cutis uentris uiſa fuerit albere & ſubtiliari quaſi tenſa à re alba. Tertium cum uenter mouetur auditur ſonus aquæ in uaſe non pleno moto, hæc tamen ſignificant hydropiſim, aſcitem. Quartum & ſi cum his urina fuerit rub. ſcilicet notabiliter & cum cõditionibus ſupraſcriptis, ſcilicet quod non fuerit ualde pauca, nec malæ ſubſtãtiæ quæ ſignificant & ipſam pendere à cauſa calida. Et conſequenter parum ſperandum eſſe & maximè uirtute exiſtente debili cum deterius ſit hydrops calida q̃; frig. hæc quatuor ſignificant aſcitem mortalẽ.

His tamen ſi uirtus fortis fuerit, & uenter uehementer ſiccus, pilulæ de rauedſeni dandæ ſunt, quæ Rec. rauedſeni, ſucci eupatorij, ſem. endiuiæ, omnium ana. drach. 3 agar. drach. 5. mezereon drach. 10. fiant ex his pilulæ, quarũ doſis ſit drach. 2. s. ex quibus quaque hebdomada doſis una ſumatur.

Quod ſi uirtus fuerit debilis trochiſci de mezereon dandi ſunt. Qui Rec. ſem. endiuiæ

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.193

endiuiæ drach.10.mezereon drach.1. & .2. tertias agarici, ſucci eupatorij ſimiliter tantundem, roſarum, ſem. citrullorum amborum ana drach. 2. & s. ex his omnibus fiant trochiſci 10. de quibus unus in die cum ſyru. aceto. de ſaccharo dandus eſt. Si autem uenter fuerit ſolutus dentur trochiſci de berberis cum ſyru. acet.

Aeger quoque nutriatur ex zibregi. Et bibat ſyrupum acetoſum de citonijs. Et ſi uentris ſolutio uehemens fuerit citoniorum rob ſolum dandum eſt,

Hic curat aſcitem primo à cauſa calida. ſecundo à cauſa frigida, ſecunda ibi. Si autem cum his. In prima parte ponit tria remedia. Primum uirtute exiſtẽte forti, & uentre ſicco pilulæ de raued, id eſt, de rheu barbaro in quibus ponitur mezereon. ℞. rauedſeni. ſed loco ipſius accipimus rheubarbarum, & eſt melius, ſucci euparorij, ſemi. endiuiæ añ.ʒ.3. agar. ʒ.5.mezereon ʒ.10.fiant pilulæ, quarum doſ. eſt ʒ.2. s. & quaque hebdomada ſumatur doſis infra cum cuſtodia. Si uerò uirtus fuerit debilis dentur trochiſci de mezereon, ut ℞. ſem. endiuiæ ʒ. 10. mezereon, agarici, ſucci eupatorij añ.ʒ.1.& 2.ʒ.roſarum ſem. citrullorum añ.ʒ.2.s.ex his fiãt trochiſci 10. de quibus unus in die cum ſyrupo acet. de ſaccharo dandus, trochiſci iſti ſunt leues, ſed pilulę fortes & non dandę niſi uirtute exiſtente forti. Eſt enim mezereon calidum & ſic. in quarto excoriatiuum, ſeroſum, inflammabile, conſumptiuum & diſſolutiuum uirtutis, educens aquam citrinam cum fortitudine, cuius doſ. ſubſtantia eſt à ʒ.s. uſque ad unam & nocet epati niſi rectificetur, ſed ſemen endiuiæ, & ſuccus eupatorij, & ſemẽ citrulli ipſum rectificat, mezereon tamen bonum cõmuniter non reperitur apud nos. Secundum remedium, quod ſi uenter fuerit lubricus dentur trochiſci de berberis cum ſyrupo acetoſo, infrigidant enim & ſtringunt. Tertium, quod æger nutriatur ex zibei uel zibrebegi, qui eſt cibus factus ex carne cocta, & ouis ſimul mixtis, & bibat ſyrupum acetoſum de citon. Et ſi uentris ſolutio uehemẽs fuerit, citoniorum, rob ſolum dandum eſt ad uentris conſtrictionem.

Si autem cum hac paſſione non fuit urina rub. nec calor, pilulæ iſtæ dandæ ſunt, quæ. Recip. mezereon, ſagapeni amborum ana drach. s. ſalis indi, fimi columbi amborum ana 6. drach.1. pilulæ enim iſtæ aquam uehementer deſcendere faciunt. Trochiſci præterea de lacca cum apozimate de radicibus dandi ſunt. Emplaſtrum aſciti conueniens. Rec. fari. hord. cipe-ri, ſtercoris bouini ueteris, baurach. boli ar. omnium partes æquales ex his omnibus tritis fiat epithyma ſuper uentrem, huius nanque proprietas eſt aquæ magnam partem exiccare.

Hic curat aſcitem à cauſa frigida per tres medicinas. Prima medicina eſt. Quod ſi cum hac paſſione non fuerit urina rub. nec calor ſcilicet febrilis, aut cõplexionalis ſuperfluus, pilulæ iſtæ dandæ ſunt. ℞. mezereon, ſagapeni cal. in tertio, ſic in ſecundo educentes humores craſſos & uiſcoſos, & aquam citrinam añ.ʒ.s. ſalis indi cal. & ſic. in tertio, ſoluentis melancholiam & humores uiſcoſos, fimi columbini calidi in quarto ſoluentis pungendo & diſſoluendo añ. ℈. s. fiant pilulæ & ſunt doſis una, & potenter ſoluunt aquam, in aliquibus tamen libris nõ ſunt ſal indum, neq; fimus columbinus, credo illos textus eſſe meliores. Secunda medicina eſt, ut dentur trochiſci de lacca cum decoctione de radicibus quorum deſcriptio pręceſſit in cap. de dolore epatis, aperiunt oppilationes & prouocant. Tertia medicina eſt hæc. ℞. farinæ hord. ciperi, ſtercoris bouini ueteris, baurach. boli arm. omnium añ. partes æquales fiat epythima ſuper uentrem, permiſcendo cum aliquo liquore, ſicut eſſet aqua cineris & uinum album. Iuuat enim in reſoluendo aquam.

Quod ſi in palpebris & extremitatibus fuerit apoſtema molle, & teſticuli apoſtemantur, facieſque ac totum corpus mollitie quadam teneatur, erit tunc hydropiſis ſpecies quæ hypoſarca uocatur. Aegro itaque hac ſpecie laboranti trochiſci de lacca cum apozemate, de radicibus ſunt tribuendi. Et uenter quaque hebdomada ex pilulis de rheumbar. eſt ſoluendus. Et patiens in arena calida eſt ſepeliendus. Et quoque eſt præcipiendum ut exercitio utatur. Et famem, & ſitim ſæpe patiatur.

Hic curat hypoſarcam dicẽs: quod ſi in palpebris & extremitatibus fuerit apoſtema molle, & teſticuli apoſtemantur, id eſt, oſcheum, & fortè teſticuli cum eo, & facies, & totum corpus fit factum molle cũ quodam tumore quæ omnia ſunt ſigna hypoſarcæ. Pro cura hac ægritudine laboranti, ſunt tribuendi trochiſci de lacca cum decoctione de radicibus ad mundificandum corpus per uiam urinæ, & aperiendum oppilationes, & frequenter exibeantur. Et uenter quaque hebdomada ſoluendus cum pilulis, de rheubarbaro quæ poſſunt fortificari reformãdo eas cum ſucco ireos. Pilulæ tamen de raued. Meſue ſunt fortiores. Et factis euacuationibus patiens in arena calida ſepelietur ad reſoluendũ phlegma aquoſum. Et exercitetur ſtomacho ieiuno. Et fac ſæpe fameſcat & ſitiat.

Siuerò

Si uero uenter inflatus fuerit, ac tenſus, & cum percutitur ſonum reddit ut tympanum, hydropiſis ſpecies adeſſe ſignificabitur quæ tympanites dicitur. Quam qui patitur, à comeſtione olerum abſtinere debet, atque eorum omnium quæ uentoſitatis ſunt generatiua. Venter quoque omni die ex panico eſt uaporandus. Et uentoſæ ſuper uentrem ponendæ. Et medicamina tumorem diſſoluentia danda ſunt, ut diacyminum, & electuarium de bacca lauri, quod in cap. de iliaca nominabimus. Aeger præterea exercitio uti aſſueſcat. Et fumem pati. Ex collyrijs quæ uentoſitatem diſſoluunt, quorum faciemus mentionem ſibi ſubijciat. Venter quoque mantili donec incipiat rubere fricetur. Et ex oleo rutaceo clyſterizetur.

In parte iſta curat tympanitẽ dicens: Quod ſi uenter inflatus ac tẽſus fuerit, & cum percutitur ſonat ut tympanum, eſt ſpecies hydropis dicta tympanites & tu ſupplere reliqua ſigna tympanitis ſuperius allegata ſiue poſita. Sed pro cura, debet abſtinere à comeſtione olerum & omniũ quæ uentoſitatis ſunt generatiua. Pro quo nota omnia olera eſſe uentoſa, licet aliqua eorum carminent uentoſitatem, ſicut ruta. Secundo eſt euaporandus cum panico, aut milio & propriè torrefactis. Tertio uentoſæ ſuper uentrẽ ſunt ponendæ. Quarto medicamina uentoſitatem diſſoluentia dãda ſunt, ſicut diacyminum, electuarium de baccis lauri, cuius deſcriptio ponitur in ca. de colica. Quinto æger multum exercitetur ſtomacho ieiuno. Sexto patiatur famẽ & ſitim. Septimo collyria uentoſitatem diſſoluentia, de quibus agetur in cap. de colica ſubijciantur. Octauo uenter cum panno fricetur donec rubere incipiat. Nonum ex oleo rutaceo clyſterizetur.

ORDO CVRÆ.

Quia cura cacexiæ non differt à cura hydropiſis niſi ſecũdum magis & minus, ideo de ambarum curatione ſimul agendum eſt.

Harum itaq; cura ſex exigit intẽtiones. Prima ordinat debitum regimen ſex rerum. Secunda minorat ſuperflua. Tertia digerit, aperit, & membra naturalia confortat eorum diſcraſiam corrigendo. Quarta eradicat. Quinta corrigit accidentia. Sexta remouet cauſas recidiuationis, quia eſt multum recidiualis.

Regimen autem ſex rerum non naturalium debet tendere in contrariũ cauſæ facientis hydropem, ideo habet diuerſificari ſecundum diuerſitatem ſpecierum hydropis & cauſarum ſuarum, debet ergo in cauſa calida declinare ad frigidum, in frigida ad calidum, ſed ſecundum plurimum ad ſiccum. Et ſemper magno opere ad confortationẽ ſtomachi, & epatis, & membrorum naturalium. Aër ergo ſit clarus declinans ad ſiccum, quapropter habitet in ſolari non in loco terreno humido, & ſit calidus in frigida, & frigidus in calida, magis tamen cæteris paribus declinet ad calidum in frigida, quam ad frigidum in calida cum in omni hydrope opus ſit cauſam coniunctam reſoluere. Vitetur aër uentoſus & aquoſus.

In cibo & potu obſeruentur hæ conditiones. Prima ut ſit parcus in utroque, quapropter nõ comedat niſi præcedentis cibi digeſtione celebrata, & niſi notabiliter fameat conſtante appetitu, ſimiliter non bibat niſi multum ſitiuerit. Sunt enim fames & ſitis ſummum remedium in hac ægritudine, & propriè ſitis. Quapropter non comedant, neque bibant extra prandium & cœnam imò ſi bene poſſent tolerare cõueniens eſſet ut non cibarentur niſi ſemel in die. Secũda ut non multiplicent cibaria in menſa una. Tertia ut ſurgant à menſa cum reliquijs famis. Quarta ut notabiliter comedant antequam bibant, & nullo pacto bibant aquã. Et ſi neceſſitas aliqua cogeret ad aquã miſceatur cum uino per 3. aut 4. horas antequam bibat, & ante potum præcedat cibus, ut tardius penetret ad epar. Quod ſi patiens non biberet uinũ à proprietate quadam indiuiduali ſibi horrendum nõ cogatur ad ipſum, ſed potius bibat aquam endiuię, aut abſinthij cum ſyrupo acetoſo ſimplici, ſaccharino, aut mellino, aut ſaltem aquam calibeatam, eſt enim aqua ſummopere uitanda ſecundum omnem modũ adminiſtrationis. Vinum tamen in cauſa notabiliter calida nocet niſi ſit ualde pauciferum, unde fortè præſtantior eſt aqua endiuiæ, aut ius galli & propriè decrepiti, ſed in cauſa frigida ſit potius ſubtile antiquum clarum, de quo tamen parum bibat, & melius eſt album quam nigrũ. Panis hordeaceus eſt melior quam triticeus. Si uerò abhorreret ipſum comedat triticeum, non omnino à furfuribus depuratum, bene coctum & ſalitum, cui ſi adminiſtratur ſemen endiuiæ, aut fœniculi, aut aniſi erit præſtantior. Ex ſalatis conueniunt in cauſa calida endiuia, cichorea, lupuli, in frigida, cappares, fœniculi, petroſ. carota, praſſium, apium, aſparagi in utraque, & ſint debitæ coctæ, & cum pauco aceto, & oleo conditæ aſparagi tamen cum ſolo ſale condiantur. Sed in tympanite olera & propriè recentia uitanda ſunt. Ex ferculis cõuenit ius cicerum, & phaſeolorum, & decoctiones radicum, & ſemen aperientium, & caulium, & quæ fiũt ex pane, aut ouis abſque caſeo, & quæ fiunt ex enula & ſit cocta in iure laudabilium carnium infraſcriptarum, uitetur tamen ſuperfluus uſus brodiorum. Ex carnibus conueniunt perdices, phaſeani, franguelini, turtures, turdi, alaude. Aues paruę degentes in arboribus & pratis, columbi uolare incipiẽtes, ex quadrupedibus hœdi, cuniculi, capreoli, lepores &c. quæ comedãtur in prandio elixæ, in cœnis aſſæ, epata gallinarũ optime conueniunt ſuper prunis cocta nõ multum, piſces uitentur, ſed caro limaciarum conuenit, oua conueniunt ſecundum omnem modum adminiſtrationis, & ſint mollia nõ per decoctionem indurata, uitetur lac, caſeus, & lacticinia omnia, butyro, & oleo raro utatur. Ex ſaporibus conuenit in fridida

moſtarda

moſtarda, & ſapor ex paſſulis, & ſapor ex aromatibus in calida acreſta, uinum granatorum, de berberis & quæ cum his fiunt. Aromata conuenientia in frigida ſunt cynamomum, zing. piper, grana longa, crocus, & ſimilia, ſed in calida ſandali, ſpodium, coriandrum. Fructus conuenie͂tes in frigida, ſunt paſſulæ, fiſtica, auellanæ torrefactæ, ſed in calida granata muza. Somnus ſit nocturnus ſex horarũ, aut circa. Exercitiũ & propriè ſtomacho ieiuno eſt eis utile. Et propriè ambulando per loca arenoſa, ſicca, & per montes uſque ad ſudorem qui continue abſtergatur. Et tunc caueant à uentis, & poſt exercitium ſtent in ſole capite protecto & alijs membris diſcoopertis.

Accidentia animi conueniunt, ſicut lites, ira, ſolicitudo, & ſimilia exiccantia, cauendum eſt ab accidentibus quibus corrumpitur digeſtio, ſicut triſtitia, timor, & ſimilia; hæc autem exiccantia magis conueniunt in aſcite, & hypoſarca, minus in tympanite. Solicite procuret omnes euacuationes naturales, imò etiam non naturales, ſicut uomitus ſi eis fuerit conſuetus, eſt enim euacuatio ſibi conuiens. 2ª intẽtio. Pro ſecunda intentione quæ eſt minoratio huiuſmodi cañ. obſeruentur. Primus, quod diuerſi humores euacuentur craſſi, ſubtiles, cholerici, phlegmatici, aliquando melancholici propriè cum ſplen eſt in cauſa. Sed in aſcite maximè aquoſitas, in hypoſarca phlegma, in tympanite diuerſi ſecundum diuerſitatem humorum qui in uentoſitatem ſubtiliantur, ſed frequentius phlegma, deinde melancholia, licet aliquando ex chilo immediate generetur uentoſitas. Cauſæ autem tantæ diuerſitatis humorum eſt eterogenitas chili cum errore digeſtiuæ. Secundus, quod ſolutiua iſta parum ſint læſiua membrorum nobiliũ maximè ſtomachi & epatis, ut quia ſunt leuia ſicut benedicta, hiera ſimplex, pilulæ de rheubarbaro, de eupatorio, aut ſi opus eſt fortibus ſint bene correcta, & mixta etiam cum his quæ ſtomachum & epar confortant ſicut ligno aloës crudo, ſchinantho, & ſimilibus. Tertius, freque͂s ſit euacuatio ne materia multum exuberet, non tamen pro uice ſit copioſa ne uirtus deijciatur. Quartus, poſt ſolutiua dentur aliqua confortantia ſtomachũ & epar ſtipticitate moderata, proprietate & aromaticitate. Quintus, nõ cõuenit phlebotomia ratiõe hydropis, tũ quia materia hydropis, & propriè aſcitis, aut tympanitis nõ eſt multum apta educi cum phlebotomia, materia uerò hypoſarcę fortaſſe magis, tũ quia phlebotomia paucificat calorem innatum per quem epatis & ſtomachi digeſtio perfiicitur, tum quia pauco exiſtente ſanguine in corpore phlebothomia prohibetur, quarta primi, ca. de phlebotomia. Verum aliquando competit ratione cauſæ, ut puta apoſtematis epatis, in cuius principio debet fieri phlebotomia, ſed poſt principium minus cõpetit phlebotomia, q̃ ſi eſſet apoſtema ſolum ſine hydrope. Secundo, ſi cauſa hydropis eſſet retentio ſanguinis menſtrualis aut hæmorrhoidalis fluere conſueti, tunc ex ſaphenis facienda eſt phlebotomia aut huiuſmodi ſanguis prouocetur, ſimiliter dico de ſanguine retento, per aliam regionem fluere conſueto, in his caſibus facienda eſt phlebothomia, niſi ſit fortis indicatio in cõtrarium, phlebotomia tamen magis toleratur in hypoſarca quàm in cæteris, quia plurimum materiæ hypoſarcę in uenis continetur, licet paucitas ſanguinis huic obſtet. Et ſi conſiliũ tuum ſit de phlebotomando, prius materiæ aliæ multum dominantes ſunt minorandę, poſtea phlebotomandum, & ſic fiat phlebotomia lata, & propriè in hypoſarca ut phlegma cũ ſanguine poſſit educi. Sextus, uomitus aliquando conuenit ad mundificandum ſuperflua in ſtomacho conte͂ta, quæ digeſtionem impediunt, & propriè ſtomacho nauſeãte qui fieri poteſt ſtomacho ieiuno, & poſt ſumptionem alicuius cibi iuuantis ad uomitum. Septimus, clyſteria conueniunt in euacuando cauſam antecedentetem & coniunctã hydropis. Item in euacuando materias quibus ſtomachus & epar debilitatur, In clyſteribus ergo poſſunt poni ſolutiua ſecundum exigentiam materierum euacuandarum. Item poſſunt poni aperitiua alterantia ſecundum exigentiam cauſę hydropis. Ego enim in clyſteribus aliquotiens pono ſuccũ ireos in aſcite & in tympanite electuariũ de baccis lauri, & in hypoſarca hieralogodiõ, electuarium indum benedictam, & ſimilia. Solutiua ergo exhibenda ſunt hiera ſimplex ualens in calida et frigida. Sed in frigida magis, quæ educit ſuperflua & reſeruatis humiditatibus innatis. Quod ſi humores fuerint craſſiores, ſecum miſceatur tertia pars agarici præparati, & fortiora ſunt hieralogodion, hiera diacolocynthidos & electuarium indum, & hæc ualent in cacexia & omnibus ſpeciebus hydropis, ſed in aſcite propriè ſunt pilulæ de raued cum mezereon, quæ ſunt primæ pilulæ deſcriptę à Raſi, ualentes in aſcite, calida uirtute exiſtente forti, ſed incipias à ʒ. 1. ſi autẽ uirtus fuerit debilior des trochiſcos ab ipſo deſcriptos etiam ualẽtes in cauſa calida, & detur trochiſcus unus, pilulæ tamen de mezereon M. ſunt fortè in his præſtantiores. Ego tamen in his pilulis de mezereon paucam inueni utilitatem, quod euenit, quia non habemus bonum mezereon, & in cauſa frigida Raſis iubet dari pilulas de mezereon cum ſagapeno. Ego uerò in aſcite do ſuccum ireos facta reſidentia à ʒ. 2. uſq; ad 6. cũ tantũdem aquæ mellis aut aquę caſei, & ſi fuerit uehemens caliditas cum his miſceo, ℈. 1. ſandalorũ uel tantundem ſpecierum triaſandalorum aut ſaltem in fundo, ʒ. 1. poſtea extraho facta bona expreſſione. Vbi autem in fluxibili uẽtre leuiora ſufficiant, do pilulas de rheubarbaro, aut de eupatorio deſcriptione Meſ. in aſcite & hypoſarca, & ſi uolo fortificare eas reformo cum ſucco ireos & ſunt optimæ. Item pilulę dę raued, Meſuæ ſunt pręſtantes, ius etiam galli decrepiti cum polypodio & aneto confert & leniter ſoluit & alchechengi, almezereon, alſcebram deſcriptione Meſ. diſt. 3. ſunt efficacia.

Sed pro tertia intẽtione, quæ digerit, aperit, & membra naturalia confortat, ſunt obſeruandi iſti cañ. Primus canon digeſtiua ſint calida aut frigida ſecũdum exigentiam ſui contrarij. Sed quo ad uirtutes ſecundas ſint ſubtiliatiua, abſterſiua, inciſiua, aperitiua, prouocatiua ſecũdum quod oportet, ſed quo ad uirtutes tertias ſint membrorum naturalium confortatiua tam proprietate q̃ ſtipticitate moderata. Hęc autem facilius complemus in complexione frigida q̃ in cal. tum quia ſecurius poſſumus calefacere q̃ infrigidare: tum quia magis efficacia, & à proprietate magis operantia reperiuntur calida quàm frig. & propter hanc cauſam facilius curatur hydrops frigida q̃ cal. Item, quia ut dictum fuit in prognoſticis, hydrops

drops cum ſit morbus frigidus, quo ad cauſam coniunctam materialem, prouenit a fortiori cauſa in epate calido quam frigido. Et eo magis ſi ſequatur diſcraſiam calidam cum ratione diſcraſiæ calidæ, quæ eſt cauſa antecedens, oporteat infrigidare, ſed ratione cauſæ coniunctæ calefacere, ideo iuxta eum parua habenda eſt fiducia in hydrope a cauſa calida niſi adſit uirtutis fortitudo. Secundus canon, quod in hydrope eſt morbus ualde chronicus oportet digeſtiua, imò omne genus medicinarũ permutare, tum quia morbus uariatur in decurſu per tempora ſua, ſecundo oportet uariare ſecundum diuerſitatem temporum anni, tertio ſecundum uarietatem uirtutis, quarto dato quod in ſupraſcriptis nulla fieret uariatio oportet uariare compoſitiones medicinarũ, quæ tamen ſint ſimilis uirtutis habentes diuerſa materialia, & diuerſos modos ne natura aſſueſiat tum ne medicinæ huiuſmodi tædium afferant ægro, propterea cum uno te͂pore fuerimus uſi ſyr. alio tempore utamur aquis, poſtea confectionibus, poſtea electuarijs, poſtea epithimatibus, unctionibus, emplaſtris, cerotis, & ſimilibus, & hęc aliquando ſint ſimilis uirtutis aliquando differentis gradualiter aut formaliter ſecundum exigentiam. Item oportet uariare medicinas ſecundum diuerſitatem intentionum, ut nunc digerere, euacuare, aut per urinam, aut per ſudorem, aut per uomitum, aut per fluxum uentris & ſimilibus modis. Nunc uero confortare, oportet enim hoc modo medicinas alterare. Quid enim prodeſſet ſemper euacuare & non confortare cum membra naturalia debilia iterum regenerãt aquam phlegma & uentoſitates, neque iuuaret confortatio abſq; euacuatione, nec tamen unius modi euacuatio iuuat, imò oportet diuerſas tentare & magis illas ſequi quę magis conferunt. Tertius canon, cum compleuerimus unum ordinem medicinarum, ut puta minoratiuum, digeſtiuum, eradicatiuum, confortatiuum, ſinamus naturam aliquanto tempore quieſcere ſine medicinis cum ſola dieta conueniente, cuius temporis longitudo et breuitas debet prudentia medici me͂ſurari, & hoc ne natura terreatur ex tam continuo uſu medicinarum. In hydrope ergo frigida ualet ſyr. de abſinthio, qui cum hoc quod non eſt multum calidus confortatiuus membrorum naturalium & aperitiuus, deinde ſyrupus acetoſus diarrhodon, & ſyrup. de eupatorio, qui eſt his calidior & magis aperitiuus, & ſi opus eſſet inciſione & abſterſione cum his miſceaẽ aliquid oximellis ſimplicis aut oximellis compoſiti ſi fuerit opus magis aperire et prouocare, & ſyrup. acetoſus aut oximel ſimplex, ſi opus fuerit magis calefacere, in quo ſteterit infuſum abſinthium uidelicet ad inciſionem, abſterſionem, aperitionem, & confortationem. Aquæ autem his proportionales ſunt aqua abſinthij, praſſij, cuſcutæ, capil. ueneris, aſparagorum, fenic. apij, & ſimilium. Et aliquando dantur ſine ſyrup. alicuius confectionis aut electuarij proprij in hac diſpoſitione, ſicut diarrhodon abbatis, aromaticum roſarum, diacurcuma, dialacca, in qua eſt ſpecies ad omnem hydropem. diamoruſia, diacoſtum, confectio de rauedſeni. Ex trochiſcis autem conuenientibus ſunt trochiſci de roſ. de abſinthio, de lacca. Item trochiſci de rauedſeni deſcripti a Raſi in capitulo de dolore epatis, & trochiſci de rheubarbaro Meſue. Item trochiſci de eupatorio, de capparis maxime ualentes in hydrope ſequente oppilationem ſplenis. Ex epithimatibus, unctionibus, & emplaſtris ſunt, quæ dicta ſunt in cap. de debilitate epatis. Sed in hydrope calida ualet ſyrupus endiuiæ, ſyr. de bizantijs, oxiſacchara, ſyrup. de granatis. Aquæ uero ſunt aqua endiuiæ, epaticę, lupulorum, capil. ueneris, quę eſt temperata, et quando non eſt magna caliditas cum his frigidis poſſumus admiſcere aliqua calida ex aquis aut ſyr. ſupraſcriptis. Nam natura ſagax diriget frigida cõtra malam complexionem calidam, & calida ad confortandum ſpirituum & calorem innatum, quod eſt intelligendum tam in his quæ interius ſumuntur, quam in his quæ exterius applicantur. Ex confectionibus uero ſunt triaſandali, diarrhodon abbatis. Ex trochiſcis ſunt trochiſci de berberis deſcripti a Raſi in cap. de dolore epatis. Trochiſci de camphora, caumate exiſtente magno. Applicando autem exterius in cõfortatione epatis cal. & frig. deſcripta ſunt in cap. de debilitate epatis & de dolore ipſius, ad quod recurre Quod ſi oppilationes fuerint fortes & multum traxerint ad ſecuram utere ex his quę ſunt magis aperientia, quorum ſermo præceſſit ſicut dialacca, diacurcuma, & ſimilia, & ſi uideantur nimis calida miſce cũ diarrhodon abbatis, & ſimilibus infrigidantibus, & pro his recurre ad capitulũ de cura oppilationum q̃ præceſſit, pro quibus aperiendis non ſolum proſunt ſumpta, ſed etiam clyſterizata ſicut clyſteria ex radicibus & ſeminibus aperitiuis, menſura tamen ſit in aperientibus & prouocantibus ne forte ſuperflue prouocando inducerent excoriationem. Aut ne forte in tympanite multiplicarent uentoſitatem propter ſuperfluam caliditatem, ideo Auicenna poſt adminiſtrationem fortium diureticorum docet adminiſtrare ius gallinæ pinguis ut incoriet uias urinæ & ardorem remoueat. Prouocantia tamen fortia magis ſunt neceſſaria in aſcite & hypoſarca, minus in tympanite, ſufficiunt enim leuia quæ ducunt materiam in uentoſitates conuertibilem, ſed iura ſunt magis neceſſaria carminantia uentoſitatem, & ex medicinis communis iuuamenti in omnibus ſpeciebus hydropis ſunt urinæ infantium, quæ cum ſaccharo bibantur uſque ad 5. ℥. pro uice, & autores aliqui laudant urinas proprias. Item ad hæc omnia ualet uinum album decoctiõnis abſinthij, marubij, endiuię, cichoreæ, cuſcutæ, & ſimilium, & urina leporis cum ſpica nardi eſt propria, eſt enim urina leporis & humana ualde mirabilis in diſpoſitionibus frigidis epatis & ſplenis. 4ª intẽtio. Sed pro quarta intentione quæ eſt eradicatio materię hydropis tam antecedentis quam coniunctę diuerſa ſunt inſtrumenta et auxilia ſecundum diuerſas ſpecies hydropis. In aſcite quidem ſex modis eius materiam eradicamus. Primo, per ſolutionem uentris. Secundo, per urinam. Tertio, per ſudorem. Quarto, euacuando per uenas umbilicales. Quinto, per reſolutionem inſenſibilem. Sexto, per ueſicationem cauteria & ſectionem. Primus modus, ſcilicet euacuatio per uentris ſolutionem, completur cum aqua diſtillationis corticis mediani ſambuci. Item cum ſolutiuis ſuperius poſitis in minoratione quæ fuit intẽtio ſecunda, & ſi opus eſt augeatur ipſarum doſis aut frequentius iterentur.

I

Et fortius illis eſt ſuccus cucumeris aſinini. Extrahatur ergo ſuccus ex fructu cucumeris aſinini abſq; uiolentia poſtquam eſt maturus quod cognoſcitur ex citrinitate ſibi adueniente in fine æſtatis, & permittatur depurari per reſidentiam, deinde quod depuratum eſt permittatur exiccari infundendo in eo pro unaquaque uncia. ʒ. 1. ſpecierum alephanginarum in petia ſubtili quæ cum extrahentur exprimantur, ut uirtus earum ingrediatur in ſuccum, & ſecum pro unaquaque uncia dum eſt exiccatus, aut quaſi miſceatur ʒ.1. dragaganti aut bdellij. Et reſeruetur qui exhibeatur poſt ſex menſes. Et doſis eius eſt a ℈. s. uſque 1. reformata una aut duabus pilulis, & potenter educit aquam. Succus tamen ireos eſt magis domeſticus quo communiter utor aut cum aqua mellis ut ſupra, aut in his qui facile ſoluuntur reformando pilulas de rheubarb. aut de raued cum eo, clyſteria quoque in quibus ponuntur huiuſmodi aquam educentia, ſicut in quibus ponitur ſuccus ireos, & ſimilia conferunt ad hoc, & poteſt de his in clyſteribus poni maior quantitas quam in exhibitis per os. Secundo minoratur materia aſcitis per urinam cum apozemate de radicibus Raſis in cap. de dolore epatis, aut cum diacurcuma aut dialacca, cuius doſis eſt a ʒ.1. uſque ad 3. cum aqua apij, aut aſparagorum & pauco uini ſubtilis, & ſi uiderentur nimis calida ſecum miſceatur tantundem diarrhodon abbatis, aut aliquid triaſandalorum, & continuetur pluribus diebus, & fortius eſt iuſtinum aut lithon thrypton cuius parũ poteſt cum his permiſceri, & ſecundum Gal. 3. complexionũ medicamen de cantaridibus correctis per aduſtionem, aut per gummi ceraſorum admixtionem ualet educendo multitudinem humiditatis, ſed non detur niſi gran. s. & poſſet cum ſupraſcriptis miſceri. Tertio modo minoratur per euacuantia per ſudorem ſicut ſunt balnea ignea, ſicut furnus, balnea aërea, ſicut ſtufæ ualent educendo multitudinem humiditatis, quibus theutonici plurimum utuntur. Et balnea aquea ſicut thermæ & receptio fumorum thermarum. Et ex ſumptis eſt medicamen de aſſa, cuius ſumatur drachmam unam cum uncia una aut pluribus uini ſubtilis calidi, poſt cuius ſumptionem bene pannis cooperiatur & dormiat, & retentio anhelitus & abſterſio ſudoris iuuat ad prouocandum ſudorem. Item iuuat poſt ſumptionem ſudatiui ſi ſtufetur ſub pannis aſpergẽdo laterem calidum exiſtentem prope ipſum in aliquo bacili aut alio uaſe, ſed aſpergatur cum aqua decoctionis anethi bacarum lauri, ſulphuris, aut ſimilium prouocantium ſudorem. Quarto euacuatur per uenas umbilicales ponendo uentoſas ſuper umbilico, & emplaſtra attrahẽtia & dilatantia. Quinto, per reſolutionem inſenſibilem ſicut cum emplaſtris uentri ſuperpoſitis ſicut eſt factum ex ſtercore uaccino et caprarum paſcentium herbas ſiccas, quibus aliquid ſalis & ſulphuris addi poteſt. Item ſtercus caprarum mixtum cum urina infantum. Item ſtercus columbarum, baccę lauri, ires, ellebortus, mixta cum prędictis ſtercoribus, & proprie cum urina camelorũ & equorum, & eſt forte. Item limaciæ contritæ poſitæ ſuper uentrem & dimiſſæ donec exiccentur, ſimiliter oſtraca & lapis pumex eſt mirabilis, & huiuſmodi poſſũt miſceri cum lixiuio & pauco aceti, ſed caue cũ huiuſmodi adminiſtras in hydrope calida ne epar inflammetur. Quapropter huiuſmodi non adminiſtrentur ſuper rigione epatis, imò ſuper regione epatis dũ hęc fuerint applicetur cerotũ ſandalinum, aut aliquod epithyma infrigidans. Emplaſtrum tamen Raſis eſt conueniens, & parum calefacit. Crura & coxæ tumidæ ſimiliter exiccentur cum ſpõgijs infuſis in lixiuio facto ex cinere uitis & ſtipitum caulium, & ſimilium calefacientium & exiccantiũ quę ſpongię calidę actu & optimæ expreſſę applicentur partibus tumidis cũ bona ligatura & ſolutione. Sexto, euacuatur aquoſitas in aſcite cum ueſicatorijs, quę fiunt in uentre aut in cruribus ubi eſt maior tumor cũ maiori mollitie, & fieri poſſunt cũ pede coruino contrito ſuper loco ſtricte ligato, & ſic retento per decem aut duodecim horas, ego uero communiter utor cantharidibus cõtritis permixtis cum fermento cum aceto forti, ita ut plurimum cantharidarum contangat locũ, & ligentur cum bona ſtrictura, & ſic dimittantur per decem horas aut circa, & illa ulceratio cõſeruetur aperta de tertio in tertiũ, imponẽdo aſphodilos mixtos cũ cantharibibus. Cauteria uero actualia aut potentialia fiant in locis eiſdem, quæ penetrẽt cutim uerã, & remota eſcara ulcera conſeruentur aperta per ſexaginta dies ad quorũ aperitionis conſeruationem cõfert in ulcere tenere granum ciceris aut cerã, & ſuper ulcere tenere diaquilon, & poſſunt fieri in pluribus locis uentris in parte inferiori in quibus ſit maior tenſio & mollities. Albucaſis, uero cauterizat in circuitu umbilici cum quatuor cauterijs, ſimiliter epar & ſplenem & ſtomachum, & dimittit ea aperta longo tempore, penetrent parum ultra cutim, et foramina ſint ad quantitatem ciceris, inciſiones uero fiant in burſa teſticulorum quando eſt plena aqua in ea parte in qua eſt aquoſitas aut in ambabus, ſi fuerit in ambabus, & fiat cum lanceta foramen paruum ita ut aqua reſudando egrediatur. Et quandoque pungimus eam in pluribus locis cum acubus ut aqua habeat reſudationes plures, & ſi burſa non eſt plena aqua elaboretur ut aqua fluat ad eam a uentre cum motibus corporis & ſternutationibus, ſi in ea poneretur ſeton eſſet præſtantius. Si uero ſupraſcripta non ſufficiant ad curam, & cum magna inſtantia fueris requiſitus de extractione aquæ per ſectionem uentris præmiſſa prognoſticatione de periculo mortis, patiente exiſtente forti, non ſene neque habente tuſſim, nec fluxum aut aliud accidens quod ſectionem impediat autoritate Albucaſis, Hali abb. & Auic. ipſum incide a parte anteriori ſub umbilico per tres digitos ſi hydropiſis ſit cauſa inteſtinorum, non quidem directe ſub umbilico, ne incidantur muſculi longitudinales, ſed aliquantum lateraliter, ſi uero cauſa ſplenis incide a parte ſiniſtra, ſi uero cauſa epatis incide in parte dextra non quidem ex directo umbilici, ſed infra per tres digitos aut circa, & modus eſt ut patiens ſedeat & ſit miniſter poſt dorſum eius ſuſtinens ipſum, & cum manibus aquam ad locum inciſionis ducens, deinde tu pellem uentris trahe ſuperius per ſpacium unius digiti aut amplius, & ibi cum roſario paruo perfora uſque ad locum uacuum faciendo foramen paruum, ita tamen ut aqua exire poſſit, & tunc extracto modico de aqua, tanto ſcilicet, quod uideas, quod poſſit exire, pellem

pellem deſcendere dimittas, ut claudat foramen, & diligenter liga ne aqua exire poſſit. Et poſtea ęgrum ciba & in lecto repone, poſtea quotidie ſemel in die pellem trahe ſuperius, ægro ſedente aut iacente ſupino, & impoſita cannula aquam extrahe paulatim quantũ uirtus bene tolerat. Et melius apud Aui. eſt infra ſubſiſtere quam nimis euacuare, eſt enim ad omnem euacuationem aptus ſequi caſus uirtutis, & tandem aqua pro magna parte extracta uulnus ſuæ & conſolida. Quod ſi quid remanſerit cum auxilijs dictis extrahatur, & in hoc tẽpore, attende confortationi uirtutis & rectificationi diſcraſię membrorum naturalium, non enim hoc tempore opus eſt alia euacuatione, & hoc tempore ſollicitus ſis ne aqua inopinate egrediatur bene foramen obturando. Nam iuxta aphoriſmum uigeſimumſeptimũ, ſextę particulæ. Quicunque empyici aut hydropici uruntur aut inciduntur ſanie, aut aqua multa fluente repente pereunt. Propterea ſemper poſtquam medicati ſunt ſingulis diebus taliter ſituentur ut uulnus ſit ſuperius, & ſit bene obſtructum. Sed in hypoſarca materiam eradicamus tantũ quatuor modis. ſ. per ſolutionem uentris, per urinam, per ſudorem & inſenſibiliter. Primus uero modus completur cum pilulis de hiera ſimplici, de rheubarbaro, de eupatorio, & fortiores ſunt hiera compoſita Galen. hiera logodion, hiera diacolocynthidos, electuarium indum, & ubi phlegma eſſet aquoſum pilulæ leues ſupraſcriptæ reformatæ cum ſucco ireos eſſent præſtantes, per urinam uero & per ſudorem eradicamus materiam cũ dictis in aſcite. Inſenſibiliter uero & etiam per ſudorem eradicamus faciendo ipſos ſtare in ſole calido tegendo tamen caput & faciem. Item ſepeliendo in arena calida. Sed in tympanite ſimiliter quatuor modis dictis in hypoſarca materia eradicamus, per ſolutionem uentris cũ leuioribus ex medicinis dictis in hypoſarca. Item cum pilulis alephãginis, & ſi ineſſet melancholia quę in uentoſitatem conuerteretur, euacuatur cum ſenæ & epithymo aut cum ſupraſcriptis miſceantur. Clyſteria tamẽ de quibus ſtatim agetur forte ſunt efficaciora, & ſi forte coniungeretur tympanites cum aſcite ſolutiua ſupraſcripta reformentur cum ſucco ireos, & ſimiliter per urinam minoramus cum leuioribus ex ſupraſcriptis in hypoſarca, ſed per ſudorem cum eiſdem. Inſenſibiliter uero multis modis. Primo cum clyſteribus carminantibus uentoſitatem, licet hæc aliquando minorent materiam ſenſibiliter, ſicut factis ex decoctione anethi, aniſi, carui, ameos, rutæ, & ſimilium cum qua decoctione poſſunt miſceri ʒ. duæ electuarij de baccis lauri. Et ſi uideretur nimis calidũ cum decoctione ſupraſcripta ponatur ad bulliẽdum maluarum, bliris, matrum uiolarum, ana. M.1. aut quantum uidebitur, & poteſt addi oleum rutaceum aut de ſpica. Secundo, uenter uaporetur cum pannicio & milio torrefactis, aut ungatur cum oleo rutaceo, aut de ſpica calido. Ventoſæ quoque lati orificij ſuper uentrem ponantur. Item, dentur medicamina uentoſitatem diſſoluẽtia, ſicut diacyminum, electuarium de baccis lauri. Item collyria uentoſitatem carminantia, de quibus in colica, ſuperponantur, exercitetur ſtomacho ieiuno famem & ſitim patiantur, & uenter aliquando ſtomacho ieiuno cum panno aſpero fricetur donec rubeat.

Accidentia uero corrigantur iuxta quintam intentionem ſecundum quod oportet, ſitis quidem cum acribus in ore retentis, aut os colluendo, & ſi non poteſt abſtinere a potu, bibat aquas ſublimationum cũ ſyrupo acetoſo, oxiſacchara, & ſimilibus, ſed pro his recurre ad capitulum de ſiti. Sed deiectioni appetitus ſubueniatur cum acetoſis appetitum excitantibus, & ſimilibus quę ęgro placent & proprie in principio menſæ. Sed ad prohibendum recidiuationem iuxta ultimam intentionem obſeruetur regimen ſupraſcriptũ, maxime quantũ ad tres intentiones, ſcilicet, regimen ſex rerum, minorationem materiæ ne aliquando ſuperflueret ſed cum leuibus, ſed maxime attendatur ad confirmationem ſtomachi & epatis, & proprie cum cibis conuenientibus tam proprietate quam ſecundum qualitates manifeſtas. Et aliquando quibuſdam electuarijs aut confectionibus proprijs, & ſic eſt finis huius difficilis capituli.

DE ANATOMIA ſplenis.

QVia Raſis hic agit de paſſionibus ſplenis iuxta conſuetudinem eſt eius anatomia præmittenda. Splen eſt membrum inſtrumentale, mediocris quantitatis, figuræ quadrangularis, in ſiniſtro latere ſub coſtis mendoſis locatum, ex carne ſpõgioſa, uenis & arterijs multis & craſſis panniculo inuoluente compoſitum, dorſo & coſtis mendoſis mediantibus panniculis oriẽtibus a ſiphach alligatum, cum corde, cum diaphragmate, epate & meſenterio ſcirbo, & ſtomacho colligatum, ad contra operandum cordi & epati, melancholiam quæ ab epate, & ſanguinem mundificandum, ipſumque pro fame excitanda ad os ſtomachi tranſmittendum finaliter ordinatum. Eſt quidem inſtrumentale propter cauſas ſepe dictas. Eſt figuræ quadrangularis, ſuperius craſſior inferius ſubtilior in modum linguæ, locatur in latere ſiniſtro ſub coſtis mendoſis, ſed non ita alte ſicut epar, componitur ex carne ſpongioſa, ut facile recipiat humorem melancholicum craſſum, in cuius receptionem eſt ordinatus. Habet autem uenam magnam uenientem ad ipſum a uena portæ, a qua deſcendit unus ramus in medio tranſitus eius ad meſenterium ad ipſum nutriendum, deferens ad ipſum ſanguinem aquoſiorem & humidiorem, poſtea quando iſta uena approximatur ſpleni, iterum unus ramus ramificatur ab ea qui uadit ad nutriendum partem inferiorem ſtomachi ſiniſtram, poſtea ueniens ad concauitatem ſplenis ramificatur in duos ramos inferiorem et ſuperiorem, inferior deſcendit ad nutriendum ſcirbum quantum ad partem ſiniſtram, ſed ſuperior tranſiens per concauitatem ſplenis emittit duos ramos, quorum primus peruenit ad partem ſuperiorem ſiniſtram ſtomachi ad nutriendum. Alter uero circa orificium ſtomachi peruenit ad portãdum melancholiam, quæ emulgendo profluit ad os ſtomachi ad excitandum appetitum. Quod uero ex hac uena remanet in ſplene ipſum nutrit. Ex quibus apparet ſplenem mediãte hac uena colligari epati, meſenterio, ſcirbo & ſtomacho, cui multum appropinquat ſecundum eius concauum; Et ſecundum conuexum coſtis & diaphragmati.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.196

Colligantiam autem habet cum corde per arterias, quæ ad ipſum ueniunt ab arteria aorti, quæ in dorſo eſt infra diaphragma, a quibus arterijs ſtomachus multum caleſit in latere ſiniſtro ſiue a ſplene merito iſtarum arteriarum, & hæc fuit una cauſa, quare arteriæ multæ & magnę ueniunt ad ſplenem. Et alia cauſa fuit ut calore iſtarum arteriarū ſanguis craſſus, qui nutriturus eſt ſplenem, ſubtilietur & digeratur, panniculus autem inuoluens ipſum, ſimiliter panniculus ſuſpendens ipſum cum dorſo & coſtis mendoſis ortum habent a ſiphach. Tres autem fines in deſcriptione poſiti ſunt ſatis noti. Ex quibus infertur quod ſi ſplen non recipiat & retineat melancholiam ſufficienter, non poteſt debite caliditati epatis & cordis contra operari. Et eſt cauſa arefactionis cordis & epatis. Si uero ſuperflue, ipſa præter modum infrigidat, imò propter ſuperfluitatem melancholiæ eſt aliquando cauſa hydropiſis & tremoris cordis. Item ſi non mundificet epar & ſanguinem a melancholia eſt cauſa febrium & apoſtematum melancholicorum, panni, lepræ, icteritiæ nigræ, lentiginum nigrarum, elephantiæ, morpheę nigræ, uaricum & melancholiæ, & ſimilium. Si uero melancholiam receptam non expellat ad os ſtomachi deficit appetitus, & forte melancholia retenta ſplen intumeſcit & apoſtematur. Si uero ipſam ſuperfluæ quantitatis perpellat ad os ſtomachi, & fit pontica eſt cauſa intenſionis appetitus. Si uero nimis ſuperflue pellat ad os ſtomachi aut ſit nimis acris quamuis in moderata quantitate eſt cauſa nauſeæ, ſubuerſionis & uomitus. Et quandoque fluens ad inteſtina facit excoriationem melancholicam mortiferam. Et ex iſtis apparet figura, quantitas, numerus, ſitus, ſubſtantia, colligantia, & operationes principales in quas ordinatur. Et apparet complexio, eſt enim quo ad complexionem innatam calidæ & humidæ complexionis, licet merito nutrimenti & melancholiæ quam recipit ſit frigidæ & ſiccæ complexionis. Et conſequenter apparet quas ægritudines poteſt pati, quia oppilationem, tumorē, & ſimilia, & quę ęgritudines poſſint merito ipſius in humano corpore accidere. Item quod in actu practico pro reſoluendis tumoribus eius mediocriter reſoluentia ſunt applicanda, licet enim fortia competerent ratione humoris. Nimium tamen ſubſtantiam eius mollem exterminarent & exiccarent, & forte reſolutis partibus ſubtilibus craſſam petrificarent, & ſecundo, quod mollificantia & incidentia debent cum reſoluentibus permiſceri pro tumoribus & oppilationibus eius curandis.

SERMO VNIVERSALIS DE ęgritudinibus ſplenis.

SPleni accidunt omnes ſpecies ęgritudinum ſimplicium & compoſitarum, ſcilicet, mala complexio ſimplex & compoſita, ſine materia & cum materia, mala compoſitio ſicut oppilatio, ſolutio, continui apoſtemata, & tumores non apoſtemoſi, tenſio a uentoſitate & dolor. Harū cauſæ ſigna & pronoſtica fient manifeſta ex cap. ſequenti.

Sed notandum primo, quod quando ſplen magnificatur extenuatur corpus, quia deſtruitur uirtus epatis digeſtiua propter ſuperfluā infrigidationem, quare minoratur ſanguinis generatio. Amplius ſplen propter magnitudinem ſuam attrahit plurimum de ſanguine epatis, quare ipſum amplius debilitatur. Econtra autem ſplenis extenuatio ſignificando bonitatem epatis, ſignificat bonitatem humorū, ſicut econtra, magnitudo eius ſignificat humorum malitiam.

Secundo ſciendum, quod ægritudines ſplenis ducunt ad febres cōmixtas, ſicut ipſę quādoq; ex eis generanī, generātur nanq; ex tertiana nō pura, febrib. peſtilentialibus, & febribus compoſitis, ſicut eſt hæmitriteus, duplex tertiana, & ſimiles, quæ quandoq; fiunt inordinatæ uagantes mutatis humoribus per aduſtionem in qualitatibus, quātitatibus & formis, unde non ſeruant ſuos periodos, uerum continuata, aduſtione conuerſi in melancholiam, tādem faciunt quartanam, iuxta Hippoc. 3. prognoſt. febribus inordinate uagantibus, quartanæ ſunt futurę maxime circa autumnū, ægritudines itaque ſplenis & febres huiuſmodi ſeſe mutuo fouent & augent, plurimæ itaque ægritudines ſplenis ſunt autumnales, & faciunt colorem habentis eas decliuem ad citrinitatem & nigredinem.

Tertio notandū, q; ęgritudines ſplenis, quandoq; augent appetitum cū ſunt remiſſæ, quandoq; deſtruunt ipſum cū ſunt intenſæ. Et quandoq; cogunt in ſine digeſtionis ad euomēdum rem acetoſam ex qua ebullit terra propter ſuperfluam eius acredinem, & hæc res euomita non eſt niſi melancholia acris cū cibo ad acetoſum corrupto permixta. Et propter hoc non ſequitur dolor neq; aliud nocumentum notabile. Si. n. dolor aut aliud nocumentū præfuit forte ſanatur. Si uero non præfuit poſt hunc uomitum non ſequitur.

Quarto notandum, quod urina ſanguinea, id eſt, rubea, obſcura, craſſa, eſt bona in fine, id eſt, in proceſſu ægritudinum ſplenis quæ fiunt a ſanguine melancholico craſſo. Et forte eſt criſis, & ſignificat eam criſis, ſimiliter urina craſſa in qua eſt fex & uiſcoſitas, ſimilis uiſcoſitati, id eſt, feci ſanguinis quæ eſt melancholia, eſt bona in ægritudinibus melancholicis magis puris ſignificans earum criſim & ægritudinem quæ ſequuntur eas.

Signa malarum complexionum ſplenis. Calidam ſignificat ſitis & inflammatio ſenſata in latere ſiniſtro. Item fortitudo uirtutis attrahentis melancholiam, quia attrahit citius quam debet, id eſt, ante completam humorum generationem, & quia attrahit quod non debet, ſcilicet alios humores pręter melancholiam, & inuenitur ſplen magis tumidus quā debet eſſe. Sed frigidam ſignificat debilitas attractionis eius. Vnde deficit ſpleni melancholia quam debet ſtomacho mittere, & eius defectu ſequiī caſus appetitus, & iteratio faſtidioſæ ſatietatis ꝓpter duo. Primo, quia comedit ſine appetitu, & quotiēs ſumit cibū faſtiditur. Secundo, quia ſplen frigidus infrigidat ſtomachū unde crudificatur cibus in ſtomacho, & ex hoc ſequitur faſtidioſa ſatietas ex pręſentia cibi crudi in ſtomacho. Item ſequitur multitudo rugitus et eructuationis, quia materia melancholica propter paucitatem caliditatis uentoſatur. Eſt enim melācholia uentoſa iuxta dicta ſuperius. Item, quia debilis caliditas ſtomachi facit cibum euaporare & uentoſari. Sed

Sed mala complexio ſicca ſignificatur per aſperitatem duritiem, & debilitatem corporis, craſſitiem ſanguinis, & uehementiam nigredinis corporis & ſanguinis. Sed humidam ſignificat lenitas lateris ſiniſtri mollities corporis & nigredo declinans ad albedinem plumbeam.

Prognoſticum. Mala complexio in principio facile curatur, ſed confirmata difficulter.

Cura huius eſt proxima curationi malæ complexionis epatis. Vnde intentiones quæ ibidem poſitæ ſunt huic capitulo accommodentur. Verum medicinæ ſplenis debent eſſe fortiores & magis penetrantes, quia eſt membrum minus nobile & magis in profundo poſitum. Et humor eſt craſſior et magis reſiſtēs. Acquiritur autem eis fortitudo per intenſionem & multitudinem formæ, penetratio autem per admixtionem aceti, & utraque ſecum permiſcēdo aliqua uiſcoſa, & cum hoc propria ſicut ammoniacum ut uirtus non exalet. Et hæc uera ſunt tam de his quæ applicantur exterius, quā de his quæ ſumuntur interius. Sumpta enim interius tam alterantia quam euacuātia magis diſtant a ſplene quam ab epate. Nam oportet eas penetrare per epar ad ſplenem, quare oportet eas eſſe fortiores & penetrabiliores. Et humor eſt magis reſiſtens digeſtioni & euacuationi, in ſplene tamen uti debemus medicinis ſibi proprijs. Cappares enim & ſcolopendria multum ſibi ſunt appropriatæ. Vnde 13. therapeu. cap. penultimo, quale eſt pharmacum, abſinthiū epati, tale ſpleni capparis cortex, & quale epati eupatorium, tale ſpleni ſcolopendria. Ex frigidis autem eſt ſemen endiuiæ & portulacæ. Et ſi phlebotomia fuerit neceſſaria phlebotometur ad euacuandum multitudinem de baſilica ſiniſtra in brachio. Sed materia exiſtente pauca & uirtute debili, & ubi opus ſit magis diuertere, phlebotometur ſaluatella. Et communiter fiat phlebotomia lata. In multitudine tamen ſuperflua aliquando phlebotomantur ſaphenæ, & quando in cauſa eſſet retentio menſtruorum & hæmorrhoidarum. Phlebotomantur etiam aliquando quidem timore conuerſionis materiæ ad caput, & exiſtente magna plectoria. Sed de medicinis tam alterantibus q; euacuātibus uberius inferius agetur.

DE DOLORE SPLENIS. Cap. C.

QVia Raſis indulgēs breuitati facit ſolum unum capitulū intitulatum de dolore ſplenis, conabor omnes eius ęgritudines in hoc capitulo perſtringere. Dolor ſplenis qui eſt triſtis ſenſatio, eiuſdem inexiſtens ei per panniculum non per carnem ſpongioſam eius eſt quintuplex, pungitiuus, perforatiuus, extenſiuus, grauatiuus & pulſatiuus. Ineſt. n. ei dolor pulſatiuus magis quā in epate propter multitudinē & magnitudinē arteriarū quæ ſunt in ipſo & non in epate. Cauſa immediata cuiuſcunq; doloris eſt mala cōplexio aut ſolutio cōtinui. Aut utraq; ſimul ſicut in apoſt. eius. Tumor aūt nō apoſtemoſus ſiue ſit humoralis, ſiue uentoſus non eſt cauſa doloris immediata, ſed ſolum mediāte mala cōplexione aut ſolutione continui ſequente extenſionem, ſimiliter eius oppilatio. Mala autem complexio exiſtens cauſa doloris eius poteſt eſſe cal. frig. & ſic. ſine materia. Sed cum materia poteſt eſſe cuiuſcūque generis, ſed ſecundum plurimum cum materia eſt melanch. aut ſanguinea. Raro cholerica aut phlegmatica. Huius autem malæ complexionis cauſæ quandoque ſunt primitiuæ, ſicut aliquæ aut plures ex ſex rebus non naturalibus aut extraneis. Quandoque corporeæ ſequitur enim dominium humorum qui ſunt in ipſo aut eius oppilationem. Et quandoque fit aut fouetur per communitatem, aut a toto ſicut in febribus, hydrope, lepra & ſimilibus, aut a membris particularibus, ſicut epate matrice & alijs. Apoſtemata ſplenis, quia ſunt cauſa doloris eius, de ipſis erit ſermo, & etiam de duritie & tumore ſplenis quæ ſunt infra apoſtema.

Apoſtema ſplenis quantum ad quid nominis, & quid rei eſt ſatis ex dictis manifeſtum. Et differt a tumore et duritie non apoſtemoſa per ſolutionem continui, quæ eſt in apoſtemate & non in duritie & tumore non apoſtemoſo. Nam in his materia continetur in poroſitatibus ſplenis non faciens eorum ſolutionem, ſed in apoſtemate in pluribus poroſitatibus ſolutis propter craſſitiem, aut maiorem multitudinē materię extendētis, & hoc eſt deterius, fit una concauitas in qua materia cōtinetur.

Apoſtemata ſplenis dupliciter diſtinguūtur, ſcilicet penes materiam. Et ſicut plurimum ſunt melancholica dura, raro ſunt mollia phlegmatica & cholerica. Sanguinea uero fiunt aliquando incidendo, ſed plurimum ad duritem permutantur, quoniam ſanguis ad ſplenem ueniens eſt ſpiſſus. ſecundo diſtinguuntur penes figuram. Nam figuræ eorum ſunt quatuor, ſcilicet rotunda aut ad rotunditatem tendens. ſecunda, lata, tertia, longa craſſa. quarta, longa ſubtilis. Et in prima ſequitur maiorem multitudinem materiæ, quam ſecunda, & tertia maiorem multitudinem et craſſitiem quam quarta, et fiunt duę poſtremæ ſecundum figuram & ſitum ſplenis. Et ſpleneticus dicitur qui habet duritiem in ſplene ſuo, aut apoſtemoſam, aut infra apoſtema ex quo infertur, non ex ſimili cauſa aliquē denominari ſpleneticum & epaticum, nam epaticus dicitur qui habet ægritudinem occultam in epate ſuo modo ſuperius expoſito, ſed ſpleneticus dicitur qui habet duritiem in ſplene ſuo.

Cauſæ apoſtematum & duritiei ſplenis quædam ſunt primitiuæ ſicut indebitum regimen ſex rerum ut puta aēr craſſus & turbidus. Item uinum craſſum & reliqua cibaria multiplicantia melancholiam & ſanguinem melancholicum. Ex quibus cauſis fit, ut Ferrariæ multi ſint ſplenetici. Quædam ſunt corporeæ, aut per eſſentiā, ſicut debilitas expulſiuæ ſplenis aut fortitudo attractiuæ eius. Item oppilatio uenæ per quam defertur melancholia ad os ſtomachi, debilitas digeſtiuæ eius non debite ſubtiliantis & digerentis nutrimentum proprium poteſt eſſe in cauſa. Per cōmunitatem uero aut a toto ſicut in febribus diuerſis et inordinate uagantibus, quę multotiens in quartanā mutantur. Item per communitatem a mēbris particularibus ſicut ab epate propter caliditatē aut frigiditatem ſuperfluam cum ſiccitate multiplicāte melancholiam. Item per communitatem a matrice in retentione menſtruorum.

Tumores ſplenis terminantur quintupliciter. Nam aut reſoluuntur inſenſibiliter. Aut euacuantur ſenſibiliter per uomitum, urinam aut ſeceſſum. Aut indurantur ſic perpetuo remanentia. Aut permutantur ad epar, aut ad alia membra nobilia aut ignobilia ſicut ad cutim, & fiunt apoſtemata difficilis ſuppurationis, & forte fit aliquando icteritia nigra. Aut maturantur, & poſtea erumpuntur.

Signa communia omni apoſtemati ſplenis ſunt grauedo, magnitudo, aut dolor extenſiuus cõmunicans uſque ad diaphragma in latere ſiniſtro, & quandoque cum magnificatur apoſtema aſcendit dolor uſque ad furculam & humerum ſiniſtrum, propter communitatem furculæ cum diaphragmate & humero ſiniſtro.

Secundo, quandoque facit anhelitum duplum ſecundun formam anhelitus fletus infantis, quoniam apoſtema impedit diaphragma ne uadat in motu anhelitus, quare ſtat ſubito propter læſionem deinde redit, & dum non eſt apoſtema magnum non comprimit diaphragma, nam communicatio ſplenis ad diaphragma minor eſt communicatione ſtomachi ad diaphragma, ut patet ex anatomia, ſed ſtomachus non comprimit diaphragma niſi dum eſt multum plenus cibo, aut aliter multum extenſus, ergo ſimiliter ſplen non comprimit diaphragma niſi dum eſt multum tumidus. Ideo ſenſus aliquando comprehendit inflationem ſplenis. Et tamen anhelitus non comprimitur. Tertio, quandoque accidit ex apoſtemate ſplenis, quando eſt in inferiori parte eius ut ſubtilietur ſanguis, quoniam ſplen mundificat ſanguinem a fece ſua, ſcilicet melancholia, quę eſt fex ſanguinis, & rubeant pedes & genua patientis, quæ rubedo non ita accideret ſi apoſtema eſſet in ſuperiori parte ſplenis, eo quod comprimeret uiam per quam defertur melancholia ad os ſtomachi. Vnde ſanguis non poſſet ita depurari a fece ſua, & accidit extremitati naſi & auris ſplenetici ut reſplendeant propter cauſam ſupraſcriptam.

Signa autem diſtinctiua inter apoſtema ſplenis et tenſionem a uentoſitate ſunt quatuor. Primum, quia in inflatione non eſt grauitas. Secundum quod inceſſus & exercitium facit ſplenem apoſtematũ dolere, ſed dolorem ſedat in inflatione uentoſitatem reſoluendo. Tertium, quia in inflatione adeſt rugitus qui non eſt in apoſtem. etiam eructuatio per quam alleuiatur. Quartum, quia in inflatione non eſt febris quæ eſt in apoſtemate. Sed tumor non apoſtemoſus differt ab apoſtemoſo per carentiam febris continuæ, & quia omnia eius accidentia ſunt leuiora.

Signa autem ſpecierum apoſtematum ſplenis diſtinctarum ſecundum humorum uarietatẽ ſunt hæc, nam apoſtemata cal. prę̨ter accidentia dicta communia omnia apoſtemati communicãt in quatuor. ſ. in inflatione ſenſata, in ſplene, ſiti & febre & urinæ tinctura. Verum in eo quod eſt cholericum, inflammatio eſt uehementior, ſitis fortior & grauedo minor. Et dolor eſt magis pungitiuus quam extenſiuus & color cum rubedine tendit in citrinitatem, ſed in ſanguineo econtra. Sed in apoſtematibus duris, maligna fit anima, ex cogitatione tædioſa commouetur triſtitia & uarietas, ſcilicet mentis, non tamen fit hic uarietas et commixtio ſenſus niſi materia melancholica plurimum dominante, quia materia non mouetur ad caput. Sed fit commixtio ſenſus per communitatem ſplenis ad diaphragma et diaphragmatis ad cerebrum. Et quandoque denigratur lingua in duritiæ ſplenis, & ſentitur durities abſque rugitu cum præmitur niſi aggregetur eius inflatio, & nõ eſt cum ea febris continua, imò quandoque eſt interpolata, & proprie quartana. Verum in apoſtemate, & proprie magno eſt febris continua forte habens excreſcẽtias de quarto in quartum. Et quandoque cum his duritiebus multiplicantur ulcera crurium & corroduntur dentes et gingiuæ propter craſſitudinem ſanguinis, qui deſcendit ad crura ipſa ulcerans, & corruptionem uaporis qui aſcendit in omnes partes gingiuarum & dentium. Et quandoque fit in ulceribus crurium criſis ipſius, pluribus nanq; eorum qui ſplenem habent, cum accidant exercitia laborioſa, attrahitur materia ad crura & euadunt, & ſecundum plurimum bothor quædam dicta ab Auic. anithan antecedunt illa. Vrina aũt ſplenetici eſt ſicut ſani ſedm plurimũ, ſed cũ exercet ſeipſum ſubtiliatur melãcholia & permiſcetur cũ urina & fit nigra, quæ nigredo non eſt merito renum, nã ſi eſſet cauſa renũ, eſſet multotiens non præcedente exercitio, cum oporteat urinam tranſire per renes, et plurima phlebotomia apoſtemat ſplenem euacuando ſubtile, craſſo remanente, propterea bonum eſt ut in regimine ſplenetici fiat phlebotomia lata, & autumnus eſt inimicus ſpleneticis. Signa uero duritiei ſplenis ſequentis apoſtema calidum ſumuntur ex accidentibus apoſtematis calidi quæ præceſſerunt, & accidentibus duritiei quæ ſecuta eſt. Signa autem apoſtematum phlegmaticorum ſunt lenitas tactus; albedo coloris tendens ad nigredinem cum reliquis ſignis apoſtematum eius. Signa uero apoſtematum ſplenis diſtinctorum ſecundum figuram ſumuntur ex ipſa figura.

Prognoſtica. Primum, ſi ſpleneticus inuenit dolorem intrinſecum in ipſo ſplene eſt maior ſpecies ſalutis, ſignificatur enim melancholiam non eſſe ualde craſſam, ita ut priuet membrum ſenſu faciendo ſephiros purum. Secundum, ſi acciderit fluxus uentris cum ſanguine aliquãdo bonum: forte erit criſis eius. Quod ſi perſeuerauerit aduenit ei lubricitas hydropica & morietur. Tertium, qui habet catharrhum non habet ſplenem, nam catarrhus ſignificat dominium humiditatis cum quo non multiplicatur melancholia. Quartum, ſumptum ex libro Hippocratis, habens dolorem in ſplene ſuo cum fluit per uentrem ſanguis rubeus ſignificans magnam compaſſionem epatis ſpleni, & apparent in eo ulcera alba non doloroſa eo quod non participãt acuitate moritur in die ſecundo, ſignificatur enim magna debilitas epatis, et totius propter euacuationem boni ſanguinis, & remanentiam malarum materierum frigidarum, ex quibus corpus non eſt aptum nutriri, quarum pars aliqua ſymptomatice expellitur ad crura ulcerans illa. Si uero non moritur, cadit appetitus propter multam calidi, naturalis diminutionem. Quintum, quandoque terminantur apoſtemata ſplenis, fluxus ſanguinis narium, & proprie ex latere ſiniſtro, & apoſtematibus apud aures difficilis ſuppurationis & apertionis propter craſſitiem materiæ.

Sextum

Sextum, laudabilior urina eorum eſt craſſa ſanguinea, & urina in qua eſt fex uiſcoſa ſignificat ſanitatem ſplenis & deſtructionem eius, & cum in urina febricitantis habentis ſplenẽ apparuerit ſicut ſuſpenſio ſanguinis, id eſt, hypoſtaſis ſanguinea à ſanguine melancholico deſtruitur ſplen eius, id eſt, ægritudo eius.

Septimum, apoſtema epatis permutari ad apoſtema ſplenis eſt ualde bonum, & econtrario ualde malum. Octauum, & multotiens confortatur ſplen ſubito per ſeipſum, aut propter iſtud quod cõfortat ipſum, & praeualet ſuper totum iſtud quod eſt in ipſo de materia mala, & ſolutione educit eam feculentam, ſicut fex oliuarum, & ſignificatur quod eſt ex ſplene & non ex epate, quia ſplen habet eius ægritudinẽ, nõ autem epar. Item detumitio ſplenis poſt hanc euacuationem. Nonum, uehemẽtia appetitus ſequens ſplenem eſt ualde melior, quàm eius deſtructio ſequens multitudinem melancholiæ aut malitiam.

Cura apoſtematum ſplenis exigit triplex regimen. Primum, debetur cauſæ antecedenti complendum euacuatione & diuerſione. Secundum, cauſæ coniunctæ complendum repercuſſione in principio. In augmento repercuſſione mixta reſolutioni. In ſtatu & declinatione ſola reſolutione. Et hoc ſi tẽdat in uiã reſolutionis. Si uerò in uiã maturationis adiuuetur.

Tertium regimen eſt accidentium correctio. Prima intentio, ſcilicet, euacuatio completur ſecundum plurimum in principio cum phlebotomia, quæ materia exiſtẽte multa propriè dominante ſanguine cõmuniter facienda eſt ex baſilica dextra, & hauriãtur, 6. ℥. ſang. aut circa, poſtea ſi expedierit fiat ex ſaluatella ſiniſtra, de qua dicit Auicen. debere dimitti per ſe conſtringi, ſi conſtringitur ante caſum uirtutis. Si tamen in cauſa eſſet retentio mẽſtruorum aut ſang. hæmorrhoidalis conſueti fluere præmittatur phlebotomia ſaphenarum, deinde phlebotometur baſilica ſiniſtra aut ſaluatella ſiniſtra. Comuniter tamen ſufficit phlebotomia baſilicæ aut ſaluatellæ ſiniſtræ. Raſis tamen prælegit phlebotomiam ſaluatellę ſiniſtræ, & fiat foramen latum. Et ſi uenter nõ eſt lenis, præmittatur ante phlebotomiam lenitio uentris ſaltem cum dyſteri. Poſtea euacuentur alij humores ſecundum exigentiam, communiter præmittẽdo digeſtionem, quæ materia exiſtente calida perficiatur cum hoc. ℞. ſyrupi acetoſi ſimplicis, ℥. 1. iulep, roſ. ℥. s. aquę decoct. infraſcriptæ, ℥. 3. miſce. ℞. ſem. portul. ſem. end. ana. ℥. s. & tamariſci & ſcolopendriæ, ana. ʒ. 1. bul. in 1. ℔. aquę ad conſumptionem medietatis & coletur. Sed Raſ. dat trochiſcos de agno caſto cũ ſyrupo acetoſo & ſunt præſtantes. Syrupus Gerardi de Solo. ℞. corticum radicũ capparis, mediani corticis tamariſci, geniſte, ana. ℥. 1, endiuię ſcariolę, portulacæ, ſcolopendrię, capil. uen. recentium, an. M. quatuor ſem. communium frigidorum mũdatorum, ſem. portul. ſem. appij, ſem. bruſci, ſem. aſparagi, ana. ℥. 1. liquiritiæ raſæ, uuarum paſſul. enucleatarum. ana. ℥. 1. mellis electi quartã unam, ſacchari quartas tres, temperẽtur cum aceto per noctem, & fiat ſyr. clarificatus uſq; ad quartas quinque, ſed hoc magis uidelicet in materia mixta. Solutiuum fit huiuſmodi. ℞. tamariſci foliorum, florum boraginis, florum bugloſſæ, ℥. s. paſſularum mundatarũ ab arillis, ʒ. 6. aniſorum, ʒ. 1. polypodij, epithymi, añ. ℥. s, bul. in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionẽ medietatis & coletur, quæ decoctio colata trium ℥. miſceatur cum ʒ. 1. ſenę & calida exhibeatur in potu debita ſeruata cuſtodia, uel cum hac diſtemperentur diaſenæ, ʒ. 3. hamec. ʒ. 1. & calida exhibeatur. Item poſſunt fieri pilulę ex aloẽ, ℈. s. ſenæ. zing. grañ. 2. quæ reformentur cum electuario hamec, & ſunt ſatis faciles. Si uerò apoſtema pendeat à materia frigida abſque febre detur hoc digeſtiuum. ℞. ſyrup. de epithymo, oximellis compoſiti, ana. ℥. 1. aquę ſcolopendriæ, ℥. 3. miſce. Aliud ex inuentione propria quo cõmuniter utor, eſt huiuſmodi. ℞. corticum radicum capparis, ſcolopendrię, tamariſci, ſem. agni caſti ana. ℥. s. paſſul. ℥. 1. epithymi, ʒ. 6. bulliant in, 3. ℔. aquæ ad conſumptionem medietatis, ſed epithymum ponatur ad buliendum in fine, quæ decoctio colata cum bona expreſſione miſceatur cum ſyrupo de epithymo, & oximellis ſimplicis, añ. ℥. 1. & clarificetur. Materia etiam exiſtente digeſta & pro parte minorata melius eſt oximel cõpoſitum, & Gerardus de Solo ponit digeſtiuum longe compoſitionis huic propoſito deſeruiens. Ego tamen exiſtimo una cum principe, quinto can. iſtarum medicinarum eſſe melius plurimo earum licet oppoſitum ſenſerit Auenzoar & Auer. Solutiuum fit diaſenæ de quo detur ℥. 1. diſtemperata cũ aliqua ex decoctionibus ſupraſcriptis. Ex pilulis conueniunt indæ, pilulæ de lapide lazuli, pilulæ de lapide armeno, ex hieris cõuenit hiera rufini, hiera diacolocinthidos, & ſimiles. Et ſi peccet phlegma conuenit electuariũ indum. Et ſi humores ſint mixti, ſolutiua ſint mixta, aut detur ſolutiuum illos ſimul euacuans, & in humoribus aduſtis uidelicet confectio hamec. Item pilulæ de fumoterræ, & melius eſt iterare ſolutiuum quam dare ſolutiuum multum una uice euacuans. Diuerſio tamen iuxta ſecundam intentionem completur cum dyſteribus factis ex decoctionibus eorum quæ reſpiciũt ſplenem. Et prouocatio hęmorrhoidarum eſt conueniens diuerſiuum. Item conueniunt aliæ diuerſiones communes, de quibus ſæpe dictum eſt, & hæ duæ intentiones in toto proceſſu morbi ſunt exequendæ, ut ſemper materia minoretur, eſt enim difficilis eductionis.

Sed prima intentio ſecundi regiminis, ſcilicet repercuſſio maximè conuenit in apoſtematibus calidis in principio. Et tutius hæc ſtiptica adminiſtrantur in apoſtematibus ſplenis quam epatis. Primo, quia uia per quam recipit ſplen eſt latior, ſcilicet ramus uenæ portæ. Secundo, quia ſplen eſt membrum ignobilius quam epar. Tertio, quia in eo non ſunt tot meatus anguſti, de quorum oppilatione timeamus, quot ſunt in epate. Et hoc maximè conueniunt in principio adminiſtranda tam interius quam exterius, ſicut in epate dictum fuit. Et ſunt diuerſificanda ſecundũ materiam, apoſtemati tamen duro non conueniunt huiuſmodi ſtiptica. Vnde in materia calida conuenit iulep roſaceum, aut ſyrup. acetoſus ſimplex cum aqua decoctionis, ſem. endiuiæ, & portulacæ, & capillorum ueneris, ſed in materia frigida mel roſarum cum oximele ſimplici, & aqua capilli uen. & hæc ſimul digerunt & repercutiunt. Exterius autem applicanda, ſunt, oleum roſ. cum tertia parte aceti in calida, ſed in frigida his poteſt addi parum olei maſtichini, poſtea in proceſſu his admiſceatur oleum de

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.198

capparibus. Tandem deueniendum eſt ad hanc unctionem qua communiter utor. ℞. olei de capparibus ʒ.6. medullæ uituli, pinguedinis anatis, ammoniaci in aceto diſſoluti ana. ʒ.2. aceti modicum, ceræ quantum ſufficit, & eſt mihi experta. Et nota quod acetum eſt conueniens ferè in omni materia, & in toto curæ proceſſu ſaltem cum alijs mixtum, imò Raſ. in præſenti cap. applicat ipſum ſolum in materia calida, iuuat enim in principio ad repercuſſionem in omni materia, in augmēto ad repercuſſionem & reſolutionem, & ad faciendum uirtutes aliarum medicinarum penetrare, ſed deinceps iuuat ad reſolutionē, mollificationem, & ad faciendum uirtutes aliarum medicinarum penetrare, acetum enim mollificat apoſtemata dura, & propriè uapor eius. Similiter ſumptum interius conuenit, ut plurimū incidens humores craſſos, & faciens uirtutes aliarum medicinarum penetrare, indigemus enim propter craſſitiem, & uiſcoſitatem humoris in toto curæ proceſſu inciſione & abſterſione. Ex mirabilibus autem ad reſolutionē huiuſmodi apoſtematum, eſt emplaſtrum de fermento Meſue mihi expertum, cuius eſt hæc deſcriptio. ℞. ammoniaci bdellij, ficuum ſiccarum ana. ʒ.ſ. fermenti in aceto ſalito diſſoluti ʒ.2. bdellium & ammoniacum in aceto diſſoluantur, & miſceantur ſimul cum ficubus, & addatur foliorum rutæ, tamariſci, ſalis nitri ana. ℈.1. & miſce bene incorporando & applicetur, & propriè poſt aliqualem mollificationem, & ad eradicationem materiæ, cum cætera non contulerint ualet unum, aut plura cauteria actualia, aut potentialia penetrantia cutem, quæ per tres aut quatuor menſes conſeruentur aperta. Si uerò apoſtema tendat in maturationem adiuuetur cum diachylone & ſimilibus, ſed attende maturantia eſſe diuerſificanda ſecundum diuerſitatem materierum. In materijs enim calidis conuenit maluauiſcus, farina ſem. lini, fœnugræci ficus pingues, oleum ſeſaminum, & ſimilia parum calida, ſed in frigidis magis calida. Vnde his addantur radices ireos coctæ & præparatæ, & materia exiſtente melancholica ponantur multum mollificantia, nō tamen multū calida ſicut medullæ, mucillagines maluauiſci, fœnugræc. ſem. lini, & ſimilium, deinde ſtudendum eſt eruptioni cum motibus, & addendo ſupraſcriptis emplaſtris cepe, narciſci coctum, quod optime iuuat ad erumpendum, & poſt eruptionem intendendum eſt mūdificationi ulceris, & tandem conſolidationi ſicut dictū fuit in apoſtematibus renum, & ſi eruptio fieret ad uentrem & ſanies colligeretur in inguine ſiniſtro ſicut aliquando uidi, ſtudendum eſt in eius reſolutione. Quæ ſi reſolutioni non obediat extrahatur locum perforando.

Accidentia uerò iuxta primam intentionem tertij regiminis corrigantur ſecundum quod oportet. Præcipuè dolor à cuius ſedatione interdum præ magnitudine ſua coactè oportet incipere cum unctionibus, fomentis, ſacculis, emplaſtris, ueſicis, & ſimilibus ſemper utendo proprijs. Et ſi anodina ſufficiūt bene eſt, ſi uerò non, tranſeundum eſt ad ſtupefacientia tam ſumpta quam applicita. Regimē autem ſex rerum non naturalium tendat in contrarium diſcraſiæ & humoris facientis apoſtema. Sed ut plurimum dieta debet eſſe tenuis in principio ad prohibendum augmentum apoſtematis, ſed cum apoſtema, & huiuſmodi diſpoſitiones melācholicæ prolungangtur, regimen debet eſſe impinguatiuū non oppilans, neq; incraſſans ſanguinem ut minoretur melācholia. Vnde uinum ſit ſubtile album unius anni tamen pauciferum, aut multæ uentoſitatis ſecundum exigētiam, & panis bene conditionatus nō azimus, aut auto pyrus. Multus potus aquæ communiter uitandus eſt, & ſit aqua bene conditionata, ſicut aqua pluuialis de ſtillata per arenam. Similiter eligātur carnes pingues boni chimi, & elixæ. Oua conueniunt mollia nō indurata. Et pro ſalata utatur capparis, aut endiuia, aut cichorea cocta, lupulis, aſparagis, & ſimilibus, & condiantur cū aceto, paſſulæ conueniunt, uitetur caſeus, & omne lac præter lac camelarum, quia apud Auic. id eſt, aperitiuum, ſiue propter paſcua, ſiue à proprietate. Vnde ſecundo can. confert pluribus ægritudinibus epatis, & ſplenis, & reliquum regimen ordinetur in contrarium humoris & diſcraſiæ. Et nota quod ſunt quædam conferentia à proprietate quibus frequenter utendum eſt tam in regimine cibali quā medicinali, ſicut ſplen aſini, aut pulli equi ambo exiccati & puluerizati dati in quantitate ʒ.1. uel plus cum uino ſubtili aromatico à proprietate ualet mirabiliter. Item ueſpertilio pinguis & decolatus & exiccatus in furno, in uaſe uitreo & puluerizatus exhibitus quantitate trium ʒ. cum uino, aut aceto eſt curatio experta. Item ponantur folia & uirgulta tamariſci ad bulliendum in muſto, aut ad decoquendū in ferculis ſuis & ita poſſent poni reliqua à proprietate reſpicientia ſplenem, ſicut ſcolopendria, capparus, capillus ueneris, rubea, acorus, baccara &c.

DE OPPILATIONE SPLENIS.

QVandoque oppilatur uia per quam ſplen recipit melancholiā. Cuius ſignum, quia ſplen non eſt tumidus tumore ab humore proueniēte, imò potius extenuatus. Quandoq; oppilatur uia per quā mittitur melancholia ad os ſtomachi. Cuius ſignum, quia ſplen eſt tumidus cum recipiat melācholiam & non expellat, neque fames excitatur ſicut conſueuit. Cuius oppilationis cauſa quandoque eſt uentoſitas, quandoque eſt apoſtema, quandoque humores multi craſſi, aut uiſcoſi abſque apoſtemate. Signa uentoſæ ſunt extenſio uehemens cum lenitate. Sed apoſtemoſæ ſunt ſigna apoſtematis, de quibus ſupra. Sed oppilationes aliæ ſunt cum grauedine abſque ſignis apoſtematis. Curationes ſunt illæ eædem quæ ſint fortes ex curationibus oppilationum epatis, de quibus in proprio capitulo. Sed ſint magis propriè contra humores melancholicos.

DE INFLATIONE SPLENIS.

INflatio ſplenis eſt tenſio & eminentia eius à uentoſitate. Cuius ſigna ſunt tenſio & eminentia quæ cedit comprimenti, ſed ſubito reuertitur, ſicut in ueſica plena uento, & nō eſt grauitas & durities ſolida, ſicut in apoſtematibus, & quandoque cū premitur ſentitur rugitus. Curam inflationis ſplenis perficitur cum eiuſdem medicinis quibus curatur durities, ſiue tumor nō apoſtemoſus ſplenis. Indiget enim aperitiuis, abſterſiuis, & reſolutiuis, cum uirtute ſtiptica maiori quam in duritie ſplenis, quoniam

materia

materia uentoſa eſt leuis de cuius reſtrictione parū timemus. Et cū hoc ſtipticitas facit ad cōfortationē ſplenis, qui confortatus melius reſoluit uentoſitatem minuſq; eam recipit aut materiam eius. Medicinę autem magis conuenientes ſunt, ſicut agnus caſtus, cyminū, ruta, ſemen eius, ameos, & his ſimilia, cum quibus decoctis in aqua, aut uino ſubtili, aut in utriſque poteſt ſplen fomentari. Quibus etiam aliquid acuti aceti addi poteſt, & ex eiſdem poſſunt fieri unguenta cum oleo de capparis, de ruta, de ſpica, uino ſubtili & pauco aceti faciendo bullire olea cū uino & aceto ad conſumptionem uini & aceti, poſtea addendo ceram & pulueres, nec hic mollificātibus opus eſt ſicut in duritie. Et iuuatur multum ex poſitione uentoſarū ignitarum ſuper ſplene, hæc tamen facienda ſunt præmiſſa euacuatione cum his quæ dicta ſunt. Et oportet ut famem toleret & patiatur cibum, & abſtineat ab aqua quātum poteſt, & bibat uinum ſubtile antiquū & non dormiat immediate poſt cibum, ſed tardet donec extenſio ſtomachi ſedata eſt. Quod ſi extenſionem doloroſam ſenſerit comprimat ſuper ipſam & ingenietur ad egeſtionem & poſtea dormiat, & utatur trochiſcis de capparis, trochiſcis de agno caſto fomentetur ſplen ſtomacho ieiuno cum filtris infuſis in aceto decoctionis corticum radicū capparis, ſulphuris, tamariſci, ſcolopendriæ, ſemine agni caſti, nucis, cupreſſi, & rutæ. Et Raſis in textu ponit medicinas excellentes ad hanc intentionem. Tua autem intereſt uti medicinis minus calidis cū adeſt febris & magis calidis in eius abſentia.

Et ex his tādē patet cura doloris ſplenis de quo intitulatum eſt capitulum Raſis. Nam dolor ſequitur malam complexionem, aut ſolutam continuitatem, aut humorem, aut oppilationem, aut inflationē quorum omnium cura præceſſit. Ergo cum cura doloris ſit triplex, una per remotionem cauſę. ſecunda per anodina. tertia per ſtupefacientia. Prima iam manifeſta eſt. Nam pendet ex cura ægritudinum quę ſunt cauſa doloris, quarum cura iam abſoluta eſt. Quod ſi fortè dolor non daret inducias ſui magnitudine, ut cura regulari procedere non poſſis, tentetur ſtatim cura cum anodinis, ſicut floribus chamæmilæ, meliloti, aneti, ſeminis lini, fœnugræci, althea, paritaria, quibus quædam propria addantur, ſicut ſcolopendria, tamariſcus, & ſimilia faciendo ex his unctiones emplaſtra, ſacculos, fomenta, & ſimilia. Quibus ſi nō alleuiatur procedatur ad ſtupefacientia ſumpta, aut applicita, mixta, tamen cū his quę appropriātur ſpleni.

SI cum dolore ſplenis fuerit calor, & urinæ rubedo, & febris, æger ex his trochiſcis ſumat. Trochiſci de agno caſt. Recip. ſeminis agni caſti, ſeminis tamariſci amborum ana. drach. 10. ſeminis endi. ſeminis portulacæ, amborum ana. drach. 5. ex his fiāt trochiſci, de quibus detur quotidie unus cum ſyrupo aceto. de ſaccharo cuius pondus ſit drach. 3. Æger uerò ſi repletus fuerit ex ſaluatella quæ eſt in ſiniſtra manu phlebotometur.

Splen quoque ex fruſtro filtri aceto calido infuſi embrocetur, & obſeruetur à rebus dulcibus, & cibis craſſis.

Hoc capitulum de dolore ſplenis diuiditur in tres partes. In prima agit de dolore ſplenis à cauſa calida. In ſecunda à cauſa frigida materiali. In tertia agit de ipſo pendēte à uentoſitate. ſecunda ibi. Quod ſi cum prædicta ægritudine. tertia ibi. Si autem ſplen tenſus fuerit. prima in duas. In prima ponit ſigna doloris ſplenis à cauſa calida. In ſecunda curam. ſecuda ibi. Æger. Primum ſignum eſt calor ſenſatus in ſplene & ex præſentia materiæ calidæ contentæ in ſplene cauſantis malam complexionem diuerſam.

Secundum eſt rubedo urinæ ex parte materiæ calidæ mixta cum urina. Tertiū eſt feb. putrida ex materia putrente in ſplene ad cor effumante, aut ephimera pendens à calefactio eſſe ſpirituum propter dolorē, aut materiæ caliditatem, hæc autem feb. non ita eſt apta pendere à materia frigida. Hic ponit quatuor auxilia pro cura huius doloris à cauſa calida. Primū eſt trochiſci de agno caſto, quorum eſt hæc compoſitio. ℞. ſeminis agni caſti, ſeminis tamariſci calidorū & fic. ana. ʒ.10. ſeminis endiuiæ, ſeminis portulacæ frigidorum & humi. ana. ʒ.5. Ex his puluerizatis fiāt trochiſci cum aceto, aut ſyrupo acet. ex quibus quotidie unus trium ʒ. detur cum ſyrupo acetoſo, de ſaccharo, & poteſt addi aqua endiuiæ infuſionis tamariſci, ut ſint potabiles, infrigidant enim, materiam ſubtiliant, confortant. Secundum auxilium eſt phlebotomia ſaluatellæ ſiniſtræ ad minorandum materiam tam antecedentem quam coniunctam, & fiat foramē latū ut humor craſſus poſſit exire, ab hac tamen prius eſt inchoandum, & ſimiliter ab alijs euacuationibus ſi opus fuerit. Tertium eſt embrocatio, ſiue fomentū regionis ſplenis ex filtro infuſo in aceto calido acuto, infrigidat enim, incidit, & reſoluit. Quartum eſt regimen in cibo & potu, prohibens à comeſtione rerum dulcium ne humor cholericus multiplicetur, & à rebus craſſis, ne multiplicetur ſanguis craſſus.

Quod ſi cum prædicta ægritudine non fuerit calor, ægro trochiſci, de capparis dandi ſunt. Reci. corticum radicis capp. ſem. agni caſt. amborum ana. drach. 10. ſcolopend. drach. 7. ariſtoloch. long. foliorum rutæ, ſemi. naſturtij, acori, nigellæ omnium ana. drach. 3. ammoniaci drach. 3. ammoniacum in aceto diſſoluatur, ex quo cætera conficiantur & informētur, ex his trochiſci ponderantes drach. 2. ex quibus unus cum ſyrupo acetoſo, de melle, & apozemate, de radicibus in potu ſumatur.

Hic

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.199

Hic curans dolorem à cauſa materali frigida dicit. Quod ſi cum prædicta ægritudine non fuerit calor, cuius abſentia ſignificat materiam eſſe frigidã ſimul cum abſentia febris & tincturæ urinæ, dentur trochiſci de capparibus. ℞. corticum radicum capparorum, ſem. agni caſti añ. ʒ. 10. ſcolopendriæ ʒ. 8. ariſtoloch. long. foliorum rutæ, ſem. naſturtij, acori, nigellæ añ. ʒ. 2. ammoniaci ʒ. 3. diſſoluatur ammoniacum in aceto ex quo cætera puluerizata conficiãtur in forma trochiſcorum, quorum quilibet ponderet ʒ. 2. Et uſus eorum eſt ut unus quotidie potetur cum oximelle ſimplici aut cum compoſito. Et cum decoctione radicum, ſunt enim omnia componentia calida præter acetum, & ex quibus fit medicina ſubtiliatiua, inciſiua, abſterſiua propria in ſplene. Quæ tamen adminiſtranda ſunt poſt euacuationem.

Si autem ſplen tenſus fuerit, & cum premitur auditur ſub eo rugitus, ex prædictis trochiſcis cum apozemate de radicibus eſt dandum. Et uinum uetus tribuendum, & potus aquæ minoretur quãto plus poſſibile fuerit.

Emplaſtrum ad duritiem & uentoſitatem quæ eſt ſub ſplene, faciens. Rec. foliorum rutæ drach. 1. baurach, mentaſtri ſic. amborum ana. drach. 3. ammoniaci drach. 7. ammoniacum in uino ueteri diſſoluatur ex quo cætera conficiantur, & fiat ex eis emplaſtrum quod loco ſuperponatur.

Hic curat dolorẽ ſplenis à uentoſitate dicẽs, quod ſi tenſus fuerit, ſcilicet, ſine grauitate, & cum premitur auditur rugitus ex motu uentoſitatis. Ex prędictis trochiſcis dandum eſt, ut ſupra, & potet uinum uetus & minoretur potus aquæ. Deinde ponit emplaſtrum contra duritiem & uentoſitatem ſplenis. ℞. foliorum rutæ propriè in reſolutione uentoſitatis, baurach loco cuius accipimus ſal nitrum amborũ ana drach. 3. ammoniaci drach. 7. ammoniacum in uino ueteri diſſoluatur ex quo cętera conficiantur, & fiat emplaſtrum quod ſpleni ſuperponatur, reſoluit enim uentoſitatem & humorem. Et ſic eſt finis.

DE ANATOMIA INTESTINORVM. Cap. CI.

ACtum eſt in præcedentibus de ægritudinibus ſplenis, hic agendum eſt de paſſionibus inteſtinorum, de quibus ab Auic. agitur in 16. fen. tertij. Et iuxta conſuetudinem eſt præmittenda anatomia inteſtinorum. Sunt enim inteſtina deſcriptiuę membra longa, rotunda, concaua, numero ſex, plures habentia reuolutiones, ſuperius cum orificio fundi ſtomachi, inferius ad anum terminãtia, in uentre inferiore locata, cum dorſo mediante meſenterio ligata, ex duabus tunicis cum uillis longitudinalibus & tranſuerſalibus, uenis, neruis, & arterijs, & pinguedine compoſita, ad complendũ digeſtionem primam, eiuſque ſuperfluitates expellendum finaliter ordinata. Sunt autem inteſtina adeo longa, ut omnia ſimul extenſa ſint communiter nouem cubitorum. Rotunda, quia hæc figura eſt capaciſſima & à nocumẽtis magis tuta. Concaua, ad continendum chilum & ſuperfluitates eius. Sunt autem numero ſex, plures habẽtia reuolutiones, nam ſi fuiſſet unum inteſtinum ſolum & rectum, oportuiſſet hominem eſſe in continua comeſtione & ferè continua aſſellatione, quorum primum impediuiſſet hominẽ à negocijs in uita neceſſarijs. ſecundum autem fuiſſet indecorum & moleſtum. Propterea Deus ſapientiſſimus prouidens humanæ neceſſitati, ordinauit ut eſſent plurima multas habentia reuolutiones, ut quod digeſtum eſt in ſtomacho non cito deſcendat, ſed per meſeraicas uenientes à uena portæ ad inteſtina paulatim ab epate ſuggatur, unde illud quod effugit primã aciem meſeraicarum, cum meſeraicæ non attrahant niſi illud quod peruenit ad contactum ſuperficiei intrinſecę inteſtinorum, attrahitur per meſeraicas uenientes ad alias reuolutiones inteſtinorũ, quia quod una uice eſt occultum, fit poſtea manifeſtum orificijs uenarum, donec totum conueniens pro nutrimento attrahatur, reliquum tanquam ſuperfluum & fex expellatur, per meſeraicas enim uenientes ad ſtomachum parum quid attrahitur, ſcilicet illud tantum quod contangunt & ſatis remiſſæ, & ſunt magis deputatæ ad deferendum ſanguinem ad ſtomachum, ipſum nutriturum quam ad deferẽdum chilum ad epar, ut ſenſit Gal. 4. de utilitate particularũ, cui ſententiæ concors eſt Auicẽ. 16. tertij. Primum autem inteſtinũ quod uocatur duodenum, eo quod habeat longitudinem 12. digitorum coniunctorum, incipit ab orificio fundi ſtomachi quod dicitur pyloron, id eſt, portenariũ eſt multum ſubtile habens concauitatem anguſtam, proportionatam orificio à quo ſumpſit initium, & eſt eius concauitas minor quam ſit concauitas meri cum per illud debeant tranſire res craſſæ nondum digeſtæ, per hoc res in ſtomacho iam prædigeſtæ & diquatæ. Secundo quia ad deſcenſum eius quod prædigeſtum eſt ad inteſtina concurrunt expulſiua ſtomachi, & attractiua inteſtinorum ſimul attrahentiũ chilum & fecem, in qua uoluptuantur ſicut ueſica in urina & Kyſtis in felle. 3. de uirtutibus naturalibus. Sed ad attrahendum cibum ad ſtomachum ſolum cõcurrit attractiua ſtomachi & meri, & nulla expulſiua niſi quædam expulſiua meri quæ eſt partim naturalis, & partim uoluntaria, & ad finem huius terminatur porus ſelleus deferens choleram ad inteſtina. Huic autem continuum eſt ſecundum inteſtinum ieiunum ſic dictum, quia ſemper uacuum & inanitum reperitur propter tria, primum quia id quod eſt conueniẽs ex chilo ad ipſum perueniens facile ad epar attrahitur propter multitudinem meſeraicarum ad hoc inteſtinum deſcendentium magis quam ad aliquod aliud reſpectu ſuæ quantitatis, & poſt ipſum plures in duodeno reperiuntur. ſecunda cauſa ſuæ inanitionis eſt multitudo choleræ purę ad ipſum uenientis & lauantis. tertia quia parum habet obliquitatis in comparatione ad ſequentia. Eſt etiam ſatis breue non multũ longius duodeno, & hoc eſt illud inteſtinum, de cuius excoriatione maximè timetur in fluxu dyſenterico, & quod maximè extenuatur & exiccatur in ægritudinibus

dinibus

dinibus acutis. Deinde tertio ſequitur ileon inteſtinum ualde longum plures habens reuolutiones, nũc ad dextram, nunc ad ſiniſtram & poſterius, & dicitur ileon quia locatum eſt in ileis. Et ab hoc ſumpſit nomen paſſio iliaca ſiue ileos, aliter dictum miſerere, dolor exiſtens intenſiſſimus perducens ad uomitum fecum, & ad mortem in ſeptem diebus. Et ad hoc inteſtinum plures deſcendunt meſeraicæ quã ad aliquod aliud cum ſit cęteris longius. Et clyſteria impoſita cõmuniter non tranſeunt hoc inteſtinũ, & hæc tria ſunt gracilia, quia ſubtilia ſunt, & ſatis tenuis ſubſtantiæ parum habentia de pinguedine & mucilaginoſitate, in quibus ſolutio continui à quacunque cauſa prouenerit eſt multum timẽda. Et in his tribus gracilibus uiget magis uirtus digeſtiua quam in craſſis, non quidem dans formam chilo, ſed per confectionem & cõplementum digeſtionis, forma enim datur chilo per uirtutem digeſtiuam ſtomachi, in monoculo tamen magis uiget uirtus digeſtiua quam in cæteris craſſis.

Poſt ileon ſequitur ſacculus. Primum ex craſſis, ſic dictũ, quia eſt pendens in modum ſacculi, aliter dictũ monoculus, quia non habet apparenter niſi unũ orificium, licet in ueritate ſit neceſſarium habere duos, unum per quod attrahat à ſuperioribus, aliud per quod attractum deſcendat ad inferiora. Sunt tamen hæc orificia adeo uicina ut unicum æſtimetur. Hoc autem inteſtinum eſt ſatis breue locatum infra renes magis poſterius quã anterius, & magis dextrorſum quam ſiniſtrorſum, huius autem fines ſunt multi. Primus ut illud quod deſcendit in hoc tanquam in ſacculo diu retineatur, ut complete digeri poſſit quod effugit digeſtionem ſtomachi. Et ideo locatur ſatis iuxtà epar ut ab eo uirtutem digeſtiuam acquirat, & hoc ſe habet in comparatione ad duo inteſtina ſequentia, ſicut ſtomachus ad tria præcedentia, neq; hoc factum eſt principaliter ut meſeraicæ ſugant ab eo, cum pauciores meſeraicæ ad hoc ueniãt quam ad quodcunq; aliud. Secundus finis eſt ut fex incipiat in iſto acquirere formã fecis manifeſte, licet in ueritate forma ſubſtantialis fecis inducatur in materiam fecis in ſtomacho. Nam per uirtutem digeſtiuam ſtomachi corrũpitur forma cibi in ſtomacho, ergo per eandem debet induci in materiam eius alia forma. Et non in totam materiam inducitur forma chili, ergo in partem aliam inducetur alia forma, & non niſi forma fecis, ergo &c. aliter ſequeretur quod aut per tempus ſtabit materia ſine forma, aut generabitur aliquod mixtum medium uia tranſitus inter cibum & fecem. primum impoſſibile, ſecundũ incõueniens, fruſtra enim eſt multiplicare huiuſmodi entia ſine neceſſitate. Tertius ut uermes in hoc inteſtino generentur, quorum præſentia ſi pauci ſint, & non magni eſt iuuatiua, cũ ſugant ſuperflua, & ex his generentur, quorum ſuperfluitatum præſentia cum putrerent poſſet eſſe ualde nociua, licet etiam aliquando in alijs generẽtur, & hoc eſt illud inteſtinum quod in ruptura frequentius deſcendit ad burſam teſticulorum, quia eſt pẽdens & minus cæteris dorſo alligatum. Poſt hoc ſequitur colon inteſtinum craſſum, ſic dictũ, quia multos habet colos, & etiã multas habet cellulas in quibus ſtercora figuram accipiunt quę figura rotunda maximè apparet in ſchibalis cum indurãtur, & ideo figura cellularum debet eſſe rotunda, ſicut & ſchibalæ ſunt rotundæ, & in illis cellulis multa phlegmata continentur quæ aliquando emittuntur appenſa ipſis ſchibalis, & in his generantur frequenter uermes cucurbitini, ſed inter cellulam, & cellulam cum parũ de phlegmate cõtineatur, generatur ſolummodo panniculus continuans unum uermem cum reliquo in altera cellula generato, hinc eſt quod aliquando apparent uermes habentes longitudinem ſex pedum. Et ab hoc inteſtino nomen ſumpſit colica, exiſtens dolor ualde intenſus cum in ipſo frequenter propter duritiem fecum generetur, & ad hoc ſicut ad ſuperiora multę meſeraicæ terminantur ad ſuggendum ſi quid boni remanſit, hoc autem inteſtinum incipit in dextra parte & ſituatur ſub media penula epatis & contangitur à Kyſti fellis, ut præter choleram ad ipſum interius uenientem à ſuperioribus inteſtinis ſtimuletur ad expellendum à contactu Kyſtis fellis, & propterea hoc inteſtinum in illa parte apparet citrinum croceũ, & guſtui amarum. Deinde æquitat ſtomachum, ordinauit enim natura cum ſit ſatis ignobile in comparatione ad ſuperiora ut ſituetur ſupra ſtomachũ, quaſi ſtomachum & alia inteſtina defendens, & etiã ut ſit proximum ſcirbo per cuius caliditatem & humiditatem iuuetur in expulſione fecum, ideo ſcirbus huic inteſtino eſt maximè adhærens, cum tamen cooperiat ſtomachum, & reliqua inteſtina, deinde poſtea hoc inteſtinum tranſiens ad ſiniſtram locatur circa renem ſiniſtrum. Et ex hoc ſitu poſſumus concipere multa utilia tam ad partem theoricam quam ad practicam. Primum quare nocumentum factum in hoc inteſtino, ſicut cum humores deſcendũt per ipſum, aut clyſteria aſcendunt per ipſum ducit ad ſyncopim, hoc enim eſt per communitatem oris ſtomachi, cuius nocumentum facile cordi communicatur. Secundum quare dolor colicus multum aſſimiletur dolori renũ, cuius cauſa eſt, quia hoc inteſtinũ iuxta renes, & propriè ſiniſtrũ ſituatur, inter quos dolores docet Auic. diſtinguere per cibum aſſumptum, nam ſi dolor augetur ex ſumptione cibi, tunc dolor eſt colicus, ſtomachus enim cibo plenus comprimit inteſtinum colon. Si autem ſit dolor renalis ſedatur propter humiditatem uaporoſam cibi doloris ſedatiuam. Habemus etiam iuuamẽta in actu practico duo. Primum, quia remedia quæ exterius applicantur magis deberent declinare ad ſiniſtrum quam ad dextrum, cũ magis in ſiniſtris quam in dextris hoc inteſtinum locetur. Secundum iuuamentum eſt, quia cum imponimus clyſtere debemus facere, ut æger iaceat magis in principio ſuper parte dextra ut liquor poſſit aſcendere, & cum ſuperius aſcendit & eleuatus eſt aliqualiter poſtmodum iaceat ſuper parte ſiniſtra, ut per compreſſionem liquoris liquor aſcendat magis ad ſuperiora, & tranſeat ad partem dextram, & poſtea cum uult ipſum emittere reuoluat ſe ſuper dextrũ, & poſtea ſurgens clyſtere emittat. Oppoſitus autẽ ſitus debet ſeruari in operatione medicinæ, nam cum materiæ deſcendunt ad inteſtina reuoluat ſe ſuper ſiniſtrũ, & poſtea ſuper dextrum, ſic enim fit facilior ſuperfluitatum exitus. Habemus quinto differentiam, an rugitus & dolor ſenſatus ex præſentia humorum ſit in ſtomacho, aut inteſtino colon. Nam ſi cito deſcẽdit eſt in colon. Si uerò tarde eſt in ſtomacho, cum oporteat per omnes inteſtinorum reuolutiones deſcẽdere.

Et ex

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.200

Et ex his infertur quod colica lateris ſiniſtri eſt facilius curabilis, quam lateris dextri, cum materia in illa parte contenta ſit propinquior uijs eductionis, faciliuſque clyſteria perueniāt ad eam partem. Vltimo eſt inteſtinum rectum cæteris craſſius & latius, cuius ſitus eſt ſecundum rectum ſuper dorſum, & aſcendit uſque prope renes, huius autem iuuamentū eſt ad attrahendum id quod in ſuperioribus inteſtinis continetur, & ideo latum creatum eſt, & conſequēter ad expellendum par uiam ani, quę eſt eius extremitas, propterea in hoc inteſtino fuerunt multi uilli longitudinales manifeſti qui deſeruiūt attractiōi eius, ut quod attractum eſt magna quātitate, poſtea facilius expellatur. Et in hoc inteſtino & maximè uerſus extremitatem eius accidit teneſmus. Vltimo eſt ſphicteris, ſiue anus qui eſt extremitas inteſtini recti, in cuius circunferentia ſunt quinque orificia uenarum hæmorrhoidalium, quatuor muſchulis iuuātibus ad eius dilatationē & conſtrictionem mota, ad retinendum & expellendum ſuperfluitates primæ digeſtionis ſecundum exigentiam neceſſitatis & uoluntatis imperium finaliter ordinata, unus enim muſculus eſt in extremitate ani, exprimens quod de fece aliquando in ano cōtinetur, & eſt ad minima diuiſus cum carne ſphicteris ſicut in labijs. Secundus eſt magis ſuperius exiſtens, ſicut caput hominis, cuius una pars tranſit ad radicem uirgæ, altera pars dilatatur in circunferentia ſphicteris. Deinde eſt unum par muſculorū ſuper hos duos ſituatum, quorum officium eſt longaonem, ſiue ſphicterim, ſiue anum ſuperius trahere, & ex nocumento horum fit ani deſcenſus qui interdum reduci non poteſt. Et in ſumma ex uijs cibi & ſuperfluitatum primę digeſtionis nulla eſt quæ habeat motum uoluntariū, niſi principium, ſcilicet meri, & finis, ideſt ſphicteris. Sunt autem hæc inteſtina cum dorſo mediante meſenterio, aliter dicta ancharas, ligata, quod quidē meſenterium eſt membrum dorſo continuum ex panniculis ortū habentibus à ſiphac, ligamentis, multa adipe, & carne glandoſa, uenis meſeraicis, & arterijs compoſitum, & dictum eſt meſenteriū à meſeraicis multis in ipſo repertis quæ per hanc uiam ad inteſtina delegantur. Carnes autem glandoſæ ſunt factæ in ipſo ad ſuſtentandum huiuſmodi meſeraicas, & etiam ad humectandum inteſtina ut facile feces poſſint deſcendere, & propter hanc cauſam, eſt etiam in ipſo multitudo adipis. Et in hoc meſenterio frequenter colligitur multitudo humoris melancholici faciens melancholiam mirachiam. Fuit autem cōueniens ut huiuſmodi meſenterium mediaret inter dorſum & inteſtina, ne molle ſicut inteſtina lædatur à contactu duri. Compoſita autem fuerūt inteſtina ex duabus tunicis, ne nocumentum unius partis facile alteri communicetur, & etiam propter diuerſitatem uillorū fuerunt in eis hæ duæ tunicæ neceſſariæ, fuerunt enim in eis uilli longitudinales ad attrahendum, tranſuerſales ad retinendum, latitudinales ad expellendum, ſed latitudinales magis in eis dominantur quam in ſtomacho cum ſint magis ad expellendum ordinati, niſi in inteſtino recto in quo magis longitudinales dominātur, habet enim attrahere rem craſſam difficilis expulſionis, uenæ autem exiſtentes in ipſis quæ plurimæ ſunt, omnes ſunt meſeraicæ deſcendentes à uena portæ. Arteriæ autem ueniunt ad ipſa ad dandum uirtutem uitalem ab arteria aorti deſcendente. Nerui autem ſenſitiui plurimi ueniūt ad ipſa cum plurimo ſenſu indiguerint, qui nerui partim à cerebro, partim à nucha ueniunt. Pinguedo autem magis eſt in ſuperficie extrinſeca inteſtinorum quam intrinſeca, licet etiam interius penes Auic. ſit pinguedo, pinguedo tamen magis eſt in craſſis quam ſubtilibus, quia ſunt magis frigida & magis craſſa, & propter finem, quia oportuit eorum feces duras à multitudine adipis mollificari, multitudo etiā mucoſitatis & phlegmatis inuiſcari eſt in ſuperficie intrinſeca inteſtinorū craſſorum ne facile lædantur à duritie fecum, phlegma etiam ſtagnans, & inuiſcatum reperitur in inteſtinis ſuperioribus gracilibus, ſed in minori quantitate.

Vltimo in diffinitione ſubduntur fines duo, quorum unus eſt complementum digeſtionis primæ. Reliquus eſt ſuperfluitatū ipſius primæ digeſtionis expulſio, & ex his manifeſta eſt tota anatomia inteſtinorum, ſcilicet quantitas, figura, numerus, ſitus, colligātia, & quæ ſunt partes componentes, & conſequenter ex his manifeſtum eſt, quod ſint frigidæ & ſic. complexionis, & quod poſſunt pati omne genus ægritudinis ſimplicis & compoſitæ, frequenter autem patiuntur colicam, & fluxum, & uermes. Gratia completioris doctrinæ de anatomia ſcirbi aliquid dicendum eſt. Eſt autem ſcirbus à Gal. dictus omentū mēbrum compoſitum ex duobus panniculis, uenis, & arterijs in modum retis adinuicem contextis adipe ſepoſa uacuitates replente ad uigorandum digeſtiuā ſtomachi & inteſtinorum finaliter ordinatus, duo autem panniculi ex quibus componitur, ortum habēt à duabus extremitatibus ſiphac dorſo alligatis. Sed uenæ & arteriæ eius ortum habent à uena chilis, & arteria aorti deſcendentibus. Adeps autem ſepoſa eius ortum habet ab adipe meſenterij, fuit autem ordinatus ad uigorandum digeſtiuam ſtomachi & inteſtinorum, tamen reflectendo calorem, quod optime facit mediantibus panniculis denſis, ex quibus componitur, qui etiam quia leues ſunt, & extenſibiles non comprimunt ſtomachum & inteſtina, neq; propter ſuam facilem extenſionem prohibent intumeſcentiā ſtomachi & inteſtinorum aliquando neceſſariam.

Iuuat etiam ad digeſtionem calefaciendo mediante adipe ſepoſa, quæ licet ab autoribus graduetur inter membra frigida, eſt tamen potentia calida, quod declaratur ex facili inflammabilitate, nec minus adeps ipſa iuuat reflectendo calorem, uenæ quoque & arteriæ in ipſo diſperſæ adiuuant digeſtionem, calefaciendo per ſanguinem & ſpiritum in ipſis contentū. Propterea miles in bello percuſſus cui abſciſſus fuit omentum poſt conſolidationem non potuit eſcam digerere. quinto de ingen. ſani. Hic autem ſcirbus cooperit anterius ſtomachum & omnia inteſtina, quod nō ſic facit in alijs animalibus, quia homo inter cætera animalia eſt debilioris uirtutis digeſtiuæ, & etiam ut ſit tutela ſtomachi & inteſtinorum, quod magis neceſſarium fuit in homine quam in cęteris animalibus, cum uenter ipſorum non ſit ita expoſitus extrinſecis occurrentibus, & teguntur pelle duriori. Et ex his manifeſta eſt colligantia ipſius. Colligatur enim cū ſtomacho & inteſtinis maximè cum colon cui multum annectitur. Et colligatur cum omnibus membris à quibus componentia ipſum ortum habent, ut dictū

ctū eſt, et manifeſtus eſt ſitus eius, eſt enim immediate ſub ſiphach contentus. Similiter quantitas & eius complexio. Eſt enim calidæ & humidæ complexionis & poteſt pati omne genus ęgritudinis ſimplicis & compoſitæ. Sed inter cætera deſcendens per didymum in burſam teſticulorum facit herniam ſcirbalem. Si autem propter uulnus uentris, aliquando ſcirbus egrediatur, & aliquanto tempore moretur diſponitur ad putredinē, quapropter oportet ut quicquid egreſſum eſt poſt aliquantum tempus ligeſ fortiter & ſupra ligaturā incidatur & cauterizetur, deinde cū filo intromittatur, filo pendente extra uulnus, poſtea uulnere extrinſeco cōſolidato, uel prope conſolidationem filum illud extrahatur.

DE PVNCTIONE inteſtinorum.

PRo notitia huius materiæ ſciendum quod reperiuntur iſtę paſſiones, punctio, colica, ileos, quę licet in aliquibus conueniant in multis tamen differunt. Eſt enim punctio de qua apud Auicennam 16. tertij dolor remiſſus, paruum occupans ſpacium exiſtens in inteſtinis.

Colica uero diſtincta contra ileos eſt dolor intenſus in inteſtinis craſſis maxime in colo, cum quo fit difficilis exitus eius, quod inferius per naturam egreditur, ſcilicet fecis, uentoſitatis humorum, uermium, & huiuſmodi, quæ per inteſtina egredi conſueuerunt. Ileos autem deſcriptiue eſt dolor inteſtinalis fortiſſimus in inteſtinis gracilibus maxime in ileo cum quo fit difficilis exitus eius quod per anū egreditur. Sed primo ſequendo Auicen. abſoluamus materiam punctionis. Punctio quidem non habet ſpecies niſi quoſdam modos differentes ſecundum cauſas, & loca ipſius.

Cauſæ uero punctionis quædam ſunt primitiuæ, quædam corporeæ. Primitiuæ quidem ſicut cibi acuti, ſalſi, acetoſi. Item uenena ſicut argentum uiuum ſublimatum, calx, arſenicum, & huiuſmodi. Corporeæ uero ſicut uentoſitas quæ aliquando in ſpatio inteſtini continentur. Aliquando inter utranque tunicam, & eſt difficilior. Aliquando cholera pungens & mordicans. Tertio phlegma ſalſum. Quarto melancholia aduſta. Quinto phlegma uiſcoſum in cuius ſeparatione fit dolor. Sexto excoriatio & ulcus. Septimo apoſtema. Octauo uermes, criſis quoq; eſt cā eius cum qua humores ad inteſtina deriuanſ, imò ipſa pūctio eſt ſignū criſis.

Signa. Primo cauſæ primitiuæ ſunt ſibi ſigna. Et ſimiliter nocumenta ipſas conſequentia. Ventoſitas uero cognoſcitur per rugitū, & aliquando punctionis mutationem. Item per eructuationem, aut exitum uentoſitatis per inferius cum quibus punctio alleuiatur. Humor cholericus cognoſcitur per caliditatem in loco ſenſatam, ſitim, oris amaritudinem, linguæ citrinitatem, & quod cholera aliquando per inferius aut ſuperius expellitur. Et cætera ſigna generalia ſumpta ex complexione, ætate tēpore anni, regimine pręcedente & ſimilibus conſignificant, ſi choleræ atteſtentur. Cognoſcitur autem phlegma ſalſum per punctionem cum grauitate, & ſi egrediatur inferius apparet album, & cum hoc ſentitur in ano mordicatio & teneſmus. Et ſi expellatur per ſuperius percipitur in ore ſalſedo, phlegma quoque craſſum et uiſcoſum cognoſciſ ex grauedine magna, & quia cū educiſ apparet in aliqua parte ſuperficiei eius aliquid ſanguinis adhęrēs. Melācholia quoque cognoſciſ per ſaporē ponticū, aut acrē & per colorem eius fuſcū cum educiſ. Et hęc omnia ſignificantur ex ſignis cōibus ſumptis ex cōplexione ætate & ſimilibus. Vermes aūt cognoſcuntur per ſigna uermiū inferius ponenda. Similiter excoriatio, & ulcus penes ſigna dicenda in cap. fluxus diſſenterici. Apoſtema uero cognoſcitur per ſigna communia ex duritie, tenſione, grauitate, febre, dolore continuo in una parte & ſimilibus. Criſis autem declaratur per ægritudinem præcedentem & euacuationem ſequentem cum qua prima ægritudo terminatur uel minuitur.

Prognoſtica. Primum, ægritudo ſecundum plurimum curatur ſi debite tractetur. Secundum, hæc ægritudo ſi augeatur ducit ad colicam, aut ad ileon, eſt enim uia in ipſas & proprie cum eſt ſine fluxu. Tertium, quando peruenit punctio ad alcuzez, uomitum, ſingultum, deſtructionem rationis ſignificat mortem.

Cura punctionis quatuor exigit intentiones. Prima cauſam remouet. ſecunda ſtomachum & inteſtina confortat ipſorum diſcraſiam corrigendo. tertia corrigit accidentia. quarta ordinat debitum regimen. Si ergo cibi fuerint cauſa punctionis illi prohibeantur præcipiendo regimen contrarium, ut puta ſi fuerint acuti, aut ſalſi dentur frig. & humid. & inſipida, ſicut portulacæ, lact. cucurbitæ, cucumeres, et ſimilia. Et ſi fuerint acetoſi dentur dulcia et calida, & quicquid fuerit contentum in ſtomacho ex his cibis uomitu educatur. ſecundo conforteтur ſtomachus & inteſtina cum proprijs moderatæ ſtipticis cōtrarijs diſcraſiæ a cibis facientibus punctionem inductæ. Si uero in cauſa fuerint uenena, uomitu quam primum educantur ſicut exibēdo potum copioſum tepidum ex aqua cum oleo ſeſamino, aut oliuarum ſubtriplo ad aquam, & cum hoc uomitus præcipiatur. Et ſi punctio ad inteſtina deſcendat cum clyſteribus ex eiſdem rebus factis educantur, & ſi uomitu, aut ſolutione uentris cum iam dictis educi non poſſent detur aqua decoctionis anethi cum pauco mellis, & ſalis, hic enim potus tepidus adiuuat uomitum. Et ſi fuerit in inteſtinis & proprie ſuperioribus, et non ſufficiunt, quę dicta ſunt detur caſſia cum decoctione prunorum, & ſimilium, & pro his recurratur ad ſextam quarti, aut ad octauum Alman. Si uero in cauſa fuerit uentoſitas conſiderandum eſt an multiplicetur merito ſtomachi, & aliorum membrorum abſque humoris præſentia, an ſit humoris præſentia qui quotidie uentoſatur, ſi primum cum hoc ſit a diminuta caliditate, confortandus & multiplicandus eſt calor innatus cum his quæ interius et exterius applicantur, quæ etiam uentoſitatem carminant, ſicut bonum uinum antiquum non dulce paucum, multa abſtinentia a cibo, fames, & exercitium, & cibaria ad calidum & ſiccum declinantia non uentoſa, & detur in principio menſæ diacyminum, aut diagalanga, & ſuper ci-

K

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.201

barijs ſuis ponantur aromata proprie facta ex cinamomi ʒ.1.zing.galangæ ana ʒ.s.piper drachmas 2. his etiam quibus placent poſſet addi cyminum præparatum medicinaliter, aut ſtomacho ieiuno poſſent exhiberi trochiſci de aromatibus, electuarium de baccis lauri, & ſimilia. Auic. tamen dicit quod ex his quę ſunt mirabilis iuuamenti apud experimentatores eſt, ut calcaneus porci aduratur et ſumat ipſum in potu habens punctionem uentoſam, utputa dando de ipſo puluerizato ʒ. 2. cum potu uini potentis calidi. Aut dentur de granis lauri ſiccis ſolis puluerizatis duo coclearia, eſt autem coclear ʒ.s. & fiāt exterius ſtomacho, & inteſtinis euaporationes cum rebus carminantibus uentoſitatem, & inungātur cum oleo de ſpica, de ruta, laurino, & ſimilibus, aut ponatur emplaſtrum de baccis lauri, & ſimiliter fiāt clyſteria ex carminantibus uentoſitatem in quibus ponatur oleum rutaceum. Si autem ſit humoris præſentia ex quo generetur uentoſitas ille educatur cum pilulis alephanginis, diaphœnicone, electuario indo. Et ſi fuerit melancholia cum diaſenę. et ſimiliter fiant clyſteria eiuſdem intentionis, deinde procedatur ad regimen de quo ſupra. Si autem in cauſa fuerit cholera attente conſyderādum eſt. Dicit enim Auic. quod punctio a quacunque cauſa curatur cura cholicæ niſi ſit punctio cholerica. Oportet enim ut in ea caueatur ab errore cadente, & æſtimatur quod ſit cholica, & curatur cura eius, & moritur infirmus. Credo Auic. intellexiſſe quod cura colicæ ſecundum plurimum eſt cum carminantibus uentoſitatem calefacientibus et exiccantibus, et interdum cum fortibus ſolutiuis, cum leuia non ſufficiant. Si autem punctio cholerica curetur cum iſtis non eſt dubium quod æger poſſet duci ad perditionem. Secūdo quia medici inaduertētes dāt ſolutiua fortia, ſicut diaphœniconē, electuarium indum, ſicut aliquando conſueuerunt in cholica & perducunt ægrum ad fluxum uehementem qui nō facile ſedatur, & interdum ad cholericam paſſionem, eſt enim punctio de proprijs ſignis antecedentibus cholericam paſſionem. Quapropter pro cura huius debemus in principio choleram ſoluere cum clyſteribus frig. lenientibus, et ſi non ſuffecerint detur caſſia, aut manna cum decoctione prunorum, aut tamarindorum, & ſi cholera fuerit craſſa detur aloē lotus. Secundo cholera educta diſcraſia corrigatur cum frigidis interius & exterius applicatis, ita ut in eis ponatur ſolatrum, & ſandali, & roſæ, ſed ſemper miſceatur aliquid abſinthij, & ſimilium calidorum ſtomachum confortantium, & interius ſumat diarrhodon abbatis, et triaſandalos, & aliquando in his caſibus datur uinum granatorum, uinum berberis, & ſimilia. Cauendum tamen eſt a ſtipticis, imò omnia ſint lenientia niſi adſit fluxus uentris. Si uero humor fuerit baurachius, educatur cum clyſteribus factis ex decoctione turbith, polypodij, uiolarum, fumiterræ, & ſimilium, & euacuetur cum ſolutiuis ſumptis per os quæ ſunt, ſicut hierapicra, diacitoniten deſcriptione Meſ. & ſimilia. Si autem fuerit phlegma uiſcoſum, aut melancholia, illa ſollicite educatur cum clyſteribus mundificantibus, et abſtergentibus & eis quæ ſumuntur per os, ſicut electuarium indum, & diaſenæ pilulæ, alephanginæ, & ſimilia, & pręmittantur digeſtiua ſi opus eſt, facta ex oximelle ſimplici, compoſito aut ſcyllitico, ſyrupo de epythimo, & ſimilibus cum aqua decoctionis cinamomi, & aniſorum. Secundo corrigatur diſcraſia. Stomachus & inteſtina confortentur cum proprijs, ex quibus maxime laudat Auic. puluerem amomi ſumptum per ſe, ſequente potu, utputa alicuius uini uinoſi pauci & dentur trochiſci de aromatibus, & ſimilia calefacientia & confortantia. Si autem in cauſa fuerit excoriatio, ulcus, aut apoſtema curentur, ut dicetur inferius in cap. de colica apoſtemoſa & diſenteria. Si uero criſis fuerit in cauſa, ſinatur naturam operari ſi per ſe fuerit ſufficiens. Si uero non, adiuuetur cum fricatione uentris, clyſteribus et ſolutiuis leuibus.

Pro cura autem punctionis pendentis a uermibus, recurre ad capitulum de uermibus infra ponendum. Tertia autem intentio, ſcilicet correctio accidentium perficitur ſecundum ipſorum exigentiam, pro quorum cura recurre ad capitula pręcedentia de uomitu, ſingultu, alcuzez, & ſimilibus. Quarta autem intentio, ſcilicet debitum regimen ſex rerum non naturalium ordinetur in contrarium diſcraſiæ, unde cibi & potus ſint facilis digeſtionis, boni chimi paucarum ſuperfluitatum, & ſint uentris lenitiui niſi adſit fluxus uentris. Quapropter iura pinguia conueniunt, & proprie ius galli decrepiti, & apud Auicennam ericius aſſatus eſt proprius conferens in utriſque punctionibus, ſcilicet tam calida quam frigida, & intelligitur de ericio porcino & non canino, ſomnus eorum ſit prolixus & proprie nocturnus. Procurent omnes euacuationes a natura inſtitutas, nec uentoſitatem retineant natura inuitante, ſint parci in cibo & potu, non comedant niſi fame pręcedente, imò tolerantia famis in uentoſa & phlegmatica, & exercitium ſuper fame optime conuenit.

DE RVGITV ET exitu uentoſitatis inuoluntariæ.

FAcit Auicenna capitulum de rugitu & exitu uentoſitatis inuoluntariæ. Cauſa immediata rugitus eſt multitudo uentoſitatis. Hæc autem multiplicatur, aut propter cibos uentoſabiles, aut propter malitiam digeſtionis in membris, ſcilicet in ſtomacho, & inteſtinis. Cuius cauſa eſt aut ipſorum frigiditas, aut paucitas caloris innati, licet forte non ſit remiſſio in gradu, ſicut in fine phthiſis. Multiplicatur enim uentoſitas propter diminutionem caloris, ſiue ſit diminutio in quanto, ſiue in gradu. Hæc autem diminutio aliquando eſt per eſſentiam, aliquando per communitatem a ſplene, aliquando ab epate, aliquando a mirach et meſenterio, ſiue per ſimplicem alterationem, ſiue in ſtomacho, & inteſtinis communicando materiam uentoſibilitatem. Et plurimum eſt cum lenitate naturæ. Et ſi eſt in inteſtinis ſubtilibus, tunc ſonitus eſt acutus. Et ſi in craſſis, tunc ſonus eſt grauis propter latitudinem foraminis, & ſi rugitus eſt cum gurgulatione, tunc uentoſitati eſt admixta humiditas. Eſt autem ſecundum plurimum magis merito malitiæ digeſtionis membrorum quam merito ciborum, & rugitus plerunque eſt ſignum criſis antecedens ipſam.

Exitus

Exitus autem uentoſitatis inuoluntariæ, aliquando ſit propter mollificationem inteſtini recti, et proprie extremitatis eius.

Quandoque apud Auicennam propter mollificationem ieiuni, de qua re non parum eſt admirandum, cum ieiunum non habeat muſculos qui ſint inſtrumentum motus uoluntarij neq; taliter locatum ut per ipſum uētoſitates poſſint ad extra exire. Credo autem textum eſſe corruptum, & forte loco ieiuni debet eſſe meri, per cuius mollificationem poſſet egredi uentoſitas inuoluntariæ per ſuperius, ſicut per mollificationem ani egreditur inuoluntariæ per inferius, aut forte ieiunum habet occultam colligantiam cum inteſtino recto ita ut propter eius nocumentū mollificetur rectum. Cura rugitus nota eſt ex his quę dicta ſunt ſuperius in curatione punctionis a uentoſitate, quam curam huic cap. accommoda.

Cura aūt exitus uētoſitatis inuolūtarię perficiē cura paralyſis ani, quæ eſt manifeſta ex cura paralyſis in generali. Verū remedia localia applicāda ſūt regioni aloſos et ab alcatim, infra. Et ſi fuerit per nocumētum ieiuni aut meri inungatur quod eſt ſuper umbilicum cum oleo coſtino ante & retro.

DE COLICA.

SEquendo ordinem Auic. iam de colico & ileos eſt nobis agendum. & licet quid nominis & quid rei harum diſpoſitionum ſint ſatis ex dictis manifeſta, attamen ut memoriter teneantur, & ſecundum ſcilicet ſpecies & differentiæ abſoluantur. Permitto quod dolor inteſtinorum qui eſt triſtis eorum ſenſatio eſt duplex, quidam exiſtens in omnibus inteſtinis, quidam in aliqua eorum parte circumſcriptus. Primus autem duplex, quidam enim eſt cum motu deſcendens aut aſcendens per reuolutiones inteſtinorum & uocatur tortio.

Quidam autem quieſcens, & uocatur nomine generis dolor inteſtinorum, & hij aliquando ſunt remiſſi aut mediocres de genere naturalitatum inſenſibiliter ledentes. Si uero dolor inteſtinorum ſit circumſcriptus aut eſt remiſſus exiſtēs de genere neutralitatis, & eſt punctio, de qua ſupra, aut eſt fortis, et dicitur colica ſi ſit in colo & reliquis inteſtinis craſſis cum difficili exitu eius, quod per naturam egreditur aut eſt in ileo, & inteſtinis gracilibus, & dicitur ileos conuocando ſimiliter difficilem exitum eius, quod per inferius egreditur, nomen autem ſumpſerunt hi duo dolores ab illis duobus inteſtinis, eo quod in illis frequentius accidant, in duodeno enim raro accidit dolor propter ipſius rectitudinem, breuitatem et propinquitatem orificio ſtomachi, et in ieiuno raro, cum cauſæ doloris factiuæ parum in eo morentur, propter cauſas ſupra ſcriptas. Sed in ileo frequenter propter ipſius longitudinem & plurimam circūuolutionem. Similiter in recto rariſſime propter breuitatem, rectitudinem, amplitudinem, & ani propinquitatem. Et ſimiliter in ſacculo rarius accidit quam in colon propter breuitatem & amplitudinē. In colo autem frequenter propter longitudinem, tortuoſitatem, ſtricturam, & quia feces durę, & multa phlegmata in ipſius cellulis continentur, & propter hanc ultimam cauſam frequentius accidit colica q̄ ileos, ſaltem a cā intrinſeca licet a cā extrinſeca non frequentius. Et hæ ſunt ſpecies dolorum ſumptæ ſecundum diuerſitatem cauſarum recipientium. Sed ſecundum diuerſitatem dolorum in ſe, & diuerſitatem cauſarum imprimentium ſumitur hoc modo. Nam aliquis eſt pungitiuus, aliquis grauatiuus, aliquis extenſiuus, aliquis perforatiuus.

Cauſa enim interior ipſum dolorem imprimens aut eſt calida acuta & ſubtilis ipſorum ſoluens continuitatē, licet ſit raro, & tunc facit pungitiuū ſicut humor cholericus aut ſalſus ſua baurachitate mordens. Aut ſanguis corruptus, aut uermes ſuis aculeis pungentes, aut uentoſitas in aliquo paruo loco cōcluſa, aut ulcus paruum. Sed grauatiui cauſa eſt materia frigida, groſſa, uiſcoſa in inteſtinis aggregata ſicut humor pglegmaticus aut ſanguis congelatus, aut melancholia quę de ſe dolorem talem faciunt ſatis quietum. Si uero uentoſetur dolorem faciunt intenſiuum extenſiuum aut perforatiuum ſi in aliquo loco concludantur.

Si uero moueantur faciunt tortionem, cauſa aūt extenſiui, tortiui & perforatiui eſt uētoſitas. Si enim multa ſit occupans magnum ſpatium non mota, ſed in illo concluſa facit dolorem extenſiuum. Et ſimiliter ſit dolor extenſiuus a multitudine alicuius materiæ extendentis. Si uero moueatur facit dolorem tortiuum. Si uero ſit in aliquo loco paruo concluſa, ſicut inter duas tunicas inteſtini dolorem facit perforatiuum differentem a pungitiuo, quia uentoſitas & ſimiliter humor faciens pungitiuum eſt magis ſubtilis quam humor aut uentoſitas faciens perforatiuum, differt autem perforatiuus ab actuali, eſt.n. actualis, cum ſit panniculi actualis eruptio, & frequēter ſequitur perforatiuum. Item quidam dolor eſt periodicus ſequens aggregationem materiæ in determinato tempore ſufficientem ad dolorem, quidam non periodicus.

Cauſæ colicæ quædam ſunt corporeæ, quædam primitiuæ. Corporeæ duplices, per eſſentiam & per communitatem. Sed abſoluamus primo illas, quæ ſunt per eſſentiam in inteſtinis. Deinde quæ ſunt per communitatem. Tertio primitiuas.

Cauſæ autem per eſſentiam ſunt quatuor, ſcilicet mala complexio non quęlibet, ſed diuerſa, mala cōpoſitio, ſolutio continui, apoſtema. Primo malæ complexiones immateriales. Caliditas enim per ſe poteſt facere dolorem, ſecundo per accidens reſoluendo & exiccando fecem. Item attrahendo humidum ipſius ad epar, per cuius præſentiam fex reddebatur mollis & fluxibilis, fex autem retenta eſt cauſa colicę. Item frigiditas poteſt facere dolorem tam per ſe quam per accidens debilitando expulſiuam tam muſculorum uentris quam inteſtinorum aut oppilando poros, & tunc creſcit caliditas per antiperiſtaſim exiccans feces ut ſtatim dictum eſt. Item frigiditas impreſſa in ſphicteri ſicut accidit ſedentibus in terra aut ſuper lapidibus unde conſtringitur ſphicteris & expelluntur feces ſurſum & retinetur urina, & propter hoc multiplicatur colica in regionibus frigidis & temporibus frigidis & flantibus uentis frigidis. Tertio complexio mala ſicca tam per ſe quam per accidens eſt in cauſa, ſiue ſit ſiccitas poſitiua, ſiue ſit per conſumptionem humidi facientis feces lubricas, licet una ab altera raro abſoluatur.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.202

Commentary on the Chapter Nine of the Book of Medicine Dedicated to Mansur [F-1-203] (203/266)

Mala autem complexio humida immaterialis, per ſe non facit dolorem, ſed bene per accidens obtundendo calorem innatum cum ſuperfluit, unde debilitata expulſiua & digeſtiua fiet aggregatio ſuperfluitatū quæ erunt cauſa colicę, mala autem complexio cum materia cuiuſcunque generis poteſt eſſe cauſa colicę, licet ſecundum plurimum ſit materia frigida, & proprie phlegmatica, hæc enim ad inteſtina aliquando deriuatur & a capite & a ſtomacho & ab alijs membris, ſed plurimum de ipſa in ipſis congeritur propter frigiditatem ſuæ complexionis & digeſtiuæ ſuæ debilitatem, humores autem alij non congeruntur in inteſtinis, licet ad ipſa deriuentur. Et cholica aliquando eſt paroxyſmalis ſecundū aggregationē materiæ in determinato tempore ſufficientis ad cauſandum dolorem, ſiue illa materia congeratur ſiue aliunde deriuetur, & licet hæ malæ complexiones poſſint facere colicam abſolutæ ſine oppilatione, ſecundum plurimum tamen coniungitur oppilatio. Secunda cauſa principalis colicæ eſt oppilatio quæ eſt cauſa doloris ſolum per accidens, ſcilicet mediante complexione mala et ſolutione continui, quarum utraque eſt cauſa doloris per ſe, quoniam ambæ per ſe opponuntur naturis duabus, ſcilicet bonæ complexioni & unitati ſiue continuitati, per quas tanquam per inſtrumentum anima ſentit, bona autem compoſitio non eſt per ſe inſtrumentum animæ ad ſentiendum eo quod compoſitio per ſe debetur organicis, non autem ſimplicibus quipus per ſe debetur ſenſatio tactus, ſcilicet neruis, ſed complexio per ſe primo debetur ſimplicibus, unitas autem utriſque ſecundum Galenum, & per conſequens utraque eſt per ſe inſtrumentum ſenſationis tactiuæ conuenientis, ſcilicet bona complexio, & unitas, ergo diſpoſitiones his contrarię, ſcilicet mala complexio & ſolutio continui erunt per ſe cauſæ triſtis ſenſationis quæ eſt dolor, mala autem compoſitio ſolum per accidens. Etſi inſtetur argumento Auerr. quia neque continuitas, neque contiguitas ſiue compoſitio eſt inſtrumentum animę ad bene ſentiendum, ergo nec diſcontinuitas nec mala compoſitio ſiue mala contiguitas erit per ſe cauſa triſtis ſenſationis. Dicitur negando antecedens, quantū ad continuitates, licet quantum ad contiguitatem ſit uerum, cum illa non ſit natura ſimplicium ſicut eſt continuitas.

Oppilatio ſit autem a multis cauſis. Aliquando ab apoſtemate inteſtinorum, quod ſecundum plurimum eſt calidum, ſi ſiat per uiam defluxus. Si uero per uiam paulatim factæ congeſtionis eſt frigidum. Aliquando autem ſit ab humore & proprie craſſo uiſcoſo phlegmatico, et hoc frequenter, a quo eleuatur uentoſitas fortis penetrans, aut inter tunicas inteſtinorum, aut concluſa in aliqua concauitate inteſtinorum quę impedit exitum egeſtionis & humorum, ſicut etiam impedit deglutiōem. Tertio aliquando uentoſitas oppilat contorquendo inteſtinum, ſicut etiam aliquando contorquetur a percuſſione, ſaltu, caſu & offenſione ſuper uentrem & uiſcera, unde ruptis ligamentis inteſtinum cōtorquetur. Quarto, oppilatio ſit a uermibus cōglobatis. Quinto, a fece ſicca adhærente & appellatur colica a fecibus, & hæ quinque dicuntur oppilationes coartatoriæ, & fex etiam poteſt facere colicam extendendo aut mordicando per aliquam qualitatem in eā exiſtentem, quæ colica a fece multotiens accidit.

Fit autem oppilatio inteſtini attenuatoria a duabus cauſis. Vna quando ipſum non motum a loco ſuo comprimitur ab aliquo membro uicino tumente.

Secunda quando inteſtinum propter aperturam aut rupturam didimi caderet in burſam teſticulorum, aut quando in alia parte rumpetur ſiphach & caderet inter ſiphach & mirach.

Cauſæ autem exiccationis fecis plurimæ ſunt. Primo cibi ſicci actu ſicut legumina ſine brodio. Item aſſata & frixa, ſimiliter cibi ſicci potentia in quibus ſunt pulueres exiccatiui ut aromata. Secundo quia fex longam contrahit moram in inteſtinis ſicut contingit in occupatis circa res gerēdas, qui ſui obliuiſcuntur.

Tertio propter debilitatem muſculorum uentris & inteſtinorum ſicut in utentibus multo coitu & infrigidatis & debilibus ex ægritudinibus. Quarto propter apoſtemata & mollificatiōes in muſculis uētris. Quinto propter potum narcoticorum uirtutes debilitantium, aut propter alias cauſas ſenſum inteſtinorum obtundentes. Sexto propter paucitatem effuſionis choleræ ſtimulantis expulſiuam. Iſtæ tamen præter primam ſunt cauſę exiccationis fecum, quia ſunt cauſæ longæ moræ ipſius in inteſtinis. Septimo, ꝓpter epar & meſeraicas humiditates ipſius fecis attrahētes. Octauo propter multum ſudorem, humiditates enim trahuntur ad circunferentiam. Nono propter exercitia fortia fecem exiccantia inſenſibiliter reſoluendo. Decimo propter raritatem corporis a complexione calida. Talis enim caleſit ab aëre calefaciente, & facile reſoluitur & conſequenter fex exiccatur, licet etiam raritas multa ſola poſſit eſſe cauſa exiccationis fecum, quam raritatem Auic. appellat fiſtuloſam, eo quod cum ipſa ſint pori lati ſicut foramina fiſtulæ, loquitur enim methaphorice. Vndecimo propter lōgam moram in balneo aereo aut aëreo trahente humiditates ad circunferentiam & ſimile ſit in aëre æſtiuo calido, etiam non exiſtente corporis raritate. Decimo ſecundo, ab arte ut uitrarijs, fabris, coquis & ſimilibus. Decimotertio, a multitudine cholerę effuſæ ad inteſtina inueniente fecem duram & paucam & exiccationi paratam. Hoc autem rariſſimę, nam cholera ſtimulando expellit in inteſtinis contenta. Decimoquarto ab inanitione ut in ieiunantibus & euacuatis & conualeſcentibus. Decimoquinto, a deſcenſu matricis cum comprimit inteſtina aut ab ipſius repletione, ſicut cum eſt prægnans & exiccat diu retinendo fecem. Circa quod notandum, quod aliquando retinet feces & urinam cum comprimit inteſtina inferiora & collum ueſicæ, aliquando prohibet retentionem fecum & urinæ ſicut cum comprimit inteſtina ſuperiora & fundum ueſicæ. Decimoſexto ab hæmorrhoidibus, ragadijs, ulceribus & apoſtematibus ſphicteris aut colli ueſicæ uel matricis, nam per iſta quandoque fex retinetur, & retenta exiccatur. Tertio principaliter ſolutio cōtinui eſt cauſa colicæ, tum quia per ſe facit dolorem, tum quia natura terretur in emiſſione fecum per loca ulcerata, unde retētę ſunt cā colicę. Cauſę aūt ſolutæ cōtinuitatis eſt humor acutus uel multus, uētoſitas, uermes,

mes, lapis in inteſtinis generatus. Itē cauſę extrinſecæ et reliqua. Quarto principaliter apoſt. cauſāt colicā, ſunt enim per ſe cauſa doloris tam per malam complexionem quam ſolutionem continui, cauſant etiam colicam per accidens oppilando quę ſi ſint facta per uiam defluxus ſunt ſecundum plurimum calida, ſi uero per uiam paulatim factæ congeſtionis ſecundum plurimum frigida.

Colica autem per communitatem eſt a multis mēbris. Primo a ſtomacho aggregante interdum phlegma aut melancholiam aut alium humorem qui aliquando uentoſatur. Interdum aggregante uentoſitatem ex cibis, ut ſupra in capitulo de inflatione ſtomachi, quę tamen non faceret dolorem in ſtomacho propter amplitudinem eius. Et quia deſcendit ad inferiora, & quia ſtomachus eſt intra membra calida, nec etiam in gracilibus faciet dolorem, quia ſunt calidiora neque retinetur in eis, non enim habent feces ſiccas oppilantes, ſed deſcendens ad inteſtina craſſa intenſum faciet dolorem, quia ſunt frigidiora remota a membris calidis facile oppilabilia propter præſentiam fecum & multas reuolutiones. Et ſunt ſpiſſa non rara ſicut gracilia a quibus uētoſitas facile reſolui poteſt. Similiter per communitatem ab epate generante uentoſitatem & expellente ad inteſtina, ut ſupra in tympanite, iuxta aphoriſmum 11. quartæ particulæ.

Quibuſcunq; torſiones, &c. et ſimiliter epar expellit humores, quandoque ad inteſtina, qui ſunt cauſa colicæ, imò inteſtina recipiunt ſuperfluitates a toto corpore mediante epate. Item per communitatem a ſplene cum melancholia effuſa ad inteſtina uentoſatur. Aut etiam uentoſitas a ſplene communicatur inteſtinis, aut ſplen tumefactus coartat inteſtina. Item per communitatem a ſpiritualibus ut cum ab ulceribus pectoris et pulmonis ſanies mittitur ad inteſtina per uenam chilis mediante epate aut cerebro ſicut in catarrhis. Item per communitatem a renibus ſicut cum apoſtemantur & coartant inteſtina & proprie ren ſiniſter qui contangitur a colon, ſimiliter cum patiuntur lapidem communicatur nocumentum inteſtinis, retinentur ſuperfluitates, & ſit colica, propterea difficile eſt diſtinguere dolorem colicum a renali cum ambo communicent in retentione fecum. De differentia tamen inter eas ſtatim agetur. Item ſit colica per communitatem a matrice & ueſica cum apoſtemantur. Item ſit colica per communitatem a toto ſicut in febribus, ꝙ contigit Ferrariæ de anno 1449. fere omnes qui infirmabantur incurrebāt cholicam aut fluxum uentris. Quod non erat niſi, quia humores maligni multi craſſi, et ſecundum plurimum aduſti pellebantur de uenis ad inteſtina. Et ſic ſi groſſi erant & uenter multum ſtipticus faciebant colicam, ſi uero magis ſubtiles & multi & uenter natura fluxibilis faciebant fluxum uentris, multotiens dyſenteriam, ſicut mihi eodem anno contigit. Imò dicit Auicenna, quod quandoque accidunt colica & ileos, ſed frequentius ileos ſecundum ſemitam accidentię ægritudinum peſtilentialium & tranſeunt de regione in regionem, et de homine ad hominem ex quo concluditur has ægritudines eſſe quandoque contagioſas & pendere ab influxibus ſupercœleſtibus taliter diſponentibus. Et multa extranea Auicen. ſubdit ibi quæ proſequi eſſet inutile. Et quandoque accidit colica habentibus tetanum, quare deficiunt ab expellendo humores & feces ab inteſtinis ſuperioribus, ſicut deficiunt a retinendo quod eſt in inferioribus. Et quandoque deficiunt ab expellendo tam a ſuperioribus quam ab inferioribus, in ſumma ergo colica cum ſiat a tot cauſis, frequentius tamen contingit a phlegmate, uentoſitate & duritiæ fecum.

Cauſæ autem primitiuæ colicæ ſunt uinum plurimæ commixtionis & proprie muſtum. Item olera & proprie cucurbita. Melones quoque & anguriæ & fructus omnes recentes habentes humiditatem ſuperfluam uentoſabilem, ſicut poma, uua & ſimilia. Item fructus ſtiptici & pontici, ſicut pira, zarur. citonia, ſorba, meſpila, caſtaneæ. Item legumina & proprie recentia. Item milium & rizum & cætera uentem ſtringentia & proprie cum poſt huiuſmodi bibitur aqua. Item coitus & retentio uentoſitatis uolentis egredi. Item aduentus frigoris ſtomacho & inteſtinis ſicut ſi homo præter conſuetudinem expoſitus fuerit uento & aëri frigido aut ſteterit in aqua frigida, aut ſederit ſuper lapide frigido, & apud Auicennam ex eis quæ præparant inteſtina inferiora ad colicam eſt comeſtio ouorum aſſorum durorum. Item pirorum & citoniorum. Item ſauich, milij, & rizi & ſimili. Item retentio egeſtionis uolentis egredi. Item aër peſtilens & uentus ſeptentrionalis & ſumptio ueneni, caſus ſuper uētrem percuſſio contundens aut ſcindens.

Hic notanda ſunt aliqua. Primum quod ſecundum plurimum ex materia colicæ ſiue ſit humor ſiue feces aut alia materia impletur primo monoculum, deinde peruenit ad alia, nec eſt propter hoc neceſſarium ſecundum plurimum prius dolere monoculum quam alia, non enim propter amplitudinem ſuam qualibet repletio facit dolorem in ipſo niſi modum excedat aut ſit intenſæ malitiæ aut acuitatis. Secundum, quod non accidit ſanitas integra niſi complete euacuetur monoculum cum ſemper ſuggerat materiam alijs. Tertium & quandoque materia colica uenit deſuper, & quando ſit clyſtere, ſcilicet carminatiuum aut apponitur aliquod euaporatiuum ampliatur materia & dilatatur, & ſic dolor duplicatur, & propterea in his caſibus clyſteria ex oleo & ſimilibus lenientibus ſunt conuenientiora neq; carminantia conueniunt niſi materia paucificata. Quartum febris eſt iuuatiua in omnibus doloribus colicæ, cuius cauſa eſt uentoſitas craſſa aut phlegma, aut malitia complexionis frigidæ, & eſt ex rebus uelociter ſanantibus uentoſam. Quintum colica multotiens permutatur ad paralyſim & ſanatur per eam, materia enim dilatata petit nucham aut aliquos neruos aliquibus membris particularibus deſeruientes, & ſimiliter aliquando permutatur ad iuncturas, quæ permutationes aliquando accidunt propter medicos inepte operantes, qui ut ſedent dolorem faciunt balnea ſiue ſemicupia nondum materia minorata, & adhibent alias medicinas colliquantes, eſſet enim minus malum ut ſtupefacerent. Primum uidi in fratre domini epiſcopi Veronenſis, qui poſt paralyſim uniuerſalem mortuus eſt ſequenti die.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.203

Secundum in poteſtate Leniati qui longo tempore artetica laborauit, hæc enim illico ſecuta ſunt poſt balnei adminiſtrationem. Sextum & multotiens permutatur phlegmatica & ſanguinea ad dolorem dorſi, quia materiæ ſubtiliatæ per caliditatem dolo- loroſam. Et per medicinas iliacæ quæ communiter ſubtiliãtur facile fluunt ad dorſum cui dolori optime confert phlebotomia, eſt enim communis euacuatio & eo maxime, quia ibi eſt uena chilis quæ ſuggerens materias dorſo inanitur per phlebotomiam. Septimum ſimiliter permutatur ad melancholiam & epilepſiam, quæ ſunt ualde male. Et quandoque ad hydropiſim corrumpendo complexionem epatis. Octauum, quando cholica inuenit dolores articulorum non apparẽt tribus de cauſis, quoniam dolor fortior ſcilicet colicæ impedit debiliorem ſiue denigrat, & quia materiæ conuertuntur ad latus doloris fortis, ſcilicet ad inteſtina, & quoniam dolor, abſtinentia & uigiliæ, reſoluunt ſuperfluitates. Nonum, & quando prolongatur retentio fecis & inflatur uenter propter fortem extenſionem fecum retentarum interficit, & quoſdam uidi in quibus inteſtina rumpuntur, & fex egrediens replet con cauitatem uentris & fiunt ſicut hydropici, & foetent odorem ſtercorum, & quoſdam uidi qui poſt retentionem fecum, ſcilicet ad ſextum diem poſtea incurrunt fluxum uentris, & cum lienteria moriuntur in tribus diebus, quia propter fortem extenſionem & malam complexionem impreſſam uirtus digeſtiua & retentiua inteſtinorum ablatæ ſunt. Decimum et multotiens colica ſuccedit ad fluxum uentris cum quo euacuatæ ſunt materiæ ſubtiles & remanſerunt craſſæ factiuæ colicę. Vndecimum & multotiens cura colicæ remouet ſingultum, quia materia graditur ad inteſtina.

Iam ponenda ſunt ſigna colicæ. Et primo communia. Signa ergo initij colicę ſunt, quia parum de fece egreditur & mutatur paroxiſmus, id eſt conſuetudo egerendi, non enim egerit horis ſibi conſuetis, minuitur appetitus imò quandoque aufertur propter magnam communitatem ſtomachi cum inteſtinis, præcipue abhorret dulcia & unctuoſa. Hæc enim ſunt ſimilia phlegmati, ſed magis appetit ſalſa, acuta & acetoſa, contrariantur enim materiæ phlegmaticæ quæ indiget calefactione, inciſione, ſubtiliatione, ſtomachus enim præter naturaliter diſpoſitus appetit contraria, ſicut naturaliter diſpoſitus appetit ſimilia, ſecundo techni, appetit tamen aquam frigidam, propter ſitim magnam ex comſumptione humidi roridi in ore ſtomachi, quę conſumptio fit a uaporibus fecum retentarum calidis & ſiccis, & fit ſitis propter alias cauſas ſtatim dicendas, debilitatur digeſtio propter magnam compaſſionem ſtomachi, et propter uapores corruptos petentes ſtomachum, ſentit dolorem in dorſo propter uicinitatem, inteſtina enim alligantur dorſo, & dolorem in cruribus propter nocumentum communicatum neruis ad crura deſcendentibus, & quia propter dolorem reuocatur calor ad uiſcera.

Signa autem augmenti colicæ ſunt fortificatio doloris & uenter ſtringitur, ita ut non poſſit egredi uentoſitas, imò interdum non poſſunt eructuare, & aliquando fit fortis punctio & dolor perforatiuus, & actualis, maxime quando uentoſitas continetur inter tunicas inteſtinorum, ſed quando materiæ continentur in concauo inteſtinorum eſt dolor communiter extenſiuus et grauatiuus, & fit fortis ſitis et non ſatiatur, licet bibat plurimum, quoniam quod bibitur nõ penetrat ad epar propter oppilationes in orificijs meſeraicarum, quæ ſequuntur uentrem, id eſt, ad inteſtina terminantur quæ ſunt plena, & ſic orificia ipſarum oppilantur. Item fit ſitis propter dolorem, & uigilias, & propter uapores fecum calefacientes & exiccantes humidum roridum oris ſtomachi. Item multiplicatur in aliquibus ipſorum tremor abſque cauſa, ſcilicet manifeſta. Fit enim a uaporibus malignis petentibus cerebrum, & opprimentibus ipſum & neruos, & dolor etiam fortis communitate abſoluta communicat omnibus membris. Item ſi aliquo ingenio aliquid egreditur per anum, illud eſt ſchibale, id eſt, ſtercora ſicca, rotunda, dura, ſicut ſtercora ouium & caprarum magna & parua, quarum cauſa in anatomia inteſtinorum dicta fuit. Aliquando egreditur res natans in aqua propter uentoſitatem incluſam ſubleuantem. Item fit frequens uomitus phlegmaticus, & cholericus, ſecundum plurimum phlegmaticus, deinde cholericus, deinde euomunt choleram poralem ſiue praſſinam, deinde choleram eruginoſam, & tandem melancholiam aduſtam, aduruntur enim humores dolore, uigilijs, fame, medicinarum calidarum exhibitione, & fit uomitus frequens per communitatem ſtomachi ad inteſtina, & prohibitionem exitus per partem inferiorem & multitudinem materierum corruptarum, & quandoque uia choleræ ad inteſtina ſecundum plurimum conſtringitur, quare expellitur ad ſuperiora. Item urina eſt tincta propter conuerſionem maioris partis choleræ ad renes cum non inuenit uiam ad inteſtina quæ ſunt oppilata, & ſic oppilata eſt extremitas pori fellei terminata ad inteſtina. Secundo tingitur propter dolorem. Tertio, quoniam renes communicant in dolore, et propter iſtud quandoque retinetur urina, comprimitur enim uia tranſitus urinę. Et quandoque eſt urina in principio, ſicut aqua ciceris, aut aqua caſei dicta lactea, propter materias cum urina mixtas, licet fit etiam iſtud in fine, niſi uiæ tranſitus urinę oppilentur, fit enim lactea ex permixtione phlegmatis cum aquoſitate. Sed in ea quæ eſt ſicut aqua ciceris permiſcentur humores diuerſi. Item aliquando aſſociatur tremor cordis maximus, ita ut pectus indigeat retentione cum manu propter compaſſionem cordis in fortiſſimo dolore & uapores malignos ad ipſum eleuatos, & tãdẽ peruenit ad ſyncopim, eſt enim tremor uia in ſyncopim & peruenit ad ſudorem frigidum, et mortẽ. Sunt enim foetor & dolor de maxime proſternentibus uirtutem.

Signa colicæ ſalubris. Primum quia egrediuntur aliquando fex & uentoſitas. Secundum, eſt mutatio doloris de loco ad locum. Tertium, quia aliquando dolor interpolatur aut ſaltem remittitur, & inuenit per clyſteria & alia remedia quietem, & per exitum uentoſitatis, & egeſtionis.

Contraria autem ſignificant colicam prauam, & aliquando mortalem.

Sicut dolor fortiſſimus qui non minuitur neque permutatur

permutatur. Secundo in qua nullo ingenio aliquid egreditur. Tertio, in qua uomitus conſequitur uomitum, ſignificat enim fortis oppilatio inteſtinorũ, & materiam regurgitare ad ſtomachum, & quod peruenict ad uomitum fecum & cadit uirtus cum nihil retineat, quo poſſit nutriri.

Item ſudor frigidus & frigus extremitatum propter uehementiam doloris uentris, & declinationem ſanguinis & ſpiritus ad ipſum.

Item quando peruenit ad ſingultum, quorũ unus ſequitur alium propter magnum nocumentum cõmunicatum ori ſtomachi.

Item quandoque peruenit ad turbationem rationis, & ſpaſmum, ſignificatur enim materiam cõmunicari cerebro & neruis aut ſaltem eſt communicatio abſoluta propter doloris uehementiam.

Et ex ſignis extraneis eſt cum apparet in colico ueſtigium & bothor nigrum ſicut faba & ulceratur, & remanet uſque ad diem ſecundum, aut parum plus, quoniam moritur, ſignificatur enim materia melancholica aduſta, quia eſt bothor nigrum & ulceratur, cuius materia natura tentat expulſionem, & non poteſt expellere niſi modicam rem, quapropter cũ maligna fit neceſſarium eſt naturam cito ſuccũbere, præcipuæ in colica quæ eſt ægritudo acuta, & ſubdit, quod huic homini aduenit ſubeth in principio, materia aut ſaltem multis uaporibus cerebrum opprimentibus, ultimum eſt quod bonitas anhelitus eſt bona ſignificatio ad euadendum ſicut econtra malitia anhelitus eſt efficax ſignum ad moriendum.

Differentia inter dolorem colicum & renalem ex lapide. Quia dolor colicus & renalis maximè ex lapide multum ſimilantur propter propinquitatẽ colon renibus, & propriè reni ſiniſtro & colligantiam eorũ adinuicem. Ideo ſigna diſtinctiua inter hos dolores ſunt ponendo quæ penes Auicennã ſumũtur ex ſex.

Primum eſt ex parte doloris quatuor modis, ſcilicet quantitate, loco, tempore & motu.

Quantitate, quia renalis paruum occupat ſpaciũ, colicus autem magnum. Loco, quia colicus incipit à dextro ſecundum plurimum, & tranſit ad ſiniſtrum ſuperæquitans ſtomachum. Quandoque etiam incipit à ſiniſtra, & uertitur uerſus mirach & pecten ille enim eſt locus inteſtinorum craſſorum, & quãdo magnificatur & extenditur, dilatatur dextra & ſiniſtra, & in ſumma eſt decliuior ad anteriora quam ad poſteriora. Sed renalis incipit à ſuperioribus poſterius ubi ſunt renes, & deſcendit paulatim per poros uritides uſque ad ueſicam, & eſt decliuior ad poſteriora ubi ſunt renes. A tempore uerò, quia renalis eſt fortis, et quando ſtomachus eſt uacuus à cibo, & colicus alleuiatur. Sed econtra renalis alleuiatur cum ſumitur cibus & colicus fortificatur. Huiuſmodi autem cauſa eſt, quia ſtomacho uacuo renes dolore inflãmati non refrigerantur nec remolliuntur, ſed ſumpto cibo aliquibus partibus uaporoſis aut ſubtilibus aquoſis cito penetrantibus humectantur & remolliuntur, & ſic dolor ſedatur. Econtra uerò ſumpto cibo colon à ſtomacho pleno & grauante comprimitur, & dolet. Itẽ per deſcenſum cibi augetur repletio in colon, item colicus fit ſubito, ſicut in eo uelociter fit oppilatio, imò melius ſicut facta oppilatione à uentoſitate retẽta fit extenſio, & renalis non fit ita ſubito cum lapis non ſubito generatur, licet aliquando intendatur ſubito cũ lapis incepit moueri.

Quarto principaliter ſumitur differentia ex motu doloris, quia colicus mouetur ad plures partes uẽtris & magnum occupat ſpacium, ſed renalis ſtat fixus, et ſi mouetur, mouetur deſcendendo ſolum ſecundum inceſſum pororum uritidum, & ſic ſunt quatuor differentiæ ex dolore ſumptæ. Secunda differẽtia principalis eſt ex parte uicinantium, quia in lapide dolet dorſum totum, & multiplicatur tremor & impotentia flexionis corporis, & erectionis. Et in colico non.

Tertia differentia principalis eſt ex parte iuuãtium & nocentium, quia in colica exitus fecum & uentoſitatis per clyſteria, & alia non ſolum alleuiãt, imò perfecte curant, ſed in dolore lapidis, licet alleuient, tamẽ parum & ſaltem non curatur niſi exeat lapis, & econtra medicinæ frangentes lapidem & prouocatiuæ curant lapidẽ & non colicam. Quarta differentia principalis ſumitur ex eo quod egreditur aut retinetur, quia in colica cum adeſt dolor retinẽtur ſchibale ſtercus ſiccum & ſtercus uaccinum, & fortè adeſt rugitus ex præſentia uentoſitatis, & cum huiuſmodi educuntur curatur. Sed cum adeſt dolor renalis eſt in uijs urinæ præſentia lapidis aut arenularum conglobatarũ & per iſtarum exitum curatur. Quinta differentia principaliter eſt ex parte ultimitatis accidentiũ quoniam dolor crurium & dorſi & tremor in renali eſt plus, ſed caſus, appetitus & uomitus frequens paruitas digeſtionis, uehementia doloris & perductio ad ſyncopin, & ſudor frigidus in renali ſunt minus. Sed econtra omnia ſe habent in dolore colico. Sexta differentia principalis ſumitur ex parte ſignificationum & cauſat præcedentium, quoniam frequentia nauſeatiuæ ſacietatis & ſumptio ciborum malorũ qui ſunt aquoſi, uentoſabiles aut ſtiptici ſiue pontici & uiciſſitudo punctionis & rugitus & retentio fecis ſunt prę cedentes in colica, ſed urina arenoſa & filoſa eſt præcedens in renali, & nõ eſt in ea urina ſubtilis niſi dum eſſet ultima oppilatio. Item renalem præcedit grauitas renum, & ſumptio ciborum uiſcoſorum quorũ chimi ſunt materia lapidis. Differentia autẽ inter dolorem colicum & matricalem ſumitur ex 5. Primũ quia dolor matricis communicatur inguinibus, pectini, anchis & coxis & alcatim & ilijs & non aſcendit ſupra ilia neque ſuperæquitat ſtomachum, ſed econtra licet colica communicet ilijs & pectini, tamen non communicat inguinibus & coxis, frequenter ſtomachum ſuperæquitat. Secundum quia in dolore matricis licet ſit uenter factus lenis & eductæ ſuperfluitates inteſtinorum, tamẽ dolor non ſedatur, ſed in colica ſicca. Tertium, quia in dolore matricis præceſſit retentio menſtruorum & humiditatum conſuetarũ per uuluam euacuari, ſed in colica pręceſſit fecis & uẽtoſitatis retentio. Quartum, quia dolor matricis iuuatur cum eductione humiditatum & uentoſitatis ex matrice, colicus cum eductione fecum & ſuperfluitatum inteſtinorum. Quintum, quia aliquando habens dolorem matricis præfocatur uaporibus aſcendentibus ad cor, diaphragma, non autẽ ſic in colica. Signa diſtinctiua in ſpecies colicæ. Colica phlegmatica ſignatur per anteceſſionem cauſarum generatiuarum phlegmatis ex ſacietate nauſeatiua, & ex ſpeciebus ciborum generantiũ phlegma. Item per ætatẽ

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.204

ſcilicet ſenectutis & pueritiæ, & regionem frigidam
& humidam. Et tempus anni ſcilicet hyemem. Et reli
qua ſcilicet ſecundum artem & ſimilia. Secundum
ſignum eſt exitus phlegmatis ante cholicam & in ip-
ſa colica cum fit clyſtere. Tertium eſt frigiditas inte-
ſtinorum & grauitas ſenſata propter frigiditatem &
grauitatem phlegmatis. Quartum eſt uehementia
retentionis, ita ut non egrediatur aliquid de fece aut
humore & uẽtoſitate, & ſi quid egreditur illud eſt res
inflata ſicut ſtercus uaccinum natans, quale egreditur
in uentoſa propter phlegma quod uentoſatur. Et ſi
comparetur ad uentoſam dolor eſt remiſſior quam
dolor uentoſus, ſed eſt longioris durationis cum diffi
cile ſit illud phlegma educere propter ſui craſſitiem et
uentoſitatem, licet non tantam faciat extenſionem ſi
cut uentoſitas & per conſequens nõ ita intenſum do-
lorem, nec decipiatur aliquis propter ſitim inflãma-
tionem & rubedinem aquæ & æſtimet quod ægritu
do ſit calida hę nanq; ſunt omnibus colicis cõmunia.

Prognoſticum. Colica phlegmatica ſecũdum plu-
rimum curatur. Signa uentoſæ ſunt iſta. Primum
eſt anteceſſio cauſarum uentoſitatis ſicut eſt multitu-
do potus aquæ frigidæ. Item potus uini commixti
& olera inflatiua ſcilicet in quibus eſt humiditas ſu-
perflua & fructus humidi inflatiui. Secũdum quod
cibus non fuit digeſtus. Tertium rugitus. Quartũ
retentio fecum in inteſtinis prohibentium exitũ uen-
toſitatis. Item extenſio & uolutatio uehemens, id eſt,
inquietudo propter magnitudinẽ doloris, quaſi inte
ſtinum terebello perforetur & quaſi in inteſtino oc-
cultetur acus, & hæc accidentia licet aliquando ſint
in phlegmatica cum retinetur uentoſitas aut generet
ipſam ſunt tamen fortiora in uentoſa. Et cum hoc in
uentoſa nõ eſt grauedo ſenſata in phlegmatica. Item
in uentoſa quandoque præcedunt rugitus plurimi
& uentoſitates. Et quandoque uenter non rugit, &
fortaſſe non rugit niſi cum ſit euaporatio & compreſ
ſio. Et quandoq; figitur dolor & non permutatur.
Et quandoque cognoſcitur inflatio cum manu & ſe-
cundum plurimum iuuatur compreſſione & euapo-
ratio quandoque iuuat, quandoq; non. Iuuat enim
cũ eſt pauca & ſubtilis ita ut ſubtiliata poſſit reſolui.
Cum autem eſt multa & craſſa, & in aliquo loco con-
cluſa tunc euaporatio nocet. Et ſimiliter cum eius ma
teria eſt ſicca melancholica. Item ſignificat ipſam in-
flatio fecis uaccinæ quę plena uentoſitate natat ſuper
aqua. Et quandoque eſt cum ea uenter lenis fluens &
egrediuntur humores & non iuuatur propter reten-
tionem uentoſitatis craſſæ inter tunicas.

Et ex ſignis proprijs ſignificantibus ipſam conti-
neri inter duas tunicas inteſtini eſt dolor fortis perfo-
ratiuus in eodem loco ſemper permanens. Et illa in
qua ẽ permutatio doloris eſt incolumior. Sed in qua
eſt inflatio ſicut in tympanite ẽ mala, ſignificat enim
corruptionem digeſtionis ſtomachi & epatis.

Prognoſticum. Colica uentoſa ſecundum pluri-
mum curatur & ſi prolongatur tranſit in tympanitẽ.

Signa colicæ ex fece ſunt anteceſſio retentionis fe-
cis ante colicam cum tenſione & grauitate uehemen-
ti, & ſentitur quaſi inteſtinum rumpatur & quando-
que ſit teneſmon propter fecem ſtimulantem inteſti-
num rectum & grauantem ipſum & propriè extre-
mitatem eius, & tamen nõ egreditur aliquid propter
fecis craſſitiem aut duritiem. Et quandoque egredi
tur res uiſcoſa & craſſa, ſcilicet parum phlegmatis aut
parum fecis duræ phlegmatæ inuolutæ aut quibuſ-
dam mucilaginibus, quarum magna eſt copia in inte
ſtinis craſſis. Verum illam quæ eſt ex fece exiccata à
cholera ſignificat tinctura fecis, mordicatio, aduſtio
& inflammatio, ſiccitas linguæ, & multitudo eius,
quod egreditur de cholera, & aduentus quietis cum
fluxu choleræ & nocetur à famæ & iuuatur à frigidis
temperatis. Sed feculentam factam à raritate corpo
ris ſignificat præceſſio paruitatis fecis duræ, extenua-
tio corporis, item uelocitas & facilitas lædendi à ca-
lore & frigore extrinſeco, item paucitas pilorum.
Sed feculentam factam à caliditate & ſiccitate uentris
ſignificat intentio inflammationis & ſiccitas mirach
& tenebroſitas eius & ſiccitas egeſtionis cum nigredi
ne. Sed feculentam factam à reſolutione aëris, bal-
neo, exercitio, ſudore, & reliquis ſimilibus ſignificat
præmiſſio paruitatis fecis & anteceſſio cauſarum prę
dictarum. Sed ſigna factæ ex retentione cholerę, ita
ut non tranſeat ad inteſtina ſunt ſigna icteritię ſupra-
ſcriptæ in capitulo proprio, & albedo fecis cum diffi
cultate exitus eius, & forte aderit icteritia. Signa ue-
rò colicæ feculentæ à cauſis primitiuis, ſicut à come-
ſtione rerum ſiccarum, aut exiccantium, aut quia ho-
mo propter occupationem tardauerit egeſtionẽ, aut
quia fex ſit exiccata propter ieiunium ſunt ipſæmet
cauſæ primitiuæ, & cõſecutio duritiei fecis poſt ipſas,
& idem ſit iudicium in omnibus cauſis primitiuis.

Signa autem ſuperfluæ caliditatis epatis propter ni
miam attractionem feces exciccantis, & ſimiliter fri-
giditatis eius ſunt manifeſta ex his quæ ſuperius dicta
ſunt in paſſionibus epatis.

Prognoſticum. Colica ex fece ſecundum plurimũ
curatur.

Signa apoſtemoſæ ſunt. Si ſanguineum eſt, tumor,
durities tenſiua, dolor continuus, extenſiuus & gra-
uatiuus, fixus in loco uno cum pulſatione & inflatio-
ne, febris acuta, ſitis uehemens, rubedo in colore, retẽ-
tio urinæ apoſtemate comprimente uias urinæ, & eſt
ſignum fortè magnitudinis apoſtematis. Item lædi
cum fluxu cum exiens peruenit ad locum apoſtemo
ſum, & quandoq; eſt iſte dolor cum lenitate uentris,
& quandoque perducit ad frigus extremitatum cum
calore uehementi in uentre, & quandoq; rubet locus
uentris exterius, & ſignificat magnitudinem apoſte-
matis, aut quia fortè apoſtema permutatur exte-
rius. Si uerò apoſtema fuerit cholericum erunt ten-
ſio, pulſatio & grauitas minus, & febris & inflamma
tio & mordicatio uehementius.

Signa apoſtematis phlegmatici, & eſt parum, ſunt.
Vt ſit dolor continuus in loco uno, & propriè cum
deſcendit aliquid per partem apoſtematam. Et inue-
nitur cum manu inflatio cum lenitate. Et habitudo
ægri eſt habitudo mollium phlegmaticorum. Et for-
te iam præmiſſum eſt regimen phlegmatis multipli-
plicatiuum ſicut lactis, piſcium, olerum & fructuum
frigidorum humidorum & carnium craſſarum. Et
eſt ſperma eius frigidum ſubtile, & eſt ſignum conue-
niẽs ad hoc, & egeſtio eſt phlegmatica. A melãcholia
non prouenit niſi rariſſime, & poſſet fieri permutan-
do ex apoſtemate ſanguineo & etiam incipiendo, &
ſigna ex prædictis in hoc capitulo de apoſtemate ſto-
machi

machi patere poſſunt.

Prognoſticum. Colica ſequens apoſtema in inte-
ſtinis craſſis ſecundum plurimum curatur. Sed in gra
cilibus ſi fuerit notabile, ſecũdum plurimũ mortalis.

Signa factæ ex torſione inteſtini & ex aperitione di
dimi & ruptura eius aut ſiphac ſunt. Si eſt ex tor-
ſione euentus eius ſubito poſt motũ laborioſum aut
ſaltum uehemẽtem, aut caſum, aut percuſſionem, aut
calcationem, aut luctationem, aut tolerantiam pon-
deris, aut quia præceſſit uentoſitas uehemens hæc o-
mnia contorquent inteſtinum rumpendo ligamen-
ta. Item ſecundum plurimũ dolor eſt ſimilis à prin-
cipio uſque in finem non addens neque minuens. Si
uerò ſit ex dilatatione aut ruptura didimi apparet tu
mor oſchei repleti ex inteſtino quod deſcẽdit ad bur-
ſam. Si uerò ſiphac in aliqua parte ruptũ fuerit ap-
paret ibi tumor ubi ingreſſum eſt inteſtinum, & in o-
mnibus his caſibus ſit retentio fœcũ ſecũdũ plurimũ.

Prognoſticum. Colica ſequens contorſionem in-
teſtini nunquam ſanatur niſi Deus uoluerit, & niſi à
caſu inteſtinum ad oppoſitam differentiam reuolu-
tum redeat ad ſitum naturalem. Colica autẽ ſequẽs
deſcenſum inteſtini in burſam teſticulorum aut in ru
pturam ſiphac curatur ſecundum plurimum. Nam
ſecundum plurimum reduci poteſt ad intra uen-
trem & ad ſitum naturalem, ſed non apud in exper-
tos, & iſtæ ſunt ſpecies famoſæ colicæ ſecundum plu
rimum uenientes. Sed ſigna reliquarum ſpecierum
colicæ rarius eueniẽtium breuiter abſoluam. Signa
ergo factæ à frigiditate inteſtinorum ſunt paruitas ſi
tis, ſenſibilitas frigoris in inteſtinis, leuitas doloris ſi-
ne grauitate, item inflatio egeſtionis, & quando eſt
ſperma cum ea frigidum. Iuuatur à calidis, nocetur à
frigidis. Et ſigna factę ex caliditate ſine materia ſunt
ſigna cõtraria. Et ſigna factæ ex ſiccitate ſunt egeſtio,
ualde ſicca, corporis exiccatio & cutis, uentris ſubti-
liatio & aſperitas, & ſigna factæ ex præſentia cholerę
in inteſtinis ſunt regimen præcedens multiplicatiuũ
choleræ, ætas, tempus, regio & forma, mordicatio ue
hemens, & inflãmatio, item noceri à clyſteribus acu-
tis, item noceri ab his quæ educunt choleram, quia in
ipſa actuali eductione dolor augetur, licet eductio
choleræ, poſtea iuuet, quia cauſa doloris remouetur
niſi cholera fuerit imbibita, & quandoque aſſociatur
ei febris, & non eſt febris intenſa neque cum ea magni
tudine accidentium quæ reperiuntur in colica apoſte
moſa. Et quandoq; aſſociatur dolor in pectine quaſi
punctura cultelli abſque uentoſitate. Sed ſigna factę
ex melancholia ſunt eructuatio acris, nigredo egeſtio
nis, inflatio uentris cum paruitate doloris & reliqua
ſigna communia atteſtantia melãcholiæ. Sed ſigna
debilitatis expulſiuæ ſunt ut iam anteceſſerit lenitas
uentris & neceſſitas ſurgẽdi frequenter ad aſſidendũ.
Sed egerebatur parum pro uice. Item anteceſſio cauſa
rum debilitantium uirtutem ex calore, frigore, & reli
quis, aut præſumptio alicuius rei debilitantis uirtutẽ
uenenoſæ aut nõ uenenoſæ. Et multotiens accidit ut
uenter ſit lenis aut temperatus, & ſit quantitas & qua
litas egeſtionis ſecundum curſum naturalem, & tamẽ
non poteſt egredi fex, niſi cum clyſtere aut ſuppoſito
rio aut alio ingenio. Et iſtud eſt quandoque propter
fiſtulã in ſphicteri aut ragadias aut hęmorrhoides aut
alia ſimilia nocumenta propter quæ natura terretur
in emittendo feces. Et quandoq; accidit propter ob-
tuſionem ſenſus. Et quandoque propter debilitatem
muſculorum uentris, diſcurrat ergo medicus, & cau-
ſam inueniat. Sed ſigna colicæ ſequẽtis debilitatem
ſenſus ſunt ut patiens ſumat ea quæ faciũt fecem mor
dicantem, & non percipiatur in aſſellatione, hęc autẽ
ſunt ſicut cæpe, portum, caſeus ſalitus & cętera acuta.
Item quod non ſentiatur nocumẽtũ ſuppoſitoriorũ
acutorum, & uenter inflatur ex eis quæ retinentur &
non doleat dolore notabili. Sed ſigna factæ ex uer-
mibus ſunt ſigna uermium, de quibus infra & anteceſ
ſio exitus eorum. Signa autẽ colicę à ſolutione con
tinui in inteſtinis ſunt exitus ſanguinis aut ſaniei, aut
fortè præceſſit apoſtema quod ruptum eſt. Si uerò
cauſa eius fuerit lapis in inteſtinis erit ibi grauedo, &
punctio & quod alias pręcedenti tempore genitus ſit
& eductus. Sed ſigna colicę, per cõmunitatem à ſto
macho, cerebro, ſpũalibus, epate, ſplene, renibus, ue-
ſica, matrice, mirach, & toto, ſunt quia pręceſſerũt no
cumenta eorum mẽbrorũ aut totius, cum quorũ aug
mento augetur colica, diminutionẽ minuitur, & qui
bus recedentibus colica recedit. Sed ſigna colicę cõ-
tagioſæ & peſtilentialis eſt ipſe trãſitus de homine ad
hominem & de regione ad regionem, & quod maxi
mè accidit his qui conuerſantur, & hæc frequenter eſt
mortalis, & ſecundum plurimum colica, ileos.

Signa autem cauſarum primitiuarum colicę eſt ip-
ſarum cauſarum pręceſſio & ſubſecutio colicę ſecun-
dum plurimum his cauſis pręcedentibus. Progno-
ſticum. Hæ ſpecies colicæ ſecundum plurimum curã
tur, præter peſtilentiam. Cum uentum eſt ad uo-
mitum fœcum in quacunque ſpecie mortale ſecundũ
plurimum.

*SI cum dolore uentris fuerit ipſius con
ſtrictio & nauſea, ſed nec calor, nec
febris affuerit, ea ægro danda ſunt quæ uen
trem ſine uomendi deſyderio ſoluant ut eſt
electuariũ de galia. Quod Rec. maſtichis,
gariopb. zing. melanopiperis, macropipe-
ris, cinamomi, nucis muſcatæ, galiæ, omniũ
ana. drach. 10. ſcammoneæ, drach. 10. poſtea
exprimantur citonia acetoſa, & recentia,
& ſuccus eorum cum eiuſdem quantitatis
melle miſceantur & coquantur, uſq; ad ſpiſ
ſitudinem paulatim. Et conficiatur ex eo
medicamen, quod tamen eiuſdem quantita-
tis ſit, cuius ſpecies ſunt. Cuius doſis ſit ab
aur. 2. uſque ad. 2. & . s.*

Hic Raſis incipit determinare de paſſionibus inte
ſtinorum, & in primo cap. determinat de doloribus
inteſtinorum, in ſecundo de fluxibus. Cauſam au-
tem de uermibus poſtponitur. Sed primum cap. de
dolore inteſtinorum diuiditur in ſex partes. In pri-
ma determinat de dolore inteſtinorum à phlegmate
& cholera

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.205

& cholera, ſiue ſit dolor colicus ſiue iliacus. In ſecunda ibi. Quod ſi cum uentris dolore. determinat de colica uẽtoſa. In tertia ibi. Si autem cum dolore febris affuerit determinat de colica à cauſa calida inuẽta cũ febre. In quarta ibi. Cum autẽ locus doloris, determinat de colica apoſtemoſa. In quinta ibi. Qui autem cum hoc dolore. ponit regimen præſeruatiuum à colica uentoſa. In ſexta ibi. Sed ſi cui dolor iſte. redit ad ponendum curam colicæ à cauſa calida. Primam diuido in quatuor. In prima ponit curam doloris inteſtinorum ſiue colici ſiue iliaci cũ electuario ſolutiuo, quando eſt cum uehementi nauſea. in ſecunda ibi. Quod ſi nauſeæ uehementia non fuerit. ponit curam huius doloris cum pilulis ſolutiuis, quãdo eſt ſine uehementi nauſea. In tertia ibi. Si autẽ paſſio iliaca. curat hunc dolorem cum ſuppoſitorijs. In quarta ibi. Et ſi nõ contulerit curat hunc dolorem cum clyſteribus, quid dicat in prima parte ſatis eſt manifeſtũ.

Curat, hunc dolorem exiſtentem cum nauſea cum electuario de galia ſtomachi confortatiuo ne ſequatur uomitus. Eſt tamen tutius ut præmittantur aliqua clyſteria, ut uenter ſit obediens, ne medicina ſolutiua efficiatur uomitiua. Recepta ordinetur hoc modo, ℞. maſtichis, gariophilorũ, zing. melanopiperis, id eſt, nigri piperis, macropiperis, id eſt, magni ſiue lõgi piperis, cinamomi, nucis muſ. galiæ. ſ. aleſangine deſcriptione Meſ. omniũ añ. ʒ.10. ſcãmoneę ʒ.10. ſucci citoniorũ acetoſorũ recẽtiũ, mellis añ. ℔.1. bulliãt primo ſuccus, & mel lento, igne paulatim ad ſucci cõſumptionẽ, & in fine puluis iã dictus ſecũ miſceatur. Vult enim Raſis quod mel remanens in fine poſtquã eſt cum ſucco bullitum ſit tantæ quantitatis quantæ eſt puluis ſecum miſcendus, quod tamen inuſitatum. At plus enim in communi uſu ponũtur pro una ℔. mellis tres. ℥. pulueris, ſed hoc non erit electuarium, ſed una maſſa ſolida, doſ. eius eſt à ʒ.2. uſq; ad ʒ.2. cũ dimidia. Et ſi bene cõputas doſis non eſt magna, erũt enim pro unaquaq; doſi à. 6. uſq; ad. 7. gran. ſcãmoneæ, & non eſt aliud ſolutiuum. De qua re admirandum eſt cum intentio ſua fuerit principaliter ſoluere phlegma, quod patet ex pilulis ſequentibus in textu Raſis. Credo in textu Raſ. eſſe defectum. Et quod debuerit eſſe in hoc electuario ſaltem 18. ʒ. turbit. Quid patet ex duobus. Primo quia doſ. apud conſuetudinem. Meſ. eſt parua. Secũdo, quia Meſ. deſcribẽs hoc electuarium in ſuo antidotario diſtinctione tertia in fine. Quando uult ſoluere choleram & phlegma permiſcet turbith cum ſcammonea. Et tu ſi placet uide deſcriptionem eius. Aut oportet dicere, quod intentio Raſis fuerit ſolum ſoluere choleram, quod non eſt bene conſonum receptis ſequentibus. Ego autem tibi conſulo, ut in hac recepta, Meſ. ſequaris, qui cum uult ſoluere ſolam choleram ponit ſolum ſcammoneam. Cum uult ſoluere choleram & phlegma ponit ſcammoneam & turbit. Si autem ſolũ uult ſoluere phlegma, ponit turbit, & loco ſcammoneæ tantum cartami excorticati. Et ſi uult educere ſolum melancholiã, loco iſtorum ponit elleborum, epithymum & polypodium. Vel ſi uis potes dicere, quod in iſto electuario ponitur piper nigrum, & piper longum, qui ſoluunt phlegma liquefaciendo & ipſum diſſoluẽdo & uirtutem ſtimulando. Nec mireris de hoc, nam ipſe Raſis in ſuo antidotario conficit pilulas ualentes in nauſeatiua ſatietate & in colica ſoluentes, in quibus tamen nihil ponitur ſolutiuum niſi piper & ſaccharum & ita facit Auic. in cap. de colica, & Raſ. in ſuo antidotario ponens hanc met receptam ex ſucco citoniorum non ponit niſi ſcammoneam. Hic ut libet. Et ſi inſtetur, quod doſis eſt parua contra conſuetudinem Raſ. Reſponde quod in colica ſolutiua non debent eſſe multum fortia, ne forte perueniatur ad uomitum fecum. Et hęc reſponſio eſt cõformis intentioni Raſis in diuiſionibus in cap. de colica, ubi in colica perueniente à phlegmate craſſo dicit quod hora paroxiſmi ſuccurratur cũ clyſteri lenitiuo ſolutiuo. Et ſi ſufficit bene eſt. Et ſi non cum ſolutione mediocri, & ſi ſufficit quando eſt, & ſi non, cum acuto ſolutiuo, & detur electuarium de dactylis. Et electuarium diacitoniten ſolutiuum. Et certum eſt quod non loquitur de alio diacitoniten ſolutiuo, niſi quod hic deſcribitur & in antidotario ſuo.

Quod ſi nauſeæ uehementia non fuerit nec æger medicinas uomuerit pilulæ iliacæ ſunt dandæ. Quæ Rec. colocynthidis ſagapeni amborum, ana. drach. 10. ſcammoneæ, drach. 3. & tertiam, informentur pilulæ, de quibus unius aur. pondus eſt dandum, uelociter enim paſſionem diſſoluunt iliacam.

Hic Raſ. non exiſtente nauſea magna dat pilulas proprias contra paſſionem iliacam. ut ℞. colocynthidis calidæ, ſiccæ, educentes phlegma craſſum & conferentis colicæ phlegmaticæ & uentoſæ iuuamentũ ultimum, & ſimiliter hydropiſi, ſagapeni calidi & ſic. quod bibitum & clyſterizatũ confert colicæ phlegmaticæ & uentoſæ, ana. ʒ.10. ſcammoneæ ʒ.3. & formentur pilulæ de quibus pondus aur. 1. eſt dandum, uelociter enim paſſionem diſſoluunt iliacam. Iſta eſt medicina fortis, à qua non eſt incipiendum, imò præmittenda ſunt clyſteria, & non auderem ex pilulis his dare, ʒ.1. & iam uidi cum hoc ſolutiuo quẽdam perueniſſe ad uomitum fecum, cui etiam fractum eſt inteſtinum & uenter plenus eſt fecibus, ac ſi eſſet hydropicus & fœtens erat & mortuus eſt tertia die poſt hoc ſolutiuum, & in quinta die à principio ęgritudinis. Cũ tamen etiam patientes iliacam non moriantur de intentione Auicen. & ut dictat experientia ante ſeptimum diem. Ego itaque conſulo ut incipias à clyſteribus, & ſi non ſufficiant peruenias ad ſolutiua leuia, ſicut ſunt pilulæ alephanginæ & ſimilia leuia. Quod etiam conſilium habes à Raſi in diuiſionibus loco ſtatim allegato.

Si autem paſſio iliaca difficilis fuerit, nec medicamina uentris ſolutiua eis contulerint, hoc ſuppone collyrium. Quod Rec. ſalis panis, drach. 10. colocynthidis interioris, ſcammoneæ amborum, ana. drach. 2. et s. fiãt ex eis collyria longa & ſupponãtur.

Curat hanc paſſionem cum ſuppoſitorijs, & ſolũ in textu ponit pulueres ſolutiuos, Sed debent ſic ordinari,

nari,

nari, ℞. panis ſalis, ʒ.10. & eſt ſal quo communiter utimur & ponitur in pane, colocynthidis interiorum, ſcammoneę añ. amborum, ʒ.s. mellis. ʒ.5. buliat mel & addantur pulueres ſupraſcripti & fiant ſuppoſitoria longa, etiam uſque ad longitudinem, 7. digitorũ coniunctorum, eſt enim inteſtinum rectum, longum ſatis & latum, ita ut ſit capax huiuſmodi liciniorum.

Et ſi non contulerint ex enemate leui clyſterizetur. Quod Rec. ficus citrinas, 5. furfuris quantum una manu capi poteſt, maluauiſci, manip. 1. hęc in panno ligata & ſiclæ folia 10. in duabus lib. aquæ coquantur, donec ad unam redeant, deinde coletur & ponatur ſuper eã baurach põdus unius aur. olei ſeſamini, unc. 1. & fiat clyſtere ex eo. Si autem quis fortius & acutius facere uoluerit pondus aur. unius de collyrio quod prius diximus admiſceat. Clyſtere uehementer ſoluens, quod tunc utendum eſt cum medicamina non conferunt, nec uenter ſoluitur, Rec. colocynthidis interioris, drach. 10. centaureæ, drach. 5. buchormarien, arthanitæ, amborũ, ana, drac. 2. mentaſtri rutæ, origani, omnium ana, manip. 1. omnia in tribus lib. aquæ donec ad tertias duas redant coquantur & colentur, deinde diſſoluantur in ea alchitram, mellis, amborũ, ana, drab. 3. caſtorei, ſagapeni, oppopanaci, collyrij, quod prædiximus, omniũ ana drach. 2. miſceantur omnia, & dum eſt tepidum, fiat ex eo enema. Et ſi ſchibalæ non exierint iteretur clyſtere donec exire uideantur, hoc namque clyſtere adminiſtrari debet cum res fortiſſima eſt & peſſima, & in colica mala, & eſt illa in qua ſit nauſea ualde uehemens & inferius nihil egreditur.

Huic præterea ægritudini quandoque fœtida ſuperuenit eructuatio & plerunq; ſtercus per os egreditur, quod cum accidit ſæpe mortem portendit.

Curat hanc paſſionem clyſteribus lenitiuis. Quæ ſi non ſuffecerint docet clyſteri admiſceri aureũ unũ pulueris collyrij ſupraſcripti. Et ſi hæc non conferũt, docet Raſis imponere clyſtere ultimum & fortiſſimũ etiam multoties iterandum ſi ſchibale & reliqua oppilatiua non exierint. Similia namque clyſteria fortia fieri conuenit in colica & iliaca mala, in qua timetur ne feces euomantur. Nam uomitus ſtercoris ſæpe portendit mortem. Buchormarien & arthanita, ſunt duæ ſpecies mali terræ ſiue panis porcini, ſiue cyclaminis, idem enim ſunt, alchitrã eſt pix apud alios gummi cedri. Reliqua nota ſunt. Sed certe tutius eſt primo incipere à clyſteribus lenitiuis, quæ ſi non ſuffecerint procedatur ad clyſteria fortia, & his nõ ſufficientibus ad ſolutiua leuia, & ultimo ad fortia.

Quod ſi cum dolore uentris non fuerit ipſius ſtrictura, ſed inflatio & rugitus & tenſio in uentre exiſtunt, confectio de baccis lauri danda eſt, quæ reci. foliorum rutæ ſiccorum, drach. 10. ameos, cimini, nigellæ, cheiſin, origani, carui, alexandrini ſem. amigdalarum amar. melanopiperis, macropiperis, mentaſtri, dauci, acori, baccarum, laur. caſtor, omnium, ana, drach. 2. ſagapeni, drach. 4. oppopanacis, drach. 3. conficiãtur cum melle eiuſdem ponderis, cuius doſis ſit ut auellana una, aut nabacha multis uicibus cum uncia. 1. uini calefacti, aut cum apozemate de radicibus. Huic confectioni in remouenda uentoſitate & diſſoluenda nihil æquiparatur. Hoc præterea ſuppoſitorium ſubijciatur, quod ſit uentoſitatis diſſolutiuum. reci. cymini, foliorum rutæ uiridis, amborum, ana, manip. 1. buchormarien, arthanitæ, amborũ, ana, drach. 3. baurach. drach. 1. conficiantur ex melle & ſuperponãtur cum ſpongia uel lana, hoc enim diſſoluit uentoſitatem inferius & expellit. Venter quoque aſſidue ex panno calido uaporandus eſt, & æger in tinia mittendus.

Si autem hæc non ſuffecerint uẽtoſa cũ igne ponenda eſt, & locus donec rubere cœperit fricandus. Poſt hæc inunctio fieri conuenit ex oleo rutaceo, & ex alijs oleis calidis, & ex eis clyſterizandus eſt æger poſtquam eis admixta fuerint caſtoreum, euphorbium, amborum ana, drach. ſemis.

Hanc uerò ſolitus pati ægritudinem, dum ſanus eſt caueat ne uinum aqua mixtũ

bibat

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.206

bibat, nec etiam ſumat uinum niſi purum, et forte nec aquam multā bibat, & abſtineat ab hærbis & lactæ, et omnibus inflatiuis.

Philonium faciens ilioſis cum maximo coartantur dolore & timetur ne ſyncopis ſuperueniat, uentoſitatem carminat & ſomnum prouocat, recipe, piperis, ameos, foliorum rutæ, mentaſtri, caſtorei, baccarum lauri, cymini, omnium, ana, unc. 1. oppij, mādragoræ, hyoſchyami, ſem. omnium, ana, unc. s. conficiantur cum melle eiuſdem quantitatis detur ex eo pondus aur. unius huic quoque electuario additur plerunque ſcammoneæ, unc. tertia, & fit tunc medicamen uentris ſolutiuum.

In hac ſecunda parte principali curat colicam ſiue iliacam uentoſam. Et diuiditur in partes ſeptem. Primo ponit curam per electuarium, quando non eſt in uentre conſtipatio. In ſecunda ibi. Hoc præterea. curat colicam & maximè cum uentris cōſtipatione, cū ſuppoſitorio. In tertia ibi. Venter quoque. curat per approximationem panni calidi & balneum. In quarta ibi. Si autem hæc non ſuffecerint curat cum uentoſa. In quinta ibi. Poſt hæc unctionem fieri conuenit, curat cum unctione & clyſteribus. In ſexta ibi. Hanc uerò ſolitus pati. docet à quibus eſt cauendū tempore ſanitatis. In ſeptima ibi. Philoniū. ponit philoniū ultimū in ſedando dolores fortiſſimos. Quæ dicit in prima parte ſatis nota ſunt. Cheiſin, id eſt, ſemen leuiſtici, alexandri ſeminis, id eſt, petroſelini, & iubet omnia permiſceri cū melle tantæ quantitatis, quantæ ſunt reliqua, quod tamen ut ſtatim dixi non eſt in cōmuni uſu, doſis huius electuarij ſit, ut auellana aut nabatha, id eſt, iuiuba ſilueſtris & miſceatur cum ℥.1. uini calefacti potentis, aut detur cum apozemate ex radicibus ſuperius dictis in cap. de dolore epatis. In ſecunda parte curat colicam cum ſuppoſitorio, ſed ponit extraneum modum faciendi hoc ſuppoſitorium, facit enim primo electuarium cū melle ut patet, deinde facit ſuppoſitorium de ſpongia uel de lana in cōmuni forma, quod poſtea intingit in electuario dicto & ſupponit. Sed certe præſtātius eſſet facere ſuppoſitorium in cōmuni forma, faciendo mel per decoctionem inſpiſſari ſicut dictum fuit in alio ſuppoſitorio. In tertia parte quæ dicit nota ſunt, ſed balneū illud ſiue tina debet eſſe cum decoctione rerum carminantium uentoſitatem. In quarta parte quæ dicit ſunt manifeſta. Ventoſa enim habet ſoluere uentoſitatem, & debet eſſe uentoſa magna. In quinta parte quę dicit ſunt manifeſta. Et nota quod ponit in clyſteri caſtorei, euphorbij, aā. ʒ.s. Et eſt forte inſolitum, & non auderem facere niſi in forti, & non in puero, neque in prægnante, prouocat enim aborſum mirabiliter. In ſexta parte quæ dicit ſunt manifeſta. In ſeptima parte deſcribit philonium, ualde efficax in ſedando dolorem uentoſum & quemcunq; alium dolorem maximè à frigida cauſa, ſed nō debet dari, niſi in caſibus extremis, & cūm alia non contulerint, nec debet multum frequentari, ſedat enim dolorem ſtupefaciendo, & ſubdit quod huic electuario additur tertia pars, ℥. ſcammoneæ & efficitur ſolutiuum. Et nota quod eſt bonum ingenium cum ſtupefactiuis miſcere ſolutiua, ſimul enim perficitur cura uera & mendoſa, ſtupefactiuum poteſt minus nocere, quando eſt iunctū ſolutiuo.

Si autem cum dolore febris affuerit, caſſia fiſt. in ſucco endiuiæ bullito & diſpumato diſſoluta ægro eſt danda. Et ſyrupus uiola. in potu eſt tribuendus. Et nutriēdus eſt ex taphea cum oleo de amigdalis dulcibus condita. Et ex leui clyſteri clyſterizandus.

In hac tertia parte principali curat colicam pendentem à cholera, & docet lenire uentrem cum caſſia diſſoluta, cū ſucco endiuiæ bullito, donec diſpumetur. Et clyſterizetur cum clyſteribus lenientibus frigidis. Et nutrit ægrum ex taphea. Taphea eſt duplex, una alba quæ fit ex ſola aqua & carne. altera uiridis quæ fit ex aqua & carne & coriandro uel aliqua herba uiridi. Et per hæc intelligit cibaria frigida & humida.

Omittantur tamen ea, quæ à proprietate faciūt colicam ſicut cucurbita & ſimilia.

Cum autem locus doloris in uentre apparuerit craſſus, & æger habens apoſtema in principio phlebotometur, deinde caſſia fiſtula, cum ſucco herbarum ſepe danda eſt. Et ſit cibus eius, cui hic dolor ex conſuetudine accidere ſolet, taphea unctuoſa, cū ſaccharo, & oleo ſæſamino. Et abſtineat à ſtipticis, & acetoſis, & à cibis craſſis, & uentrem ſtringentibus.

In hac quarta parte principali curat colicam apoſtemoſam, quapropter præcipit phlebotomiam in principio, ſcilicet ex baſilica & hauriatur quantitas ſanguinis notabilis ſecundum exigentiam repletionis & uirtutis. deinde detur caſſia cum ſucco herbarū frigidarum, ſicut endiuiæ, lactucę, & ſimilium. Intendit enim curare apoſtema calidum, nam hoc ſecundū plurimum euenit, cætera manifeſta ſunt.

Qui autem cum hoc dolore uentoſitatem pati ſolitus eſt cibetur cum calagiæ & mutagenat conditis cum ſeminibus. Et abſtineat ab oleribus & lacte, & omnibus quæ inflant. Et bibat uinum forte, & non uiciatum, aut hydromel cum ſpeciebus quæ pro condimento ponuntur, ut piper quas dicemus.

mus. Confectio hydromelis. Recipe mel mundi, libram unam, aquæ libras ſex miſceantur & coquantur diu & ſpumentur bene, donec fiat ad ſpiſſitudinem iulep.

Cunque hoc factum fuerit in una quaque libra, ex eo mittantur, drachmas duas, pulueri zati piperis in panno ligati, donec appropinquet finis decoctionis eius, & cum infrigidatur extrahatur pannus & exprimatur, & cum neceſſe fuerit propinetur.

In hac quinta parte principali, primo docet præſeruare a dolore uentoſo, licet hoc regimen etiam conferat in cura doloris colici præſentis. In ſecunda ibi. Confert etiam, deſcribit medicinam conferentem in actuali dolore. Quę dicit in prima manifeſta ſunt. Calagię & mutagenat ſunt cibi apud Arabes, qui fiunt in cazola ex carnibus minutim inciſis cum aromatibus & ſeminibus reſoluctibus uentoſitatem. Hydromel, id eſt, aqua mellis.

Confert etiam cui hæc paſſio ex uentoſitate & craſſa ſuperfluitate accidere ſolet oleum de cherua recenti cum apozemate de ſeminibus ſumptum. Apozema de ſeminibus, hoc eſt, Recipe, ameos, cymini, cheiſim, carui, origani, nigellæ, omnium, ana, pugillum unum. Iſtis autem admiſceantur, libras tres aquæ & coquantur, donec ad libram unam ſemis redeant, de hoc itaque apozemate ſumantur unciæ duæ, quibus drachmas tres olei de cherua addatur & multis diebus bibantur.

In ſecunda parte docet dare olei de cherua, drachmas tres, cum uncijs duabus apozematis, id eſt, decoctionis de ſeminibus diebus pluribus ſtomacho ieiuno. Cherua Arabice eſt planta quæ communiter uocatur pentadactylus, cataputia maior & a quibuſdam ſpōla ſolis. apud Dioſcoridem uocatur cici aut ſeſamus agreſtis, ex hac recenti fit oleum de cherua granis eius expreſſis.

Sed ſi cui dolor iſte cum calore ſuperuenerit pruna 20. & ficus citrinæ, 5. & paſſularum enucleatarum, drachmas 5. ſumantur et coquantur et colētur, cui oleū amigd. admiſceantur, deinde caſſia fiſtula, in eo diſſoluta coletur & miſceatur. Et ex apozemate quod in capite de rheumatiſmo diximus in potu tribuatur.

Venter uero ſi multū fuerit ſiccus prædicto apozemati addantur polypodij & turbith amborum, ana, drachmas duas & coquantur cum eo, & detur donec uenter ſoluatur, cum autem ſolutus fuerit remoueatur polypodium & turbith. Confectio electuarij quæ uentrem ſoluens deſtruit uentoſitatem & grauedinem. Recipe turbith albi fricati et pulueri zati, drachmas uiginti, ſacchari, drachmas triginta, zin. drach. decē. huius pulueris, drachmas tres ad bibendum tribuantur. Pilulæ de quibus cum quis uentrem ſoluere uoluerit unam ſumere debet, quæ & appetitum excitant & inflationem reſoluunt & grauedinem & cibum digerunt, Recipe, maſtichis, zing. cinamomi, garioph. necheremiſch, melanopiper. macropiperis, ſcammoneæ, ſacch. uiolacei omnium ana. drachmam unam, fiant ex eis pilulæ ad magnitudinem ciceris & ſumatur una, mouebit enī ſemel aut bis.

In hac ſexta parte principali redit ad ponendum curam colicæ a cauſa calida ſiue quando cum cholica coniungitur feb. Et primo docet ſoluere uentrem cum hac medicina. Recipe prunorum, roſ. ficuum citrinorum quinq;, paſſularum enucleatarum, drachmas quinque incidantur incidenda & coquantur in duabus libris aquę ad conſumptionem duarum partium & cum 3. ℥. huius decoct. trahatur caſſiæ floris, ℥.1, cui toti addatur, olei amig. dulcium recentium, ℥.1. & calida exhibeatur ſtomacho ieiuno, hæc enim leniendo feces exiccatas educit & non inflammat, & eſt medicina ſecura. Item docet exhibere decoctionem, quam ſuperius poſuit in cap. de catartho. Et eſt prima decoctio ibi poſita uentris lenitiua, & ſi uēter fuerit nimis ſtipticus docet admiſceri illi decoctioni turbith polypodij ana drachmas duas, quæ debēt bullire cum cæteris poſitis in decoctione iſta ita ut uētrem ſufficienter ſoluat. Sed cui uenter ſolutus fuerit adminiſtretur ſola decoctio prima. Iſta enim ſufficiet ad tenendum uentrem lenem, tandem Raſis ponit duas receptas conuenientes in colica. Prima eſt ſatis manifeſta, ualens in colica phlegmatica, & ſumatur cum cuſtodia. Turbith enim eſt ſolutiuum phlegmatis ſatis forte, et ſi ſit confortatum cum zing. ſicut hic ſoluit phlegma craſsū. Si uero nō, ſoluit phlegma aquoſū. Secūdo deſcribit receptā pilu. ualentiū in cō-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.207

mixta, quas magnis laudibus extollit & poſſunt ſumi per horam ante cibum.

Melius tamen eſt propter ſcammoneam ut ſeruetur aliqua cuſtodia, & quæ dicit patent, nechere miſch dicitur eſſe roſa aſinina, & dicitur quod eſt ſpecies endiuiæ alibi pœoniæ.

PRo curæ colicæ ſunt præmittendi quidam canones generales & ſunt 13.

Primus quod regimen colicæ non tardetur, eſt enim ſecundum plurimum ægritudo acuta & inter cætera repletio minoretur, ita ut cibus exhibeatur rarius & in minori quantitate, multumque tempore ſanitatis, & cum hoc non ſit craſſus, uiſcoſus aut uentoſus ſed lenitiuus. Item ſi nauſeauerunt uomitus adiuuetur. Et proprie ſi fuerit ſtomachus plenus cibo, & cum eo etiam humores in ſtomacho exiſtentes educantur, hic namque minuit materiam colicæ.

Secundus canon, nullo pacto feſtinet medicus dare in principio ſolutiuum forte deſuper, ſed primo incipiat cum clyſteribus lenictibus, & deinde aliqualiter acutis ſi opus eſt, quibus non ſufficientibus det ſolutiuum, ſicut ius galli antiqui ſimplex aut compoſitum ſi non fuerit febris. Si uero fuerit febris, aquam hordei medicinalem debite calidam. Et Raſis in textu facit aliquas decoctiones lenientes ex prunis, ficubus, paſſulis & ſimilibus cum quibus potes mannam aut caſſiam permiſcere. Quandoque ſcybalæ & humores craſſi deſcendunt per inferius, & dolor inſtans coëgerit daro ſolutiuum, electuarium per ſuperius tunc detur, ſed leue & in pauca quãtitate & boni odoris ſicut pilulas alephanginas, & ſunt proprie mihi experte, aut hiera ſimplex aut diaphœnicon, aut diacitoniten deſcriptione Meſue. Et quanto medicina eſt minoris quantitatis & melioris odoris & ſaporis, tanto eſt melius. Melius enim a ſtomacho retinetur, detur tamen quantitas, tanta quæ ueriſimiliter ſufficiat operari. Eſt tamen melius dare illa, quorum uirtus parum tranſeat ultra ſtomachum, & inteſtina, ne materiæ a corpore pręcipitentur ad inteſtina, propterea omittantur medicinæ exoluentes, quantum eſt poſſibile. Et ſimiliter omittantur medicinæ leues electiuæ ſi clyſteria ſufficient educere ſcybalas & alia quæ oppilant niſi materia fuerit in ſtomacho, & in inteſtinis ſuperioribus quæ non potuit uomitu educi, hoc autem comprehenditur per grauitatem & dolorem ſupra umbilicum ſenſatum, & tunc iſta medicina ſolutiua lenis ſumpta per os, aut euacuabit materiã totaliter ad extra, aut attrahet ipſam ad aliquod inteſtinum inferius, quæ deinde per clyſtere poterit educi. Similiter oportet dare ſolutiuum per os quando colica ſequitur excoriationem ſiue fluxum diſſentericum, eſt enim materia communiter contenta, ſupra locum excoriationis, ad quam clyſteria non attingunt.

Tertius canon, quod aliquando opus eſt dare medicinas exoluentes & ſatis fortes, & trahentes a longinquis in tribus caſibus. Primus caſus, quando materia antecedens tranſiens in cauſam coniunctam colicæ continetur in locis diſtantibus ſicut in uenis, & hoc frequenter contingit, quando febres permutantur ad colicam, ſicut fuit de anno 1449. Ferrarie, tunc in hoc caſu competit diaphœnicon, pilulæ aggregatiuæ, & ſimilia. Secundus caſus, quando humores eſſent craſſi in inteſtinis inuiſcati, quos neque clyſteribus neque ſolutiuis leuibus poſſumus eradicare. Tertius, quando eſſet fortis oppilatio, quam neque clyſteria, neque leuia ſolutiua poſſunt auferre, & in his duobus caſibus ultimis authores conceſſerunt pilulas de ſagapeno, & Raſis in litera pilulas iliacas, tibi tamen iureiurando affirmo, quod ad ſoluendum fortem oppilationem uidi magis conferre oleum commune bene conditionatum calefactum exhibitum in quantitate ſex aut octo unciarum. Et eſt medicina ſatis ſecura cum ſit cibus & medicina, & perficit operationem communiter in duodecim horis, ſed poſt ipſum nihil detur niſi cum iam ex ſtomacho deſcenderit, ſcilicet per quinque horas poſt ne euomatur. Et procuret quantum eſt poſsibile aſpergendo faciem aqua frigida ne euomatur. Et poſt ipſum immediate dando pomum aut pirum, aut aliquod talegratum infirmo ut abominatio ſedetur.

Quartus canon quod nullo pacto ponatur agaricus in medicinis colicæ, qui agaricus adhæret inteſtinis. Et facit etiam alias medicinas retineri & profundari in inteſtinis, & cum hoc trahit a longinquis.

Quintus canon quod ſecundum plurimum debemus eſſe contenti clyſteribus & ſuppoſitoriis, quia clyſteria educunt humores etiam craſſos exiſtentes in inteſtinis, & cum hoc non trahunt ex longinquis alias materias ad inteſtina. Et tertio non faciunt agitationem in humoribus & caſum in febres ſicut medicinæ. Et quarto ſi non ſoluunt neque educunt materiam oppilantem non eſt dubium quod faciant peruenire ad uomitum ſecum & debilitent uirtutem ſicut medicinæ. Et quinto ſecundum neceſſitatem poſſunt reiterari abſque paruo nocumento non ſicut medicinæ, non enim etiam ſi eſſent acuta taliter actuantur ſicut medicinæ in ſtomacho, præterea medicine in ſtomacho quandoque trahunt humores malos ad inteſtina excoriantes ipſa, quare aggregatur colica & excoriatio ſimul, & hoc eſt ex nocumentis mortalibus.

Sextus canon, quando clyſteria ſunt aliquotiẽs iterata & non ſoluunt, abſtinendum eſt ab ipſis & proprie ab acutis donec materia ſit digeſta quæ interim digeritur, tum a calore naturali, tum auxilio medicinarum digerentium ſecundum humoris exigentiam, imo proprius uſus clyſteriorum acutorum eſt poſt maturationem, timetur enim ex ipſis cordi & epati, & faciunt accidere ſoda cum non ſoluant propter agitationem. Et quia quandoque ſunt ex rebus mittentibus uapores acutos ad caput.

Ideo oportet quandoque ut adiuuentur deſuper ſicut etiam euacuatio deſuper iuuatur cum ſuppoſitorijs & clyſteribus, hæc nota ſunt ſcienti medicinarum acutarum malitiam. Et nota quod quanto maior eſt febris clyſteria debent eſſe magis lenientia & minus acuta, cum tamen apud Auicennam oporteat aliquando in clyſteribus eſſe duas drachmas & mediam ſalis. Septimus canon. Non fiant clyſteria cum aliquid crudum in ſtomacho continetur quod maxime de cibo intelligitur. Octauus canon. Oportet ut fiat interpolatio in clyſteribus, nec ex omni cauſa fiat clyſtere, contra ignorãtes qui ſingula hora & pro ſingulo dolore faciunt clyſtere, huius autem ratio eſt, quia clyſteria agitãt non educendo, et ſunt cauſa febrium aut aliorũ nocumẽtorum, ſecundo debilitant ſtomachum & epar, & poſſet aliquando ſequi fluxus immoderatus ſicut aliquando mihi contigit. Nonus canon. Oportet ut cuſtodiatur caput ut non recipiat uapores materierum retentarũ nec medicinarum quas ſępe adminiſtrare oportet, ſicut ſunt clyſteria, fomentationes, balnea ſiue ſemicupia, hi enim aliquando grauant caput. Et aliquando ſequitur alienatio & uigiliarum inſtantia, huic autem ſubueniatur ſtringendo ægrum circa medium cum fomentatur aut ponitur in ſemicupio. Et ſimiliter ponẽdo aliquem pannum inter caput & locum fomentatum, ut uapores non poſſint ad caput peruenire. Et tertio epithimando frontem & tẽpora cũ rebus frigidis caput confortantibus, ſicut aqua roſ. aut oleum roſ. cum quarta parte aceti, & ſimiliter cum ſuccis infrigidantibus. Decimus canon. cuſtodiatur pars epatis ab emplaſtris, fomẽtationibus, ſacculis, & huiuſmodi calidis, quæ uentri propter dolorem applicantur, ne ſupercalefiat, imò ſi uidebitur infrigidetur cum ſibi proprijs ſicut cum cerato ſandalino, & huiuſmodi. Et ſimiliter cuſtodiatur regio cordis cum ſuccis frigidis, cãphora, & huiuſmodi. Et ſi poteſt poni aliquid diſtinguens inter uentrẽ & huiuſmodi membra fiat ne medicinæ unius membri alteri communicetur. Vndecimus toleretur ſitis quantum eſt poſſibile in colica, facit enim ad reſolutionem humorum uentoſitatis. Quod ſi a potu abſtinere non poſſit ſedetur cum aliquo iulep, ut puta uiolaceo aut cum decoc. prunorum tamarindorum & ſimilium cum ſaccharo dulcorata, et ſimilibus. Eſt enim in iſtis lubricatio, & quia dulcia ſunt & corpori amica cito penetrant, & bibatur parum pro uice, ſic enim cum pauco potu melius ſatisfit ſiti nec ſequitur uomitus, aut teneantur aliqua in ore ſitim ſedantia. Duodecimus, quando in colica eſt uomitus frequens & tamen oppilatio eſt in inteſtinis oportet, ut fiat retentio uomitus etiam cum ſtipticis exterius applicitis, deinde ſoluatur uenter. Ego tamẽ in his caſibus conſtringo uomitum, aſpergendo faciem cum aqua frigida & alijs ingenijs, & omitto quãtum poſſum medicinas ſtipticas exterius applicitas ne augeant oppilationem inteſtinorum. Decimuſtertius, & ſi in cura regulari doloris inteſtinorum ſit incipiendum a remotione cauſæ, attamen coactæ aliquando eſt incipiendum a ſedatione doloris, in fortiſſimo dolore non dante inducias tamen rariſſime contingit ut cogamur incipere cum ſtupefactiuis. Quod ſi neceſſitas cogat aliquando ad hoc melius eſt ut ſolutiua cum narcotis miſceantur, ut ſimul utraque cura perficiatur ſicut miſcere unam drachmam aloës, aut pilularum alephãginarum cum duobus granis opij, et uno grano croci, aut ʒ. ʒ. diaphœniconis cum ß. ʒ. philonij.

CVRA COLICÆ phlegmaticæ.

HIs canonibus præmiſſis iam accedamus ad curam colicę particulariter ſecundum eius ſpecies. Incipiendo curare phlegmaticam. Cura cuius exigit octo intẽtiones. Prima eſt uentris lenitio & inteſtinorum deoppilatio. Secunda, eſt humoris peccantis minoratio. Tertia, digeſtio. Quarta, eradicatio. Quinta, doloris ſedatio. Sexta, ſtomachi inteſtinorum & membrorum mittentium ſi qua ſint in cauſa confortatio. Septima, accidentium correctio. Octaua, debitum regimen ſex rerum non naturalium.

Prima intentio completur cum clyſteribus lenitiuis, & abſtergentibus factis ex uncijs decem, brodij carnium pinguium, uncias quinque, olei communis, uel ſeſam. & uncias duas ſacchari rubei, uel tantundem mellis uiolacei & drachmas duas ſalis. Quod ſi clyſteria retinentur ſecundum quod frequenter accidit ponantur cum brodio carnium ſupraſcripto, quatuor, aut ſex uncias mellis crudi aut unus cyathus urinæ. uel Recipe olei communis libram unam mellis, uncias ſex, miſce, & calidum imponatur. Fiat etiam decoctio ex furfuris, fœnugræci, ſeminis anethi, mal. ſeminis maluauiſci, blitis. ana. Manipulum unum, quę bulliant in aquæ libras quinque, uſque ad ſufficientem decoctionem ex qua decoctione accipiatur libram unam olei communis, uel ſeſamini, uel anethini, uncias quinque, mellis, uncias tres, & debite calidum ſupponatur, quod ſi clyſteria retinere non poſſet omittantur acuta ſtimulantia ſicut mel, ſal, & urina, & ſimilia. Et pro ſecreto habe quod butyrum impoſitum in his clyſteribus eſt optimum faciens ad linitionem, & doloris ſedationem. 1a Intentio

Secunda intẽtio eſt materiæ minoratio. Verum ubi non eſſet fortis oppilatio poſſent iſtæ duæ intentiones ſimul compleri, ſicut ſupraſcriptis clyſteribus addendo caſſiam, hieram ſimplicem, hieram compoſitam, hieralogodion, diaphœnicon, electuarium indum, hieram hermetis, & ſimilia, de his ergo unum uel plura addantur ſecundum quod eſt tuo propoſito conueniens. Et poſſent fieri decoctiones educentes phlegma, ut, Recipe polypodij, unciam unam, cartami, uncias duas, centaureæ minoris, drachmas duas, colocynthidis, dracmam unam, fœnugræci, unciam unam, ficuum ſiccarum numero octo bulliant in tribus libris aquæ ad conſumptionem medietatis & coletur, cuius decoct. uncias octo miſceatur cum uncijs quatuor olei ſeſamini aut communis, & unciam unam butyri, & addatur ſalis aut ſal gemmæ, uncias duas, uel imponatur ſine ſale ſi uis quod diutius retineatur. Clyſteræ autem ultimum & efficaciſſimum eſt, quod eſt deſcriptum a Raſi in textu & a me expoſitum, & ſi uis temperare medicinarum calidarum acuitatem his adde in decoctione maluas, ſebeſten, matres uiolarum, & ſimilia. Collyria quoque in textu deſcripta ſunt ad hoc multum efficacia, potes etiam ſi placet facere collyria minus acuta ſi drachmas duas mellis, addatur ſalis gemmæ, drachmas duas, ſtercoris muris, drachmam unam. Et in ſumma multa talia ſicut ſcammonea, colocynthis, elleborus, turbith, & ſimilia, poſſunt cum melle incorporari & fieri collyria ſecundum exigentiam. Secunda Intentio

L

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.208

Auicenna facit ſpeciale capitulum de clyſteribus educentibus phlegma & humores uiſcoſos. Similiter poteſt fieri minoratio cum ſolutiuis ſumptis per os, ſed conſulo ut incipias a leuioribus ſicut a pilulis alephāginis, quarum exhibeatur drachmam unam aut drachmam unam ſemis pro uice, quarum forte tardabitur ſolutio per 24. horas. Et ſimiliter aloē ſolum ſucotrinum ſumptum in eadem doſi eſt efficax, & non fallit ſimul educens phlegma & colicam. Item pilulæ ſtomachicæ. Sed magis confido in alephanginis & aloē, & fortiora his ſunt hiera compoſita diaphœnicon, electuarium de algalim deſcriptum in textu, electuarium indum, pilulæ autē fortes ſunt ſicut fœtidæ. Item pilulę iliacæ poſitę a Raſi in textu & ſunt fortiſſime. Tertia uero intentio eſt digeſtio perficienda in materia phlegmatica cum oximelle ſimplici, oximelle compoſito, oximelle ſcyllitico ſi fuerit multum uiſcoſa, et cum melle roſ. ſyrup. de abſinthio, et de calamen. ſi fuerit minus uiſcoſa, aquę autem ſunt ſicut abſinthij, fœni. apij, & aliquando bulimus cinamomi, aniſorum, ana drachmas duas, in duabus libris aquæ ad conſumptionem tertię partis, & ualet in phlegmatica & uentoſa. Digerimus quoque cum electuarijs ſicut diacymino, diacinamomo, diambra, diacalamentho, theriaca, metridato, & alijs confectionibus magnis, ius autem galli decrepiti ſimplex aut compoſitum factum ſecundum artem Meſ. eſt ſimul digeſtiuum & euacuatiuum.

Quarta intentio, eſt eradicatio complenda uicibus ſecundum exigentiam multitudinis, ita ut euacuatio ſit pro unaquaque uice parua ſed reiterata. Et complentia hanc intentionem ſunt iam dicta in ſecunda intentione, eſt tamē ſemper tutius ut cū leuibus procedas dummodo educant ſatis ſufficienter. Inter cætera præſtantiſſimum ſolutiuum eſt terebinthina, confert.n. omnibus mēbris neruoſis ſicut in doloribus artericis, doloribus ſtomachi, matricis, inteſtinorum a cauſa phlegmatica, uide Auicen. ſecundo cañ. capitulo proprio. Verum, quia debilitat ſtomachum attendatur eius cōfortationi cum capparibus, menta, & ſimilibus. Modus autem exhibendi ipſam quod inchoetur a parua quantitate, ſicut ab uncia ſemis, & aliqui inuoluunt ipſam in ſaccharo trito & deglutiunt, aliqui uero abluūt os ſuum cum aqua aut uino, deinde habent ipſam natantem in uino uel aqua & ſorbent ipſam gutture aperto. Aliqui inuoluūt ipſam in hoſtia uel ſcaletta infuſa in uino uel aqua, deinde ſequenti die dentur ſex drachmæ & tertia die unciam unam & ultra procedat ſecundum oportunitatem quæ ſequitur ex ea. Hæc etiam intentio completur cum clyſteribus, de quibus ſupra.

Quinta intentio, eſt mitigatio doloris quam ab ipſo initio complere oportet ſi neceſſitas inſtat. Sed Aui. dat cañ. quod ualde errat qui a principio approximat narcotica materia exiſtente frigida, quia non abſcindunt cauſam doloris, imò augent & confirmant quia ſi humor eſt craſſus fit craſſior. ſecundo ſi complexio eſt frigida fit frigidior, ſi uentoſitas eſt ſpiſſa fit ſpiſſior & augetur oppilatio, & tandem redit dolor fortior quam prius. Quapropter oportet ut narcotica poſtponātur quantum eſt poſſibile, & tentetur doloris ſedatio alijs modis, & proprie cū his quę cauſam abſcindunt. Modi autem præter ſtupefactiua ſunt quatuor. Primus cū clyſteribus educentibus humores & carminātibus uentoſitatē quę ab illis humoribus eleuaſ, quę debent ſecundū exigentiā doloris reiterari, quorum multa poſita ſunt ſuperius in intentione prima & ſecunda, & multa ponenſ inferius in colica uentoſa. Sed ſint anodina, lenitiua, humoris eductiua, et uētoſitatis carminatiua, inteſtinorūq; confortatiua, ut, ℞. olei anethini, ℥. 8. uini al. potentis. ℥ 4. ſacch, rub. ℥. duas, miſc. & calidū imponatur & diu retineaſ. Vel iſtud, ℞. mal. biſmaluę, brancę urſinæ, mercurialis, ana. M. 1. caricarum pinguiū num. 10. ſem. fœ. ſem. lini, ſem. anethini, añ ʒ. 1. furfur, pugillū 1. bul. in quinq; ℔. aquæ ad cōſump. medietatis & coletur de qua decoct. accipiatur ℔. 1. mellis, olei ſeſami, ana ℥. 1. ſemis, ſalis gemmę ʒ. unā, florum caſſiæ, unciā unam ſemis, benedictæ, hierę picræ, ana ʒ. 6. miſ. Et ius galli decrepiti clyſterizatū ſimplex aut cōpoſitum eſt proprium. Secūdus cū his quę exterius applicantur quæ ſint poros dilatantia, humorem maturantia, uentoſitatē carminantia, ex quibus ſunt fomenta, ſacculi, uentoſæ, emplaſtra, unctiones, & cauendū eſt ne ſint nimis calida ne amplius humorē in uentoſitatē conuertāt, ꝙ ſit illud ꝙ de uentoſitate & materia reſoluunt, imò ſit quātitas caliditatis quę faciat in uentoſitate reſolutionem fortem, & in materia ſubtiliationem & maturationem non reſolutionem fortem, id eſt, in uentoſitatis conuerſionē, eſt.n. quandoq; neceſſarium propter dolorem cōmotum ex euaporatione, aut dimittere euaporationem, aut multiplicare & iterare ipſam, ut reſoluat quod cōmouit de uentoſitate. Ex fomentis aūt eſt decoctio facta ex floribus chamomilę, meliloti, aneti, ſiſeleos, ruta, & ſimilium, facta in aqua, aut uino, aut utriſq;, & applicita cum ſpongia aut filtro, aut impleaſ ueſica ex hac decoctione, & uentri applicentur reſoluendo ipſam ſuper loco dolente, aut impleatur ueſica oleo cal. cōmuni aut alijs oleis proprijs & applicetur. Item ſunt ſacculi ex floribus chamomilę, melil. anethi, furfuribus attaminatis, ita ut nihil remāſerit farinæ, milio, panicio, ſale, & ſimilibus. Item ſacculus ex cinere debite calido, & ſint omnes molles nō duri. Et poſſunt bullire una ebulitione in aqua uel uino decoctionis rerū ſimiliū & calidi applicari, & paritaria cum oleo anethino in patella calefacta & ſemicocta loco dolenti applicita eſt efficax in ſedādo dolorē. Item, uētoſę magnę, lati orificij, quę multum ignitæ ponanſ ſuper loco dolente. Itē ſunt emplaſtra & unctiones inferius ponendæ in colica uētoſa. Et applicatio fili crudi, dū a mulieribus decoquitur cum cinere notabiliter calidū ſolēniter iuuat. Tertius modus eſt, cū his quæ ſumunſ. Inter cętera comeſtio alliorum in colica frigida. Et apud conſuetos comeduntur cruda, & apud inconſuetos comeduntur cocta, et poſt ipſa bibatur uinū potens nō dulce neq; acre, ſed medij ſaporis, & dormiat aut exercitetur, aut utrunq; faciat. Et reiteretur comeſtio ſecundū neceſſitatē, nec alliū facit ſitim ſicut cepæ. Item decoctio cymini & abſinthij, añ. ſumpta quantitate triū aut quatuor ℥. Item caſtoreū ſumptum uſque ad mediam ℥. mirabiliter confert. Similiter radix lilij in aqua decoctionis praſſij. Itē zing. et ariſtolochię rot. añ. ʒ. s. ſumpta cum uino potenti cū quo bullierint. Item, lumbrici exiccati ſumpti cum uino uſq; ad ʒ. s.

Item

Item, ſtercus lupi ex oſſibus quod ſit album & proprie collectum ſuper ſpinis, & aromatizatum cum ſale & pipere uſque ad drachmam ſemis. Item dicitur quod ſuſpenſio in pelle leopardi uel cerui, uel in lana arietis, qui fugit ab eo, ſcilicet lupo aut in argēto a proprietate confert, ut teſtatur Galenus 4. de ſimplici medicina, cui Auicenna cōſentit in capitulo de colica. Et inteſtinum lupi exiccatum & bibitum eſt adhuc pręſtantius, imò delatio eius in forma cinguli ualet. Item, ſcorpiones aſſati in colica uera, & in lapide renum ſunt ultimi, ſed in lapide renum de per ſe in colica de per accidens, credo prouocādo urinam. Et ex laudatis in uehementia colicæ eſt cornu ceruinum aduſtum in potu ſumptum uſque ad drachmā unam cum uino, ſedat enim dolorem ſtatim. Quartus modus eſt cum balneis & embrocis, balnea autem ſint mineralia ſiue aquæ thermarum, aut in qua decoquantur res carminantes uentoſitatem et remollientes dolorem, quia ſedantes de his quæ dicta ſunt ſuperius in fomentis. Et ſint magis aut minus calidæ ſecundum exigentiam materiæ colicæ, temporis anni & complexionis ipſius patientis, & accidentia quæ ſecum complicantur, multum enim iuuant tum ſedando dolorem ſua humiditate, anodinatum maturando, materiam reſoluendo & uentoſitatem carminando, tum mollificando muſculum ani & faciendo uentrem obedientem. Sed in horum adminiſtratione ſunt cañ. obſeruandi. Primus, quod aqua non attingat niſi uſque ad umbilicum, & ſit moderate calida quæ delectet & poſſit tolerari, & propterea melius inſtrumentum ad hoc eſt ſemicuplum. Et ſi non ſit paratum, habeatur brenta altitudinis unius pedis in qua ſedeat æger pedibus exiſtentibus extra. Secundus, quod non diu moretur & proprie debilis, eſt enim conuenientior iteratio quam longa mora in eo et ſint prope eū res boni odoris, quibus delectetur ſicut fructus odoriferi, uinum, uel ūipa cum gariophilis, uino, optimo aceto, & aqua roſ. & apud neceſſitatem aliquid uini exhibeatur, aut aqua carnis ſi timeretur caſus in ſyncopi. Si tamen infirmus ualde debilis ſit non fiat balneū. Tertius, quod non adminiſtretur materia exiſtente multa niſi iam minorata ſit, timetur enim de paralyſi & de raptu materierum ad aliqua membra nobilia. Quapropter exiſtente aliquo apoſtemate iam inchoato aut de proximo inchoando non fiat balneum iſtud, & proprie ſecundum membrum illud de cuius apoſtemate timetur. Quapropter non conuenit in colica apoſtemoſa niſi forte in declinatione, et ſimilis huic eſt embroca ſuper uentrem patientis iacentis ſupini, & ſemper cum ſurgit a balneo uel remouetur embroca exiccetur & ungatur, & in lecto ponatur & dormiat, fortaſſe enim ilicò dormiet, & ſubueniatur ſiti eius, et cuicunque alteri accidenti ipſum moleſtanti ne a ſomno impediatur. Cum autem dolor non poſſet his quatuor modis ſedari, & eſſet fortis uirtutem diſſoluens, tunc ad narcotica, id eſt, ſtupefactiua uenīēdum eſt, et ex proprijs eſt illud philonium, quod eſt a Raſi in litera deſcriptum. Et Auicenna facit capitulum de narcoticis quæ ſunt in hac diſpoſitione propria, & ordinat quædam ſumenda per os in modum electuarij. Sed præſtans ualde eſt philonium romanum deſcriptum a Meſue & hoc a Raſi deſcriptum. Sed in forma pilularum poteſt exhiberi iſtud ab Auicenna deſcripeum.

Recipe croci, ſtyracis liquidæ, zingib. piperis longi, ſeminis hyoſcyami, albi, ana drachmam unam, opij, caſtorei, ana drachmam unam, quartam, formentur pilulæ paruæ, & ſit doſis earum a ʒ. s. uſque ʒ. 1.

Item poſſunt fieri clyſteria ex iam dictis lenientibus quibus ponatur caſtorei, drachmam ſemis, & opij grana quinque & ſedat dolorem, & quandoque fit tenta ſiue ſuppoſitorium ex petia lanæ aut cotto, & intingitur in olei de ſeminibus, aut in olei anethini, unciā unam, opij, ſcrupulum unum, caſtorei, drachmam ſemis, optime adinuicem diſſolutis, & ſit ligatum cum filo cotti, ita ut ligamentum pendeat extra, ut poſſit extrahi ad libitum, & poſſit ad libitum ex eodem medicamine infundi etiam abſque quod extrahatur. Et nota quod ubi timeretur conuerſio materiei ad aliud membrum ſicut ad neruos, eſt minus malum ſedare dolorē cum narcoticis quam facere balneum. Item nota quod aliquando huiuſmodi narcotica miſcentur cum ſolutiuis, ſicut præcipit Raſis miſcere ſcammoneam cum philonio quod ordinat in textu. Ego autem utor his pilulis.

Recipe aloēs, ſucci citrini, uel pilularum alephanginarum, ſed melius eſt quod ſint ex aloē non loto, drachmam unam uel ℈. quatuor, opij, croci, ana grañ. 1. uel 2, uel pro croco pone caſtoreum, fiant pilulæ ſeptem uel nouē & exhibeantur ſtomacho ieiuno, dolorem enim poſt horam ſedant & poſtea tandem ſoluunt & faciunt operationem incolumen. Et ſi uelles quod uelocius ſoluerent adde duo aut tria grana, ſcammonee, & cum his nō modicum honorem ſum aliquando conſecutus. Sexta autem intentio, ſcilicet ſtomachi & inteſtinorum cōfortatio aliquando neceſſaria eſt, quia huiuſmodi mēbra ſunt laſſata ex dolore & cauſis eius. Vnde multiplicabunt iterum phlegma et uentoſitatem, ergo confortandi ſunt confectionibus, ſicut aromatico roſ. diadraganto, diagalanga, ſpecibus ducis bono uino & alijs huiuſmodi. Et ſimiliter eorum mala complexio eſt corrigenda cum contrarijs. Si autem aliqua membra ſunt cōmunicantia ſicut epar, ſplen, & cętera corrigātur ſcd'm quod dictū eſt, & dicetur in cap. proprijs. Septima aūt intentio. ſ. correctio accidentiū perficiatur ſcd'm ipſorum exigentiā. Inſtantia uigiliarum remouetur per remotionē doloris, cui aliqñ oportet ſubuenire cū narcoticis ſimul tolentibus dolorem & ſomnū inducentibus. Vomitui oportet ſubuenire abſtergendo faciē cum aqua frig. et reliquis remedijs in pręcedentibus cap. dictis. Syncopi cū exibitione uini & aquæ carnis, & ſimilibus. Reliquorū accidentiū cura ſuis cap. perquiratur. Vltima aūt intētio. ſ. regimē uitæ perficitur faciendo aerē declinare ad calid. & ſic. naturaliter aut artificialiter. Et ſit notabiliter indutus ſcd'm exigentiam tēporum, pręcipue teneat ſtomachum & uentrē debite calidū, dieta ſua tam in quantitate continua, ꝙ diſcreta ſit tenuis. Et cibi ſui non ſint ſicci, craſſi aut uiſcoſi, neque uentoſabiles & ſint uentrem lubricantes. Et panis ſuus ſit bene coctus, ſalitus & fermentatus, qui cōdiri poteſt cū aliquibus granis aniſi, cymini, fœniculi, licet hoc ſit magis conueniens in fine quam in principio. Vinū ſit odoriferū, purum, antiquū, aromaticum.

L 3

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.209

Sed in pauca quantitate & aliquando conuenit parum maluatici ad ſubtiliandum humorem, confortandum uirtutem uigorandum digeſtiōem. Fercula autem ſua ſint brodialia pinguia, uitentur aſſata & frixa, ſit brodium caponum & gallinarum pinguium. Sed proprium eſt ius galli antiqui uia cibi & medicinæ, & quanto pinguius tanto melius. Item, brodium caulium & cicerum. Item, brodium factum ex decoctione caulium, ceparum, porrorum, allij, cum oleo uel carne pingui caſtrati eſt mirabile. Item, brodium blitis coctæ cum carnibus laudabilibus pinguibus. Sed apud debilitatem uirtutis dentur contuſi pulli, oua ſorbilia, brodium carnium laudabilium cum uitello oui concaſſatum.

Carnes uero ſint perdicum, phaſianorum & franquillinorum, auium paruarum, pipionū iuuenum, uitentur craſſæ carnes, & ſint elixæ non aſſatę nec frixę, uitent potum aquę frigidę, et uini multum aquati. Aqua ſua ſit aqua ſaccharata, aut aqua decoctionis pauci mellis, ita ut aqua ſit duodecupla ad mel, et optime bulliat et deſpumetur. Eſt enim aliquando aqua neceſſaria cum adeſt febris & ius blitis & ſpinachiarum tunc eſſet conueniens. Pro ſalata utatur capparibus & aſparagis. Aromata autem ſua ſint proprie ex cinamomi partibus duabus zingib. piper. galāgę, ana pars una, croci quarta unius partis. Somnus ſuper repletiōe malus, in uacuitate bonus, licet ſecundum plurimum oporteat ipſos dormire quando poſſunt. Similiter in retentione fecis malus. Deambulet ſtomacho ieiuno, poſt cibum quieſcat, & in præſeruatione exercitium eſt oportunum, euitet retentionem fecis & ſtiptica. Et retinere uentoſitatem exire uolentem, deſperatio, triſtitia & huiuſmodi accidentia corrumpentia digeſtionem diſconueniunt, ira tamen conuenit niſi modum excedat.

CVRA COLICÆ melancholicæ.

SEd in colica melancholica procedatur cum eiſdem intentionibus. Sed etiam euacuantia & digerentia debent eſſe melancholiæ propria. Et carminantia uentōſitatē debent eſſe fortiora, quia illa uentoſitas eſt craſſior & deterior, horum autem copia habita eſt in ægritudinibus ſplenis. Decoctio tamen epithymi Meſ. eſt propria. Item pilulæ Indæ, de lapide lazuli, & electuarium diaſenæ, & in melancholia aduſta electuarium hamech. Et pro clyſteribus in decoctione ponatur epithymum ſtœcas & ſal indum. Et in ſuppoſitorijs lapis lazuli contritus & lapis armenus & ſal indum. Et apud Auicennam euaporetur uenter cum eis quę ſunt grana lauri, armel, id eſt, ruta agreſtis, origanum, chamęmila in aceto decocta ad maiorem inciſionem & penetrationem. Et regimen declinet magis ad humidum. Et in brodijs ſuis decoquatur borago & bugloſſa. Et fructus conuenientes ſunt paſſulæ. Et ſalata eorum ſint cappares, & proprie ſi ſplen ſit in cauſa.

CVRA COLICÆ cholericæ.

ET in cholica cholerica ſeruentur eędem intentiones. Sed totum regimen tam medicinale quam ſex rerum non naturalium declinet ad frigidum & humidum. Vnde clyſteria fiant ex decoctione blitis, matrum uiolarum & maluarum, ſebeſten cum oleo uiol. & pauco ſalis. Et ſi retinerentur addantur uncias tres mellis uiolacei, & ſimiliter fieri poſſunt ex aqua hordei cum oleo uiolaceo & ſale. Et poſſet addi caſſia in clyſteribus, & electuarium de ſucco roſ. Solutiua autem per os ſumenda ſunt penes Raſim, florū caſſiæ, drachmas decem, quæ trahatur cum ſucco endiuiæ bullito donec clareſcat. Sed melius eſt ut trahatur caſſia cum decoctione prunorum tamarindorum & uiolarum, & ſimiliter poſſent exhiberi uncias duas mannæ diſtemperatæ cum eiſdem. Si autem colica fuerit craſſior & minus calida, poſſunt dari caſſia diſtemperata cum decoctione prunorum et paſſularum & ficuum & in hac poſſet concedi aloës loti, drachmam unam, ſed ubi cauſa antecedens eſſet diſtans, poſſent dari pilulæ aureæ, electuarium de ſucco roſ. & ſimilia.

Digeſtiua uero ſint ſyrupus uiolaceus cum aqua hordei medicinali, aut cum decoctione prunorum & tamarindorum, & ſi cholera ſit craſſior miſceatur cum ſyrupo uiolaceo ſyrupo acetoſo ſimplici. Et pro ferculis conceditur decoctio blitis, endiuiæ, lactucæ, & ſimilium in iure carnium laudabilium, bibat aquam ſaccharatam aut hordei, & ſi expediens ſit, uinum ſit pauciferum, & Raſis nutrit cum taphea cum oleo de amigdalis dulcibus condita. Et ſi fuerit expediens ſtupefactiuum iubet Auic. permiſceri ſtercus adip, id eſt, lupi cum ſtupefaciētibus. Et cauendū eſt a caſtoreo & euphorbio & ſimilibus, ſed pro correctione opij ponatur crocus, & requies deſcriptione Nicolai, ſi miſceatur cū pauco ſtercoris adip, eſſet ad intentionem Auicennæ.

CVRA COLICÆ uentoſæ.

EIus cura exigit intentiones ſupraſcriptas, ſcilicet, lenitionem & deoppilationem inteſtinorum, ut uētoſitas poſſit exire aut extrahi modis infra dicendis. Secundo, minorationem materiæ ex qua generatur & fouetur uentoſitas. Tertio digeſtionem. Quarto, eradicationem, paulatim tamen & in pluribus uicibus & omnes hæ intentiones cum medicinis dictis ſuperius complētur. Verum Auicenna multa deſcribit clyſteria, ſuppoſitoria, & medicinas ſolutiuas, mirabilis et extraneę compoſitionis, quas ſi placet uide. Quinta autem intentio eſt doloris ſedatio multis modis complenda maxime per carminationem uentoſitatis ſiue ipſius eductionem quouis ingenio, quę modis ſeptem educi poteſt. Primus, eſt per uentris lenitionem & inteſtinorum deoppilationem iam dictam in intentione prima. Secundus, eſt apertio poroſitatum uentris complenda, ut ſupra dictum eſt cum fomentis, ſacculis, emplaſtris, unctionibus, fricationibus, & ſimilibus. Tertius, eſt eius attractio cum uentoſis magnis latorum orificiorum.

Quartus

Quartus, cum attractione eius ad inferiora & eductione per annum cum clyſteribus & ſuppoſitorijs, in quibus ponuntur carminantia & attrahentia uentoſitatem ad inferiora, ex quibus ſunt ruta, cyminū, ſeſilis, ammomum, ammi, baccæ, lauri, ariſtolochia, bdellium, ſagapenum, caſtoreū, ſal, & ſimilia, ex quibus poſſunt fieri decoctiones pro clyſteribus ſecundum exigentiam, & ex compoſitis componendis in clyſteri eſt electuarium de baccis lauri cui nō eſt compar. Quintus, cum eductione eius per ſuperiora & inferiora, & per poroſitates uentris ſimul cū confectionibus ad hoc proprijs, ſicut diacyminum, diazingiber, diagalanga, diacinamomum, diacalamen. theriaca uetus, mithridatum, diambra, diatriompipereon, electuarium de baccis lauri in textu deſcriptum, item decoctio de ſeminibus ſimiliter in textu deſcripta, cuius ℥.3. dantur cum olei de alcherua ʒ.3.

Et tu iuxta Auic. conſydera modum illum artificialem dandi in potu oleum de alcherua, de qua re facit ſpeciale cap. Item, decoctiones in uino bono ſeminum carminantium, ſicut cymini, ameos, ammomi, ſiſeleos, dauci, aniſi, fœniculi, petroſelini, carui, nigellę, iuniperi, baccarum lauri, urticę, carthami, rutę, calamen. pulegij, chamedryos, chamepityos ſiccorū, & aromatum ſicut zingib. gariophilorum cinamomi, piperis, galāgæ, & ſimilium, & ex fortibus eſt ariſtolochia & caſtoreum per omnem modum adhibita, & ad hanc intentionem ſunt unctiones ex oleis in quibus illa bullierint & ſacculi & emplaſtra ſtomacho & uētri applicita ex ſimilibus compoſita, in quibus uult Auic. & alij autores ut ponantur ſolutiua, ſcilicet colocynthis, turbith, & ſimilia. Ex quibus eſt unguentum arthanitę, deſcriptione Meſ. quòd ſuper uentrem poſitum ſoluit ſolutione catarchici, & ſuper ſtomacho prouocat uomitum. Et nota quod inunctio umbilici & partium inferiorum cum butyri recētis, ʒ.1. & colocynthidis, ʒ.2. & eius ſuppoſitio ſoluit uentrem & curat colicam. Et ex emplaſtris uentoſitatem carminātibus eſt emplaſtrum de baccis lauri deſcriptione Meſ. Sextus modus eſt, ut ſtringatur totus uenter, & ſtomachus cum faſcia, deinde patiens proijciat ſe ſuper aliquo cuſſino de corio pendētibus capite & pedibus ut per compreſſionem expellatur uentoſitas, expelletur enim per ſuperius aut inferius, uel uenter apodiet alicui rei ſuper quam ſe fortiter cōprimat. Septimus modus, ut toleret famē duobus aut tribus diebus, aut quātum poteſt exercitetur. Faciunt enim hæc duo ad reſolutionem uentoſitatis & humorum & dormiat cū uentre deorſum, facit enim amplius ad uigorationem caloris innati. Præterea, quia clyſteribus in his diſpoſitiōibus, maximè opus eſt, & uentoſitate reſiſtente difficile eſt clyſteria imponere: facit Auic. ſpeciale cap. de clyſteribus. Modi autem ſiue figuræ clyſteriorum præter illum Auic. quē non intelligo ſunt tres. Primus eſt communis cū manica de corio & cannula pyramidali in extremitate anum ingrediente plura habente foramina. Secundus modus eſt cum canna longa perforata ex pluribus fruſtis compoſita, quorum unum ingreditur, alterum ſtricte ut nihil poſſit reſudare, & in parte inferiore huius cannæ recte infixa eſt una canna lōga una ſpanſa diametraliter fixa ſecundum latus cannæ longe prædictæ, Et in hac canna taliter infixa eſt cannula pyramidalis anum ingrediens infixa in extremitate eius cadēs diametraliter ſuper illam extremitatem ſecundum latus ipſius, in ſummitate autē primæ cannæ longæ eſt ſcutella in qua imponitur liquor anum ingreſſurus qui uocatur enema. Et inſtrumētum quo inijcitur uocatur clyſtere. Liquor autem ingrediens primo deſcendit poſtea aſcendit. Canna autem prima longa ex fruſtis compoſita debet eſſe parum longior quàm ſit unus cubitus. Et cum hoc inſtrumento homo poteſt ſibimet imponere clyſtere. Tertius modus eſt, ut habeātur duo ligna ſicut duo inciſoria parua optimè rotunda, & corium de pelle hœdi inuoluatur ſtricte circa iſta duo inciſoria ſecundum ipſorū circunferētiam, ſtricte ipſum figendo cum clauis paruis, ut liquor cum erit impoſitus nō poſſit exire. Vel fiant duo cannales in medio duarum circunferentiarum horum inciſoriorum, in quibus cannalibus pellis iam dicta ligetur cum filo forti cerato ſtrictiſſimè, ſed melius eſt ut utrunq; fiat, ſcilicet quod figatur cū clauis, & quod ligetur. Et in centro unius iſtorum inciſoriorum ſit foramen in quo ponatur cannula pyramidalis anū ingreſſura, & per hoc foramen liquor imponatur, deinde ponatur cannula iam dicta bene ſtricta in foramine illo ut nihil poſſit reſudare, ſuper quā cannulā in ano fixam patiens ſedeat cōprimēdo illa inciſoria adinuicē. Nam per hunc modum ne detur penetratio corporum neceſſe eſt liquorem in inteſtina aſcendere. Sit autem prædicta canna anum ingrediens perforata in extremitate ſua anum ingrediēte, & habeat duo alia foramina lateralia unum propè corium in latere uno aliud parum altius in latere oppoſito. Et ſit longitudo ſua communis quinque digitorum coniunctorum, licet in puero minor. Sed in caſibus aliquibus oportet quod ſit ad longitudinem unius ſpanſæ uel 10. digitorum coniunctorum utputa in colica, ileos & ubi oportet liquorem aſcēdere ad inteſtina gracilia. Similiter cum oportet inijcere aliquem liquorem in matricem, ſicut pro ſecundina extrahenda, aut pro matrice mundificanda aut pro curandis ulceribus eius, & cum iſtis duabus ultimis formis clyſteriorum poteſt patiens ſeipſum clyſterizare, quæ res eſt frequenter oportuna in his qui uerecundantur, præcipue in mulieribus. Situs autem clyſterizandi uariatur ſecundum locum læſum. Si enim uelimus dorſo prodeſſe, ſtet homo reſupinus. Si inteſtinis, ſtet cum facie deorſum & magis aſcendit homine ſtante cum facie deorſum quàm ſecūdum ſitum aliū, & præcipue ſi poſteriora ſint tempore impoſitionis & poſt impoſitionem magis eleuata quàm anteriora, & ſi dextro uolumus magis prodeſſe ſuper dextro uoluatur, & ita de ſiniſtro. Et ſi uolumus enema multum aſcendere ad ſuperiora ſicut in colica, ileos & cū ulcera ſunt in inteſtinis gracilibus eleuentur poſteriora & conquaſſentur. Cauendum tamen ne liquor ſtomachum ingrediatur ne forte ſequatur uomitus ipſius, & ſtercorum, præcipue in his qui cum aſcēdit parum ad ſuperiora ſyncopizant. Et patiente exiſtēte debili imponatur clyſtere ipſo iacente ſuper lateribus uel ſupino nec poſt impoſitionem conquaſſetur. Quantitas autem liquoris in adultis eſt ab una ℔. cū dimidia ad ℔. 2. In infantibus ſufficit ℔. s. Hęc tamē uarianda ſunt ſecundum magnitudinem inteſtinorū & ſecundum diuerſitatem loci quem uolumus attin-

L 4

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.210

gere, quanto enim locus attingẽdus eſt magis ſupra, quantitas debet eſſe maior, quãto inferior ſufficit minor quantitas. Vnde ſi uolumus mundificare aut cõſolidare ulcus inteſtini recti ſufficit ℔. s. aut parum plus. Modus autem imponendi cum primo clyſteri eſt ut ſtringatur manica cum manu propè liquorẽ, ne aër mediet inter manum & liquorem, deinde impoſita cannula in ano & ægro aut alio firmiter eam tenẽte impellatur enema ſiue liquor ſucceſſiue donec ingrediatur quantum ſufficit. Sit autem impulſio illa cum maiori conatu quando uolumus liquorẽ magis aſcendere. Quanto autem minus, impellatur cum minori conatu. Et tempore impoſitionis nõ tuſſiat, neque ſternutet, neque uomat, neque ſe exprimat, ſed anhelitum dilatet. Et immediate poſt impoſitionem ſtuppa prius circunuoluta canulæ impellatur propè anum & bene adhæreat, deinde æger crura & coxas extendat. Et poſtea reuoluat ſecundum exigentiam utilitatis quàm quæris, & ſimiliter magis aut minus eleuetur. Retineatur autem in colica non ſuperfluè imò poſt decimum horæ, cum primũ ſtimulat & pungit, eijciatur, ſed in fluxibus multo tempore retineatur. In reliquis autem caſibus longiori aut breuiori tempore ſecundum quod uis uirtutẽ eius ad loca magis aut minus diſtantia attingere, & ſecundum alias circumſtantias quas ſapiens metiatur. Quod ſi debito tempore non retineretur aliud minus acutũ aut minoris quantitatis replicetur. Si uerò nimis retineretur ſicut in colica accidit in qua interdum retinentur 7. clyſteria, tũc ſuppoſitorium ſtimulãs imponatur. Et ſi iſtud non ſufficit inijciatur cum clyſteri liquor in quo ſit magna quantitas mellis etiam uſq; ad ℔. 1. Et infallanter educet ſecum reliqua clyſteria & cætera quæ facile poſſunt educi. Et nota quod fiunt clyſteria non ſolum ad inijciendum liquorem, ſed ad attrahendum uentoſitatem in inteſtinis contentam ſicut in colica uentoſa. Modus autem eſt ut habeatur follis paruus cuius cannula ſit longa 10. digitis coniunctis uel etiam amplius. Et fit de ligno, ferro & argento, & cum latera follis ſunt clauſa imponatur. Dein de aliquo uel ægro ipſo firmè tenente cannulam latera follis dilatentur, & ne detur uacuũ egredietur uentoſitas. Sunt & alij modi huic proportionales, aliqui etiam pro expellenda uentoſitate tenent in ano cãnulam argenteam uel ligneam utrinque perforatam, ut libere uentoſitas egrediatur. Sed ſit illa cannula ſecundum partem ingrediẽtem inteſtinum in multis locis perforata ne omnia foramina ſimul obturentur. Secundo ſedatur dolor cum ſtupefacientibus, quorum copiam ſuperius deſcripſi. Sed cõmuniter in hoc caſu utor philonio romano uel philõnio à Raſi in textu deſcripto. Sexta autem intentio, ſcilicet membrorum confortatio eſt complenda, ut prius dixi in colica phlegmatica. Similiter ſeptima intentio, ſcilicet accidentium correctio perficiatur ut prius. Octaua autem intentio, ſcilicet regimen uitæ declinet ad calidũ & ſic. & caueatur aër frigidus & uẽtoſus, & humidus, & pannis bene opertus ſit præcipue ſecundum uentrem & ſtomachum & anum, ſit parcus in cibo & potu, & ſint calidi & ſic. non uiſcoſi, nõ uentoſabiles, facilis digeſtionis, uentrẽ non conſtringentes, dormiat multum maximè in nocte. Exercitetur multum ſtomacho ieiuno, ſit ſollicitus in expellendo ſuperfluitates inferius, nullo pacto retineat uentoſitatem, nec ſuperius nec inferius, ſit ſperans & gaudens, & aliquando leuiter iraſcatur. Sed triſtitia, timor, & accidentia corrumpentia digeſtionem fugienda ſunt. Omitto reliqua particularia, nota enim ſatis ſunt ex ſupraſcriptis, ſcilicet quod uinum ſuum debet eſſe potens, antiquum, medij ſaporis in pauca quantitate bibitum, & quod panis ſit bene fermẽtatus & ſalitus in quo ſemina carminantia uentoſitatem aliquando ponantur, hæc nota ſunt ex ſupraſcriptis.

CVRA COLICÆ EX FECIBVS.

Eius cura exigit tres intentiones præter tres cõmunes in quacunque ſpecie colicę neceſſarias. Prima eſt fecis mollificatio & ſuperficiei intrinſecæ inteſtinorum applanatio, ut facile lubricet. Secunda ipſius eductio. Tertia cauſę ſiccitatis, fecis remotio, & hæc intentio ſimul concernit regimẽ curatiuum & præſeruatiuum. Prima intentio completur primo cum clyſteribus ex ℔. s. olei communis cui poſſunt addi ℥. 2. butyri recentis. Item cũ clyſteribus ex oleo ſeſamino nec non cum brodijs pinguibus carnium, ſicut pullorum, agnorum caſtratorum, & ſimilium, & propriè capitum & inteſtinorũ eorum addendo æqualem quantitatem alicuius ex oleis ſupraſcriptis, & poteſt addi butyrum, & quando nihil aliud eſſet paratum ſolum oleum ſufficit, & poſſunt fieri decoctiones ex maluis, matribus uiolarum, ſem. lini, ſem. aut radice maluauiſci, ficubus, & ſimilibus & frigidioribus poſſumus uti exiſtente febre, & cum ſignis caliditatis & calidioribus in diſpoſitione contraria. Item compleri poteſt hęc prima intentio cum ſumendis per os ex quibus ſunt iura pinguia carnium laudabilium, gallinarum, caponum, agnorum caſtratorũ, & ius galli antiqui eſt propriũ, non ſolum leniens, ſed ſua nitroſitate abſtergens, uitelli quoque ouorum ſorbilium, paſſulæ nigræ ſine nucleis, ficus albæ tam ſiccæ quàm recẽtes, pulpa prunorum optime maturorũ, penidia, ſacch. iulep uiol. brodium cicerum rub. integrorum, brodium caulíũ collectorum ante ortum ſolis leuiſſime lotorum, nec fractorum in fruſta ualde parua & leuiter coctorum. Item brodium blitis, atriplicis ſpinachiarum, maluarum, mercurialis, maluauiſci, & ſimilium, & in ſumma omne brodium habens uirtutẽ nitroſam, uel bauraciam, uel abſterſiuam, uel ſalſam ſtimulatiuã uirtutis, uel in qua ſint partes unctuoſæ & pingues, & ſi uolumus maiorem mollificationem faciemus bullire herbas ſupraſcriptas in aqua uel brodio carnium, deinde addamus oleum commune in magna quantitate uel butyrum recens, & ſimilia, & brodium decoctionis acruminum ſicut ceparum & ſimilium ualet ad lubricandum, & quandoque in brodijs laudabilium ponatur ſacch. uel penidia. Et quando cætera non ſufficerent ad leniendum oleum commune bene conditionatum, aut ſeſaminum, aut amigdalarum dulcium recentium ſumptum in quantitate. 6. aut. 8. ℥. non fallit. Et ſi timeretur læſio ſtomachi & nimia lenitas huic miſceantur ℥. 4. olei amigdalarum amararum, aut facta uentris lenitione confortetur & corrigatur ſtomachus cum ſtipticis confortantibus interius & exterius applicitis. Sed exiſtente febre detur

aqua

aqua hordei excorticati facta ſecũdum artem mixta cum iulep uiolaceo uel ſaccharo rubeo. Vel detur ſyrupus acetoſus ſimplex per duas horas poſt ipſam aquam. Caſſia quoque & manna ſumptæ in potu cũ aqua hord. aut brodio carnium aut decoctione prunorum faciunt ad uentris lubricitatẽ, & ſimiliter etiã in clyſteribus ponantur. Emplaſtra quoque, fomenta, unctiones, & ſemicupia facta ex huiuſmodi lenientibus ad hoc conferunt, & cum hoc ſedant dolorem. Secunda uerò intentio, ſcilicet eductio fecis mollificatæ eadem die complenda, aut ſequenti die perficitur ſi alicui iſtorum clyſteriorum mollificantium, de quibus ſupra, addantur mellis ab. ℥. 3. uſque ad. ℥. 6. aut ſecum miſcendo multum ſalis, aut 6. ℥. urinæ, mel tamen eſt mihi magis dilectum, aut replicetur ſæpe aliquod ſuppoſitorium ex ſupra ſcriptis. Quæ ſi nõ ſufficiant detur caſſia, aut hiera picra per os & pilulæ alephanginæ, & aloẽ non fallunt præcedente mollificatione, & fortiora ſunt diaphœnicon, diacitoniten ſolutiuum, & ſimilia. Tertia autem intentio, ſcilicet remotio cauſarum, ſiccitas fecum perficitur ſecundum ipſarum exigentiam. Si ergo adſint cauſæ primitiuæ ſicut cibaria ſicca, pauca comeſtio, balneum, exercitium nimium, nimius coitus. &c. huiuſmodi ſimilia remoueantur, & inducatur regimen contrarium. Itẽ, alteretur caliditas epatis ſi ſit in cauſa, & deoppiletur Kyſtis quæ qualiter debeant perfici dictum eſt ſuperius in paſſionibus epatis & icteritia. Et ſi cauſa eſt debilitas expulſiuæ inteſtinorum & obtuſio ſenſus eorum ſuccurratur cum theriaca, mithridato, diacori, diaplirisſarcoticon, diamuſco. Item, ſtimuletur expulſiua cum ſuppoſitorijs & clyſterib. acutis, & ſi cauſa eſt multitudo choleræ educatur & remoueantur cauſæ ipſam multiplicantes, ut ſuperius in icteritia. Et ſi cauſa eſſet raritas corporis & ſudor nimius ungatur cum oleo roſ. rudi, aut cũ oleo de myrto, & ſimilib. præſtantius tamen eſt ut cauſæ ſudorum auferantur. Et ſi cauſa eſt urinæ prouocatio cohibeatur per frigi. ſtiptica, ſed tutius ẽ cauſas eius auferre. Et ſi cauſa exiccationis fecis & longæ retentionis eius ſit per communitatem à membris nocumenta illorum membrorũ corrigantur ſecundum quod dictum eſt in capitulis præcedentibus & dicetur in ſequentibus. Reliquæ autem intentiones, ſcilicet doloris ſedatio, accidentium correctio, & regimen ſex rerum non naturalium poſſunt patere ex ſupra ſcriptis.

DE COLICA APOSTEMOSA.

Eius cura eſt ut in primis lenias uentrẽ. Et educas materias communes ſi fuerint retẽtæ cum clyſteribus in apoſtemate cal. quod eſt ſecundum plurimum frigidis & humidis, ſicut eſt aqua decoctionis hordei, ſebeſten uiolarum, & oleo uiol. aut cum lacte & oleo uiol. & pauco ſaccharo. Et addatur caſſia ſi fuerit opus magis lenire. Et ſi fuerit opus magis infrigidare, ponatur in clyſteribus aqua ſolatri aut mucilago pſilij. Deinde quã citius fieri poteſt fiat phlebotomia baſilicæ. Et hauriantur 6. aut 8. ℥. ſanguinis, aut plures ſecundum repletionem & uirtutem. Et ſi apoſtema fuerit uehementis magnitudinis cõmunicans uijs urinæ, & retinens ipſam fiat phlebotomia ſaphenæ eiuſdem lateris poſt phlebotomiã baſilicæ, & hauriatur notabilis quantitas ſanguinis. Et attendatur etiam lenitati uentris cum ſumptis per os, quæ cum hoc etiam ſicut aqua hord. cum mucilagine, pſilij, & ſimilibus, pręter cucurbitam. Ineſt enim ei mala proprietas in paſſionibus inteſtinorũ. Et ex proprijs eſt aqua ſiue ſuccus duorum granatorum 5. ℥. Item aqua endiuiæ, & aqua ſolatri, cum quibus ſi opus eſt lenire uentem miſceantur ℥. 6. aut ℥. 1. florũ caſſiæ, aut ℥. 2. mannæ, & hoc tẽpore ſuper loco apoſtemato ponantur repercuſſiua frigida non ſtiptica multum ſicut oleum uiol. mixtum cũ oleo roſ. Deinde in augmento miſceantur cum ſumptis interius & clyſterizatis reſolutiua & mollitiua cum repercuſſione ſicut aqua decoct. hord. ſebeſten & paſſularum, & his poſſunt addi in decoctione folia altheæ, & hæc decoctio poteſt bibi & clyſterizari, & ſi clyſterizetur huic poteſt addi oleum ſeſaminum & amygdalinum. Et circa ſtatum fiat decoctio ex floribus chamomillæ, ſem. maluauiſci, ſem. lini, & ſimilibus, qui clyſterizetur addendo oleum ſeſaminum aut amigdalinum, aut parũ uini cocti. Et ſi opus fuerit abſtergere ponatur ℥. 1. ſacch. rub. Et ſi tendat ad maturationem addantur adipes, & ſi poſt maturationẽ rumpatur, regatur cura ulceris inteſtinorum, de qua infra & ſimiles intentiones habeantur in ſumptis interius & applicitis exterius. Sicut interius eſt aqua decoctionis ſebeſten, hordei, paſſularum, ficuum, & ſem. maluauiſci, & poteſt cum ſacch. dulcorari. Et exterius ſicut oleum roſ. chamomælinum, ſeſaminum, quibus poteſt addi pinguedo gallinæ, anatis, & ſimiliũ. Item poſſunt addi mucilagines maluauiſci, fœnugr. ſem. lini, & ad confortandum miſceatur ſecum oleum maſtichinum, & ad hanc intentionem poſſunt fieri emplaſtra & fomenta. Si uerò apoſtema fuerit frigidũ leniatur uenter primo. Deinde phlebotometur ex baſilica. Et obſeruentur eædem intentiones quæ poſitæ ſunt in calido, ſed declinent ad calidum. Vnde ea quę competunt in augmento calidi poſſunt competere, in princ. frigidi, & quę competunt in ſtatu calidi, poſſunt competere in augmento frigidi. Sed in ſtatu & declinatione addãtur magis calida ſicut oleum de ſpica, oleum laurinum, adeps anſeris, & ſimilia.

CVRA COLICÆ EX TORSIONE & ex deſcenſu inteſtini in burſam teſticulorũ aut in aliquã rupturã mirach.

Si fuerit ex torſione ſituetur æger ſupinus in loco temperato, prius eductis fecibus quæ ſunt in fra inteſtinum tortum cum clyſteribus iuxta doctrinam datam in præcedentibus cap. Et manibus inunctis in oleo de ſpica, de enula uel caſtoreo, ſi fuerit facta torſio ex uentoſitate, fricetur uenter primo leuiter deſcendendo & aſcendendo, nunc ad latera trahendo & ſemper aſcendendo cum fricatione & deſcendendo, & ad latera trahẽdo perueniatur ad locum ubi ſentitur inteſtinum tortũ & hoc fiat pluries. Et ſi cum leui fricatione non obedit neque redit ad ſitum naturalem, fricatio fiat fortior etiam iterata. Et ſi non redit ad ſitum naturalem experiantur alij ſitus ſuper latera ſimiliter fricando. Et aliquando iaceat cũ uentre deorſum. Itẽ ipſe ſedens aut iacens ſe conquaſſet, aliquando ſe inordinato motu proijciat, aut aliquando

quando

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.211

quando pedes eleuetur. Fortaſſe autem quod arte fieri nequit à caſu redibit ad ſitum naturalem. Si autem à caſu, percuſſione, ſaltu, & ſimilibus cauſis primitiuis facta fuerit torſio, fiat hæc eadē fricatio ſed leuior ne locus apoſtemetur, & ſint manus inunctæ cum oleo uiol. aut ſimili frigido aut temperato. Et nullo pacto dentur in his caſibus ſolutiua ſuperius niſi prius inteſtinum fuerit reductum, & dieta ualde tenuis.

Cumque inteſtinum eſt reductum procuretur exitus fecum iuxta ſuperiorum doctrinam. Deinde uenter ſtringatur cum faſcia ſtrictura decenti ut non amplius dislocetur, & ſtringantur crura fortiter ſuper genu & ſimiliter adiutoria ſuper cubitum, ne inteſtinū contortum apoſtemetur. Et dieta ſit tenuis lubrica. Et ſi fuerit ex deſcenſu inteſtini in oſcheum aut in aliquam fracturam ſiphac, prius feces quę ſunt infra inteſtinum illud dislocatum educantur & imponantur clyſteria mollificantia quæ aſcendant uſque ad inteſtinum dislocatum & non ſint acuta ut poſſint retineri. Et exterius applicentur mollificantia quæ etiā uentoſitatem carminent, ægro iacente ſupino & aliqualiter magis eleuato cum parte ad quam facta eſt dislocatio. Et ſi opus eſt ponatur in balneo mollificante liquore aſcendente ad locum ubi retentum eſt inteſtinum dislocatum. Aut loco illi applicentur philtra infuſa in huiuſmodi mollificantibus. Poſtea cōprimatur inteſtinum cum ſuauitate uerſus aperturam. Et inter cætera obſeruetur hoc ingenium, ut inteſtinū propè aperturam digitis ſtringatur ut ſubtilietur, & paulatim ſtringendo impellatur modicum, poſt modicū de inteſtino aut de fece in eo contēta, donec paulatim quaſi inungendo ad ſuperiora totum interius impellatur. Nec faciendum eſt ſicut faciunt quidam inexperti qui totum fortiter comprimendo una uice uolunt impellere. Et cum reductum eſt procuretur exitus fecum omni ingenio. Sed ante reductionem non dentur ſolutiua. Et dieta ſit ualde tenuis & lenitiua. Et reducto inteſtino conſolidetur ruptura cum ligatura braccali & reliquis neceſſarijs interius & exterius applicitis.

CVRA RELIQVARVM SPEcierum colicæ.

SI fuerit ex lapide in inteſtinis humid. lubricis, abſtergentibus, quibus aliqua lapidem frangentia ſunt admiſcenda, curandus eſt. Quæ ſi lapis fuerit in ſuperioribus inteſtinis per os exhibeantur. Si uerò in inferioribus per clyſteria. Si uerò fuerit ex uermibus cum interficientibus & ipſos educentibus curetur iuxta doctrinam in proprio cap. ponēdam. Si uerò ex ſang. in inteſtinis congelato fuerit educatur. Si fuerit in inteſtinis inferioribus cum aquę decoct. hordei & furfuris & ſimilium abſtergentium mollificantium, cuius ℔. 1. ſit admixtum oximel ſimplex uel ſcilliticum, ℥. 3. Si uerò fuerit in ſuperioribus detur aqua hord. calida cum oximelle ſimplici uel ſcillitico & iſtis adhibitis tam ſuperius quàm inferius poteſt admiſceri aliquid coaguli, ſumptis per os uſq; ad 5. grañ. ſed clyſterizatis uſque ad ℈. s. Si uerò dolor inteſtinorum fuerit à ſolutione continui & fuerit ex cauſa exteriori, utputa ex uulnere eius cura alibi perquiratur, & propriè ab Auic. quarti. Si uerò fuerit ab humore acuto pungente & corrodente ſiue ſit colica, ſiue phleg. ſalſum, aut à cibo acuto, & eſt ſecundū plurimum de genere punctionis, eius cura eſt habita ſuperius cap. de punctione. Et ſi excoriatio & ulcus iam factum ſit in inteſtinis cura perquirenda eſt interius in cap. de diſſenteria. Eſt etiam ſuperius poſita cura colicæ quæ huic deſeruit quantum eſt expediens. Si dolor inteſtinorum fuerit per communitatem ab alijs membris, puta à cerebro, neruis, pectore, epate, ſplene, inſtrumentis urinæ, mirach & lacertis uentris, & ſimilibus, aut per communitatem à toto, duæ habeantur intētiones generales, una ad membrum mittens, altera ad membrum recipiens, à quarum prima licet regulariter incipiendum frequenter tamē coacte à ſecunda incipimus. Si uerò dolor fuerit à cauſa extrinſeca, utpura à potu aquæ frigidæ & balneatio in ipſa, uento ſeptētrionali, ſeſſione ſuper lapide, ab aēre peſtilenti, à ueneno ſumpto, à cibis ſtipticis & ponticis, aut à proprietate facientibus hanc paſſionem duę ſunt intentiones. Vna eſt cauſam primitiuam remouere, eam omnino à corpore abijciendo uel quātum eſt poſſibile & inducere regimen contrarium. Secunda eſt diſpoſitionem impreſſam corrigere. Quæ intētiones qualiter debeant compleri ex ſupraſcriptis patere poteſt.

DE ILEOS Cap. CII.

QVid nominis & quid rei ileos quæ apud antiquos dicta eſt, domine miſerere mei, propter mortem crudelem & obſcœnam poſt tantos cruciatus & uomitum ſtercorum, ſuperius poſita ſunt. Quę licet cum colica conueniat in quibuſdam generalibus, ſcilicet cauſis accidentibus & cura, ſunt tamen quandoque particularia quibus abinuicem differunt, ſcilicet cauſæ, dolor, exeūtia, iuuamentum remediorum, & ultimitas accidentium. Primo. in cauſis quidem differunt. Nā iliaca plus accidit à cauſis primitiuis & extrinſecis, & mala complexione ſingulari & frigida, ſicut in potu aquæ frigidæ in tempore nō congruo, & hoc quia gracilia ſunt ſtomacho propinqua magis. Item, frequentius accidit ab aēre peſtilenti propter propinquitatem ad cor. Et ſimiliter à uenenis propter propinquitatem ad ſtomachum & ad cor. Et propter has cauſas magis permutatur de regione ad regionē, & de corpore ad corpus in modum peſtilentis morbi. Item frequētius accidit ab apoſtem. propter uicinitatem ad epar, & maiorem multitudinem meſeraicarum uenientium ad gracilia. Item frequentius accidit propter uehemētiā uirtutis retentiuæ, cum gracilia ſint magis ordinata in retentione quam craſſa, & econtra craſſa magis ad expulſionem, ſunt enim gracilia ſtrictiora. Sed econtra colica frequentius fit à cauſa coporea, ſcilicet uentoſitare, phleg. ſtercore ſicco, uermibus & ſimilibus, cum ſint frigidiora & ad horum expulſionem ordinata. Et ſi accidat in eis frequenter propter defectum expulſiuæ. Secundo. In dolore quidem. Primo quātum ad ſpeciem. Accidit enim in gracilibus frequenter dolor pūgitiuus & tortiuus. Pungitiuus quidem propter choleram immediate ad ipſa uenientem. Sed tortiuus propter ipſorum longitudinem & plurimā reuolutionem, licet in quocunq; inteſtino, quęcunq; ſpecies doloris poſſit accidere. Secundo, quantum ad

intentionem

intenſionem, eſt enim dolor in gracilibus intenſior quàm in craſſis, quia ſunt magis neruoſa & acutioris ſenſus. Tertio, in loco doloris. Nam dolor iliacus eſt ſupra umbilicum & hypochondrijs magis, ſed colicus eſt infra umbilicum. Quarto, in permutatione, facilius enim ileos permutatur quā colica propter maiorem colligantiam & uicinitatem inteſtinorum gracilium cum membris ad quæ permutari cōſueuit, de qua permutatione ſuperius dictum eſt. Sed econtra in colica dolor eſt magis extēſiuus, grauatiuus, & perforatiuus, & ſi aliquando eſt pungitiuus eſt propter uermes. Item, dolor colicus licet ſit remiſſior, eſt tamē magis perdurans propter longam materiæ retentionem ex ipſorum ſpiſſitudine & carnoſitate. Et dolor magis eſt infra umbilicum circa pectinem. Et minus nocumentum communicat ſuperioribus nobilibus q̄; iliaca. Et minus permutatur, licet ſit maioris permutationis ad iliacam quàm econtra, cum enim colon aut ſacculus oppilatur, materia regurgitat ad ſuperiora in quibus propter ipſorum ſtricturam facile retinetur & cauſat iliacam. Sed cum oppilantur ſuperiora in iliaca materia ad ſtomachum regurgitat. Et ſi deſcendit ad craſſa cum ſit ſubtilis, & inteſtina illa ſint larga non retinetur, ſed deſcendit ſecundum plurimū & egreditur. Tertio, principaliter differunt in exeuntibus. Nam in ileos per anum ferè nihil egreditur, & non niſi cum maxima difficultate, ſed per uomitum plur. & faciliter. Et illud eſt phlegmaticum, quādoq; cholericum, quandoque uiride, praſſinum uel eruginoſum, quandoque nigrum melanch. Item plurimū uentoſum cum eructuatione, & tandem quandoque fœtidum ſtercoroſum cum uermib. mixtum. Et eſt ſecundum plur. mortale. Item, in iliaca urina eſt magis tincta propter dolorem auctiorem magis inflāmantem. Item, propter retentionem choleræ quæ per cannalem ad finem duodeni terminatū, ad gracilia tranſmitti conſueuit, quare rediens ad uias urinę tingit ipſam. Sudor quandoque in iliaca magis cōtingit propter doloris uehementiam in ſpiritualibus anguſtiā imprimentem, & eſt frigidior, calore amplius ad locum doloris attracto, & uirtute magis diſſoluta. Sed in colica cum clyſteri aut collyrio facilius egreditur phlegma mucilaginoſum & ſtercus ſcybaloſū phlegmate inuolutum. Item, uentoſitas craſſa ſonans & uermes. Et non fit niſi per compaſſionem gracilium, & ſtomachi ad gracilia. Item, urina in colica rubet propter dolorem inflammantem, & etiam propter compaſſionem renum in dolore, quare urinam retinent diu & tingitur, non autem propter choleræ regurgitationem. Quarto principaliter in remediorum iuuamento eſt differentia, quia iliaci iuuātur maximè per ſuperius exhibita. Sicut colici econtra iuuantur per clyſteria & ſuppoſitoria. Quinto eſt differentia in accidentium ultimata conſecutione. Nam caſus uirtutis, alienatio, ſpaſmus, alcuzes, inſtantia uigiliarum, tremor cordis, ſyncopis, frigiditas extremorum, ſingultus, & huiuſmodi accidentia terroris, & tandem mors ſunt in iliaca magis & in colica minus propter cauſas ſupraſcriptas. Et apparet in iliaca inflatio oculi magis quàm in colica, id eſt, inflatio monoculi. Et in ſumma iliaca eſt difficilior quā colica ex cauſa proportionali uel conſimili. Et factam ex ueneno ſignificat anteceſſio ueneni, & alia accidentia ueneni, ſcilicet debilitas corporis, tremor cordis, quæ aliquando dolorem iliacum antecedunt. Et factum ex apoſtemate ſignificat durities fecis, & uelocitas in egeſtione, id eſt in uomitu fecis & febris. Cum alijs enim non erit febris nec caſus uirtutis uehemens niſi forte fuerit à ueneno. Et ex ſupraſcriptis in hoc capitulo de colica iā manifeſta ſunt quid nominis & quid rei ileos cauſæ & ſigna.

Sed prognoſtica ſunt iſta. Primum, cum plus occidit ileos occidit in ſeptimo, quod eſt uerum ſecundum plurimum, quandoq; etiam uidi enim occidiſſe in quinto. Secundum. Cum accidunt accidentia horrenda ſupra ſcripta pauca eſt ſpes ſalutis, licet aliquos uiderim perueniſſe ad uomitum ſtercorū cum accidentibus fortibus & euaſiſſe. Tertium eſt Aphoriſmus ſextę partic. Cum ex diſtillatione accidit ileos moritur, cuius eſt in ſeptimo, niſi accidat febris & currat cum ea ſudor plurimus. Et quamuis dicat Auicenna. Galenum cauſam huius Aphoriſmi ignorauiſſe, credo cauſam eſſe, quia diſtillatio ex humiditate ſuperflua accidit, propter quam ſuperfluitates cōſuetæ cum urina euacuari, ſunt retentę. Et regurgitantes ad inteſtina faciunt ileos. Febris autem ſuperueniens eſt cauſa ut materia ſubtiliata cum ſudore educatur, per cuius preſentiā cauſabatur diſtillatio & ileos. Quartum, ileos, phlegmatica & uentoſa iuuantur febre.

Quintum, Bonitas urinæ in ileo nō facit fiduciam ſanitatis, quid ergo iudicandum eſt de urina mala.

Sextum, Deterior ileos eſt in quo egreditur ſtercus uomitu. Deinde illa in qua egreditur ſudor fœtidus, ſcilicet habens odorem ſtercoris. Tertio, in quo eſt anhelitus habens odorem ſtercoris. Quarto, in quo eſt eructuatio habens odorem ſtercoris. Quinto, leuiſſima omnium eſt in qua inferior uentoſitas eſt fœtida. Cura ileos proxima eſt curæ colicæ. Verū differt à cura colicæ in tribus. Prima differētia eſt, quia cura eius maiorem exigit feſtinationem quam cura colicæ, quanto eſt morbus acutior tāto minores dat inducias. Secunda differētia eſt, quia bibita ſunt cū hac magis iuuatiua quàm ſuppoſita, cuius oppoſitū eſt in colica. Cauſa autem differentiæ eſt, quia clyſteria & lichina non aſcendunt niſi difficulter ad inteſtina gracilia. Attamen bibita & ſuppoſita ſunt in eius cura neceſſaria, & quamuis A. dicat quòd non refert à quo incipiatur an à bibitis an à ſuppoſitis, dummodo alterum ſubſequatur. Ego tamen exiſtimo melius eſſe incipere à clyſteribus ut inteſtina craſſa mundificentur ab his quæ in eis continentur, ut uia exitus ſuperfluitatum quæ dolorem faciunt inteſtinis gracilibus ſit expedita, & facile poſſint deſcēdere, & eo magis, quia oppilatio inferiorum & pręcipue ſacculi frequenter eſt cauſa retentionis ſuperfluitatum in ſuperioribus. Et conſequēter doloris eorum quamuis inferioribus, & propriè in ſacculo nō ſit dolor propter ſuam amplitudinem. Et clyſtere primum debet eſſe lenitiuum ſecundum, acutum ut eradicet materias ab inferioribus, & trahantur à ſuperioribus. Et clyſteria iſta debent eſſe magnæ quantitatis, & poſtea quàm citius fieri poteſt, ſubſequatur aliquod lenitiuum deſuper. Et Auicē. dicit, quod ſorbitio aquæ calidæ ſedat dolorem. Ego tamen credo tutius eſſe ut exhibeatur oleum commune bene conditionatum 6. aut. 8. ℥. debite calefactum, & elaboretur cum ingenio ut retineatur.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.212

tur. Aut ſi abhorreatur detur ℔.1. brodij caponis uel gallinæ multum pinguis, ſed melius galli decrepiti. Aut detur alia medicina lenitiua ex caſſia, manna, & ſimilibus dictis in colica. Et apud neceſſitatẽ miſceantur cum diaphœnicone, diacitonitẽ, electuario indo, & ſimilibus. Aut ipſa ſola electuaria exhibeantur cũ lenictibus ſicut brodio galli decrepiti, aut aliquo modo ſecũdum exigentiam, ita ut fiat deoppilatio & retenta educatur. Tertia differẽtia eſt, quia in iliaca magis eſt neceſſaria phlebotomia quàm in colica, ita ut non ſolum in apoſtemoſa ſit neceſſaria, ſed etiam frequenter in alijs ſpeciebus. Nam propter fortem dolorem & multitudinem uenarum meſeraicarum uenictium ad gracilia ſunt magis apta apoſtemari gracilia quàm inteſtina craſſa. Item, quia facta oppilatione in gracilibus magis per corpus ſpargũtur humores conſueti euacuare quàm propter oppillationem in craſſis quæ ſparſi phlebotomia ſunt euacuandi. Obſeruatis ergo his tribus differẽtijs, procedatur ad curam iliacæ ſecundum unamquanque cauſam ſecundum quod dictum fuit in colica. Item, ut intentiones illæ & remedia ibidem dicta ſecundum unamquãq; cauſam colicæ ad hunc locum afferantur, curando iliacã à ſimili cauſa pendentem ſicut dictum eſt in colica. Nam à quacunque cauſa poteſt pendere colica ab eadem uel ſimili poteſt pendere iliaca & econtra. Et obſeruetur quarta differentia, quia dieta debet eſſe magis tenuis in iliaca quàm in colica, quanto iliaca eſt acutior colica.

DE FLVXV VENTRIS.

CVm cibus in ſtomacho more ſolito non moratur, imò citius egreditur, non mutatus niſi parum, & fuerit cum hoc mordicatio & dolor in uentre & ſitis, cum quo etiã plerunque adeſt uentris fluxus, in quo ante comeſtionem inuenitur aliquid purulentum. Detur ægro rob de ſucco uuæ acerbæ, aut de ſucco ribes, aut de ſucco granatorum, cum ſpodij & roſ. amborũ, ana. drach. 1. Trochiſci quoque de ſpodio conſtrictiui itidem tribuantur. Nutriantur uerò ex adeſia citrina & pullis cum aceto coctis & aſſatis, & cum ſucco uuæ acerbæ poſitis, in potu uerò ſumat ſumach cũ aqua roſ. Et deinde nutriatur ex cibo cui admiſcetur ſumach, qui uocatur ſumachia. Totumque eius regimen ad hoc perducatur ut infrigidare poſſit & conſtringere.

Hoc capitulum diuiditur in quinq; partes. In prima agit de lienteria. In ſecunda de fluxu chiloſo. In tertia, de diarrhœa. In quarta, de dyſenteria. In quinta, de teneſmone. ſecunda ibi. Si uerò cibus non egreditur. tertia ibi. Si autem quod egreditur citrinũ fuerit. quarta ibi. Quod ſi ex fluxu uẽtris euenerit excoriatio. quinta ibi. Trochiſci ad teneſmonem. Primã partem diuidit in quatuor. In prima ponit generalia ſigna lienteriæ. In ſecunda agit de lienteria pendente à cholera & excoriatione ſiue ulcere ſtomachi. In tertia agit de lienteria pendẽte à phleg. exiſtẽte in ſtom. In quarta parte agit de lienteria pendente à mala complexione ſtomachi frig. & hum. ſine materia. Secunda pars incipit ibi parum diſtanter à principio. Et fuerit cum hoc mordicatio. tertia ibi. Quod ſi non fuerit cum eo mordicatio. quarta ibi. Si autẽ cũ hoc quod diximus nihil egreditur. In prima parte ponit duo ſigna generalia lienteriæ. Primum, quod cibus in ſtomacho non moratur quantum conſueuit. Secũdum quod egreditur, ſcilicet per anum extra corpus nõ digeſtus niſi parum. Eſt enim lienteria fluxus cibi indigeſti. Quod poteſt eſſe tribus modis, aut quia cibus nullo modo eſt digeſtus, quia egreditur in ea qualitate & quantitate in qua ſumptus eſt, aut quia eſt diminutæ digeſtus ſecundum quodlibet eius, aut tertio, quia aliqua pars eius difficilioris digeſtionis non eſt digeſta reliquo ipſius exiſtente digeſto. In ſecunda parte, primo ponit ſigna lienteriæ à cholera & ulcere pendentes, quæ ſunt mordicatio, & dolor in uentre, id eſt, in ſtomacho & ſitis cum quo plerunque eſt fluxus uentris, in quo etiam ante comeſtionem inuenitur aliquid purulentum, id eſt, ſanioſum. Deinde dat remedia infra ſcripta. Primum eſt rob de ſucco uuæ acerbę, aut rob de ſucco ribes, aut de ſucco granatorũ quæ omnia ſunt frigida, ſic. & ſtiptica, & permiſcenda ſunt cum ſpodij, roſ. ana, ℥.1. & poſſunt dari hæc tria rob ſimul mixta, & ſingulum de per ſe. Secundũ eſt trochiſci de ſpod. quorum deſcriptio ponetur in hoc cap. & ſunt præſtãtes in hac re. Tertium eſt quod nutriatur ex adeſia citrina, id eſt, ex cibo facto ex lentibus cũ pauco ſapharani, ſed prima aqua decoctio. lentium ſemper debet abijci. Item, ex pullis cum aceto coctis, hæc eſt gelatina. Item, ex pullis aſſatis poſitis in ſucco uuæ acer. id eſt, agreſte, & in potu ſumat aquam roſ. infuſionis ſumach. Item, comedat ſumachiam, id eſt, cibarium factum ex granis ſumach frig. ſiccis, & ſtip. optime ualentibus in hoc propoſito & myrtea & limonea ſunt præſtantis iuuamenti. Nota tamen quòd exiſtente ulcere in ſtomacho caueas ab acribus & acetoſis notabiliter, ne ſequatur mordicatio intolerabilis. Et in caſu ulceris ultimum remediũ eſt ſuccus plantaginis cum bolo ar. aut trochiſcis de ſpodio diſſolutis in ſucco dicto.

Quod ſi non fuerit cum eo in uentre mordicatio, neque quod egreditur pus habet admixtum, ſed eſt uiſcoſum, & adeſt inflationis paucitas, & ructus acidus, & pauca ſitis, ægro ſicla & ſinapis, & piſces ſaliti tribuantur. Deinde cogatur ea uomere, ſumendo ſalem, & mel, & anethum coctum. Quæ ſi non ſuffecerint me-

dicamẽn quod expellit phlegma tribuatur, quod Recipe aloës, drachmam unam, colocynthidis interioris, drachmas quatuor, ſalis indi, drachmas quatuor, turbith, drachmam unam, ex his fiant pilulæ & ſufficiunt ad doſim 1. Vomitu præterea ſæpe utatur. Et cibaria quibus utitur in almuri per ſe intingãtur. Et comedat fulcita quæ ſale condiuntur, & acrimoniam habẽt quæ appetitũ prouocare conſueuere.

In hac ſecunda parte primæ partis agit de lienteria a phlegmate dicens, quod ſi non fuerit mordicatio in ſtomacho, nec illud quod egreditur per anum pus habet admixtum, licet ſit uiſcoſum, ſicut eſt de natura phlegmatis, & paucitas inflãmationis & pauca ſitis, eructuatio acida quæ omnia atteſtantur frigiditati, detur primo ægro hoc uomitiuum. Recipe anethi Manipulum unum uel duos bulliant in unam libram aquæ ad conſumptionem medietatis et coletur, cum qua decoctione colata 5. uel 6. unciarum administrentur, mellis uncias duas, ſalis, drachmas duas, & totum tepidum ſumatur poſtquam æger prius comederit ſiclam, id eſt, blitem, ſinapim, id eſt, moſtardam & piſces ſalitos, quæ omnia ſunt incidentia phlegma, abſtergentia & ſubtiliantia; deinde tentet uomitum digitum aut pennam in gutture imponendo, ut phlegma ſimul cum eo quod ſumptũ eſt educatur. Secundũ remedium hoc non ſufficiente eſt ut detur una ex pilulis infra ſcriptis. ℞. aloës ſolutiui phlegmatis et cholerę ℨ.1. colocynt. interioris ſolutiuę phlegmatis chol. & aquoſitatis ℨ.4. ſal. indi ſolutiui phleg. & melan. ℨ.4. turbith ſolutiui phlegmatis, ℨ.1. fiant pilulæ craſſæ. Tertium remedium quod utatur ſæpe uomitu, hoc enim promptius eſt ad mundificandum ſtomachum quam ſolutio. Quartum, quod cibaria ſua quibus utitur intingantur in almuri, id eſt, ſalſamento facto ex piſciculis ſalitis & aromatibus, ſparſo, id eſt, diſſoluto, & comedat fulcita quæ ſale condiuntur, & quæ habent acrimoniam, id eſt, acuitatem per aromata quæ fulcita conſueuerunt prouocare appetitum, & hæc fulcita ſunt mortarellæ, & ſimilia.

Si autem cum hoc quod diximus nihil egreditur ſuperfluum, neque quod expellitur aliquid purulentum, uel phlegmaticum habet admixtum, ægro uinum forte purum tribuendum eſt. Et diaolibanum dandum, quod Recipe olibani drachmas decem, piperis, aneos, ſpic. cheiſim, aniſi, nigellæ, omnium, ana drachmas duas, balauſtiæ, drachmas decem, mellis deſpumati quantum ſufficit ad conficiendum, detur ex hoc in potu, quia ſtomachũ calefacit & uehementer deſiccat. Apozema quoq; qđ in cap. colicæ paſſiõis nominauimus detur. Et aſſueſcat in potu ſumere uinũ purũ.

In hac quarta parte & ultima huius primæ partis principalis curat lienteriam a mala complexione frigida & humida ſine materia, & quæ dicit nota ſunt. Nam ea quæ ipſe concedit ſunt calida, ſicca, conſtringentia & ſtomachum confortantia. Et omnia nota ſunt, cheiſim, id eſt, leuiſticum.

Si uero cibus non egredietur, ſed res ſubtilis, alba & aquoſa cũ qua ſunt ea quæ epatis ſignificant debilitatem, ægro tribuatur id quod fit de ſcoria & diaolibanũ, & electuarium diacalamenthum, et trochiſci calefacientes epar quos nominauimus, & electuarium diacalamenthum, quod Recipe foliorum rutæ, calamenthi, uitrum, ameos, carui, cheiſim, zingiberis, cinamomi, macropiperis, omnium partes æquales, conficiantur cum melle cocto. Et dentur alia medicamina quæ nominauimus in cap. epatis ex his qui ipſum calefaciũt et cõfortant.

Hæc eſt ſecunda pars principalis huius capit. in qua agit de fluxu chyloſo & habet duas partes. In prima agit de fluxu chyloſo propter nocumentum epatis & maxime debilitatem attractiuę eius. In ſecunda uero agit de fluxu chyloſo ſequẽte nocumentum ſtomachi & inteſtinorum, & maxime debilitatem retentiuæ eorum. Ibi ſecund. Si autem cum prędicta ægritudine. In prima parte ponit primo ſigna fluxus chyloſi dicens, quod ſi cibus non egredit̃ imò egreditur res ſubtilis aquoſa & alba quę eſt chilus, eſt enim chylus ſubſtantia alba, ſubtilis aquoſa ex meliori parte cibi per primam digeſtionem genita, adſunt etiam ea quæ ſignificant epatis debilitatem, ſcilicet mala cõplexio frigida, aut apoſtema, aut oppilatio ex quibus debilitetur epar, & maxime ſecundum attractiuam dentur remedia infra ſcripta. Primum id quod fit ex ſcoria ferri ſuperius in capitulo de debilitate ſtomachi deſcriptũ. Secundum eſt diaolibanum in parte pręcedẽti deſcriptũ. Tertium, trochiſci calefacientes epar, ſcilicet trochiſci de rheubarbaro, trochiſci de lacca, de quibus ſuperius in capitulo de dolore epatis. Quartum eſt diacalamentum quod hic deſcribit. Et nota ſunt omnia ex ſæpe dictis, et ualent hæc medicamina ad calefaciendum epar, exiccando, confortãdo, & faciunt chylum penetrare per ipſum, & remouent eius oppilationes.

Si autem cum prædicta ægritudine non fuerit ſignificatio debilitatis epatis, imo quod egreditur ſubtile eſt & album,

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.213

fuerit in ſtomacho grauitas, puluis de malis granatis ad tranſglutiendum dandus eſt, cuius confectio. Recipe *oſſium granatorum acetoſorum, & tritorum ut alchohol, drachmas decem, carui, ſeminis coriandri, amborum aceto acerrimo infuſorum, & poſtea aſſatorum ana drachmas uiginti, xilocarat, ſumach, balauſtiæ omnium ana drachmas decem, pulverizentur optime & dentur ad tranſglutiendum.*

Electuarium quoque quod dicitur chanzi, detur, quod Recipe *arillorum paſſorum tritorum ut alcohol, libram unam, myrtillorum ſiccorum pulverizatorum ut alcohol, libram ſemis, xylocerat, nabati, balauſtiæ ſeminis tamariſci, ameos omnium ana drachmas decem, conficiantur cum melle de canna, aut cum melle apum optime diſpumato, & electuarium ſumatur.*

In hac parte ſecunda huius ſecundæ partis principalis curat fluxum chyloſum ex debilitate contentiuæ ſtomachi, & inteſtinorum prouenientem quę ſequitur ſecũdum plurimum malam complexionem humidam, non enim tanto tempore retinet chylum quod poſſit per epar attrahi mediantibus meſeraicis. Et ponens ſigna dicit, quod non ſunt ſigna debilitatis epatis, ſed adſunt ſigna debilitatis ſtomachi, quia grauitas. Tunc detur patienti puluis de granatis, cuius deſcriptionem ponit. Et ſunt nota omnia ex ſupraſcriptis. Xylocerata, id eſt, cornua ligni, et ſunt carubiæ. Hic autem puluis poteſt cum aliquo liquore permiſceri, ut miua & uino citoniorum. Secundum eſt electuarium quod dicitur chanzi, forte nomine inuentoris, & deſcriptio manifeſta eſt, hęc enim ſunt notabiliter ſicca, parum ſecũdum qualitates primas a temperamento recedentia, et confortantia retentiuam ſtomachi & inteſtinorum per ſiccitatem, ſtipticitatem & proprietatem.

Si autem quod egreditur citrinum fuerit, & anum mordicat, ægerque ſitim patiatur & febrem, trochiſci conſtrictiui de ſpodio, & aqua ſauich, hordei detur.

Et trochiſci conſtrictiui de ſpodio. Recipe *roſarum rubearum, ſpodij ana drachmas decem, ſeminis acetoſi, ſumach, balauſtiæ, gummi arabici omnium ana drachmas quique, informentur trochiſci pondere drach. 2. quorum unus cum un. 1. de rob citoniorum ſimplici ſumatur. Aqua uero ſauich hordei ita fit. Hordeum factum in aqua ipſum cooperiente bulliat donec aqua inſpiſſetur, deinde coletur & bibantur ex eo uncias quatuor, cum drachmis tribus, ſpodij & gummi arabici eadem quantitate.*

In hac tertia parte principali curat diarrhœam græce, quæ latine ſignificat fluxum. Et dicitur a διαῤῥέω uerbo græco, idem quod fluo ſignificante, nomen enim generis ſibi uendicauit cum frequentius cæteris fluxibus accidat. Eſt autem deſcriptiue fluxus unius, plurium, aut omnium humorum pręterquam ſanguinis, qui ſi flueret diceretur fluxus ſanguineus, maxime tamen hic curat fluxum cholericum dicens. Quod ſi illud quod egreditur fuerit citrinum, et anum mordicat, ægerque ſitim patiatur & febrem, quæ omnia choleræ atteſtantur, trochiſci de ſpodio conſtrictiui ſtatim dentur, quorum deſcriptio ſatis nota eſt. Et ſunt præſtantes, infrigidantes, confortantes, & fluxum ſtringentes, & maxime debent dari cum ſucco citoniorum. Similiter debet dari aqua ſauich, hordei, quæ fit ex hordeo torrefacto ſuper quo ponatur tãta aqua, quod notabiliter cooperiat ipſum, poteſt enim eſſe aqua uigecupla, aut etiam minoris quantitatis ad ipſum & bulliat uſque ad aliqualem inſpiſſationem aquæ, deinde coletur, & cum quatuor uncijs eiuſdem miſceantur ſpodij, gummi arabici ana drachmas tres, & in potu pluribus uicibus ſumatur. Hæc enim optime confert infrigidando, conſtringendo, & dolerem ſeu punctionem ſedando.

Quod ſi ex fluxu uentris euenerit excoriatio, puluis de bolo ad tranſglutiendum detur qui Recipe *pſilij drachmas uiginti, ſeminis plantaginis drachmas decem, gummi arabici, boli armen. amborum ana drachmas tres, pſillium aſſetur, & gummi, & bolus pulverizentur, & commiſceantur, & ſumatur in potu ex eo in mane drachmas tres, cum rob de citonijs & circa noctem tantundem. Cibus uero eius ſit pulmentum factum cum granis granatorum & paſſis cum aqua & aceto. Et cibus factus cum ſucco uuæ acerbæ, & ſumachia, & caſea, cui admiſcetur ſuccus ſumach, & his ſimilia cibaria. Trochiſci de balauſtijs qui cum nimie conferant diarrhœæ, dandi ſunt cũ fluxus fuerit ſupfluus, ſiue habeat ſanguinem admixtum ſiue non.*

Recipe

Recipe gallarum, ſiliquarũ nabati, ſeminis tamariſci, olibani, balauſtiæ, omnium partes æquales, opij, gummi arabici amborum ana partem ſemis, informentur trochiſci pondere drach. 2. ex quibus, unus cum uino ſumatur. ſi neq; calor affuerit, neque febris, ſed ſi febris affuerit cum rob de citonijs acetoſis ſumatur, qui tunc dandi ſunt cum fluxus uentris ſuperfluus fuerit.

In hac quarta parte principali Raſ. curat diſenteriam dictã a δυς, quod eſt male, & ἔντερον quod eſt inteſtinum: Iſidorus ſexto ethimologiarum, et eſt deſcriptiue fluxus uentris cum excoriatione, aut ulcere inteſtini. Pro cuius cura primo dat pulverem de bolo cuius eſt hæc deſcriptio. Recipe pſilij frigidi & humidi in ſecundo, ſed per aſſationem minuitur eius humiditas drachmas uiginti, ſeminis plantaginis frigidi & ſicci drachmas decem, gummi arabici frigidi & ſicci, uiſcoſi, boli armeni frigidi et ſicci, ſtiptici, uiſcoſi proprie in conſolidando ulcera inteſtinorum ana drachmas tres, pſilium aſſetur, & gummi, et bolus armenus pulverizati commiſceantur, de quo puluere ſumatur drach. 3. in mane & per duas horas ante cœnam cum rob de citonijs. Cibus ſit pulmentum, id eſt, ius cibale in quo ſint grana granatorum & paſſę, et aliquid aceti ſed modicum, timetur enim excoriatio ex aceto, item cibus factus cum agreſta, & ſumachia, id eſt, cibus factus cum granis ſumach, & his ſimilia, ſicut limonea & myrrhea. Dat tertio trochiſcos de balauſtijs opiatos, quorum deſcriptio nota eſt, et iubet dari drachmas duas pro uice cũ uino non exiſtente febre, & cum rob de citonijs ſi adſit febris. Hi tamen non debent dari niſi cum eſt ſuperfluus fluxus, & cætera non contulerint, una tamen drachma ab initio experienda eſt, ſiliqua nabati, id eſt carubia regionis illius.

Trochiſci ad teneſmon qui tunc dandi ſunt cum caloris abſentia fuerit, & uentoſitas erit nociua & ſonitus.

Recipe ſeminis hyoſcyami albi, ſeminis anethi. ſeminis fœniculi omnium ana drachmas quinque, ameos drachmas duas & ſemis, opij drachmas tres, ſeminis apij drachmas decem, fiant trochiſci de quibus pondus unius aurei in potu ſumatur.

Confectio electuarij de ſtyracæ, quæ antiquo fluxui uentris confert, ac teneſmon, cum neque febris, neque calor affuerit, ſed aderit uentoſitas nociua, danda erit.

Recipe caſtorei, opij, aſari, ſtyracis liquide, myrrhe, ſeminis hyoſcyami nigri, thuris, omnium partes æquales, mellis quantum ſufficit ad ſpecierum confectionem, cuius doſis ſit drachm. 2. uel tres.

Si autem poſtquam teneſmon decem tranſierit dies non uiſa fuerint medicamina conferre, & æger ſuper pectinem ſentit dolorem redeundum eſt ad clyſtere.

Quod recipe panici excorticati, rizi excorticati, lentium excorticatarum, roſarum ſiccarum, balauſtiæ, cupularum, glandium omnium ana Manipulum unum, omnia in tres libras aquæ coquantur donec ad unam & ſemis redeant, deinde colentur deinde ſumantur ceruſæ, cineris papyri amborum ana drachmam unam, boli armeni drachmam ſemis, uitelli oui unius aſſati duri, olei roſ. unciam ſemis, ex his omnibus in prædicto apozemate fricando diſſolutis clyſterizetur æger ſemel, aut bis.

In hac quinta parta & ultima huius capituli ponit curam teneſmonis, τεινεσμὸς autem ſiue melius στεναγμὸς græce idem ſignificat quod gemitus latine dictum a στενάζω uerbo græco, idem quod gemo ſignificante, eſt deſcriptiue expreſſio inteſtini recti cum gemitu & conamine ad egerendum facta ab expulſiua ſtimulata a cauſa pręter naturam exiſtente in ipſo, aut in extremitate eius quæ eſt anus.

Hæc pars diuiditur in quatuor partes. In prima parte curat teneſmonem pauci temporis. In ſecunda teneſmonem longi temporis. In tertia ponit duo antidota optime ualentia in conſtrictione fluxus uentris. In quarta parte ponit remedium ultimum in teneſmone. Secunda pars incipit ibi. Quod ſi teneſmon fuerit longi temporis. Tertia pars ibi. Epithyma de quo. Quarta pars ibi. Quod ſi æger.

Primam partem poſſem diuidere in tres ſecundum quod tria affert remedia pro curando teneſmum, partes patebunt diſcurrendo per textum. Primum remedium eſt, trochiſci cum adſunt ſigna frigiditatis, & eſt uentoſitas nociua ab humore frigido eleuata, quæ cum ſonitu emittitur, horum deſcriptio eſt iſta. Recipe ſeminis hyoſcyami albi, frigidi in principio quarti gradus ſtupefactiui, ſeminis anethi calidi in ſecundo reſolutiui uentoſitatis, ſeminis fœniculi ſimiliter calid. omnium ana drachmas, 5. ameos calid. in ſecundo uentoſitatis reſolutiui drachmas duas ſemis, opij drachmas tres, ſeminis apij calid, aperitiui uẽtoſitatis reſolutiui ʒ. 10.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.214

ſiant trochiſci, de quibus detur pondus aurei unius, ſed medietas aurei in primis tẽtanda, nam in uno aureo ingrediuntur plura quàm ſex gran. opij. Secundum remedium eſt, electuarium de ſtyrace conferens antiquo fluxui uentris & teneſmo cum adſunt ſigna frigiditatis & uentoſitatis. Recipe caſtorei calidi in principio quarti, opij correcti aſſari, id eſt, baccarę calidę et ſiccę, ſtyracis liquidę, mirrhę calidorum & ſiccorum, ſeminis hyoſcyami nigri, frigidioris quam album, & deterius, quo raro utendum eſt, eſt enim frigidum in fine tertij gradus, album uero in principio, tertij thuris omnium partes æquales, mellis quod ſufficit ad ſpecierum confectionem. Et debet eſſe quadruplum ad ſpecies, doſis eius eſt a drachmis duabus ad tres, ſed ſufficiat medietas. Tertio, ponit clyſtere conſtrictiuum conueniens in teneſmo poſtquam tranſierint dies uiginti dolore exiſtente in inteſtinis craſſis. Recipe panici excorticati frigidi & ſicci, rizi excorticati calidi & ſicci, lentium excorticatarum, roſarum ſiccarum rub. balauſtiæ, cupularum glãdium omnium frigidarum & ſiccarum ana Manipulum unum, bulliant in tres libras aquæ donec redeant ad unam & ſemis, ſed iudicio meo opus eſſet maiore quantitate aquę pro ſufficienti decoctione de qua accipiatur libram unam & ſemis, deinde miſceatur ſecum ceruſæ frigidæ & ſiccæ, cineris papyri babylonici calidi & ſicci, ſtiptici añ. drachmam unam. Eſt autem papyrus babylonicus, iuncus ſylueſtris ſuper quo antiqui ſcribebant, hoc utimur ad obturandum uegetes ne uinum exeat, boli armeni drachmam ſemis, uitelli duri unius oui, olei roſacei, unciam ſemis, ex his omnibus ab inuicem commixtis fiat clyſtere, eſt enim conſtrictiuum ſua ſtipticitate & uiſcoſitate.

Quod ſi teneſmus fuerit longi temporis in quo non egreditur ſanguis, ſed raſura alba, & mucilagini ſimilis, medicamen putredinis, quod in capitulo putridarum gingiuarum nominauimus, dandum eſt, ex quo in apozemate eorum quæ nominauimus fricato & diſſoluto clyſtere ſemel, aut bis fiat.

Et ſi ex uentris fluxu in uentre uehemens mordicatio ſecuta fuerit clyſtere, fiat ex oleo roſato tepido. Si autem nullo modo mordicat clyſtere ex illo medicamine addatur multotiens donec ſanetur.

In hac ſecunda parte huius quintæ partis principalis curat teneſmum longi temporis quando iam factum eſt ulcus putridum in inteſtino recto, unde illud quod emittitur eſt album ſimile mucilagini ſanioſæ, curat autem ponendo in clyſteri ſupraſcriptæ deſcriptionis medicamen ſuperius poſitum in capitulo de cura gingiuarum ſanguinolẽtarum, quod eſt notabiliter corroſiuum propter arſenicum, calcem, & reliqua acuta quæ ingrediuntur eius compoſitionem, de hoc tamen non eſt in clyſteri niſi parua quantitas imponenda, ſcilicet drachmam ſemis, & ſi non ſenſerit ardorem ponatur ſecunda uice unciam unam, & ſic procedatur augendo quantitatem donec ſenſerit notabilem ardorem, ponitur enim ad cauſticandum carnem putridam impedientem ulceris conſolidationem. Propterea ſubiungitur quod ſi ardor ſuperuenerit clyſterizetur cum oleo roſaceo tepido ad ardoris ſedationem. Illud tamen non fiat immediate, ne operatio medicinæ impediatur.

Epithyma quo uenter cum fluxus uehemens eſt, & uirtus debilitata leniendus eſt. Recipe galliæ, acatiæ, cyperi, mirrhæ, gallarum, cupreſſi, thuris, omnium partes æquales, ex omnibus bis uino ueteri, aut ſucco citoniorum conſperſis liniatur uenter, huic quoque quandoquę additur panis bis coctus de ſyria. Si autem cum hac ægritudine fuerit calor, epythima fieri conuenit ex duobus ſandalis & roſ. & bolo armeno, & fauſel, & gallia, & pane bis cocto cum ſucco macianorum, aut citoniorum, aut myrtino.

In hac tertia parte huius quintæ partis principalis deſcribit duo antidota, primum in cauſa frigida. ſecundum, in cauſa calida, optime ualentia ad fluxũ conſtringendum, & deſcriptiones notę ſunt. Acacia eſt gummi cuiuſdam arboris, quæ non eſt apud nos, ſed pro ea accipimus ſuccum prunellorum immaturorum. Fauſel, id eſt, auellana inda frigida et ſicca, quam non habemus.

Quod ſi æger uehementer patiatur teneſmum & ſæpe uadat ad ſellam, & nihil tamen egreditur, collyrium iſtud ſubijciatur, eſt enim mirabile ad ſedandum teneſmum, quod Recipe thuris, licij, croci, gummi arabici ana drachmam unam, opij drachmas duas informentur collyria & ſupponantur.

In hac parte ultima ponit remedium ultimum in teneſmo ipſius ſedatiuum ſtupefaciẽdo, ex hoc enim medicamine debent fieri collyria, id eſt, ſuppoſ. ſubtilia longua ad quantitatem digiti parui, & debent optime ligari ut poſſint extrahi ad libitum, melior autem modus eſt, ut maſſa ex his medicinis cum albumine oui confecta optime permiſceatur cum lino, ſcilicet accipiendo tantum de lino & maſſa illa quantum ſufficit pro uno lichinio, & bene adinuicem miſceantur, & exiccari permittantur & ſupponãtur apud magnã neceſſitatẽ, ita ut totũ collyrium

anum

anum ingrediatur, & cum dolor incœperit ſedari, & ſomnus induci ilico extrahatur, eſt enim dubium ſi remaneret ne ægrum interimeret.

Recurre tamen pro adminiſtrandis opiatis ad ea quę dixi in tractatu de fluxibus. Raſis enim hic procedit ordine retrogrado in cura teneſmi, nam incipit ab opiatis, cum tamen debeant poſtponi. Item pro cura teneſmi debemus primo facere clyſtere mundificatiuum, deinde conſtrictiuum, tandem his non ſufficientibus adminiſtrentur opiata incipiẽdo iuxta canonem Auicennæ, ab his quæ exterius applicantur. Quibus non ſufficientibus ueniendum eſt ad ſuppoſitoria, dimittendo tamen ea pauco tempore. Tertio ad clyſteria ſuppoſitorijs non ſufficientibus. Quarto ad exhibitionem per os eorum quæ opiata ſunt. Non tamen hæc adminiſtranda ſunt niſi uirtute exiſtente forti, nec quotidie ſed per interualla.

TRACTATVS PRIMVS DE fluxu uentris in generali duo continens capitula.

DE QVIDDITATE SPECIEbus, cauſis, ſignis, & prognoſticis fluxus in generali. Caput I.

FLuxus uentris eſt motus ad expellẽdum rem materialem a corpore per uiam inteſtinorum & ani factus a uirtute, aut aliqua cauſarũ præternaturalium. In hac diffinitione ly motus cadit loco generis. Et tangitur per ipſum cauſa formalis fluxus. Per ly ad expellendum tangitur finis, eſt .n. cuiuſcunq; fluxus finis materie a corpore expulſio. Per ly rem materialem manifeſtatur materia ſiue obiectum a corpore expellendum ſcilicet ad differentiam uaporis uentoſitatis, & ſpiritus, quę non dicuntur res materiales apud medicos. Per ly a corpore per uiam inteſtinorũ, & ani, ponitur cauſa materialis, in qua reliquæ particulæ diffinitionis manifeſtãt cauſam efficientem, fit enim aut a uirtute expulſiua, aut ab aliqua cauſarum præternaturalium, ſicut a cõpreſſione facta ſuper uentrem, aut a grauitate materie uirtute iam defecta, ſicut accidit in timentibus, & in propinquis morti in quibus caſibus, aliquando nullo modo uirtus expulſiua concurrit, ſed eſt defectus contentiuæ, quę tamen non eſt per ſe, & adequata cauſa fluxus, cum nullũ priuatiuum ſit per ſe cauſa poſitiui, ſed per ſe concurrit grauitas materiæ, & alia huiuſmodi, defectus aũt cõtentiue per accidens.

Species & differentie fluxus ſumi poſſunt ſecundum unamquanque cauſam in diffinitione poſitam ut a cauſa formali, quia motus ille eſt ſuauis uirtuti & repletioni proportionatus, aut inſuauis, illis non proportionatus. Similiter a cauſa finali, quia aut expelluntur nocentia, & dicitur laudabilis, aut iuuantia & dicitur illaudabilis. Similiter a cauſa materiali obiectiua, quæ fluxu expellitur ſumuntur hæ differentię. Quod enim expellitur. Aut eſt quid extrinſecum incorporeum ſicut cibi, potus, & medicinæ, & ſub lubricitate, & lienteria continetur. Aut eſt quid intrinſecum corporeum. Et hoc eſt duplex, aut eſt immediate ex cibo genitũ ſecundum plurimum eius. Et hoc eſt duplex, ſcilicet chilus, & dicitur fluxus chiloſus, aut eſt fex, ſiue ſtercus, & dicitur feculentus, ſeu multi ſtercoris, aut non eſt immediate ex cibo genitum. Et eſt duplex, ſcilicet continens & contentum. Continens ſicut membrum, pars membri, fruſtum eius, aut pellicula &c. Contentum uero quod fluxu expellitur. Aut eſt ex naturalibus humoribus, puta sãguine, phlegmate, cholera, et melancholia, & ab humore ꝓprio generaliter nuncupatur, quia ſanguineus, phlegmaticus, cholericus, & melancholicus, & ſpecialiter a ſpecie uniuſcuiuſque, ſicut phlegmaticus ſalſus, cholericus uitellinus, & ſic de ſingulis: aut eſt ex non naturalibus ſicut fluxus a prædictis humoribus corruptis perductus, quia fetidus, praſſinus, eruginoſus, ſanioſus, uirulentus, lotiuus, ſicut lotura carnis, aquoſus, feculentus, niger, ſicut ſang. aut uini fex, felleus niger, et niger melãcholicus, et per aduſtionẽ phlegmatis genitus et fluxus diuerſorum colorum, & quod eſt ſimile carni epatis. Et hi ſecũdum plurimũ ſunt ſpecies epatici. Et quandoque eſt ex uermibus quotidie aut frequenter expulſis, ſicut in infantibus qui lacte nutriuntur, et quandoque eſt ex lapidibus, quem tamen nunquã uidi, cum tamen ſemel uiderim apoſtema ex lapidibus duris, & ſatis craſſis in inguine, & lapides e pulmone excreatos.

Differentię aũt fluxus ſumpte a cauſa materiali in qua, ſunt huiuſmodi. Aut .n. fluxus eſt a toto. Aut a mẽbris particularibus. Si a toto ſic eſt quintuplex, ſcilicet diaria, fluxus ſanguineus, fluxus diuerſorum colorũ, fluxus liquefactiuus, & cholerica paſſio. Si aũt ſit a parte, aut eſt a cerebro, & dicitur cerebralis, aut a ſtomacho & dicitur liẽtericus ſiue ſtomaticus, aut ab inteſtinis in quib. materia paulatim cõgregata eſt. Et eſt quadruplex, ſcilicet lubricitas inteſtinorum, diarrhoea, fluxus ſanguineus, & dyſſenteria. Et hęc diſſenteria eſt triplex, aut ab inteſtinis ſuperioribus gracilibus, ſcilicet duodeno & ieiuno, aut a medijs, ſcilicet ileon & ſacculo aut a duobus inferioribus, ſcilicet colon & recto, nonnunquam ab extremitate inteſtini recti, & dicitur teneſmus. Diſenteria tamen ſecũdum plurimum eſt a materia ab alijs membris ad inteſtina defluxa.

Fluxus uero ab epate & kiſti fellis & meſeraicis dicitur epaticus. Materia etiam non fluente ab his dicitur epaticus, quando ſcilicet eſſet propter ipſorũ nocumentum, ſicut eſt fluxus chiloſus.

Fluxus autem a ſplene dicitur ſpleneticus ſecundũ plurimum exiſtens melãcholicus: ſiue materia ab ipſo ſplene defluat, ſiue non, modo ſit factus impotens ſcilicet ad debite trahendum melancholiam aut propter oppilationem, aut debilitatem attractiue.

Ex quo infertur non eſſe inconueniens eundẽ fluxum ſimul epaticum & ſpleneticum nuncupari poſſe ob rationes diuerſas. Deſcriptiue enim epaticus eſt qui fit uitio epatis, ſicut ſpleneticus qui fit uitio ſplenis, nunc autem contingit utriuſque uitio eundem fluxum fieri.

Sed a cauſa efficiente ſumuntur differentię fluxus, quia aut fit a uirtute ex ſe principaliter operãte, quia primo digerit, ſecundo diuidit, tertio nociuum ex-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.215

pellit,& dicitur fluxus criticus. Aut fit a uirtute ſtimulata non ordinate hos actus perficiente,& dicitur ſymptomaticus, ſiue ruinoſus, in quo nociuum & iuuatiuum ſimul expellit. Symptoma enim græce eſt periculum,& ruina latine,inter quos intereſt multum.Nã in primo ſicut debet eſſe ordine naturali,expulſiua prius incipit quam retentiua cedat,& paulatim ſicut expulſiua expellit,ita retentiua cedit.Econtra in ſymtomatico prius cedit retẽtiua quam expulſiua expellat,& aliquando hæ duæ uirtutes quæ ſibi debent eſſe naturaliter ſubordinate inter ſe aduerſantur,cum aliquando conante expulſiua expellere conetur retentiua retinere, quæ contrarietas non eſt in fluxu critico.

Fluxus autem ab oppilatione contingens qui oppilatiuus nuncupatur ſecundum plurimum eſt ſymptomaticus. Fluxus autẽ facti ab alijs cauſis præter naturam efficientibus non concurrente uirtute ſunt ex toto genere illaudabiles,& ſi fiant a cauſis efficientibus,non naturalibus,ſicut a cibis & medicinis, aẽre & ſimilibus quãdoq; ſunt laudabiles quandoque illaudabiles,ſed cum tot ſint differentiæ,ſcilicet fluxus ſumptę ab his cauſis in diffinitione poſitis hic.

In primis proſequar differẽtias fluxus quę ſumuntur a cauſa materiali in qua.Deinde illas quæ ſumuntur a cauſa materiali obiectiua.Tertio quæ ſumũtur a cauſa efficiente. Quarto quæ ſumuntr a cauſa formali.Quinto proſequar differentias fluxus ſumptas a cauſa finali &c.

Sed pręter cauſas fluxus generales a quibus ſumũtur ſpecies,& differentię fluxus ſunt alię cauſę minus generales,ſcilicet fortitudo membri, uel membrorũ mittentium, debilitas inteſtinorum recipientiũ,latitudo uiarũ,pręſẽtia materię aptę ad fluxum ſua multitudine modo ſubſtãtie mediocri et ſua qualitate uirtutem ſtimulante. Sicut econtra cauſa diminutionis aut priuatiõis fluxus ſunt, debilitas mẽbrorum mittentium,fortitudo recipientium, ſtrictura meſeraicarum,& aliorũ ductuum,materiæ inobedientia,quia pauca aut nimis craſſa, aut uiſcoſa aut ſubtilis imbibita, carens acuitatę & mordicatione.

Cauſę autem magis particulares ſecundum plurimum concurrentes ſunt debilitas attractiuæ, debilitas retentiuæ,debilitas & corruptio digeſtiuæ,debilitas expulſiuæ, & quandoque ipſius acuitas & fortitudo,hæ autem ſequuntur malitiam complexionis ſine materia,& cum materia cuiuſcunque generis,licet ſit rarius ſicca in cauſa, uerum attractiua amplius debilitatur frigido,& retentiua humi.et digeſtiua debilitatur frigido, licet a caliditate ſuperflua corrumpatur. Expulſiua uero debilitatur ſicco,& a ſuo contrario fortificatur,licet omnis immoderata diſcraſia deijciat actum cuiuſcunque uirtutis. ſecundo techni. Debilitãtur quoq; propter malam compoſitionem & proprie oppilationem,aut ægritudinem in ſuperficie, ſimiliter propter ſolutã continuitatem,& apoſtemata. Cauſę aũt corporeę magis remotæ ſunt quecunq; poſſunt huiuſmodi ęgritudines ſimplices aut compoſitas cauſare.

Cauſæ autem primitiuę ſunt res non naturales inconuenienter applicitæ,ſicut aẽr propter malam diſpoſitionem eius manifeſtam uel occultam, et corruptionem ſuæ ſubſtãtię.Et ſimiliter cibi & potus mali chymi multarum ſuperfluitatum, malę proprietatis malæ præparati, & inconuenienter ſumpti, & ſic de cæteris rebus non naturalibus,et ſibi annexis.Et quãdoque res extraneæ ſunt in cauſa,ſicut morſus ſerpẽtum,caſus,percuſſiones,& ſimilia &c.

Signa fluxus generalia demõſtratiua & rememoratiua ſatis manifeſta ſunt,ſed pronoſtica futuri fluxus ſunt huiuſmodi.

Primum, ſigna arguentia cacochymiam, & materiæ multitudinem, & proprie cum non eſt ſanguinea.

Secundum plurimus euentus fluxuum tẽpore illo quod contingit, ſcilicet ex aẽris diſpoſitione manifeſta uel occulta,aut ex ciborum malitia.

Tertium retentio aliarum euacuationum conſuetarum,ſcilicet uomitus,ſudoris, fluxus ſanguinis narium,hæmorrhoidalis aut menſtrualis,urinæ & cæterorum.

Quartum, rugitus & dolor circa uentrem, & proprie deſcendens.

Quintum, maior tinctura & humoroſitas egeſtionum conſueta.

Sextum, tumor ſiue augmentum magis conſueto circa hypochondria.

Septimum, quando urina poſt egeſtionem perſeuerat ſubtilis & alba, tunc expectatur fluxus uentris qui forte erit cum raſura inteſtinorum,& proprie cũ non ſentitur euentus nocumenti in altero membro, neq; alia manifeſta euacuatio. Particularia uero ſigna dicentur in particularibus capitulis.

Pronoſtica. Omnis fluxus perducens ad caſum pulſus,aut manifeſtam eius debilitatem,ſicut eſt uermicularis aut formicans, aut ad frigiditatem extremorum perſeuerantem mortalis, & moritur ęger poſt pulſus deſtructionem cum frigiditate extremorum.

Secundum, omnis fluxus ſequens aliquam ægritudinem cum quo illa ægritudo non minuitur cum mala ęgri tolerantia,mortalis,ſignificat enim humorum plurimum corruptionem.

Tertium in hydropiſi fluxus omnis ſecundũ plurimum malus,ſanguinolẽtus, peſſimus & mortalis.

Quartum poſt fluxum fortem ſingultus ſuperueniens,mortale ſecundum plurimum.

Quintum ſi retẽtio ſuperfluitatum moleſta,et eius expulſio non alleuiat,& fluxus diu durauerit, mortale.

Sextum fluxus prolixus in ſenibus mortalis.

Septimum fluxus uentris cum nauſea, & uomitu ualde malus.

Octauum ſi in fluxibus apparent puſtulæ, & ſubito deliteſcunt,malum,earum uero egreſſio & multiplicatio bona.

Nonum in uentris fluxibus mutationes egeſtionum iuuant,ſi non ad malum ſe tranſmutauerint,unde ſi fluxus fuerit niger ex aduſtione, poſtea fiat uiridis,deinde citrinus fit in melius tranſmutatio.

Decimum fluxus ſequens apoſtemata intrinſeca ſecundum plurimum mortalis.

Vndecimum alchera,id eſt, traulis accidit diaria plurima propter humiditatem dominantem ſuper membra ipſorum neruoſa, id eſt, ſuper ſtomachos eorum cum communitate ſuorum cerebrorum.

Duodecimum

Duodecimum ſecundum plurimum ille qui eſt lenis aut dure naturæ in pueritia, eſt apud ſenectutem contrario modo ſe habens.

Decimumtertium omnis fluxus uentris accidens poſt ægritudinem uehementem eſt ſignificatio mortis,quia ſignificat corruptionem ſubitam,& propriè in ſenibus.

Decimumquartum cum cibatur habens uentrem liquidum,& non additur uirtus eius,tũc nõ cures eũ.

Decimumquintum qui egerit ſpecies diuerſas cũ multa corruptione nõ eſt conſtringendus niſi uirtus cadat,perducit enim ad ægritudines difficiles & fraudulentas ſi conſtringatur.

Decimumſextum ſi alicui fluxus uentris conſtringatur,& non fortificatur ſignificat quòd corpus non recipit cibum.

Decimumſeptimum ſi quis plus aſſellat in die quã in nocte,& quandocunque ſumpſerit cibũ tunc cauſa eius eſt debilitas ſtomachi,ſi autem plus in nocte q̃ in die cauſa eſt debilitas epatis.

Decimumoctauũ multotiens ſuccedit fluxui propterea quod expellitur ſubtile,& remanet craſſum colica uehemens.

Decimumnonum eſt Auic.cũ retentio conturbar, & ſolutio facit acquirere tranquillitatem,mortale ſecundum plurimum.Quod dictum intelligitur de retentione rationabiliter facta, & de ſolutione faciente tranquillitatem reſpectu nocumenti ſecuti ex retentione,non autem reſpectu diſpoſitionis principalis, ſicut accidit in phthiſicis aut alio modo conſumptis, & ualde debilibus,quorũ uirtutes naturales proprijs grauantur humoribus, eſt enim mortale, cum ſit neceſſarium aut ſolutionem, ſcilicet more, aut retineri, quorum utrumque ducit ad mortem,& ex hac gloſſa apparet ſolutio omnium inſtantiarum quę contra hunc textum. A. fieri conſueuerunt.

DE REGIMINE VNIVERSALI PRÆſeruatiuo & curatiuo. Cap. II.

Regimen fluxus eſt duplex,preſeruatiuum & curatiuũ. De preſeruatiuo ſit prius ſermo quod tribus completur intẽtionibus. Prima euacuat humores ſuperfluos. Secũda diſcraſiam membrorum alterat, quæ ſunt cauſa fluxus ipſa confortando,oppilationes & cætera ipſorum nocumenta remouendo. Tertia ordinat debitũ regimen ſex rerum non naturalium.

Pro prima intentione ſi humor ſuperfluus fuerit ſanguineus aut alij humores mixti cum ſanguine, dominante ſanguine aut ipſis equatis ad bonum intellectum,ſcilicet ſecundum debitam proportionem geometricam fiat phlebotomia, aut alijs modis ſanguis minuatur,deinde alij humores ſecundũ opportunitatẽ euacuentur,ſi uerò alij humores ſanguini dominarentur prius educantur, poſtea ſanguinis minutio fiat,& ſi ſoli ſine ſanguine peccauerint ſoli educantur,& ſimiliter ſi ſolus ſanguis peccet ſine alijs, quod rariſſime accidit in fluxibus ſolus euacuetur. Phlebotomia uerò fiat à uenis euacuantibus à membris in quibus materiæ peccantes continentur, ut ſi in matrice fuerit retentio menſtruorum aut fluxus hæmorrhoidarum in cauſa phlebotomentur ſaphene, & ſi in cauſa fuerit epar phlebotometur baſilica dextra,et ſi ſplen baſilica ſiniſtra, & ſi totum uena communis, & ſi caput cephalica aut fiant uentoſationes aut ſanguiſuge apponãtur ſecundum horum membrorum exigentiam & ſanguinis quantitas educatur ſecundũ exigentiam repletionis, & tolerantiam uirtutis. Similiter alij humores euacuentur cum proprijs reſpicientibus humores peccantes & membra in quibus peccant quæ medicinæ ſint benedictæ non exoluentes,neque membra debilitantes ſicut aloẽs lotus,agaricus,& proprie præparatus,reubarbarum,mirabo. ſena,epithymũ,caſſia,manna,& ſimilia. Cauẽdum eſt à ſcammonea colocynthidæ,turbith,elleboro, cucumere aſinino,euphorbio,& ſimilibus corpus inflãmantibus & membra debilitantibus. Et ex compoſitis ſunt pilulę alephãg. de hiera ſimplici, communes, de reub. ſtomaticæ & ſimiles. Item, diacatolicon eleſcof. diaprunis compoſitum nõ ſolutiuum,& ſimilia.

Cauendum eſt etiam ab aggregatiuis aureis & ſimilibus,item ab electuario de ſucco roſarum diaphœnicone electuario indo, diaprunis ſolutiuis & ſimilib. Niſi forte ex his exoluentibus aliquid modicũ cum medicinis benedictis ſupra ſcriptis miſceretur in corpore forti,cuius uenter non eſſet obediens, & hę intẽtiones maxime in corpore repleto ſint integrate ex minoratiuo digeſtiuo & eradicatiuo etiam iteratis ſecundum opportunitatem &c. Secunda intentio, ſcilicet diſcraſiæ membrorum alteratio perficitur cum contrarijs membra ipſa proprietate & moderata ſtipticitate confortantibus. Maxime autem confortãdus eſt ſtomachus & epar cum ſint potiſſima cauſa generationis humorum. Quapropter eligãtur propria frigida,ſicut aqua endi. & ſyru. eius, aqua cuſcutę, cicorę,& ſimiliũ &c. Et calida propria ſunt ſicut aqua abſynthij,eupatorij,& ſyrupi ex ipſis. Item diarodõ abbatis,triaſandali,aromaticum ro. & ſimilia. Et ex proprijs confortantibus ſtomachum & epar ſunt pelliculæ intrinſecę ſtomachorum gallinarum lote cum uino & exiccate. Epar adip. id eſt lupi caro limaciarũ. Item, epar gallinarum anſerum, & anatum, paſſulæ, fiſtica,& auellanæ torrefactæ. Et ſi fuerint oppilationes ſyr. ace. compoſitus, de eupatorio & ſimiles. Et ſi ſplen fuerit in cauſa propria ſunt tamariſcus,ſcolopẽdria,cortices,radicum capparorum,ſem. agni caſti, ſem. portu. acetum,& ſimilia. Cauendum tamen eſt à ſuperfluo uſu aceti & propriè acuti, tam in cibis q̃ in medicinis &c. Tertia autem intentio,ſcilicet debitum regimen ſex rerum non naturalium eſt ut aẽr ſit temperatus, aut aliqualiter cõtrarius diſcraſiæ membrorum corrigendæ. Cauendum autem eſt à uentis & aẽre lacunali aut excedente ſecundum aliquam qualitatem,aut aliter infecto & putrefacto. Sit parcus in cibo & potu,& fiant naturæ digeſtiones & uinum ſuum ſit pauciferum, aut mediocris uinoſitatis moderata ſtipticitate participans,& lymphetur ſecũdum exigentiam temporum complexionum & conſuetudinum cum aqua bene conditionata, & ſimiliter cętera cibaria ſint etiam boni chymi, facilis digeſtionis,paucarum ſuperfluitatum bene pręparata nõ ualde fluentia neque nimis ſpiſſa. Cauendum eſt à diuerſitate ciborum in menſa una, ſurgat etiam à menſa cum reliquijs famis,neque comedat niſi fame præcedente. Somnus eius ſit mediocris & ſit maximè

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.216

nocturnus, in meridie tamen dormire poteſt per horam à medio Madij uſq; ad medium Auguſti. Procuret omnes euacuationes à natura inſtitutas, & etiã diu conſuetas, & ſi non fuerint naturales. Coitus ſuperfluus uitetur. Et non coeat niſi à natura fuerit multum ſtimulatus. Vitentur motus ſuperflui intenſiuæ & extenſiuæ. Exercitium tamen moderatũ ſtomacho ieiuno conuenit. Sit ſperans gaudens, & omnes animi delectationes quærat. Solicitas & triſtes animi fugiat cogitationes, iram, triſtitiam, & omnia accidentia animi ualde exceſſiua &c. Nunc ſequitur de cura ipſius fluxus in generali: cuius principiũ ante ponebatur, nunc autem etiam ponetur.

Cura fluxus in generali ſeptem completur intẽtionibus. Prima cauſam remouet, aut ſaltẽ minuit, ſiue ſit corporea, ſiue incorporea. Secũda membrum mittens regit ſi aliquod eſt in cauſa ſuperflua ab eo euacuando, diſcraſiam eius corrigendo & ipſam confortando. Tertia inteſtina confortat & mundat à ſuperfluitatibus in ipſis exiſtentibus & dolorem ex curſu humorum præcedentium lenit. Quarta humorem ad inteſtina fluentem uel fluxurum diuertit. Quinta humorem incraſſat uias & ductus conſtringit & inteſtina confortat ne recipiant etiam ſenſum obtundens apud neceſſitatem. Sexta accidẽtia corrigit. Septima ordinat debitum regimen ſex rerum nõ naturalium & annexorum ſecundum exigentiam intentionum.

Prima intentio, ſcilicet cauſæ remotio aut minoratio completur hoc modo. Nam ſi ſit cauſa primitiua, ſcilicet cibi & potus hoc facientes, aut conſtitutio auſtralis aut borealis, & aër male diſpoſitus ſecundũ qualitates manifeſtas aut occultas: aut modũ ſubſtantiæ ſicut fuit anno .1450. Ferrarię in quo fuit multitudo fluxuum quæ ueriſimiliter pendebat ab aëris diſpoſitione. Effectus namque uniuerſales reſolui debent in cauſas uniuerſales. Hæc ergo & ſimilia remoueantur & inducatur regimen contrarium. Similiter & potus fluxũ facientes aut augentes uitandi ſunt & his contrarijs eſt utendum. Similiter aër uentoſus uitandus eſt & eius exceſſus ſecundum qualitates manifeſtas eſt contemperandus. Et ſi corruptus ſit cũ igne & odoriferis corrigendus eſt. Idem eſt iudicium ſi accidentia animi fuerint in cauſa. De fluxu tamen à rebus non naturalibus & extraneis exiſtente eſt ſpeciale capitulum inferius. Quod ſi in cauſa eſt medicina ſolutiua frangatur eius audacia, & cito à corpore educatur cum aqua calida ſumpta in potu etiam uſq; ad. ℥.12. ſex tamen ℥. communiter ſufficiũt, aut cum aqua hord. ſola, aut mixta cum zuccharo rubeo quæ lauando & abſtergendo eam educit, aut cum comprimentibus, & propriè cum ſucco cydo. aut cydonijs ipſis & ſimilibus comprimentibus, & propriè præcedentibus huiuſmodi lauãtibus, & abſtergentibus, de quibus ſtatim dictum eſt. Et clyſteria lauatiua & abſterſiua optime cõferunt. Si uerò cauſa fuerit corporea ſicut multitudo aut malitia humoris, et fluxus fuerit qualis & quantus oportet, & in ſumma uirtuti & repletioni proportionatus, iuxta ſententiam Hip. dimittatur. Eſt enim natura tunc ſufficiens in ſuis ſuperfluis expurgandis, huius autem ſignũ eſt potiſſimum quia confert & bene fertur. Si uerò fuerit ſuperfluus uirtuti aut repletioni improportionatus cohibẽdus eſt iuxta ordinem ſequentium intentionum. Si autem fluxus fuerit diminutus in cõparatione ad multitudinem materiæ aut eius malitiam ſecundũ quod accidit in fluxibus communiter occurrentibus præcipue his temporibus in quibus eſt tanta multitudo fluxuum quorum materia multa & maligna exiſtens paulatim & in longo tempore à natura educta quandoque nocẽs membris principalibus in quatuor diebus interficit, & quandoq; inteſtina excoriat, & tandem profundius ſoluit continuum ita ut interficiat aut ulcera magna derelinquat. In his enim caſibus cõſiderandum eſt qualis ſit materia. Si enim fuerit ſanguis aut mixta cum ſanguine & proprie corpore exiſtente carnoſo & cæteris omnibus, aut pluribus conſentientibus phlebotomiæ, phlebotomentur, aut de uena cõmuni ſi repletio ſit in toto aut de baſilica dextra ſi epar fuerit in cauſa, aut ſiniſtra, ſi fuerit ſplen in cauſa, aut ex ſaphenis ſi retentio menſtruorum aut hęmorrhoidarum fuerit in cauſa, & hauriatur quantitas ſanguinis ſecundum exigentiam circunſtantiarũ. Sunt tamen huiuſmodi materiæ & proprie facientes dyſenteriam communiter multum diſtantes à natura ſanguinis ſicut cholera praſſina & alij humores in melancholiam per aduſtionem uerſi, unde ſecundum plurimũ non competit phlebotomia. Si autem non fuerit mixta cum ſanguine & natura tentaret eius euacuationem per aliam regionem ſicut per uomitum ſudorem & urinam, & cætera adiuuetur, ſic enim materia per illas regiones paucificata fluxus uentris minorabitur. Si autem nullum horum adſit ſecundum quòd eſt in diarrhœis & dyſenterijs communiter occurrentibus. Eſt iuxta primam intentionem materia per eandem regionem minoranda, & propriè cũ fuerit multa aut maligna ratione quantitatis occulte aut manifeſte, & hoc quàm citius fieri poteſt. Solutiuũ autem debet eſſe in principio hoc modo conditionatum. Primo, ſit frigidum potentia ſi humores ſunt calidi ſecundum quòd eſt ut plurimum & propriè in dyſenterijs. Secundo, ſtomachi confortatiuũ & etiã inteſtinorum. Tertio, humoris fluentis eductiuum. Quarto, non multum ſtipticũ ut in principio. Si humores ſint frigidi, non tamen multũ declinent ad calidum. Si ergo humor fluens fuerit cholericus ſecundum quòd eſt frequenter & propriè qui facit dyſenteriam. ℞. tamarindorum. ʒ.2. uel ab. ʒ.2. uſq; ad. 3. diſſoluantur cum. 3. ℥. aquę lactis & addatur. ℥.1. uel quantum ſufficit iulep ro. aut ſyr. de ribes aut de acetoſi. citri. aut de acreſta. Et ſi deficeret aqua lactis ſumatur aqua plantagi. uel endi. uel portu. uel florum nenufaris. Et ſi humor fluẽs fuerit melancholicus in 4. ℥. aquæ caſei ponatur in infuſione. ʒ.1.s. ſene, craſſo modo puluerizate, aut. ʒ.1. epithymi. Et bulliat epithymum una ebulli. ſed ſcene longiori tempore, & colata ab epithymo aut à ſcena miſceatur cum. ʒ.1 myrabo. indorum, & dulcoretur cum. ℥.1. ſyr. uiol. aut de floribus nenufaris ſi malãcholia fuerit aduſta.

Si uerò non aduſta cum. ℥.1. ſyrupo de epithymo & calida exhibeatur. Cauendum tamen ſi ſtomachus ſit abhorrens ne medicina ſit nimiæ quantitatis ne cogatur ad uomitum, & in eo caſu minuatur aqua caſei aut alter liquor, dummodo poſſit potari & remaneat eiuſdem potentiæ, & ſi deficeret ſerum caprinum, ſumatur aqua boraginis uel bugloſſæ, ſi melancholia fuerit non aduſta. Si uerò fuerit aduſta ſumatur

matur

matur aqua uiol. & florum nenufaris, multotiens tamen propter uomitus timorem cogimur dare in forma pillularum, & in hoc caſu in materia melancholica accipiantur. ʒ.s. ſcene, & ʒ.s. mirabo. indorũ cum duobus gra. zing. & in cholerica à ʒ.1. reubar. uſq; ad 2. & conficiantur pilulæ cum aqua plantag. aut ſero caprino aut aliqua ex aquis ſuprapoſitis. Si autem humor fuerit phlegmaticus tunc ſumat. ʒ.s. uel quantum ſuffi. pilulæ alephanginarum aut tantundem pillu. ſtomaticarum deſcrip. Me. quæ incipit. Pillulę ſtomaticæ ſtomachum & digeſtionem confortant, & ſi mallet medicinam liquidam. ʒ.3. carthami craſſo modo contuſi cum. ℈.s. galãge infundantur in. ℥.2. mellis ro. per ſex horas, poſtea colentur & ipſi melli ro. ſic colato & expreſſo addantur. ʒ.2. mirab. Kebulorum ſubtiliter puluerizatorum, & cum ſuffic. quantitate aquę abſynthij ſumatur in potu, & ſi phlegma ſit ſalſum diſtemperentur cum aqua caſei, & loco carthami poſſunt accipi. ʒ.2. polypodij & infundi ſicut dictum eſt de carthamo. Si autẽ humores fluentes fuerint mixti ſicut phlegma & cholera ſecundum quòd eſt frequenter exhibeatur reubarb. à. ʒ.1. ad. 2. cũ ſuf. quanti. aquæ caſei aut aquæ endi. & uno cocleario uini, & dulcoretur cum iulep. roſ. aut ſimilibus tuo propoſito deſeruientibus. Et ſi cũ his mixtis fuerit humor melancholicus bulliat in aqua caſei aliquid ſcene aut epithymi aut mirab. indorum & cum ea ab eiſdem colata diſtemperetur reubarbarum aut ex reubarbaro conficiãtur pilu. ſicut dictum fuit ſuperius addẽdo aliquid ſcene epithymi aut mirab. indorum. Myrabolani enim in omnibus ſeruiunt caſibus. Citrini ad choleram euacuandam, Kebuli ad phlegma. Indi ad melãcholiam, & poſſunt exhiberi in infuſione ubi parua ſit intentio ad conſtringendum, ubi autem maior non dentur in ſubſtãtia torrefacti, ſed ubi adhuc maior exibeantur torrefacti, ſicut cum fluxus multum præceſſerit, idem iudicio de reubarbaro & cæteris medicinis, parum enim conſtringendum eſt in prin. in medio mediocriter, in fine maxime.

Moderni tamen quidam in omni fluxu & in omni tempore indifferenter utũtur reubarbaro torrefacto.

Eſt etiam uariandum in ſolutiuis ſecundum diuerſitatem excoriationis uel alterius nocumenti ex parte loci: nam ſi excoriatio ſit in ſuperioribus, ſcilicet ieiuno & duodeno magis cum timore ſoluendum eſt, & cum his quæ ſtomachum & inteſtina cõfortant, licet in hoc caſu multum properandum ſit cum ægritudo non det inducias quantas dat cũ excoriatio ſit in alijs inteſtinis. Si uerò in medijs, in ileo & ſacculo iudiciũ eſt medium. Si in infimis, ſcilicet colo & recto, audacius eſt ſoluendum. Eſt etiam ſecundum hanc uarietatem diuerſificanda medicinarum cuiuſcunque generis approximatio, quia ſi excoriatio ſit in duobus ſuperioribus, medicinę dentur per os, quia iuxta Ga. clyſteria non tranſcendunt ieiunum, imò in dyſenterijs neque ad ileon perueniunt, quia clyſteria parum retinentur, & eſt continua uoluntas ad expellendum etiam cũ imponuntur. Si uerò in duobus inferioribus maxime conferunt clyſteria, parum uerò medicinæ bibitæ, in duobus medijs iudicium eſt medium, utreque enim mediocriter conferunt. Secũda intentio, ſcilicet regimen membri mittentis expedienda quàm citius fieri poteſt. Tria exigũt regimina. Primum eſt materiam ſi qua ſit in ipſo euacuare. Secundum dyſcraſiam eius corrigere. Tertium ipſum confortare ut fiat minera laudabilis humoris. Euacuatio autẽ per phlebotomiam qualiter debeat fieri dictum eſt in prima intentione, euacuationes etiam reliquæ ibidem dictæ quantum poſſibile eſt reſpiciant membrum mittens. Dyſcraſia etiam membri mittentis contrarijs corrigatur interius & exterius applicitis quæ moderata ſtipticitate participent, & ſingularem habeãt ad ipſum proprietatem ut uirtutes ipſius confortentur.

Tertia intentio ſcilicet inteſtinorum mundificatio, confortatio & doloris ſedatio, quæ die immediate ſequente exequenda, aut quàm citius fieri poſſit completa prima intentione perficitur. Si excoriatio aut dolor aut aliud nocumentum ſit in inteſtinis ſuperioribus & ab humore calido cum aqua hord. calida in potu ſumpta. Cuius q̃titas ſit circa. ℥.5. & ſi uolueris magis confortare miſ. ℥.3. aquæ hordei cum. ℥.2. iulep ro. uel cum ʒ.s. zucchari ro. & ſi humor fuerit frigidus miſceatur tantũdem aquæ hord. aut aquæ zuccharate cum ℥.2. mellis roſ. & calida ſtomacho ieiuno ſumatur in potu, & ad hanc intentionem eſt aqua lactis ſumpta in potu propriè cum humores fuerint aduſti aut bauradij. Si uerò nocumentũ fuerit magis in inteſtinis inferioribus fiat hoc clyſtere commune in cauſa calida ℞. aquæ hord. factæ ſecundum artẽ ℥.16. uel. 17. olei roſ. ℥.3. uitelli oui nume. 1. adipis renum capræ uel hircine. unc. 1. fiat clyſtere, & ſtomacho ieiuno tepidum imponatur. Debent enim clyſteria in hoc caſu eſſe minus actu calida quàm in alijs caſibus, aliter non poſſunt retineri. In cauſa uerò frigida loco aquę hor. ponatur aqua mellis, aut ſupra ſcriptis addatur mel. ro. unc. 2. & oleũ camomellinũ eſt in hoc caſu conueniens. Clyſtere quoque ex aqua decoct. furfuris, aut ex brodio renum capre uel caſtrati aut ex ambobus ſimul mixtis cum reliquis in altero clyſteri poſitis eſt in hoc præſtans. Et ſi materia eſſet nimis calida naturaliter aut per aduſtionem, ſicut eſt cholera zinaria aut praſſina aut melancholia genita per aduſtionẽ choleræ, ſuc. portul. aut cucurbite aut mucilago pſillij ſupra ſcripto clyſteri facto ex aqua, ſcilicet hordei &c. addatur in quantitate. unc. 2. aut quantum uidebitur. Si uerò nocumentum ſit in inteſtinis medijs, tunc & potata & clyſterizata conueniunt diuerſificanda ſecundum materiæ diuerſitatẽ.

Quarta uerò intentio, ſcilicet materiæ diuerſio immediate poſt tres primos dies expedienda uel immediate poſt tres primas intẽtiones expedienda, aut etiã ſimul cum ipſis ſi fieri poteſt perficitur cum phlebotomijs dictis in prima intentione ſi fuerint in caſu expedientes. Itẽ, uomitu ſi ad ipſum natura inclinetur ponendo digitum aut pennam oleo intinctã in ore. Vomitiua tamen fortia quæ poſſent nocere in fluxu uitanda ſunt. Lenia autem ſicut aqua hord. tepida & ſimilia concedi poſſunt. Similiter prouocari poteſt urina cum lacte ſe. cõmunium in cauſa calida aut decoct. radicum aſparagi & ſimilium in cauſa frigida, & citonia ſunt ad hoc ſingularia, prouocãt enim urinam & confortant & ſtringunt fluxum, prouocatio etiam ſudoris cunctas in hoc diuerſiones excedit penes Hip. inquit enim quòd uomitus ſedat fluxum & fluxus uomitum, & uomitus uomitum, & fluxus fluxum, ſed ſudor utrunq;. Prouocatur autem ſudor

& ſimul

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.217

& ſimul fit diuerſio ad extrema lauãdo brachia cum aqua calida fricando & attrahendo ab humeris uerſus manus. Item, receptio fumi ab aqua calida eleuati ad faciem pectus & reſiduum corporis eſt ad hoc conueniens. Item, poſitio ægri in balneo uel in ſtupha in quo ſudet. Et ſomnus adiuuat ad ſudorem & anhelitus retentio, ligationes quoque uẽtoſationes & uerberationes partium ſuperiorum fluxuum materiam diuertunt, ſed lotio, fricatio, & ligatio crurium ſuſpecta eſt ne materia mota inferius amplius fluat ad inteſtina, ad quæ fluere incepit, & in his caſibus omnibus omnis euacuatio naturalis, ſiue præternaturalis diu conſueta prouocetur, unde prouocentur menſtrua et ſanguis hęmorrhoidalis, & fluxus ſanguinis narium diu conſuetus, & ſi qua ulcera antiqua cõſolidata fuerint reſcindantur, idem ſit iudicium in cæteris.

Quinta intentio, ſcilicet humorum incraſſatio, uiarum & ductuum conſtrictio perficitur cum interius ſumptis, exterius applicitis ſuppoſitis & ſuffumigatis, quæ interitio eſt, aliquando citius, aliquando tardius ſecundum materiæ multitudinem & uirtutis tolerantiam exequanda. Rob conueniens in cauſa calida ſunt rob de ribes, de acreſta, de cornibus, de berbere, de ſumach, & eſt etiam propriũ, prohibet enim ne uiſcera materiam ad ipſa fluentẽ ſuſcipiant rob de moris immaturis, de cydo. de piris, de acetoſitate citri. & cum hoc eſt proprium in confortatione cordis rob de fructibus. M. rob. myrtinum. Et ex eiſdẽ poſſunt fieri ſyrupi, ſed rob ſunt præſtantiores, quia zuccharum & mel uentrẽ liniunt, his ergo uel aliquo iſtorum utere, exhibendo ab unc. s. uſq; ad. 1. uel plus uel minus ſecundum ægri appetitum quæ uidentur magis tuo propoſito deſeruire. Rob de granatis licet apud M. conferat eſt mihi ſuſpectum cùm Aui. in curatione generali febrium ponat ſuccum granatorum inter uentrem lenientia, & ſimiliter in multis alijs capitulis, credo tamen quòd magis ſoluat comprimendo & eſſet conueniens ubi ſoluendnm eſſet opus ſtringere. Syrupus de papauere optime confert cũ opus eſt aliqualiter propter dolorem ſtupefacere & in ſomnum inducere, ſed in cauſa frigida accipiantur aliqua ex his rob minus frigidis, ſicut rob de myrto, de cydonijs, & ſimilia, & miſceantur ſiue in ipſis fundãtur aliqua aromata calida, ſicut maſtiche, lignum aloës, thus, gallia muſcata, macis, gariofili, nuces, cypreſſi, et ſimilia, hi autẽ rob. & ſyrupi ſumi poſſunt ſine alterius rei mixtione, ſed communiter ſumũtur cũ aqua ferrata aut aqua acet. aut plantaginis, aut portulacę, aut nenufaris, aut aqua ferrata decoctionis ſumachi, aut in qua infuſum fuerit, aut coctũ thus, maſtix, gariofili, & ſimilia, in cauſa frigida, ſimiliter aqua decoctionis ſorbarum, meſpilorum, cydoniorum, ſe. plãtaginis, ſe. acetoſe, prunellorum ſilueſtriũ, cornium, tragacanthi, gummi arab. & propriè cum ſunt torrefacta, & ſucci multorum ex prædictis ſunt cõuenientes, & per ipſorum inſpiſſationem poſſunt etiam fieri rob, & permiſcendo zuccharum aut mel cum aquis, aut ſuccis ipſorum poſſunt fieri ſyru. & de ſubſtantijs ipſorum poſſunt fieri electuaria, ſicut eſt electuarium de ſorbis, de cydonijs & diatitoniten quod eſt in cõmuni uſu, & his poſſunt addi alia contingentia ſecundum quòd tuo propoſito eſſet conueniens. Cydonia quoque & pira condita, & meſpila, & ſorbæ & huiuſmodi ad hoc conferunt. Sed in cauſa frigida, ſuccus & aqua menthe, & foliorum cypreſſi ſunt pręſtantes, & quædam alia quæ trituratione indigent cõuenientia in fluxu calido, ſicut ſpodium, roſe, ſemen portulacæ, ſemen acetoſe, gummi ara. tragacanthum galle, barba hircina, coriandrum infuſum in aceto, ſumach amylum, balauſtie, cortices granatorum, berberis, myrtus, camphora, antera, ſang. drag. ramich. acatia, hypociſthis, lapis emathitis, bolus, ar. terra ſig. coralli, Karabe, margarite, cornu cerui, papauer albũ & ni. hyoſcyamus, & opium quæ ſtupefaciendo & compingendo retinent, & hæc ſi uſtulentur ſunt magis retinẽtia, niſi papauer hyoſcyamus, & opium, & ſimilia ſtupefactiua quæ propter uſtionem uirtutem ſtupefactiuam amittunt. Sed in cauſa frigida calida ſtiptica aut uiſcoſa, ſicut thus, maſtix, gallia, gariofil. xyloaloes, aniſum, ciminum, naſturtium, & ammi torrefacta. Item, coagulum hœdi uel leporis, & caſeus antiquus prius bullitus in aqua ut ſal remoueatur, deinde exiccatus & trituratus eſt apud Auic. præſtantior quàm coagulum &c. Quædam tamen ex his magis ad unam intentionem deſeruiunt quàm ad alteram. Coriandro utimur quando uolumus materias incraſſare & compingere, ſed luto ſigil. & ſanguine draconis quãdo excoriationem eſſe credimus, ſpodio quando dolores pungitiuos ſedare intendimus, acatia ſanguine dra. Karabe quando oportet ſedare fluxum ſanguinis, & ſucco barbe hyrcine quando uenter & ductus laſſe reſudant materiam ad inteſtina, adipibus utimur in pũcturis mordicationibus & excoriationibus inteſtinorum, mucilagine pſilij in expellendo reſiduũ materiæ rebus narcoticis utimur quando quęritur ſtupefactio & ſomnus materierum incraſſatio, ſed in fine rei tantũ, quando alia non contulerint in deſperatione & cauſis magnis & timoroſis, non tamen hæc danda ſunt niſi adhuc ſtante fortitudine uirtutis. Bdellio utimur in prohibendo fluxum ſanguinis hęmorrhoidalis, bolo ar. utimur, & ſucco plantag. in conſolidando ulcera ſtomachi & inteſtinorum, & ſunt propriè cum ſignis caliditatis, & cum ſignis frigiditatis, his addatur thus, maſtix, & ſimilia, quibus uti potes in clyſteribus, & per os ſecundum neceſſitatis exigentiam. Ex compoſitis eſt electuarium de fructibus deſcriptione Meſ. & electuarium de ſorbis eiuſdem. Item, duo electuaria Nicolai conſtrictiua, ſed in cauſa frigida electuarium de myrto Nicolai, & trifera minor arte ſenonis Meſ. & micheleta Nicolai ualde efficax & ultima, & multa electuaria de cydonijs apud Meſ. & uariæ deſcriptiones miue cydoniorum eiuſdem, quarũ aliquę ualent in cauſa calida, aliquę in frigida. Electuarium Meſ. in cauſa calida. ℞. granorum myrti ſubtiliſſime pulueriʒatorum ʒ. 12. roſarum, ſpodij, ſumach ſandali al. rubei & citrini, balauſtiarum, gummi ara. añ. ʒ. 1. s. granorum granatorum acetoſorum. ʒ. 7. coriãdri infuſi in aceto & aſſati. ʒ. 4. ſe. acetoſe, ſe. plantag. ſe. roſarum. añ. ʒ. 1. fiat omniũ contritio bona, & fricentur cum ſucco acreſte, & exiccentur, uel cum ſucco myrti aceto, deinde inuoluantur cum miua facta ex ſucco cydoniorum & aceto. & ſit doſis eius. ʒ. 3. cum ſucco cydoniorum acetoſorum, ſed in cauſa frigida. ℞. ligni aloës, ſpice, gallie, muſ. cyperi, calami aromatici. ana, ʒ. 2. cimini, carmeni infuſi in aceto die ac nocte,

& torrefacti, ſe. porri torrefacti. ana. ʒ. 1. s. emblicorum infuſorum in aceto & torrefactorum. ʒ. 2. s. granorum naſturtij torrefactorum drach. 6. granorũ paſſularum drach. 5. granorum myrti tritorum ſubtiliſſime drach. 16. balauſtie, concularum aduſtarum, thuris, fructus tamariſci. ana. drach. 2. s. ameos. drac. 3. tere omnia ſicut alcohol, & infundãtur in uino odorifero, deinde fricentur & fundantur iterum in aqua antiqua granorum myrti. exiccẽtur & iterum terantur & inuoluantur in miua, doſis eius eſt. drach. 3. cũ ſyrupo cydoniorum aut myrtinorũ. Ex trociſcis ſunt trociſci de ſpodio cũ ſemine acetoſe, trociſci de Karabe, & de terra ſigil. opiati & non opiati, confectio trociſcorum deſcriptione Meſ. ℞. ſpodij drach. 7. roſarum ſe. earum, acatie, balauſtiæ, ſang. drac. añ. drach. 1. s. barbe hircine, carnis ſumach ſe. planta. ſe. portula. aſſati. ana. drach. 1. & ſexta, gummi aſſati. ʒ. 1. fiant trociſci drach. s. da cum aqua ſauich, id eſt, facta ex hordeo torrefacto. Trociſci deſcriptione M. quando fluxus eſt chronicus, & ualet in cauſa frigida & mixta. ℞. balauſtiarum, corticum glandium infuſorum in aceto & torrefactorum capitum granatorum: fructus tamariſci, macis, xyloaloes, galliæ aromatice maſtiches, ſpice. ana. drach. 1. ſe. acetoſe, gũmi, boli ar. granorum paſſularum torrefactarum. ana. ʒ. s. granorum coriandri infuſorum in aceto & aſſatorum. drach. 2. fac trociſcos. drach. 1. cum uino pontico, & ſit doſis trociſcus unus, puta drach. 1. cum ſyrupo cydoniorum, uel aliquo rob ſtiptico. Et trociſci Raſ. de ſpodio. 9. Alm̃. & trociſci Meſ. de ſpodio cũ ſemine acetoſe ſunt proprij in fluxu cholerico cum febre acuta dati cum aqua ſauich, aut aliquo ſucco frigido, & ſucco cydoniorum, ſorbarum, & ſimilium.

Et cum fuerit dyſenteria, detur iſte puluis Raſ. mane & ſero &c. ℞. pſilij drach. 20. ſcilicet herbe nõ ſeminis, ſe. plantagi. drach. 10. gummi ara. boli ar. ana. ʒ. 3. pſilium aſſetur, & gummi, & bolus pulueriʒetur & dentur drach. 3. mane & ſero, & cũ ſucco cydoniorũ & ſi hęc non ſufficiant dentur opiata, ſicut trociſci de balauſtijs Raſ. & trociſci conſtrictiui Nicolai. Exterius applicita ſunt unctiones, pulueres, emplaſtra, cerata, encariſmata, ſiue ſemicupia. Vnctiones ſunt. ℞. olei cydoniorum unc. 1. ſe. roſ. drach. 2. maſtiche, gallię muſ. ana, ℈. 1. aceti modicum, cere quantũ ſuff. & fiat unctio, & ſi opus eſt amplius ipſam fortificare addatur drach. 1. uel quantum uis unius ex trociſcis.

Item, dicit Meſ. quòd in fluxu proueniente à catarrho ſi ungatur uenter ex oleo roſ. calido quantum pati poſſit, & deſuper ſpargatur puluis ex maſtiche roſ. & gallia inuenitur mirabile, mihi tamen uidetur præſtantius, ſemen roſ. quàm roſę, & hæ unctiones fiant toti uentri ſtomacho ieiuno. Vnguentum conueniens. ℞. roſarum, ſe. earum, pulpę, ſumach, ſandali albi & rub. ſpodij, ſanguinis drac. karabę, balauſtię, gallarum, acatie, hypociſthidos, gallię muſca. corticum mandragoræ, corticum granatorum. añ. drac. 3. camphorę. drach. 1. & tertium unius, tere & fac puluerem & accipe ſucci extremitatum uitis. unc. 2. ſucci acreſt. drach. 1. ſucci extremitatum myrti, aceti. ana. drac. 1. infunde in eis die ac nocte ſauic. hord. drac. 3. gummi drac. 5. granorum myrti tritorum, ſicut alcohol. ʒ. 3. & miſce cum eis miue acetoſe. unc. 3. decoque igne leui donec habeat ſpiſſitudinem uiſcoſam, deinde aggrega ſimul cum ſpeciebus in mortario & contunde donec permiſceantur: & line ex eo ſuper petia, & ſuffumigetur cum xyloaloes & applicetur toti uentri, & conuenit in cauſa ualde calida. Facilius tamẽ poſſet fieri emplaſtrum non minus efficax pręcedenti. ℞. cydonium unum aut plura, & inciſum in fruſta, & mundatũ à meditulio interiori coque in aceto, deinde contunde & ſecum miſce puluerem ex uno trociſcorum ſuperius deſcriptorum addendo parum maſticis, & gallię muſ. & ſi uis ſuffumiga cum xiloaloe, & uentri applica. Et ad hanc intentionem eſt emplaſtrum diaphœnicon deſcriptione Meſ. ſecunda, nam prima magis confert in cauſa frigida. Et in cauſa frigida poſſunt fieri unctiones cum oleo de maſtiche & ſpicha addendo maſtichen, gariofil. galliam muſcatam, & ſimilia. Itẽ, poteſt fieri emplaſtrũ decoquẽdo cydoniũ in uino nigro & ſecũ permiſcendo panẽ aſſatũ in ſucco miue infuſum, deinde permiſcẽdo pulueres calidos ſupraſciptos. Et poteſt fieri ceratum. ℞. laudani, picis, raſine. ana. unc. s. maſticis. unc. 1. gariofi. gallię muſ. nucum cypreſſi, xyloaloes, thuris. ana. drach. 1. olei maſtichini. q. s. cere & aceti modicum.

Ex quibus etiam debeant fieri pulueres ſuperaſpergendi unctionibus, ſatis eſt ex dictis manifeſtũ. Clyſteria autem conſtringentia fiant ex decoctione alicuius, aut plurium rerum ſupra ſcriptarum, ſicut ſunt myrtus, roſę, copule, glãdium, milium, ſiue panicum & hordeum torrefactum, gallæ, & ſimilia, de qua decoctione accipiatur ℔. 1. olei roſ. unc. 3. uitelli oui in aceto aſſati numero. 1. adipis renũ, caprę. unc. 1. uel. s. ſucci plantaginis uel portu. unc. 3. ſang. drac. boli ar. & alicuius ex trociſcis ſupraſcriptis, ſicut de Karabe, de terra ſigil. maximè ubi ſanguis fuerit añ. drac. 1. & miſce, & materia exiſtente frigida ponãtur nuces cypreſſi & rizum in decoctione, & unc. 3. uini nigri ſtiptici ſatis uinoſi, & oleum camomil. & puluis thuris, maſtiches, & litij. Et apud magnam neceſſitatem ponantur trociſci opiati, ita tamen ut à parua quantitate opiatorum incipias, & augeas ſecundũ neceſſitatẽ.

Eſt enim canon in adminiſtratione opiatorũ, ſi ſufficiat applicatio eorum exterius non ſupponantur. Et ſi non ſufficiat applicatio eorum ad extra, fiat lychinium quod ad libitũ poſſit remoueri. Et ſi adhuc hoc non ſufficiat clyſterizentur, quod ſi adhuc nõ ſufficiant, ſumantur in potu. Secundus canon eſt, ut ſit uſus eorũ ſtomacho ieiuno. Tertius canõ eſt, quòd inchoetur à parua quantitate, ita ut opium non tranſcendat gran. 2. Quartus canon eſt, quòd interpollatis diebus eis utendum eſt. Quintus poſtponẽdus eſt uſus eorum quantum eſt poſſibile, & non niſi cum alia remedia non ſufficerẽt. Sextus quòd uirtus adhuc ſit conſtans potens tolerare, unde iuxta hos canones poſſumus ponere apud magnum dolorem & inquietudinem & fluxum uehementem parum ex trociſcis opiatis in unctionibus uel emplaſtris, & ſi illud non ſufficit ſupponatur lychinium deſcriptione Alman. ℞. thuris, litij, croci, gummi ara. ana. drac. 1. opij ℈. 2. formentur collyria diuerſarum quantitatũ, ſed communiter ſint ualde parua & aliqualiter longa & ſubtilia, & benę ligata ut poſſint extrahi, unde cum filis lini optime permiſceantur ad minima, quę fila poſtea deſinãt in chordam uel ex eis fiat chorda quę pendeat extra anum cum lychinium eſt impoſitum, &

prima

prima uice non retineatur ultra horam ſiue ſomnũ induxerit, ſiue non, deinde ſi bene ferat æger poterit longiori tempore retineri. His autem aliquãdo utimur cum nõ poſſunt clyſteria retineri, lychinio enim prius impoſito per aliquod tempus ſtupefit locus, & poſtea clyſtere impoſitũ facilius retinetur. Sunt quidam dicentes hæc lychinia eſſe nimis opiata: propterea opium diminuunt. Ego uerò credo hæc eſſe conuenientia, nam quando nõ cito inducitur ſtupor per opium non poſſunt retineri. Stimulant enim uirtutẽ expulſiuam, ita ut æger cogatur expellere, eſt autem in poteſtate tua poſtquã actuata ſunt extrahere quando uis. Si autem his non ſufficientibus opus ſit clyſteribus opiatis, ſupraſcriptis clyſteribus poteſt addi drac. 1. trochiſcorum de Karabe oppiatorum, aut tãtundem philonij perſici, & ſic de alijs opiatis, ſi uerò his non ſufficientibus opus ſit dari in potu opiata incipiendum eſt à duobus. ℈. aut drach. s. philonij perſici, aut à drach. s. trochiſcorũ de karabe, & gradatim doſis augeatur apud neceſſitatem.

Deſcriptio philonij perſici eſt apud Meſ. in fine capituli de ſputo ſanguinis, & eſt hæc. Confectio philonij perſici uehemẽtis uirtutis ad emanationes ſanguinis undecunq;, & ſcreatũ eius cum tuſſi & ſuperfluitatem menſtruorũ doloroſam & hęmorrhoidarum & egeſtionem ſanguineã & ad mulieres prægnantes quibus abrumpuntur menſtrua, cõſeruat enim fœtus in matricibus earum. ℞. ſe. papaueris albi, hyoſcyami, ana. drach. 20. terre ſigilla. oppij. ana. drac. 10. ſedenegi, id eſt, lapidis emathitis, croci, ana. drac. 5. caſtorei, piretri euphorbij, ſpicæ, margaritarum non perforatarum, Karabæ, zedoariæ, doronigi, ramich, galliæ muſ. ana. drac. 1. camphore drach. unius tertiam conſice cum melle roſaceo quantum ſuffi. & doſis eius eſt à drac. s. uſque ad. 1. cum ſucco arnogloſſæ, aut aqua ro. & modico uini puri, exiſtente tamen excoriatione in ſtomacho, aut in inteſtinis, aut materia exiſtente ualde calida remoueatur piretrum & euphorbium ab hoc philonio. Et breuiter diuerſificanda ſunt clyſteria, lychinia, unctiones, emplaſtra, unguenta, & omnia genera medicaminũ ſecundum materiæ diuerſitatem complexionum temporum anni, & ſimiliũ.

Suffumigia fiant in cauſa calida ex decoctione roſarum, myrtillorum, foliorum meſpillorum, ſorbarũ, pirorum, cydoniorum, balauſtiarum, & huiuſmodi in aqua calibeata: & quidam utũtur medica ſolum in aqua decocta, & poſſet in decoctione addi parum uini ſtiptici, ſed ſuffumigia ſicca fiant ex thure, tragacãtho, Karabę, ſpodio, & huiuſmodi, poſitis ſuper prunis quæ ſint frigida & ſtiptica & uiſcoſa, & boni odoris. Sed in cauſa frigida, & thure, & pice, & laudano, nucibus cypreſſi, ſtyrace ſicca, & ſimilibus, aut calida ſtiptica, in uino decoquantur ſi malueris ſuffumigiũ humidum, quæ in ipſo ſurgente ad ſellam ſupponantur, ſeſſio etiam in decoctionibus ſtipticis calidis actu frigidis, aut calidis in potentia ſecundum exigentiam confert, & liquor perueniat uſque ad umbilicum, & inſtrumẽta apta ſunt ſemicupia & huiuſmodi. Pannus quoq; lini aut lanæ bene infuſus in uino aut aqua decoctionis rerum ſtipticarum, & expreſſus ano applicitus & compreſſus ſuper ipſum iuuat ad retentionem. Et balneatio totius perſonæ in balneis ſtipticis non laudatur, imò uituperatur apud Meſ. & cæteros, prohibet enim ſudorem & pellit materiam de circunferentijs ad cẽtrum. Similiter nec lotio crurium nec brachiorum confert cum huiuſmodi ſtipticis ob eandem cauſam, imò potius lotione huiuſmodi quæ dilatant & trahunt materias ad circunferẽtiam & ad extrema &c. Sexta intentio, ſcilicet accidentiũ correctio ſecundum ipſorum exigentiam perficitur, dolor ſedetur ponendo in clyſteribus pinguedinem recentem caſtrati aut capre & oleum roſaceum. Et ſi dolor fuerit pungitiuus ponatur ſpodium, & lac clyſterizatũ eſt ad hoc cõueniens, & exterius applicetur zirbus caſtrati, aut agni calefactus in ſartagine cum oleo roſaceo, & apud magnam neceſſitatem ſedeat in ſemicupio in quo ſit aqua debite calida decoctiõis aliquorum ſtipticorum calidorum aut frigidorum ſecundũ cauſæ exigentiam, in quo tamen nõ diu moretur, eſt enim melior reiteratio quàm longa in eo ſtatio, & in excoriatione ſuperficiali à materia acuta ceruſa lota clyſterizata cum oleo ro. conuenit, & ſi fuerit dolor in ſuperioribus inteſtinis bibat aquam hordei, ſyrupum de papauere & ſimilia, ſed apud maximam neceſſitatem ubicunque ſit dolor dentur ſtupefacientia exterius applicita, ſuppoſita, clyſterizata, aut bibita ſecundum quòd tuo propoſito cõuenit. Gerardus Veronenſis dicit ſe expertum fuiſſe ſi dolor ſit in ſuperioribus inteſtinis aquã roſaceam decoctionis ſeminum papaueris, & florum taſſi barbaſſi in potu exhibitam, & ſit tepida uel calida. Secundum accidens eſt caſus uirtutis cui ſubueniendum eſt dando uitellũ oui & parum uini dulcis odoriferi lymphati ſecundũ exigẽtiam cum aqua calibeata aut permixti cũ aqua diſtillationis aut expreſſionis, aut decoctionis carniũ aut aqua ipſa primo exhibeatur, poſtea parum uini.

Sed attende quòd aqua diſtillationis, aut expreſſionis, aut decoctionis carnium debet eſſe alterata cum conſtringentibus calidis, aut frigidis ſecundum exigentiam, unde in cauſa calida lauetur primo caro & propriè diſtillãdo cum aqua roſacea & acetoſe, & ponantur ſecum ad bulliendum fruſta ſorbarum aut cydoniorum, & ſemina plantaginis, & ſemina acetoſe recentia, & ſimilia. Et in cauſa frigida uirtus macis, gariof. xyloaloes & ſimilia, lauentur primo carnes cum uino odorifero ſtiptico, ſimiliter aqua decoctionis fiat decoquendo pullum in aqua calibeata uſq; ad carnis conſumptionem, & ſecum bulliant aliqua ex ſupraſcriptis calida aut frigida ſecundum exigẽtiam, ſed ſuccus ſiue aqua expreſſiõis carniũ fiat primo carnes coctas exprimendo, deinde ſecum permiſcendo aliquod ſtipticum calidum & frigidum ſecundũ exigentiam, & quia uirtus debilis non poſſet multũ dirigere cibentur frequenter, ſed parum pro uice.

Vigilijs autem ſubueniatur ungendo frõtem cum diapòpuleon cui apud neceſſitatem addatur parum opij; ſyrupus de papauere eſt conueniens, quia ſomnum inducit & ſedat fluxum, ſed apud magnam neceſſitatem ſupponatur pro paruo tempore lychiniũ opiatum, aut parum philonij perſici, & apud ultimã neceſſitatẽ detur per os aliquid opiati ſtiptici, cui admixta ſint calida aut magis aut minus ſecundũ quòd tuo propoſito pertinet, ſed cum cautela aut timore. Cætera autem accidentia ſicut teneſmus & dyſenteria & ſimilia curentur ſecundum quòd in ſuis dicetur capitulis. Septima intentio perficitur locãdo ægrum in aere

non uentoſo boni odoris tẽperato in actiuis. Sed in cã frigida declinet aliqualiter ad calidũ, & minus malum eſt ut declinet magis ad calidum q̃ oportet q̃ ad frigidum quã oportet, & melius eſt ut declinet ad ſiccum q̃ ad hu. nec in camera ſua aſpergatur acetum nec huiuſmodi quæ uigilias excitant dormiat quantum poteſt & q̃do poteſt. Communiter. n. in his propter frequentẽ aſcellatiõem & multas alias cauſas ſomnus impeditur procuret oẽs alias euacuationes, tam naturales q̃ præternaturales ſibi conſuetas, præter eam quę eſt ſecundum uentrẽ, quieſcat q̃tum poteſt, uerum fricationes partium ſuperiorum aliquando conueniunt. Accidentia animi exceſſiua cõiter uitanda ſunt. Gaudium tñ & uerecundia moderata conuenit, hic. n. mouent materias a centro ad circunferentiam, & econtra, timor, deſperatio, triſtitia, multum nocent, & ira agitat humores qui cõmoti amplius fluũt. Sit parcus in cibo & potu in primis duobus aut tribus diebus, & in reliquo tempore etiã non ſuperflue comedat, & iuxta poſſe prius notabiliter comedat ãntequam bibat, & cibaria ſua & proprie cum opus eſt ſtringere ſint aliqualiter ſpiſſa non fluẽtia, & in principio mẽſe comedat aliquid cõſtringens, ſicut pirum cydonium, aut diacitonitem, diaſorbon, & ſimilia, in cauſa calida, & in frigida aromatizentur cum mace, cinamomo, galanga, cymino pręparato & ſimilia, & panis eius ſit ex farina frumenti uel hordei quibus etiã parum farinæ milij aut panici poſſet addi cum opus eſt conſtringere, & tunc neq; ſit ſalitus nec multum fermẽtatus, & non primi diei, & non tranſcendens quartum diem, de quo tamen parum edat. Et uinum ſuum in cauſa calida ſit pauciferum ſtipticum et debite lymphatũ cum aqua calibeata, & aliquando ſint in ea cocta ſumach, aut fruſta ſorbarũ, aut cydoniorũ, aut parum tragacanthi & ſimiliũ, ſed cõſtante uirtute in cauſa calida præſtantior eſt aqua quã uinum. Sed in cauſa fridida ſit uinum ſtipticum mediocriter uinoſum lymphatum cum aqua calibeata, in qua etiam aliquando infundatur parum maſtiches, & carnes cõiter ſint ex pullis & auibus ſylueſtribus bene conditionatis, & turtures laudantur. Ex quadrupedibus hedi, cuniculi, et ſimiles faciles digeſtiõis, paucarum ſuperfluitatum, & extremitates & omnes partes uiſcoſæ conferunt ad retentionem. Et ex ferculis panicum, rizum, far, lẽtes, abiecta prima aqua, alagane & proprie cõdite cũ caſeo antiquo prius in aqua bullito & exiccato poſtea triturato. Oua etiã conueniunt & proprie apud debilitatem uirtutis, ſed ſint media inter fluẽtia & dura, & apud modernos cõiter cum teſtis ſuis coquunt in aceto. Et ferculum ex acreſta cum ouo cõuenit, ſed contuſum pulli et proprie prius aſſati alteratum acreſta, ſucco citri, arantij & ſimilibus in cauſa calida, & cum calidis in cã frigida, ſicut mace gariofil. eſt apud debilitatem uirtutis cõuenientiſſimum. Piſces cõuenientes ſunt parui, petroſi, lucij, temali, & ſtrilij, aurate, ſardelle, paſſeres, & ſimiles boni Kimi & facilis digeſtionis, & ſint cõiter aſſati in ueru, aut ſuper craticula, & condiantur cum acreſta ſapore de myrto et ſimilibus in cã calida, ſed in frigida aromatizẽtur cum mace, galanga, gariophil. cinamomo, & ſimilibus. Ex fructibus cõueniunt pira, cydonia, meſpila, ſorbę, in cã calida & proprie in principio menſæ, ſed in cã frigida, auellanę, & fiſtica torrefacta &c.

Et hęc de fluxu in generali dicta ſufficiant &c.

TRACTATVS SECVNDVS DE ſpeciebus fluxus ſumptis a cã materiali ſubiectiua continens duas partes diſtributas in decem cap.

Prima pars eſt de ſpeciebus fluxus ſumptis a toto quinque continens capitula.

DE DIARRHOEA. Cap. I.

Diarrhœa apud græcos idẽ ſignificans quod fluxus apud latinos, deriuatũ a διαῤῥέω idẽ ſignificante q̃ fluo, is. Nomen generis ſibi uendicãs eo q̃ frequentius cęteris fluxibus accidat. Eſt deſcriptiuę fluxus a toto unius plurium aut omnium humorum præterquam ſanguinis abſque excoriatione inteſtinorum.

Quapropter eius ſpecies diſtingui poſſunt ſecundum ſpecies humorum. Vt dicatur quędam cholerica, quędã phleg. quędã melancholica, quædã mixta.

Cuius cauſa eſt multitudo aut malitia humorum. Sed cauſa remotior eſt indebitum regimen in cibo et potu quo huiuſmodi humores multiplicantur qui cũ non ſint apti in ſubſtantiam nutriti conuerti, nec aliter ſenſibiliter, aut inſenſibiliter expellãtur, natura tãdem mouetur ad ipſorum expulſionẽ per uiam epatis & meſeraicarum ad inteſtina, & tandem ad extra per uiã inteſtinorum & ani quæ eſt uia facilior & naturæ magis conueniens &c. Et quandoq; ſunt in cauſa febres malignę pręcedentes chronice aut acute hos humores corrumpentes & dimiſſio euacuationis cõſuetæ naturalis aut artificialis, & dimiſſio etiam exercitij conſueti. Et in ſumma reliquum malum regimẽ ſex rerum non naturalium & annexorum, eſt enim mala aéris diſpoſitio manifeſta uel occulta frequẽter huius fluxus cauſa hos humores corrumpendo, aut uirtutes debilitando. Et quandoq; eſt cã fluxus, prohibitio tranſitus nutrimenti ad membra propter oppilationem, concurrente etiam debilitate attractiue membrorum, aliquando fit hic fluxus a medicina ſolutiua ſuo acumine aut multitudine, aut quia aliquid eius eſt in inteſtinis aut meſeraicis affixum continue nouam ad inteſtina attrahens materiam &c.

Signa prognoſtica huius fluxus futuri. Et prognoſtica diſpoſitionum inde ſequentiũ ſatis ſunt ex generalibus manifeſta. Similiter ſigna demõſtratiua & rememoratiua ex ſupraſcriptis facile patẽt. Signa autem particularia cuiuſcũq; humoris fluentis ſumuntur ex colore modo ſubſtantiæ & ex nocumẽtis quę imprimunt in mẽbra per quæ tranſeunt. Et ſunt reliqua ſigna coadiuuantia ſumpta ex cõplexione, ætate, regimine pręcedente, arte, tẽpore anni, et huiuſmodi. Cholericus quidẽ citrinus eſt aut uiridis, & aliqñ cum citrinitate tendit in rubedinem, & aliquando in nigredinẽ, & cholera uitellina ſimilatur uitellis ouorum, & eſt craſſa & citrina minus craſſa, ſed multæ citrinitatis, & cholera minoris fame tendit in fuſcum, & eſt multũ craſſa. Praſſina ſimilatꝰ ſucco praſſij ſiue ſucco porri. Et zinaria colori uiridis æris, & eſt multum craſſa, & hæ choleræ faciunt punctionem & ardorem, & facile excoriant partes per quas tranſeunt.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.219

Et complexiõ cholerica, ætas iuuentutis, eſtas, ars calida, regimen prçcedens, multiplicant choleram, & reliqua huiuſmodi adiuuãt ad ſignificandũ. Sed phlegma eſt coloris albi. Et ſuç ſpecies cognoſcuntur ex colore, modo ſubſtantię, & ex nocumentis quæ imprimunt mẽbris, ſiue ſit phlegma ſalſum, ſiue acetoſum, & ſic de ſingulis ſpeciebus phlegmatis. Et acetoſum cum hoc cognoſcitur ex odore. Obſeruãda ſunt etiã reliqua conſignificantia ſumpta ex cõplexione, tempore, anni, ętate, regimine prçcedente, & huiuſmodi. Sed melancholia cognoſcitur ex nigredine uel fuſcedine & acredine a qua fugiunt muſcæ. Ex odore acri etiam cognoſcitur, & eſt genita per aduſtionem melancholiæ naturalis, ſicut genita per aduſtionẽ cholerę redolet amarũ, & eſt ualde mala cito ducens ad excoriationem inteſtinorum. Naturalis aũt habet odorem põticum, nec multum imprimit in inteſtina. Et quæ genita eſt per aduſtionem cõmuniter habet odorem grauem & nigredinem lucentem. Quæ uero per congelationem eſt odore priuata, & habet nigredinẽ remiſſam non lucidã, imò pallidam. Attende etiam reliqua conſignificantia ſumpta ex complexione & alijs huiuſmodi de quibus ſupra. Signa autem cauſarum tã antecedentium q̃ primitiuarũ ſatis nota ſunt ſed pro ſignis oppilationis cum eſt in cauſa fluxus recurre ad capitulum de fluxu oppilatiuo de quo infrà & inter cętera fluxus ab oppilatione mẽbrorum quę ſunt ultra epar eſt periodicus, debilitatem autem attractiue membrorum ſignificat corporis debilitas et extenuatio.

Prognoſtica. Primum, cholera fluens per inteſtina communiter excoriat ante decimumquintum, phlegma ante trigeſimum & melancholia ante quadrageſimum, uerũ cum hi humores ſint multũ aduſti frequenter excoriant in prima die uel ſecunda, & phlegma aliquãdo excoriat propter difficilem ab inteſtinis ſeparationem. Secundum prognoſticum eſt aphoriſmus quartæ particulę. Quibuſcunq; in ægritudinibus acutis, aut multi temporis, aut abortibus, aut aliter extenuatis, id eſt, multum cõſumptis et debilitatis fel nigrum ſurſum. i. per uomitum, aut deorſum. i. per ſeceſſum exierit ſequenti die, id eſt, per paruum tempus poſt morietur, pro reliquis prognoſticis recurre ad generale capitulum &c.

Cura diarrhϾ eaſdem ſeptem exigit intentiones quæ ſuperius poſitæ fuerunt in cap. generali, ad q̃d recurre, & eas huic capitulo accõmoda ſecũdum exigentiam, & metire medicinas illas intentiones complentes ſecundum exigentiã uirtutis, repletionis, tẽporis anni, & reliquorum quæ omnia apud prudentem medicum ſunt conſyderanda.

DE FLVXV SANGVINIS prouenietis a toto. Cap. II.

Fluxus ſanguinis a toto quãtum ad quid nominis & quid rei ſatis eſt manifeſtus. Species propriè nõ habet ſed ſolum quoſdam modos ſecundum magis & minus differẽtes. Eſt. n. quandoq; multus, quandoq; paucus, quandoq; nouus, aliquando antiquus, quandoq; continuus, non nunquam interpolatus, quandoque criticus, aliquãdo ſymptomaticus.

Eius cauſa eſt repletio uenarũ totius ex comeſtione multarum carnium & potu uini nigri craſſi, quæ repletio non eſt diminuta per exercitium, neq; ſolitas euacuationes naturales, ſicut per fluxum ſan. narium menſtrualem aut hæmorrhoidalem, neque per euacuationes artificiales ſicut per phlebotomiam & ſimiles. Et forte fuit in cauſa membri mutilatio, unde ſuperfluit ſanguis qui debuit eſſe nutrimentum eius, quapropter natura ſtimulata miſit hunc ſanguinem ex uenis paruis ad magnas et ex magnis ad uenã chyli, & tandem per ramos uene chyli diſſeminatos per epatis gibbum mittit ad ramos uene porte ſibi obuiantes diſſeminatos per concauum epatis, & tandem per meſeraicas ortum habẽtes a uena portę tranſmittit ad inteſtina, et hoc fluxus accidit in ęgritudinibus acutis ſanguineis, ſicut in ſynocha & ſimilibus & plerunq; eſt ipſarum criſis, & aliq̃ do hic ſanguis per uenas emulgentes mittitur ad renes, & uenis ipſorum dilatatis, aut forte ſolutis per poros uritides mittitur ad ueſicam, & fit mictus ſanguinis, & aliquando recipit ad ſtomachum, & in uomitu z. Tb. aliquando eſt ſanitas, penes. Aui. 11. tertij cap. proprio, & quandoque per poros cutis ſub forma ſudoris emittitur. Tertio de hiſto. animalium, licet hoc rariſſimũ ſit, & quãdoq; cauſa huius fluxus eſt oppilatio membrorum quę ſunt ultra epar, & aliquando debilitas attractiuę ipſorũ. Signa eius ſunt regimen prçcedens multiplicatiuum ſanguinis, & repletio totius etiã quo ad uaſa uenę ſunt tumentes & facies rubicunda. Item, carẽtia euacuationum naturalium aut artificialium conſuetarum, aut membri mutilatio. Signa huius cum prouenit ab oppilatione ponẽtur in fluxu epatico & oppilatiuo, & inter cætera fluxus eſt periodicus. Debilitatem autem attractiue mẽbrorum declarat corporis debilitas & extenuatio. Signa aũt diſtinguẽtia hunc fluxũ a fluxu ſanguineo ab epate ſtomacho & inteſtinis ſunt cauſę prædictę abſq; nocumẽtis particularibus horum mẽbrorum etc. Prognoſticum. ſecundum plurimum curatur hic fluxus ſi debite tractetur, ſi uero indebite perducit ad caſum uirtutis, & quando diu continuatur ad hydropem &c.

Cura. Si fuerit criticus dimittaſ quſq; natura tolleret, et ſimiliter ſi fuerit ſymptomaticus quẽ natura regulet et bene ferat. Si uero ſuperfluerit aut aliomodo fuerit naturæ improportionatus, aut quia inteſtina excoriet, aut ſit cũ alijs accñtibus moleſtis. Conſtringaſ primo remouendo regimẽ præcedens ſanguinis multiplicatiuũ et prçcipiendo regimen cõtrarium. ſ. dietam extenuatiuã, & cum hoc ſtiptica aut conſtringẽtem. Secundo minuendo ſanguinem & diuertendo, q̃d fiat aut prouocãdo eṽones conſuetas ſi fuerit in cã earũ retentio. ſ. fluxũ ſan. nariũ hęmorrhoidalẽ et menſtrualẽ, q; ſi non poſſint prouocari fiat phlebotomia his proportionata. ſ. uenę cephalicę aut ſaphenarũ, & ſi nulla talis retẽtio ſit in cã phlebotomeſ baſilica aut cõis, q; ſi cã fluxus fuerit admixtio cholere cũ ſanguine ipſũ fluere faciẽtis educaſ, & ſanguis ab ea mũdificeſ cum decoctiõe prunoꝝ, tamarind. myrobo. citrinorũ: cum qua colatura diſtẽpereſ reubar. ℥. 1. uel q̃tum ſuf. & hęc ẽt educit materias cões & ſanguinẽ ſi forte in inteſtinis coagulatus fuerit, q; ſi cã fluxus ſanguinis eſſet aquoſitas ſanguini permixta educaſ cũ decoctione myrabolanorũ, kebuloꝝ, cui parũ ſucci ireos, utputa. ℥. ß. uel 1. ℥. aut plus poſſet addi,

uel poteſt exhiberi decoc. myrabolanorum, kebulorum cũ pauco turbith non confortati cum zingib. Et tertio his non ſufficientibus dẽtur retinẽtia ſanguinem, ſtiptica, cõglutinatiua, & ex proprijs eſt ſuccus plãtaginis, uel cõſolidę, uel caudę equinę. ℥. 1. uel ℥. z cui ℥. 1. lapidis emathitis, aut denẽ ſpecies luti & propriè armeni aut ſigillati, & trochiſci de karabe, & de terra ſigil. ſine opio & cum opio apud magnã neceſſitatẽ ſunt præſtantes, & philoniũ perſicum, & ungaſ epar, & ſimiliter dorſum ex directo uene chyli cũ cerato ſandalino cui bolus armenus, aut ſang. dra. aut lapis emathitis, aut aliquis ex trochiſcis ſupraſcriptis ſit admixtus aut epithimetur cum ſucco plãtaginis, & aliquo ex puluerꝭbus ſupraſcriptis, & in cã frigida ſupraſcriptis ſtipticis addaſ thus, maſtiche, et ſimilia, & in utriſque addatur aliquid aceti ad penetrandũ et cõſtringendum. Et quarto ordinetur regimen ſtipticum non multiplicatiuum ſanguinis, & bibat aquã ferratã ſine uino niſi timeatur caſus uirtutis, & tũc detur uinũ nigrum ſtipticũ cum eadẽ aqua lymphatũ, & ſi in cauſa eſſet aquoſitas ſanguini permixta detur triſera ferruginata ex arte fenonis, & cõfortetur cum lapide emathitis, aut cum aliqua ex trochiſcis ſupraſcriptis, & ordinetur regimen ſtipticũ non declinans ad frigidum, q; ſi nocumentum aliquod eſſet in inteſtinis, ut quia ſanguis eſſet in eis coagulatus cum dyſteri mundificãte educatur, & ſi excoriatio ſit in eis facta curetur medicinis dyſenteriæ inferius ponendis. Cura autem fluxus ſanguinei a toto ex oppilatione procedentis ponetur infra in fluxu epatico, & in fluxu oppilatiuo. Sed cura fluxus ſanguinei ex debilitate attractiue mẽbrorum perficitur cum fricatiõe corporis, & exhibitione uini ſubtilis & rerum facile penetrantium & ſimilium.

DE FLVXV DIVERSORVM colorum. Cap. III.

Fluxus diuerſorum coloꝝ qui ẽt eſt a toto, q̃ tum ad quid nominis, & quid rei ſatis manifeſtus eſt. Apparent. n. in egeſtionibus colores diuerſi ualde, ſicut albus, niger, ſubniger, citrinus obſcurus, citrinus clarus, ſimiliter uiridis diuerſorum modorum rubeus obſcurus, rubeus clarus morellus, & in ſumma fere non eſt imaginabilis color qui non appareat. Imò interdũ in una aſcellatione multiplices colores apparebunt. Eius cauſæ & ſigna ſunt regimen prçcedẽs diuerſum et dyſcraſia corporis diuerſa ita ut ſit neceſſarium diuerſos effectus prouenire &c. Prognoſticum ſecundum plurimum curatur ſi debite tractetur. Cura. Si fluxus fuerit uirtuti & repletioni proportionatus ſinaſ regimini naturæ, & ſolum equetur regimen et diſcraſia corporis diuerſa. Si uero nimis ſuperfluat cõſtringatur ut non ita repente fluat. Subita. n. & multa euacuatio a natura nõ toleraſ. Modi conſtringendi ſunt manifeſti ex his quæ ſuperius in cura generali fluxus dicta ſunt. Si uero fuerit tardus & diminutus natura adiuuetur prius mundificando corpus cum his quæ diuerſos humores euacuant, non exſoluentibus, ſed ſtipticis, ſed derelinquentibus in inteſtinis & uijs ductum ueſtigium conſtrictionis, quorum copia ſupra habita eſt in cura generali. Et ſi fuerit multa plectoria cum uirtutis conſtantia, et in habitudine carnoſa fiat phlebotomia ex ſaphenis, ſi retentio fluxus mẽſtrualis aut hæmorrhoidalis fuerit in cauſa. Si autem nihil tale fuerit phlebotometur baſilica uel communis. Secundo ęquetur regimẽ et corporis complexio, ita ut ad proportionalitatem quædam naturæ conformẽ ducatur omnium membrorum complexio, quæ ergo ſuperflue lapſa ſunt corrigãtur cum interius & exterius applicitis, & tam cibalibus quam medicinalibus & omnium membrorum & propriè nutrimentorũ uirtutes confortentur cum proprijs ſtipticitate moderata participantibus & euacuationes conſuetę procurentur tam naturales quam etiam præternaturales diu conſuetæ. Et in ſumma hic obſeruetur documentum. Auic. 14. tertij. tract. 4. c. 1. quod quandoque eſt in expulſionibus diuerſorum colorum lenitas ſcilicet quando expellitur quantũ & quale, et qualiter oportet. Et errãt qui tenent hos colores diuerſa in omni diſpoſitione, ſcilicet ante completam mundificationem. Et uehementior error eius eſt qui tenet eos cum oppilatiuis, conſtipatiuis, quia retinẽdi ſunt mundificando diſcraſiam corporis diuerſam alterãdo & membra confortando.

DE FLVXV LIQVEFACTIVO. Cap. IIII.

Fluxus liquefactiuus qui etiam eſt a toto quãtum ad quid nominis & quid rei eſt ſatis manifeſtus. Eſt enim fluxus per quem humiditates membrorum ſubſtãtiales educuntur. Species ſiue modi eius diuerſificantur ſecundum eius q̃d egreditur diuerſitatem, et cõſequenter ſecundũ diuerſitatem membrorum a quibus fit liquefactio et diſſolutio. Quandoque enim fluentia ſunt alba uiſcoſa, non tamen unctuoſa, & oleagina, & proueniunt ex diſſolutione membrorum radicalium, & ſunt ſicut uirus ſubtile album, & ſi eſt ex liquefactione muſculorum & carnis rubeę ſunt ſicut uirus rubeum. Quãdoq; uero ſunt unctuoſa & oleagina, et proueniunt ex diſſolutione adipis & pinguedinis, & ſi pinguedo diſſoluta fuerit recens exeũtia ſunt alba, & ſi antiqua ſunt citrina, & ſi ex diſſolutiõe adipis renum ſunt magis conglobata &c. Cauſæ huius fluxus ſunt omnia corpus præter modum calefacientia, & exiccantia, ſiue ſint intrinſeca, ſiue corporea ſicut febres fortes & diu durantes, tam ethice quam humorales, & cauſæ magis remotę ſunt ulcera & apoſtemata membrorũ nobilium & corporum parua reſiſtentia, quia ſunt mollia, aut ex ætate ſicut pueri, aut ex complexione & habitudine ſicut illi qui habent lacertos molles & humidos &c. Signa ſunt ipſæ cauſæ præcedentes & concomitantes corpus liquefacientes, necnõ effectus inde ſequentes ſicut exeuntia de quibus ſermo prçceſſit, necnon corporis conſumptio & arefactio, & etiã ipſa urina quæ apparet unctuoſa & oleagina in ſuperficie, imò aliquãdo notabilis pars eius, ſicut oleũ & pinguedo liquefacta alba, uel citrina ſecundũ diſſolutionẽ adipis recẽtis uel antiqui, & hoc quãdo fit diſſolutio multę adipis & pinguedinis, et ſi apparet cõglobata ſeparata & ſupernatans magis eſt ex diſſolutione adipis renum iuxta aphoriſmum, quibus uero pinguis hypoſtaſis & cõglobata nefreticũ ſignificat, ſi uero urina fuerit alba ſimilis lacti uel ſpermati non ũctuoſa magis ex liquefactiõe radicaliũ peruenit etc.

Prognoſticũ. Fluxus liquefactiuus ex diſſolutione adipis uel pinguedinis curabilis eſt, & proprie cũ non eſt ex diſſolutione pinguedinis antiquę, non tñ apud negligẽtes & parum exercitatos, & proprie curabilis eſt ſi cã eius poſſet remoueri. Vbi .n. pendeat ab apoſtemate fixo in mẽbro nobili intrinſeco, aut ab ulcere pulmonis & ſimiliũ ẽt incipiens eſſet incurabilis, ſi uero proueniat ex diſſolutione membrorũ radicaliũ ſi notabilis eſt, eſt incurabilis.

Huius fluxus cura duplicem exigit intentionem. Prima eſt remotio cauſæ immediatæ liquefactionis .ſ. caliditatis & ſicc. liquefacientis. Secunda eſt eius q́ deperditum eſt reſtauratio. Prima intentio cõpletur cum remotione cauſarũ caliditatem illam & ſiccitatẽ conſeruantium, ſiue ſint febres putridæ, ſiue ulcera aut apoſtemata, quæ qualiter debeant curari ex ſuis capitulis perquiratur, quod ſi remoueri non poſſint non eſt ingenium niſi in prolongatione uitæ, quę tñ magis poteſt dici mors quam uita. Intendendũ eſt ergo ſiue huiuſmodi cauſæ fouentes caliditatẽ remoueri poſſint, ſiue non ad ipſius caliditatis & ſicc. alterationẽ cũ frigidis & hu. ſtipticis & uiſcoſis, quæ tamẽ nõ ſint multũ frigida, ne calorem naturalẽ extinguãt qui debilis eſt, neq; multum ſtiptica, ne tranſitũ nutrimenti prohibeant ad mẽbra, ex complentibus aũt hanc intentionẽ quędam ſunt medicinę, quædã cibi medicinales. Medicinę aũt quędam exterius applicãtur ſicut fronti, temporibus, et cerebro anteriori, quędam cordi, quędã epati, quædam dorſo, ſpinali, medullę, & renibus, & quædã partibus extremis, & oẽs hę ſint frigidę & hu. magis aut minus ſecundũ corporis dyſcraſiam & fortitudinẽ caliditatis innatę potẽtis .ſ. tolerare et mederata ſtipticitate participãtes maxime quę applicanẽ principalibus magis ad confortandum q́ ad conſtringendum, & cõiter niſi calor innatus ſit ualde debilis actu frigidę applicenẽ, aut ſaltem nõ calidæ, & balnea ex lacte aut ex his qui in hectica fieri conſueuerũt ſunt in hac præſtantia. Medicinę aũt ſupraſcrptę ex cap. hecticę colligantur, ſimiliter medicinę quę interius ſumũtur ſint frigidę & hu. maiori tñ ſtipticitate, & uiſcoſitate participantes ut melius prohibeant liquefactionẽ. Et quę clyſterizantur ſint ſimiliter conditionatæ ſed magis ſtiptice. Cibi aut ſint frigidi et hu. aliqualiter ſtiptici paucarũ ſuperfluitatũ præbẽtes nutrimentum bonum, uiſcoſum, & ſolidũ, ne facile liquefiat, & cũ hoc ſint facilis digeſtiõis, ſicut eſt uinũ nigrũ ſtipticũ cum aqua calibeata, aut infuſionibus tragacanthi, debite lymphatum, & ex carnibus pulli cuiuſcunq; generis phaſiani, perdices, coturnices, franquillini, & ſimiles, cõditi cum acreſta aut uino cydoniorũ, aut in gelatina, aut cũ ſumach myrto & ſimilibus. Et oua ſorbilia cocta in aceto & aqua roſ. Et genera lactis in quibus ſit extinctũ ferrum & proprie mulieris, deinde aſinæ, deinde caprę, deinde ouiũ, deinde uaccinum, & caſeus recẽs, & piſces bene cõditionati, & ex granis far hordeum, ſpelta, amylũ, & ſimilia, ſed melius eſt kiſt eorũ. Et ex herbis, cucurbita, portulaca, lactuca, ſed acetoſa eſt propria, & cibaria ſua q̃doq; immiſcẽtur cum puluere gũmi, tragacãthi, coriãdri q́ eſt propriũ: inſpiſſat .n. humiditates & uiſcoſas facit, & mẽbris adherẽtes, & propterea minus liquefactibiles, & ad hoc karabę confert & folia uſneę, & eſt res albi coloris col lecta ſuper arboribus ſunt in hoc ꝓpria & hę ſua ſtipticitate tẽperata paulatim fluxũ ſtringũt non repẽte, & ſcd'm hanc intentionẽ facile fieri poſſent cõpoſita, ſicut marzapanis & electuaria reſtauratiua & ſibi ſimilia. Secunda aũt intẽtio .ſ. humidi reſtauratio perficitur cũ ſimilibus cibis quorũ præceſſit rememoratio & uirtute exiſtẽte debili pluries in die ſunt cibãdi.

DE CHOLERA PASSIONE. Cap. V.

Cholera paſſio, eſt deſcriptiue motus uehemẽs materierũ ex indigeſtione corruptarũ ad expellendũ a corpore cũ labore & acuitate uirtutis expulſiuę tãta ut propter multitudinẽ & acuitatẽ materię fiat uomitus & receſſus ſimul &c.

Complementũ huius cap. quo ad ſpecies, cauſas, ſigna, prognoſtica. Et curam quere ſupra in tractatu de paſſionibus ſtomachi.

Secunda pars eſt de ſpẽbus fluxus ſumptis a membris particularibus continens capitula ſex.

DE FLVXV CEREBRALI. Cap. VI.

Fluxus cerebralis eſt qui fit propter catarrhũ a cerebro ad ſtomachũ, & tandẽ ad inteſtina deſcendentẽ multotiens corrũpentem cibum & facientẽ ipſũ fluere, & deſcendentẽ ſimul cũ eo ꝓpter ſuã lubrcitatẽ et expulſionẽ factã ab inteſtinis.

Cauſę huius fluxus ſunt omnia quę catarrhũ multiplicanẽ, ſiue corporea ſint, ſiue incorporea, & maxime ſecũdum plurimũ mala cõplexio frigida cerebri et humida, & aliquando calida & hu. quæ ratione caliditatis attrahit & ratione humidi reſolutionem impedit, unde neque fit nutrimenti debita cõuerſio, nec ſuperfluitatũ propriarum, aut cõium reſolutio, aut per proprias regiones euacuatio, quapropter deſcendentes per colatorium, aut alias uias occultas ad ſtomachum deriuanẽ, & ſunt ſecundum plurimũ phlegmatice. Item, uapores qui a membris inferioribus & maxime a ſtomacho ad cerebrum eleuati a frigiditate ſua & humiditate condenſati ſunt frequenter in cã, multiplicantur aũt & ad cerebrum eleuãtur propter debilitatem ſuarum digeſtionum, & quia non poſſunt per alias regiões ſenſibiliter aut inſenſibiliter expelli & frequenter pororum oppilationes &c.

Species non habet niſi quoſdam modos ſecundum magis & minus differẽtes, ut quia aliquis eſt nouus, aliquis antiquus & ſimiles &c. Cauſæ aũt primitiuæ ſunt aẽr frigi. & hu. & uentoſus, auſter enim caput implet, boreas exprimit, & ſtatio ſub radijs ſolis, aut lunę capite repleto. Item cibi difficilis, digeſtionis uaporoſi, & potus nimius, & pręcipue uini uinoſi, & ſomnus multus, & proprie meridianus, & immediate poſt crapulã aut ebrietatẽ. Itẽ, retẽtio euacuationũ conſuetarũ, & quies multa, et exercitiũ forte incõſuetũ, capite ẽt repleto & coitus multus debilitãs cerebrũ et mẽbra naturalia. Itẽ, accñа animę ſicut triſtitia nimiũ ſtudiũ, cogitatiões profunde, et ſimilia etc.

Signa fluxus cerebralis ſunt primo ſigna corruptionis cõplexionis cerebri .ſ. frigiditatis & hu. ſecundum plurimum, ſed caliditatis & hum. rarius, & adſunt ſigna catarrhi, quia ſentitur in gutture titillatio quædam, & deſcenſus eius per mery, quem quandoq; ſentiens deglutit, & cum peruenit ad ſtomachũ ſentitur frequenter grauedo, & aliquando nauſea, & quandoque

quandoque dolor, & apparet in egeſtionibus cibus indigeſtus cum mucis phlegmaticis, & habet periodos ſecundum aggregationem materiæ catarrhalis magis in ſomno, et poſt expergefactionem deſcendit, & quandoque deſcendit in ſomno, ita ut ſentiatur patiens deglutire. Et differt a lubricitate ſtomachi, quia illa non habet periodos, ſed quacunque hora cibus aſſumitur deſcendit, & ſecũdum plurimum eſt ſine mucis phlegmaticis, & econtra uero fluxus cerebralis eſt cum exitu humorum catarrhalium abſq; cibo, & aliqñ abſq; alia fecum admixtiõe, nec adſunt in lubricitate ſigna corruptionis cõplexionis cerebri nec ſigna catarrhi quę apparẽt in gutture & mery & in ſtomacho poſtq; deſcendit, de quibus dictum eſt.

Prognoſticum. Huius fluxus cura facile perficietur ſi catarrhus poteſt prohiberi, quapropter in ſenibus eſt huiuſmodi cura difficilima &c.

Cura huius fluxus ſeptem exigit intentiones, ſcilicet euacuationem diuerſionem, cerebri rectificationem, ſiſtionem ſtomachi, & inteſtinorum mundificationem, & ipſorum confortationem, & debitum regimen ſex rerum non naturalium ſecundun exigentiam intentionum. Prima intentio in catarrho frigido aut mixto completur cum pilulis de hyera ſimplici, aut de hiera compoſita, aut cum agarico uel cũ huiuſmodi. Recipe pilularum de hiera ſimplici ʒ.i. agarici pręparati, myrabolanorum, kebulorum añ. ʒ.s. cum aqua menthæ, aut maioranæ, aut cum uino formentur pilulæ. 15. de quibus ſumantur, 5. aut 7. ſecundum exigentiam mane, aut completa digeſtione cibi præcedentis, & apud maiorem neceſſitatem pilulis de hiera ſimplici, poteſt addi aliquid cochiarum & in calido euacuetur cum pilulis aſſaieret quibus apud neceſſitatem poſſet addi aliquid modicũ aurearum. Sed cauẽdum eſt cum adſit fluxus ne fortia ſoluentia nimium ſoluant & ſtomachum debilitent & inteſtina, propterea bonum eſt cum medicinis ſoluẽtibus ſupraſcriptis aliquid myrabolanorũ miſceri. Digeſtiua autem ſi eis opus ſit ſunt in materia frigid. mel roſ. ſyrupus de ſtecados, & his poſſet admiſceri aliquid thuris ad confortandum et incraſſandum, et in calido iulep roſaceum de myrto, & ſyrupus de papauere, & debent hi ſumi cum aqua leuiter calibeata, ſed in cauſa frig. ſit in ea infuſum aliquid thuris, macis, nucis muſcate, et ſimiliũ. Diuertatẽ iuxta ſecũdã intentionẽ materia catarrhabilis fluẽs uel fluxura, & ſimiliter uapores caput petentes omni genere diuerſionũ cõium, & cum aliquibus proprijs, maxime caputpurgijs & deſiccatorijs, & tandem cauterijs cõmiſſuræ coronali applicitis, maſticatoria uero & gargariſmata ſunt mihi ſuſpecta ne amplius materiam ad ſtomachũ pręcipitẽt & diuerſificenẽ caputpurgia ſcd'm materię diuerſitatẽ & ſenſus acuitatẽ, & ſimiliter ueſicatoria & cauteria. Cõfortetur aũt cerebrũ iuxta tertiã intentionẽ cũ exterius applicitis, ſicut ſacculo maxime applicito ſuper cõmiſſura coronali facto ex ſalis uſtulati, ſandarace, radice nenuf. exiccata. ana. ʒ. 2 ſpicę, myrrhę. añ. ʒ. i. et hic ſacculus aliqualiter calefactus ſuper latere cal. aſperſo uino, & pauco aceti bis in die applicetur, & ſumpta interius ſint diamuſcus & diãbra in cauſa frigida, & zuccarum roſaceum in cã calida myrabolani quoq; chebuli conditi optime ualent in confortatione ſtomachi & capitis, & cum hoc comprimendo euacuant, & trifera feruginata eſt propria ex arte ſenonis, ſed in confortatione ſtomachi ſuperflue remoliti, & aromaticũ roſaceũ eſt propriũ in utriuſq; confortatione, & in cauſa mixta aut frigida. Siſtatur aũt catarrhus frigid. iuxta quartã intẽtionem multis modis, ſed maxime tenendo in ore thus aut ſpicam, & thus deglutitũ poſt cenã optime confert, ſed in calido teneatur in ore ſemen papaueris al. diacodiõ, terra ſig. lutum armenũ, aut aliquid ex eis deglutiatur, & quandoq; oportet uti narcoticis, ſed poſtponatur quantum eſt poſſibile. Suffumigia etiam facta cum thure, ſandaraca, coſto, laudano, xiloaloẽs ſingulariter aut cõiunctim, & proprie ſi cũ reſina & pice incorporentur optime ualent ad ſiſtendum catarrhum, & ad cerebri confortationem. Mundificetur aũt ſtomachus iuxta quintam intentionem cum uomitu, & proprie ſi nauſeauerit. Et ſtomachus & inteſtina mundificentur cum clyſteribus aut ſolutiuis leuibus ſicut pilulis de hiera ſimplici cum pauco myrabolanorum. Deinde cõfortetur iuxta ſextam intentionem cum ſtipticis & aromaticis, & prohibẽtibus effuſionem materiæ ad ipſa. Et ex proprijs eſt thus, ſpica, capilli ueneris, maſtiche, macis, & ſimilia. Et ſi qua ſit dyſcraſia impreſſa in ſtomacho & inteſtinis frigida cũ calidis amoueatur, ſicut ſunt cortex citri, zingiberis, ameos, cortex thuris, & ſicut aromaticum ro. theriaca, mitridatum uſq; ad aquam uitis, & ſimiliter cum exterius applicitis. Calida autem remoueatur cum frigidis cõfortantibus, ſicut diarrhodon abbatis, zuccharũ roſ. & ſimiliter leuiter ad frigidum declinantia applicentur exterius. Aẽr iuxta ſeptimam intentionem declinet ad ſiccum & ad temperamentum in actiuis, aut leuiter ad calidum. Caueat a uentis & a ſtatione ſub radijs ſolis aut lunæ, teneat caput pãnis mediocriter coopertum inſpecta eius diſcraſia, ſed reſiduum corporis magis calidum. Vitet uinum quantum eſt poſſibile. Sed bibat aquam mellitam uel zuccharatam, aut uinum rubeum optime lymphatum & proprie aqua aliquantulum calibeata. Et ſint cibi eius facilis digeſtionis non uaporoſi ad ſiccum declinãtes, non comedat brodialia in cenis. Poſt cibum ſumat aliquid cydonij, aut piri coctĩ aut conditi, aut coriandros ſemicõfectos, aut ſaltem præparatos. Non dormiat in die iuxta poſſe, & tardet ſomnum poſt cenam quæ ſit leuis, dormiat capite eleuato ad alterum laterum declinante, ita ut humiditates ſint prone fluere per nares. Procuret uomitũ ſi nauſeauerit immediate poſt ſomnum. Et cæteras procuret euacuationes per conuenientes regiones. Exercitetur ſtomacho ieiuno, ſed exercitium ſit magis longum quam forte aut intenſum. Et fricationes aliquando ſuppleant uicem exercitij. Sit ſperans & gaudens, uitet triſtitiam & longum ſtudium, et nimiam ſolicitudinem.

DE LIENTERIA SIVE FLVXV ſtomatico. Cap. VII.

Lienteria lubricitas ſtomachi, lenitas eius, fluxus ſtomaticus ſunt termini ſynonymi, et dicitur lienteria a λεῖον quod eſt lene & ἔντερον inteſtinum, id eſt, lenitas inteſtinorum. Propterea diffinierũt quod eſt lenitas ſtomachi & inteſtinorum, eſt enim tunc eorum ſuperficies lenis non aſpera, ſicut debet eſſe in diſpoſitione naturali.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.221

Eſt autem deſcriptiue aſperitas, inęqualitas, ſuperficiei ſecũdum corpus durũ, quę naturaliter debet eſſe in ſuperficie intrinſeca ſtomachi propter retentionẽ, cum enim ſtomachus primę digeſtionis organũ ſit principaliter ordinatum ad digerendũ cibum & potum ſibi ab ore per mery delatum quem digerere nõ poteſt niſi ipſum debito tempore retineat, cũ actiones naturales non fiant niſi in tempore, fuit a natura ſapienter ordinatum ut tunicæ ipſius ſtomachi cum uilis ſuis corrugarentur, & ſuper cibo cõtraherentur clauſo portunario ut fieret immediata adheſio cibi ad ſtomachum & ecõtra, & nullum caderet uacuum inter ipſos, ſic enim duæ ſequuntur utilitates. una eſt retentio cibi debito tempore quę maxime perficitur per ſuperficiem intrinſecam aſperam ex tunicarum corrugatione prouenientem. altera eſt cibi bona digeſtio, & in chylum tranſmutatio quæ perficitur per bonam ſtomachi cibo digerendo adheſionẽ. Si ergo ſtomachus debens eſſe naturaliter aſper fiat lenis lederẽ immediate retẽtiua, & conſequenter digeſtiua, & ęgrotabit ægritudine quę dicitur ſcd'm eſſentiam ſuam lenitas oppoſita aſperitati quæ ſub creatura continetur. Et ſecundum accidens immediatum dicitur lubricitas, & ſecundum mediatum dicitur lienteria quę deſcriptiue eſt fluxus indigeſti, primo enim lenitur ſuperficies ſtomachi interior, deinde ex ea deficit retentiua & lubricat chylus, ex quo conſequenter deficit digeſtiua, ultimo cibus indigeſtus emittitur &c.

Hic fluxus ſpecies non habet niſi quaſdam improprias differentias ſecundum magis & minus, aut ſecundum diuerſitatem ſuarum cauſarum. Eſt enim quędam lienteria in qua emittitur cibus et potus omnino indigeſtus, & in ea quantitate in qua eſt aſſumptus. Eſt etiam alia ſpecies leuior in qua cibus totus emittitur, ſed non omnino indigeſtus ſicut aſſũptus eſt. Et eſt tertia ſpecies leuiſſima in qua non totus, ſed aliqua parte eius bene in chylũ cõuerſa, aliqua uero refugiente digeſtionem emittitur indigeſtus, ſimiliter poſſunt aſſignari ſpecies ſecũdum diuerſitatem ſuarũ cauſarum ut quod aliqua pẽdet a cauſa primitiua, ſicut à cibo aut medicina, & aliqua a cauſa corporea, ſicut ex nocumẽto ſtomachi & membrorum ſibi communicantium.

Propterea cauſas huius fluxus abſoluamus incipiendo a primitiuis ex quibus eſt medicina ſolutiua, cuius aliquid eſt in ſtomacho aut inteſtinis, prius autem in orificijs meſeraicarum derelictum materiam a membris circunſtantibus attrahens ad ſtomachum & inteſtina, quibus uirtus grauata ſimul cum illis cibum expellit. Et aliquando cum periodis materia in determinato tempore aggregata ſufficiente ſtimulare expulſiuam, aut debilitare contentiuam. Quandoque a cibo, aut propter ſui quantitatem, aut qualitatem, aut malum ordinem, aut quia non ſumitur in tempore conuenienti, aut quia non debite præparatur, aut quia non fit debita ciborum mixtio adinuicem, aut quia non ſeruatur debitus ordo ſumpto cibo. Cibus enim quantitatis multæ grauando retentiuã eſt cauſa fluxus, & ſi corrumpitur propter diminutam decoctionem corrumpitur ad aceroſum. Cibus autem paruæ quantitatis interdum eſt cauſa fluxus cum propter magnam proportionem uirtutis digerentis corrumpitur ad fumoſum, & ſtimulando expulſiuam eſt cauſa fluxus. Secundus cibus malę qualitatis, ut puta grauis & craſſæ ſubſtantiæ, ſicut fabæ, caro buffali, & ſimilia debilitando contentiuã eſt cauſa fluxus ẽt ante eius digeſtionem, & ſalſedo cibi acuitas et acetoſitas irritat ad expulſionem ante digeſtionem, ſicut allea, piper, acetum & ualde ſalſa, & uentoſitas ſicut in fungis malis, & uelox cibi corruptio ſicut lac. Et cibus multæ aquoſitatis, ſicut ceraſa, pepones, uuæ, & ſimilia & fluxibilia ualde, ſicut brodia & unctuoſa faciunt ad lubricitatem, & cibi quorum multum parum nutritur, ſicut olera, conturbãt enim ſtomachum, cum parum cedat in nutrmẽtum, plurimum in ſuperfluitatem. Item, cibus qui non eſt conueniens homini cum ſua proprietate cõtraria toti ſpeciei, ſicut fenum, carnes crudę et cibi animalium non hominum, aut quod eſt contrarius uni homini, ita quod non alteri cum ſua proprietate materiã inſequente, ſicut cancri qui ſolebant amicum meum ſoluere, & in eo fluxum prouocare totiens quotiens cãcros comederet. Tertio ratione mali ordinis fit fluxus cum pręmittitur cibus lubricus facilis digeſtionis, & poſtponitur ſtipticus, aut quando poſtponitur cibus facilis digeſtionis & corrumpitur, eſt cauſa fluxus corrumpendo quod eſt ſub ſe & irritat naturam ad expellendum. Quarto quando ſumitur in tẽpore non conuenienti, ſicut cum ſumitur cibus præcedenti nõdum digeſto, aut cum tardatur cibus poſt famem replẽtem ſtomachum malis humoribus fit ut corrumpatur, & tanquam ſuperfluum expellatur. Quinto non debita pręparatio, ſicut quãdo non bene coquitur aut minus excoquitur, aut frigidus comeditur, & ſimilia. Sexto mala ciborum mixtio, ſicut quando ex inciſiuis abſtergẽtibus, ſalſis, unctuoſis fit mixtio &c. Septimo indebitum regimen poſt cibum eſt cauſa fluxus, ſicut potus multæ aquæ poſt cenam eſt, cauſa curſibus lubricet. Quãquam aliqui ex tali potu credant ſe bene digerere ſed fallunẽ, quia non digerunt, ſed ſic uidetur eis, quia cibus deſcendit indigeſtus & citius quam ſolebat. Similiter qui ſe exercent inordinate poſt cibum, aut coeunt, aut incurrunt timorem, iram, & huiuſmodi accidentia extrema. Aër quoque humidus ſuperflue adiuuat ad fluxum, & etiam qualitercunque multum diſcraſiatus, eſt enim cauſa debilitatis uirtutis contentiue, aut corruptionis humorum qui corrupti ſunt cauſa fluxus. Ex parte uero ſtomachi eſt mala complexio frigida & humida, maxime debilitando contentiuam ratione humiditatis, & ratione frigiditatis digeſtiuã licet enim frigiditas utranque debilitet multum, humiditas multo magis ledit contentiuam quam digeſtiuam quamquam caliditas & ſiccitas cum excedũt ſint cauſa fluxus debilitando contentiuam & digeſtiuam, ſicut in propinquis morti. Omnis enim moderata diſcraſia deijcit actum proprie uirtutis ſecundo techni. Secunda cauſa, ſunt humiditates phlegmaticę ſtomacho adherentes, ſiue in eo congeſtę, ſiue aliunde defluxere, quę non ſinunt cibum figi in ſtomacho uel tanto tempore remanere ut digeratur, & poteſt eſſe quod eorum præſentia ſtomachus non ſit leſus, ſicut neque dicimus hominem leſum in uirtute retentiua manuum habentem manus oleo inunctas, quãuis non bene retineat, ſecundum plurimum, tamen ſi prolongaretur in ſtomacho ledunt retentiuam & di

geſtiuam

geſtiuam. Similiter præſentia humoris cholerici aut phlegmatici ſalſi pungentis & ſtimulantis expulſiuã non ſinit cibum figi. Ventoſitas etiam nõ ſinens ſtomachum adhærere cibo eſt cauſa ut corrumpatur & expellatur. Tertia cauſa, ſunt ulcera puſtule aut apoſtema ſtomachi tantum dolorem inferentia ut nõ tolleret cibi contactum, quapropter irritatur expulſiua ad expellendum. Item, dolores ſtomachi à quacunque cauſa contigerint. Quarta cauſa, poſſet eſſe apoſtema & ulcera membrorum ſibi uicinantium, ſcilicet diaphragmatis, epatis, inteſtinorum, gracilium, & colon, qui ſuperequitat ſtomachum, & ſimiliter ipſorum dolores. Eſt tamen aduertendum lienteriam quamuis ſit principaliter paſſio ſtomachi cui principaliter debetur cibi digeſtio, eſſe etiam paſſionem inteſtinorum & propriè ſuperiorum, quorum actio eſt in cibo prędigeſto in ſtomacho ad complendam eius digeſtionem, licet uirtus retentiua nõ inſit eis per uirtutem in eis repertam, ſed ſolum per ipſorum circumuolutionem, ut uoluit Gal.

Signa lienteriæ ſunt ipſa lienteria. ſ. exitus cibi & potus indigeſti. Differt tamen lienteria ſtomachi à lienteria inteſtinorum. Nam in inteſtinali egreditur cibus notabiliter digeſtus, cum ipſius digeſtio principaliter in ſtomacho perficiatur. Sed in ſtomachali ſiue ſtomachia ſecundum plurimum notabiliter indigeſtus, & adſunt nocumenta inteſtinorum cum ſanitate ſtomachi, uel econuerſo, & diſtinguitur per locũ doloris, & cuiuſcunque alterius nocumenti ſenſati an ſit in regione ſtomachi, uel inteſtinorum. Item, ex ægritudinibus quæ præceſſerunt an fuerint in ſtomacho, ſicut nauſea, ſubuerſio, uomitus, & ſimiles, an fuerint in inteſtinis, ſicut colica, dyſenteria, & ſimiles, quæ magis in inteſtinis approprIantur, & uomitus ſaniei & ſanguinis cum dolore circa ſtomachum ſenſato, ſiue præſens, ſiue antecedens ſignificat lienteriam eſſe ſtomaticam cum ſanies & ſanguis inteſtinorum male poſſet euomi niſi magna eſſet oppilatio in inteſtinis ſicut in ileo, uerum ſanies & ſanguis ſtomachi facile poteſt per ſeceſſum expelli, & differt à fluxu cerebrali, quia lienteria ordinem non habet neque periodum, ſed quacunque hora cibus aſſumitur, & propriè difficilis digeſtionis egreditur. Cerebralis autem ordinem habet & periodos, ut ſupra.

Signa cauſarum ſi fuerint primitiue ſicut medicina cibus, potus, & aër, & alia quæ ſuperueniunt ſumpto cibo, ſcilicet exercitium & ſimilia ſunt præceſſio ipſarum cauſarum. Et quandocunque talis cauſa præceſſit, ut quia talis ſũptus eſt cibus, aut aliqua ex cauſis iam dictis ſemper ſequitur talis effectus, ſcilicet lienteria & nulla tali cauſa præcedente non ſequitur lienteria, & ſi eſt cauſa medicina ſolutiua interdum ſentitur dolor & punctio, & ſapor eius, & quia eſt ex eis quæ hoc facere conſueuerunt, ſicut eſt agaricum aut colocynthis conſumitur in ſubſtantia niſi ſit infuſa, ſicut oxymelle &c.

Signa male complexionis frigidæ & humi. ſtomachi ſine materia ſunt albedo faciei, & linguę, paucitas ſitis, & tarda digeſtio, frequens corruptio cibi ad acetoſum cum oxyremia, multitudo ſputi, & nõ eſt grauitas ſtomachi neque nauſea. Sed ſi ſit cum præſentia materiæ phlegmatice, adſunt ſigna ſupraſcripta, & cum hoc grauitas & frequenter ſtomacho ieiuno adeſt nauſea, ſubuerſio, uomitus phlegmatis, quod etiam frequenter ſeceſſu educitur, & ſi in cauſa eſt uentoſitas ſentitur motus uẽtoſitatis per ſuperius aut per inferius & rugitus & dolor, nunc in una parte, nunc in altera.

Et ſi in cauſa ſit mala complexio calida & humores calidi adſunt ſigna contraria ſupra ſcripta, & eorũ ſapor in eructuatione ſentitur & frequenter uomitu aut ſeceſſu emittentur, & cum hoc ſunt ſigna generalia ex complexione, habitudine, ætate, tempore, regimine præcedente & ſimilibus, quæ malæ complexioni calidæ aut frigidæ atteſtantur, & phlegma ſalſum cognoſcitur ex ſapore ſi euomitur, & ex ſubſtantia ſua ſubtili & acuitate & mordicatione tineſmo ſi per ſeceſſum emittitur.

Et ſigna ulcerum ſunt uomitus ſaniei & eructuatio redolens ſaniem, & ſeceſſus ſaniei multum cõmixtæ fecibus propter longum cum chylo & fecibus inceſſum, & ſi ulcera ſunt in inteſtinis raro uel nunquam ſanies euomitur, neque eructuatio eſt redolens odorẽ eius, ſed ſolum per ſeceſſum emittitur, & ſumpta per os ſi acuta ſint ardorem inferunt quando ulcera ſunt in ſtomacho: ſed in inteſtinis minimè, & apoſtemata cognoſcuntur ex tumore, duritiæ, grauitate, dolore continuo, febre continua, & bothor cognoſcuntur ex punctione & mordicatione, & frequenter apparẽt in ore propter continuationem pelliculæ oris cũ pellicula ſtomachi, & facile poſſunt in cauſis communicare. Et ſi apoſtemata ſint in inteſtinis adeſt colica et lienteria ex debilitale retentiuæ diſtinguitur à lienteria ex debilitate digeſtiuæ, quia in prima cum cibus aſſumptus eſt ſtatim emittitur, & propriè cum homo ſedet uel incedit, ſed paulatim exiſtẽte ferè ſemper aliquo conatu ad retinendum, & propriè cum expulſiua non eſt ualde fortis, & apparet in cibo aliqua digeſtio ſecundum moram eius in ſtomacho, ſed in ſecunda ex debilitate digeſtiue cibus notabili tempore retinetur, poſtea tandem indigeſtus per ſuperius aut inferius emittitur. Et frequenter apparent ſigna corrupta digeſtionis.

Prognoſtica. Primum eſt aforiſmus quintæ particulæ, ſcilicet in diuturnis lienterijs quòd oxyremia ſuperueniens prius non exiſtens bonum, & eſt ſenſus quòd oxyremia, ideſt eructuatio redolens acetũ uel acreſtam ſuperueniens prius non exiſtens bonum eſt per uiam ſigni, ſignificat enim cibum immutari cum prius nõ immutaretur, & ſic bonum eſt, & præcipuè ſi redoleat odorem aceti cum magis actionem caliditatis ſignificet. Si autem oxyremia præceſſiſſet lienteriam, aut ſimul cum ea inchoaſſet, ſiue diu duraſſet, ſiue non, non eſt bonum ſignum, ſignificat enim phlegmatis acetoſi, aut melancholiæ acris præſentia in ſtomacho aut magnam diſtemperantiam ſtomachi ad frigidum, quorum nullum eſt bonum.

Dicunt etiam quidam eſſe bonum per uiam cauſæ quia res acetoſe phlegmata incidũt, ſed in hoc caſu arbitror hoc paruum iuuamentum.

Secundum prognoſticum, lienteria ſuccedens fluxibus antiquis, & ad chronicas ęgritudines mortalis.

Tertium, lienteria ſequẽs malam complexionem frig. & humid. eſt ſummæ difficilis cum antiquatur tandem & ducit ad hydropem, tum epar refrigerando, tum male chylum præparando.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.222

Quartum prognoſticum, lienteria ſequens medicinas exoluentes, aliquando ducit ad dyſenteriam & mala ulcera inteſtinorum.

Quintum, uomitus in lienteria eſt malus. Significat enim debilitatem toti ſtomacho communem aut multitudinem materiæ in toto ſtomacho incitantem ad uomitum & ad ſeceſſum, & ſimiliter ſignificat omnes alias cauſas toti ſtomacho communes.

Sextum, quando apparet in lubricitate inteſtinorum ſuper coſtis aliquid ſimile ciceri, & prouocatur urina, & multiplicatur, moritur æger in hora illa.

Cura lienteriæ ſi fuerit à medicina ſolutiua exigit quinque intentiones. prima, frangit audaciam medicinę & eam è corpore educit. ſecunda, humores diuertit. tertia, confortat ſtomachum & inteſtina ne recipiant, necnon cor & membra nobilia, & cum hoc ductus & uias conſtringit, incraſſat materiam, & tandẽ compingit. quarta, accidentia corrigit. quinta, ordinat debitum regimen.

Prima completur exhibendo aquam hordei, aut aquam calibeatam in potu in notabili quãtitate etiã pluribus uicibus, & ſi apparent ſigna frigiditatis detur aqua paſſularum zucchari rub. uel mellis. Mucilago quoq; ſe. pſilij, uel ſe. cydoniorũ, & exhibitio olei omphancini uel ſiſamini, & ſimilium optime ualet, tum ad deponẽdum medicinam, tum ad frangendũ eius acuitatem, & maximè ſi ſit uenenoſa, & debent dari in notabili quantitate & multotiens, & poſſunt mucilagines cum aqua hord. permiſceri, & ſimiliter butyrum cum aqua ca. permixtum eſt in hac re præſtantis iuuamenti, & ex ſimilibus rebus fiant clyſteria ſecundum neceſſitatem.

Communiter tamen ſufficiat aqua hord. uel aqua communis calida ſiue potata ſiue clyſterizata, ſed in clyſteribus aliquid unctuoſum, ſicut oleum uel butyrum, & ſimiliter aliquod abſterſiuum, ſicut zuc. rub. permiſceatur, & ſi per duas horas, poſt huiuſmodi lauatiua dentur aliqua compreſſiua, ſicut ſuccus cydoniorum, uinum granatorum, ſorbium, & ſimilium, & decoctio myrabolanorum optimè confert ad deponendum medicinam.

Secunda intentio completur cum diuerſionibus, & propriè ſi medicina fluxum humorum excitauerit, ex quibus ſunt ligaturæ ſupra cubitos multotiens reiterande, necnon uentoſe ſpatulis applicite. Item fricationes & lotiones brachiorum, ſed uentoſa magna ſtomacho applicita cibum in ſtomacho retinet.

Tertia intẽtio completur cum interius & exterius applicitis, ſicut cum unguentis emplaſtris ceratis epichimatibus ſtomacho & inteſtinis applicitis, necnon ſyrupis, electuarijs, & cæteris, de quibus ſermo præceſſit in cura fluxus in uniuerſali.

Confortetur etiam cor cum exterius applicitis, & omnes hæ medicinæ conſtrictiuæ interius ſumptæ, ſunt etiam pro parte cordis conſtrictiue & confortatiue, ſicut rob de acetoſitate citri de ribes & ſimiles, & epar confortetur cũ ſtipticis claudentibus uias & ductus eius, per quos materia ad ſtomachũ & inteſtina defertur. Recipiunt enim ſtomachus & inteſtina ſuperfluitates ferè à toto corpore mediante epate, & tãdem apud magnam neceſſitatem compingendum & ſtupefaciẽdum eſt iuxta doctrinam ſupra ſcriptorũ. Corrigantur accidentia iuxta quartam intentionẽ, & ſimiliter debitum regimen ordinetur iuxta quintum ſicut dictum eſt in ca. gentrali curationis fluxus. Similiter ſi lienteria fuerit ex cibis aut à quacunque alia cauſa primitiua illa remoueatur, & inducatur regimen contrarium.

Cura lienteriæ à phlegmate exiſtente in ſtomacho exigit ſex intentiones curatiuas. Prima digerit incidẽdo & abſtergendo phlegma exiſtens in ſtomacho cũ oxymelle ſimplici, oxymele compoſito & ſquillitico apud maiorem neceſſitatem & melle roſ. cum his mixto ad aliqualem confortationem, & aquæ ſint ſicut aqua menthe abſynthij aqua decoct. cinnamomi & ſimiles. Sed eſto memor paucam aquam cũ ſyru. permiſcere, utputa tantundem aquæ ut melius adhęrendo abſtergat. Secunda intentio eſt euacuatio cũ pillulis alephanignis de hiera ſimplici ſtomaticis, & non excedendum eſt in ſolutiuis fortibus quæ multũ trahant à longinquis, ne ſtomachum debilitẽt & amplius de materia trahatur ad ſtomachum niſi illa materia à membris diſtantibus mitteretur, & tunc in eo caſu poſſemus uti electuario eleſcof. ſi mitteretur à membris nutritiuis, & pillulis cochijs ſi à capite mitteretur, ſint tamen in parua quantitate & cum quibuſdam ſtipticis permixta ſtomachum confortantibus.

Vomitus quoque & propriè ſi ad ipſum æger inclinetur eſt præſtans in melancholia, & propriè præcedentibus inciſiuis & ſubtiliatiuis & abſtergentibus, ſicut ſunt almuri & res ſalſe, & ſynapis, & cepe decocte aut raphanum, & his ſuccedant inuiſcantia, ſicut alagane in eadem menſa, & multum potet de uino ſatis potenti, & per horam poſt elaboret in uomendo iteratis uicibus imponẽdo digitum in ore, aut pennam oleo intinctam donec multũ de phlegmate euomat.

Tertia autem intentio eſt diuiſio quæ perficitur ſecundum materierum fluentium exigentiã ad ſtomachum & membrorum à quibus fluunt, & hæc perficiatur ut ſępe dictum eſt. Quarta autem intentio ſcilicet confortatio & propriè retentiue eius completur cum unguentis, emplaſtris, ceratis, ſacculis, fomentis factis ex rebus calidis & ſtipticis odoriferis per uirtutem tertiam ſtomachum confortantibus, ſicut eſt maſtix, thus, gallia muſ. abſynthium, gariofili, ſpica, mẽtha, calamus aromaticus, laudanum ex quibus poſſunt fieri compoſita permiſcendo cum oleo de maſtice, de ſpica, & ſimilibus, & ſucco menthe, uino odorifero, & pauco aceti, cera, pice, reſina, ſecundum exigẽtiam unguẽti aut cerati. Interius autem ſumpta ſint ſicut thus, maſtix, diaolibanũ, miua aromatica, ſyru. de mentha, diacitonitem cũ maſtice. Sed nota quòd inter herbas mentha eſt pręſtantiſſima in ſtomachi cõfortatione & maximè hortulana boni odoris, & caſtoreum plus confortat ipſum cæteris carnibus, maſtix plus cæteris gummis, galanga plus cæteris aromatibus, enula magis omnibus rad. cappares conditi plus omnibus floribus, & cydonia plus omnibus fructibus. Quinta intentio eſt cura accidentiũ, pro quibus etiam recurre ad ea quæ dicta ſunt. Sexta intentio ordinat debitum regimen ſex rerum non naturalium. Aër ergo declinet ad calidũ & ſic. naturaliter, aut artificialiter, & cibi ſui ſint calidi & ſic. incidentes abſtergentes non ſtiptici ſaltem in principio ſicut ex ſalaris cappares cum aceto conditi & pauco mellis. Et cepe debite decoctum, & ſimilia, cum aceto & melle,

& paucis

& paucis aromatibus condita, aut cum zuc. rub. raphanum & porrum concedi poſſunt in pauca quantitate. Ex ferculis, brodium, cicerum cum mentha in eo minutim inciſa. Item, radices petroſellini debite cocte & pręparate. Item, brodium caulium, & carnes ex auibus boni kimi & facilis digeſtionis, & ex ſaporibus ſynapiſmum, & piperata, & uinum antiquum aromaticum uinoſum aut mediocris potentiæ. In fine autem multa materia phlegmatica educta magis ſtipticis utendum eſt.

Si fuerit mala complexio frigida & humi. ſine materia unica intentione opus eſt, ſcilicet calefactione & exiccatione cum his quæ habent ſtomachum confortare ſua ſtipticitate temperata aromaticitate & proprietate.

Si uerò uentoſitas fuerit in cauſa. Primo materia à qua eleuatur euacuetur iuxta modũ præcedentis doctrinæ. Secundo uentoſitas carminetur cum his quæ etiam ſtomachum confortãt, ſicut eſt zing. & ex maximè proprijs eſt galanga, & diagalanga. Item, caſtoreum, & diaciminum, & bacce lauri, & electuarium de baccis lauri.

Et ſi in cauſa fuerint humores calidi uomitu aut ſeceſſu educantur per eam, ſcilicet regionem quam magis natura tentaret. Et diuertatur iuxta modum generalem ſuperius dictum, poſtea mala complexio eius alteretur cum frigidis & ſtipticis interius & exterius applicitis ſtomachum confortantibus, quorum copiam ſuperius habuiſti, & ſimiliter ſeruetur regimen in cibo & potu.

Si uerò lienteria pendeat ab ulceribus, cura ex proprio cap. requiratur. Et maximè autem cõferentibus eſt ſuccus plantagi. cum bolo ar. & maximè ſi adſunt ſigna caliditatis, his tamen poſſet addi thus, aut maſtiche, exiſtentibus ſignis frigiditatis.

Cura uerò apoſtematũ ſtomachi ex proprijs capitulis requiratur. Et ex proprijs poteſt patere cauſa fluxus chyloſi accidentis merito nocumentorum ſtomachi & inteſtinorũ. Cauſæ enim intenſæ de quibus ſupra quæ faciunt lienteriã remiſſe poſſunt facere Kyloſum, quare cura erit proportionalis ſupra ſcriptis.

Cura uerò lienterię ex debilitate contentiue magis indiget ſiccis ſtipticis quàm quæ ex debilitate digeſtiue, ſed in caliditate ſatis parificantur. Vinum enim potens antiquum ſtipticum magis ſubuenit debilitati contentiue ex cauſa frig. & hum. Vinum autem potens minus ſiccum & minoris ſtipticitatis magis ſubuenit digeſtiue ex ſimili cauſa. Et diaolibanum eſt ſummæ laudatum in defectu utriuſque à cauſa frigi. & hu. cuius eſt deſcrip. ℞. olibani. ʒ.4. piperis, ameos ſpice, Keiſim, ideſt leuiſtici, aniſi, nigelle. ana. ʒ.2. balauſtiarum. ʒ.4. mellis diſpumati. q.s. miſce. dentur de eo ſtomacho ieiuno. ʒ.3. pro uice, & tardet prandium per duas horas.

Cura fluxus ſtomachi ſanguinei completur cum his quæ dicentur in cura fluxus inteſtinalis ſanguinei ad quod cap. recurre.

DE FLVXV INTESTINALI. Cap. III.

FLuxus inteſtinalis eſt quadruplex, ſcilicet diarrhœicus, lictericus, ſanguineus, & dyſentericus De diarrhœa & licteria ſatis actum eſt. fluxus ſanguineus ab inteſtinis, de quo eſt hic ſermo eſt fluxus ſanguinis ab eiſdem in notabili quantitate.

Species non habet, niſi forte quoſdã modos ſecundum magis & minus differentes.

Cauſę ſunt ſolutio unius aut plurium uenarum in inteſtinis, aut apertio orificiorum ipſarum, aut propter multitudinem extendentem, aut acuitatem corrodentem, & quandoque excoriatio aut ulcus inteſtinorum paulatim ſe dilatans, profundans per eorum ſubſtantiam.

Signa diſtinctiua inter hunc fluxum ſanguineum inteſtinalem & fluxum ſang. à toto, & fluxum ſang. epaticum, ſunt manifeſta ex dictis ſuperius in fluxu ſanguineo à toto. Et ex dicẽdis in fluxu epatico ſatis in principio cap. ibi enim ponuntur ſex ſigna diſtinctiua inter epaticum & inteſtinalem.

Prognoſtica. Hic fluxus ſequens dilatationẽ orificiorum uenarum inteſtinorũ facile curatur, ſequens autem fracturam abſq; corroſione & ulceratione difficulter, ſed ſequens ulcera & corroſiones difficillimè, pręcipuè ſi fuerit in inteſtinis gracilibus.

Dyſenteria uerò eſt fluxus uentris cum excoriatione aut ulcere inteſtinorum à δυς quod difficultatem ſignificat & ἔντερον inteſtinũ quaſi difficultas inteſtini. Iſido. 6. ety. Eſt autem excoriatio inteſtinorũ dolor abraſionis, ſiue abraſio doloroſa in ſuperficie eorum intrinſeca. Vulcus autem eſt ſolutio continuitatis eorum cum ſanie. Et hæc ulcera & excoriationes frequenter fiunt in inteſtinis, in ſtomacho rariſſime.

Species dyſenteriæ ſumuntur aut ab inteſtiniſs ipſis. Eſt enim quædam facta in duobus ſuperioribus, ſcilicet duodeno & ieiuno, quædam in duobus medijs, ſcilicet ileo & ſacculo. Quædam in duobus inferioribus, ſcilicet colo & recto, & quandoque fit in extremitate inteſtini recti, & ſi eſt cum punctione grauamine & conamine ad egerẽdum dicitur tineſmus, de quo poſterius agetur. Quandoque ſpecies dyſenteriæ ſumuntur à ſolutione continui, & ſunt tres. Prima in qua educitur ſanguis pinguedo, ſiue potius uiſcoſitas quædam, & eſt phlegma ſtagnans inteſtina. Secunda eſt in qua cortex inteſtinorum educitur, & dicitur alkurat uel alkurati. Tertia in qua fruſtum ſeu pars inteſtini educitur. Et quelibet iſtarum, aut eſt recens ſine ſanie, aut antiqua cũ ſanie. Et quanto eſt maior & profundior, tanto plus de ſanie educitur. Et hęc ulcera inteſtinorum. quandoque ſunt munda à quibus ſanies laudabilis emanat, quandoque ſunt immũda, ſcilicet corroſiua à quibus cum ſanie, & propter ulteriorem corroſionem etiam ſanguis emanat, & quæ ſunt putrida à quibus uirus fœtens emittitur. Et quædam propter antiquitatem tandem conuertuntur ad fiſtulas, & quædam adeo profundantur ut perforent inteſtina, & fex in uentre colligitur, quod eſt deterius quàm ſi ſimul uenter & inteſtina perforentur.

Cauſæ autem ſunt primitiuæ ſicut medicinę, uenenoſa ſolutiua, aut non ſolutiua, necnõ cibi acuti. Corporeæ autem ſicut humores, ſed frequentius cholera cuiuſcunque generis. Ex quibus ualde mala eſt praſſina, peſſima, zinaria, & deinde frequentius poſt choleram eſt in cauſa phlegma ſalſum aut uiſcoſum ſua tenacitate cum ſeparatur ſoluens continuum, ſed hoc magis in inteſtino recto. Tertio loco eſt melancholia aduſta cuiuſcunque generis, & ſanguis acutus & hi humores excoriantes quandoque ſunt paulatim in inte

ſtinis

ſtinis congeſti, ſed ſecundum plurimū ſunt aliunde deriuati. Et cholera trāſiens per inteſtina penes. Aui. ſecūdum plurimum excoriat infra. 15. dies, humor uerò phlegmaticus in uno menſe. Melancholicus in. 40 diebus, licet frequenter in prima aut ſecunda die quilibet iſtorum excoriet. Sanies quoque catarrhi & quicunque alter humor acutus ad inteſtina deriuatus eſt in cauſa. Et quandoque cauſa excoriationis eſt fex dura, & propriè in extremitate inteſtini recti, & cauſat tineſmum. Aliquādo cauſa ulceris eſt apoſtema quod in inteſtinis rumpitur.

Signa. Prognoſtica dyſenteriæ & fluxus ſanguinis ex uentre ſunt cum præceſſerit hyems ſicca ſeptētrionalis & ſuccedit uer pluuioſum & ęſtas pluuioſa. Similiter quando hyems eſt auſtrina & uer boreale paucæ pluuiæ, ſuccedunt enim fluxus propter multiplicationem catarrhorū. Et multiplicatur fluxus in regionibus meridionalibus cum exufflationibus auſtrinis multitudine pluuiæ.

Signum demonſtratiuum cōmune omnibus dyſenterijs eſt, quia ſanguis pinguedō, ſiue phlegma ſtagnans ſanies, cortex, aut fruſtū inteſtini educitur, aut ſolū, aut cum fecibus ex alijs humoribus permixta, & eſt cum punctione & dolore notabili in inteſtinis, & per hoc ſanies & ſanguis ab inteſtinis diſtinguitur à ſanie & ſang. prouenīēte à membris ſuperioribus, cū ille ſit ſine notabili dolore inteſtinorum. Et in inteſtinali ſanies & ſanguis ueniunt paulatim, & ſecundum continuationem & permixti cum fecibus niſi uena ſoluatur aut orificium eius aperiatur, aut apoſtema in inteſtinis ſubito rumpatur. In epatico aūt & communiter in alijs fluxibus ueniunt in quantitate notabili & interpolate & non permixti, immò primo fex emittitur & ſuccedit ſanguis aut ſanies, & ſunt nocumenta manifeſta in epate & in alijs mēbris quę pręceſſerūt. Et in inteſtinis nō eſt nocumentū manifeſtū. Et cum exit ſanguis ex excoriatione inteſtinorum paulatim incipit & agendo procedit niſi ſoluatur uena, & eſt cum febre continua. Cum uerò uenit ex epate & membris ſuperioribus communiter uenire incipit in magna quantitate cū interpollatiōibus, ut dictum eſt, & communiter omnis paroxyſmus eſt deterior & manifeſtior praecedente, niſi cum uentum eſt ad declinationem.

Signa cauſarum primitiuarum ſunt ipſemet cauſę primitiuæ, ſcilicet melancholia aut cibi mali qui præceſſerunt. Humores cognoſcūtur per colores ſuos.

Phlegma enim colorem habet album & eſt eius euētus cum rugitu à uentoſitate, ſed materia ſalſa baurachia diſtinguitur à craſſa uiſcoſa ſua uiſcoſitate ſeparante pelliculas, quia phlegma ſalſum eſt ſubtile, hoc uerò craſſum conglobatum, & hoc craſſum habet alkait ſiue pelliculas ſibi adhærentes, ſalſum uerò nō, & cum hoc craſſo ſentitur grauitas & dolor manſiuus aliquo tempore qui non permutatur. Cholera autem cognoſcitur per colorem ſuum citrinum, aut rubeū, aut uiridē atteſtantē colori praſſi ſiue ſucci eius aut colori ſucci ſol. porri ſi fuerit praſſina aut colorē uiridē magis clarū atteſtantē erugini æris ſi fuerit zinaria, & eſt ſeuorū accidentiū, & aliquando cū ſyncopi. Sed melancholia habet colorem magnum & magis lucidū quæ genita eſt per aduſtionē, & magis nigrum quàm quę eſt genita per congelationem. Sed melancholia naturalis habet colorem fuſcum, & habet odorem ponticū & acrem, & genita per aduſtionem melancholiæ naturalis habet odorem acetoſum cum ponticitate & genita per aduſtionem cholerę, habet odorem acetoſum cū amaritudine, & genita per aduſtionem phlegmatis, habet colorem mixtum cū albo & nigro, & per aduſtionem ſanguinis permixtū ex rubeo & nigro, & dolorem habet dulcem tendentem in acetoſum, & genita per aduſtionem cholerae & melancholię ſunt cum accidentibus ſeuis. Et hę duę ſpecies ebulliunt ſuper terrā, ſed magis genita ex melancholia, & fugiunt ab eis muſce. Apoſtemata eorum cognoſcuntur per tumorem, duritiem, grauitatem, dolorem continuum in ipſis inteſtinis & ſimilia & cum rumpuntur ſanies ſubito profluit in magna quantitate, nec abſoluitur æger à feb. continua. Et cū eſt excoriatio ex duritiæ fecis cognoſcitur cū aliquid ſui egreditur cum abſentia aliorum ſignorum, & ſedatur dolor cum lenitate uentris. Et multotiens egreditur ſuccus fecis ex fece iā dura, & exiſtimatur quòd ſit fluxus uentris, & conſtringitur, & in hoc eſt mors & perditio ægri. Et diſtinguitur ab alijs fluxibus per colorem, & ex longa fecis retentione, & ex uentris tumore cum duritiæ. Et cognoſcitur eſſe in duobus ſuperioribus, quia dolor eſt ſupra umbilicū & multus fortis, & ſtomachus multum leditur, unde fit frequēs uomitus, nauſea, & ſubuerſio, & ſingultus, & epar cōpatitur maximè ſi ſit in ieiuno. Et egeſtio non egreditur poſt dolorem inchoatum cum oporteat eam trāſire per plures inteſtinorum reuolutiones antequam egrediatur, & eſt cum notabili quantitate ſanguinis. Et pelliculæ inde egredientes ſunt minores & tenuiores. Et habent ſanguis ſanies, & pelliculæ maiorem cū fecibus permixtionē. Et quod egreditur ſi ſanioſum eſt, eſt magis fœtidum & chyloſum habet admixtū. Et frequenter aſſimilatur aquæ carnis. Et cū eſt in duobus inferioribus omnia ſunt his cōtraria, & dolor eſt infra umbilicū. Et multotiens ſanguis & ſanies egreditur ante feces, & propriè cum eſt in recto & in extremitate eius. Et cum eſt in duobus medijs omnia medio modo ſe habent, & dolor eſt circa umbilicum.

Species dyſenterię ſecūdum maiorem & minorem profunditatem cognoſcuntur per exeuntia. Nam in prima ſpecie egreditur ſanguis & mucoſitas. In ſecunda ſpecie pelliculę. In tertia cortices inteſtinorum craſſiores. Et hæ maximè deſcendunt & manifeſtantur in clyſteri lauatiuo. Sed ulcera per ſaniem cognoſcūtur, & cum ſanies eſt laudabilis, tunc ulcera ſunt munda, cum uerò mali coloris fetens, tunc ulcera ſunt putrida, & cum ſaniei ſanguis aſſociatur cū dolore tunc ſunt corroſiua, & cum ulcera ſunt multæ ſaniei & ſine dolore, tunc ſunt ſordida, & diſtinguūtur à putridis, quia putrida ſunt cum dolore & fœtore. Et ſi eſt ulcus cancroſum uirus ſuum declinat ad nigredinem, & pręceſſit fluxus melancholicus. Et ſi eſt cancer ſunt ſigna eius præter ſigna apoſtematis. Et ſi ulcus fiſtulatur eſt ſine dolore, & egreditur uirulentia ſubtilis, cuius exitus interpollatur.

Prognoſtica. Primū, ulcera & excoriationes quę ſunt in inteſtinis gracilibus, ſunt multum ſuſpecta ad mortem. Et propriè ea quæ ſunt in ieiuno inteſtino propter multitudinem uenarum eius craſſitiem earū & ſubtilitatem corporis ſui, & curſum cholerae puræ

ex felle

ex felle ad ipſum, & propter propinquitatem eius in membro regali, id eſt epati, eſt enim cæteris inteſtinis ſibi propinquius, & quia medicina non permanet ſuper eo, immo quamprimum propter choleræ mordicationem lubricat ex eo. Quæ uerò fiunt in inteſtinis craſſis ſecundum plurimum ſalua ſunt. Secundum prognoſticum. Fluxus à cholera praſſina malus ex eruginoſa peior. Sed qui ex humoribus minus malignis ſecundum plurimum ſalubris. Quæ uerò ex melancholia aduſta quæ ſparſa ſuper terrā ebullit & habet odorem acetoſum mortalis ſecūdum plurimum, eſto quòd uirtus ſit potens, & propriè cū eſt incipiens iuxta aphoriſmum. 24. quartæ particulę. Dyſenteria ſi ex felle nigro inchoauerit mortale. Significat enim cancrum ulceratiuum aut ulcus cācroſum. Et ſequitur alter. Quibuſcunque in ægritudinibus acutis, aut multi temporis aut aliter extenuatis fel nigrum ſurſum aut deorſum exierit, ſequenti die morietur, id eſt parum poſt, hæc omnia intelligantur ſecundum plurimum eſſe uera, quia ſi mutantur in bonum & naturales ſuperfluitates admixtas habuerint eſt bonum, ut uult Gal. Si uerò melancholia non fuerit ualde maligna poteſt eſſe criſis, aut terminus alicuius ægritudinis, duæ enim ſunt ſpecies melancholiæ per aduſtionem genitæ ualde maligne, ſcilicet quę fit per aduſtionem choleræ, & eſt ſubtilis redolens amaritudinem. Altera per aduſtionem melancholiæ, & eſt craſſior et redolet acetoſitatem ſiue acredinem, & ab utraque fugiunt muſce. Et utraque ſparſa ſupra terram ebullit, ſed magis ea quæ redolet acetoſum. Tertium prognoſticum. Quando perforantur inteſtina, & propriè gracilia eſt mortale omnino. Si uerò craſſa perforentur non omnino mortale, immo quidam uiuunt in quibus poſt perforationem inteſtini apoſtematur uenter, & rumpitur, & feces, & uermes, per foramina egrediuntur. Et ſecundum plurimum cum egreditur ex inteſtino aliquid ſaltem aliqua notabilis quātitas moritur æger, etiam ſi ſit de craſſis, quanto magis ex ſubtilibus & propriè ex ieiuno, nam ſtatim communicat ſtomachus & epar, nihil in ſtomacho retinetur & cadit uirtus, & non abſoluitur à dolore continuo uſque ad mortem. Quartum prognoſticū. Fluxus ſanguinis puri in quantitate poſt dyſenteriam ualde malus, ſignificat enim profundationem excoriationis, ita ut uenæ ſcindantur. Quintum. Cum fit egeſtio ſimilis aquæ poſtea ſimilis unguento malum.

Sextum. Poſt hydropiſim egeſtio ſanguinolenta mortale propriè perſeuerans, non enim educitur materia hydropiſis ſed quæ uirtutem debilitat. Septimum prognoſticum. Spaſmus uomitus & ſingultus conturbatio rationis poſt dyſenteriam, immo poſt omnem fluxum, mortē ſignificat. Octauum eſt inuentum in libro ſecretorum Hip. ſi habenti dyſenteriam appareat poſt aurem ſiniſtram res nigra ſimilis orobo, & cū hoc accidit ſitis uehemens, moritur æger in ſecundo die. Nonum. Quandocunque congelatur aliquid ſanguinis effuſi in uentre rupto inteſtinis ſignificatur per frigus extremitatum ſubito inflationem uentris caſum pulſus & ſyncopim. Si autem hic ſanguis congeletur in inteſtinis accidunt hæc accidentia, ſed remiſſiora. Decimum. Vlcera & inteſtinorū excoriatio quandoq; ducunt ad hydropiſim. Vndecimum. uando poſt alkurat, id eſt fruſta ſubtilia inteſtinorum egreditur ſanguis plurimus, ſignificat quòd ulcus profundatur, & ægritudo ſit fortis, & finitur id quod eſt in ſuperficie inteſtinorum, & peruenitur ad profunditatem ſubſtantiæ eorum, quòd ſi ante alkuit & excoriationem fluxus ſan. pręcedat, difficile eſt cognoſcere an ſit ex inteſtinis, an ex membris frigidioribus, cum quandoq; ex inteſtinis egreditur ſine punctione à dolore notabili, & etiam cum periodis. Sed tamen diſcernitur quia inteſtinalis eſt aut permixtus cum fecibus, aut præcedit eas, ſcilicet quando eſt ab inteſtino recto & ſphicteri. Epaticus autem & qui eſt ab alijs membris ſupra inteſtina communiter ſubſequitur, & hic eſt minus timendus, quàm quādo pręcedit alkurat uel excoriatio. Duodecimum. Si cauſa dyſenteriæ ſimul expellitur cum alkuit, tunc excoriatio eſt in uia additionis propter inſeparabilitatem cauſæ. Quòd ſi abſcindatur cauſa & ſolum alkurat expellitur res tutior eſt, & melius de ſalute ſperandum eſt, & ſoli excoriationi intendēdum eſt, cum in primo caſu ſimul excoriationi & cauſæ ſit intendendum.

Cura fluxus inteſtinalis quæ dicitur diaria, ſcilicet aliorum humorum præterquam ſanguinis ſufficienter ſoprapoſita eſt. Et ſimiliter fluxus cibalis quæ dicitur lienteria. Supereſt enim ut curremus fluxum ſanguinis ab inteſtinis ſine excoriatione qui prouenit à dilatatione orificij alicuius uenæ, uel plurium, aut ex ruptura earum. Et ſecundo curremus fluxum ſanguinis eb excoriatione prouenientem. Et tertio dyſenteriam & ulcera inteſtinorum.

Cura primi exigit quinque intētiones. Prima ſanguinem diuertit. Secunda, cauſam fluxus remouet. Tertia ipſum ſanguinem conſtringit. Quarta, corrigit accidentia. Quinta, ordinat debitum regimen ſex rerum non naturalium.

Prima intentio perficitur cum phlebotomia baſilicæ ſi epar fuerit in cauſa. Si autem in cauſa fuerit retentio menſtruorum, aut hęmorrhoydarum phlebotomentur ſaphenæ, & ſi in cauſa ſit repletio in toto phlebotometur uena communis.

Secunda intētio, ſi cauſa fuerit cholerica permixta cum ſanguine eſt ipſius euacuatio fienda cum his quę ſanguinem conſtringunt, ſicut ʒ. 2. reubarbari aliqualiter torrefacti cum aqua plātaginis, aut aqua calibeata ſumptæ, & mirabolani citrini ſunt ad hanc intentionem, & ſi in cauſa fuerit aquoſitas ſanguini permixta ſumantur mirabolani Kebuli cū uirtute turbith.

Tertia intentio conſtringens ſanguinem fluentem perficitur cum bolo armeno, lapide emathitis, Karabe, acatia, ſang. drac. Trochiſcis de Karabe, de terra ſigillata exhibitis cum ſucco plātaginis, aut ſyrupo de myrto ſi fuerit in inteſtinis ſuperioribus, aut cum eiſdem clyſterizatis ſi fluxerit ab inteſtinis inferioribus aut cum utriſque ſi fluxerit ex medijs.

Quarta intentio requiratur ſuperius in cap. gn̄ali.

Et ſimiliter quinta quæ eſt debitum regimē. Si autem fluxus ſanguineus fuerit ab excoriatiōe curetur ut ſupra dictum eſt, & cum hoc attēdatur excoriationi & ulceri cum his quæ ſtatim dicentur. Non enim bonum eſt in ſingulis capitulis eadem replicare.

Cura dyſenteriæ quæ ſecundum plurimum pendet ex materia ab alijs membris ad inteſtina deriuata nouem exigit intentiones. Prima, cauſam remouet.

Secunda

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.224

Secunda, inteſtina ab humoribus in ipſis dolorem generantibus mūdificat. Tertia, diuertit. Quarta, regit membrum mittens. Quinta, conſtringit & cum hoc inteſtina excoriata conſolidat. Sexta, ſi fuerint ulcera ipſa mundificat. Septima, ipſa conſolidat. Octaua, corrigit accidentia. Nona, ordinat debitum regimē, pro quibus duabus ultimis recurratur ad capitulum generale.

Prima intentio perficitur corrigendo aërem, prohibendo cibos, potus, & medicinas ipſius factiuas & fotiuas, & corrigendo quaſcunque cauſas primitiuas ſiue corporeas huius fluxus dyſenterici. Sed quia multitudo aut malitia humorum ſecundum plurimum eſt in cauſa inchoandum eſt ab eorum euacuatione. Si ergo fuerit ſanguis in cauſa, aut alij humores cum ſanguine peccauerint incipiendum eſt à phlebotomia ſaphenarum ſi in cauſa fuerit retentio ſang. hæmorrhoydalis aut menſtrualis. Et ſi in cauſa fuerit epar ipſum multiplicās, aut ſua caliditate ipſum adurens & inflammās phlebotometur baſilica aut ſaluatella dextra, & ſi in cauſa fuerit ſplen baſilica aut ſaluatella ſiniſtra, & ſi fuerit repletio in toto non facta propter aliquod membrum de ſupradictis phlebotometur uena communis, & hauriatur quantitas ſanguinis ſecundum quòd exigit repletio uirtus & cætera, à quibus quæritur licentia in phlebotomia. Si uerò alij humores ſanguine educto ſuperfuerint, aut fortè ipſi abſque peccato ſanguinis fuerint in cauſa, educantur etiam iteratis uicibus cum his quæ non ſunt exoluentia, immo aliquod ueſtigium ſtipticitatis derelinquant, de quibus in ca. generali curationis fluxus dictum eſt, & ſi pro his euacuationibus complendis opus eſſet digeſtione, digerātur humores ſecundum plurimum cum his quæ incraſſant & inuiſcant & ſtipticant calidis aut frig. ſecundum complexiones & humorum exigentiam confortantibus membra nobilia & propriè nutritiua per uirtutē tertiam de quibus ſupra in cap. generali dictum eſt.

Secunda intentio, ſcilicet mundificatio inteſtinorum & doloris ſedatio completur cum his quæ dicta ſunt ſupra in ſecunda intētione regiminis fluxus uniuerſalis. Et ſimiliter completur tertia, quarta, & quinta, ſicut ſupra dictum eſt in eodem cap. generali.

Sexta intentio, ſcilicet excoriationis & ulceris mūdificatio perficitur cum infraſcriptis medicinis. Si quidem excoriatio fuerit ſuperficialis & cum ſignis caliditatis ſufficit clyſtere ex aqua hordei. ℥. 15. olei ro. ℥. 3. adipis renum capræ. ℥. 2. & tepidum ſicut lac nouiter emulſum imponatur, ſed maiori exiſtente caliditate his addātur. ℥. 2. ſucci plantagi. aut ſucci portula. Si uerò fuerint in inteſtinis ſuperioribus bibātur aquæ hord. medicinalis. ℥. 6. aut circa debite calide ſtomacho ieiuno, & huic pro ſtomachi confortatione poſſet addi iulep roſ. pro tertia aut quarta parte. Si uerò excoriatio profundior & cum pauciori caliditate cum apparētia alicuius ſaniei aut phlegmatum uiſcoſorum ſupraſcriptorum, poſſunt addi duę. ℥. mellis roſ. & ſi ulcus eſſet profundius cum eductione phlegmatis uiſcoſi acuti aut ſaniei craſſioris fiat clyſtere ex aqua mellis. ℥. 15. melle roſ. ℥. 3. & dimittatur oleum & adeps. Si uerò eſſet ulcus putridū cum ſanie fetente clyſterizetur cum. ℥. 12. aquæ ſalite, aut aquæ piſcium ſalitorum, aut aquæ oliuarum conditarum, & addi poſſunt, ℥. 3. mellis roſ. ſed melius eſt oximel ſimplex, melius tamē eſt ut prius temperetur clyſteræ ex tribus partibus aquæ hordei & una parte aquæ ſalite & gradatim procedatur in acuitate, & clyſtere ex urina factum eſt ad hanc intentionem efficax.

Trochiſcis autem de arſenico non auderem uti niſi in modiciſſima quantitate & in forti & carnoſo, & in inteſtinis craſſis inferioribus, & in eo qui non eſt ualde acuti ſenſus, neque febriens faciendo clyſtere paruum, ut. ℞. aquæ hordei. ℥. 8. trochiſcorum de arſenico. ʒ. 1. miſce. Deſcriptio trochiſcorum de arſenico, & eſt uiatici. ℞. arſeni. ſandarace. ana. ℥. s. calcis uiue. ʒ. 3. chartæ bombacinæ combuſtæ, acatie. ana. ʒ. 1 fac puluerem, & cum ſucco arnogloſſe fac trochiſ. ʒ. 1

Trochiſci. Auic. ℞. ſumach capitum granatorum, & ſucco eorum balauſtiarum, id eſt florum granatorum agreſtium, licet moderni balauſtias pro caduco granatorum accipiunt, & ſunt capita granatorū interiorum, acreſte, chalcanthi, colcotar. ana. ʒ. 1. & ſunt duæ ſpecies uitrioli, æris uſti, antimonij, floris æris. ana. ʒ. s. fiant trochiſci cum ſucco plantaginis, & ſunt ualde fortes, & experiatur primo cū. ʒ. 1. in aqua hordei, uel lacte, quidā tamen his trochiſcis addunt opiū ut dolor conſurgens ex tro. mitigetur, ſed non ponatur ultra duo grana aut tria pro quolibet clyſteri.

Et quidam ante impoſitionem clyſteris ſupraſcripti ſtupefaciunt cum lychinio aut clyſteri opiato, ut deinde clyſteræ corroſiuum ſequens primo educto poſſit facilius tolerari ſine dolore, & eſt melius. Sed obſerua in impoſitione huius clyſteris cōditiones ſupraſcriptas. Si uerò ſit ulcus corroſiuum quod diſtinguitur à putrido, quia procedit corrodendo ſubſtātiam ipſorum inteſtinorum, ita ut poſt ſaniem, aut ſimul cum saniæ ſanguis egrediatur, non autem procedit putrefaciendo, & non eſt cum eo fetor ſicut in putrido. Curetur tamen frigidis ſiccis ſtipticis ſicut cū ſucco planta. ceruſa, tuſcia, & ſimilibus cum clyſteri iniectis. Et ſi non ſufficiat clyſterizetur cum aqua aut ſucco planta. 1. ℔. in qua etiam bullierit aluminis de rocha. ℥. s. uſque ad conſumptionem quartæ partis, & tepidum imponatur. Et ſi dolorem fecerit ſedetur cum clyſteri ex lacte & oleo ro. cui apud neceſſitatem addatur trochiſcorum de Karabe opiatorum. ʒ. 1.

Septima autem intentio, ſcilicet ulceris conſolidatio perficitur ſi ulcera fuerint cum caliditate cum thutia, ceruſa, lythargirio, ſpodio, bolo ar. ſang. drac. tragacantho, gummi arabico, ſucco plantaginis, & ſimilibus. Cuius pulueris accipiantur. ʒ. 3. & diſſoluantur cum ſucco planta. aut aqua calibeata quę ſit ℔. 1. aut plus, aut accipiatur aliqua decoctio conſtrictiua ex ſupradictis in cap. generali, ſicut quæ fit ex roſ. myrto floribus taſſi barbaſſi, copulis glādium, milio aut hordeo torrefactis & ſimilibus. Neque in iſtis ponatur adeps aut oleum niſi quantum eſſet neceſſarium pro mitigatione doloris. Et ſi eſſet ulcus cū ſignis frigiditatis, pulueres poſiti in clyſteri ſint thus, ſed melior eſt cortex thuris, myrra, ſandaraca, litium. Et decoctio ſit facta ex cyperis, nucibus cypreſſi, myrto, et ſimilibus, in aqua ferrata. Si autem ulcus ſit in inteſtinis ſuperioribus, facta mundificatione, non quidem cum corrodentibus, ſed cum aqua hordei, aut aqua mellis, de quibus ſupra conſolidetur. In cauſa calida cū ſucco planta. ℥. 1. boli ar. ʒ. 1. quæ medicina

bsi in die

bis in die exhibeatur ſtomacho ieiuno, & non fallit. Si uero fuerit cum ſignis frigiditatis accipiatur ſucci plantaginis unciam unam, boli armen. thuris, maſtiches, ana ſcrupulum unum, aut huiuſmodi pulueres ſumantur cum aqua calibeata aut uino ferrato, aut exhibeatur uinum & aqua calibeata infuſionis, thuris, maſtiches, tragachāti, macis, garioph. & ſimiliū.

Pro reliquis duabus intentionibus recurratur ad capitulum generale fluxus ut dictū eſt ſupra. Et hæc de cura dyſenteriæ ſufficiant,

DE TINESMO, ET EST fluxus ab inteſtino recto. Cap. IIII.

Tinesmos immo potius *stenagmos* græce, idem ſonās quod gemitus latine. Dictum a *stenazo* uerbo græco idem quod gemo ſignificante. Eſt deſcriptiue expreſſio inteſtini recti cū gemitu & conamine ad egerendū facta ab expulſiua ſtimulata a cauſa præternaturali ledente ipſum aut extremitatem eius.

Prima diſtinctio, tineſmus eſt duplex, uerū et non uerum. Verum eſt a cā corporea affixa ſubſtantiæ inteſtini recti aut extremitatis eius. Non uerū aūt eſt qꝺ fit a cauſa incorporea, aut incorporea nō fixa in ſubſtantia inteſtini recti, aut extremitatis eius, ſicut a ſeſſiōe ſuper lapide duro, aut frigiditate extrinſeca, aut a fece dura, aut a materia fluente per inteſtina & anū, quę non figitur neq; inuiſcatur in inteſtino recto aut extremitate eius.

Secunda diſtinctio, quoddam eſt purū, et eſt abſq; materia quæ ſit cā eius, quoddam impurū, & eſt cum materia quæ exiſtit cā eius & manifeſtum eſt qꝺ huiuſmodi diſtinctiones non coincidunt.

Cauſa eſt duplex, corporea, & incorporea. Corporea eſt duplex. Aut propria in eo exiſtens. Aut a ſuperioribus effuſa. Propria eſt materia cholerica in eo imbibita pungens & ſtimulans, aut phlegmatica adherens & inuiſcata, quæ per putrefactionē aut paucæ cholerę admixtionem, & acquiſiuit acuitatem ſalſedinē & baurachitatem, ſicut eſt phlegma putridum aut ſalſum quę materia grauat aut pungit, aut melancholia aduſta, aut ſanguis acutus, uel eſt apoſtema calidum aut durum grauās qꝺ putredinem acquiſiuit, aut ſua uirulentia reſudante moleſtās, aut ulcera corroſiua, fiſtulæ, hęmorrhoidis occulte & ragadiæ. Sed a ſuperioribus effuſa eſt duplex. Aut materia acuta ſicut humores, ſanies, & ſimilia fluentia per inteſtinū rectum ſicut accidit in fluxibus. Aut eſt fex ſicca dura exaſperans, quæ in inceſſu ſuo pongēdo & grauando ſtimulat inteſtinum ad expulſionem. Nonnunquam uentoſitas eſt cā tineſmi pungendo & ſtimuādo extremitatem recti. Incorporea autem eſt res extrinſeca infrigidans inteſtinū rectum, ſicut aër frigidus obuians ano diſcooperto, aut aqua frigida cum homo ſtat in ea, aut ſeſſio ſuper lapide duro frigido ledente contundendo et infrigidando. Eſt autem contuſio ſpecies ſolutionis continuitatis. Similiter mala complexio calida ſiue materia multum excedens. Et quęcunque cauſa impreſſa ſit poteſt eſſe in cauſa, licet de raro ſit. Reliquæ quoque medicinæ remanentes circa ſiterim ſtimulando eſt cauſa tenaſmonis. Similiter clyſtere acutū aut ſuppoſitorium, & introitus cimicis in anū, & uermes ad ipſum prouenientes. Cibi quoque acuti & ſalis maxime uiſcoſi poſſunt eſſe in cauſa aut immediate ſi ſecundum aliq̄ eorum particulam in ano retenti ſint aut mediate fece ex ipſis genita. Tineſmus autem frequētius euenit a frigiditate ſine materia quam a ca. tum quia inteſtinum rectum facilius alteratur a cauſis infrigidātibus communiter occurrentibus quam a cauſis calefacientibus, quia in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus. Eſt autem complexio inteſtini naturaliter frigida, tū quia frigiditas eſt magis ſibi diſcōueniens, ſicut & cæteris membris frigidis, iuxta 18. aphoriſmum 5. particulæ. Frigidum inimicum neruis &c. Mouetur autem natura ad huiuſmodi frigiditatis & reliquorum nocentium expulſionem contrahendo muſculos uentris comprimendo inteſtinum rectū, et ipſum extendendo, & anum dilatando, & huiuſmodi nocitiua per anum educanſ, quāuis non ſit, poſſibilis ipſius frigiditatis eductio cum ſit res immaterialis. In hoc enim natura decipitur credens id nocitum eſſe rē materialē educibilem cum non ſit, ſicut etiam decipiē in tuſſi & nauſea, & ſternutatione a cauſa immateriali pendentibus.

Signa communia cuicunq; tineſmi ſunt ſubitum deſiderium & conatus ad egerendum cum expreſſione recti inteſtini, & extenſione, & ani apertione, & ſi quid egreditur in principio eſt modicum pingue & uiſcoſum. Deinde apparēt puncta ſanguinis parua. Deinde plus de ſan. non ualde permixto cū reliquo quod egreditur. Eſt enim cōmuniter illud quod eſt in immateriali egreditur mucoſitas quædā, & phlegma ſtagnans inteſtinū rectū uiolenter propter multū conatum expreſſum. Apparent autem puncta ſanguinis parua propter ſeparationem phlegmatis ſtagnantis a fece inteſtini recti. Deinde apparet plus de ſanguine illo phlegmate profundius euulſo cum aliquali excoriatiōe, hęc aūt quę dicta ſunt de eo quod egeritur ſunt propria ſigna tineſmi ueri. In non uero enim pēdente a cauſa primitiua quandoq; nihil egreditur, & in pendēte a materia deſuper effuſa ſecundū plurimū multū egreditur, ſicut accidit in fluxibus.

Diſtinguitur etiam uerum a non uero ex punctione pruritu pondere fere continuis in uero. In non uero autem cum maiori interpolatione diſtinguitur purū ſiue immateriale ab impuro ſiue materiali quia in puro preter materiam, de qua ſupra fere cōmunē omni tineſmo nihil egreditur, ſed in materiali pręter ſupraſcripta ſecundum plurimum egreditur aliquid de materia quę eſt in cauſa.

Cognoſcitur aūt materiam eſſe a ſuperioribus influxā, quia primo pręceſſit fluxus illius materię, poſtea ſecutū eſt tineſmus. Et creſcit tineſmus cum materia illa per inteſtina deſcendit, qua euacuata ceſſat aut minuitur tineſmus, & nunquam redit aut creſcit niſi noua materia deſcendente.

Sed ubi materia non ſit in fluxu, immo ſit ſolum affixa aut inuiſcata in inteſtino recto adſunt ſigna contraria & accidentia tineſmi ſunt magis uniformiter continua. Sed materia cholerica cognoſcitur ex regiminæ pręcedente multiplicante choleram, & ex ſignis dominij cholere in corpore egri. Item, ex punctione percępta in recto & ano, & exeuntia ſunt citrina uel citrinitati admixta. Et quia a mundificātibus

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.225

choleram & alterantibus iuuatur, & multum calidis manifeſte leditur. Et ſi phlegma ſalſum fuerit in cã cognoſcitur ex præcedẽte regimine multiplicãte phlegma & cholerã ſubdominantur cum circunſtantibus ſimilibus. Secundo ex ſignis dominij phlegmatis ſalſi. Tertio ex pruritu percepto in loco & exeuntibus phlegmaticis. Quarto iuuatur calidis anodinis & humidis abſtergentibus, de quibus infra, & a contrarijs ledit manifeſte. Et ſi melancholia ſit in cã aut ſanguis acutus adſunt ſigna ſibi proportiõalia quę ex dictis facile comprehendi pñt. Et ſi apoſtema ſit in cã, ſentit grauedo & dolor cõtinuus & magis apud emiſſionẽ ſtercoris, & non euacuatur a febre, & exeũtia difficile emittuntur, & quandoq; egreditur uirulentia etiã ab alijs exeuntibus diſtincta & impermixta. Iuuat mollificantibus & anodinis, & a cõtrarijs leditur. Quod ſi pendeat ab ulcere corroſione, aut ragadijs præceſſerunt cãæ ulcerantes & corrodentes. ſ. humores acuti, uel forte apoſtema antea fuit ruptũ, uel præceſſit dyſenteria, aut fluxus eruginoſus praſſinus niger ſelleus uel phlegmatis ſalſi, aut medicina ulceratiua exhibita fuit, ſicut euphorbiũ, colocynthis, & ſimiles. Vel forte ſumpſit aliq; rem durã acutam indigeſtibilem, ut uitrũ et ſimilia. Vel pręceſſit immiſſio clyſteris, cuius cannula fuit acuta, uel immiſſio collyrij acuti aut nimis craſſi, & ſentitur ardor in loco continuus, maxime in egeſtionibus, & ſanies, & putredo forte egrediũtur iuuãtur lauãtibus, & acutis mordent. Quod ſi pendeat ex hęmorrhoidibus occultis & intrinſecis ſanguis niger apparebit a cæteris exeuntibus diſtinctus, & reliqua ſigna hæmorrhoidaꝝ, de quibus infra. Quod ſi pendeat a fece dura præceſſerũt cãæ uentrem cõſtipantes, & paucitas egeſtionis, exaſperatio circa anũ percepta ab humidis & lubricis iuuatur, leditur a contrarijs. Quod ſi fuerit ex frigiditate pręceſſerunt cauſæ infrigidantes, ſicut ſtatio in aquis & diſcoopertio ani aẽri & uento frigido, & ſeſſio ſuper re frigida ſicut marmor, & proprie menſibus erratis, ſiue tempore frigido, ſenſus obtuſus, & frigus in loco perceptũ, & a calidis iuuatur, nocet a frigidis, et ſigna ſũt cõtraria ſi accidat a caliditate immateriali. Quod ſi pendeat a uentoſitate adeſt præſentia uẽtoſitatis in inteſtinis, maxime in recto, qua perueniente ad extremitatem recti fit tineſmus, & exunte remouetur. Cauſæ uero primitiuæ reliquę ſicut medicinę reliquę aũt cibi acuti declarantur ex ipſarum præceſſione & tenaſmonis ſubſequentia. Introitus autem cimicis in anũ aut uermes in ipſo exiſtẽtes declarantur ex titillatione, & commotione in ano ſenſata.

Prognoſticum. Primum tineſmus ſecundum plurimum curatur. Secundum tineſmus aliquando prouocat aborſum.

Cura tineſmi materialis abſq; apoſtemate quinq; exigit intentiones. Prima, prohibet cãm antecedentẽ ſi qua ſit ne tranſeat in coniunctã. Secũda, materiam coniunctã reſoluit & abſtergit. Tertia, malã complexionem in inteſtino derelictã alterat ipſum confortãdo. Quarta, corrigit accidentia. Quinta, ordinat debitũ regimen. Prima intentio cõpletur euacuãdo, diuertendo, ſiſtendo, materiã antecedentẽ cum his quę dicta ſunt in cura fluxus in generali. Secunda uero. ſ. reſolutio & mundificatio cauſæ coniunctę imbibitę aut inuiſcatæ in recto cõpletur cum clyſteribus, collyrijs, emplaſtris, unctionibus, ſacculis, fomentis, ſeſſionibus diuerſificandis ſecundum exigentiam materiæ. Materia ergo exiſtente cholerica fiat clyſtere ex aqua hor. ℥.10. olei uio. ℥.3. uitellis ouorum duobus zuc. ru. ℥.1. poſtea his addes. ℥.3. mellis uio. aut. ℥.1. .s. floris caſſiæ, & ſi fuerit magna caliditas, pone olea infrigidantia ſicut nenufaris, mandragoræ, aut papaueris, aut aquã, aut ſuc. nenuf. ſolatri, ſemperuiuę. Sed in phlegmatica clyſterizabis cum aqua mellis, et oleo ſiſamino, aut decoc. furfuris et hordei, cui addes oleum ſiſaminũ, & mel roſ. & ſi propter maiorem inuiſcationem, opus fuerit magis abſtergẽtibus clyſterizabis cum aqua mellis, & aqua parum ſalita. añ. ℥.4. aut loco aquę ſalitæ ponatur aqua oliuarũ parum ſalitarũ, aut ſuccus blitis, & cum ſimilibus curari põt ſanguinea & melancholica, hoc præmiſſo ꝗ ſi iſti humores ſint aduſti aut acuti ualde cũ mitioribus procedatur. Et nota ꝗ clyſteria cõiter debent eſſe paucæ ꝗtitatis, ita ut ſufficiant 10. aut 12. ℥. non. n. opus eſt ut trãſeant ultra inteſtinũ rectum, & cũ hoc melius retinent, & melãcholia aduſta clyſterizari põt cũ aqua decoc. hor. & mellis. añ. ℥.6. pñt addi olei uiol. aut ſiſamini diu ducti in mortario plũbeo. ℥.4. & nota ꝗ ſiſaminũ & oleum eius cataplaſmatũ & clyſterizatũ eſt in his diſpoſitionibus propriũ. Collyria aũt fiant in cholerica ex litij croci, añ. ʒ.1.s. ceruſę. ʒ.3. quę puluerizata miſc. cũ 2. ℥. adipis renũ caprę diſſolutę et in melancholica addat plũbum uſtũ et adeps cancrorũ, al. capræ, & ſint collyria longa uſq; ad 7. digitos, uel ſupra & intincta in oleo uio. tepido cũ ſupponũtur. Sed in phlegmatica fiant collyria ex bdellio, croco, ana. ʒ.2. laudano. ℥.s. adipe gallinæ et cera. ana. q. s. hæc. n. dolorẽ leniunt & diſſoluunt, & ſunt experta. Fomenta uero fiant in cholerica ex decoct. uiol. roſ. myrti, fenug. ſe. li. mal. melilot. rad. altæe, ſiſami, chamomillæ, & ſimilium mollificantium & reſoluentium & partim infrigidãtium. Sed in phlegmatica his addatur fumus terrę, lapacium paritaria, abſynthiũ, & ſimilia, & minuantur fri. Hæ autem fomentationes fiant cum ſpõgia, filtro, lana, uel cotto quæ in his decoctionibus infuſa et expreſſa debite calida ſępe applicentur ano & partibus circunſtantibus, & in melancholica addatur epithimum. Seſſio quoque in huiuſmodi decoctionibus mirabiliter confert ad ſedandum tineſmum. Et ex his poſſunt fieri ſacculi qui in aqua ca. infuſi & expreſſi ſępe applicentur ano et partibus adiacẽtibus, etiam ſacculus ex furfure debite calefactus eſt proprius in phlegmatica. Et poſſent fieri unguẽta in calida cũ oleo roſ. loto, cũ aqua nenuph. & adipe gallinę ſiue renũ caprę lota cum aqua frigid. pluries, ſed in frigida cũ oleo ſiſam. & adipibus prędictis, et ſi fuerit ſuperficialis excoriatio his adde ceruſam lotam, & ungatur anus interius quãtum eſt poſſibile. Quod ſi tineſmus ualde fuerit moleſtum aliquãdo ſupponãtur collyria ſiue lychinia deſcriptione Alman. Recipe, thuris, litij, croci, gummi arabici. ana drachmam unam, opij, drachmas duas formentur lychinia aliqualiter longa ſubtilia incorporãdo pulueres prædictos cum albumine oui, et ſuſpendantur bene ut poſſint ad libitum extrahi, non enim dimittendi ſunt niſi per horam. Et replicentur ſecundum opportunitatem. Et ſi intentio eſſet conſolidare, ſomnum prouocare, fluxum ſtringere poteſt uti

lychinio ochel. Recipe ſanguis draconis, boli arme. ceruſæ ablutæ cum aqua ro. ana drachmas duas, maſti. unciam ſemis, opij, hyoſcyami, croci, ana ſcrupulum unum, corti gra. ſcrupulum unum, & cum uino ſtiptico fiant lychinia, aut cum albumine oui, & ualet in cauſa calida, ſed in frigida caſtoreum, thus, crocus, & litium cum opio miſceãtur ſecundum exigentiam. Et ſi uis lychinia non opiata. Reci. maſti. myrræ, ſandaracæ, thuris, ana ſcrupulum unum, litij, laudani, ana ſcrupulum ſemis, ceruſæ, ſanguis draconis, ana ſcrupulum unum puluerizentur, et cum uino fiant lychinia. Et hæc eadem ſine opio ſufficient ad complendum tertiam intentionem ſi ſibi addantur aliqua ſtiptica calida aut frig. ſecundum exigentiam dyſcraſiæ corrigendæ.

Pro complenda autem quarta intentione maxime corrigendę ſunt uigilię, ardor, dolor, & punctio, quæ omnia optime ſedãtur cum lychinijs ſupra deſcriptis & cæteris de quibus ſupra, pro his etiam accidentibus corrigendis recurratur ad capitulum generale curæ fluxus.

Regimen uero ſex rerum iuxta quintam intentionem declinet in tenaſmone cholerico ad frigidum, et ſit temperate ſtipticum ſtomachi & membrorum naturalium confortatiuum ſi per compaſſionem aliquod eorum debilitatum fuerit. In tineſmo autem flegmatico declinet parumper ad calidum, aut ſit tẽperatum in actiuis ſimiliter moderate ſtipticũ & mẽbrorum naturalium confortatiuum. Sed in melancolico ad frigidum & humidum. In ſanguineo ad frigidum & ſiccum.

Si uero tineſmus pẽdeat ab apoſtemate facto per uiam defluxus exigit triplex regimen. Primum reſpicit cauſam antecedẽtem complendam euacuatione, diuerſione, & fluxus materiei prohibitione. Si ergo materia peccet cum ſang. fiat phlebotomia baſilicæ, imò fere nunquam a flebotomia eſt excuſatio, & ſi repletio ſit communis in toto flebotometur cõmunis, et ſi retentio hęmorrhoidarum aut menſtruorum ſit cauſa phlebotomentur ſaphenæ, & uomitus eſt magis conueniens quam uentris ſolutio. Quod ſi ſolutio fuerit neceſſaria fiat cum lenientibus ſicut mãna, caſſia, ſed diſtemperetur cum decoctione myrabolanorum, bdellij, & ſimilium prohibẽtium fluxũ humorum ad locum apoſtematũ, & decoctio myrabolanorum citri. in cholerica, kebulorum in phlegmatica, indorũ in melancholica et reubarbari in mixta ex cholera & phlegmate eſt conueniens. Ventoſæ quoque appoſitæ ſuper epate ſplene & ſpatulis conferunt diuertendo, & ſimiliter urinæ & ſudoris prouocatio, prohibetur autem fluxus materię ad locum apoſtematum exhibẽdo incraſſantia & frigida, maxime ſi fuerit calida ſubtilis ſicut ſuc. granatorũ cyd. & ſimilium. Item, lac & ſyr. de papa. & oxyzacharam ſyr. roſ. uio. iuiubinum, aquam lactucæ, cucurbitæ, citruli, hordei, & ſimilium. Sed incraſſantia & uẽtrem lenientia ſicut ſyr. iuiubinus uio. ſunt præſtantiora quam uentrem ſtringentia ſed in cauſa frigida eligantur temperate ad calidum declinãtia aut parum frigida, ſicut ſyr. myrtinus, miua cydo. cum uino, & aromatibus, & ſimilia.

Secundum eſt regimen particulare complendum in principio cũ repercuſſiuis dolorẽ ſedantibus ſicut eſt oleũ roſ. & myrtinum clyſterizatũ et lychiniũ ex cotto molli in eis intinctum & tepidum ſuppoſitũ ſi poſſit retineri abſque dolore, & materia exiſtẽte multum calida, hæc olea poſſent lauari aut cũ eis miſceri ſucci infrigidantes ſicut lactucæ ſolatri ſemperuiuæ, plantaginis, & ſimilium. Sed in cauſa frigida his addatur oleum chamomelinũ & ſiſaminum, ſimiliter exterius ungatur & epithimetur ſiteri peritoneum renes pectẽ inguina cum filtro in his oleis infuſo, & partibus prædictis applicito, & ſimiliter infuſo in aqua decoct. ro. myrti & ſimilium quibus in cauſa frigida poſſet addi purum ſchinãthi, & florum chamomillę, et in his quę applicantur exterius poſſet admiſceri parum aceti ad repercutiendum. In augmẽto uero ſupraſcriptis oleis frigidis cum clyſteri imponendis addenda ſunt calida reſoluẽtia & mollificãtia, ſicut oleum anhetinũ, lilioꝝ alb. de ſpica, butyrum, adeps renũ, capræ oleum ſiſaminum, amig. dul. & ſimiliũ, & bdellium eſt proprium. Et poſſunt fieri decoc. & emplaſtra ex roſis, myrto, rad. maluauiſci, floribus chamomillæ, anhero, ſem. lini. fenug. & ſi maturetur fiat clyſtere ex decoct. maluauiſci, fenugræci, ſeminis lini, in qua bdellium ſit diſſolutum, & butyrum, & adeps renum capræ, & ſi humor ſit multum frigidus addatur hyſſopus humida, cum his decoctionibus poteſt epythimari clyſterizari & in ipſis poteſt ſedere, & cum fece earum poteſt emplaſtrari. Et in cauſa frigida cepæ album aſſatum cũ butyro & hyſſopo humida exterius applicitum eſt optimum maturatiuum, in apoſtemate autem duro mollificantia uincant reſoluentia, & medullæ, adipes, oleum ſiſaminum, amig. mucilagines, maluauiſci. fenugr. ſem. lini ſunt proprie, & ſimiliter butyrum. Et ſi fuerit frigiditas notabilis hyſſopus hu. Et ſi apoſtema eſſet cancroſum omne regimen declinet ad frigidũ & hu. & clyſterizetur cum oleo uio. aut roſ. ℥.6. aut 7. quibus poſſunt addi butyri recẽtis, ℥.1. & omnia diu ducta ſint in mortario plumbeo, & pro huius cura quæ debet eſſe blanditiua, cum cura uera non ſit poſſibilis recurratur ad capitulũ de cancro, & in ſumma in his apoſtematibus procedatur ſecundum ſuorum tẽporum & materiæ exigentiam. Vltimum aũt regimen cõprehendẽs correctionem accidentium & regimen ſex reꝝ non naturalium qualiter debeat compleri patere poteſt ex ſupraſcriptis. Dieta. n. debet eſſe ualde tenuis & uentris lenitiua non conſtipatiua declinans ad calidum aut frigi. hu. aut ſic. ſecundũ materiæ exigentiam & reliquoꝝ, a quibus ſumitur indicatio, & quanto egritudo eſt acutior dieta debet eſſe magis tenuis, quod ſi apoſtema rumpatur curetur cura ulcerum. ut ſtatim dicetur.

Si uero apoſtema genitum ſit per uiam paulatim factæ congeſtionis, duo ultima regimina ſunt neceſſaria, ſed primum omittatur, quia reſpicit cauſam antecedentem tranſeuntem in coniunctam.

Si uero tineſmus ſit ab ulceribus & corroſione in inteſtino recto & extremitate eius. Primo mundificetur cum aqua aut uino decoct. mel. aut mel. ro. Et ſi adſit putredo in loco ꝗ cognoſcitur ex egreſſione uirus fetentis mali coloris ſupraſcriptis addat oxymel ſimplex, ita ut 4ª. pars, aut addat aqua ſalita, aut oliuaꝝ ſalitaꝝ p 3ª aut 4ª parte, & hec clyſteria ſint pauca quãtitate cũ ſint acuta. ſ. 4. aut. 6. ℥. iam inteſtinis

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.226

a fecibus mundificatis, & ubi eſſet maior putredo cũ aqua mellis miſceatur aqua decoctionis aluminis, & quando hæc non ſufficerent cum uncijs 6. aquæ hor. miſce a duabus drachmis uſque ad unciam s. unguenti egyptiaci. Raſis tamen 9. Almã. cap. de fluxu uentris quando tineſmus fuerit longi temporis in quo non egeratur ſanguis, ſed raſura alba mucilagini ſimilis docet adminiſtrari medicamen quod in cura gingiuarum putrida poſuit quod eſt medicamẽ acutum ualde, factum, ſcilicet ex arſenico citri. & rub. & calce &c. Sed conſulo ut cum leuioribus procedas, et ſi ſequetur mordicatio clyſterizetur immediate cum oleo tepido, poſtea conſolidetur cum ungento de ceruſa cum aqua calibeata aut ſucco plantaginis clyſterizato, aut inijciantur pulueres conſolidatiui, ſicut ceruſa, lithargyrium, plumbum uſtum & lutum, thutia præparata, cadmia, anthimonium & ſimilia, quibus poteſt addi aloës lotum, & ſarcocolla nutrita, & in ſumma curetur cura ulcerum inteſtinorũ de qua ſupra. Et apud Franciſcum de pedemõtium, oleum uetus clyſterizatum cum acreſta eſt proprium et pulueres ſupraſcripti poſſunt cum cannula in ano impoſita inſufflari. Sed ſemper ante immiſſionem harum medicinarum mundificantium aut conſolidantium educantur feces cum clyſteri ex aqua mellis aut hordei.

Poſſunt etiam fieri lychinia longa ex melle aut adipe renum capre & ſecum miſceri huiuſmodi mundificantia aut conſolidantia, & ſint longa ut attingant ad locum ulceratum. Et uitentur cibi acuti ſalſi amari acetoſi ualde qui poſſunt facere feces acutas. Et ſint potius lenientes quam conſtipantes. Si uero ſit excoriatio lenis ſufficiat iniectio ceruſæ aut unguẽti de ceruſa, aut aliquid ex pluribus ſupraſcriptis cũ aqua hordei, aut ſucco plãtaginis, & ſimilibus, aut ex ſimilibus fiant lychinia longa. Si uero pendeat a ragadijs hæmorrhoidibus & fiſtulis eius cura inferius proprijs cap. perquiretur.

Si uero pendeat a fecibus ſiccis eius cura perquiratur in capitulo de cura colicæ a febribus ſiccis, & in ſumma feces cũ clyſteribus & ſumptis ſuperius mollificentur, deinde cum clyſteribus ſupraſcriptis quibus acuta addantur, & proprie mel in magna quantitate educatur. Verum clyſteria & ſumpta per os declinẽt ad calidum aut frigidum ſecundum fecum maiorem acuitatem aut minorem, & cæteris circunſtantijs a quibus queritur indicatio.

Si uero pendeat a frigiditate ano impreſſa omne regimen declinet ad calidum tam ſex rerum non naturalium quam medicinale & proprie teneat anum uentrem & partes circunſtantes ani calidas, & feces educantur cum oleo anhetino ſiſamino aut communi quibus eductione addatur aliquid acutum ſi opus eſt ſicut mel aut urina, poſtea clyſterizetur cum oleo anhetino, ruthaceo, & ſimilibus, quibus uinum potens dulce admiſceatur aut clyſterizẽtur decoctiones rerum calidarum mollificantium aut lenientiũ, aut ſecum talia miſceantur, ſicut olea & adipes, aut fiant fomenta & ſeſſiones in huiuſmodi, aut ſacculi ex rebus calefaciẽtibus ano applicẽtur, aut ſedeaſ ſuper aſſere cal. aut uẽter catuli ano applicetur, aut filum bulitũ in aqua ano applicetur aut ueſica plena oleis aut decoctionibus calidis ano applicetur.

Si uero pendeat a caliditate omne regimen declinet ad frigidum, & in hoc caſu oleum roſ. uio. ſucci frigidantes inuncti cataplaſmati clyſterizati ſunt conuenientes, clyſterizata tamen debent eſſe actu tepida.

Si uero tineſmus pendeat a uentoſitate, fiant clyſteria carminantia uentoſitatem ex decoctione ſeminum anethi, aniſi, karui, dauci, rutæ, ameos & ſimilium, cuius uncias octo addantur olei anethini, olei ruthacei, ana ℥. 2. Et cum ſimilibus decoctionibus poteſt locus fomentari, & in ipſis poteſt ſedere. Raſis tamen 9. Alman. præcipit duo opiata, ſcilicet trochiſcos & confectionem de ſtyrace, quorum deſcriptionem in textu expoſui, ſimul enim ſtupefaciunt & uẽtoſitatem reſoluunt. Reliquum regimẽ perquiratur ex cap. de colica uentoſa.

Solutiua tamen minus hic conueniunt quam ibi.

Si uero tineſmus fuerit ex reliquijs medicinæ abſtergatur et lauetur cum clyſteri ex aqua hordei, oleo uiolaceo, zuccharo & ſimilibus, & ſi timueris excoriationem laua adipem renum capræ cum aqua frigida, & ſupraſcriptis adde, & ſi inceperit excoriatio adde ceruſam lotam cum ſucco plantaginis & oleum roſ.

Et ſimiliter ſi fuerit ab acuitate clyſteris laua & infrigida, & locum conforta ne apoſtemetur cum ſupraſcriptis, & ſi fuerit a cimice & uermibus interficiantur & educantur cum his quæ dicentur in capitulo proprio. Et ſi fuerit a cibis acutis & ſalſis clyſterizentur cum aqua hordei et oleo uiolaceo, et ſi quid fuerit uiſcoſum cum magis abſtergentibus ſicut cum aqua mellis, & ſi fuerit ex ceſſiõe ſuper re dura adminiſtrentur mollificantia & prohibentia apoſtema, ſicut decoctio roſarum chamomillæ & anethi debite calida approximata cum filtro, & unctio ex oleo roſaceo, chamomillæ, & adipe gallinæ, & ſi timeretur apoſtema approximetur oleum ro. ſolum.

DE FLVXV epatico.

FLuxus epaticus qui deſcriptione eſt fluxus factus uitio epatis apud Auicennam habet nouem ſpecies penes materiam diſtinctas.

Prima eſt chyloſa. Secunda phlegmatica, quam Auicenna ſub aquoſa comprehendit. Tertia cholerica. Quarta melancholica quam Auicenna in nigram ſubtilem ſelleam in nigram fecalem & nigram melancholicam ſubdiſtinxit. Quinta ſanguinea pura. Sexta lotiua. Septima ferida. Octaua uirulenta. Nona eſt res craſſa nigra quæ eſt ſubſtantia ſtomachi aut epatis.

Fluxus autem diuerſorum colorum licet poſſit contingere uitio epatis, & ſic dici epaticus, qui magis in epate continget ex diuerſitate partium chyli, & conſequenter ex diuerſitate cibi & potus quam propter diuerſam & difformem diſpoſitionem partium epatis, congruentius inter quinque fluxus a toto ſuperius connumeratus eſt, cum frequentius contingat membrorum totius corporis diuerſam & difformem eſſe diſpoſitionem quam ſolius epatis, ſed de hoc ibi dictum eſt quantum eſt opportunum. Sed nunc ſigillatim ſpecies nouem ſupraſcriptas abſoluamus.

Poſita tamen prius differẽtia inter ſolutionem epaticam & inteſtinalem. Secundo inter epaticam & ſtomaticam. Tertio inter epaticam et meſeraicalem, cum hæ omnes cum epatica in aliquibus conueniant pręcipue in exeuntibus.

Differt epatica ab inteſtinali, & proprie quæ eſt cũ raſura aut ulcere inteſtinorum. Primo quia epatica eſt ſine dolore inteſtinorum, imò etiam frequenter ſine dolore epatis. Sed inteſtinalis iã dicta eſt cum dolore notabili inteſtinorum. Secundo quia epatica eſt multa & cũ interpolatiõe notabili ſecdm plurimum. Sed inteſtinalis eſt paulatim facta et fere cõtinua. Tertia differentia ſumiť a permixtione fecum cum ſolutione antepoſitione aut poſtpoſitiõe. Inteſtinalis. n. ſanguis aut ſanies eſt ſemper fere permixta cum fecibus, & magis ea quæ a ſuperioribus uenit inteſtinis quam quę ab inferioribus. Sed epatica aut deſcendit ſola ſi non inueniat fecem in inteſtinis aptam deſcendere aut deſcendit poſt egeſtionem ſibi contiguam, facit enim egeſtionem deſcẽdere cum applicatur ad eam. Et hoc maxime uerum eſt ſi egeſtio ſit prope anum. Si enim egeſtio ſiue fex eſſet diſtans poſſet ſecum permiſceri in longo trãſitu. Nunquam tamen ſolutio epatica præcedit fecem, ita ut fex immediate ſubſequatur, & in hoc differt a ſangine hæmorrhoidali, ille enim frequenter immediate præcedit fecem, et certiſſimum ſignum ſanguis hęmorrhoidalis eſt ſi appareat egredi ſaltando ſicut ex phlebotomia. Quarta differentia eſt quia epaticum præceſſerunt epatis nocumenta et concomitanter abſq; nocumentis inteſtinorum, ſed cũ inteſtinali adſunt & præceſſerunt nocumenta inteſtinorum abſq; nocumentis epatis. Quinta differentia, quia epatica eſt ſecundum plurimum chronica, inteſtinalis autem acuta. Sexta, quia epatica cum retinetur cum oppilantibus et conſtringentibus, ſequitur nocumentũ ſecundum plurimum, raro enim abſoluitur ab oppilatione, & etiam ſi non eſſet oppilatio, frequenter ſequeretur nocumentum, ut patet diſcurrendo per cauſas eius, ſed inteſtinalis frequenter ſine nocumento retinetur.

Epatica autẽ & ſtomatica licet conueniant in exitu chyli. Differunt tamẽ. Primo quia in epatica chylus eſt æqualis perfecte digeſtus. Sed in ſtomatica imperfecte. Item, in ſtomatica ſecundum plurimum deſcendit cibus cum chylo & adeſt lienteria, ſed in epatica minime. Tertio in ſtomatica adſunt nocumenta ſtomachi & non epatis, ſaltem manifeſta, ſed in epatica adſunt nocumenta epatis manifeſta.

Sed differentia inter ſolutionem epaticam & meſeraicalem, licet conueniant in egreſſione chyli, eſt. Primo, quia chylus in epatica eſt tendens in ſanguineum, cum iam epar impreſſerit aliquid digeſtionis. Sed in meſeraicali minime aut leuiſſime. Secundo, quia in epatica adſunt manifeſta nocumenta epatis quæ ex urina & fece ex grauitate & dolore & ſimilibus circa regionem epatis comprehenduntur, ſed in meſeraicali non adſunt hæc nocumenta, imò adſunt nocumenta meſenterij ex dolore & grauitate circa dorſum per ceptis.

DE FLVXV EPATICO chyloſo.

FLuxus epaticus chyloſus eſt deſcriptiue fluxus chyli qui eſt ſubſtantia ſubtilis alba in ſtomacho per primam digeſtionem ex parte meliori cibi genita, deinde in inteſtinis perfecta.

Hæc ſpecies non habet niſi modos quoſdam ſecundum magis & minus differentes. Quandoque enim totus chylus egreditur, quandoque pars eius.

Hi autem fluxus licet poſſint contingere uitio ſtomachi ſolum, tamen de eo hic agemus qui prouenit uitio epatis, nã de ſtomacho ſuperius dictum eſt quantum eſt opportunum.

Hic autem quinque ex cauſis contingere poteſt.

Prima cauſa quia chylus eſt pluris quantitatis quam ſit expediens pro corpore nutriendo. unde quod ſuperfluum eſt ab epate renuitur, & tanquam ſuperfluum ab inteſtinis expellitur. Generatur autem plus de eo quam ſit expediens propter ſuperfluum appetitum ſtomachi cum bona eius digeſtione, & quia cibus aſſumptus eſt multus & multi nutrimẽti & paucarum ſuperfluitatum facile in chilum conuertibilis. Idem etiam fluxus poſſet contingere ſi chylus genitus eſſet nimium craſſus aut uiſcoſus. Aut aliter male conditionatus, ob defectum ſtomachi, aut cibi. Secunda cauſa, quia epar fuit creatum paruum. unde non potuiſſet multum chylum continere. Tertia eſt apoſtema concaui epatis aut meſeraicarum q̃d licet poſſit pendere a quacunque materia, eſt tamen ſecundum plurimum ſanguineum & frequenter per mutando efficitur durum. Quarta cauſa eſt oppilatio cõcaui epatis aut meſeraicarum attenuatoria aut coartatoria aut carnoſa. Si. n. eſſent in gibbo fieret fluxus humoralis, cum humores in concauo generentur, licet in gibbo perficiantur. Quinta eſt debilitas attractiue epatis uel meſeraicarum, licet maxime epati approprietur. non eſt enim attractiua meſeraicarum de qua ſit curandum, ſit enim attractio in uirtute epatis. Hęc autem debilitas licet poſſit a quacunque ſpecie malę complexionis cum ſuperfluit contingere, ſecundum plurimum tamen pendet a ſuperflua frigiditate, & quandoque a multitudine euacuationis tam per uomitum quam per alias regiones.

Signa fluxus chyloſi abſolute manifeſta ſunt cognoſcenti chylum qui eſt albus ſubtilis ſicut ptiſana hordeacea, ſiue ſolus expellatur, ſiue cum alijs exeuntibus permixtus. Sed quod proueniat ex chylo ampliori cognoſcitur, quia patiens non macreſit & comedit amplius conſueto, & forte cibos pluris nutrimenti & in ſumma eſt cum bona habitudine & conſtantia uirtutum naturalium. Quòd uero chylus ſit craſſus aut uiſcoſus aut aliter male conditionatus cognoſcitur per uiſum, & quia utitur regimine malo, aut forte adeſt mala ſtomachi diſpoſitio cum carentia aliarum cauſarum. Quòd autem ſit hic fluxus a paruitate epatis cognoſcitur, quia eſt a generatione contractus. & quod cum comedit parum pro uice & frequentius melius ſe habet. Quòd autem ſit ab apoſtemate epatis aut meſeraicarum & a qua ſpecie apoſtematis cognoſcitur per ſigna ſuperius dicta in paſſionibus epatis, ad quas recurrendum. Et ſimiliter eſt illuc recurrendum pro cognoſcendis

O 3

oppilationibus epatis & meſeraicarum. Inter quas & apoſtema eſt diſtinguendum, & maxime per febrem quę neceſſario ſequit quodcūq; apoſtema epatis & meſeraicarum, licet in apoſtemate meſeraicarū ſit ualde remiſſa. cum oppilatione aut ſecundum plurimum non aſt febris. Item quia ad apoſtemata uehementiora ſequuntur nocumenta. & in breuiori tempore quam ad oppilationes. ſicut decoctio appetitus. ſingultus: arefactio hydrops & ſimilia. In cæteris enim ſignis communibus multum ſimilantur. Et hic nota quod fluxum eſſe periodicum eſt ſignum fere cōmune omnibus fluxibus oppilatiuis ſecūdum aggregationem materiæ in determinato tempore, minus tamen fluxibus chyloſis conuenit, licet ſint cum oppilatione. De fluxu autem oppilatiuo inferius faciam ſpeciale capitulum, ad quod recurre. Quod autem ſit a debilitate attractiue cognoſcitur per carentiam aliarū cauſarum, & per præſentiam malę cōplexionis in epate uerisimiliter ipſius factiuæ quę ſecundum plurimum eſt frigida. Pro cognitiōe autem ſpecierum malæ complexionis epatis in cauſa recurratur ad ſuperius dicta in paſſionibus epatis.

Prognoſtica. Primum hic fluxus ſecundum plurimum curaſ niſi pēdeat ex apoſtemate, exigit tñ medicum expertum & diligentem. Secundum, hic fluxus eſt ex eis qui cum dimittūtur areſaciunt & debilitant uirtutem, & quando retinētur & proprie cum oppilatiuis conſtringentibus inflantur in ſuperioribus, & conſtringitur anhelitus.

Cura epatici chyloſi. Si pendeat a nimia quantitate chyli, minoretur. cibus. Quod ſi propter famē non poſſet abſtinere dentur cibaria quorum multa quantitas parum nutriat, ſint tamen boni nutrimenti ſicut olera laudabilia panicum & ſimilia. Curetur cura appetitus canini. Licet forte melius ſit hunc fluxum ſinere. Si uero chylus eſſet nimium craſſus aut uiſcoſus, dentur cibi præbentes nutrimentum ſubtile, ſicut uinum album, carnes auium laudabilium, uitelli ouorum, & ſi cum hoc ſint aperitiui erit proficuum ſicut brodium cicerum abiecta prima decoctione. Item decoctiones radicū ſeniculi, petroſelini, apij & ſimilium, & aromentizentur cum cinamomo. & panis ſuus ſit communi fermētatior. Et ſi chylus fuerit aliter male conditionatus incidatur in contrariū regiminis præcedentis, & ſtomachus ſi fuerit in cauſa corrigatur.

Quod ſi pēdeat a paruitate epatis comedat frequētius & parum pro uice & cibaria boni nutrimēti ſubtilis & multi & paucarum ſuperfluitatum non uentrem lubricantia.

Quod ſi pendeat ab epate concaui epatis aut meſeraicarum phlebotometur aut aliter euacuetur, & diuertatur, & quantum ad localia adminiſtrētur ſecundum exigentiā ſuorū temporū & materię. Et dieta ſit tenuis cōtraria diſcraſiæ apoſtematis, ita ut in apoſtemate ſaltē calido prohibeātur panis carnes & uinum præbeat tamen nutrimentum ſubtile facile penetrās, & pro cura huius recurratur ad capit. de apoſtemate epatis. Et cauendum eſt ab adminiſtratione fortiter conſtringentium & oppilantium tam interius quā exterius. Habeant tamen ſtipticitatem paucam cum ſingulari proprietate quibus ſint epatis & membrorum naturalium confortantia, nec ſint uentrem lubricantia.

Si uero pendeat ab oppilatione, curetur cura fluxus oppilatiui de quo infra in capitulo proprio. Et ſi ſit repletio ſanguinea phlebotometur baſilica aut ſaluatella dextra ſecundum exigentiam repletionis & uirtutis. Si uero materia oppilans ſit phlegmatica craſſa aut uiſcoſa ſecundum quod eſt ut plurimū digeratur cum oxymelle ſimplici & aqua abſinthij. Deinde euacuetur cum pilulis de reubarbaro aut alephāginis cū tertia parte agarici præparati, et pilulæ de raued Meſue ſunt fortiores. Tertio digeratur cum oxymelle compoſito aut ſcillitico aut ſyrupo de eupatorio & aquis abſinthij apij aut eupatorij. Quarto euacuetur cum eiſdem aucta doſi, & proprie cum pilulis de raued de eupatorio aut de alkekengi Meſuæ. & Auicen. dicit clyſteria fortis aperitionis & attractionis, & ſimiliter uomitiuum eſſe ex rebus magis iuuatiuis, ſi tamen appareat dominium caliditatis dētur digerentia & euacuantia temperata aut ad frigidum declinantia ſicut aqua cicoreæ aqua cuſcutæ capillorum ueneris, ſyrupus biſantinus & acetoſus ſimplex & compoſitus. Quinto aperiantur oppilationes cū theriaca diacalamentho diacinamomo quæ cum uino ſubtili aut aquis aperientibus exhibeantur, uinū tamen eſt melius ut ſit antiquum, & ſit 2. uel 3. ℥. Item paſſulæ cum phiſticis, ſeminibus communibus frigidis, aniſis, ſemiconfectis & cinamomo ſunt preſtantes & paſſulæ ſolæ optime conferunt aut cum diarrodon admixtæ. Et ſi appareat dominium caliditatis detur diarrodon & ſemina communia frigida. Dieta autem declinet ad calidum frigidum aut ſecundū exigentiam dyſcraſiæ & aliarum circunſtantiarum. Et ſint cibi & potus aperitiui non oppilantes. Et uinum ſit album ſubtile non dulce bene clarum magis aut minus uinoſum ſecundum quod oportet. nam plurimus potus uini paſſi recētis facit cadere in ſolutionem epaticam propter ſuam craſſitiem & dulcedinem. Et cum apparent ſigna caliditatis ptiſana hordeacea confert. & dimittatur panis uinum & carnes, conſtante uirtute, & cibus eſt partiendus ut parum pro uice comedat, ſed frequentius. Dormiat ſufficienter ut fiat bona digeſtio, fiant fricationes toti corpori celebrata prima & ſecunda digeſtione, ut nutrimentum ad mēbra trahatur, & ſummopere uitanda ſunt oppilantia & conſtringentia interius aut exterius applicita & ualde dulcia. Et hæc cura eſt communis cuicunque fluxui oppilatiuo chyloſo, aut humorali, ſiue oppilatio ſit in gibbo aut concauo epatis, ſiue inter epar & inteſtina ſiue in membris quæ ſunt ultra epar. Si uero fluxus chyloſus pēdeat ex debilitate attractiuę ſequētem malam cōplexionem frigidā cum materia ſicut accidit ſcd'm plurimū procedaſ eodem mō qui dictus eſt in cura fluxus oppilatiui a materia frigida. Verū cōiter non indiget ita fortibus inciſiuis et ſubtiliatiuis pro digōne, ſed bene fortibus apperitiuis, et ēt cōiter ſufficiunt leuiora ſolutiua cum quibuſdā ſtipticis cōfortata, ſicut pilulæ de reubar. additis mirabolanis kebulis pro quarta parte. Si uero ſit mala cōplexio frig. ſine materia nō indiget euōne, ſed calefiat epar cum oleo de ſpica, quod eſſet præſtantius ſi bulliret dum pauco uino uinoſo ſubtili aromatico uſque ad uini conſumptionem & ungatur notabiliter fricando ipſo oleo prius calefacto, & panis ſit communi fermentatior conditus cum aniſo & ſimilibus & uinum ſit antiquum ſubtile &c. ut ſuperius cōditionatum, ſed ſi in hoc caſu attineretur alicui dulcedini forte eſſet præſtantius. Non ſic in oppilatione, & phiſtici & paſſulæ pingues auellanæ depillate cū cinna. eſſent pręſtantes, & in reliquis fiat ut dictum eſt in fluxu chyloſo ab oppilatione. Et ſi appareat dominium caliditatis dentur aperitiua frigida, epatis tamē confortatiua ſicut diarodon aut triaſandali cum paſſulis, & ſeminibus communibus frigidis, & ungatur cū oleo ro. & myrtino, & reliquū regimē declinet ad frigidum, & ſit epatis & mēbrorum naturalium confortatiuum tam ſtipticitate temperata quàm ſingulari proprietate, & ſi fuerit debilitata propter lapſum ad humidum, totum regimen declinat ad ſiccum.

Et econtra ſi fuerit debilitata propter lapſum ad ſiccum declinet ad humidum, & ſi fuerit debilitata propter nimias euacuationes ſiſtantur euacuationes ille & totum regimen medicinale, & in cibo & potu ſit ſtipticum cum temperamēto actiuarum & cum hoc ſit aperitiuum facile penetrans ad membra, & ſit multū reſumptiuum ita ut parum ipſius multum nutriat, & in hoc caſu maximè cibus eſt partiendus.

DE FLVXV EPATICO PHLEGMATICO ſub quo aquoſus continetur.

QVid nominis & quid rei huius fluxus ſatis manifeſta ſunt.

Eſt autem hic fluxus duplex, quidā aquoſus, quidam à phlegmate craſſiori.

Cauſa aquoſi eſt corruptio digeſtiuę epatis, quam coadiuuat multus potus aquæ & uiſus rerum aquoſarum. Et potentia uirtutis expellentis per meſeraicas ad inteſtina, quæ ſi deficeret eſſet cauſa aſcitis. Corrūpitur autem digeſtiua huiuſmodi producens aquoſitatem ſecundum plurimum à frigido, licet etiam caliditas epatis ſuperfluens in gradu diminuta tamen in quanto poſſit per corruptam digeſtionem aquoſitatem multiplicare, ſicut accidit in habentibus epar ſuperfluè calidū & febrientibus qui efficiuntur hydropici, potentia enim rei inſequitur multitudinem formæ. Item corrumpitur ab humido. A ſicco autē corrupta non producit aquoſitatem aut rariſſime. Apoſtemata quoque epatis & oppilationis corrumpunt epatis digeſtiuam. Corrumpitur etiam per communitatem & à toto & à pluribus membris. De his tamē quantum eſt expediens dictum fuit ſuperius in hydrope. Conuerſio quoque aquæ hydropicorum per meſeraicas ad inteſtina eſt cauſa huiuſmodi fluxus, & per ipſum ſoluitur aſcites ſicut dicit Hip. 6. aphoriſmorū aphoriſmo. 14. Ab hydrope habito ſecūdū uenas in uentrē aqua fluente ſolutio ſit. Cauſa autē fluxus à phlegmate craſſiori eſt mala complexio frigida epatis deſtruēs digeſtiuam cum regimine proportionali generationi huius phlegmatis & fortitudo expulſiuæ.

Signa ſunt illud quod egreditur, ſcilicet phlegma & aquoſitas & regimen præcedens, ſcilicet comeſtio fructuum aquoſorum & potus aquæ ſuperfluus & propriè tempore non congruo. Item paucitas urinæ & ſudoris uel aſcites præcedens cum confortatione uirtutis, & aqua tunc eſt citrina. ſed ex præcedēti cauſa eſt alba, & propriè ſi fuerit in cauſa mala cōplexio frigida epatis. Si autem malæ complexionis epatis apoſtematis oppilationis & nocumenti ipſius epatis per communitatem ab alijs membris, ſunt ex dictis ſuperius manifeſta.

Prognoſtica. Primum, hic fluxus curatur ſecundum plurimum, niſi pendeat ab epate. Secundum, cum retinetur hic fluxus aquoſus errante digeſtiua, impletur epar aquoſitate, & rumpens in uentrem facit hydropem aquoſam ſecundum plurimum mortalem, iuxta aphoriſmum. 56. ſeptimæ particulæ. Si epar impletum aqua in omentum eruperit, id eſt in zirbum, his uenter aqua impletur & moriuntur.

Cura. Si cauſa fluxus aquoſi fuerit cōuerſio aquę aſcitici ad inteſtina, ſinatur natura operari, & medicus ad nihil aliud intendat, niſi ad confortationem digeſtiuæ & expulſiuæ epatis cum proprijs per uirtutē tertiam & contrarijs epatis diſcraſiæ & cæteris nocumentis eius, & cum hoc moderata ſtipticitate participantibus. Si tamen nimis ſuperflueret, cohibeatur cū magis ſtipticis, proprijs tamen in confortatione epatis & contrarijs ipſius diſcraſiæ, ut ſupra. Si uerò in cauſa fuerit regimen præcedens malum, ordinetur regimen contrarium tam regimini præcedenti quā diſcraſiæ inducte in epate per regimen illud, & dieta ſit tenuis, boni chymi, & paucarum ſuperfluitatum. Si uerò in cauſa fuerit aliquod epatis nocumentum per eſſentiam uel per cōmunitatem ex ſupraſcriptis, quatuor debentur intentiones. prima eſt remotio cauſæ ſiue nocumenti illius. ſecunda uirtutum epatis cōfortatio. tertia correctio accidentium. quarta regimē uitæ. Pro prima intētione. primo mundificetur epar ab aquoſitate, nunc per eandem regionem, ſcilicet per inteſtina ſi natura per ſe non fuerit ſufficiens cum decoctione hieros & mirabol. kebulorum. ana. ʒ. 2. quę decoctio fiat in aqua mel. ℥. 6. ad conſumptionē medietatis, & coletur, & ſufficienter exprimatur, uel cum aqua mellis, decoct. mirabol. kebulorum. ℥. 1. miſceatur. ʒ. s. ſucci ireos, aut quantum uidetur ſufficere, uel ſi fluxus fuerit phlegmaticus, minoretur cum his quę dicta ſunt in cura generali fluxus. Aliquando uerò mundificetur, & diuertatur aquoſitas illa per urinam cum diacurcuma, aut dialacca exhibita cum uino albo, aut cum decoctiōe radicum & ſeminum prouocantium, cum qua etiā trochiſci de lacca poſſunt exhiberi. Si tamen eſſet cum ſignis caliditatis aut febre dentur diuretica frigida ſicut decoctio ſeminum communium frigidorum & radicū aſpharagi permixta cum triaſandalis aut diarodon abbatis, ſudor etiam ſi oportuerit prouocetur ponendo ipſum in ſtupha aut in furno à quo panis ſit extractus & teneat caput extra, aut ponendo ipſum in thermis quæ non ſint atramentales aut aluminoſe, aut alio modo ſtiptice, & ſi eſſet debilis non potens huiuſmodi tolerare dormiat, & in ſomno bene pannis operiatur, aut anhelitum cōtineat aut hora ſomni exhibeatur potio ſudoris prouocatiua ſicut theriaca aut metridatū cū uino ſubtili potenti. Deinde pro complenda hac intentione alteretur epatis diſcraſia & corrigantur cætera nocumenta eius ſiue ſint per eſſentiam, ſiue per cōmunitatem cum his quę dicta ſunt in paſſionibus epatis.

Et cum eiſdem compleatur intentio ſecunda quæ eſt digeſtiuæ epatis confortatio. Et ex proprijs ſunt paſſulæ

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.228

paſſulæ, ſiſtica, auellane, cinnamomo epar. adip. & caro limaciarum cum proprietate crocus uinum mediocris uinoſitatis odoriferum medium inter dulce & acre. Et ex frigidis ſunt ſpecies endiuiæ & multa alia ſimplicia & compoſita de quibus ſupra in debilitate epatis.

Tertio corrigantur accidentia ſicut dictum fuit in cura generali fluxus. Et regimen declinet ad calidum aut frigidum ſecundum exigentiam dyſcraſiæ, ſed ſecundum plurimũ ad ſiccum, & ſit participans ſtipticitate temperata cum ſingulari proprietate in confortatione epatis.

DE FLVXV EPATICO CHOLERICO.

FLuxus epaticus cholericus quantum ad quid nominis & quid rei eſt ſatis ex dictis manifeſtus.

Species habet diuerſas ſumptas ſecundum diuerſas ſpecies choleræ. Expellitur enim quandoque cholera naturalis, quandoque non naturalis ſicut citrina uitellina cholera minoris famæ, praſſina eruginoſa.

Cauſa eius eſt multitudo choleræ aut acuitas propter diſcraſiam epatis calidam cum regimine calido proportionali generationi eius ſicut eſt frequens uſus ciborum acutorum amarorum ſalſorum ualde dulcium & unctuoſorum, & motus fortes ſub æſtu ſolis & in diebus canicularibus ira & reliqua quæ corpus inflammant. Et ſimiliter cauſæ pręternaturales ſicut febres adurentes apoſtemata calida, & oppilationes. & propriè oppilatio in poris Kyſtis cum fortitudine expulſiuæ, huiuſmodi enim cauſæ inflammantes cum excedunt adurunt ſanguinem & humores & per aduſtionem inſpiſſando ſunt cauſæ choleræ zinariæ, immo aduſtionis ſubſtantiæ epatis.

Signa. Hic fluxus cholericus ſecundum ſpecies ſuas cognoſcitur per calorem & ſubſtantiã eius quod expellitur. Sed de ſignis fluxus cholerici ſufficienter actum eſt in capitulo de diarrhœa. Sed eruginoſus raro eueniens eſt ſicut erugo æris cum multa corporis & epatis inflammatione quæ ſi perſeueret aduritur ſubſtantia epatis. Signa autem diſcraſiæ epatis apoſtematum oppilationum eius & Kyſtis fellis ſunt ex præcedentibus manifeſta.

Prognoſtica. Primum, hic fluxus perducit ad excoriationem & ulcera inteſtinorum, & tanto citius quanto cholera eſt acutior & maioris aduſtionis.

Secundum. Hic fluxus ſecundum plurimum curatur niſi pendeat ab apoſtemate aut ſit cum aduſtione ſubſtantiæ epatis, quæ aduſtio cognoſcitur ex hypoſtaſi orobina rubea tendente in nigredinẽ, cuius orobus eſt frangibilis ad differentiam orobine citrine, nõ facile frangibilis quę eſt ex rene, & ille orobus de quo ſupra non eſt niſi de ſubſtantia epatis aduſta ſi tenacitatem aliquã habuerit ad differẽtiã ſanguinis aduſti.

Cura huius fluxus cholerici epatici quatuor exigit intentiones. prima, remouet cauſam fluxus. ſecunda, epar confortat. tertia, corrigit accidentia. quarta ordinat debitum regimen.

Si ergo cauſa fluxus fuerit regimen præcedens remoueatur & inducatur regimen contrarium infrigidans & humectans. Si uerò in cauſa fuerit epatis ſuperflua caliditas alteretur cum infrigidantibus magis aut minus intenſis ſecundum diſcraſiæ exigentiam quæ applicentur intus, & extra. Sed tamen extra nõ applicentur niſi prius facta ſufficienti choleræ euacuatione, quæ educatur niſi natura per ſe ad hoc ſufficiat cum decoct. prunorum tama. mirabo. citri. in qua infuſe ſint. ℥. 2. reubarb. infrigidantia autẽ interius ſumpta ſunt ſicut ſyrupus de granatis cum aqua endiuię, plantaginis aut ſolatri aut ſemperuiue, aut portulacę, & ſimilium magis aut minus frigidorum ſecundum exigentiam in quibus poſſunt infundi ſandali aut ſpecies triaſandalorum cum camphora apud maiorem inflammationem. Vinum quoque granatorum de berberis ſiue criſpinum cũ aquis ſupraſcriptis ad hoc conueniunt. Exterius autem fiant epithimata cum aqua endi. plantaginis cum ſpodio ſpeciebus triaſandalorum & ſimilium, quibus addatur parum aceti. & ſi uirtus eſſet debilis parum uini aromatici aut ſpice. Apoſtemata uerò & oppilationes ſiue epatis ſiue Kyſtis manifeſta ſunt ex dictis in oppilationibus epatis & icteritia. Sint tamen deoppilãtia fr. aut temperata ſi cum frigidis non poſſet fieri apertio ſicut eſt aqua hordei ſe. communium frigidorum cuſcute capil. uen. & ſimilium.

Confortatur autem epar cum eiſdem de quibus ſtatim dictum eſt.

Pro tertia intentione, ſcilicet correctione accidentium frequententur clyſteria mundificatiua prohibẽtia excoriationẽ in quibus ponatur aqua hor. adeps renum capre, albumen cum uitello oui. oleum uiola. & ſimilia. Reliqua accidentia ſicut inſtantiæ uigiliarum & ſimilia curentur, ut dictum eſt ſupra in capitulo generali.

Regimen autem ſex rerum non naturalium iuxta quartam intentionem declinet ad frig. & hum. cum temperata ſtipticitate & ſingulari proprietate epatis confortatiua.

DE FLVXV EPATICO NIGRO melancholico.

QVid nominis & quid rei huius fluxus epatici nigri melancholici ſatis ſunt ex dictis manifeſta. Eſt enim hic fluxus deſcriptiuæ fluxus humoris ſiue puris melancholici uitio epatis ex quo patet quomodo differat à fluxu nigro qui eſt ſubſtantia epatis aut ſtomachi, & etiam à diarrhœa melancholica. Illa enim non eſt uitio proprio epatis ſed totius.

Species ipſius famoſe ſunt tres, ſcilicet. Fluxus niger ſicut ſanguis niger aut uini nigri fex. Fluxus niger felleus. Et niger melancholicus. Primus autẽ triplex penes. Auic. eſt enim quidam exiſtens ſicut ſanguis ſubtilis niger nõ cõglobatus. alter uerò frequẽtius ueniens qualis ſanguis niger conglobatus. Similiter fluxus niger felleus eſt duplex, quidam eſt fluxus melancholiæ genitę per aduſtionem choleræ rubeæ naturalis, alter per aduſtionem choleræ non naturalis. Sed tertius fluxus, ſcilicet niger melancholicus eſt iterum duplex, ſcilicet melancholiæ naturalis cum ſuperfluit, & melancholiæ præter naturam genitæ per aduſtionẽ melancholiæ naturalis, alter per aduſtionem ſubtilioris partis eius. Species autẽ fluxus

melancholici non famoſe ſunt quæ fiunt per congelationem melancholię, aut per aduſtionem phlegmatis aquoſi aut craſſioris, aut ipſius congelationem, quæ ideo ſunt non famoſe, quia raro eueniẽtes. Ex melancholia enim genita per congelationem melancholiæ non fit fluxus niſi raro propter ſui craſſitiem & paucam ſtimulationem, ſed fit ſcphyros purum. Melancholia autem genita ex phlegmate pauce attinet nigredini.

Cauſę primi fluxus, ſcilicet melãcholici fecalis ſunt ſex. Prima eſt mala complexio epatis calida adurẽs aut frigida cõgelans, materia autem eſt maſſa ſanguinea in hanc melancholiam fecalem per aduſtionẽ aut congelationem uerſa ad quod iuuat mixtio multi humoris melancholici in maſſa ſanguinea. Secũda cauſa eſt ulcus putridum in ſubſtantia epatis emittẽs pus nigrum. Tertia cauſa eſt dubelati quod rumpitur in ſubſtantia epatis ſubito emittens magnam quantitatem puris nigri quod per meſeraicas ad inteſtina deſertur. Si enim ſolũ reſudaret & non rumperetur manifeſte fieret fluxus uirulentus ſubtilis de quo infra.

Quarta cauſa eſt oppilatio epatis quæ aperitur. unde materiæ diu per oppilationem retente & denigrate educuntur, licet quandoque per apertionem huiuſmodi oppilationis fiat fluxus diuerſorum colorũ aperitur autẽ oppilatio aut à uirtute forti ſola aut cũ auxilio medicinarũ. Quinta cauſa ẽ fortitudo uirtutis aut ſola aut auxilio medicinali adiuta digerẽs & ſeparans nocitiuũ à iuuatiuo, & tãdẽ nocitiuũ nigrum fecalem de quo ſupra expellens. Sexta cauſa eſt debilitas uirtutis, ſcilicet retẽtiue aut digeſtiue epatis, et hunc fluxum fecalem antecedit fluxus lotiuus ſecundum plurimum de quo infra. Retentiua autem & digeſtiua licet poſſint debilitari ab omni genere ægritudinis, quantum tamen pertinet huic propoſito debilitantur à mala complexione calida aut frigida. Calida autem magis lædit retentiuam. Frigida uerò magis digeſtiuam quę malę complexiones auctę aut diu imprimentes perducunt, tandem aut fluxum feculentum adurendo aut cõgelando. Propterea dicit Auic. quòd hæc mutatio ex lotiuo ad feculentum nõ fit ſubito, id eſt in modico tempore, ſed paulatim. Citius tamen ad hunc perducit caliditas adurendo quàm frigiditas congelando, cum ipſa ſit magis actiua. Fluxus autem ſanguinis denigrati propter longam moram non reducitur ad hunc fecalem, ſed ad fluxũ ſanguineum de quo infra, quia forte licet ſit denigratus, adhuc tamen retinet foramen ſanguinis aut ſaltẽ magis ſanguini aſſimilatur quàm huic melancholię feculente. Eius autem mora denigrans ipſum ſecundum plurimum eſt in inteſtinis. Ab his tamen ſex cauſis ſupraſcriptis, licet uterque fluxus fecalis pendere poſſit, ſcilicet ſubtilis & craſſus. Subtilis tamen penes. A. frequentius fit à debilitate uirtutis digeſtiue, & conſequenter à mala complexione frigida. Et ideo fluxus lotiuus frequenter antecedit ipſum, & ſitis in principio ſui eſt parua, & appetitus cibi plurimus: quamuis in fine rei perducat propter ſui putredinem ad febres & deijciat uirtutem & perducat ad hydropiſim, & ad ultimum eſt longitudo cum extenſione diſpoſitiõis.

Cauſę uerò ſecundi fluxus melancholici, ſcilicet nigri fellei eſt caliditas epatis adurens conuertens choleram rubeam naturalem aut non naturalem in melancholiam aduſtam.

Cauſæ tertij fluxus melancholici qui dicitur niger melancholicus eſt debilitas attractiuæ ſplenis aut eius oppilatio ſiue ſit in porro attrahente ſiue in porro expellente melancholiam ad hos ſtomachi, quare melãcholia ab epate nõ mundificata tanquã ſuperflua expellitur ab ipſo per meſeraicas ad inteſtina ad quod concurrit multitudo generationis eius, aut propter cibos proportionales aut propter epatis diſcraſiam ſuperflue calidam adurentem, & ſic cõuertentem melancholiam naturalem uel ſubtilem partẽ eius in melancholiam aduſtam, non autem conuertentem maſſam ſanguineam, quia eſſet fluxus fecalis pertinens ad primam ſpeciem de qua ſupra, neq; etiam choleram quia pertinet ad ſecundum modum de quo ſupra.

Species autem nõ famoſe de quibus ſupra fiunt aut ex frigiditate congelante melancholiam aut phlegma aut ipſum adurente.

Signa. Fluxus fecalis niger eſt coloris nigri tendẽtis in rubeum. Et ſi eſt craſſus eſt ſicut fex uini aut ſanguis niger cõgelatus. Si uerò ſubtilis eſt ſicut ſanguis niger ſubtilis non congelatus.

Differt autem qui fit à mala complexione adurente aut congelante ab his qui pendent ab alijs cauſis, quia adſunt ſigna malæ complexionis non autẽ apoſtematis, neque ulceris aut oppilationis: nec reliquarum cauſarũ de quibus ſupra. Et qui eſt à caliditate eſt magis niger. Et habet nigredinem magis lucentem. Et eſt magis fetens. Et antecedunt eum liquefactio humorum & membrorum, & fluxus uentris uirulẽtus ſitis, paucitas appetitus, uehementia rubedinis aquæ. Et plurimum ſunt cum eo febres & egeſtio præcedẽs eum eſt ſicut egeſtio febris peſtilentiæ in uehementia fetoris craſſitudine & tinctura coloris, & tandem in fine egreditur ſanguis niger. Sed quando fit à frigiditate adſunt ſigna contraria. Et quando ſiccitas eſt coniuncta caliditati aut frigiditati eſt maior ſitis & fluxus magis conglobatus, quando autem humiditas eſt ipſis coniuncta adſunt effectus contrarij.

Si uerò pendeat ab ulcere aut corroſione eſt cũ dolore in partibus epatis & cũ paucitate eius quod egreditur & remanet, ſcilicet in epate & anteceſſione cauſarum facientium neceſſario ulcera & corroſiones, paulatim enim pus educitur, ſicut paulatim in ulcere aggregatur. Et non profluit magna quantitas ſubito ſicut in ruptura dubelati. Si uerò pendeat à ruptura apoſtematis adſunt primo ſigna apoſtematis, fortè nondum colligendis ſumpta ex grauedine craſſitiæ dolore & febre continuis. Deinde ſigna dubelati ſiue collectionis & maturationis eius ſumpta ex augmento febris doloris & cremento reliquorum accidentiũ. Et febres ille ſunt non ſeruantes ordinẽ. Et multotiens incipiunt cum rigoribus. Et durities pulſus eſt teſtimonium magnum dubelati in uiſceribus. Et aliquando paulatim reſudat uirus. Et læditur à reſupinatione nedum à ſtatione ſuper latus. Et cũ perfecta eſt maturatio quieſcunt febris dolor & reliqua accidentia, & creſcit grauitas. Et quãdo redeunt dolores & punctiones, & grauitas fit maior, appropinquat eruptio. Cum ergo accidit rigor ſubito & ſedatur grauitas & dolor in loco apoſtemato, tunc iam eruptio facta eſt, & propriè quando deſcendit magna quantitas puris mordicans illud quod pertranſit, et fortaſſe accidunt

pulſus

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.229

pulſus cordis, ſyncopis & mors propter uirtutis reſolutionem. Et quandoque non ſolum egreditur pus immo notabilis quantitas ſanguinis, aliqua uena ſoluta. Et quando rumpitur, ad inteſtina egreditur cũ egeſtione. Sed quãdo ad renes egreditur cum urina. Sed quando ad uentrẽ, per nullam regionẽ egreditur ſed detumeſcit epar & apparet tumor circa inguina.

Si uerò pendeat ab oppilatione aperta, pręceſſerũt ſigna oppilationis epatis quæ multum apoſtemati ſimilantur. Abſentia tamen febris facit ſecundum plurimum eas ab apoſtematibus differre. licet in eis ſit maior grauitas quàm in apoſtematibus. ſecunda primi. Secundo hic fluxus accidit ſubito, & eſt ſecũdum plurimum ſalubris.

Si uerò pendeat à fortitudine uirtutis apparent ſigna digeſtionis cum uirtutis conſtantia. & fit fluxus cito cum omnibus aut pluribus cõditionibus laudabilis criſis qui ad ſalutem ſatis cito terminatur. Si uerò pendeat à debilitate uirtutis digeſtiue aut retentiue præceſſerunt cauſæ debilitatis, & præcedit ſecundum plurimum fluxus lotiuus qui tandem ad feculentum perducitur.

Signa uerò fluxus fellei ſumuntur ex colore eius quod egreditur nigro tendente in citrinum & odore amaro & ſubtilitate ſubſtantię, & ſi eſt per aduſtionẽ choleræ naturalis eſt ſubtilior & acuitate & mordicatione eius. Et quia in paruo tempore ducit ad dyſenteriam, & præceſſerunt cauſæ adurentes, & cum reliquis accidentibus proportionalibus & eſt cum fetore notabili.

Signa uerò fluxus melãcholici ſubtilis aduſti ſunt quia habet odorem acrem, ſicut acetum à quo fugiũt muſce, & ſparſa ſuper terram ebullit, & eſt acuta & ue locis impreſſionis, & eſt nigra relucens non tendens in citrinum, neque in rubeum, neque in album.

Si uerò ſit fluxus melancholiæ craſſæ genitæ per aduſtionem, tunc eſt craſſa, habẽs odorem acrem tendentem in ponticum nigra, ut ſupra cum relucentia, ſed eſt tardioris impreſſionis, & cũ hoc tardioris euacuationis, & utraque eſt cum fetore notabili. Melancholia autẽ naturalis fluens eſt cum paruo fetore, paucę impreſſionis, nigra non mulum, neq; relucẽs, neq; præceſſerunt cauſæ aduſtionis, & habet odorem ponticum. Quod autem in cauſa ſint cibi melancholici, ſignificat ipſorum uſus.

Debilitas autem attractiuæ ſplenis. aut oppilationes ipſius cognoſcũtur per ſigna propria ſuperius poſita in paſſionibus eius, ad quas recurre, & inferius ponenda in fluxu oppilatiuo.

Quæ uerò eſt per congelationem melancholiæ eſt multum craſſa, paucę impreſſionis, pauci fœtoris, difficilis curæ, habens nigredinem non relucentẽ & odorem ponticum tendentem in acrem.

Quæ uerò eſt per aduſtionem phlegmatis aquoſi habet odorem ſalſum ſubtilis exiſtens ſubſtãtiæ, coloris parum nigri tendentis in album ſatis fortis impreſſionis ſatis faciliter curabilis ſatis fœtens.

Quæ uerò eſt per aduſtionem phlegmatis craſſioris eſt craſſa habens odorem parum acrem aut ponticum paucę impreſſionis difficulter curabilis parum nigra tendens in album ſatis fœtens. Si uerò ſit per congelationem phlegmatis habet colorem parum nigrum cum albedine ſiue relucentia ſaporis pontici cũ acredine parum fœtens, paucę impreſſionis difficulter curabilis, & ſigna frigiditatis præceſſerunt.

Prognoſtica. Primũ Hip. 4. aphoriſmorũ aphoriſmo. 21. egeſtiones nigre qualis ſanguis ſponte uenientes, id eſt non apparentibus ſignis digeſtionis & ſine auxilio ſpeciali & perſeuerantes ſiue ſequantur caliditatem adurentem aut frigiditatem congelantem aut indebitam mundificationem melancholiæ propter defectum ſplenis ſunt peſſime & mortales ſecundum plurimum. Sed cum pharmaco, aut apparentibus ſignis digeſtionis minus malum. Secundum, huiuſmodi egeſtiones ſequentes ulcus aut rupturam dubelati in epate ſecundum plurimũ ſunt mortales. Tertium, ſequentes apertionem oppilationis epatis, aut criſim ſecundum plurimum ſalubres ſunt. Quartũ, ſequentes debilitatem uirtutis quas antecedit fluxus lotiuus ſecundum plurimum mortales. Quintum, Hip. 4. aphoriſmorum aphoriſmo. 22. Egritudinibus quibuſcunque incipientibus, ſi fel nigrũ ſurſum aut deorſum exierit mortale, ampliando aphoriſmũ ad quancunq; ſpeciem melancholiæ genitæ per aduſtionem, maximè per aduſtionem cholerę aut melancholiæ, & ſuppoſito quòd fluxus talis melancholiæ ſit perſeuerans. Sextum, Hip. 4. aphoriſmorũ aphoriſmo. 23. Quibuſcunq; ex ægritudinibus acutis aut multi tẽporis aut abortibus aut aliter extenuatis fel nigrum aut quaſi ſanguis niger exierit ſequenti die moritur. i. per parum tẽpus poſt, intelligẽdo ſemper quod corpora iſta ſint debilitata notabiliter quod dedit intelligi per extenuationem et quod egeſtiones iſte ſint perſeuerãtes & ſponte uenientes non pręparãtibus ſignis digõnis. Septimũ. 4. aphoriſmorũ aphoriſmo 24. dyſenteria ſi a felle nigro inchoauerit mortale ampliando. ut ſupra aphoriſmũ ad quancũq; ſpeciem melãcholię per aduſtionem genite maximè per aduſtionẽ cholerę & melãcholię naturalis. & intelligitur quod hmõi melancholia affixa ſit & diuturnauerit in inteſtinis, nã excoriatio ſiue ulcus hmõi quod datur intelligi per dyſenteriam eſt cancer ulceratus ſiue ulcus cancroſum, quod eſt ex toto genere mortale & ex hoc tollitur contradictio aphoriſmi 48. 6. particulæ ſpleneticis dyſenteria ſuperueniens ſoluit egritudinem. Illa enim melancholia à ſplene ad inteſtina deriuata facit dyſenteriam tranſeundo & non figitur in inteſtinis.

Cura fluxus epatici feculenti nigri exigit quatuor intentiones. prima cauſam remouet. ſecũda epar confortat. tertia corrigit accidentia. quarta ordinat debitum regimen.

Si ergò iuxta primam intẽtionem cauſa huius fluxus fuerit regimen præcedens malum multiplicatiuum melancholiæ aut choleræ aduſtæ & ſanguinis aduſtiuum illud remoueatur & inducatur regimen contrarium.

Et ſi in cauſa fuerint febres adurentes ſanguinem, ſcilicet cauſon tertiana continua, ſynocha peſtilentialis attendatur euacuationi cum phlebotomijs, & ſolutiuis quæ ſint tamen plurimæ infrigidationis & humectationis, & ſecundo attendatur extinctioni caumatis febrilis ſex modis. Primus cum infrigidatione aëris, & eius humectatione, qui tamen ſtante fluxu non debet adeo infrigidari ne materia pellatur à circunferentia ad centrum. Aër tamen inſpiratus debet

eſſe notabiliter frigidus cui ſemper ſint admixti uapores rerum frigidarum redolentium, quibus æger delectetur. Secundus cum his quæ in ore retinentur infrigidantibus & humectãtibus guttur & linguam.

Tertius eſt alteratio per clyſteria, ſed ſtãte fluxu ſint mundificatiua. Quapropter aquæ hordei addantur ſucci infrigidantes, ſicut portulacæ plantaginis ſolatri ſemperuiue & ſimilium, oleũ uio. nenufa. & adeps renum capræ ad prohibendum excoriationem.

Quartus eſt per cibos & potus, quapropter in cibis ſuis ponatur uinum granatorum de berberis aut acreſta. Et in brodijs ex quibus debent fieri fercula bulliat lactuca endiuia plantago portulaca cucurbita & ſimilia aut aliquod iſtorum. Quintus per epithimata applicanda, cordi, epati, renibus, dorſo, capiti.

Sed hic duo obſerua. Primum, ut hæc non applicentur niſi præcedente ſufficienti euacuatione. Secundum, ut ſtante fluxu totũ corpus aut maior pars cum his frigidis nõ epithimetur ne materia amplius pellatur à circunferentijs ad centrum, ſic enim fluxus nimis augeretur. Sextus, per ea quæ ſumuntur quæ ſint infrigidantia & humectantia epar & membra nobilia confortantia cum ſingulari proprietate cum ſtipticitate temperata, & cum hoc ſint propria humori peccanti, ſcilicet choleræ aut melãcholiæ cum ſanguine mixte quæ per ſui caliditatem aut putrefactionem ſunt cauſa aduſtionis ſanguinis. Potus tamẽ aquę frigidæ qui conceditur in febribus urentibus, ſtante fluxu nõ eſt cõcedendus, facile enim perduceret ad lyenteriam, aut ad fluxum chyloſum.

Et ſi cauſa fluxus fuerit defectus ſplenis in mundificando epar regatur ſecundum quòd dicetur in fluxu ſplenetico.

Et ſi in cauſa fuerit caliditas adurens epatis aut mẽbrorum quæ ſunt ultra epar alteretur cum infrigidãtibus fortibus, quæ tamen non extinguant calorem innatum interius ſumptis & exterius applicitis epati & cordi & dorſo ſecundum ſitum uenę chylis. Et ſint confortantia, ut ſupra ſtipticitate temperata & ſingulari proprietate, ſed non approximentur exterius niſi prius debita mundificatione præcedente. Si ergo adſit multitudo ſanguinis pręponatur phlebotomia ex baſilica aut ex communi, aut ex ſaphenis ſi in cauſa fuerit retentio menſtruorum aut hæmorrhoidarũ, poſtea humor dominans in ſanguine mundificetur, cholera quidem cum decoctione fructuũ, ſcilicet prunorum tamarindorum, & mirabol. citri. in aqua endiuiæ, in cuius. ℥. 3. debite colatis & expreſſis infundantur reubarbari. ʒ. 2. per. 12. horas cum ebullitione parua & debita expreſſione & colatione.

Et ſi in cauſa fuerit humor melancholicus educatur, ut. ℞. epithimi mirabol. indorum. ana. ʒ. 2. ſene. ʒ. 1. bulliant in. 6. ℥. aquæ lactis ad conſumptionem medietatis, & coletur exprimendo, ſed epithimũ ponatur ad bulliendum in fine. Et ſi uenter non eſſet facile obediens cum hac decoctione diſtemperetur. ʒ. 1. aut quantum uidetur electuarij amech. Quod ſi nõ fuerit opus phlebotomia, à mũdificatione iam dicta inchoandum eſt. Deinde alteretur epatis & cordis dyſcraſia cum frigidis ſæpe dictis, & ſimiliter dorſum ſiue regio uenæ chylis cum infrigidante Gal. aut ſimilibus ſicut oleo roſ. cum quarta parte aceti. Similiter ſumat frigido de quibus ſuperius in fluxu cholerico.

Quod ſi nimia frigiditas epatis aut membrorum quæ ſunt ultra epar fuerit in cauſa educatur prius melancholia cum decoctione ſtatim poſita. Sed loco electuarij hamech, ponatur diaſene aut exhibeantur pillulæ ad hanc intentionem. In quibus tamen ponãtur mirabol. nigri derelinquentes aliquod ueſtigium cõſtrictionis. Et regatur ſplen ſi deficeret ab attrahendo melancholiam, aut propter debilitatem aut oppilationem, ut infra in fluxu ſplenetico. Poſtea calefiat epar cum interius ſumptis ſicut ſyrupo de abſinthio de eupatorio cum ſyrupo de epithymo cũ aquis abſinthij bugloſſæ & ſimilibus. Et ex confectionibus conueniunt diagalanga diatriompipereon diacalamentum diamuſcum. Item theriaca & metridathum. Et ſi opus eſſet calefacere & humectare cõueniunt zuccharum bugloſſatum zuccharum boraginatũ cum paſſulis auellanis parum torrefactis & fiſticis. Et exterius applicentur oleum de ſpica de abſinthio cum tantundem uini potentis & pauco aceti & aromatizentur cum gariofilis & ſpica & ſimilia modo tuo dige.

Et hæc eadem quę dicta ſunt optimè ualent ad complendum ſecundam intentionem quæ eſt epatis confortatio, modo habeant ſtipticitatem moderatam, & ſingularem proprietatem ad epar. Si uerò fluxus feculentus pendeat ab ulcere remanẽte poſt rupturam apoſtematis aut pendente ab alijs. primo remoueatur cauſa fluxus mundificando & conſolidando partem ulceratam. Secundo epar confortetur. Tertio accidentia corrigantur. Quarto ordinetur regimen.

Primo mundficetur epar cum aqua hordei, aut zucchari, aut mellis permixtis cum melle roſ. oxymelle ſimplici aut ſyrupo acetoſo ſimplici ſecundum exigentiam dyſcraſiæ & putredinis ulceris. quibus utendum eſt aliquibus diebus donec pus minoretur poſt ea conſolidetur cum ſucci plantaginis. ℥. 2. ſucci end. ℥. s. boli ar. ʒ. 1. Et ſi opus erit minori infrigidatione his addatur aliquid thuris aut maſticis, item diorodõ abbatis & triaſandali permixti cum his aut ſimilibus confortant & conſolidant. Et ſi opus eſſet calefacere eligatur ſyrupus de abſinthio diarodon de ſuccis herbarum. Item trochiſci diarodon de reubarbaro, et cum his compleatur prima & ſecunda intentio.

Si uerò fluxus feculentus pendeat ab apertione oppilationis aut à uirtute creticante ſinatur natura operari & adiuuetur ſi defecerit. Vbi uerò fluxus nimiũ excederet quem uirtus non bene ferret ſedetur ſecundum opportunitatem.

Si uerò fluxus feculẽtus pendeat à debilitate uirtutis quẽ frequẽter antecedit lotiuus, remoueatur cauſa eius, quæ ſecundũ plurimũ eſt mala cõplexio aut calida debilitans contentiua aut frigida debilitans digeſtiuam cum his quæ ſæpe ſupra dicta ſunt.

Et cum eiſdem epar confortetur ut ſupra.

Et corrigantur accidentia ſecundum exigentiam ipſorũ, & ordinetur regimẽ ſecundũ cauſæ exigẽtiã.

Cura uerò nigri fellei & nigri melancholici exigit intentiones quatuor ſupraſcriptas. Sed properandũ eſt maximè in cura nigri fellei & melancholici ſubtilis propter fortitudinem ſuæ impreſſionis. Ergo quã primum potes euacua huiuſmodi humores cum. ℥. 3 decoctionis prunorum tamarindorum, mirabo. indorum, epithymi & ſcene in qua poſt debitam colationem & expreſſionem infunde reubarb. ʒ. 1. per. 12 horas.

horas, deinde coletur exprimatur & ſecum miſceatur ℥.1. electuarij hamech uel quantum uidetur. Et eadē medicina conuenit in melancholia facta per aduſtionem phlegmatis. Sed in melancholia naturali aut genita per congelationem detur diaſcene ab. ℥.s. uſq; ad. ℥.1. cum aqua abſinthij, infuſionis epithymi & mirabolanorum indorum.

Poſt euacuationem alteretur epatis dyſcraſia cali. aut frig. ſecundum exigentiam medicinæ aut alteratiue tam interius ſumendæ quàm exterius applicandæ patere poſſunt ex ſupradictis quæ cum hoc quòd alterent ſint etiam epatis confortatiue iuxta ſecundam intentionem.

Sed pro tertia intentione prohibenda eſt excoriatio inteſtinorum, dolor eſt ſedandus cum clyſteribus & reliquis proprijs ad hoc, quæ requirantur in cura dyſenteriæ & in cura generali fluxus. Tu tamen debes uti clyſteribus magis aut minus infrigidātibus & magis & minus abſtergentibus & aliquando ſtupefactiuis ſecundum humoris diuerſitatem & neceſſitatis exigentiam quorum copiam in cura dyſenteriæ & cura generali fluxus habuiſti. Et reliqua accidentia corrigantur ſecundum quòd ibi dictum eſt &c.

Sed pro quarta intentione regimen ſex rerum declinet ad frigidum aut ad cali. ſecundum exigentiam diſcraſiæ. Licet ſecundum plurimum debeat declinare ad frigidum, immo aliquando debet eſſe notabiliter frigidum. Similiter quandoq; debet declinare ad humid. quandoque ad ſic. Et aliquando cum temperamento actiuarum aut paſſiuarum aut utrarunque.

Similiter dieta debet eſſe aliquando tenuis, aliquando craſſa ſecundum longitudinem aut breuitatē morbi & uirtutis tolerantiam. Quæ autem ſit huiuſmodi requiratur in cura generali fluxus.

DE FLVXV EPATICO SANGVINEO.

HIc fluxus quātum ad quid nominis & quid rei eſt ſatis ex dictis manifeſtus.

Eſt autem hic ſanguis quandoque rubeus uiuidus, quandoque niger, & niger eſt fetens, aut non fetens. Et quicunque iſtorum quādoq; eſt multus, quandoque paucus, quandoque nouus, quandoq; antiquus quandoque continuus quādoque interpollatus ſiue periodicus, quandoque criticus quandoque ſymptomaticus.

Cauſa rubei prima eſt ſciſſura uenæ portæ aut meſeraicæ abſque ſciſſura carnis aut panniculi tegentis ipſas facta à cauſa primitiua aut à multitudine extendente aut ab acuitate corrodente. Si enim ſimul cum ipſis ſcinderetur caro & panniculus tegens ipſas ſanguis exiens reperet ad concauum uentris ſicut ſciſſura uenę chylis aut emulgentis abſque ſciſſura rei tegētis ipſas eſt cauſa mictus ſanguinei. Secunda cauſa eſt multitudo eius ſupra illum qui neceſſarius eſt pro corpore nutriendo aut acuitas eius ſtimulans expulſiuam. Tertia cauſa eſt oppilatio ramorū uenæ chylis aut portę, quare ſanguis in epate generatus ad mēbra nutrienda tranſire non ualet ſed tanquam ſuperfluus ab eo ad inteſtina expellitur. Quarta cauſa tenens ſe ex parte corporis eſt repletio eius apoſtema oppilatio debilitas attractiue ipſius, quarum cauſas require in capitulo de fluxu ſanguinis à toto.

Cauſa autem nigri non fetentis eſt lōga mora eius in inteſtinis aut multa admixtio humoris melancholici, aut frigiditas congelans.

Sed cauſa nigri fetentis eſt mora adeo longa ut feteat. Item caliditas putrefaciens.

Signa. Differt epaticus ſanguineus à fluxu inteſtinali ſanguineo per ſigna ex ſuperius poſita in prin. huius capituli. Sed differt à ſanguineo proueniente à toto, quia cum hoc adſunt nocumenta epatis, cum illo non, ſed adſunt ſigna nocumenti membrorum ultra epar, ſcilicet oppilationis apoſtematis repletionis debilitatis attractiue & ſimilibus. Pro quibus recurre ad capitulum de fluxu ſanguineo à toto. Signa ſciſſuræ uenæ portæ ſunt ipſa cauſa primitiua, ſcilicet caſus offenſio aut percuſſio ſuper epar ſi præceſſerint. Et dolor quidam ſenſatus circa concauum epatis, & quòd ſanguis egreditur in magna quantitate et ſubito, & non facile ſiſtitur neque cito. Sed quod ſuperfluit ſupra illum qui eſt neceſſarius pro corpore nutriendo cognoſcitur quia ſumit cibum maioris quātitatis aut magis nutritiuum quàm conſueuerit. Sed quòd ſit acutus cognoſcitur ex præcedenti acuitate cibi & quia mordicat loca per quæ fluit, & fortè tendit in citrinum. Sed quòd ſit oppilatio in uenis epatis cognoſcitur per ſigna ſuperius poſita ex grauedine tumore, & ſimilibus, quę melius in gibbo quàm in concauo percipiuntur, & quando ſanguis uenit à gibbo eſt magis nitidus, & depuratus, & oppilatio gibbi magis communicat ſpiritualibus, ſicut oppilatio concaui magis communicat ſtomacho, & qui eſt ex oppilatione cito abſcinditur & eſt periodicus.

Et differt à lotiuo, quia hic eſt purus ille ſicut lotura carnis.

Prognoſtica. Primum, hic fluxus ſecundum plurimum curatur, ſed non apud negligentes & inexpertos. Secundum, fluxus ſanguinis nigri fetentis deterior eſt quàm fluxus nig. non fetentis. Tertium fluxus ſanguinis rubei deterior eſt quàm ſit fluxus nigri non fetentis cui concordat aphο. 25. quartæ particulæ. Sanguis quidem ſurſum qualiſcunq; fuerit per os malum, deorſum uerò bonum ſi niger fuerit.

Cura huius fluxus ſanguinei epatici rubei quantum ad omnes cauſas eius præterquam ab oppilatione patere poteſt ex cura fluxus ſanguinei à toto de quo ſuperius factum eſt ſpeciale capitulum. Sed pro cura huius epatici ſanguinei pendentis ab oppilatione recurratur ad capitulum de fluxu chyloſo de quo ſupra, & ad capitulum de fluxu oppilatiuo, de quo infra. Sed cura ſanguinei nigri fetentis aut non fetentis eſt, ut primo procuretur ipſius eductio cum clyſteribus mundificantibus aut ſolutiuis quæ uentrem lauant aut ſoluunt comprimendo aut mixtis ex his, & eſt præſtantius, deinde remoueatur cauſa nigredinis ſanguinis & putoris eius. Si enim cauſa ſit admixtio humoris melācholici, educatur cum his quæ dicta ſunt in fluxu melancholico. Si uerò in cauſa ſit caliditas putredinalis aut frigiditas congelans alteretur cum his etiam quæ ibidem dicta ſunt.

De fluxu

DE FLVXV EPATICO lotiuo.

FLuxus epaticus lotiuus eſt deſcriptiue fluxus rei quæ eſt ſicut lotura carnis recentis, eſt enim aquoſitas tendens in rubedinem ſanguineam.

Cauſa eius immediata eſt duplex, ſcilicet defectus digeſtiue ſiue ex ſe principaliter deficiat ſiue ex defectu contentiue quæ non tanto tempore retineat chylum in epate donec digeſtiua complete ipſum digerat. Hic autē defectus digeſtiue eſt duplex, aut quia diminute ipſum digerat in mutādo ipſum debiliter uerſus naturam ſanguinis, aut quia corrupte ipſum digerat corrumpēdo ipſum in aquoſitatem ſicut in fluxu aquoſo dictum eſt. Sed in hoc lotiuo non eſt tāta corruptio quin appareat alicuius ſanguinis ueſtigium. Secunda cauſa eſt debilitas ſequeſtrationis aquoſitatis a ſanguine propter debilitatem epatis & renum.

Cauſa aūt harum debilitatum epatis, licet poſſit eſſe omne genus malę complexionis cum eſt immoderata. 2. techni. ſecundum plurimum tamen digeſtiua epatis, debilitatur a frigido, & retētiua a calido & hu. cum ſuperfluunt. Apoſtemata quoque & oppilationes ſunt cā harum debilitatum. Et debilitatur ēt per communitatem aut a toto aut a membris particularibus ſicut ſuperius in fluxu aquoſo & hydrope dictum fuit. Cauſa aūt defectus attractiue renum ſecundum plurimum eſt ipſorum frigiditas aut oppilatio aut apoſtema. Cauſæ autem primitiuę ſunt nimius potus aquę & proprie hora incongrua, & ſimiliter uſus fructuum aquoſorum & omnis ſuperfluus potus & comeſtio.

Signa Differentia inter diminutionem digeſtiuæ & debilitatē retentiuæ epatis haberi non poſſunt per egeſtionem lotiuam, utriuſq; enim eſt chylus diminute digeſtus qui cum ſua albedine tendit in rubedinem. Sed differentia inter defectus ipſarum habetur per cauſas. Si .n. adſit mala complexio frigida ueriſimiliter iudicandum eſt eſſe debilitatam digeſtiuam. Si uero adſit mala complexio calida aut hu. iudicandum eſt eſſe debilitatem contentiuā. Sed contra a caliditate ſuperflua poteſt digeſtiua epatis diminui. Ergo ſignum erit dubium, ſcilicet an ſit diminuta digeſtiua, aut leſa retentiua. Ad hoc dicitur quod digeſtiua a caliditate ſuperflua corrumpitur & nō diminuitur niſi forte rariſſime. Quapropter ſi erit corrupta digeſtiua exiens erit aquoſitas tēdens in rubedinem ſanguineam. Si autem leſa retentiua erit chylus tendens in rubedinem ſanguineam, facile autem diſcernitur inter chylum, & aquoſitatem, forte aliæ eſſent inſtantiæ, ſed nolo ut tantum labores. nam quæcunque ipſarum leſa ſit eadem eſt cura, ſcilicet remotio cauſæ ledentis. Si uero cauſa huius fluxus ſit defectus ſequeſtrationis aquoſitatis a ſanguine propter defectum renum, egeſtio lotiua ſecūdum plurimum erit aquoſitas multa cum pauco ſanguine permixta qui ſanguis forte reſidebit aquoſitati, non autem erit aquoſitas cum ſua albedine tēdens in rubedinem ſanguineam, inter quas duas eſt differentia, quia in prima ſanguis reſidet, in ſecunda non, & erit paucitas urinæ non ſolum cum fluxus adeſt, quia eſt commune omnibus fluxibus iuxta aphoriſmum ultimum quartæ particulæ, urina multa noctu facta modicum ſeceſſum ſignificat, & econuerſo, ſed etiam ante fluxum.

Signa autem ægritudinum epatis ſuperius habuiſti.

Sed ſigna ægritudinum renum inferius ponentur ſi deus uoluerit.

Prognoſtica. Primum. Hic fluxus ſecundum plurimum curatur niſi pendeat ab apoſtemate. Secundum ſi nō debite curatur ducit ad aſcitem, aut ad fluxum feculentum de quo ſupra.

Cura huius fluxus eſt proportionalis curæ fluxus aquoſi de quo ſupra. Et exigit quatuor intentiones. Prima cauſam remouet. Secunda uirtutem epatis, ſcilicet digeſtiuam & retentiuam confortat. Tertia corrigit accidentia. Quarta ordinat regimen.

Pro executione primæ intentionis. Si fuerit multiplicata aquoſitas. educatur uel per ſeceſſum, uel per urinam, uel per ſudorem, ſcilicet nunc per unam, nūc per alteram. Non autem per omnes ſimul, ſicut dictum eſt in cura fluxus aquoſi. Deinde nocumenta epatis corrigantur ut ibi. Si autem in cauſa fuerit ſolum diminutio digeſtiue & non corruptio ita ut ſolum ſit chylus diminute digeſtus, alteretur epatis dyſcraſia quæ eſt in ca. & ſimiliter cætera eius nocumenta corrigantur ſicut dictum fuit in paſſionibus epatis. Tertio confortētur uirtutes epatis cum his quæ ſimul epar confortent & corrigant nocumēta ipſius, & propria in confortatione digeſtiue dicta ſunt in fluxu aquoſo, ſcilicet paſſulæ, fiſtica, auellanæ, crocus, cinamomum, epar adip & caro limaciarum. Et in cauſa calida endiuia, & compoſita ſunt ſicut electuarium de paſſulis uerificatum per Auicennam in capitulo debilitatis epatis in cauſa frigida, ſed in cauſa calida diarodon & triaſandali. Applicita etiam exterius ad hoc conferunt calida aut frigida ſecundū exigentiam ſed in confortatione retentiua ſint magis ſtiptica quæ habeant etiam ſingularem proprietatem ad epar, et laudanum cum uino & potus ſucci et ſeminis linguæ arietis habent ſingularem proprietatem. Et corrigantur accidentia ſicut dictum fuit in cura generali fluxus. Et regimen ordinetur in contrarium dyſcraſiæ, & ſit dieta tenuis aut craſſa ſecundum longitudinem aut breuitatem ægritudinis. Sit tamē ex his quæ præbent nutrimentum bonum paucarū ſuperfluitatum & facile digerātur, & eſt præſtantius ut cibus partiatur, ſic enim chylus inde genitus melius retinebitur & digeretur.

DE FLVXV EPATICO ferido.

HIc fluxus deſcriptiue eſt fluxus rei fetentis, ſiue ſit humor aut ſanies. aut ſubſtātia epatis corrupta.

Species non habet niſi quoſdam modos differentes ſecundum diuerſitatem eius ꝙ egreditur paucitatem aut multitudinem eius continuationem aut interpolationem.

Cauſæ humoris fetētis ſunt aliquando longa mora humoris, & proprie cum retinetur in loco non

P

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.231

naturali ſicut in inteſtinis. Licet tamē in hoc & in q̄cunq; alio fetente ſit neceſſarium cōcurrere calorem extraneum putredinalem. Similiter quandoq; humor putreſcit in ipſo epate & tanq̄ ſuperfluus expellitur. Tertio in cauſa eſt aliquando ulcus aut apoſtema epatis a quibus ſanies fetēs fluit. Quarto in cauſa eſt ipſa epatis putrefactio per quā aliquid de ſubſtantia epatis corrupta fluit per meſeraicas ad inteſtina.

Signa ſunt ipſe fetor rei quę egreditur, ſed humor fetens & ſanies & ſubſtātia epatis corrupta diſtingūtur per calorem et ſubſtantiā. et quia ſanies deſcendit in aqua humor ſecundum plurimū ſupernatat. Subſtantia aūt epatis eſt ſpiſſior, neq; facile diuiſibilis.

Prognoſtica. Hic fluxus ſi pendeat ab humore ſecundum plurimū curatur, ſi ab ulcere aut apoſtemate epatis difficillime & raro, ſi a ſubſtātia epatis putrida nunquā curatur niſi ſit res modiciſſima.

Cura Hic fluxus exigit 4. intentiōes ſępe dictas. ſ. remotionē cauſæ perficiendam.

Primo cum mundificatiōe harū rerum fetentium quæ nullo modo debent conſtringi. ſi tamen fluxus ſit excedens quem uirtus nequeat tolerare aliqualiter cohibeatur, ſed non reſtringatur niſi perfecta mundificatione, quę mundificatio fiat cum clyſteribus mūdificantibus & cum ſolutiuis ſecundum exigentiam humoris ſi humor corruptus ſit educibilis cum ſolutiuis proprijs ſicut cholera phlegma aut melācholia, quorum ſolutiuorum copiā ſuperius habuiſti in cura generali fluxus. Si uero ſit ſanguis educatur cum lenitiuis abſtergētibus, & ſecundo alteretur calor putredinalis cum frigidis interius & exterius applicitis. Si uero in cā ſit ulcus mundificetur, & ſimiliter mundificetur ſubſtantia epatis corrupta prohibendo ulteriorem putredinē. Ad q̧ ualet aqua decoctiōis hor. aut mellis cum oxymelle aut ſyr. acetoſo ſimplici, & reliquis quæ dicta ſunt ſuperius in cura fluxus feculēti, ad quam recurre.

Secundo confortetur epar cum proprijs contrarijs tamen ipſius diſcraſiæ.

Tertio corrigantur accidentia ſecundum quod oportet.

Quarto ordinetur debitū regimen in cōtrarium dyſcraſiæ, ſicut dictum fuit ſupra in fluxu feculento. Et hic fluxus fetidus pōt eſſe a toto, cuius cauſæ ſigna prognoſtica cura ſunt proportionales his quæ dicta ſunt in hoc fluxu epatico fetenti.

DE FLVXV EPATICO. uirulento.

Hic fluxus deſcriptiuæ eſt fluxus rei ſubtilis tendentis in citrinitatem aut rubedinem admodum uirulentię.

Species non habet, niſi modos differentes ſecundum colores. Cum aliqñ & proprie qui uenit a meſeraica ſiue a meſenterio magis tendat in citrinum. Qui uero ab epate magis in rubeum. Diſtinguitur etiam ſecundum quantitatem maiorem aut minorē & ſecundum continuitatem aut interpolationem.

Cauſæ ſunt tres. Prima liquefactio ſanguinis & humorum a caliditate forti & tandem ipſius ſubſtantiæ epatis. Secunda eſt reſudatio apoſtematis calidi nondum manifeſte rupti in epate aut in meſeraicis. Tertia cauſa eſt uirtus expellēs huiuſmodi humoris cri tice aut ſymptomatice.

Signa ſunt inflammatio epatis non aduſtiua, ſed liquefactiua. Item ſigna apoſtematis calidi ſub cute ſubtili celati non profundi, quia non reſudaret inter quę duo diſtinguit. quia frequenter eſt huiuſmodi caliditas ſine febre, ſed apoſtema nunquam abſoluitur a febre. Item cum apoſtemate adſunt ſigna apoſtematis de quibus ſupra. Differt autem uirus proueniens ab apoſtemate meſeraice ſiue meſenterij a proueniente ab apoſtemate epatis. Primo per ſigna propria diſtinguentiā inter utrunque apoſtema. de quibus ſupra in paſſionibus epatis, inter quæ eſt febris quæ fortis eſt in apoſtemate calido epatis, ſed in apoſtemate meſeraice leuis. Secundo. quia uirus epaticum magis declinat ad rubedinem. ſed uirus meſeraice cum albedine declinat ad citrinitatem. Cognoſcitur autem hunc fluxum eſſe criticum, quia eſt cum omnibus aut pluribus conditionibus laudabilis criſis, & cum ipſo ſequitur feſtina ſalus ægritudinis præcedentis. Sympromaticus autem eſt cum nullis aut paucioribus conditionibus laudabilis criſis.

Prognoſtica. Primum. Hic fluxus ſi pendeat a caliditate liquefaciente ſanguinem & humores curatur ſecundum plurimum. ſi uero liquefiat ſubſtantia epatis aut pendeat ab apoſtemate difficillime curatur. Secundum. Hic fluxus facile tranſit in feculentum cum per intenſionem aut ex diſpoſitione paſſi caliditas calefactiua efficitur aduſtiua. Tertium. Ex hoc liquefactiuo quandoque peruenit ad eductionem ſubſtantiæ epatis, & eſt mortale, ut infra. Quartum. Factus a uirtute cretice aut ſymptomatice expellente ſecundum plurimum eſt ſalubris.

Cura Hic fluxus ſi pendeat a caliditate liquefaciente exigit quatuor intentiones ſupraſcriptas.

Prima remouet cauſam mundificando uirulentiam cum decoctione prunorum tamarindorum, mirabolanorum, citrinorum, cum qua diſtemperetur drachma una mannę aut drachmas ſex caſſię aut in qua infuſæ ſint drachmæ duæ rheubarbari & expreſſæ. Deinde infrigidetur caliditas epatis liquefaciens cum exterius & interius applicitis, quorum copiam ſuperius habuiſti in fluxu feculento.

Cura tamen liquefactionis ſubſtantię epatis pro magna parte pendet ex cura fluxus liquefactiui, de quo ſuperius eſt factum ſpeciale capitulum.

Si uero pendeat ex reſudatione apoſtematis epatis mundificetur cum aqua hordei ſumpta cum triaſandalis, prius tamen præmiſſa phlebotomia, & præmiſſo reliquo regimine dicto in cura apoſtematum epatis calidorum. Deinde ſi apoſtema manifeſte rumpatur attendatur mundificationi & prohibitioni putrefactionis ſubſtantiæ epatis, & tandē ulcus conſolidetur cum his quæ dicta ſunt in fluxu feculento, ad quod recurre.

Si uero hic fluxus pendeat a uirtute ſymptomatice aut critice humores uirulentos expellente, ſinatur ſi per ſe ſufficiens fuerit. Si uero deficiat adiuuetur. Si uero fluxus ſuperfluit aliqualiter compeſcendus eſt, non tamen ex toto retinendus niſi facta ſufficienti mūdificatione.

Et ſecundo

Et ſecundo in hoc fluxu q̄tum ad omnes eius ſpēs attendatur in toto curæ proceſſu confortatoni uirtutum epatis cum his quę ſunt cōtraria ipſius diſcraſię, & confortent ipſum ſtipticitate moderata et ſingulari proprietate, de quibus ſupra.

Tertio corrigant accidētia ſcd'm opportunitatē.

Et quarto ordinetur regimen in contrarium dyſcraſiæ epatis.

DE FLVXV EPATICO QVI EST ſubſtantia epatis aut ſibi ſimilatur.

Ne contingat error eſt ſciendum q̧ aliq̄do in fluxu egreditur res nigra nō facile diuiſibilis quę eſt ſubſtātia epatis ab epate ſeparata per putrefactionē aut aduſtiōem ſubſtantię ipſius, & cum huiuſmodi epatis ſubſtantia deſcēdat per meſeraicas ad inteſtina opus eſt ut ſit non magnę quātitatis, ſicut aliquando deſcendit cum urina. Et eſt ſicut orobus differēs ab orobo a renibus deciſo per colorem tendentem in rubeū. Orobus aūt renalis tendit in citrinum ut ſuperius dictum fuit. Item per modum ſubſtantiæ, non. n. eſt orobus renalis facile frangibilis ſicut epaticus. Aliquando uero egreditur in fluxu non proprie ſubſtātia epatis, ſed q̧dā ſimilatum ſubſtātiæ epatis in ſua naturali diſpoſitione exiſtentis in colore rubeo in mō ſubſtātiæ eius. eſt eñ mollius, imō q̧ plus eſt cum diuiditur in partes apparent ſicut uenulæ duriores reliqua ſubſtantia ſicut apparent in uero epate cum in fruſta ſecatur. Et perſæpe uidi egredi huiuſmodi ſubſtantiam in pluribus fruſtis diuiſim uſque ad quantitatem quinque librarum, inter quæ reperiebatur fruſtum. s. lb. omnino epati ſimile.

Cauſæ primi ſunt putredines & aduſtiones ſubſtantiæ epatis, necnon ulcera putrida & corroſiua, ſiue genita ſint ab apoſtematibus ruptis, ſiue a cauſis alijs.

Cauſę aūt ſecundi. ſ. rei aſſimilatæ ſubſtātię epatis eſt fluxus ſanguinis ab epate ad inteſtina gracilia, qui ſanguis eſt pronus ad coagulationē ratiōe ſuæ complexiōis, & modi ſubſtātię. Quapropter a uirtute naturali inteſtinorum directa a uirtute digeſtiua epatis coagulatur in rem ſimilem ſubſtantiæ epatis cum pronitate ſua ad hanc conuerſionem. nam unumquodq; agens intēdit paſſi aſſimilationem.

Signa diſtinctiua inter ſubſtantiam epatis corruptam nigram fetētem, & id quod aſſimilatur ſubſtātiæ epatis ſani quod in rei ueritate nō eſt niſi ſanguis coagulatus ſunt ſatis nota. Sed diſtinguētia inter ſubſtantiam epatis corruptam & ſanguinem feculentū corruptum ſunt, quia feculentus corruptus eſt in magna quātitate, & habet fruſtra magna, & parum dura & facile diuiſibilia. Sed econtra ſe habet epatis ſubſtātia corrupta. Similiter ſunt ſigna diſtinguētia inter fruſtum epatis ueri & ſanguinē coagulatum ſibi aſſimilatum, quia uerū epar eſt durum non facile diuiſibile, neq; liquefit in aqua calida ſicut ſanguis coagulatus. Signa autem cauſarum manifeſta ſunt ex ſupraſcriptis in fluxu feculento.

Prognoſtica. Primum, fluxus ſubſtantiæ epatis corrupte eſt mortalis ſecūdum plurimum niſi quod egreditur fuerit modiciſſimum. Sicut econtra fluxus ſanguinis coagulati ſimilis epati ſano eſt ſecundum plurimum ſalubris, ſignificat enim fortitudinē epatis & ſatis bonā ſanguinis diſpoſitiōem cum conſtātia uirtutum inteſtinorum gracilium.

Huius cura cum eſt ſubſtantia epatis corrupta exigit quatuor intentiones ſupraſcriptas. Prima cauſam remouet. Secunda epar confortat. Tertia corrigit accidentia. Quarta ordinat regimen. Quæ omnes intentiones ſunt complendæ ſicut ſuperius dictū fuit in fluxu feculento a putredine & corroſione ſiue ulceribus putridis & corroſiuis. Si uero ſit fluxus ſanguinis coagulati. primo ſanguis ille educatur cū clyſteribus mundificantibus & potionibus ſicut eſt aqua hordei, cum oxymelle ſimplici, & apud maiorem neceſſitatem addantur. 4. grana coaguli leporis uel hedi. Aut exhibeatur caſ. ℥. 1. cum aqua decoct. mellis. Poſtea intendatur ad curam fluxus ſang. ab epate ad inteſtina cum his quæ ſuperius dicta ſunt in cura fluxus epatici ſanguinei ad quam recurrè, non enim eſt bonum totiens idem replicare. nam ſic uolumen nimis excreſceret. Et ſic deo dante ſit factus finis huic fluxui epatico ſuper cæteras materias difficillimo tam ad cognoſcēdum q̄ ad operandū pro quo ipſi gratias ago infinitas.

DE FLVXV SPLENEtico. Cap. VI.

Hic deſcriptiue eſt fluxus factus uitio ſplēis, & eſt ſecundum plurimum melācholicus. qui eſt hic aliquando multus aliquando paucus, quandoque criticus, quandoque ſymptomaticus, quandoque periodicus, quandoque ſine periodis.

Cauſa in genere eſt triplex. Prima eſt defectus mūdificationis melancholię ab epate, quare ſuperfluens expellitur per meſeraicas ad inteſtina. hic autem defectus mundificationis eſt aut propter oppil. in poro ſiue uena ortum habente a uena porte & terminata ad ſplenem ad hoc principaliter ordinata ut deferat melancholiam ſuperfluentem ab epate ad ſplenem, hæc autem oppilatio eſt ſecūdum plurimum, coartatoria & melancholia craſſa meatum implente. Et aliquando hic defectus eſt propter debilitatem attractiue ſplenis aut a mala cōplexione quæ ſecundum plurimum eſt frigida aut propter apoſtema & duritiem eius aut ſolutam continuitatem. Secunda cauſa principalis eſt defectus expulſionis melancholię ad os ſtomachi quę naturaliter debet ad ipſum fluere ad famē excitandam, hic autem defectus eſt aut propter oppilationem in uena per quam defertur melancholia ad os ſtomachi, quæ etiam ſecundum plurimum eſt coartatoria ab humore melancholico, aut accidit propter debilitatem expulſiue ſplenis quæ frequenter eſt a ſiccitate ſuperflua, licet poſſit ab omni genere ægritudis contingere. Tertia cauſa principaliter fluxus eſt multitudo melancholiæ in ſplene cum apoſtemate aut ſine, ad cuius expulſionē natura irritata tandē mouetur aut ſola aut medicinali auxilio adiuta, et ſic expellit ad epar, et poſtea per meſeraicas ad inteſtina.

P a

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.232

Commentary on the Chapter Nine of the Book of Medicine Dedicated to Mansur [F-1-233] (233/266)

Si uero expelletur per uenam terminatam ad os ſtomachi faciet uomitum melãcholicum, & forte faciet fluxum melancholiæ expulſiue a ſtomacho ad inteſtina, et ideo cum expellitur aliquando per utranque uiam accidit ſimul uomitus & ſeceſſus melancholicus. Licet etiam uterque poſſit contingere ab epate ſimul expellente per meſeraicas terminatas ad ſtomachum & inteſtina. Reliquæ autem cauſæ, ſcilicet defectus epatis in expellendo melancholiã ad ſplenẽ aut ſuperflua generatio melãcholiæ ſupra illã quę eſt pro ſplene neceſſaria prouenit ex defectu epatis aut ex regimine non conuenienti, & non approprian-tur ſpleni.

Signa fluxus ſpleneticus cognoſcitur, quia ꝙ egreditur ſecundum plurimũ eſt melancholicum. Et cognoſcitur defectus mundificationis melancholiæ ab epate, quia ſecundum plurimũ ſplen eſt extenuatus. Iſte defectus ſi proueniat ex debilitate attractiue ſplenis propter aliq; ſuam ægritudinẽ cognoſcitur per ſigna ægritudinũ eius de quibus ſupra. Si uero ab oppilatiõe uenę deferentis melancholiã ab epate ad ſplenem, ſentitur grauitas inter epar & ſplenem cum carẽtia ægritudinum ſplenis. Si uero proučiat ex defectu expulſionis melancholiæ ad os ſtomachi, nõ accidit fames, debitis horis, ſicut conſueuerat & ſplen eſt plenus & tumens ſecundũ plurimum. Cuius defectus ſi cã fuerit debilitas expulſiuæ, aderũt ęgritudines ſplenis, de quibus ſupra in proprijs cap. Quæ ſi nõ fuerit erit ex oppilatione pori, ſiue uenæ deferentis melancholiã ad os ſtomachi. Si uero in cauſa fuerit multitudo materię melancholicę in ſplene ex tumore, grauitate, et tenſione cõprehenditur. Differt aũt apoſtema ſplenis a duritie non apoſtemoſa per febrẽ & dolorẽ, & cętera ſigna de quibus ſupra in proprijs cap.

Prognoſtica. Hic fluxus a uirtute factus cum omnibus aut pluribus cõditionibus laudabilis criſis ſoluit ægritudines melancholicas, ſcilicet duritiem ſplenis, apoſtema eius. Quartanam, melancholiam myrachiam, ſpleneticam & cerebralem. Si uero ſit ſine his, ſecundum plurimum mortalis. Reliqua prognoſtica quęrãtur in cap. generali fluxus, & in fluxo epatico & melancholico.

Cura huius fluxus exigit quatuor intentiones. Prima remouet cauſam. Secunda confortat ſplenem. Tertia corrigit accidentia. Quarta ordinat regimẽ. Si ergo in cauſa fuerit oppilatio, curetur perficiendo has intentiones, ſicut infra dicetur in fluxu oppilatiuo. Si uero in cauſa fuerit debilitas attractiue ſplenis propter malã complexionem frigidã. Primo mundificetur melancholia cum decoc. epithimi apud Me. cuius põt exhiberi circa ℥.1. & diaſcenę eſt proprium, aut exhibeatur iſtud. ℞. ſcene, mirabo. indorum, anã ʒ.s. epithymi ʒ.z. zinzib. ℈.s. aquę lactis caprini. ℥.z. aut exhibeãtur pilulæ iſtæ. ℞. mirabo. indorum ſcene pilularum aleſanginarũ ana. ℈.1. zingib. gra. 1. fiant pilulę 7. cum aqua ſcolopendrie, & fortiores iſtis eſſẽt pilulę indę & de lapide lazuli. Sed in fluxibus cõiter leuia ſufficiunt. Et ab ipſis eſt inchoandum, imò in multis ſi daretur medietas doſis iſtorũ ſolutiuorum ſufficeret, & ſi materia eſſet plurima melius eſſet abſtinere. Deinde dentur aperitiua ſicut hoc. ℞. ſcolopen. tamariſci, ana ʒ.z. corticum radicis caparorum ℥.s. ſe. agni caſti. ʒ.z. cõtundantur craſſo modo & bulliant in ℔. z. aquę ad conſumptionem medietatis & coletur cum expreſſione cuius exhibeãtur. ℥.s. cum. ℥.1.s. ſyr. aceto. compoſiti, et ſuper ſplene ponantur uentoſę abſq; ſcarificatione, & emplaſtra attrahentia, & ſi fluxus ſuperfluerit reſtringãtur & ex proprijs ſimplicibus eſt xyloaloẽs, et aqua myrti, aut ſyr. eius & ex cõpoſitis micheleta. Si uero in cã fuerit ſuperflua quantitas melancholiæ mũdificetur cũ his quæ dicta ſunt. Et ſi ſplen fuerit oppilatus aut apoſtematus cęteris cõicãtibus fiat phlebotomia baſilice, aut ſaluatellę, ſiniſtræ. Quod ſi cã fuerit debilitas expulſiue ſplenis ad os ſtomachi facta mũdificatione, ut prius dentur aperičtia de quibus ſupra. Tertio corrigatur mala complexio ſplenis quæ ſecundũ plurimũ eſt ſicca, & quęcunq; alia ægritudo fuerit in cã. Quarto ſuper ore ſtomachi ponatur attractiua ſicut uẽtoſę & emplaſtra attrahẽtia. Si uero fluxus melancholiæ ad os ſtomachi ſuperflueret mundificetur, ut prius cũ his quę nullo mõ ſint uomitiua. Sed in caſu immediate pręcedenti euacuatiua melãcholiæ debẽt eſſe pro parte uomitiua. Secũdo confortetur ſtomachus ne recipiat cum ſyr. de mẽtha, de myrto, miua cydoniorum & ſimilibus, et ẽt cum ceratis unguẽtis emplaſtris et epythimatibus ſtomacho applicitis. Tertio ponantur uentoſę ſine ſcarificatione, pri° ſuper ſplene deinde immediate ſuper epate.

Ei in omnibus his caſibus, peracta pri^a intẽtiõe expediatur. z^a. ſ. ſplenis cõfortatio exhibẽdo cappares et diamuſcum dulcẽ, aut zucch. boraginatum aut bugloſſatum cum aqua endi. & tamariſci, & in ſumma ea quæ confortat ſine propria per uirtutem tertiam moderata ſtipticitate participantia & contraria diſcraſiæ ſplenis.

Pro tertia intentione, ſcilicet correctione accidentium prohibeatur excoriatio inteſtinorum cum dyſteribus mundificãtibus in quibus ponatur adeps renum caprę & ſubueniatur in dolore ipſorum & in reliquis accidentibus ſicut dictum fuit in generali cura fluxus.

Pro quarta intentione, ſit regimen declinans ad calidum, aut ad frigidum ſecundum exigentiã dyſcraſię, ſed ſecundum plurimum ad hu. Et ſit dieta tenuis aut craſſa ſecundum tollerantiam uirtutis, & lõgitudinem aut breuitatẽ ægritudinis, & ſit generatiua boni ſanguinis non melãcholici, & ſit conſtrictiua, aut aperitiua ſecundum exigentiã intentionum, quas intẽdis perficere. Et ſic cum auxilio dei, cui gratias ago immortales, ſunt expeditæ undecim ſpecies fluxus, penes cãm materialem, in qua quarum primę quinq; ſe tenent ex parte totius. Reliquæ ſex ex parte membrorum particularium. Sequitur iã ut abſoluamus ſpecies fluxus ſe tenentes ex parte cauſę materialis obiectiue quę fluxu expellitur, licet multę ex his iam abſolute ſint, imò maior pars in fluxibus præcedentibus. Relinquuntur enim ſolum tres ſpecies penes hanc cãm, quas ſi deus uoluerit expediemus ſcilicet fluxus ſtercoroſus, fluxus uermium & fluxus lapidum.

TRACTATVS TERTIVS DE ſpeciebus fluxus ſumptis a cauſa materiali obiectiua continens tria capitula.

DE FLVXV STERCOROſo. Cap. I.

FLuxus ſtercoroſus deſcriptiue eſt fluxus ſtercorũ in quantitate exuberante ſupra id quod eſt conueniens. Eſt autem ſtercus ſuperfluitas primæ digeſtionis recipiens formam ſubſtantialem in ſtomacho, licet in inteſtinis accidentaliter perficiatur.

Modos habet differentes ſecundum magis & minus. Sunt enim ſtercora aliquando magis dura & compacta, aliquando magis liquida et fluentia, item aliquando cum multa mixtione humorum, ſcilicet phlegmatis & utriuſq; cholerae, aliquando ſine, item recipiunt differẽtias penes multitudinẽ eius, ꝙ egeritur tam ſecundum q̃titatem continuam q̃; diſcretam.

Cauſæ eius ſunt multa quantitas cibi, item qualitas eius, quia ſcilicet parum eius trãſmutatur in chylum, plurimũ in ſuperfluitates, ſicut ſunt fructus, olera, & ſimilia, quorum multum parum nutrit. Item paucitas eius quod ad epar & membra attrahitur, ſiue proueniat ex defectu ſtomachi, & inteſtinorũ non debite immutantiũ aut non debito tẽpore retinentium donec epar & meſeraicæ ſugant, quod eis pertinet, aut ex defectu epatis, et meſeraicarum propter debilitatem attractiue aut oppilationem, & cauſas ſuperius dictas in fluxu chyloſo, aut propter defectum membrorum quę ſunt ultra epar, quia repleta nimis aut debiliter attrahentia aut oppilata, ſicut ſuperius dictum fuit in fluxu ſanguineo. Item tertio multitudo eius quod ex phlegmate aquoſitate, & utraque cholera redit ad inteſtina, & totum cum ſtercore permixtum, ſtercore dominante nomine ſtercoris appellatur, propterea dicimus aliq̃d ſtercus eſſe magis cholericum, aliquod phlegmaticum aliquod melancholicum, & forte huiuſmodi humores ad inteſtina delati uirtute inteſtinorum ſtercorizantur.

Signa patẽt ex his quę dicta ſunt in fluxu ſanguineo, & chyloſo, ad quorum capitula recurre.

Prognoſtica. Primum hic fluxus ſecundum plurimum curatur ſi debite tractetur. Secundum difficile eſt, & non bene tutum medicinaliter permutare naturas, & hominum conſuetudines. Sunt enim quidam naturaliter egerentes ſemel in die, quidã bis, quidam ter quater aut pluries. Quendam de Cauaiono Veronenſi uidi aſcellãtem tm̃ ſemel omnibus 22. diebus & ſic ſe habuerat per totũ decurſum uitę ſuę. Tertiũ homines multũ permutantur ex decurſu ętatiuo, iuxta aphor. zz. ſecundę partic. Quibuſcunq; iuuenibus exñtibus uentres humectãtur his ſeneſcẽtibus exiccantur & econtra. Qui aphoriſmus eſt ex contingentibus æqualiter.

Huius cura exigit tres intentiones. Prima ut cãæ corporeę ſi quę ſint remoueantur. ſ. oppilationes malę cõplexionis ſtomachi inteſtinoꝝ epatis, & membroꝝ quę ſunt ultra epar, & ſic de ſingulis ægritudinibus, quæ poſſent eſſe cã huius fluxus, quæ qualiter remouẽdę ſint ex ſupradictis patere põt. Et ſi corpus ſuperflue plenũ fuerit euacuetur ſecundum repletionis exigentiam. Secunda intentio ut fiant fricationes toti corpori & balneationes nõ quidẽ ſtiptice, ſed dilatantes poros, et attrahentes nutrimentũ ad mẽbra quæ fiant completa prima & ſecunda digeſtione. Tertia intentio ut dent cibi multi nutrimẽnti, et paucarum ſuperfluitatum non lenientes, imò potius aperientes & prouocantes, & ſint moderatæ q̃titatis ſufficientis, tamen pro corpore nutriendo, ſicut uinum ſubtile odoriferum carnes laubabiles uitelli ouorum ſorbiles debite cocti, teſticuli gallorum fiſtica auellanæ parũ torrefactę, & ſimilia quę pręter ſupraſciptas cõditiones ſtomachũ, & epar confortent.

DE FLVXV VERMIum. Cap. II.

HIc fluxus deſcriptiue eſt fluxus ipſorũ uermiũ uiuentium aut mortuorum.

Spẽs huius fluxus ſumi poſſunt ſcd'm differẽtias ipſorũ ſpẽs quę ſunt tres. ſ. cucurbitini in modũ ſeminis cucurbite: qui tamen aliquando adinuicem connexi mediante humiditate phlegmatica non animata ipſos continuante inueniuntur longi ſecundum hominis ſtaturam: ſicut perſepe uidi aſcarides ſubtiles parui, aliquando rotundi & oblongi, ſicut ariſte, & lumbrici rubei tendentes in albedinem longi ſecundũ palmi longitudinem: imò aliquãdo cubiti. Diſtinguuntur etiam ſpẽs fluxus ſecũdũ ꝙ hmõi uermes expelluntur uiuẽtes aut mortui.

Cauſa materialis uermiũ eſt phlegma: locus ſunt inteſtina, & aliquando ſtomachus cauſa efficiens diſponẽs eſt calor putredinalis, principalius operãs eſt calor naturalis, ſaltẽ ſibi ſiue ſint duo nũero diſtincti ſiue tm̃ unus, perficiẽs aũt eſt cœleſtis influentia, quæ eſt cã primitiua aut principalius concurrens.

Signa uermiũ referuenſ ad capit. proprium. Sed ſigna fluxus ipſorũ, ipſorũq; diſtinctio ſecũdum ſpecies ſuas ſenſui manifeſta ſunt.

Prognoſtica. Primum. Fluxus uermiũ mortuorum in ægritudinibus acutis eſt ualde deterius q̃ fluxus uiuentiũ, ſignificaſ. n. malitia ægritudinis ipſos interimẽs, ſed ſi uiui deſcẽdunt ſignificaſ aut expulſiue potẽria aut nõ tanta ægritudinis malitia. Scd'm. Si ſoli impermixti fecibus egeranſ malũ, permixti uero bonũ. Tertiũ. Si permixti ſanguini egerantur malum. Quartum. Vomitum expulſi malũ. Sed in hac materia leuiter pertrãſeo. Inferius. n. in capitulo proprio deo dante dicetur quantum erit opportunum.

Cura. Si natura per ſe non fuerit ſufficiens adiuueſ cum educentibus uermes, & mundificãtibus materiã eorum. Et ex proprijs eſt clyſtere factũ ex 15. ℥. lactis aut quantum uideatur opportunum inſpecta ætatę cum 1. aut. z. ℥. zucch. rub. aut ℥. z. mellis. roſ. Et ſi fluxus aliaꝝ materierũ præter uermes eẽt nimis exuberans ſit lac calibeatũ, aut clyſterizeſ cum aqua mellis facta ſecundũ artẽ, aut cum aqua hord. cũ melle roſ. Et ſi fuerit aut timeatur excoriatio addatur adeps renum capræ, & ſi uermibus aut materia eorũ exiſtẽtibus in ſtomacho, aut in inteſtinis ſuperiorib. fuerit opus mũdificare per ea quæ ſumtinſ detur mel ro. infuſiõis ſemẽzinę, aut in quo ſit admixta ʒ.s. aut ℈.1. ſemenzinæ cum pauco aquæ hordei aut mellis.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.233

& ita detur duabus aut tribus uicibus, quoniam educet uermes, & eorum materiam. Et ſi opus fuerit conſtringere fluxum & uermes educere detur michedera cũ pauco ſemẽzinæ diſtẽperata cum uino cydoniorum, & ſimilibus. Et in ſumma intẽdatur contra uermes & fluxum. Et pro ampliori notitia ſi eſt expediens recurratur ſuperius ad capitulum generalis curæ fluxus, & interius ad capitulum de uermibus, & curentur accidentia ſecundum quod dictum fuit in cura generali fluxus, & dicetur in cura uermium, & ſimiliter ordinetur regimen ſex rerum ſecundum exigentiam fluxus & uermium, & diſcraſiæ, & reliquorum a quibus ſumenda eſt indicatio.

DE FLVXV LApidum. Cap. III.

QVid rei huius fluxus ſatis eſt manifeſtum. Hunc fluxum nunquam uidi. Sed recitat Franciſcus de pedemõtium quod quidam clericus neapolitanus cui nomen erat medicus, per menſem emiſit lapides per uirgam & anũ, & qui per uirgam emittebantur erant ad quantitatẽ nucellę. Qui uero per anum ad quantitatem oui, qui finaliter fuit liberatus cum comeſtione melonum. Hi lapides ſaltem craſſi ueriſimiliter generãtur in ſacculo, aut colo ſcilicet in cellulis ipſius in quibus ſcybale figurantur. In eis enim multum de phlegmate uiſcoſo continetur, quod eſt materia ipſorum. Agens autem eſt calor inteſtinorum adiutus a calore membrorum circunſtantium. Neq; eſt credendum quod materiæ tantorum lapidum fuerint una uice congregatæ quę in huiuſmodi lapides condenſentur, ſed potius paulatim creſcunt per paulatim factam materię additionem, ſicut etiam lapis creſcit in ueſica.

Prognoſticum. uerisſimile eſt hunc fluxum ſecundum plurimum eſſe ſalubrem.

Cura eſt eductio lapidum, & phlegmatis uiſcoſi quod eſt materia eorum cum bibitis, ſicut aqua mellis cum oxymelle ſcillitico quibus poſſet addi ad magis lubricãdum oleum commune uel amigdalarum dulcium, niſi ſtomachus abominaretur, uel cũ aqua mellis diſtemperentur. drachmæ decem floris caſſiæ, aut quãtum uideatur ſufficere, aut cũ clyſterizatis a quibus eſt inchoandum, ſicut ex oleo communi, aut ſiſamino cum oxymelle ſcillitico, aut cum tertia parte urinę, & ſimilibus, prius tamen oleum ſolum cum butyro ad mollificandum clyſterizetur. Regimen autem non naturalium ſit cum eis quæ uentrem lubricet, & non ſint generatiua huiuſmodi flegmatis uiſcoſi, imò ipſius generationem prohibeant.

Et ſic cum dei gratia ſunt abſolute omnes ſpecies fluxus penes cauſam materialem ſubiectiuam et obiectiuã. Supereſt iã ut abſoluamus ſpẽs fluxus penes cauſam efficientem.

TRACTATVS QVARTVS DE ſpeciebus fluxus penes cauſam efficientem tria continens capitula.

DE FLVXV CRITICO, & ſymptomatico. Cap. I.

FLuxus criticus eſt qui eſt terminus alicuius egritudinis materialis exiſtens cum omnibus aut pluribus conditionibus laudabilis criſis. quæ ſunt ut materia ſit prædigeſta, ſit indicatiua ſit in die cretica cum euacuatione qualis, & quãti oportet cum bona ægri tollerantia & cõferentia, & in hoc fluxu primo ſit digeſtio, deinde nocitiui a iuuatiuo ſeparatio tandem nocitiui expulſio retento iuuatiuo, & expulſiua prius incipit expellere & retentiua cedit, ſicut expulſiua expellit, neque ſibi aduerſatur cum utraque ſuum finem conſequatur, expulſiua nocitiuum expellente, & retentiua iuuatiuum retinente.

Sed in fluxu ſymptomatico, oppoſitæ ſunt conditiones qui propterea ſymptomaticus, id eſt, ruinoſus appellatus eſt. In hoc emim ſit iuuatiui & nocitiui expulſio, propterea retentiua & expulſiua ſibi in ſuis operationibus aduerſantur, & aliquando prius retentiua cedit quam expulſiua expellat, imò quandoque ſit fluxus ex ſolo defectu contentiue expulſiua nullo mõ cõcurrente, ſicut accidit in propinquis morti, in timẽtibus, & in fine phthiſis, quo modo frequenter accidit oregmon, & lachrymæ inuoluntarie, & ſudor diaphoreticus, eſt itaque hic ſymptomaticus duplex. unus factus a uirtute expulſiua ſtimulata, alter ex defectu contentiuæ, nullo modo concurrente expulſiua, & proportionatur illis motibus, de quibus dicit Auer. 3. col. quod non habet principium, neque cauſam, neq; finem, ſed ſolum defectum, eius enim cauſa per ſe non eſt aliqua uirtus, ſed ſola grauitas. Et ex his patet quid nominis, & quid rei. Species, cauſæ, & ſigna.

Prognoſtica. Sed prognoſtica ſunt hæc. Primum omnis criſis in omni ægritudine materiali, etiam peſtilentiali exiſtens cum omnibus conditionibus ſuprascriptis eſt euidens ſignum ſalutis. Si uero deficiant aliquæ ex principalibus conditionibus ſupraſcriptis, non eſt efficax ſignum ſalutis, & proprie in peſtilentialibus. Secundum. Fluxus ſymptomaticus accidens in principijs ægritudinum, licet conferat euacuando nociuum eſt ſecũdum plurimum malus, ſignificans multitudinem materiæ aut malitiam. Tertium. Fluxus uentris ſymptomaticus accidens poſt ægritudines uehementes, aut poſt ægritudines chronicas eſt ſecundum plurimum mortalis ſignificans uehementem corruptionem aut defectum uirtutis. Quartum. Fluxus ſymptomaticus proueniẽs ex ſolo defectu contentiue eſt uniuerſaliter mortalis.

Cura fluxus critici & ſymptomatici ſi fluxus criticus fuerit cũ omnibus, aut pluribus conditionibus laudabilis criſis ſinatur naturã operari, iuxta aphoriſmũ 20. primæ partic. Prohibeanturq; omnia quæ criſim poſſent impedire, ſolum medicus intendat regimini ſex rerum non naturalium ſecũdum exigentiã ęgritudinis, & accidẽtiũ. Quapropter in ęgritudine acuta abſtineat a uino, et carnibus, et ſi criſi diu durante

opus fuerit aliquo cibo accipiat ptiſanã, & ſimilia, ſed in ęgritudine chronica maximè criſi diu durãte põt uti uino, & carnibus moderate ſiue aqua carnis & ſimilib. quę tñ nõ criſim impediãt. Si uerò fluxus fuerit diminutus adiuuetur cũ clyſteribus calidis aut fri. ſecundum exigentiã incipiendo à leuibus, & gradatim procedendo ad acutiora, quæ ſi non ſufficiant aliquod leue ſolutiuum exhiberi poteſt, ſicut infuſio prunorum, tamarindorum, manna, caſſia, reubarbarum, polypodium, carthamum, & ſimilia, quorum tamen uirtus ſolutiua ſit aliquo ſtiptico repreſſa aut per torrefactionem. Si uerò ſuperfluat cohibẽdum eſt cum his, quæ dicta ſunt in cap. generali fluxus, & in capitulis præcedentibus. Ad quod ualet ptiſana hordeacea ex hordeo torrefacto, & ſimiles cibi ſtiptici & incraſſantes calidi, aut frigi. ſecundũ quòd oportet conditi cum uino cydo. & ſimilibus. Item ſumachia, myrthea, & ſimiles, & obſeruet reliquũ regimen ſupraſcriptum. Si uerò fluxus fuerit ſymptomaticus factus à uirtute expulſiua irritata in principio ęgritudinis, & fuerit ex genere humoris qui facit ęgritudinem dimittendus eſt, niſi modum excedat, in fine uerò ægritudinis moderandus. nam tunc ſecundũ plurimum timetur de caſu uirtutis. Si uerò fluxus proueniat ex ſolo caſu uirtutis, non concurrente expulſiua, cohibendus eſt, & uirtuti cadenti ſubueniendum, ita ut dentur ea quæ ſunt boni chymi, facilis digeſtionis, paucarum ſuperfluitatum, quorũ parum multum nutrit cito in ſanguinem, & ſpiritus conuertenda, & cum hoc conſtringẽtia à ſua proprietate. Et reliquum regimen conſtrictiuum obſeruetur, & boni odores conferunt ad uirtutis ſubleuationem, ſed fortè potius ſi jus diuinum, & naturale permitteret, ab horum cura fugiendum eſſet. Non enim hic aliud intendere poſſumus niſi cuiuſdam miſerabilis uitæ aliquantulam productionem.

DE FLVXV OPPILATIVO Cap. II.

FLuxus oppilatiuus eſt qui prouenit ab oppilatione uel ex apertione oppilationis, quamuis huiuſmodi cauſæ ſint efficientes mediatæ. Immediata enim cauſa eſt uirtus expulſiua ſtimulata à præſentia materiæ, aut defectus cõtentiue cum grauitate materiæ.

Species. Hic autem fluxus eſt quintuplex ſecundum quinque ſpecies ſiue modos oppilationum diſtinctos ſecundum mẽbra quæ poſſunt eſſe cauſa fluxus. Prima eſt oppilatio meſeraicarum. Secunda epatis, & pororum eius. Tertia ſplenis & pororum eius. Quarta uenarum quæ ſunt ultra epar ortum habentium à chyli aſcendente aut deſcendente. Quinta oppilatio pororum cutis, & apertio omnium iſtarum poteſt eſſe cauſa fluxus præter quàm oppilationis pororum cutis, hæc enim poteſt eſſe cauſa ſudoris cum prius retentus eſſet. Eſt autem oppilatio horum mẽbrorum morbus in uia prohibens tranſitum humiditatis bonæ aut ſuperflue, quæ naturaliter tranſire debet, & eſt triplex. una à quibuſdam appellata coartatoria, & eſt illa cuius cauſa eſt in uia, & nõ in inſtrumento, cuius cauſa ſecundum plurimum eſt humor multus craſſus uiſcoſus aut congelatus. Huius autem cauſæ primitiuæ ſunt cibi & potus præbentes nutrimentum multum craſſum aut uiſcoſum. Secunda uerò dicitur attenuatoria, & eſt illa cuius cauſa eſt in inſtrumento, & non in uia, ſicut apoſtema membri uicini coartans, aut uentoſitas aut alicuius membri diſlocatio comprimentis meatum, aut ligatura aut mala complexio frigida, & ſicca uiam conſtringens aut calida & ſicca exiccando contrahens. Tertia autem eſt dicta carnoſa cuius nocumentum eſt commune uiæ, & inſtrumento, & eius cauſa eſt caro, uerruca, puſtula uel cicatrix, & omnes iſtæ cauſæ ſunt perficientes. Cauſa autem diſponẽs eſt ſtrictura meatuũ in creatione ſua. Cauſa oppilationis meſeraicarum diſponens eſt ſtrictura ipſarum in creatione ſua & perficiens ſecundum plurimum eſt chylus, & humor craſſus & uiſcoſus. ſed cauſæ primitiuæ ſunt potus aquæ frigidæ aquæ lutoſæ aluminoſe & attramentales, itẽ caſeus antiquus, & carnes antique boum, bufalorum, & ſimilia, & hæc ſecundum plurimum ſunt cauſæ cæterarum oppilationum. Oppilatio autem epatis eſt duplex, quædam in uenis, quædam in poris eius, & utraq; eſt duplex. Quæ enim eſt in uenis, aut eſt in paruis aut in magnis, ſed quæ in magnis aut accidit in porta & ramis eius craſſis & eſt raro, aut in chyli & ramis eius craſſis & ẽ rarius, ſed in ramis paruis utriuſque frequenter accidit, & propriè in capitibus ipſorũ ſibiinuicem occurrentibus propter ipſorum uehemẽtem ſtricturam, & hanc oppilationem frequenter ſequitur fluxus uentris, quæ autem in poris eſt duplex aut enim eſt in poris purgationis ſuperfluitatum, & eſt frequenter cauſa primo icteritia citrina ſi ſit in poro felleo qui ſub media penula epatis collocatur tranſiens uſque ad gibbum eius, & aliquando licet raro ſequitur tandem fluxus cholericus cholera regurgitante per meſeraicas ad inteſtina. Si autem ſit in alijs ramis kyſtis accidit icteritia, & feces dealbantur, & rariſſime cõtingit fluxus choleri. licet dealbatio fecum & tinctura urinæ ſit ferè commune ſignum cuiuſcunque pori fellei oppilati, præterquã tranſeuntis ad fundum ſtomachi & ſi ſit in poro purgationis ſuperfluitatis melancholicæ à ſplene ſequitur icteritia nigra, et tandem, licet raro fluxus melancholicus, & ſi fuerit oppilatio in utriſque poris accidit icteritia uiridis ſiue mixta utraque cholera ſparſa per cutis ſuperficiem ex colore enim citrino, & nig. cum permiſcetur reſultat color uiridis, de his tamen in icteritia dictum eſt quantum eſt opportunum, & ad hos oppilatiuos ſi ſequeretur fluxus quod rariſſimum eſt eſſet mixtus ex cholera, & melancholia. Si autem oppilatio ſit in poris trãſitus nutrimenti de parte in partem per ſubſtantiam epatis quæ eſt raro non ſequitur fluxus neque icteritia, ſed craſſities epatis cum duritiæ, & corporis extenuatio, quod eſt commune ſignum omniũ oppilationum epatis, licet per has aliquando corpus præternaturaliter tumeat, & poſſunt eam multæ alię ægritudines concomitari cum oppilatio epatis ſit ferè mater omnium ægritudinum, & unaqueq; iſtarũ oppilationũ, aut eſt noua, aut antiqua, ſimplex, aut compoſita, & unaqueq; iſtarũ poteſt eſſe coartatoria attenuatoria & carnoſa, quarum cauſæ ſunt illæ, de quibus ſupra. Sed frequenter oppilationes epatis ſunt coartatoriæ ab humore multo craſſo & uiſcoſo. Raro attenuatoriæ ab apoſtemate coartante. Quarũ cauſæ primitiuæ ſunt ille, de quibus ſupra. Rariſſi-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.234

me carnoſe. Oppilatio aũt ſplenis eſt morbus in uijs & ductibus per quos habet trahere fecem ſanguinis, ſcilicet melãcholiam ſuperfluã ab epate, ut ſanguis depuretur, & ſit conueniens mẽbrorum alimentum, & ipſam ad hos ſtomachi pro fame excitanda delegare, quæ eſt triplex. Aut enim eſt in poro qui eſt inter ipſum, & epar per quem trahit fecem ſanguinis ab ipſo & hic eſt unus ex octo ramis uenæ portæ ægredientibus epar ualde manifeſtus aut eſt in uia, quæ eſt inter ipſum, & ſtomachum per quem delegatur melancholia ad os ſtomachi, & eſt ramus uenę ſuprascriptę, aut eſt in ipſa ſplenis ſubſtantia, & poſſet eſſe in aliquibus aut omnibus his ſimul, & oppilatio eius eſt ſecundũ plurimum coartatoria pendens ab humore melãcholico feculento, qui propter multitudinem & craſſitiẽ non potens tranſire per ductus, & poros remanet in eis obſtructus, & quandoque eſt attenuatoria ex ſiccitate, & ponticitate cholerę nig. uel uentoſitate uicinorum, aut apoſtemate comprimente, licet in aliquo uiderim ipſam ſequi compreſſionem coſtarũ ſuper ſplene, cuius cauſa erat gibboſitas, & incurrerat icteritiã nigram ſibi coeternam. Rariſſime eſt carnoſa, ad has autem oppilationes præcipue ad eam quæ eſt in uia per quam melancholia mittitur ab epate ad ſplenem, ſequitur icteritia nigra, & quandoque fluxus melancholicus melancholia regurgitante ad portam, deinde per meſeraicas ad inteſtina. Similiter ex deoppilatione iſtarũ ſplene ante repleto ſequitur fluxus melancholicus. Sed ſi deoppilatur uia inter ipſum, & ſtomachum ſequitur uomitus melancholicus & melancholia ualde ſuperfluente fit uomitus & fluxus ſimul, ſicut uidi in domino Laurentio donato poteſtate Verone qui uomitu & ſeceſſu expulit. 15. ℔. melancholiæ in duobus diebus, & quamuis deuenerit ad frigiditatẽ extremorum, & pulſum uermicularem cum frequentia ſyncopis, tamen ſuperuixit contra intentionem aphoriſmi. 23. quartæ particulæ, quibuſcunque in ægritudinibus acutis &c. erat enim ſummę extenuatus cum laboraſſet dolore ſtomachi tribus annis continuis.

Oppilatio autem uenarũ, quæ ſunt ultra epar quãtum ad quid nominis, & quid rei ex dictis eſt manifeſta. Modi autem eius ſunt duo, quãdoque enim oppilantur uenæ ortũ habentes à chyli aſcendente, quãdoque ortum habentes à chyli deſcendente, & primę ſunt à gibbo epatis ſupra, & ſecundæ à gibbo epatis infra. Earum autem oppilatio ſecundum plurimum eſt coartatoria. Raro attenuatoria. Rariſſime carnoſa. & cauſæ ipſarum ſunt quæ ſuperius dictæ ſunt.

Oppilatio pororum cutis quandoque eſt coartatoria à ſuperfluitate multa aut craſſa & uiſcoſa, quæ reſecatur in quarta digeſtione propter multiplicationẽ ciborum craſſorum uiſcoſorum, & omiſſionem fricationis & balnei, quandoque eſt attenuatoria propter frigiditatem aëris, aut aquę in qua balneatur condenſantem, quandoque à caliditate ſolis aut ignis arefaciendo conſtringente, & quandoq; balnea aluminoſa aut attramentalia, & ſimilia conſtringendo ſunt in cauſa, quandoque eſt carnoſa ex cicatrice orta in corporis ſuperficie, per hanc enim pororum oppilationem prohibetur euacuatio inſenſibilis, & etiam ſenſibilis ſub forma ſudoris. unde materiæ per hanc regionem ſolitæ euacuari retinentur, & retente alias inficiunt, & tandem cum plurimę aggregate ſunt pellun tur de uenis paruis ad magnas, & de magnis ad uenã chylis, & tandem ad uenam portæ, & poſtea per meſeraicas ad inteſtina, & fluxu uentris expelluntur, & iſte oppilationes aliquando ſunt cum febre, aliquando ſine ſecũdum quam diuerſitatem oportet curam uariari exhibendo minus calida quando ſunt febribus coniunctæ.

Signa communia cuicunque oppilationi ſunt.

Primo grauitas & extenſio in parte oppilata, quę tamen non ab omnibus ægris diſcernitur. Secundo color à naturali notabiliter permutatus, ſcilicet pallidus uel citrinus in toto corpore, quia ſanguis laudabilis, & copioſus non uenit ad cutis ſuperficiem, ſed ſubtile eius ſolum aquoſitati uel cholerææ mixtum attrahentibus membris inanitis, & hoc maximè uerificatur in oppilationibus epatis, & uenarum. nam ſi ſit in meatibus kyſtis aut ſplenis color fit ictericus citrinus niger aut uiridis, ſed in oppilationibus pororum cutis non eſt neceſſarium colorem ita permutari, & urina in oppilationibus epatis, & uenarum eſt ſubtilis. Sed in oppilatione pororum purgationis ſuperfluitatum eſt craſſa icteritia, & in oppilationibus cutis craſſa non icteritia. Et tertio eſt homo in ſuis operationibus impeditus ſecundum ea membra in quibus eſt oppilatio, & ſibi communicantibus. Et eſt ſignum efficax cum non uiſa fuerit alia ægritudo quæ poſſit ueriſimiliter illas operationes impedire, et cum non adſunt ſigna repletionis in toto corpore.

Signum commune ferè cuicunque fluxui oppilatiuo eſt eſſe periodicum, fiunt enim periodi ſecũdum aggregationem materiæ in determinato tempore, & ipſius expulſionem, & carentiam fluxus quouſq; noua materia ad fluxum ſufficiens ſit aggregata.

Sed ſignum proprium fluxus oppilatiui meſeraicalis eſt fluxus kyli perfecte digeſti, id eſt ſine notabili admixtione lienteriæ non tendentis aliqualiter in colorem rub. feſtinus, poſt complementum digeſtionis primæ exiſtens cum grauitate hypocõdrij dextri declinante uerſus dorſum, & per has circũſtantias differt hic fluxus à fluxu chyloſo ſequente nocumentũ ſtomachi, & inteſtinorum, & propriè retentiuę eorũ. Eſt enim chylus non perfecte digeſtus, immo admixtus lienteriæ. Differt ſecundo à fluxu ſequente oppilationem portæ, & ramorum eius non egredientiũ epar. Ille enim licet ſit chyloſus, tendit tamen in colorem ſanguinis aliqualiter, cũ uirtus aliqualis ſanguificatiua ſit in meſeraicis, à uirtute tamen epatis. Itẽ non eſt feſtinus poſt complementum primæ digeſtionis, & in eo quòd chyloſus differt à fluxu ſequente oppilationem chylis, cũ ille ſit humoralis chilo iam in ſanguinem, & in reliquos humores uerſo in uena portę. Et per hoc etiam differt à reliquis fluxibus oppilationis uenarũ quę ſunt ultra epar. Sed per hoc quòd eſt cum grauitate hypochondrij dextri tendente uerſus dorſum differt à fluxu ſequente debilitatem attractiuæ epatis, qui licet ſit chyloſus, eſt tamen ſine grauitate. Differt etiam à fluxu ſequente oppilationẽ partium epatis, quia eſt cum grauitate hypochondrij dextri, quæ tamen non tendit uerſus dorſum. Differẽtia autem inter apoſtema epatis, & meſeraicarum, & oppilationem eorum eſt, quia febris concomitatur apoſtema & non oppilationem, licet aliquando grauitas

uitas ſit maior in oppilatione epatis quàm in apoſtemate eius, iuxta Aui. 2. primi. de ſignis oppilationũ. Item apoſtemata epatis maiora cauſant nocumenta in breui tempore quàm ipſius oppilationis, ſicut eſt deiectio appetitus ſingultus, arefactio, hydros, & ſimilia. Et ex his manifeſta ſunt ſigna fluxus oppilatiui, ſiue oppilatio ſit in meſeraicis, ſiue in uena portæ, ſiue in uena chylis. Signa præterea diſtinctiua inter partes epatis, oppilatas etiam diſtinguunt inter fluxus inde prodeuntes, nam oppilatio gibbi manifeſtior eſt ſenſui, ſentitur enim per tactũ durities & craſſities, & lędit magis partes ſpirituales, ſed oppilatio concaui magis lædit ſtomachum, & nõ eſt ad tactum manifeſta. Sed ſigna oppilationis pororum kyſtis fellis ſunt dealbatio fecum, urina citrina craſſa, icteritia citrina, & tandem, licet raro fluxus cholericus cholera rheumatizante per meſeraicas ad inteſtina, ſed ad apertionem oppilationis horum pororum, ſequitur aliquando fluxus cholericus, aliquando uomitus, ſi aperiatur oppilatio pori fellei tendentis ad fundum ſtomachi. Quæ autẽ ſint ſigna diſtinctiua inter oppilationes diuerſorum pororum kyſtis ſufficiẽter dictum fuit in icteritia. Signa autem oppilationis pororum tranſitus nutrimenti ex dictis in hoc capitulo manifeſta ſunt, nõ enim ſequitur fluxus uentris neq; icteritia, ſed craſſities epatis cum duritiæ, & corporis extenuatio, quod eſt commune ſignum omnium oppilationum epatis. Signa uerò oppilationis ſplenis ex dictis ſuperius ſunt manifeſta, ſiquidem fuerit in poro per quem ſplen attrahit melancholiam ab epate ſequitur fluxus melancholicus, & ſplen eſt extenuatus. Si uerò fuerit in poro per quem melãcholia delegatur ad os ſtomachi ſplen incraſſatur, & cadit appetitus, ad cuius apertionem ſequitur uomitus melancholicus, & interdum melancholia exhuberante uomitus & fluxus ſimul. Si uerò ſit in ipſa ſubſtantia ſplenis, adeſt craſſities ſplenis abſque fluxu aut uomitu, niſi modum excederet, quæ craſſities ſi ſolueretur poſſet eſſe cauſa uomitus aut ſeceſſus melãcholici. De his tamen ſuperius ſufficienter dictum eſt.

Signa uerò oppilationis uenarum, quæ ſunt ultra epar ſunt ſigna oppilationis generalia ſupraſcripta, & cum hoc non ſint ſigna ſpiritualia alicuius ex quatuor oppilationibus ſupraſcriptis. Item fluxus inde ſequens eſt humoralis cum periodis.

Signa uerò oppilationis pororum cutis ſunt cauſæ ipſius, de quibus ſupra, & cum hoc prohibitio ſudoris conſueti, & non ſunt ſigna alterius oppilationis, & fluxus eſt humoralis periodicus.

Signa uero cauſarum ſunt huiuſmodi. Siquidem oppilatio ſit coartatoria ab humorum multitudine adſunt ſigna plectoriæ prædictis generalibus ſignis oppilationis addita. Si uerò ſit coartatoria ab humorum craſſitiæ & uiſcoſitate adſunt ſigna cacochymiæ, item regimen præcedens cum malitia digeſtionis, quæ ſi multiplicet uentoſitatem apparebit durities & craſſities augeri & minui in breui tempore. ſi uerò nõ permanebit ſemper æqualis durities uel craſſities. ſi uerò cauſa fuerit attenuatoria perficiens erũt ſigna apoſtematis epatis uel præaſſumptio alicuius ex prænarratis aggregantibus & conſtringentibus eas. Si uerò fuerit compreſſio coſtarum aut ligatura & ſimilia extrinſeca, omnia ſunt ſenſui manifeſta.

Si uerò fuerit carnoſa, puta puſtula aut bothor apparebunt ſigna apoſtematis, & puſtularum. Si uerò carnis additio ueruce oppilatio erit partialis in aliqua uia uel poro propter quod oppilatio nõ erit magna, & per conſequens ſigna oppilationis debilia, & cum hoc cura parum proderit. Si uerò cauſa fuerit diſponens, puta ſtrictura uiarum in creatione ſua. ſignum erit diuturnitas paſſionis, quia à principio generationis contracta cum fortitudine retentiue & debilitate expulſiuæ. Signa uerò fluxus ſequẽtis deoppilationem ſunt ipſa oppilatio præcedens, de qua ſupra. Deinde fluxus humoralis ſequens. Et tertio cura omnium accidentium ſequentium oppilationẽ illã.

Prognoſtica. Primum fluxus ſequens oppilationem coartatoriam antiquatã difficulter curatur. Nouam uerò facile curatur ſi debite tractetur. Secundũ. Fluxus ſequens oppilationem attenuatoriã propter apoſtema coartans, aut dislocationem membri uicini comprimentis raro, & difficulter curatur. Sequens uerò malam complexionem ſine materia, aut uentoſitatem uias attenuantem facile curatur. Tertium. Fluxus ſequens oppilationem carnoſam non recipit curam. Quartum. Fluxus ſequens conſtrictionem meatuum à generatione contractus eſt coeternus patienti. Quintum. Fluxus ſequens apertionem oppilationis eſt ſecundum plurimum ſalubris. Et terminus accidentium ſequentium oppilationem.

CVRA FLVXVS OPPILATIVI in generali.

CVra generalis fluxus ſequentis oppilationẽ exigit quinq; intentiones. Prima apertio oppilationis ſi fieri poteſt. Secunda mundificatio humorum qui propter oppilationẽ ſunt retenti. Tertia confortatio membrorum tam mittentium quàm ſuſcipientium. Quarta correctio accidentium. Quinta debitum regimen ſex rerum non naturalium.

Sed in oppilationibus meſeraicarum uenæ portæ ramorum, uenæ chylis, & uenarũ quę ſunt ultra epar apertis oppilationibus, & facta mundificatione ſuperfluorum, quæ per oppilationem erãt retenta dentur ea quæ faciunt chylum penetrare ad epar, & humores ad membra confortando ipſorum attractiuã cum fricatione & reliquis ingenijs. Quę intentio in reliquis oppilationibus dictis non eſt neceſſaria, ſicut in oppilationibus Kyſtis ſplenis & pororum cutis, quia in iſtis non prohibetur tranſitus nutrimenti ad membra. Si uerò fluxus ſequatur apertionem oppilationis exiguntur cætere intentiones præter primam. Et ex his infertur ſtiptica conſtringentia non conuenire in cura fluxus oppilatiui niſi aperta oppilatione fluxus modum excederet, & hoc eſt quod dicit Auic. 16. tertij tractatu. 2. cap. 1. & iſtud quod cadit in hoc cap. de errore eſt, ut dentur illi qui habet fluxum epaticum oppilatiuum medicinæ conſtipatiue addentes in oppilatione confortantes eã ut conſtringant naturam, & perducit iſtud ad errorem maximũ & multotiens quidem linit inſipiens cum inſpiſſantibus ſanguinem, & extinguẽtibus epar per hoc quòd ſunt frigida, & in hoc eſt mors, & ſucceſſio putrefactionis, imò oportet cum ſciueris quòd cauſa in ipſo eſt oppilatio

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.235

eſt oppilatio in epate, & meſeraica ut intẽdas cũ apertione oppilatiõis, & iam laudatę fuerunt paſſulæ pingues in hoc cap. ita ut quidã exiſtimauerũt ꝙ ipſe ſanant fluxum difficilem. Et nos quidem experti ſumus, & fuit res non longuinqua ab eo quod dixerũt & ſicut eſt de epatico ita in cæteris fluxibus oppilatiuis ſentiendum eſt niſi ſecundum modum quem dixi. De fluxu tamen epatico chyloſo propter oppilationem dixi quantum eſt opportunum, quòd ſi oppilatio fuerit coartatoria in meſeraicis, epate, uel poris Kyſtis, & uenis quę ſunt ultra epar pendens à multitudine humorum ſecundum plurimum conuenit phlebotomia, & ſi repletio fuerit uniuerſalis in toto, fiat primo ex communi, deinde ex baſilica dextra.

Si uerò repletio non excederet modum ſufficit phlebotomia baſilicæ aut ſaluatelle dextræ. Si tamen in cauſa eſſet retentio hæmorrhoidarum aut menſtruorum permittatur phlebotomia ſaphene, deinde phlebotometur baſilica dextra. Et ſicus infuſe in oleo amigdalino ſunt fortes in prouocando menſtrua. Quod ſi relique conditiones à quibus quæritur licentia in phlebotomando non conſentirent uẽtoſentur nates, aut ſanguiſuge applicentur. Si uerò in cauſa fuerit humor craſſus aut uiſcoſus, primo digeratur, deinde euacuetur, poſtea dentur aperitiua ſecundum exigentiam. Digerentia enim in principio non debent eſſe multum aperientia aut prouocantia, ſed abſtergentia & incidentia, ſicut ſyru. aceto. aut oximel ſimplex, poſtea dentur magis aperientia & prouocãtia, ſicut ſyru. acet. compoſitus, oxymel compoſitũ, oxymel ſquilliticum, & poſſunt hi ſyrupi permiſceri cum aquis magis aut minus aperientibus calidis aut frigidis ſecundum exigẽtiam, hic autem ponam quædam ſimplicia & compoſita, quibus ſecundum exigentiam utendum eſt. Frigida ſunt ſicut endiuia & cicorea, & aquæ ipſarum. Aqua plantaginis ex folijs, & radicibus ſuis. Semina communia frigida quibus utendum eſt in oppilatione cum caliditate. Calidæ uerò ſunt, feniculus, petroſelinum, apium, aſſarũ, caſſia lignea, rubea tinctorum, ſiſtica ſcilla, ſpica, gentiana, aqua cicerum, reubarbarum, abſinthium, eupatoriũ, zime, ſchinanthi, amigdale amare, chamepityos & proprie quãdo oppilatio eſſet in uijs ſtrictis uinũ ſubtile eſt proprium confortans & aperiens, & cauſa frigida poſſunt cum eo diſtẽperari aliqua ex electuarijs infraſcriptis. Æqualitati propinqua ſunt, lupuli, cuſcute, lacca, capilli ue. ſparagi, acetum ſcilliticum, ſed cuſcute eſt proprium in apertione meatuum kyſtis fellis. Ex compoſitis autem ſunt quæ dicta ſunt ſuperius. Item ſyrupus acetoſus ex melle uel zuccharo factus cum rubea, ſyru. acetoſus diarodon, ſyrupus acetoſus de ſuccis herbarum, ſyrupus de calamentho, de eupatorio. Item diacalmenthum, diacucurma dialacca, theriaca, & ſimilia, quorum plurima ſunt de ſcriptione Meſ. ſunt etiam trochiſci ad hoc proprij, ſicut de reubarbaro, de abſinthio, de eupatorio, de aniſo, de lacca, & ſimiles. Frigida autem paucæ apertionis ſunt, diarodon, & triaſandali. Tu uerò utere calidis ubi ſunt ſigna frigiditatis, & econtra frigidis aut æqualibus ſecundum exigentiam. Sed nota quòd in cauſa calida ſi aperientia frigida non ſufficiunt eſt utendum temperatis aut calidis, aut calida cum frigidis ſunt permiſcenda, & maius erit iuuamentum apertionis quàm nocumentum inflammationis, quod facile toletur per apertionem, euacuatio autem poſt digeſtionem fiat cum proprijs, ſicut aloes lotus, reubarbarum, agaricus pręparatus, eupatorium, & ſimilia.

Ex compoſitis ſunt hierapicra, pillulę de eupatorio maiores & minores, pillulę de reubarbaro, pillulę alefangine, pillulę alkekengi, pillulę de raued, & ſimilia. Sed propter fluxum ſint in parua doſi. Et quandoq; neceſſarium eſt, ut dicit Auicenna. in aperiendo oppilationes ſolutiuo fortiter attrahens materias craſſas facientes oppilationem, & clyſteria fortis attractionis & apertionis, ſed hæc fortia ſtante fluxu quãtum eſt poſſibile omittãtur, & uomitus eſt ex rebus magis iuuatiuis ad iſtud, & propriè cum oppilatio eſt in porta aut in uenis quæ ſtomacho cõmunicant. Sed nota quòd ſi oppilatio eſt in concauo epatis poris eius, & meſeraicis, aperientia debent eſſe minus fortia, ſed debent eſſe abſterſiua, & uentris ſolutiua. Si autem ſit in gibbo, & in uenis quæ ſunt ultra epar debent eſſe aperientia fortiora & urinam prouocantia. Si uerò oppilatio ſit attenuatoria propter apoſtema partis uicine. Curetur cura apoſtematis, de quo ſupra.

Si uerò proueniat à uentoſitate coartante prius educto humore à quo uentoſitas eleuatur. Carminetur uentoſitas cum ſumptis interius, ſicut eſt diacalamenthum, diatriompipereon, diaciminum, confectio de ſeminibus propriè. Diacurcuma quoque ad hoc confert, & ſi uiderentur nimis calida cum diarodon abbatis, triaſandalis, & ſimilibus temperentur aut ſumantur cum aqua endiuiæ. Exterius quoque ungatur cũ oleo de ſpica aut approximetur ſacculus ex milio, & ſale torrefactis aut fomẽtetur particula cum filtro aut ſpongia infuſa in aliqua ex decoctionibus carminantibus. Si uerò oppilatio pendeat à cauſa extrinſeca remoueatur, & mala complexio inducta cum contrarijs alteretur calidis aut fri. ſecundum exigentiam, ſed ſecũdum plurimum ſint humida, & ſint aperitiua ad dilatandum meatus, & quãdo opus eſſet frigidis, ſint remiſſa frigida, ſicut aqua lactis caprini cũ decoctione abſynt. aut eupato. Item aqua cicerum & decoc. radicum cõmunium cum floribus borag. & bugloſ. lupulorum, cuſcute, & paſſularum, & ſi opus eſſet infrigidare ſiat decoct. cum ſeminibus cõmunibus frigidis, ſemine endiuiæ, lupul. cuſcute, paſſulis, & ſimilibus. Si uerò oppilatio fuerit carnoſa ex puſtulis in uijs, cura eſt reſolutio ſi fieri poteſt, aut ſanatio & eruptio. Inquit enim Hip. Quibus in urinali uia puſtule naſcuntur, ſaniæ facta, & erupta ſolutio ſimiliter, & in propoſito. Cum quibus autẽ hæ fiant in cura apoſtematum epatis dictum fuit ſuperius.

Secunda intentio, ſcilicet mundificatio humorum qui propter oppilationem ſunt retenti ab ipſa natura pellente complentur, quòd ſi deficeret, aut propter debilitatem aut materię inobedientiam adiuuetur cũ aperientibus abſtergentibus, & incidentibus ſecundum exigentiam.

Tertia autem intentio, ſcilicet confortatio membrorum tam mittentium quàm ſuſcipientium completur cum aperientibus iam dictis confortantibus ſtipticitate temperata, & proprietate. Eligantur ergo ex ſupraſcriptis quæ uideantur magis conuenire, ſicut endiuia, cuſcute, paſſulæ, epar, adip præparatum. Auellane torrefacte, ſiſtica, & ſimilia, imò quia fluxus eſt

xus eſt, licet pẽdeat ab oppilatione utendũ eſt ſemper ſtipticis moderate etiam cũ uolumus aperire, & per tertiam uirtutem membra læſa confortantibus.

Quarta autem intẽtio, ſcilicet accidẽtium correctio completur ſecundum ipſorum exigentiam, pro qua recurre ad curam generalem fluxus. Et ſi fluxus nimis ſuperflueret aperta oppilatione conueniunt ſtiptica conſtringentia, quorum copiam habes in cura generali fluxus. Et in præcedentibus capitulis, & ſi febris eſſet coniuncta fluxui, totum regimen magis ad frigidum decliner.

Quinta intentio, ſcilicet debitum regimen ſex rerũ completur ſecundum exigentiam cauſæ oppilationis, & exigentiam intentionum. Aẽr autem ſecundũ plurimũ ſit tẽperatus in actiuis, decliner ad ſiccũ, ſomnus ſit ſatis prolixus. Procuret euacuatiões à natura inſtitutas. Quieſcat animo & corpore. Cibi ſui & potus cum opus eſt aperire oppilationem ſint aperitiui abſtergentes & incidentes ſecundum exigentiam, & in ſumma ſint ſecundum exigentiam illarum intẽtionum, quas complere intendimus. Sit dieta ſatis tenuis, inſpecta tamen uirtute ne cadat, & rectius eſt apud Auicẽ. ut comedat cibum ſuum in pluribus uicibus, & partiatur ipſum, & conſequi faciat cibũ ſuũ quod adiuuet ad penetrandũ cum uelocitate, & aperiat oppilationem, ſicut exempli gratia. uinum ſubtile. Et detur ei diacalamẽthum aur. 1. ante cibum per mediam horam cum pauco aceti uini ſubtilis potentis non dulcis, & cum digeritur cibus detur de eo. ʒ. s. cum uino ſupraſcipto, ſcilicet quando cibus debet penetrare ad epar. Et theriaca ſumpta mane cum uino debite calido iuuat uehementer, & balneatio completa ſecunda digeſtione iuuat. ſimiliter fricatio ante cibum completa ſecunda digeſtione eſt conueniens, & propria, maximè quando membra ſunt debilia in attrahendo, & fiat fortis fricatio cum panno aſpero incipiendo à dorſo, & uentre, & tendendo ad extrema. Et non abſoluatur æger à fricatione, nam cum fricaueris eum & aperueris oppilationes & ſolueris humores oppilantes penetrabit cibus ad corpus eius, & non accidet diarrhœa poſt illud, & confortabitur corpus, quod ſi aperta oppilatione fluxus ſuperfluerit utendum eſt ſtipticis confortantibus.

Et nota quòd aqua calibeata ferè confert in omni fluxu, & in omni tempore, cum hoc enim quòd confortando conſtringit, non tamen addit in oppilatione. Si uerò fluxus ſequeretur apertionem oppilationis exiguntur intentiones ſupraſcriptæ præter primam quæ complendæ ſunt ſicut dictum fuit.

Cura fluxus ſplenitici oppilatiui exigit quinq; intentiones ſupraſcriptas, & ferè cum eiſdem complendis de quibus dictũ eſt in fluxu epatico oppilatiuo. Fortiora tamen cæteris paribus exiguntur aperitiua in fluxu ſplenetico non propter denſitatem ſuæ ſubſtantiæ cum ſit rarior, epate, ſed propter humoris melancholici craſſitiem.

Ergo iuxta doctrinam primam, ſi fuerit peccatũ in ſanguine phlebotometur baſilica, aut ſaluatella ſiniſtra, & prouocetur ſanguis hæmorrhoidalis aut menſtrualis ſi eorum retentio fuerit in cauſa. Et forte in his caſibus melius eſt incipere à phlebotomia ſaphene ſiniſtræ, deinde phlebotomare baſilicam aut ſaluatellam ſiniſtram. Deinde digeratur humor oppilans, & per oppilationem retẽtus cum oxymelle ſimplici compoſito & ſcillitico, & ſyr. de epithymo cũ aquis ſcolopendriæ, tamariſci, & ſimilibus. Sed ex proprijs eſt huiuſmodi. ℞. corticũ radicum capparis. ℥. s. ſcolopendriæ, tamariſci, ſe. agni caſti, ſe. endiuiæ, ſe. portulacæ. ana. ʒ. z. aquæ ℔. z. mellis, aceti. ana. ℥. 3. bulliant ſimul ad conſumptionem medietatis, & coletur & clarificetur, & facta digeſtione dentur. ʒ. 3. epithymi. &. ℈. s. zing. cum. ℥. z. decoctionis ſupraſcriptæ, aut cum tantũdem ſeri caprini. Item decoctio epithymi deſcriptione Meſue eſt ad hęc propria. Item diaſcene eſt conueniens, uel accipiatur huiuſmodi ſi euacuãdo intendis derelinquere ueſtigium conſtrictionis ℞. ſcene, mirabolanorum indorum. ana. ʒ. s. epithymi. ʒ. z. zing. gran. 5. ſeri caprini. ℥. z. miſce, & ſi mallet pillulas exhibeantur huiuſmodi. ℞. mirabolanorum indorum, ſcene, pillularum aleſanginarum ana. ℈. 1. zing. gra. 1. fiant pillulæ. 7. cum aqua ſcolopendriæ, & exhibeantur, aut exhibeatur quantum de eis uideatur ſufficere, in fluxu enim ſolutiua debent eſſe leuia.

Si tamen eſſet cum febre aut cũ ſignis caliditatis dentur frigida aut remiſſe calida, ſicut trochiſci de agno caſto deſcriptione Raſis. 9. Almanſo. in cap. de dolore ſplenis. ℞. ſe. agni caſti, ſe. tamariſci. ana. ʒ. 4. ſe. endiuiæ, ſe. portulacæ ana. ʒ. z. fiant trochiſci, de quibus quotidiæ detur unus cum ſyr. acetoſo, & ſint trochiſci. ʒ. z. aut circa. & in his caſibus utẽdum eſt aquis frigidis, ſicut endiuiæ, cuſcute, tamariſci, mediane, fraxini aut ſalicis, & ſolutiua etiam cum frigidis temperentur. Si uerò oppilatio eſſet attenuatoria propter apoſtema curetur cura eius, de qua ſupra. Si uerò eſſet attenuatoria propter uentoſitatem dentur trochiſci de capparibus cũ apozimate de radicibus. Et hoc emplaſtrum confert contra duritiem & uentoſitatem quæ eſt ſub ſplene. ℞. foliorũ rutæ. ʒ. 10. baurach, mẽtaſtri ſicci. añ. ʒ. 3. ammoniaci. ʒ. 7. ammoniacum in uino ueteri diſſoluatur cum quo cętera conficiantur, & fiat emplaſtrum. Quod ſi durities cum oppilatione fuerit in ſubſtantia ſplenis, primo mollificetur cũ mucilagine maluauiſci, pinguedine anatis, medulla uituli, & oleo de capparibus, poſtea reſoluatur, ad quod optimè ualet emplaſtrum de fermento deſcriptione Meſue, & quæcunque alia cauſa oppilationis remoueatur ſecundum quòd oportet, ſicut dictum fuit in oppilatione epatis. Et nota quòd ſi exhibeatur. ʒ. 1. ammoniaci cum. ℥. 1. ſyrupi acetoſi, &. ℥. 3. decoctionis radicum capparis, ſoluit oppilationem, & mundificat ſplenem. Cætere autẽ intentiones compleantur, ſcilicet mundificatio ſplenis confortatio, & accidentium correctio ſecundum quòd oportet. Si tamen aperta oppilatione fluxus ſuperflueret conſtringatur cum interius & exterius applicitis, quorum copiam ſuperius habuiſti in cura generali fluxus, & ex proprijs confortantibus ſplenem, & ſtringẽtibus fluxum ſunt, ut exhibeatur in potu ſumach, ſe. portulacæ ana. ʒ. z. cum aceto aut ſyru. aceto. & ſemen cuſcutæ, folia ſalicis & ſemen acetoſe ſunt ad hoc propria.

Sed in cauſa frigida exhibeãtur cum oxymelle ſimplici. Pro regimine autem cibi exhibeantur cibi leues & pingues ex iuribus præparatis cum ſubtiliantibus & temperate calefacientibus. Et cappares cũ aceto ſunt propriæ, & aqua extinctionis calibis, & uinũ ſubtile. Decliner autem magis aut minus ad calidum

ſecundum

ſecundum exigentiam cauſæ accidentium temporis anni,& huiuſmodi. Quod ſi fluxus ſequatur oppilationem pororum cutis,& fuerit coartatoria euacuetur humor qui eſt ſub forma cauſæ antecedentis phlebotomia & pharmacia ſecundum ipſius exigentiam poſtea intēdatur ad eductionē humorū qui ſtant ſub forma cauſæ cōiunctæ in poris cutis cū balneis aëreis aut aqueis ſudare faciētibus,in quibus ſint cocta aperitiua,ſicut anetum,flores,chamomillæ,& ſimilia,& fricetur cutis cum pannis aſperis donec rubeant.

Poſtea ingrediatur balneum aqueum aut aëreum, & apud maiorem neceſſitatem fricentur cum melle, in quo mixta ſit farina orobi,radi.lilij, & ariſtol. ro. & ſi fortis fuerit oppilatio ponatur parum ſalis nitri, deinde ingrediatur balneum, & lauetur & abſtergatur. Frequentatio enim balnei aërei aut aquei poros cutis aperit & ſudorem prouocat. Sumpta etiam ſicut eſt uinum ſubtile,aut theriaca cū uino ſubtili prouocando ſudorem aperit poros, & remouet oppilationem à quacunque cauſa proueniat niſi fuerit carnoſa,cuius cura non eſt poſſibilis. Poſtea perficiantur reliquæ intentiones, ſicut humorum mūdificatio per ſeceſſum aut urinam. Et quinto membra cōfortentur,& corrigantur accidentia ſecundū quòd oportet, quæ qualiter debeant compleri ex dictis poteſt eſſe manifeſtum,& cauendum eſt à uiſcoſis, & ſtipticis tam cibalibus quàm medicinalibus, niſi aperta oppilatione fluxus ſuperflueret. Pręcipue in his caſibus exterius applicita non ſint ſtiptica. Et ſic cum dei gratia finitum eſt capitulum de fluxu oppilatiuo.

DE FLVXV A REBVS NON NATVRAlibus, & extraneis ſicut morſus uenenoſorum & uenenorum ſumptio. Cap. III.

HIc fluxus quantū ad quid nominis, & quid rei eſt manifeſtus. Species non habet niſi quoſdam modos ſecundum cauſas eius differentes. Aër enim poteſt eſſe cauſa eius,aut propter eius ſuperfluum lapſum ſecundum qualitates manifeſtas,aut propter qualitatem malignam ſibi impreſſam à formis cœleſtibus,aut quia putridus.

Venti quoque plerunq; ſunt cauſa fluxus,aut corpora replendo & humores liquefaciendo, ſicut uenti auſtrales & ſubſolanus, aut exprimendo humores à circunferentia ad centrum ſicut boreales,imò cum accidit tanta copia fluxuum qui ſunt cōmunes uni patriæ,aut regioni,ſicut fuit Ferrariæ anno. 1450. exiſtimandum, hos etiam pendere ab aliqua cauſa uniuerſali,ſiue ſit aër,ſiue fruges illius regionis taliter corruptæ,aut formæ cœleſtes,quæ tamen imprimunt in corpora noſtra mediante aëre,aut mediantibus cibis & potibus per ipſas corruptis quibus ueſcuntur. Effectus nāq; uniuerſales in cās uniuerſales reſolui debēt.

Regimen quoq; malū in cibo, & potu eſt frequēter cauſa fluxus quod eſſe poteſt multipliciter, aut propter quantitatē auctā, & eſt frequenter, & fit ſecundū plurimū corruptio ad acetoſum,aut quantitatē diminutā,& eſt raro,& fit ſecūdū plurimū corruptio ad fumoſum,& utraque diſponit ad putredinem chyli, & chymi inde generādi, aut propter qualitates primas inter quas maximè facit caliditas & humiditas, caliditas quidem pungendo, & excoriando, humiditas autem leniendo & lubricando,aut propter qualitates ſecundas,ſicut ſubtilitas ſubſtantiæ,fluxibilitas,lenitas,abſterſio,inciſio, & ſimiles,aut propter proprietatem occultam facientem hoc à tota ſpeciæ,ſicut medicinæ ſolutiuæ,aut propter proprietatem indiuidualem inſequentem materiam,ſicut cancri ſoluūt quoſdam,aut propter malitiam ordinis, ſicut cum liquida præmittuntur ſtipticis compreſſiuis aut ponitur indigeſtum ſuper indigeſtum, aut propter malitiam artificij, quæ poteſt eſſe multipliciter, aut propter ea quę comeſtioni ſuperueniunt,ſicut coitus,motus fortes,accidentia animi & ſimilia. Accidentia quoque animi ſicut timor ſunt cauſa fluxus trahēdo materias à circunferentia ad centrum ad quem fluxum ſicut dictum fuit non ſemper concurrit expulſiua,ſed aliquādo ſola grauītas materiæ cum debilitate contentiuæ.

Morſus quoque animaliū uenenoſorum eſt aliquādo cauſa fluxus aut corrūpendo humores aut debilitando cōtentiuā. Similiter caſus & percuſſio ſoluēdo continuum, & frequenter ſequitur fluxus ſanguinis.

Signa ſunt cauſæ ſuæ.

Prognoſtica. Hic fluxus ſecundum plurimū curatur,niſi ſequatur corruptionem aëris & peſtilentiā. Aliquando enim imò frequenter interficit à quarta uſque ad ſeptimam. Si uerò ſequatur morſum uenenoſorum cura eſt difficilis, aut impoſſibilis ſecūdum malitiam,& intenſionē uenenoſitatis impreſſę.

Cura poſita eſt ſuperius in cap.2. ubi ponitur cura generalis cuiuſcunque fluxus, & eſt ſermo de ea in principio capituli. Verum ſi ſit fluxus peſtilētialis non eſt reſtringendus niſi timeatur caſus uirtutis, & intendatur confortationi cordis,& membrorum nobilium,& prohibeatur putredo quantum eſt poſſibile,& pro completa notitia huius recurre ad capitulū de febre peſtilentiali,& inter cętera cogatur ad cibum & ad potum qui partiendus eſt propter uirtutis debilitatem. Si uerò fluxus pendeat à morſu animalis uenenoſi fricetur locus morſus ut ſanguis exeat, aut uentoſe cū ſacrificatione ſuperponātur,& emplaſtretur cum attrahentibus,& proprijs contra genus animalis quod momordit, & inter cętera applicatio animalium nouiter interfectorum & apertorū cum calore actuali confert trahēdo ad ſe uenenum, imò etiam ipſa uiua,ſicut gallinę cum ano applicite cōferunt, & locus ſuperior defendatur cū aceto & forti ſtrictura per magnā partē eius,& mēbra principalia cōfortentur cū interius & exterius applicitis,& propriè cū theriaca, & bezoartica propria contra illa uenena exhibeātur,nec in his caſibus cōpetūt ſolutiua ſaltē fortia neq; phlebotomia,& propriè in princ. ne uenenū trahatur à loco morſo ad mēbra nobilia. Si uerò ſumpſerint uenenū aut medicinā uenenoſam procuretur ipſius uomitus exquiſitus,& ſi quid ſupereſt cū leniētibus educatur,ſicut cū multo oleo calido aſſumpto, & caſſia & clyſteribus. Tertio mēbra principalia cōfortētur & dentur bezoartica cōtra iſta uenena, & in hoc caſu ſecundū plurimū nō cōpetit phlebotomia.

Si uerò fluxus ſequatur caſum,& percuſſionē phlebotometur ſanguis fluēs cōſtringatur,& uena ſoluta cōſolidetur,& ſi quid ſanguinis coagulatū fuerit educatur ſecundū q; eſt expediens. Et ſic auxilio dei abſolute ſunt ſpecies fluxus penes cauſam efficientem, & finitus tractatus quartus.

Tractatus

TRACTATVS QVINtus de ſpeciebus fluxus a cauſa formali capitulum unum continens de fluxu ſuaui & inſuaui.

FLuxus ſuauis eſt qui uirtuti & repletioni eſt proportionatus. Econtra inſuauis qui eſt alteri harum improportionatus. Si enim ſit nimis uelox eſt uirtuti improportionatus. Si uero nimis tardus eſt improportionatus cacochymię.

Cauſæ ſuauis ſunt dominium uirtutis ſupra materiā,& ipſius digeſtio cum conuenienti uiarum latitudine,& contrariæ cauſæ ſunt inſuauis.

Signa fluxus ſuauis ſunt bona conferentia et tollerantia,& ſigna digeſtionis materiæ, & de hoc genere eſt fluxus criticus. Item fluxus per quem natura aliquando expellit ſuperflua nulla praecedente ægritudine.

Signa fluxus inſuauis ſunt his contraria, & de hoc genere eſt fluxus ſymptomaticus, & cholerica paſſio. Item fluxus omnes cum quibus tarde ſuperflua educuntur.

Prognoſtica. Fluxus ſuauis aut eſt terminus ægritudinis,aut ab ægritudine præſeruat. Inſuauis autem eſt malus. Aliquādo nimia uelocitate,aut tarditate ducens ad interitum.

Cura. Si uero fuerit ſuauis ſinatur natura operari, ſicut in fluxu critico dictum fuit ſuperius, nec in hoc aliquid eſt ordinandum niſi regimen ſex rerū ſecundum quod eſt expediens.

Si uero fuerit inſuauis nimia uelocitate quam natura non toleret retardetur ingenijs opportunis, de quibus ſufficienter dictum fuit in capitulo generali curationis fluxus, & etiam in particularibus, hic enim neceſſario ad aliquem ex fluxibus particularibus, de quibus ſupra reducitur.

Si uero nimis tardus uelociter, ſicut in fluxu critico diminuto, & tardante ſuperius dictum fuit. Et ſic finitum eſt hoc capitulum, & cum eo tractatus quintus.

TRACTATVS SEXtus de ſpeciebus fluxus a cauſa finali capitulum unum continens de fluxu laudabili & illaudabili.

FLuxus laudabilis eſt per quem expelluntur nocitiua. Illaudabilis uero per quem iuuatiua, ex quibus infertur quod aliquis fluxus poteſt eſſe laudabilis,qui tamē non eſt ſuauis, ſicut fluxus per quē expelluntur nocitiua nimis uelociter qualem motum uirtus non bene tolerat, quēadmodum etiam in alijs euacuationibus eſt manifeſtum ſicut in empyimate, & hydropiſi cum aperiuntur. unde 6. aphor. aphoriſmo 27. Quicunque empici aut hydropici uruntur aut inciduntur his fluente ſanie,aut aqua multa,aut repente omnino pereūt. In talibus enim melius eſt infra ſubſiſtere quā exquiſite ſubito euacuare.

Cauſæ laudabilis ſunt dominium uirtutis ſupra materiam digerentis ſeparantis nocitiuum a iuuatiuo, & expellentis nocitiuum retento iuuatiuo, & debita proportio uirtutis retentiuæ ad expulſiuam, & econtra.

Signa huius ſunt ſigna digeſtionis materiæ, & bona conferentia, & tollerantia niſi nimis uelociter ſuperflua educantur.

Cauſæ autem & ſigna illaudabilis ſunt his contraria:

Prognoſtica. Fluxus laudabilis ſecundum plurimum eſt ſalubris, & eſt terminus alicuius ægritudinis, aut ab aliqua ægritudine præſeruans. Econtra uero illaudabilis frequenter pernicioſus.

Cura laudabilis eſt ut ſinatur natura operari, ſi tamē eſſet nimis uelox aut tardus adiuuetur auxilijs opportunis. Sed cura illaudabilis perficienda eſt ſecundum quod dictum fuit in capitulo generali, & in capitulis particularibus præcedētibus,ad aliquem enim fluxum particularium ſupraſcriptorum reducendus eſt. Et ſic cum Dei auxilio, cui gratias ſemper ago immortales,finitus eſt tractatus iſte difficilis de fluxu uentris, cuius æternæ maieſtati ſupplico ut me cunctaſque actiones, & greſſus meos dirigat in ſui contemplationem, & uiam ſalutis æternæ.

A M E N.

DE ANATOMIA renum.

QVia hic agitur de paſſionibus renum & ueſicæ,eſt eorum anatomia præmittenda. Renes deſcriptiue ſunt membra inſtrumentalia parua, figuræ oblongæ, ad rotunditatem tendentis, numero duo, iuxta ſpōdiles alchatim ex utroque latere locata,ex parte gibboſa & concaua integrata, ex panniculo, carne craſſa,& ſolida, uena et arteria compoſita, ad mundificandum aquoſitatem ſuperfluam a ſanguine finaliter ordinata. Sunt quidem inſtrumentalia cum ſint compoſita & in operationem neceſſariam ad eſſe indiuidui ordinata,parua in comparatione fere ad omnia membra intrinſeca. Sunt creati figuræ oblongæ, quia ſic duo foramina ſuperius, aut inferius melius ſunt diſtincta. Tendunt ad rotunditatem, quia hæc figura magis eſt capax, aut a nocumentis magis tuta. Fuerunt autem duo cum tamen cuiuslibet aliarum ſuperfluitatum, ſcilicet choleræ, & melancholiæ receptaculum ſit tantum unum, quia hæc aquoſitas eſt multo maioris quantitatis quam aliqua illarum ſuperfluitatum. Et ſecundo ne læſo uno huius aquoſitatis mundificatio impediatur. Tertio, quia ſi fuiſſet tātum unus oportuiſſet ipſum eſſe magnum, qui non potuiſſet debite locari niſi fuiſſet facta eminentia in alchitim, quod fuiſſet ſatis turpe & indecorum. Sunt autem locati iuxta ſpondyles alchatim, unus in dextro latere, alter in ſiniſtro, ſed qui in dextro latere eſt magis eleuatus, tum quia calidior, tum quia epar minus deſcendit quam ſplen, & tertio ut cedat monoculo qui infra renem dextrum eſt locatus. Habent autem partem gibboſam & concauam, ſecundum quam adhærent dorſo, cum hac enim forma melius aquoſitas attrahitur, & per poros ad ueſicam expellitur, & ſanguis nutriturus renes melius digeritur, & ipſi melius dorſo alligantur.

Q

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.237

Panniculus autem inuoluens & ſuſpendens unumquenque eorum per quem datur ipſi ſenſus componitur ex neruo oriente a media ſpondylium alchatim, & ex ligamāto ortum habente ab ipſis ſpondylibus. Caro autem fuit ſolida ne facile excorientur ab urina acuta, & ab humoribus acutis qui ei permiſcentur aliquando, ſed fuit craſſa, ut in eis uirtus attractiua eſſet fortior, cuius fortitudo inſequitur multitudinem caliditatis, & ſpirituum. Venæ autem uenientes ad renes dicuntur emulgentes, quæ oriuntur a uena chyli deſcendente cum eſt ex directo renum. Orificia autem iſtarum uenarum non ſunt ex directo, ſed unū eſt altius & ſuperius, ſcilicet quod eſt initium uenæ emulgentis uenientis ad renem dextrum. Cuius cauſa eſt quia ren dexter eſt magis in alto ſituatus quam ſiniſter, & quęlibet iſtarum emulgentium uenit ad renis concauitatem, & in ea dilatatur & rareſit, & ipſa ſic rarefacta eſt colatorium, per quod colatur aquoſitas a ſanguine, nā renes per uenas emulgentes attrahunt aquoſitatem ſimul cum pauco ſanguinis ipſos nutrituro, ſed in renibus per colatorium colatur aquoſitas et deſcendit ad orificium inferius ad quod terminatur porus uritis deferēs illam aquoſitatem ad ueſicam. Sanguis autem quia craſſior non potens tranſire remanet, qui renes nutrit. Quapropter aquoſitas optime colata ad ueſicam defertur, quę deinde mingitur. Similiter ad utrunq; renē ab arteria aorti deſcēdente, uenit ramus arteriæ deferens ſpiritum uitalem. Nerui autem ipſi aduenīūt a nucha ſpondylium alchatim, ex quibus ut dictum eſt ſimul cum ligamentis ab eiſdem ſpondylibus ortum habentibus texuntur panniculi ipſos renes inuoluentes & ſuſpendentes. Sunt autem ordinati ad mundificandum aquoſitatem, quia aquoſitas multa quæ erat neceſſaria, ut ſimul cum ea ſanguis penetraret per ramos ſubtiliſſimos uenę portæ, aut uenæ chylis ſibi obuiantes, cum ſanguis tranſiuit ad chylim eſt ſuperflua, propterea per uenas emulgentes expellitur ad renes, ut deinde tanquam ſuperflua expellatur. Non enim de ea remanet cum ſanguine niſi quantum ſufficit ad faciendum ſanguinem penetrare per uenas ad corpus nutriendum.

Ex quibus manifeſtū eſt ipſos renes colligari cum cerebro mediantibus neruis a nucha orientibus, et cū corde mediantibus arterijs orientibus ab arteria aorti, & cum epate per uenas emulgentes, & cum ueſica per poros uritides, & quod ſunt complexionis calidæ & humidæ, & poſſunt pati omne genus ægritudinis, ſcilicet malam cōplexionem quę eſt ſecundum plurimum calida, malam cōpoſitionem, ſcilicet oppilationem, & morbū in numero ſicut lapidem, arenulas, & pilos, qui ſecundum plurimum ex eadem materia generantur, ſcilicet craſſa, phlegmatica, uiſcoſa caliditate ipſorum, & quandoque pili generantur ad longitudinē palmi cum materia illa tranſiens per aliquem porum ſtrictum colatorij, paulatim in pilū condenſatur, & quandoque patiuntur ſolutionem cōtinui ſecundum aliquam uenam colatorij, unde fit mictus ſanguinis, licet etiam poſſit eſſe mictus ſanguinis propter colatorij dilatatiōem, ſed hic paruus eſt, imò quod mingitur eſt ſicut lotura carnis, licet etiā ruptura emulgentis ſuperius poſſit eſſe cauſa mictus ſanguinis, debilitando colatorium, ſed hoc rarius.

Item poſſunt pati apoſtemata, poſt cuius rupturam ſequitur ulcus licet ulcus in eis ex pluribus alijs cauſis contingere poſſit. Item cauſa ipſorum fit diabetes, quando tota aquoſitas uel pluſquam debeat trahitur ad renes, & attracta fere ſubito expellitur, & ſimilatur lienteriæ, cum nullam digeſtionem in renibus recipiat, ſicut nec cibus in ſtomacho.

DE ANATOMIA ueſicæ.

VEſica eſt membrum inſtrumentale, magnam habens concauitatem infra renes, dorſo alligatum, ſuperius cum renibus mediantibus poris uritidibus, anterius cum uirga mediante collo eius colligatum, ex duabus tunicis quātum ad fundum ex carne & muſculis quātum ad collum, & neruis, uenis, & arterijs compoſitum ad attrahendum aquoſitatem, ipſam quoque debito tempore retinendum, & tandem expellendum finaliter ordinatum. Quod ſit inſtrumentale patet ex ſæpe dictis. Concauitatem autem habuit magnam propter multitudinem ſuperfluitatis aquoſæ, quam habuit continere. Eſt autem dorſo alligata infra renes, quia renes alligantur ſpondylibus alchatim. Ipſa uero ſpondylibus alanis ſecundum eius concauum. Eſt autem ſuperius continuata cū renibus mediantibus poris uritidibus, quorum dexter oritur a foramine inferiori renis dextri. Siniſter a foramine inferiori renis ſiniſtri, qui pori uritides ſunt cannales ſtricti, rotundi, longi, per quorum foramina defertur aquoſitas urinalis a renibus ad ueſicam. Hi autem perueniunt ad ueſicam circa medium eius, dexter ad dextrū, ſiniſter ad ſiniſtrum eius. Et non perforant ueſicam directo uno foramine magno, imò foraminibus paruis & obliquis procedentibus inter tunicam, & tunicam per aliquantum ſpatium, poſtea penetrantia ſecundam tunicam. Quod factum fuit ne cum ueſica impleretur urina, poſſet urina regredi, imò quanto magis eſt plena, tanto tunica interior magis comprimit exteriorem non ſinens urinam egredi. Et ſunt neruoſi ex duabus tunicis compoſiti, ſicut & fundus ueſicæ, continuatur autem collum ueſicæ, cum uirga in uiris, in quo collo ſimul & uirga eſt foramen per quod mingitur, ſed in mulieribus extremitas colli ueſice terminatur ad uuluā, diſtanter ab orificio eius per duos digitos, aut circa, & collum ueſicæ in uiris eſt longius quam in mulieribus, & habet tres anfractus, in quibus aliquid urinæ cum egreditur retinetur, quia anfractus iuuant ad retentionem urinæ, ne facile inuoluntarie egrediatur, ſed collum ueſicæ in mulieribus nō habet niſi unum anfractum, & eſt magis latum quam in uiris. Eſt autem fundus ueſicæ compoſitus ex duabus tunicis, quarum intrinſeca eſt dupla ſecūdum craſſitiem ad extrinſecam cum obuiet aquoſitati urinæ acutæ, ſed collum eſt carneum, ſiue carnoſum, & craſſum, propterea facile conſolidabile cum ſoluitur, fundus uero non. Ad ueſicæ autem tam partem dextram quam ſiniſtram ueniunt nerui, uenæ, & arteriæ a nucha, uena chyli, & arteria aorti deſcendentibus cum ſunt ex directo ſpondylium, alanis, & aloſos.

In

In collo aūt eius eſt tātum unus muſculus qui ipſum circundat. Cuius iuuamentum eſt urinam uſque ad horam uoluntatis retinere, & cum uoluntas fuerit expellendi eius laxabitur conſtrictio, & uentris muſculi ueſicam urgebunt, & urinam expulſiua adiuuante expellent. Finis autem inſeritur in fine. Nam iuxta Auicennam 19. tertij, capitulo primo. Quemadmodum Deus excelſus creauit, fecit uaſa comprehendentia totum uſquequo aggregatur, deinde expellitur totum ſimul per quod fit excuſatio ab aſſellatione fere continua. Similiter præparauit ſuperfluitati aquoſę dignę expelli capacitatem & ſacculum comprehendentem totalitatem, aut plurimū eius, donec ſurgat ad expellendum ſimul, & non ſit neceſſarium expellere ipſam continue, ſicut accidit patientibus diſtillationem urinæ, & capacitas illa eſt ueſica.

Ex his manifeſta eſt anatomia ueſicæ, & complexio eius quæ eſt frigida & ſicca. Veſica autem poteſt pati omne genus ęgritudinis, ſcilicet malam complexionem cuiuſcunque generis, malam compoſitionem, ſicut oppilationem, ſiue ſit in meatu per quem urina attrahitur ad ueſicam, ſiue in meatu per quem expellitur. Item morbum in numero, ſcilicet lapidem, qui aliquando creſcit ad quantitatem oui. Item ægritudinem in quantitate aucta, aut diminuta. Item ægritudinem in ſitu propter dislocationem. Item ſolutionem & apoſtema, & quādoque ipſi communicant membra regalia & nobilia, ſicut cerebrum. Nam fit doloroſum cum ea, & aduenit ei uertigo, & quandoque prouenit ad firſen cauſa communitatis ægritudinum calidarum ueſicæ. Item epar, quare aliquando accidit hydropiſis propter frigus ueſicæ. Et communicat ei cor per arteriam, & ægritudines ueſicæ multiplicantur in hyeme, & curantur ſicut ægritudines renum, ſed cum medicinis fortioribus & magis remanentibus, & ſunt potiones, iniectiones, unctiones, & emplaſtra, quibus emplaſtrantur duo emunctoria, id eſt, pori uritides, & ſub umbilico, ſcilicet uſque ad pecten, & in duabus commiſſuris ſingularibus, ſcilicet ubi pori uritides ad ueſicam terminantur, & etiam in peritoneon, ſcilicet inter anum & teſticulos, et curantur cum ſeſſionibus in tinijs.

DE DIFFICVLTATE urinæ.

PRo notitia terminorum eſt ſciendum, quod actio urinandi dupliciter impeditur, aut in emiſſione, aut in retentione. In emiſſione quidem diminute, ablate, aut corrupte. Diminute quidem quando homo tenuiter mingit, unde magnum tempus occupat in mingēdo, aut quia urina exiſtente in ueſica non poteſt incipere mingere cū uult, aut forte poſtquam incœpit non poteſt continuare, ſed per notabile tēpus intercipitur, & hæc dicitur actio emittendi urinam diminuta, & a quibuſdam uocatur dyſuria. Ablate autem læditur, quando homo nullo pacto poteſt mingere, & hæc ab eiſdem uocatur ſuria. Corrupte uero quando guttatim emittitur, aut cum conamine, hæc enim actio corrupta dicitur, quia non conuenit alicui indiuiduo de ſpecie humana naturaliter diſpoſito, & dicitur ſtranguria. Et has diſpoſitiones hoc uerſu perſtrinxerunt. Strangur guttatim. Sur. nil. dyſurque per horas. uerum his terminis antiqui et moderni abutuntur, ſed ſecundum Simonem apud græcos ſtranguiria quæ potius dicitur, & ſcribitur ſtranguria exponitur conſtrictio urinæ, & eſt cum guttatim mingitur, & eſt ſpecies dyſuriæ, ſed hanc contentionem de his nominibus omittamus.

Actio etiam retinendi urinam tripliciter impeditur. Diminute quando non poteſt eam debito tempore continere, ſicut accidit inuoluntarie mingentibus dum uigilant, & etiam mingentibus in ſomno. Ablate quando nullo modo poteſt continere, & dicitur diſtillatio. Corrupte uero quando cum dolore retinentur. Vtrum autem iſtæ duę actiones, ſcilicet emiſſio & retentio urinæ poſſint diminute lædi per intenſionem eſt ex dictis manifeſtum.

Eſt enim tenenda pars affirmatiua. Raſis autem in præſenti capitulo per difficultatem urinæ intellexit emiſſionem urinæ tripliciter impeditam, ſcilicet diminute, ablate, & corrupte. De impedimento autem triplici retentionis urinę loquitur in quodam capitulo ſequente intitulato de fluxu urinæ. Et ex his manifeſta eſt quiditas difficultatis urinæ, de qua intitulatur pręſens capitulum. Eſt enim lęſio emiſſionis urinæ, diminute, ablate, aut corrupte. Sicut econtra fluxus urinæ, de quo intitulatur quoddam capitulum ſequens, eſt læſio retentionis urinæ, diminute, ablate, aut corrupte, ſunt etiam utriuſqte ſpecies manifeſtæ ex dictis.

Cauſæ difficultatis, ſiue impedimenti emiſſionis urinæ ſunt ſeptem. Prima, eſt nocumentum ueſicæ. Secunda, eſt læſio in meatu urinæ, qui eſt collum ueſicæ, uel uirga. Tertia, eſt nocumentum in uirtute. Quarta, eſt nocumentum lacerti, colli, ueſicæ. Quinta, eſt diſpoſitio urinæ. Sexta, eſt diſpoſitio renum & pororum uritidum. Septima, eſt diſpoſitio membrorum principalium, & ſibi deſeruientium.

Prima cauſa, ſcilicet nocumētum ueſicæ eſt. Aut propter malam complexionem ſine materia, quæ ſecundum plurimum eſt frigida aut cum materia cuiuſcunque generis. Secundo propter apoſtema ipſius calidum, aut frigidum frequenter durum. Tertio ex retentione urinæ longo tempore. Nam ueſica extenditur, & meatus urinæ oppilatur, & etiam propter extenſionem uilli latitudinales facti debiles non poſſunt ſe contrahere & conſtringere ueſicam, ita ut urina expellatur.

Secunda cauſa, ſcilicet lęſio in meatu colli ueſicę, aut uirgæ, eſt aliquando ulcus ualens, aut ſcabies in meatu urinę exiſtens, ex quibus natura ſentiens mordicatiōem terretur ab expulſione urinæ per meatum illum. Nam quotiens uult mingere dolet, ideo nō exprimit uictor ueſicam fugiens a dolore, imò conſtringit meatum urinæ, & fit oppilatio attenuatoria. Fit etiam eiuſdem oppilatio attenuatoria propter compreſſionem ab aliquo membro, ſicut anus, inteſtinum rectum, collum matricis cum huiuſmodi membra apoſtemantur, aut ex aliqua cauſa tument & comprimunt collum ueſicæ,

Q 2

aut ſicut apoſtema factum in partibus inferioribus dorſi, aut torſio, & ſicut ſi accidat teſticulo eleuari ad mirach, quare comprimat meatum, & quandoque exiccatio humiditatis fluentis a carne glandoſa, quæ eſt apud collum ueſicæ eſt cauſa conſtrictionis meatus. Aliquando uero meatus iſtæ oppilatur coarctatoriæ propter lapidem, ſanguinem coagulatum, ſaniem, humorem craſſum, & uiſcoſum uel propter uẽtoſitatem craſſam. Veruca autem, & caro orta in meatu facit oppilationem carnoſam, & oppilatio ſequens apoſtema eiuſdem meatus reducitur ad oppilationem carnoſam. Tertia cauſa, eſt nocumentum in uirtute, quæ eſt triplex, ſcilicet ſenſitiua, motiua uoluntarie, & motiua naturalis. In ſenſitiua quidem eſt nocumentum cum uirtus ſenſibilis non percipit mordicationem, aut grauitatem urinæ propter ſtuporem eius, ſed in motiua uoluntaria eſt nocumentum cum in his lacertis latitudinalibus uentris eſt paralyſis, unde non poſſunt ſe cõtrahere pro urina expellenda. Si autem in lacerto colli ueſicę eſſet paralyſis, potius fieret diſtillatio urinæ quam difficultas, & econtra ſi ſpaſmus eſſet in eo, in motiua autem naturali, eſt nocumentum quando uilli latitudinales fundi ueſicæ non poſſunt ſe contrahere pro expulſione urinæ.

Cauſæ autem nocumenti harum uirtutum ſunt, aut mala complexio, aut defectus ſpirituum, aut nocumentum in principijs. Quinta cauſa eſt diſpoſitio urinæ, aut ex parte quantitatis, ut cum eſt pauca, a cuius expreſſione deficit uirtus non ſtimulata, uel eſt nimia ſupra quam uirtus non habet proportionem, aut ex parte qualitatis ut cum in ea fuerit calor faciens mordicationem per poros uritides collum ueſicæ, & uirgam, & maxime ſi loca iſta fuerint ulcerata, aut ſcabioſa. Sexta cauſa, eſt diſpoſitio renum cum fuerint debiles, non potentes attrahere aquoſitatem propter malitiam complexionis, & proprie frigidæ, aut non potentes eam expellere, aut fuerint oppilati, aut apoſtemati. Et ſimiliter cum pori uritides fuerint oppilati, aut forte rupti, ex qua ruptura aqua ingreditur concauum uentris inferioris. Septima cauſa eſt ex parte membrorum principalium, ſicut epatis, cum deficit a ſequeſtratione aquæ & eius expulſione ad uenam concauam, ſicut in aſcite de quo defectu ſermo præterijt in hydrope. Similiter cum cerebrum retrahit ſpiritum animalem tempore ſomni, aut uerecundiam, aut aliquas occupationes circa peragenda ab inſtrumentis urinæ, quare remanent uilli latitudinales debiles, & alia inſtrumenta debilia pro contractiõe neceſſaria ad expulſionem, uel forte propter aliquas ægritudines cerebri, ſicut lithargiam & ſimiles, de quibus ſermo prçceſſit. Et aliquando lçduntur nucha & nerui, unde ſi fiat paralyſis frequenter urina emittitur inuoluntarie. Si uero ſpaſmus frequenter ſequitur difficultas.

Cauſæ autem primitiue, quçdam ſunt extraneç, ſicut caſus, percuſſio, offenſio inſtrumentorum urinæ, unde ſubito aliqui fiunt impotentes ad emittendum urinam, quia forte diſrumpitur ueſica, aut porus uritides, aut ren, unde urina ingreditur concauitatem uẽtris, aut forte uilli latitudinales debilitãtur. Aliqui uero inuoluntarie urinã emittunt nocito lacerto colli ueſicæ. Quædam uero cauſæ primitiuæ ſunt non extraneç ſumptç ex rebus non naturalibus & hoc ſecundum plurimum non cauſant difficultatem urinæ immediate.

Signa. Difficultas urinæ & retentio eius eſt manifeſta. Notitia uero cauſarũ eſt occulta, ſed in primis bonum eſt quod cognoſcas, an difficultas urinæ ſit propter nocumenta ueſicę & ſibi uicinorum, an propter nocumenta renum & pororum uritidum, aut membrorum quæ ſunt ſupra renes. Cognoſcitur autem quod difficultas ſit propter ueſicam, quando ueſica eſt plena urina, quod cognoſcitur per tumorem in femore perceptum. Si uero ueſica ſit uacua ab urina notabilis quãtitatis non eſt tumor in femore, quare difficultas urinæ eſt propter membra quæ ſunt ſupra ueſicam. Et ſi in cauſa ſint renes, aut pori uritides declaratur per nocumenta eorum. Si uero in cauſa ſint membra ſupra renes, ſcilicet epar, aut cerebrũ, aut nucha, & nerui declaratur per nocumenta ſua. Cum ergo per tumorem in ueſica certificatus es impedimentum urinãdi eſſe propter ueſicam, tunc per ſigna diſtingue cauſas ipſi ueſicæ pertinentes. Quod enim ſit propter frigiditatem eius cognoſcitur per albedinẽ urinæ cum craſſitudine, aut tenuitate, & multitudinem neceſſitatis ſurgendi ad mingendum ante iſtud, & ſenſibilitatem frigoris, & iuuari a calidis & priuationem ſignorum reliquarum cauſarum. Signum uero caliditatis eſt acuitas urinæ & inflammatio ſenſu percepta. Et ſi cauſa eſt conſtrictio a frigore ſignificatur per iuuamentum proueniens ex mollificatione. Et ſi eſt a febribus adurentibus & ſiccitate ſignificatur, quia iuuatur ab humectantibus & frigidis. Et iterum de ſignis eius eſt quod parum non egreditur, & multum eſt facilioris exitus propterea quod humectat madefaciendo meatum & dilatando ipſum.

Signa autem eius quę eſt cauſa apoſtematis in ueſica, aut membris ipſi uicinis, aut exituræ ſcies ex capitulo ſequente intitulato de apoſtemate, quod ſit in renibus & ueſica. Et differentia inter difficultatem factam ex apoſtemate, & factam ab alijs cauſis eſt, quod apoſtema non accidit ſubito, ſed paulatim niſi ſit res magna ualde, & cum ea adeſt febris. Sed difficultas ab alijs cauſis ſicut ab oppilatione nõ apoſtemoſa frequenter ſit ſubito, & cum illa raro eſt febris.

Et cognoſcitur difficultas ſequens oppilationem per cauſam in ueſica ipſa, aut propter coarctationem a membro uicino ex inflammatione & tenſione eius propter multitudinem urinæ extendentis. Illa enim quæ eſt cauſa membri mittentis non eſt cum coarctatione a membro uicino, neque cum tumore & tenſione, cum urina non deſcendat ad eam, & omnes ſpecies oppillationis quæ accidunt in ueſica propter cauſam in ipſa, aut cauſa membri uicini coarctantis ſunt cum dolore. Et quod ſit a teſticulo eleuato comprimente meatum ipſa eleuatio eſt ſignum. Et quod ſit ab exiccatione carnis glandoſæ, præceſſio cauſarun exiccantium eſt ſignum. Item quia urina multa melius mingitur quam pauca:

Et cognoſcitur apoſtema oppilans per ſigna propria, de quibus infra. Et etiam per ſigna dicta. Cognoſcitur autem res oppillans abſque apoſtemate per ſyringam, et per illud quod ipſa expellit de ſanguine, aut alio humore, aut per id quod ſtat in facie eius ex ueruca, aut lapide, aut incarnatione & non dimittit ipſam penetrare. Et lapis cognoſcitur per ſigna eius, & propterea quod ſyringa tangit rem duram ualde. Et ſanguis quidem & humor cognoſcuntur iterum per urinam, nam ſecundum plurimum aliquid egreditur cum urina. Et ſanguis etiam cognoſcitur per ſigna congelationis ſanguinis in ueſica ex citrinitate coloris, aut paruitate pulſus & anhelitus, & frequentia amborum, & ſudore frigido, & rigore, & nauſea, & eſt malus a quo parum ſit euaſio. Et humor quidem craſſus cognoſcitur ex grauitate ſenſata, ſi ſit notabilis quantitatis, & iterum ſi egreditur in urina. Et illius quidem quæ eſt a frigore conſtringente, aut calore ſolidum faciente cauſæ propinquæ & antecedentes ſunt ſigna.

Et illius quę eſt a uẽtoſitate ſignum eſt tenſio ſine grauitate, & quandoque eſt cum permutatione, quandoque ſine. Et ſignum eius quæ eſt ex debilitate ſenſus, eſt ut non ſentiat mordicationem urinæ. Et ſignum eius quæ eſt a debilitate expulſiuæ, eſt ut compreſſio faciliter educat eam. Et ſignum mollificationis lacerti uentris eſt, quia non poteſt uentrem contrahere pro compreſſione facienda, & compreſſio facile eam educit. Signum autem mollificationis lacerti colli eſt, quia urina egreditur inuoluntariæ & econtra eſt de ſpaſmo utriuſque, quia per ſpaſmum lacertorum latitudinalium uentris urina exprimitur, ſed per ſpaſmum lacerti ueſicæ urina retinetur, nec poteſt educi niſi cum compreſſione. Et difficultas facta cauſa renum, & pororum uritidum, ſiue ſequatur debilitatem attractiuæ, uel propter aliquam ſpeciem malæ complexionis, ſiue oppilationem, ſiue apoſtema, aut ſolutionem continui cognoſcitur per ſigna inferius ponenda, & ut dictum eſt urina non continetur in ueſica, & ſi ſit magna grauitas circa renes ibidem urina retinetur, non potens ad ueſicam penetrare. Et ſi grauitas ſit mediocris, tunc illic eſt materia cum apoſtemate, aut ſine. Si autem non ſit grauitas, ſed dolor extenſiuus tunc eſt uentoſitas in renibus. Et quando non eſt nocumentum in ueſica nec adſunt ſigna oppilationis renum, & uenter eſt lenis, tunc cauſa difficultatis urinæ eſt debilitas attractionis renum. Et ſignum factæ cauſæ doloris accidentis ex ulcere, aut ex acuitate urinæ eſt quod tolerantia dolorum educit eam. Item adſunt ſigna ulceris ſumpta a ſanie. Et ſigna facta ab exiccatione humoroſitatis in membris glandoſis, ſunt anteceſſio cauſarum exiccantium, & quod humectatio facit fluere urinam. Et ſigna difficultatis urinæ cauſa epatis, cerebri, nuchę, et neruorum ſunt ęgritudines ſuę, de quibus ſermo prçceſſit, & proprie cum non apparent nocumẽta in inſtrumentis urinæ.

Prognoſtica. Primum. Hæc paſſio difficulter ſanatur in ſenibus, & proprie in decrepitis, & ad hoc ampliatur aphoriſmus ſextus, ſextæ particulæ, nephretici & circa ueſicam dolores laborioſæ ſanantur in ſenibus. Secundum Auicennam expertum quidem eſt in pluribus horis, & dictum eſt qui habet difficultatem urinæ, & aduenit ei poſtea teneſmus, moritur in ſeptimo niſi accidat febris et prouocationem plurimam faciat. Verificatur autem quia aliquãdo accidit difficultas urinæ propter ſpaſmum lacerti, colli, ueſicæ, & poſtea aduenit teneſmus propter fortem conatum ad mingendum, unde ſit magna compreſſio ani, febris autem ſuperueniens reſoluendo humiditatem ſpaſmãtem curat difficultatem ex qua mortuus fuiſſet in ſeptimo, licet aliquando moriuntur, ſoluto autem ſpaſmo ſit plurima urinæ prouocatio. Tertium. Quibus mictus denegatus fuerit, ſi mingunt in ſeptimo uel ante ſufficienter ſecundum plurimum ſaluantur. Si uero poſt ſeptimum ſecundum plurimum moriuntur, iam læſis notobiliter membris nobilibus ex urinæ retentione.

Cum urina minuitur aut ex toto retinetur, nec tumor apparet in ſemore nec grauitas, nec dolor in renibus ſentitur, ſuccurrendum eſt ex medicaminibus urinæ prouocatiuis quæ nominabimus. Quorum unius confectio. Recipe ſeminis apij, nitri, rubeæ tinctorum, ſeminis oluſatri, aſari, ſeminis iuniperi, ameos, ſeminis fœniculi, ſpicæ, amygdalarum amararum, ana drachmas uiginti, ſeminis melonis drachmas decem, cantharidarum, quarum capita & ale abſciſſa fuerint drachmam unam, ammoniaci drachmas tres, ammoniacum in uino diſſoluatur, & aliæ ſpecies ex eo conſpergantur, ex quibus ſiant formæ auellanis ſimiles. Ex quibus ſumatur ab una drachma uſq; ad tres. Hoc enim medicamen ualde confert corpori cum diſſolutionem & laxationem patitur, & hypoſarcæ ad expellenda omnia accidentia cauſæ quorum corpus deſiccari oportet.

Hoc capitul. diuiditur in quatuor partes. In prima curat difficultatem urinæ ex debilitate attractiue renum. In ſecunda parte curat difficultatem ſequentem apoſtema propter caſum & percuſſionem. In tertia parte curat difficultatem ſequentem oppilatiõem coarctatoriam a trumbis ſanguinis, aut ſanioſis, aut ab humore craſſo, & uiſcoſo. In quarta parte curat difficultatem propter lapidem in ueſica. Secunda ibi. Quod ſi contingat. Tertia ibi. Si autem mingendi. Quarta ibi. Si autem mingendi difficultas. In prima parte dicit: Cum urina minuitur, nec in femore apparet tumor, nec grauitas, quod ſignat in ueſica non eſſe oppilationem, nec dolor in renibus ſentitur, quod ſignificat ibi non eſſe apoſtema, aut lapidem, neque urinam ibi congregatam, unde eſt ſola impotentia attrahendi aquoſitatem ſe-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.239

quens malam complexionem ſecundum plurimum frigidam. Succurrendum eſt cum urinæ prouocatiuis quæ nominabimus, quorum unum eſt hoc.

Recipe ſeminis apij, nitri, rubeæ tinctorum, oluſatri, 1. ſeminis macedonici, alias ſeminis alexandrini, ſeminis iuniperi, ſeminis aſari, ameos, ſem. fœniculi, ſpicæ, amygdalarum amararum añ. ʒ.20. ſeminis melonis. ʒ.10. cantharidarum quarum capita & alæ abſciſſa fuerint, ſunt enim nimis excoriatiua. ʒ.1. ammoniaci. ʒ.3. ammoniacum in uino diſſoluatur, & alia ſecum miſceantur ex quibus fiant formæ ſimiles auellanis, de quibus ſumatur a ʒ.1. uſq; ad ʒ.3. hoc.n. medicamẽ ualde cõfert corpori cũ diſſolutionẽ, id eſt mollificationem patitur ab humiditate ſuperflua, & laxitatem, id eſt, mollitiem hypoſarcę propter phlegma & aquoſitatem ſuperfluam. Et in ſumma ubi opus eſt corpus exiccare, sũt enim hęc omnia fortiter prouocantia notabiliter calida & ſicca, præter ſemina melonum quæ ſunt frigida & humida. Et poteſt hoc medicamen exhiberi cum iure cicerum, aut alio prouocante ſicut aqua raphani.

Quod ſi contingat mingendi difficultas ex caſu, uel percuſſione in femore, uel in ano, uel in eorum circuitu, æger ex baſilica minuatur. Deinde aqua calida ſæpe ſuperfundatur, & uſque ad ſpatium medij diei ex oleis fricetur. Ægro quoque præcipiatur ut urinam expellere nitatur.

Hic curat difficultatem urinæ a caſu, aut percuſſione, quibus accidit apoſtema in meatu colli, ueſicę, aut uirgæ, aut in membro uicino, pręcipiens ægrum ex baſilica minui ad prohibẽdum augmentum apoſtematis, poſtea aqua calida ſuperfundatur ad ſedandum dolorem & meatum dilatãdum. Et ex oleis fricetur ita ut uirtus olei penetret in profundum, & ſit oleum doloris ſedatiuum, ſicut oleum uiolaceum ſeſaminum, & præcipiatur ut æger conetur expellere urinam, imò aliqua compreſſione adiuuetur eius expulſio. Sed ut credo melius eſſet in principio epithimare locum cum oleo roſato rudi, ad prohibendum apoſtema, deinde uenire ad mollificantia iam dicta, præmiſſa ſemper phlebotomia copioſa, & etiam iterata ſi fuerit expediens, & uentre cum clyſteribus linito. Signa autem diſtinctiua inter apoſtema meatus, ueſicę & membri uicini ſunt, quia in apoſtemate membri uicini urina exprimitur ſine dolore magno, ſed in apoſtemate proprio meatui cum dolore magno. Item adſunt ſigna propria cuicunque membro apoſtemato.

Si autem mingendi difficultas cõtingit ueſica exiſtente plena & extenſa, et ſit hoc poſt ſanguinis uel puris mictum, medicamina quæ trumbos ſanguinis, uel puris quod in ueſica generatur ſoluere conſueuerunt, & aliqua redanda ſunt. Confectio medicaminis ſang. uel puris trumbos quod in ueſica fit diſſoluentis. Recipe cordumeni, myrrhæ rubeæ de qua tingitur, ſeminis iuniperi, ammoniaci, aſſæ fœtidæ omnium ana partes æquales, ammoniacum diſſoluatur, & informentur pilulæ ex eis, uel his ſpeciebus cum eo conſperſis. De quibus quater in die ſumatur cum apozemate de ſeminibus quod nominauimus. Syrupus etiam acetoſus ex forti aceto factus multotiens detur. Per ſyringam præterea immitatur aqua in ueſicam, in qua diſſolutus fuerit ſal, aut aqua cineris. Et iſta eſt confectio aquæ, quæ fit de cinere. Recipe cinerem de ilice, cinerem de uitibus calidis, calcem, his omnibus admiſceatur tantum aquæ, ut ex ea cooperiri poſſint & dimittantur ſic per tres dies, deinde colentur & per ſyringam inijciatur. Herba quoque croci hortulani, & ſulla coctæ ſupponantur.

Tinam præterea ingrediatur, in aqua in qua cocta ſit chamomila ſtœcas arab. ſampſuchus, ſiſimbrium, uel in qua extremitas caulium & ſulla, & fimus collumbinus cocta fuerint. Et ſedeat in ea quandiu poterit. Ex herbis iſtis ſic coctis fiet emplaſtrum ſiue epithima ſuper femur, & partes ei circumadiacentes.

Et dum in tina moratur, ſumat ea in potu, quæ urinam prouocãt. Et ſi hæc omnia non profuerint ad inſtrumeutum quo urina prouocatur redeundum eſt.

Hic curat difficultatem prouenientem ex oppilatione coarctatoria meatus.

Et ponens ſigna dicit quod ueſica eſt plena & tẽſa, quod comprehenditur ex tumore in femore, & quia pręceſſit mictus ſanguinis aut ſaniei. Et tu ſuple aut phlegmatis craſſi. Primum remedium, tunc dentur illa quæ diſſoluant huiuſmodi trumbos ſicut iſtud. Recipe cordumeni, id eſt, carui agreſtis, rubeæ, myrrhę, ſeminis iuniperi, ammoniaci, aſſæ, omnium partes æquales, ammoniacum diſſoluatur, ex

pli gratia cum oxymelle ſimplici, uel cõpoſito, ſcillitico, & cum eo miſceantur reliqua, & reformentur pilulæ, de quibus detur quater in die cum apozemate de ſeminibus ſuperius deſcripto. Doſis autem iſtarum pilularum eſt z. ʒ. Secundum remedium eſt, ut ſyrupus acetoſus ex forti aceto factus multotiens cum ſyringa imitatur in ueſicam cui ſit admixtum aliquid ſalis ad diſſoluendum trumbos illos. Tertium ut aqua cineris etiã immittatur per ſyringam cuius eſt hæc deſcriptio. Recipe cineris de ilice, cineris de uitibus calidis, id eſt, cineris qui fit de quadã herba ſalſa quo utuntur tinctores, calcis, ana partes æquales, cum his miſceatur tantum aquæ, ut ex ea cooperiri poſſint. Et dimittantur ſic per tres dies, deinde colentur, & per ſyringam in ueſicam inijciatur aliquid eius, & eſt fortis & non ponenda ubi timor ſit de excoriatione aut ulcere. Quartũ eſt herba croci hortulani, id eſt, carthami & ſulla, id eſt, herba artetica, quæ regoni ueſicæ ſuperponatur poſtquam eſt cocta, prouocat enim. Quintum eſt, ut ingrediatur tinam aquæ, in qua cocta ſunt chamæmilla, ſtœcas arab. ſampſucus, id eſt, maiorana, ſiſimbrium, aut in qua coctæ ſint extremitates caulium aut fimus colũbinus, & ſimilia prouocantia, & æger in decoctione earum ſedeat, & ex herbis iſtis ſic coctis & debite calidis emplaſtrum, ſuper ſemur apponatur, & partes uicinas. Sextum dum in tina moratur ſumat in potu medicinas prouocantes, & ultimo his non ſufficientibus ad curam ad inſtrumentum cum quo urina prouocatur eſt recurrendum, & eſt ſyringa, quę debet poni per foramen uirgæ, uſque ad concauum ueſicæ, ut id quod eſt in meatu propellatur. Et ſi aliquid ſit in meatu ſyringe, poſtquam eſt immiſſa extrahatur. Et ſequetur urina ne detur uacuum, uel cathatir ponatur cũ extremitate ſua in meatũ ſyringe & extrahatur, & ſequetur urina ne detur uacuũ. Sed de his infra.

Si autem mingendi difficultas poſt lapidis ſigna affuerit, æger ſupinus iaceat, & pedes eius diu & diuerſis modis, & fortiter quatiendi ſunt. Et ſi urina non egreſſa fuerit, oportebit ut cum inſtrumento curetur per quod membro immiſſum ſit impulſio. Cauendum tamen eſt ne uirgæ immittatur, cum eſt ibi apoſtema. Ad difficultatem uero urinæ ualde confert ſæpe ingredi tinam. Et ungere locum ex oleo. Et medicamina urinam prouocantia in potu ſumere. Et abſtinere à nutrientibus acetoſis & ponticis & craſſis.

Hic curat difficultatem propter lapidem oppilantem meatum ueſicæ. Si ergo ſigna lapidis affuerint, quę ſcientur ex cap. ſequenti, æger ſupinus iacens per pedes captus eleuetur & fortiter concutiatur, ut lapis fortiter ab orificio remoueatur, & ſi hoc non ſufficit, oportet ut inſtrumentum aliquod ſicut ſyringa per uirgam immittatur, per cuius immiſſionem lapis à meatu propellatur. Cauendum tamen eſt ne uirgæ immittatur, cũ eſt ibi apoſtema, eſſet enim cauſa augmenti apoſtematis dolorem intenſum inferendo.

Poſtea epilogans, dicit quod ad difficultatem urinę confert ſæpe ingredi tinam, & inungere loca ex oleis. Et tertio medicamina urinam prouocantia ſumere, & quarto abſtinere à nutrientibus acetoſis & ponticis & craſſis imò potius uti abſterſiuiſ incidentibus & prouocantibus.

DE CVRA DIFFICVLTATIS VRINÆ.

CVra difficultatis urinæ exigit quatuor intentiones, prima remouet cauſam, ſecunda educit urinam, tertia corrigit accidentia, quarta ordinat debitum regimen ſex rerũ. Si ergo in cauſa fuerit caliditas frigi. aut alia diſcraſia remoueatur cum contrarijs applicitis & aſſumptis, quæ tamen ſint propria in prouocando urinam de quibus dicetur. Si uerò fuerit propter apoſtema curetur cura apoſtematis de quo infra in cap. proprio. Et adminiſtrentur illa, quæ cum hoc quod ſunt propria in curatione apoſtematis etiam prouocent urinã. De quibus eſt phlebotomia baſilicæ in primis, deinde phlebotomia ſaphenæ, quandoq; enim prouocatur cum ea urina, & applicatur femori, paritaria, caules, ſemina lini, althææ, mortificata in ſartagine cum oleo chamæmil. anethino, ſeſamino & ſimilibus. Itẽ fiant clyſteria ex decoc. iſtorum & ſimilium cum oleis dictis, nam cum eſt leuitas apoſtematis deſcendit urina cum expreſſione & cõpreſſione, & minoretur potus aquę & prohibeatur cibus duobus diebus aut ualde minoretur. Et ſi in cauſa fuerit retentio urinæ longo tempore curetur ſedendo in decoctione mollificante & fomentando femur cum ea, facta ſcilicet ex ſe. lini & ſimilibus. Deinde utere ruta & multum prouocantibus, & oleum balſami, & quæ ſunt ei comparia ſunt multi iuuamenti, & iuuatur etiam cum compreſſione. Et ſi in cauſa fuerit humor aut ſanies oppilans meatum, exiſtimo tutius eſſe non exhibere diuretica, & maximè ueſica exiſtente plena, ne fiat maior oppilatio, & maior ipſius ueſicæ extenſio, ſed bonum femori applicare diſſoluẽtia trumbos ſanguinis, ſaniei & humoris craſſi, & ex eiſdem clyſterizare, & ponere ægrum in tina ſiue in ſemicupio. Quibus non ſufficientibus trumbos à meatu cum ſyringa pellere, & inijcere in ueſicam ea quę illos diſſoluant. Et urina expellere cum ſyringa ſicut dicetur, tandem his non ſufficientibus exhibere diuretica & trumbos diſſoluentia. Vltimo his non conferentibus cum res iam poſita eſt in deſperatione incidere in collo ueſicæ, ſecundũ modum qui ſeruatur in incidendo collum ueſicę pro extractione lapidis, ſed pro expellenda urina multo minus ſufficiat foramen. Medicinæ ergo femori ſuperponendæ, clyſterizandæ & in ſemicupio ponendæ ſunt iſtæ, paritaria, cretanus marinus, herba croci hortulani, extremitates caulium, chamęmila, ſtœcas, ſampſucus, folia & radices apij. Sed fortia ſunt cordumeni, rubea, mirrha, ſemen iuniperi, ſaluia, aſarũ ammomum, folia raphani & ſemen, pulegium, daucus, ſinapis, fimus colũbinus, his ergo aut aliquibus earum pro libito utaris. Medicinę uerò fortes ſumẽdæ ſunt, diacurcuma, dialacca & ſimiles, quæ ſumi

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.240

poſſunt cum aqua raphani, aut aqua ciceris nigri.

Fortiſſime uerò ſunt prima deſcripta à Raſi in hoc cap. Et apud Auic. cōfectio diuretica fortis circa principium cap. in quibus ingrediuntur cantharides, quę ſunt ultimæ in prouocando interius ſumptæ & exterius applicitæ, & ad diſſoluendum trumbos ſaniei & ſanguinis optimum eſt medicamen poſitum à Raſi, cuius litera. medicamē quod trumbos ſanguinis aut ſaniei. Et ſimiliter iniĳciendum per ſyringam eſt aqua cineris quam deſcribit. Cum uerò. utere magis aut minus fortibus ſecundum quod uidebitur tibi expediens. Caue tamen ne in puero ualde fortibus utaris, imò leuia ex his danda ſunt cum lacte materno, aut his nutrix utatur. remanebit enim uirtus in lacte prouocatiua. Similiter uitanda ſunt ubi adſit aut timeatur excoriatio aut ulcus. Sed cura illius quæ eſt cauſa lapidis in renibus, eſt ut primo leniatur uenter. Et fiat renum mundificatio cum. ℥. ʒ. florum caſſiæ diſſolutæ cum aqua ſcolopendriæ, & fiant clyſteria lenitiua & prouocantia ex decoct. paritariæ oleo anethino, liliorum alborum cum benedicta ſimplici & ſimilibus. Exterius apponatur paritaria mortificata, cum oleo ſcorpionum, & ſedeat in tinis prouocantibus & lenientibus. Et ſumat iuſtinū aut lithon thrypton cum aqua raphani & ſimilibus. Si uerò in cauſa fuerit lapis ueſicæ æger eleuatus per pedes concutiatur, aut cum ſyringa immiſſa in ueſica lapis à meatu ueſicę amoueatur, aut cum digitis in anum poſitis ſimiliter amoueatur donec urinet, poſtea attendatur ueræ curæ ipſius lapidis. Si uerò lapis fuerit in meatu uirgæ retentus ponatur uirga in aqua calida. Et cū oleis lenientibus & dilatantibus ungatur & uerſus extrema lapis exprimatur. Et impellendo urinam uiolenter tentet ipſius expulſionem. His autem non ſufficientibus cum ſtilo habente extremitatem aliqualiter curuam extrahatur, quod eſt ſimile inſtrumēto cum quo mundificantur aures, & his non ſufficientibus incidatur meatus uirgæ, in quo continetur & extrahatur. Modus autem incidendi collum ueſicæ pro extrahendo lapidem eſt ſatis notus. Si autem difficultatis cauſa fuerit ueruca aut caro cum mollificātibus procedatur, & modus Auic. fortaſſe proderit, fortaſſe non, facta autē cauſa uentoſitatis curetur cura uentoſitatis, de qua in tympanite. Facta uerò propter dolorem ex læſione in meatu curatur cum adminiſtratione ſtupefacientium & iniectione, deinde præcipiatur ut ſe exprimat, & etiā comprimendo femur adiuuetur, & poſt illud adminiſtretur cura ulceris, aut cura æquationis urinæ acutæ cum cibis & potibus infrigidantibus, & quandoque iniĳciantur facientia conglutinationem ſeparantia inter acuitatem urinæ & nocumentum eius in meatu ſenſibili, ſicut aqua albumen oui, difficultas autē ſequens apoſtema membri uicini curatur cum phlebotomia & reliqua cura apoſtematum, & maximè cū mollificantibus & compreſſione ueſicæ. Teſticulus autē eleuatus ad mirach trahitur deorſum cum mollificantibus quæ applicantur, & in quibus ſedetur. Exiccatio uerò carnis glandoſæ ſimiliter curatur cum humectantibus. Si uerò in cauſa fuerit defectus uirtutis ſenſitiuæ aut motiuæ, & ſequatur nocumētum principiorum, curetur cura paralyſis ſpaſmi aut ſtuporis. Si uerò nocumentū fuerit in ueſica & lacerto exhibeatur theriaca & mithridatum, & ungatur cum oleo ſambacino & oleo de lilio & de narciſco, aut de croco, aut de balſamo. Et adminiſtretur emplaſtrum de folĳs arborum & oleorum dilectorum ſpiritibus animalibus ſicut folia malorum, menta, ruta. Et miſceantur cum eis medicinę expergefacientes ſicut ſemē armel. & ſemen rutę montanæ, & emplaſtretur cum eis pecten, & ſi ſequitur debilitatem expulſiuæ remoue diſcraſiam eius, quę eſt cauſa eius, & eſt ſecundum plurimum frigida & curatur cū calidis moderate ſtipticis. Si uerò difficultas urinę ſequatur nocumenta renum intendatur curę diſcraſiæ apoſtematis & oppilationis renum, & cū hoc eſt neceſſarium adminiſtrare mollificātia exterius & reliquis applicitis neceſſaria eſt adminiſtratio prouocantium urinam, niſi timeatur quod faciant deſcēdere materiam plurimam. Si uerò difficultas ſequatur nocumenta membrorum nobilium, ſicut epatis & cęrebri, intendatur curæ ſuarum diſpoſitionum ſecundum quod dictū fuit in ſuis capitulis. Et cum hoc tentetur urinæ prouocatio omnibus ingenĳs. Cura uera difficultatis ſequentis percuſſionem aut caſum patuit in expoſitione textus. Et ex his patet prima intētio habenda in cura difficultatis urinæ quæ eſt remotio cauſæ. Secunda uerò ſcilicet eductio urinæ perficitur modis infraſciptis. Primus, comprimendo ueſicam, & hoc maximè ualet ubi eſt debilitas uirtutis ſenſitiuæ, motiuæ aut naturalis, & non eſt fortis oppilatio, ſed fiat æqualiter aut cum gradatione incipiēdo ex leui & procedendo ad fortem compreſſionem.

Secūdus modus, eſt cum immiſſione pediculi aut cimicis in foramine uirgæ. Et hoc maximè ualet ubi eſt ſopita uirtus ſenſitiua. Tertius modus, imponendo in ano aliquod ſuppoſitorium, ſicut apud Auic. ſuppoſitorium de ſali taberzet, & ut credo eſt ſaccharum candi, prouocabit enim urinam, & ſoluet uentrem, hoc enim ſtimulando excitat uirtutem expulſiuam, ſed non uideo cur etiā ex melle ſuppoſito aut aliquo proportionali non debeat ſequi idem effectus. Colligantiam namq; habent magnam nerui, uenientes ad conſtituendum muſculos ani cum neruo uenietes ad conſtitutionem muſculi coli ueſicæ, quare excitatio unius eſt cauſa excitationis alterius. Quartus autē modus, eſt cum ſyringis, quarum quidā ſunt ad iniĳciendum aliquid in ueſicam, quidam ad extrahendū qui in ueſica continentur, quidam ad utrunq; ſimul deſeruiunt. Syringa autem debet eſſe ad longitudinē palmi ſubtilis concaua in eius extremitate rotunda. In qua extremitate ſit foramen omnino abſque aſperitate, & ſimiliter in lateribus ſint plura foramina ut ſi unum oppiletur alterum ſuppleat ad iniĳciendum & attrahendum ſecundum neceſſitatem. Extremitas autem remanens exterius debet eſſe latior & amplior cum rotunditate, ut per illam facile poſſint iniĳci quæ iniĳcienda ſunt. Cum ergo uolumus mittere aliquid extremitati exteriori, appendimus aliquid ſicut ueſicam aut uaginam quam implemus liquore ipſam comprimendo, ſicut cum comprimitur clyſtere iniĳcitur contentum in illo ad concauum ueſicæ. Et hoc eſt ad iniĳciendum, licet per foramen eius poſſit ægredi urina in ueſica contenta. Quædam uerò eſt ad extrahendum, & eſt ut in concauitate eius ſit aliquis globus rotundus ex ſpōgia, filtro uel aliquo his proportionali perfectæ obturans meatum in ea parte in qua

continetur

continetur, & ſit ſuſpenſus cum filo ferreo uel æneo, ut ad libitum poſſit per foramē intus pelli & extrahi, hoc ergo ſi trahitur uerſus partem exteriorem, ne detur uacuum, educit quæ in ueſica continentur, licet ea quę in ueſica continentur, poſſint ſuggendo extrahi.

Aliqua uerò ſimul eſt ad iniĳciendum & ad impellendum. Et eſt ut habeatur cathatir cuius extremitas acuta & concaua adequatur extremitati ſyringæ remanēti extra, & prius impleatur cathatir liquore iniĳciendo in ueſica. Et extremitate ſua acuta ponatur in concauum ſyringæ, iam exiſtentis in ueſica & impellatur liquor ad ueſicam ne detur penetratio corporū & econtra cum eodem poteſt extrahi, quod in ueſica continetur ne detur uacuum, ſyringæ autem poſſunt ex multis fieri, ſcilicet ex ære, argento, ſtanno, ligno, corio debite præparato ſicut charta, ſuper qua ſcribitur. Et quāto ex materia magis leui aut flexibili cum debita firmitudine ſunt præſtantiores. Eſt ergo bonum ut diuerſę ſint apud te quibus poſſis uti ſecundū exigentiam, & ſimiliter diuerſa cathatir. Modus autem imponendi ſyringam ſine dolore aut cum minori dolore quantum eſt poſſibile, eſt ut æger ſedeat ſuper extremitate caudæ ſuę retro ſuſtentatus, & eleuet genua aliquantulū ſuper inguina, quæ genua ſint ſatis diſtantia inter ſe, deinde operator, uel æger ipſe imponat ſyringam prius mollificata uirga & ueſica in tina uel cum fomentis, unctionibus aut emplaſtris. Et imponat extremitatē ſyringæ iam inunctam cū oleo aut unguento leni quod fortaſſe eſt melius paulatim quouſq; peruenerit ad obſtaculum, & tunc eleuet aut deprimat ſyringam, donec pertranſeat illud cum omni facilitate ne excoriet quouſq; perueniat ad concauum, & tunc poteſt aliquē liquorem iniĳcere in ueſicam aut extrahere contenta in ea ſecundum exigentiam modis iam dictis aut utrunque facere. His autē non ſufficientibus ad prouocādum urinam, opus eſt deuenire ad ſectionem in collo ueſicę, ſicut fit in extractione lapidis, ſed foramen ſufficit paruum pro extrahenda urina. Tertia autem intētio, ſcilicet correctio accidentium perficitur ſecūdum ipſorum exigentiā.

Quarto uerò ſcilicet regimen ſex rerum perficitur ſecundum exigentiam cauſæ difficultatis urinę & accidentium, ſit tamen dieta tenuis ita ut abſtineat quātum eſt poſſibile à cibo & potu, & maximè à potu, & omnino caueat à ſtipticis & uiſcoſis, ſed potius cibi ſui ſint ſubtiliantes, incidentes, abſtergentes. Et caueat à potu aquę, imò ſufficiat ipſi collutio oris cū ea.

DE LAPIDE. Cap. CIIII.

CVm æger urinam ſæpe fricat. Quamuis lapis in multis partibus corporis humani poſſit generari ſcilicet, In inteſtinis craſſis, infra contentis. maximè in colo, ut uidi Ferrariæ anno. 1457. & erant quantitatis auellanæ magnæ & multum duri, emiſſi per anum à quadam muliere in multis uicibus numero circa. 50. cuius rei teſtis eſt excellens medicus Bartholomeus Falconetus, & in pulmone ut dicit Galenus, & ut uidi Verone, & ſub lingua ut habeo à Zoar, & in poro fellis à Gentili, & in paucibus iuncturis & ſtomacho ut dicit Gilbertus. Et in inguinibus ut uidi Verone una cū eximio medico magiſtro Benedicto de Leonibus. Vt plurimū tamen generantur in renibus & ueſica. Et nominatur hæc paſſio ab Hipp. lithiaſis. 4. Aphoriſ. ab Hali abbate, calculus à quibuſdam petra. Ab Auic. & Raſi lapis. Qui lapis in renibus uel ueſica, de quo eſt hic ſermo eſt ægritudo in numero, ſi in quātum quid additum ultra partes membri, in quo continetur immediate & ſenſibiliter lędat operationes eius, & eſt multotiens cauſa oppilationis quæ eſt morbus in uia impediendo tranſitum urinæ & aliorum quæ per meatus urinales tranſire conſueuerunt.

Species lapidis ſumuntur hoc modo. Quidā enim ſunt renales. Quidam ueſicales. Et diſtinguuntur inter ſe magnitudine duritie, aſperitate, colore. Nā geniti in ueſica ſunt maiores, duriores, aſperiores, tendētes in colorem album, uel fuſcum. Sed renales tēdunt in colorem rubeum. Horum autem diuerſitates ſumuntur ex materia agente & loco & tempore ſicut dicetur quamuis in ueſica reperiatur aliquando lapis facile comminuibilis.

Cauſæ de conſyderatione medicorum ſunt duplices, materialis, & efficiens. Formalem & finalem phyſicis relinquo, quæ tamen ſunt ſatis notæ. Formalis enim eſt forma lapidis. Finalis uerò ut habeant eſſe, licet in quantum morbus finis ſit nocere operationibus. Materia uerò lapidis quæ eſt eius cauſa coniuncta, eſt humiditas craſſa & uiſcoſa de genere phlegmatis, ſanguinis, aut ſaniei in hoc differens à materia arenularū quæ licet ſit craſſa, non tamen eſt uiſcoſa, ideo facile comminuitur. Materia autem remotior eſt cibi & potus huius materiæ generationi proportionales ſicut lac, caſeus & propriè humidus. Item carnes craſſæ, ſicut auium, paluſtrium & magni corporis. Et caro camelina, hircina & caro uaccina, & quæ de ſilueſtribus incraſſant, & piſces craſſi, & cibi frixi, panis uiſcoſus, crudus & azimus, ſimiliter uinum craſſum, & aquæ craſſæ & quæcunq; merito ſui, aut malitia artificĳ, aut ordinis, aut multitudinis, & ſimilium ſunt apta generationi chymorum craſſorū & uiſcoſorum.

Cauſa autem retentionis huiuſmodi materiæ lapidis in renibus uel ueſica, eſt debilitas expulſiuæ ipſorum, ſequens malam complexionem aut apoſtema, aut ulcus, aut oppilatio prohibens exitum materiæ ab huiuſmodi membris, & retinentur ſuperfluitates craſſæ reſidentes ex omni aquoſitate perueniente ad hæc membra. Et hæ cauſæ retentionis materiæ tenēt ſe ex parte cauſæ materialis. Et fortaſſe fortitudo attractionis renum, ſequens caliditatem ſuperfluam facit ut cum aquoſitate alię attrahantur materiæ craſſę, quæ poſtea non expulſæ denſantur in lapidem, antequam expellantur, & hæc caliditas reſpectu lapidis ſimul ſe tenet ex parte agentis & materiæ. Oppilatio autem de qua ſupra aliquando eſt coarctatoria ſuperfluitate craſſa retenta, aliquando attenuatoria à ſuperflua frigiditate aut à compreſſione membri uicini ſicut inteſtini, aut carnoſa ab apoſtemate. Caliditas autem actiuæ concurrens ad generationem lapidis, quandoq; eſt inſeparabilis, quia forte naturalis. Aliquando ſeparabilis, quia forte accidit propter dolorem, aut propter acceptionem rei calefacientis. Sed quomodocunq; ſit, uidetur Auicennæ, quod caliditas factiua lapidis ſit egreſſa ab æqualitate per intenſionem. Quod apud Serap. non eſt uerum uniuerſaliter, Imò quandoque eſt caliditas illa temperata, aliquando

quando

quando remiſſior temperata ut manifeſtat generatio lapidis in phlegmaticis, melancholicis & ſenioribus. Quapropter in generatiōe lapidis plus operatur craſſities & uiſcoſitas materiæ quam caliditatis intenſio. Et hoc affirmat Raſis in continente dicens, quod ille in quo generatur lapis non poteſt eſſe frigidorum renum niſi raro, præterea lapis ueſicæ in qua eſt pauca caliditas eſt craſſior, & durior quā lapis renum, quāuis materia ſit ſimilis. Ex quibus infertur quod caliditas ualde ſuperflua eſt cauſa, cur aliquādo lapis ſit minor & facilius comminuibilis ſuperfluè exiccādo humidum cōtinuatiuum partium, & fortè cauſa magnitudinis lapidis in ueſica eſt loci amplitudo. Et ecōtra anguſtia loci eſt cauſa paruitatis eius in renibus. Et ſimiliter cauſa duritiei in ueſica poteſt eſſe lōga mora cum calore moderato, ſicut econtra paucitas moræ lapidis in renibus cū calore ſuperfluo, poteſt eſſe cauſa cur lapis renum ſit mollior, & facilius comminubilis. Et omnes iſtæ cauſæ lapidis reperiuntur in ueſica, licet tamen ut dictum eſt ſint ualde differentes in magnitudine, duritie, aſperitate, propter cauſas dictas.

Cauſa autem cur lapis renum ſit rubeus eſt rubedo renum, & fortè decoctio uiolenta & feſtina, & ille cui plurimum accidit lapis renū eſt pinguis, & ille cui plurimum accidit lapis ueſicæ eſt extenuatus. Primi fortè cauſa eſt oppilatio attenuatoria ſequens pinguedinem. Secundi uerò cauſa eſt debilitas expulſiuæ in extenuato ſequens paucitatem caloris innati, & ſenibus frequentius accidit lapis renum quam ueſicæ, ſed in infantibus aut ſibi proximis eſt econtra. Et plurimum huiuſmodi eſt inter infantiam & pubertatis initium, & illud ideo quoniam uirtus expulſiua in infantibus & adoleſcētibus eſt fortis, quare expellit à ſuperioribus membris ad inferiora. In ſenibus uerò uirtutes renum ipſorum ſunt debiles. Et iterum quoniam infantum & adoleſcentum humores ſunt ſubtiliores, propterea penetrant in renibus ipſorum. Et ſenum humores ſunt craſſiores, quare nō penetrant in renibus ipſorum. Et quod plurimum generatur lapis in infantibus eſt propter appetitum eorum & motū ipſorum ſuper repletionem, & quia potant lac, & propter conſtrictionem meatus ueſicæ ipſorum. Et in ſenibus propter debilitatem digeſtionis eorum. Et propter hoc iudicauit Hippocrates, quod lapis in ſenibus nō ſanatur. Et omnis urina, in qua eſt humor plurimns, eſt dignior ut ex ea generetur lapis, & eſt illa in qua cum deſcendit ad fundum generatur ſal, & eſt eius ſal plurimus. Sal namque generatur ab aquoſitate, in qua eſt terreitas plurima, quā aduſſit caliditas. Et urina quidem infantum plus habet ſalis quam ſenum, non quoniā eius terreitas eſt plurima, imò quoniam caliditas in eis eſt plus, & terreitas eius eſt profundius aduſta. Et propter hoc urinæ eorum ſunt turbidę propter multitudinem permixtionis ipſorum, & propter raritatem corporum eorum, quare reſoluitur ab eis plurimum aquoſitatis cū reſolutione occulta. Et dignior puerorum ut in eo generetur lapis eſt ille qui eſt ſiccæ naturæ ſecundum plurimum & calidi ſtomachi, & non ſiccatur natura ſecundum plurimum, niſi propter attractionē humiditatum ad epar eius, deinde ad membra urinæ ipſius, & quando eſt illic caliditas, eſt cauſa efficiens præſens. Et ad ſummū ſiccitas uentris facit urinam craſſiorem & plurimam.

Et in illo, in quo eſt ſedimen arenoſum non aggregatur lapis in ueſica, quoniam materia non eſt coarctata. Et puellis & mulieribus raro accidit lapis in ueſica, quoniam meatus ueſicæ earum eſt breuior & latior, quam meatus uirorum & paucorum anfractuum, & in breui facilior eſt expulſio quam in longo. In ipſis etiam raro accidit lapis renum, uel quia meatus renū ſunt latiores, uel quia nō habent caliditatem ſatis potentem ad condenſandum humiditatem in lapidem, uel quia plurimum ſuarum ſuperfluitatum per matricem purgant.

Primo ponētur ſigna generatiōis lapidis renū, ſecūdo ſigna lapidis geniti, tertio ſigna eius cū mouetur.

Primum ſignum generationis lapidis renum eſt quod urina poſt craſſitiem cōuertitur ad tenuitatem propter retentionem turbidi. Et quanto urina poſt craſſitiem, & cum multo ſedimine ſit uehementius clara & paucioris ſediminis ſignificat quod lapis eſt durior. Similiter retentio harenæ conſuetæ egredi cum urina ſignificat lapidis generationem. Signum autem ipſius iā geniti eſt dolor & grauitas in alchatim, & fortè difficultas urinæ, & propriè ſi lapis ſit in ambobus renibus. Signa uerò motus eius eſt uehementia doloris & deſcenſio eius doloris ex alchatim uſq; ad inguina, & ad emunctoria cum iam peruenit lapis ad ueſicam, & quandoque communicatur dolor didimis & teſticulis, oportet enim quod dolor ſit uehemens propter tranſitum eius per loca anguſta ſenſibilia. Cum autem cecidit in ueſicam ſedatur dolor, & tandem poſtea mingitur & fortè ſanguis cum eo.

Signa autem diſtinguētia inter dolorem colicum & renalem poſita ſunt ſuperius in colica. Et inter cætera colicus creſcit immediate poſt ſumptum cibum, quia colon comprimitur, ſed renalis fortè alleuiatur propter humectationē renum à uaporibus cibi, aut ſi fortè ambo immediate, poſt ſumptum cibū creſcunt magis excreſcit colicus quam renalis, licet in proceſſu chylo cum fecibus deſcendente magis excreſcat renalis. Et ex his patet concordia inter dicta autorū quę uidentur contraria in hoc ſigno. Et tu attende reliqua ſigna diſtinctiua ſuperius poſita in colica cum in multis accidētibus hæ duę ægritudines conueniāt, ſcilicet in uomitu, uentris conſtrictione & reliquis & plerunque faciunt medicum dubium.

Signa uerò lapidis in ueſica ſunt hæc. Primum, quod laborans ex lapide in ueſica frequēter fricat uel ſcalpit uirgam ſuam & eam manu pertractat propter pruritum & dolorem exiſtentem in ea ex communitate uirgæ ad ueſicam. Et non ſolum in uirga, ſed in radice eius & pectine fit pruritus, & dolor aliquis aſſiduus ex communitate uirgæ ad illas partes. Et quandoque propter dictam fricationem & manus pertractationem erigitur uirga. Deinde areſcit, id eſt, deficit ab erectione, & fit eius mollificatio propriè. Hęc uerificantur in puero, non ſic in iuuene, & minus in ſene. Secundum, egreſſio urinæ cum difficultate & conamine, & hoc quia lapis oppilat foramē nō complete, nam ſi oppilaret cōplete, tunc eſſet retentio urinæ, & eſt talis egreſſio urinæ cum dolore, cum ueſica ſit membrum ſenſibile facile patiens ex lapide. Tertium ſignum eſt exitus longaonis ſiue ani quandoq;. Cuius cauſa eſt duplex. Vna, eſt uehemens conatus ad mingendum & fortis expreſſio facta per lacertos

uentris

uentris ad quā ſequitur exitus ani. Secunda cauſa pōt eſſe, quia lapis exiſtens in ueſica cū magnus ē propter propinquitatē colli ueſicę ad anum, cōprimit anū unde anus egreditur. Non tamen hæc uniuerſaliter uera ſunt, ideo dicitur fortaſſe, id eſt, aliquando. Qui autē uolunt certificari an lapis ſit in ueſica ponāt digitum uel duos digitos longiores in anum prius uentre à fecibus mundato & coxis ſurſum eleuatis. Et ſi aderit lapis ipſum manifeſte ſentient & quantitatem eius diſcernent. Signa uerò futuri lapidis in renibus uel ueſica ſunt, quia ſi arenulæ quæ præceſſerunt poſtea retentæ fuerunt rubeæ uel citrinæ, ſignificant lapidem futurum in renibus. Si autem fuerint albæ ſignificant ipſum futurum in ueſica. Licet quandoque urina arenoſa ſignificet lapidem in ueſica. Nam ſi fuerint arenulæ rubeæ uel citrinæ ſignificant ipſum ex renibus deſcendiſſe. Si uerò albæ uel cinertiæ ſignificāt ipſum in ueſica congeſtum cum alijs ſignis, de quibus ſupra, unde Hip. quibus arena & alba ſedimina ſubſtant his ueſica lithiaſim habet.

Prognoſtica. Primum de habentibus lapidē ſunt quidam qui ſunt paratiſſimi generandi lapidem & mingendi eum, & quando aggregatur & mingitur cum urina aduenit ſicut colica. Et ſpatium, hoc eſt inter menſem, uſque ad annum, & hoc maximè uerificatur de lapide renum. Secundum. Lapis renum & ueſicæ ſunt de his quæ hæriditantur. Tertium. Valde difficilior ad curandum eſt ſecundum plurimum lapis ueſicæ quam renum, licet lapis renum quādoq; ducat ad mortem, tum prohibendo urinā, tum apoſtemando. Quartum. Nephretici & circa ueſicē dolores laborioſe ſanantur in ſenibus, ſexta aphoriſmorum. Quintum. Lapis ueſicæ cum perficitur ſecundum plurimum nō ſanatur, niſi cum ſectione in qua tamen eſt timor.

CVm æger uirgam ſæpe fricat, & manu tractat, ipſa quoque frequenter erigitur & ſubtiliatur, & urina difficulter & cum dolore egreditur, in qua ægritudine fortaſſe, & longaon exit, lapis in ueſica eſſe ſignificatur.

Si autem æger cum difficultate mingendo ſentit uehementem dolorem in renibus, emunctorijs & nauſeam, & uentris conſtrictionē in renibus lapis eſſe monſtratur.

Hoc capitulum duas habet partes principales. In prima docet cognoſcere an lapis ſit in renibus uel ueſica. In ſecunda ponit curam. In ſecundo ibi. Lapidi uerò qui. Prima iterum in duas. In prima ponit ſigna lapidis in ueſica. In ſecunda lapidis renum, ſecunda ibi. Si autem æger. In prima ponit tria ſigna lapidis in ueſica ſuperius poſita & declarata. Si autem in hac parte. Ponit ſigna lapidis renum. Primum, quod ſi æger cum difficultate mingendi, id eſt, aliquali impedimento, imò aliquando tanto, ut nullo pacto poſſit mingere habuerit uehementem dolorem in renibus & in emunctorijs, id eſt, ubi pori uritides terminantur ad ueſicam, & habuerit nauſeā & uentris conſtrictionem in renibus lapis eſſe monſtratur, hæc autem ſigna & alia ſuperius ſufficiēter fuerūt declarata.

Lapidi uero qui eſt in ueſica confectio hæc utilis exiſtit, & eſt optima ad frangendum lapidem, etiam cum fuerit uetuſtus. Ego quoque iam fregi cum eo magnum lapidem in minori ſpatio quam. 40. dierum. Recipe, carpobalſami, ſemi. raphani, dauci, oluſatri, ſem. corticum radicis, oppopanaci, corticum radicis capparis, amygdalarum amararum, dannochochiæ, ſchinanthi, ciperi, ſpicæ indæ, caſſiæ ligneæ, ſacolocondrion, barmel, gentiane, ariſtolochiæ rotund. aſari, cordumeni, ammoniaci, ſagapeni, bdellij, piperis, acori, omnium ana. partes æquales, gumme diſſolute, ſufficienti balſamo malaxentur, & ex eis aliæ ſpecies conſpergantur ex quibus informētur pilulæ & ſumatur ex eis in die drach. 1. cum apozemate de ſeminibus.

Quandoque ſeptima pars. 1. drach. de cinere ſcorpionum cum eis datur.

Cinis uero de ſcorpionibus hoc modo fit. Scorpiones ſumantur & in ollam nouam poſiti os habentem oppilatum ſuper laterculum in furno mittantur in quo non ſit nimius calor, neque uehemens, & ſint in eo. 6. horarum ſpacio, deinde extracti puluerizentur & reponantur.

In parte præſenti curat lapidē. Et primo qui eſt in ueſica, ſecundo qui eſt in renibus, tertio qui eſt in uirga, ſecunda ibi. Cum autē in renibus lapis fuerit. tertia ibi. Si autem lapis ceciderit. In prima parte dicit, quod lapidi exiſtenti in ueſica, curatio iſta utilis & optima exiſtit, frangit enim lapidem in ſpatio minori. 40. dierum. Cuius confectio eſt iſta. ℞. carpobalſami, id eſt, fructus balſami, ſem. raphani. dauci, oluſatri, id eſt, ſeminis macedonici, corticum radicū, oppopanicis, corticum radicum capparis, amygdalarum amararū, dannocodiæ, id eſt, ſaxifragię, ſchinanthi, ciperi, ſpicæ indæ, caſſiæ ligneæ, ſaccolocondrion, id eſt, ſcolopendriæ, gentianæ, ariſtoloch. rot. aſari. cordumeni, id eſt, charui agreſtis, ammoniaci, ſagapeni, bdelij, piperis, acori, omnium partes æquales, gumme, in ſufficienti balſamo, id eſt, oleo balſami diſſolute malaxentur, & ex eis aliæ ſpecies conficiantur, ex

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.242

tur, ex quibus informantur pilulæ, & ſumatur ex eis in die, ℥.1. cum apozemate de ſeminibus, de quo ſupra. Et quandoq; ſexta pars. ℥.1. de cinere ſcorpionum cum his addatur. Cinis uerò de ſcorpionibus fit hoc modo, ſcorpiones mittantur in ollam nouam quæ bene oppilata ponatur in furno ſuper latere, in quo non ſit uehemens calor per ſpacium ſex horarũ, deinde extracti puluerizentur & reponantur, ſcilicet in uaſe uitreo, in quo bene reſeruentur, hæ enim medicinæ omnes ſunt calidæ & ſiccæ præter ſcorpiones qui ſunt frigidi ſecundum plurimũ, & habent omnes ſingularem proprietatem in cõminuendo lapidem.

Aeger uerò nutriatur ex aqua ciceris & calagiæ & mutagenat, & abſtineat à lacte & caſeo & ab alijs nutrientibus craßis & ingrediatur tinam, ubi ſit aqua, in qua cocta ſint folia caulium & ſulla & berengeſiph, & mentaſtrum, & fimus columbinus, & medulla croci hortulani.

Hic ponit dietam conuenientem contra lapidem, eſt enim ſubtiliatiua & abſterſiua, & inciſiua, & prouocatiua ſicut aqua decoct. ciceris, calagię, & mutagenat de quibus ſupra, abſtineat à lactæ & caſeo, & ab alijs cibis craſſis.

Ingrediatur tinam. Hic ponit tertium remedium dicens, quod æger ingrediatur tinam, id eſt ſemicupium, in qua ſit aqua decoct. foliorum caulium, ſullę id eſt, iuæ ſiue arteticæ. Berẽgeſiph, id eſt, abrotani, ſed pro eo poteſt accipi ſerapinum, mentraſtrum & fimus columbinus, medulla, ſem. croci hortulani, id eſt, carthami, hoc ſemicupium eſt ad comminuendũ lapidem.

Femur etiam ſæpe inungatur ex oleo ſcorpionis, & immittatur uirgæ, quod, Rec. ariſtolochiæ rotundæ, gentianæ, cyperi, cortic. radic. capparis ana. unc. 1. hæc omnia in lib. 1. olei de amygdalis amaris poſita ad ſolem per hebdomadam unam dimittantur & colentur. Et pro unaquaque lib. de eo adiungantur ei ſcorpiones. 10 & totum in uas, cuius os oppilatum fuerit, miſſum ad ſolem per duas ſeptimanas moretur, deinde colatum reponatur, eſt enim optimum & mirabile, de quo guttatim quottidie in uirga mittẽdum eſt, poſtquam æger egreditur de tina. Quod ſi lapis magnus fuerit, non inuenitur aliud remedium, niſi ut cum inciſione extrahatur. De hoc tamẽ loqui, huius noſtri libri modum excedit.

Hoc eſt quartum remedium, & eſt quod poſt exitum à balneo ungatur femur cum oleo de ſcorpionibus, & ex eo etiam in uirga diſtilletur. Cuius olei eſt hæc deſcriptio. ℞. ariſtol. roſarum, gentianæ, cyperi, corticum radicum capparis, ana. ℥. 1. hæc omnia in ℔. 1. olei de amig. amar. poſita ad ſolem per hebdomadam unam dimittantur & colentur & exprimantur. Et pro unaquaq; ℔. ex eo adiungantur ſcorpiones, 10. & totum in uas cuius os ſit oppilatũ, miſſum ad ſolem per duas hebdomadas moretur, deinde coletur & reponatur. Eſt enim optimum & mirabile, de quo quotidie per uirgam guttatim fundendum eſt, poſtquam æger de tina egreditur, ſic enim præcedente mollificatione per balneum melius comminuetur.

Vltimum remedium ſi lapis fuerit ingens his remedijs non ſufficientibus fiat ſectio in collo ueſicæ ſecundum quod dicetur & extrahatur, loqui tamen de modo ſectionis metas huius libri tranſcendit.

Cum autem in renibus fuerit lapis æger frequenter ingrediatur balneum. Et renes & ilia ex oleis inungantur. Et ea quæ calefaciunt locum deſuper, cum panno ponantur, ut ſunt ea quæ nominauimus. In potu quoque ſumantur ea quæ lapidem frangunt.

Hic curat lapidem renum tribus auxilijs. Primũ quod frequenter tinam ingrediatur, de qua ſupra, & ſi cum ea ponentur aliqua mollificãtia eſſet præſtantior. Secundum quod renes & ilia ex oleis unguntur & deſuper ponantur ea quæ locum calefaciunt, ut ſunt ea quæ dicta ſunt in lapide ueſicæ. Tertio ſumat ea quæ lapidem frangunt, de quibus ſupra.

Si autem lapis ceciderit & in uirga obſtaculum fecerit, aqua calida ab alto diſtillando ei ſuper fundatur, donec rubere uideatur, deinde oleum tepidum, guttatim ſuper inijciatur & fricetur. Et ſi neceſſe fuerit ſugatur, et ex hoc mouebitur lapis et exhibit. Sed ſi magnus & anguloſus fuerit, neceſſe eſt ut uirga inferius incidatur & extrahatur.

Hic curat lapidem in uirga retentum duobus auxilijs. Primum eſt caſus aquæ calidę ex alto, & poſtea in unctio cum oleo tepido exprimendo lapidem uerſus extra. Secundum auxilium eſt, quod his nõ ſufficiẽtibus uirga inferius ſcindatur & extrahatur lapis.

Cura lapidis renum & ueſicæ habet duplex regimen. Primum eſt præſeruatiuum, reliquum curatiuum. Regimen præſeruatiuum duas habet intentiones. Prima eſt prohibitio generationis materiæ lapidis maximè complenda regimine ſex rerum non naturalium. Secunda eſt ipſius materiæ iam genitæ euacuatio. Regimen autem ſex rerum non naturalium prohibens generationem materię lapidis eſt, ut panis ſit ex optima farina frumenti non omnino à furfure depurata, cõuenienter ſalitus & coctus. Et uinum ſit album

album aut medij coloris, clarum, ſubtilis ſubſtantię, pauciferum aut mediocris uinoſitatis, limphandum ſecundum exigentiam cõplexionis temporis & conſuetudinis, & aqua ſit ſubtilis, lenis, clara habens 18. conditiones laudabiles, de quibus ſecunda primi, & carnes ſint generatiuę ſanguinis ſubtilis, ſicut aues bene cõditionate, hœdi, uituli lactentis, caſtrati annualis agni, craſſi, uitentur piſces, niſi quidam ſicut temali, lutij parui. Item piſces parui, petroſi, & ſimiles ex maritimis auratæ rubi & ſimiles. Vitentur lac & caſeus & lacticinia omnia, ius cicerum conuenit & ius caulium & rapæ debite coctæ. Et ex herbis baucia recentes, apium, fœniculum, petroſelinum, endiuia, cichorea, aſpargi, ex leguminibus chiſi hordei, & ius cicerum. Ex fructibus ficus humidæ, & ſiccę amygdalæ uua alba, oua conueniunt modo ſint mollia non per decoctionem indurata, & utatur ferculis & brodijs, & omnibus hijs quæ uentrem leniunt, propterea magis conueniunt elixa quam aſſa aut frixa. Vitetur tamẽ in regimine præſeruatiuo nimius uſus diureticorum, præcipitant enim materias ad inſtrumenta urinæ. Vitentur fercula ex paſta & ſal immundum, & in ſumma ſit intentio ad generandum ſanguinem ſubtilem nõ autem humores craſſos aut uiſcoſos, & ad leniendum uentrem, & non multum ad prouocandum, & procuretur ut fiant bonæ digeſtiones, & ut ſuperflua per regiones proprias euacuentur. Propterea ſit aliqualiter parcus in cibo & potu, & ſurgat a menſa cum reliquijs famis, & non multiplicet cibaria in menſæ una, & non comedat niſi digeſtione celebrata, et potus ſit cibo proportionatus, nec gerat ueſtimenta ſtricta circa dorſum. Et exercitetur animo & corpore tempore debito, & nõ coẽat niſi natura exigente.

Sub ſecunda intentione quę eſt materię iã genitę, euacuatio comprehenditur prohibitio generationis lapidis. Et prohibitio augmenti ipſius iã geniti. Nec nõ ipſius iam geniti eductio antequã magnificetur. Et ad cõplendum omnia hęc ſunt duę medicinę laudatę ab autoribus & mihi expertæ.

Prima eſt, Recipe. flórum caſſiæ ℥.10. cum aqua ſcolopendrię ſcilicet diſtillatio, aut decoctione trahatur caſſia, & fiat potio quam accipiat ſemel in menſe, aut etiam pluries ſi expedierit. Secunda medicina eſt aqua mellis ſecundum deſcriptionem Meſue, de qua debite calida accipiat quatuor diebus continuis, quatuor uncias pro uice in aurora iam præcedentis cœne digeſtiõe celebrata. Æger poteſt unam iſtarum medicinarum accipere in principio menſis, reliquam in medio mẽſis, & ſi ante potum aquæ mellis acciperet decẽ amygalas amaras, ſingula die quas bene maſticet, & poſt eas immediatæ biberet aquam iam dictam res eſſet efficacior. Et ſi patiens eſſet renum calidorum, ſumat caſſiam prædictam cum decoctione ſeminum communium frigidorum, liquiritiæ & granorum alchechengi, & proprie tempore calido. Item cum aqua mellis, quãdo decoquitur bulliant grana alchechengi. Et poſtea cum ipſa colata trahatur lac unciam ſemis ſeminum communiũ frigidorum, & hæc ſufficiant pro complenda hac intentione. Si tamen patiens eſſet ſicci uentris poteſt ſupraſcriptę caſſiæ addi, drachmã unam, benedictæ ſimplicis aut tantundem electuarij indi.

Regimen uero curatiuum, tres habet intẽtiones. Prima, lapidem cõminuit & ipſum educit cõminutum aut non cõminutum. Secunda, corrigit accidentia. Tertia, ordinat debitum regimen ſex rerum. Medicinarum aũt perficientium primam intentionem, quædam ſunt ſimplices, quędam compoſitæ. Et ſimplices, ſunt triplices quædam cõminuunt a cõplexione, quædam a proprietate, quędam utroque modo.

Comminuentium autem a complexione quædam ſunt debiles tantum in lapidem renum imprimentes, quales ſunt medicinæ amaræ abſterſiuæ aut fortis inciſionis ſicut oxymel, aut acetum, betonica, penthaphylon, capill. ueneris, grana ſolis, ſaxiphragia, folia fraxini, radix ſcolopẽdrię quarum impreſſio non eſt niſi in lapide renum, pertrãſeuntia autem uſque ad lapidem ueſicę, ſunt cicer nigrum, aqua eius radix coſti, bdellium, radix ſidę, allia, tribuli, apium montanum, calamentum, pulegium, cucumer aſininum, radix balſami & partes eius, ſemen raphani, & aqua radicum eius, ſcordeõ, præputia uitis albæ, ruta agreſtis, baurach, piper puluerizatum, ex quo factus eſt trochiſcus, daucus cum aqua fiſtici, facit deſcẽdere lapidem, uitrum aduſtum, & ſang. hirci ſecundum artẽ collectus & reſeruatus in trochiſcis, de quibus in hora doloris detur unus cum uini aceto, aut aqua apij montani a proprietate autem comminuentia ſunt puluis ſcorpionum & oleum eius & ſolatrum hortulanum, & lapis ſpongiæ & iudaicus & cinis leporis decolati, lumbrici terreſtres exiccati, cinis epatis aſini in lapide renum & gramen, quidam comminuunt utroque modo ſicut uitrum album & clarum puluerizatum, cinis corticũ ouorum ſcarabei. Et ſemen geneſtæ quod frangit & educit & prohibet generari, & auis parua uocata cauda tremula & græce troglodytes in cuius alis ſunt pennæ aureæ, & ſuper cauda ſunt puncta alba & francigenæ uocant faſunegi, hæc aduſta & cinis eius cum aqua mellis extrahit lapidem. Item fimus columbinus. Modus autem componendi has medicinas eſt ut fiat una medicina compoſita habens conditiones oportunas in hac intentione eſt ut miſceanť adinuicẽ medicinæ habentes uirtutem comminuendi ex dictis. Et quædam iuuantes ad penetrandum quæ etiam comminuant, ſicut piper, cinnamomum, calamenthum. Et quædam prouocantes extrahentes ſuperfluitates craſſas, ſicut radix, rubeæ, fœnugrecum, daucus, fu, meu, aſſarum, ameos, cheiſim, ſeſilis, ſemen agni caſti, ſchinanthum, & cordumeni, & cantharides, in hoc ſunt potiſſime imprimentes etiam in lapidem, ſed adminiſtrentur cum cautela, ut non ulcerent uirgam, unde in una potione non ſit ad plus, niſi una, cuius caput & alæ ſint abſciſſæ. Quædam ſint alteratiuæ & frangentes caliditatem aliarum ſicut ſolatrum.

Aliæ ſint retardantes & detinentes medicinas in loco donec compleant ſuas operationes, & hoc faciunt cum uiſcoſitate quadam, ſicut ſpecies gummi. Aliæ ſint confortantes ſua aromaticitate, ſicut ſpica, caſſia lignea. Alia confortent ſtipticitate moderata, ut radix rubi, uirga paſtoris, aliæ ſunt ſedantes dolorem cum proprietate, ſicut nuces auellanę quæ etiam retardant medicinas in loco, & quadã anodinitatę, ſicut habentes caliditatem primi gradus, & proprie

R

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.243

cum humiditate, & quędam ſtupefaciendo. Et ex h'ſ ita artificialiter mixtis fiet una medicina cōpoſita habens uirtutes opportunas in hac intentione, & natura ſagax diſcernet inter eas. Et eas ad diuerſas operationes prout expediet ordinabit, ſed oportet ut hæc medicina compoſita non ſit fermentata. Et ſi uolueris uerificare receptas inuenies iuſtinum, lithonthrypton, & reliqua ab autoribus compoſita habere plures ex his uirtutibus hic numeratis. Nullum .n. ſimplex debet poni in aliqua medicina cōpoſita, quod non habeat aliquam ſpecialem utilitatem contra diſpoſitionem, contra quam ordinata eſt compoſita. Et iſtæ medicinæ quandoque ſumuntur, quandoq; applicantur in unctionibus, emplaſtris, fomentis ſemicupijs, quandoque in ueſicam inijciantur, & ualet hic modus in utoq; lapide.

Secundus modus, eſt cum inciſione, & extractione lapidis ſi primus non ſuffecerit, qui in lapide renū eſt incōueniens & mortalis, ſed in lapide ueſicæ poſſibilis, licet timoroſus propter mēbri nobilitatē ex cuius ſectione ſequit aliquando dolor fortis, ſpaſmus, ſyncopis, apoſtema, et aliquando mors. Et quādoq; uulnus illud uertitur in fiſtulā, ex quo urina cōtinue fluit. Caueant ergo ut non niſi magna neceſſitate cogente ſecent. Sicut quando adeſſet dolor fortis, aut retentio urinæ, aut ſimilia accidentia ſuſpitionem mortis facientia, & non ſecent niſi in forti & conſtante, et pręeuacuato, & cū cautela ab errore, & ſi tales nō ſint dimittant ſectionem, & properent ad tollendum accidentia, tunc pręſentia meliori modo poſſibili, tranſponant ergo lapidem, & ſimiliter ſanguis ex punctura lapidis defluxum ad orificium colli ueſicæ, ut urina libere effundatur, fit aūt hęc trāſpoſitio tripliciter, ſicut dictum fuit in cap. pręcedenti.

Tranſponitur autem lapis renum, primo mouendo ipſum inferius motu forti ſaltando de gradu in gradum per aliquam ſcalam. Item anhelitus retentione ac compreſſione & fricatione renum & aliorum trahendo inferius. Item cum uentoſa paulatim mutata a renibus ad inferiora, & ex illis ſunt clamores & clyſteria calefacientia & humectantia, & inferiorum calefactio cum fomentis & emplaſtris, hæc enim trahunt lapidem renum uſque ad ueſicam paulatim, & quandoque extra de ueſica per uirgam expellitur, aut per uuluam mulieris, quod ſi forte non poſſet trahi inferius & retentus urinam impediret, aut aliter multum noceret, trahatur ſuperius, aut uomitu uiolento, aut cum uentoſa ſupra renes poſita. Inciſionis aūt modus cum deliberata fuerit ſit obſeruatis cañ. infraſcriptis.

Primus quod incidendus ſit puer conſtantis uirtutis, bonæ complexionis & habitudinis, & ſit præeuacuatus, & inteſtina lenita, cui ordinetur dieta tenuis ſine uino, carnibus, & ouis cū pauco potu quæ ſic obſeruetur uſque ad quartū diem, & eligatur tempus temperatum, dies clara & locus conueniens. Secundus quod inſtrumenta ſint parata, ſcilicet pilum, inſtrumenta curua ad extrahendnm lapidem poſt ſectionem faſcie, medicinæ appropriatæ in conſtrictione ſang.

Tertius canō, q̃d æger iaceat ſupinus cruribus retractis & dilatatis, & detētus ſit a circunſtantibus firmiter, & chirurgus imponat indicē in anū pueri uel puellę uirginis, uel in uuluam deuirginatę donec perueniat ad lapidem. Et cum peruenerit ipſum ad collū ueſicæ trahat, & teneat firmiter impellendo ſemper uerſus collum, & tunc ſignet attramento ubi inciſionem facturus eſt: Fiatq; in collo ueſicæ inter anum & burſam teſticulorum, & non in fundo ueſicæ, & fiat ſectio ſuper lapide, ita ut acuties pili ueniat ad lapidē, & ſit tanta ut lapis poſſit extrahi, nam quāto minor eſt ſectio, modo lapis poſſit extrahi tanto eſt melior, deinde extrahat illum cum inſtrumento curuo cum quanta facilitate & uelocitate poteſt. Deinde ponat ſtupam, uel cottum infuſum in album. oui cum uitello mixtis cum puluere conſtringente ſangui. & non moueat ipſum uſq; in tertium diē, niſi aliquādo accidens cogat ad mutationem, & tandem cura propria uulnerati conſolidetur, & ſuccurratur accidentibus, ſuperuenīētib .ſ. dolori apoſtemati, ſan. cōgelationi & reliquis ſecundum quod oportet. Si aūt lapis peruenerit ad cannale uirgæ ſuccurratur, ſecundum q̃d dictum fuit in expoſitione textus. Et quotidie antequam mutetur, mingat ut urina egrediatur per foramen naturale, & non per ſectionem. Secunda autem intentio, ſcilicet correctio accidentium perficiatur ſecundum ipſorum exigētiam, dolor ergo ſi fortis eſt, oportet ſedare ante ſectionem cum epithimatibus, emplaſtris, unctionibus, & ſemicupijs, & cum clyſteribus ex anodinis, & ſi expediat cum ſtupefaciētibus bibitis, ſicut philonio, theriaca noua, quæ cum hoc quod ſtupefaciunt, etiam uentoſitatē reſoluunt, quę aliquando eſt cauſa doloris & prouocant urinā, & ſunt quę ante inciſionem ſtupefaciunt locum cum opiatis ſumptis cum uino. Et quandoque cum unctionibus applicitis parti incidendæ & circunſtantibus. Sedatio nāque doloris a futuro apoſtemate liberat, & forte a morte, & ad prohibendū apoſtema bonum eſt ut partes circunſtātes liniantur cum aliq̃ repercuſſiuo, et phlebotomia & dieta tenuis ad hoc pręſeruāt. Si uero ex lapide retineatur urina propter oppilationē in renibus, poris uritidibus, aut collo ueſicæ, aut meatu uirgæ tentetur eius eductio, aut tranſpoſitio q̃ citius eſt poſſibile, quæ res qualiter debeat perfici patet ex ſupraſcriptis. Si uero ſequatur excoriatis aut ulcus in inſtrumētis urinæ ſuccuratur ſecundum q̄ docetur in ſequentibus cap.

Regimen aūt ſex rerū iuxta tertiā intentonem ordinetur, ſicut dictum fuit in regimine præſeruatiuo, ſed in hoc regimine curatiuo opus eſt cibis magis abſtergentibus, incidētibus, & ſubtiliātibus, & ꝓuocantibus. Et tēpore operationū fortium, ſicut eſt ſectio, dieta debet eſſe tenuis ſine uino, ſine carnibus, & ouis uſq; ad quartū diē, uel q̃uſq; ſumus ſecuri ab apoſtemate, & alijs ſeuis accidentibus.

Sequuntur medicinæ compoſitæ. Medicamen ſublime & expertum ad lapidem renum, ſecundum Serapionem. Recipe ſeminis batecæ excorticati, milij ſolis, uitri aduſti, dauci, ana terantur & cribellentur, & dētur de eo drach. tres cum aqua decoc. ciceris nigri. Aliud ſecundum eum ad lapidem ueſicæ. Recipe condiſi drachmam unam, ſimi columbini. ʒ. 1. s. terantur & detur omni mane cum aqua raphani. Aliud conſtātini. Rec. ſem. batecarum, citruli, cucumeris excorticatorū ana. ʒ. 5. ſem. raphani, & apij & rape ſylueſtris, et dauci, et petroſelini añ drachmas 2.

ſem.

ſeminis fœniculi ʒ. 3. granorum nere, id eſt, cereſorum ſylueſtrium ʒ. 4. ſtercoris uaccæ paſcentis in uoluti cum oleo ſambacino. ʒ. 5. terātur & cribellentur & detur de eo pondus. ʒ. 3. cum aqua apij et raphani. Ad lapidem uero puerorum ſufficit balneum ex rebus mollificantibus & frangentibus lapidem cum ſumptione rerum frangentium lapidem magis facilium. Rufus, inquit, plurima balneatio in thermis ſulphureis frangit lapidem, ſimiliter ſi infundatur in eis pannus & calidus applicetur loco lapidis operatur ad exitum eius. Galenus autem teſtificatur quod puluis leporis cōbuſti exhibitus aliquod diebus quātitate duarum drach. cum aqua calida frangit lapidē renum & ueſicæ, & ſang. hircinus præparatus ſecundum artem exhibitus quātitate duorum aureorum eſt fortis in hoc caſu. Et modus præparationis eſt ut eligatur hircus quatuor annorum, aut circa rubeus, & nutriatur per menſem herbis, & granis proprijs in hoc cap. & iuguletur de menſe Auguſti, & extrahatur ſanguis cuius primus abijciatur, & poſtremus, medius reſeruetur, & exiccetur ad ſolē diuiſus in fruſta, quantitate duorum aureorum, & exhibeantur cum uino potenti aliqualiter acetoſo, aut cum aqua ciceris, aut raphani duo aur. pro uice aliquibus diebus, uocatur enim manus Dei ob excellētem eius uirtutem, & apud Auicennam nigella aliquod diebus adminiſtrata cum aqua mellis frangit utrunque. Sed Gerardus. Recipe cretę marinæ, milij ſolis ana ʒ. unam ſemis, ſang. hircini pręparati ſecundum artem drachmas duas, lapidis ſpongiæ, lapidis iudaici ana ʒ. s. ſem. melonis. ℥. 1. aquæ ſaxiphragiæ. ℥. s. panis ſacch. ℔. 1. fiat electuarium.

Aliud eiuſdem. Recipe corrigiolæ, unciam ſemis, cicerum rub. quart. ſemis, ſeminis melonis, unciam ſemis, bulliant in tribus libris aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, coletur & cum modico ſaccharo adminiſtretur mirabiliter ualet & expellit arenulas. Item ualet ſuccus limonum, & quaſdam alias medicinas deſcribit quas lege ab eo, & dicit quod pro frangendo lapidem bonum eſt præmittere mollificatiua, ſicut ſemicupia & emplaſtra mollificantia, mixta tamen cum aliquibus fortibus in hoc capitulo, deinde exhibere fortia ex iam dictis. Et ex fortibus eſt iuſtinum lithon thrypton, electuarium ducis & ſimilia, et frāgunt utrūq; ladidē, difficilius. n. eſt frangere lapidē ueſicæ q̃ renum, q. n. frangit lapidē ueſicæ, frangit lapidem renum, ſed non econtra.

DE APOSTEMATE QVOD FIT IN renibus uel ueſica. Cap. CV.

QVid ſit apoſtema renum et ueſicæ, ex ſępedictis poteſt eſſe manifeſtum. Apoſtemata renum & ueſicæ diuerſificantur. Aut ex parte materię apoſtematis. Et ſecundum hoc quædā fiūt ex materia calida eſſentialiter ſanguinea, uel cholerica, magis tamen fiunt ex ſang. groſſo, uel ſubtili cholerico, quam ex cholera, quædam ex materia frigida phlegmatica, uel melancholia, ſecundum plurimum tamen ex materia mixta, & quæ ſunt melancholica quandoque ſunt talia incipiendo, quandoque permutando ſiue ſint melancholica aduſta, ſiue non aduſta.

Secundo diuerſificātur ex parte locorum in quibus ſit apoſtema. Nam aliquando ſit in utroque renum. Quandoque in uno eorū dextro uel ſiniſtro. Et qñq; ſunt magna occupātia totū corpus renis. Quandoq; parua, & tunc uel ſunt in latere concauitatis, in qua colat urina, uel in latere gibboſitatis apud pāniculum, uel in pāniculo, uel ante eos, uel ſunt in parte terminata ad dorſum, uel ſunt in parte terminata ad emunctoriū. i. porum uritidē, uel in parte meatus ſuperioris uerſus uenas emulgentes.

Similiter apoſtemata ueſicæ diuerſificantur ex parte materiæ, aut ex parte locorū. Sed ex parte materiæ eſt contrarietas inter Auic. & Raſim in libro diuiſionum. Vult enim Auic. raro fieri apoſtema calidum in ueſica, quoniam apoſtema calidum eſt morbus diſſimilis complexioni ueſicæ quę eſt frigida, unde ſi fiat in ea apoſtema calidum non erit niſi a forti cauſa. Raſis uero in libro diuiſionum in hoc capitulo dicit, quod plurimum apoſtematis quod accidit in ueſica eſt apoſtema calidum. Et eius ratio eſt quia ueſica eſt membrum denſum, in cuius ſubſtantiam difficulter penetrat humor frigidus, dicendum ut tollatur contrarietas quod apoſtema in ueſica quandoque generatur per uiā paulatim factę cōgeſtionis, q̃ndoque per uiam defluxus. Si primo modo tunc apoſtema ueſicę ſemper eſt frigidum, quia nutrimentum eius & etiam ſuperfluitas nutrimenti, ex quibus apoſtema paulatim congeritur ſunt frigidę. Si uero apoſtema fiat per uiam defluxus, aut cauſa defluxus eſt intrinſeca corporea, & tunc apoſtema ſecundum plurimum eſt frigidum, licet aliquando ſit calidum quia in cauſa eſt dominium humorum calidorum, aut forte lapis nocens ueſicæ. Si uero cauſa defluxus fuerit primitiua, ſicut percuſſio, caſus, aut offenſio ueſicę, tunc apoſtema ſecundum plurimum eſt calidum, cum cauſa attractionis materię ad ueſicā ſit dolor ſequens cauſam primitiuam, qui ſecundū plurimum eſt cauſa attractionis humorum calid. & proprie ſang. Et hoc eſt quod uoluit dicere Auicenna, cum dixit in ueſica nō fieri apoſtema calidum ut plurimum, non enim ſit niſi a forti cauſa. Raſis uero uoluit apoſtema ex cauſis fortibus iam dictis eſſe ſecundum plurimum calidum. Quapropter ſunt concordes. Aliquando apoſtema diuerſificatur ſecundum locum. Nam quandoq; apoſtema eſt in parte ueſicæ terminata ad collum, uel in collo ipſo, quandoq; eſt in parte ueſicæ terminata ad poros uritides. Quandoque eſt in parte ſuperiori uerſus uentrem. Quandoque in parte inferiori uerſus dorſum, quandoque in tota ueſica uel plurimo eius.

Cauſę apoſtematum renum & ueſicę ſunt humores, de quibus ſupra, actu ingreſſi horum membrorū ſubſtantiam. Licet non ſit longinquum a uero quod aqua, aut uētoſitas, aut alius humor exiſtēs in cōcauitate renis, aut ueſicę extendens latera faciet apoſtema abſque quod ingrediatur membri ſubſtantiam, ut bene ſenſit Auicenna tertia quarti cap. de apoſtematibus uentoſis, & humiditates ſecundæ & ſuperflua reſecata in tertia aut quarta digeſtione ſunt aliquando cauſa coniuncta apoſtematis paulatim congeſti, cauſæ antecedentes ſunt humores ſuperflui in quanto aut in quali exiſtentes in uenis. Item mala complexio totius aut partis his mēbris communicantis.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.244

tertio debilitas renum & ueſicę, & eorum dolor, cau
ſa & oppilatio. quarto, latitudo uiarum per quas de
fluit materia ad hæc membra apoſtemanda. Item re-
tentio urinæ extendens renes aut ueſicam, cauſæ pri-
mitiuæ ſunt indebitum regimen ſex rerum. Item cau
ſę extraneæ, ſicut caſus, percuſſio offenſio, balneum,
ſtrictura lumbaris & ſimilia. Apoſtemata renum &
ueſicę terminantur tribus modis. Quandoque enim
reſoluuntur et eſt optima terminatio, quandoque in
durantur reſolutis partibus ſubtilibus, quandoque
ſuppurantur, & poſt ſuppurationem rumpuntur &
ſanies expellitur per ueſicam & uirgam, quandoque
expellitur ad inteſtina per uias oc[c]ultas, aut per uenas
emulgẽtes ad chylim, et ex chyli ad epar, et tandẽ ad
inteſtina per uenas meſeraicas. Et hæc eſt deterior ter
minatio quam per uias urinæ. Tertio aliquando fit
ruptio ad uentrem. Et materia colligitur in concaui-
tate uentris inferioris, & indiget perforatione. Et hęc
eſt peſſima omnium niſi forte illa cum qua fieret ho-
rum membrorum putrefactio. Aliquando non erũ
puntur imò remanent in eis, & hæc etiam curantur
cum apertione.

Signa. Primo, ponentur ſigna apoſtematis re
num. Secundo, ueſicæ. Signa apoſtematis renum
ſunt dolor, & grauitas in alchatim, & maxime cum
iacet æger cum uẽtre deorſum, & fit frequens mictus
propter debilitatem renis & ſtimulationem a mate-
ria apoſtemante ſed hoc accidens magis eſt in apoſte
mate ueſicæ niſi propter apoſtema urina retineatur.
Et ſi eſt in renę dextro maxime ſentitur dolor & gra
uitas, quando iacet ſuper latere ſiniſtro. Et econtra ſi
eſt in ſiniſtro quando iacet ſuper latere dextro. Et ſi
eſt in utroque ſecundum utrunque ſitum magnifica
tur dolor & grauitas renis oppoſiti. Item ſi apoſte-
ma eſt in rene dextro, dolor aſcendit maxime quan-
do eſt in parte ſuperiori uſq; ad epar. Et ſi in ſiniſtro
dolor deſcendit uſq; ad ueſicã & uirgam, imò etiam
in utroque quando eſt in parte inferiori renis. Et
cum dolor eſt apud panniculum & ſuſpẽſorium ma
gnificatur dolor & fit fortis, & prohibet erectionem
tuſſim, & ſternutationem, & difficile eſt ſibi inuenire
ſitum in quo quieſcat niſi forte q̃do apoſtema eſſet
confirmatum priuans membrum ſenſu. Et quando
reſupinatur dolor eſt leuior quam in alio ſitu. Quan
do autem apoſtema eſt in carnoſitate dolor eſt leuis
ut uix ſentiatur & ſecundum omnem ſitum. Cogno
ſcitur autem quod ſit calidum ex febre cõtinua quæ
habet remiſſiones & excreſcentias inordinatas, quaſi
ſint principia quartanæ, id eſt, ſicut accidit febribus
commixtis inordinatæ uagantibus quæ in quarta-
nam perficiuntur, & hoc eſt propter diuerſas mate-
rias & difformes aduſtiones quę ſunt in materia apo
ſtemante renes, & apparet in principijs ſuarum exa-
cerbationum coarctatio pulſus, ſicut in reliquis febri
bus & incipiunt cum frigore extremitatum. Et fit
horripilatio cõmiſcens inflammationem, id eſt, poſt
quam incipit horripilatio ſequitur inflammatio, &
iterũ poſt inflãmationem ſequitur horripilatio, alia
litera habet propter materierum diuerſitatem. Et hic
uerificãtur ſiue febris ſit inſeparabilis ſiue nõ, non. n.
eſt impoſſibile ꝙ in cõtinua ſint huiuſmodi horripi-
lationes & typi, febris aũt ſequens apoſtema frigidũ
eſt remiſſior, & forte in continua, ſed etiam febris ſe-
quẽs apoſtema calidũ non fit multũ intenſa propter
diſtantiam a corde. Et aliqñ iſtæ febres ſunt putridæ,
aliq̃ñ ephimerę. Item nocet ab omni diuretico, acuto,
ſalſo & ualde aceroſo, ſed magis & minus ſecundum
diuerſitatẽ materię. Nam in apoſtemate cal. magis lę
ditur q̃ in fridido & proprie ab acuto & ſalſo. Et qñ
apoſtema eſt calidum & magnum perducit ad com
mixtionẽ ſenſus propter cõmunitatem diaphragma
tis cum renibus & cũ cerebro. Et ad uomitũ choleræ
propter cõmunitatem ſtomachi ad epar & epatis ad
renẽ. Et qñque cõicatur dolor faciei & oculorũ. Et re
tinetur uenter, quia apoſtema coarctat inteſtina, uri-
na uero eſt alba in principio materia ad renẽ permu-
tata, deinde fit citrina, ignea, nõ permixta q̃do apo-
ſtema calidũ eſt in ſtatu & cholera quæ cõſueuit deri-
uari ad renẽ, iam expellitur cum urina. Deinde fit ru-
bea circa declinationẽ, q̃do aliquid de materia apo-
ſtemante expellitur cũ urina. Et quãdo urina perſeue
rat alba indicat duritiẽ futuram aut cõuerſionem ad
dubelati. i. maturationẽ, nihil. n. de materia cũ urina
expellitur. Et ad ultimũ urina perſeuerans uiſcoſa &
alba eſt ſignificatio mala, & aliqñ rubet aqua & perſe
uerat in ea ſedimẽ laudabile, tũc obedit apoſtema di-
geſtionis abſq; cõuerſione ad duritiem aut ad ſuppu
rationem. Et quãdo in primis diebus remanet urina
clara & tenuis tunc apoſtema eſt in uia maturationis
aut induratiõis, & qñ apoſtema maturatur magnifi-
catur grauitas ualde, et ſentitur grauitas quaſi ſphera
grauatiua in uentre, et accidit inflatio in locis uacuis,
quia partes circunſtãtes tumefiũt extractiõe materiæ
ad illas & accñtia fiunt fortia, et ſentiẽ punctura uehe
mens in uirga. Et q̃do apoſtema eſt maturũ alleuia-
tur febris, et augmẽtatur horripilatio uaporibus acu
tis cõicatis membris ſenſibilibus, & incraſſatur urina
materia cũ ipſa expulſa, et multiplicatur in ea ſedimẽ
bonum, et quando ruptũ eſt apoſtema remouetur fe
bris & rigor, & ſi ſanies alba, lenis, non fœtida egre-
ditur cum urina tunc adeò eſt bonũ ut nihil melius,
& ſimiliter ſi eſt ſanguis & pus album, & ꝙ eſt diuer-
ſum ab hoc eſt deterius ſecundum ꝙ magis elõgatur
a conditionibus bonæ ſaniei. Signa autem diſtin-
guentia inter ſpecies apoſtematum penes materiam
maxime ſumuntur a febribus & reliquis accidenti-
bus homogeneis materię apoſtemanti, & item a con
ueniente ætate, tempore anni, regimine præcedente
et ſimilibus. Signa quod apoſtema maturetur poſi-
ta ſunt ſuperius. Sed ſigna eruptionis eſt egreſſio ſa-
niei cum urina aut cum egeſtione. Si autem rumpi-
tur ad concauitatem uentris inferioris ſequitur ſubi-
ta alleuiatio doloris & grauitatis, poſt prçceſſionem
ſignorum maturationis non apparet exitus ſaniei
per aliquam regionem. Signa reſolutionis ſunt
quod omnia accidentia remittuntur cum bona con-
ualeſcentia. Signa duritiei, ſunt quod omnia acciden
tia remittuntur præter grauitatem. Signa putrefa-
ctionis renis ſunt continuatio ſçuorum accidentium
uſque ad mortem, & quod aliquando egreditur,
ſanies mala fœtentiſſima cum urina aut fecibus.
Signa apoſtematis ueſicæ ſunt dolor continuus in fe
more & illis cum duritie & tenſione febre continua.
Itẽ retentio urinæ, difficultas aut diſtillatio, & frequẽ
ter non poſſunt mingere niſi ſtantes, nam ſi apoſte-
ma eſt in parte uerſus uentrem facile ſubiacet tactui.

Si uero

Si uero in parte uerſus dorſum, non occurrit tactui
niſi cum forti compreſſione. Si uero ſit in parte ter-
minata ad poros uritides fit retentio urinæ, & cum
hoc ueſica ſentitur uacua ab urina. Si uero ſit in parte
terminata ad collum, & collo ipſo adeſt ſimiliter re-
tentio aut magna difficultas, et cum hoc ueſica eſt ple
na urina quod ex magno tumore in femore compre
henditur, ſi uero ſit in alijs partibus eſt frequens mi-
ctus & diſtillatio, & quandoq; retentio ſtercoris pro
pter cõpreſſionem inteſtini recti a ueſica apoſtemata.
Quod aũt apoſtema ſit calidũ, cognoſcitur ex febre
forti & caliditate in loco ſenſata. Item ex dolore pun
gitiuo ſi ſit cholericum, aut extenſiuo, grauatiuo &
pulſatiuo ſi ſit ſanguineum, & quandoque apparet
rubedo exterius. Item cognoſcitur ex ſiti uehemen
ti uomitu choleræ puræ & aſmate frigore extremita
tum quæ fortaſſe non caleſiunt. Item, ex alienatio-
ne, nigredine linguæ, & quia non nocetur ab omni
acuto & diuretico, & ſignificat ipſum complexio,
ætas, cauſæ præcedentes. Et ſigna maturationis ſunt
horripilationes diuerſæ, & febres permixtæ, ſicut di-
ctum eſt in dubelati renum, & ſignificant maturita-
tem eius mollities ſenſata, & urina cum ſedimine lau
dabili ſignificat digeſtionẽ, eruptionẽ, aut ſignificat
urina habens pus admixtum. Si aũt ſigna maturita
tis non apparuerint non rũpitur uſq; ad hebdoma-
dam, & plurimæ ueſicæ fiunt uerſus collum eius, &
qñque in partibus alijs & qñque aperiuntur ad inte-
riorem partem ueſicę, & tunc ſanies mingitur & qñ-
que aperiuntur ad partẽ exteriorẽ et ſanies quę ęgre-
ditur colligitur in uentre. Signa apoſtematis frigidi
in renibus ſunt ſigna cõmunia apoſtematum ex duri
tie, tumore & grauitate, retentione urinæ, difficulta-
te & diſtillatione, ſed eſt pauca febris, paruus dolor,
& grauatiuus abſque ſiti, & alijs quę atteſtantur apo
ſtemati calido, & ſi eſt apoſtema durum ſentitur du-
rities cum grauitate notabili, & fortaſſe prçceſſit apo
ſtema calidum & proprie ſanguineum quod termi-
natum eſt ad duritiem. Sic enim fit apoſtema du-
rum in renibus & ueſica ſecũdum plurimum permu
tando ex apoſte. ſang. quandoque aſſociatur ſtupor
in cruribus & diſpoſitio ad hydropiſim, ſed apoſte-
ma phleg. in his omnibus aſſimilatur apoſtemati du
ro præterquam in duritie ſang. cum mollitiæ, & ſe-
cundũ plur. fit incipiendo, nec fit tanta ad hydropẽ
diſpoſitio, neq; tanta ſentitur grauitas.

Prognoſtica. Primum apoſtema renum ſecun
dum plur. ſalubre, & apoſtema ueſicę ſecundũ pluri.
mortale. Secundum. Vtrũq; prolongatur & indu
ratur ac diſponit ad hydropem. Tertium. Apoſte
ma ueſicæ cæteris paribus citius interficit q̃ apoſte-
ma renum. Quartum. Auic. omnia renum apoſte-
mata uelocia ſunt ad hoc ut in lapidem. i. duritiẽ con
uertanẽ, & quomodo non? cum ipſa ſint cã lapidis.
Quintum. Cum apoſtema calidum eſt in rene cum
febre notabili, deinde accidit cõmixtio rationis, tunc
illud eſt cã cõmunitatis uelaminum. i. pãniculorum
cerebri magnitudinem apoſtematis, et eſt mortale, et
proprie qñ eſt ſignificatio mala, nã illud propter cõ-
munitatẽ malam. Quod ſi accidat cõmunicatio ma
la, tunc expectatur ruptura ad ſalutẽ, & fortaſſe egre
ditur ſicut pilus rubeus in lõgitudine unius palmi &
plus. Sextum. Deterius apoſtema ueſicæ eſt illud cũ
quo cõtinuatur caliditas febris acutæ, & uehemẽs fit
retentio urinæ & ſtercoris, & fortis dolor, et in urina
non eſt digeſt. eſt. n. mortale, & plus mortale cũ ma-
turatur. Cum autem apparet in urina hypoſt. & fex
ſubſidens lenis tunc eſt maioris ſpei.

*APoſtema qđ fit in renibus & ueſi
ca comitatur febris permixta, quæ
non eſt uehementis caloris, cum qua eſt hor
ripilatio & rigor, & frequens mictus, &
dolores in inferioribus dorſi & grauitas,
& cum impellitur uidetur ægro quod ali-
quid ibi ſit ſuſpenſum.*

Hoc capitulum habet tres partes principales. In
prima ponit ſigna & curam apoſtematis renum. In
ſecunda ſigna & curam apoſtematis ueſicæ. In tertia
parte ponit ſigna & curam apoſtematis renum cum
induratur, ſecunda ibi. Apoſtema uero ꝙ fit in ueſi-
ca, tertia ibi. Eſt autem quando apoſtema renum.
Priª in duas. In prima parte ponit ſigna apoſtematis
renum quę ẽt pro parte ſunt cõmunia apoſtemati ue
ſicæ. In ſecunda curam. Secunda ibi. Cum his itaq;.
In prima parte dicit, ꝙ ſigna apoſtematis quod fit in
renibus & ueſica ſunt iſta.

Primum febris permixta propter diuerſitatem
materierum & diuerſitas aduſtiones in eis. Quæ ta
men febris non eſt uehementis caloris, quia materia
putrens notabiliter diſtat a corde, cum qua febre eſt
horripilatio et rigor frequens ſiue ſit interpolata ſiue
contentiua propter diuerſas excreſcentias, & diuer-
ſos paroxiſmos, imò inordinatos ſequentes diuerſi-
tates materierum ex duobus ſupraſcriptis. Eſt au-
tem horripilatio prima 4. cap. proprio diſpoſitio
in qua inuenit corpus diuerſitatem in frigore & pun
ctionem in cute & in lacertis. Rigor autem eſt ut non
poſſit cõtinere membra ſua ex commotione a tremo
re eueniente in eis & motibus inuoluntarijs. Secun-
dum ſignum. eſt frequens mictus, ſequens debililatẽ,
renum & ueſicæ necnon ad ſtimulationem a præſen
tia materię apoſtematis. Tertium eſt dolor in infe-
rioribus dorſi, ſcilicet ab alchatim uſque ad caudam,
ibi enim eſt ſitus renum & ueſicæ. Quartun ſignum
cum impellitur, id eſt, cum homo ſe cõmouet aut cõ-
quaſſando ſe aut reuoluendo de latere ad latus, aut
uoluendo ſe cũ facie deorſum, uidetur ſibi ꝙ aliquid
ſit ſuſpenſum, ſentit enim pondus & dolorem mem-
bri apoſtemati ponderantis, minus enim moleſtus ſi
tus eius eſt cum iacet ſupinus.

*Cum itaq; hæc ſigna uiſa fuerint æger
ex baſilica minuatur eius partis, in qua
grauedinem & dolorem ſentit.*

In hac parte curat apoſtema renũ, & priº per eua
cuationem quæ maxime reſpicit cauſam anteceden-
tem. Secundo per auxilia applicita, quæ maxime re
ſpicit cãm coniunctam, ſecunda ibi. Loco quoq; em
plaſtra. In prima parte cum dicit, cum hæc ſigna uiſa
fuerint quę ſignãt apoſtema renũ, ęger phlebotomeẽ

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.245

ex baſilica eius partis in qua ſentit dolorē et grauedinem ad minorandum materiam & diuertendum.

Loco quoque emplaſtra infrigidantia ſuperponantur & ſi ægritudo ſic diſſoluta fuerit bonum erit.

Hic curat per auxilia applicita ſuper loco quæ maxime reſpiciunt cauſam cōiunctam, & habet tres partes. In prima parte curat apoſtema terminandū per reſpirationem, aut etiam per reſolutionem. In ſecunda curat ipſum quando terminatur per ſuppurationem. In tertia parte curat ipſum poſtquam ſuppuratum eſt, & eruptum, id eſt poſtquam factum eſt ulcus. ſecunda ibi. Si autem febris, tertia ibi. Si autem æger minxerit pus. In prima parte dicit quod ſuper regione renum. ſcilicet ſuper alchatim ponentur emplaſtra infrigidantia. Et ſi cum his ægritudo diſſoluta fuerit bonum erit, diſſoluitur autē apoſtema cum his quia pars materiæ retrocedit & uenas reingreditur, pars autem aliqua ex calore naturali confortato per applicita reſoluitur, quæ autem ſint huiuſmodi frigida dicetur inferius.

Si autem febris & dolor & grauitas perſeuerauerint & urina nimium & frequenter ægrediatur, ſignificatur ibi pus colligi. Emplaſtrum igitur eſt tunc ſuper dorſum ponendum ex chamemila, ſem. lini, oleo ſeſamino furfure conſperſis, & ægro præcipiendum ut in tinia ſedeat.

In parte præſenti curat apoſtema cum ſuppuratur dicens. Si autem febris, & dolor & grauitas perſeuerauerint quorum perſeuerantia & augmentum ſignificat ſuppurationem iuxta aphoriſmum. Circa generationem ſaniei fiunt dolores & febres. & tunc creſcit grauitas, quia materia in uno loco colligitur. Et urina minutim & frequēter ægreditur ſicut in ſtranguria uirtute debilitata & ſtimulata ſignificatur pus colligi, eſt igitur tūc ſuper dorſum ponendū emplaſtrum. Rec. chamemilæ. ſem. lini, furfuris ana, m. 1. contundantur cōtundenda mediocriter & cum oleo ſeſamino, quātum ſufficit, fiat emplaſtrum, hoc enim partim reſoluit, partem maturat & dolorē mitigat. Eſt enim ſem. lini calidum & humidū, reliqua calida & ſicca in primo gradu, ſecundo ſedeat in tina eiuſdem intentiones.

Si autem æger minxerit pus ſemina quæ nominabimus in capitulo de ardore urinæ ſunt danda, donec pus minuatur, deinde trochiſci dentur, quos in cap. de mictu ſanguinis & puris nominabimus.

In parte præſenti curat ulcus remanens poſt apoſtematis rupturam dicēs, quod ſi ęger minxerit pus, ſemīna quæ nominabimus in capitulo de ardore urinæ danda ſunt ad mundificationem & doloris mitigationem, deinde dentur trochiſci qui dicentur in capitulo de mictu ſanguinis et ſaniei ad mundificandū & conſolidandum, necnon ad dolorem mitigandū, uide horum deſcriptionem in duobus cap. ſequentibus. Et hi trochiſci ſunt ultimi qui ponuntur in cap. de mictu ſaniei & ſanguinis.

Apoſtema uero quod fit in ueſica debet comitari febr. concluſa & difficultas mingendi & diſſuria & femoris & uirgæ dolor, & tunc æger ex baſilica minuendus eſt, & fiat huius ægritudinis cura quē admodum prædiximus.

In hac parte primo ponit ſigna apoſtematis ueſicæ. Secundo curam, ſecundo ibi. Et tunc æger de baſilica phlebotomandus. In prima parte ponit tria ſigna. Primum eſt febris cōcluſio, quod uerū eſt ſi apoſtema fuerit ſanguineum. Si uero cholericum febris eſt acuta continua habens proportionem ad tertium diem manifeſtam uel occultam. Si uero apoſtema fuerit frigidum, febris non eſt fortis, niſi forte fieret ſuppuratio. Secundum ſignum eſt difficultas mingendi quæ eſt uel retentio urinæ uel maxima difficultas emittendi aliquid eius quod maxime uerificatur ſi apoſtema fuerit in parte terminata ad collum uel ad poros uritides. Et dyſuria, id eſt emiſſio urinæ guttatim uel per interualla cum apoſtema eſt in alijs partibus ueſicæ. Terium eſt dolor femoris & uirgæ, nam ſi apoſtema eſt in parte terminata ad collum dolor notabilis eſt in femore, quia ibi eſt collum ueſicæ, cui uirga continuatur, & ſi eſt in alijs partibus diſtantibus a collo ueſicæ forte aliquis dolor licet leuis poteſt femori, & uirgæ communicari.

Tunc æger. Hic pro cura phlebotomatur ex baſilica, & dicitur reliquam curam eſſe obſeruandam ſtatim poſitam in cura apoſtematis renum, ꝙ ſi aliqua ſit differentia dicetur cū ordinabo curam.

Eſt autem quando renum apoſtema nō peruenit ad ſaniem, imo tranſit in duritiem cuius grauitas in renibus ſine febre perſeuerat. Eſt ergo clyſterizandus ex mucilagine fœnugræci, & ſemin. lini, & apozemate chamæmilæ & caulium & meliloti, & maluauiſci, & furfuris, & uomat frequenter. Renibus quoque ſuperponatur emplaſtrum ex his quæ nominauimus & ſi urina minui uidetur, urinam prouocantia dentur.

Hic curat apoſtema renum quando induratur, dicens quod huiuſmodi ſignum eſt grauitas notabilis abſque febre, reſolutis enim humoribus calidioribus et ſubtilioribus faciētibus apoſtema ceſſat febris. Et pro cura, primo præcipit ægrum eſſe clyſterizandum hoc clyſteri. Recipe chamæmilæ, meliloti, caulium, furfuris. ana. m. 1. radicum maluauiſci contuſarum aut inciſarum, ℥. 2. bulliant in 5. ℔. aquæ uel pluribus ad ſufficiētem coctionē, de qua decoctione

accipiatur

accipiatur ℔. 1. mucilaginis, fœn. et ſem. lini. ana. ℥. 1 fiat clyſtere, quod debite calidū imponatur, hic poſſet addi olei ſeſamini, medullę uituli, pinguedinis gallinę, an̄. ℥. 1. Secundo uomatur frequenter, ad diuertendum eſt enim melior euacuatio quam per reſolutiua, quia ſolutiua pręcipitant materiā ad locum apoſtematum niſi ſint leuia.

Tertio regioni renum, ſcilicet alchatim ſuperponatur emplaſtrum ex his quæ nominauimus, quæ ſcilicet ponuntur in clyſteri ſtatim deſcripto.

Quarto, ſi urina minuitur dentur cum illo clyſteri & emplaſtro prouocantia urinam, id eſt, ſecum miſceantur aliqua cum illa quæ prouocent, ſicut paritaria, creta marina, & ſimilia, uel aliter dentur cum illo, id eſt, fiunt remedia ſupraſcripta, ſumat etiam ea quæ prouocant urinā, non tamen fortia ſed leuia, de quibus ſupra in proprio capitulo.

Hoc quoque pro paruo non eſt habendum, quia ex eo peruenitur ad hydropiſim.

Vltimo, hic admonet medicum, ut ſit diligens in cura huius apoſtematis duri, quoniā perducit ad hydropiſim, debilitatur enim uirtus attractiua renum, quapropter aquoſitate remanente in apoſtemate & membris ſupra renes fit tranſitus in hydropen, & cū hęc fit oppilatio prohibēs deſcenſum urinę ad ueſicā.

Hic etiam canon obſeruādus eſt in apoſtemate ueſicæ cum induretur, & remedia eadem uel ſimilia applicentur, clyſteria tamen in apoſtemate ueſicæ ſint minoris quantitatis ut melius retineātur, & cum hoc pauca quantitas ſufficit propter propinquitatem, nō ſic in apoſtemate renum, & caſſia poſita in his clyſteribus eſt præſtans.

Cura apoſtematum renum & ueſicę exigit triplex regimen. Primum, debetur cauſæ antecedenti complendum euacuatione & diuerſione. Secundum, cauſæ coniunctæ diuerſimode complendum ſecundum uarios modos terminationis eius. Tertium, eſt commune utrique curans accidentia, & ordinans debitū regimen ſex rerum.

Pro euacuatione ſecundum plurimum neceſſaria eſt phlebotomia in apoſtematibus renum, aut ueſicæ quę repletione exiſtente multa, & ſanguine dominante debet eſſe copioſa, & ſimiliter ipſo cum alijs humoribus ęquato, ſi uerò alij dominentur, phlebothomia ſit minus copioſa, & fiat ex baſilica eiuſdem lateris, et poſtea apud Auic. phlebotometur uena curuaturæ poplitis, & hoc maximè conuenit ſi retentio menſtruorū, aut ſanguinis hæmorrhoidalis fuerit in cauſa, & ſi non apparet phlebotometur ſaphena eiuſdem lateris. Prima enim eſt ad euacuandum & diuertendum. Secunda uerò fit ad eradicandum cauſam coniunctam, aut proximam coniunctæ, & exiſtimo ſecundam eſſe tardandam uſque ad diem tertiam. Ante tamen has ſi expedierit pręmittatur uentris lenitio cum clyſteri facto ex aqua decoctionis hordei, maluarum, & ſimilium lenientium magis aut minus frigidorum ſecundum exigentiam materiæ. Sed ſecunda die facta prima phlebotomia ſoluatur uēter, aut cum clyſteri leniente in quo ſint mucilagines, ſem. maluarum, maluauiſci, ſem. lini, fœnugræc. & ſimilium, & ex oleis ponatur uiolaceum, amygdalinum, ſeſaminum, & ex medullis, medulla uituli, cerui, & ſimiles, & ex pinguedinibus, pinguedo gallinæ, anatis, anſeris, butyrum, & ſimilia, & eligantur magis calida, aut minus ſecundum diuerſitatem materię. Et ſi opus fuerit medicina ſolutiua ſit lenitiua, non attrahens à longinquis, ſicut caſſia, aut manna, ſed præſtātior eſt caſſia quę miſceatur cum ſero caprino, ſunt enim ambo præſtantia in his caſibus, & aqua hordei in calido, & aqua mellis in frigido, & aqua ſacchari in mixto ſunt pręſtantes, cum quibus etiam poteſt eſſe caſſia diſtemperari, & omnino caueantur ſolutiua fortia, & ſi pręmittatur digeſtio ſolutioni eſt præſtantius, & omnino caueantur diuretica ante maturationem, ſed poſt maturationem conueniunt, & quamuis aqua iuuet in eo quod infrigidat & humectat in apoſtemate calido, tamen nocet in eo quod facit urinare. Caueatur itaque multitudo eius, & propriè cū impedita eſt urina, & ſit aqua dulcis clara ſugendo ſumpta non multum frigida ne incrudet humores, neque notabiliter calida, imò caueatur omne mulum calidum in actu & potentia in apoſtemate calido renum, aut ueſicæ, & ſimiliter caueatur omne ualde frigidum actu & potentia in quocunq; apoſtemate renum & ueſicæ, ſed maximè in frig. Digeſtiua autem ſicut ſyrupus uiol. in calido ſumptus cum tantumdem aquæ hordei, ſed in phlegmatico mel roſ. cum tantundem aquæ mellis, in melancholico uero ſyrupus de pomis dulcibus cum aqua paſſularum, ſolutiuum autem ſit caſſia à. ʒ 8. uſq; ad. 10. ſumpta cum aquis dictis, aut cum aqua caſei in aduſto & ſalſo. Et ſi clyſteria ſufficiunt fortè melius eſt omittere quodcūq; ſolutiuum bibitum ne pręcipitet materias ad locum apoſtematum. In proceſſu uerò cum materia amplius non eſt in fluxu, ſiue terminetur per maturationem, ſiue per reſolutionem poſſumus uti diureticis, ſicut eſt lac, ſem. communiū frigidorum in calido & frigido, decoctione radicum & ſeminum prouocantium, & aqua ciceris nigri. Et in mixto mixta ex his quæ prouocantia etiam poſſunt exterius applicari. Secunda intentio, ſcilicet diuerſio completur cum clyſtribus iam dictis, in quibus ponantur caſſia. Et ſi opus eſt fortioribus in materia frigida addatur benedicta. Itē appoſitione uentoſarum in ſpatulis cum ſcarificatione, & ſine in apoſtemate renum, & cum appoſitione earum in naribus in apoſtemate ueſicæ. Item cum prouocantibus ſudorem. Secundum regimen reſpiciens cauſam coniunctam ſi terminetur per uiā reſolutionis exigit in principio repercuſſiua. Vnde in apoſtemate calido. ℞. olei roſ. aut aquæ roſ. ſucci foliorum ſalicis, ana. partem unam, aceti partem mediam miſce, & cum eis regio membri apoſtemati epithimetur, & ſi caliditas fuerit uehemens his adde ſuccum plantaginis, ſemper uiuæ, ſolatri, & ſimilia, & hoc tēpore adminiſtra clyſteria ex aqua hordei, oleo uiolato, & ſimilibus, aut ex lacte. Et poſt adminiſtra emplaſtra ex farina hordei, fabarum cum oleo roſ. & pauco aceti. Poſtea in ſtatu minora frigida, & adde fœnugræcum, chamæmilam, anethum, ſem. lini, & oleum ſeſaminum, & ſimilia. Et clyſteria etiam ſint eiuſdem intentionis facta ex decoctione hordei, & maluarum, & ſint in eis mucilago, maluauiſci, fœnugræci, ſem. lini, oleum ſeſaminum, & ſimilia. Si uerò apoſtema ſit frigidum, phlegmaticum in principio, incipe cū oleo roſaceo, de ſpica, & aceto, poſtea adde folia lauri grana eius, et

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.246

oleum ipſius, in lauro enim eſt plurima fiducia ſimiliter in ruta. Si uerò apoſtemata iſta maturẽtur quod raro contingit de phlegmatico, & melancholico, & cholerico, ſed frequenter de ſanguineo poſt principiũ in quo procedendum eſt ut dictum fuit in reſolutione procedatur cũ minus calidis & magis humidis habentibus uiſcoſitatem. Eſt enim ſecundo cañ. medicamen reſolutiuum de cuius proprietate eſt ut fortitudine ſuæ caliditatis conuertendo humorem in uaporem finiant ipſum. Medicamen uerò maturatiuũ eſt, cuius proprietas eſt ut acquirat humori digeſtionem, quoniam calefacit cum æqualitate &c. Mollificatiuum uerò eſt, quod ſua caliditate & humiditate poros membri dilatat & præparat humorem ad facilem expulſionem. Vnde reſolutiuum habet caliditatem cum ſiccitate notali abſque uiſcoſitate, ſed maturatiuum habet caliditatem moderatam cum humiditate & uiſcoſitate, mollificatiuum uerò moderatã cum multa humiditate. Maturatiua uerò in calido ſunt malua, maluauiſcus, fænugræc. ſem. lini, oleum ſeſaminum, & ſimilia quibus utere ſecundum exigentiam, & in ualde calido potes his addere mucilaginẽ pſilij, ſed apoſtemate maturato erumpẽdum eſt cum motibus, ſicut ſternutando, & uelociter ſe mutando de latere ad latus, & ſimilibus. Et ſecundo cum applicitis & etiam ſedendo in tinis, ſiue ſemicupijs, in quibus ſit fimus columbinus, & cepe, narciſci, & tertio cũ ſumptis in quibus ſit fermentũ, & ſimilia. & quarto ſi appareat tumor in alchatim, aut in regione colli ueſicæ inter burſam teſticulorum, & anum cum inciſione. Quod ſi apoſtema fuerit durum poſt uniuerſalia ex phlebotomia & uentris lenitione duæ ſunt intentiones, una eſt mollificatio à qua inchoandum eſt, altera reſolutio & materiæ eductio, pro mollificatione utere mucilaginibus dictis. Item oleo ſeſamino, oleo amygd. dul. Item medullis & pinguedinibus & ſimilibus, ex quibus fiant unctiones, emplaſtra, epithymata, item clyſteria & ſumat etiã ea quæ ſunt ad hanc intẽtionẽ. Poſtea utatur magis reſolutiuis, & etiam prouocatiuis in quibus non ſit ſuperfluitas, ut reſolutis partibus ſubtilibus remaneat craſſum & conuertatur in lapidem, imò conſydera urinam, & quotiens incraſſatur prouoca cum æqualitate, & quotiens ſtat abſque incraſſatione mollificat, & de ſignis maturitatis & obedientiæ materiæ eſt multiplicatio urinæ, & ad reſoluendum conferunt unctiones, & uaporationes cum oleo chamomęlino, nardino, ſambacino, coſtino, laurino, & cõferunt emplaſtra ex meliloto, chamomila, ſemine lini. Et quandoque ſunt neceſſaria ea quæ ſunt, ſicut bdelium, ammoniacum, ſagapenũ, adeps urſi, medulla uaccina, & ceruina, & quandoq; eſt neceſſarium ut bdelium, ammoniacum. Et ſimiliter chamæmila, tribuli, & melilotum diſſoluantur in decoctione diureticorum, & dentur ex eis in potu. Quandoq; uerò in apoſtematibus duris duas intentiones ſimul perficimus, miſcendo mollificantia cum reſolutiuis in applicitis ſumptis & clyſterizatis. Item in tinis, ſiue ſemicupijs quibus multotiens oportet ut iam præcedentibus unctionibus, tum ad ſedandum dolorem, tum ad prouocandum urinam, & maximè in apoſtemate duro & phlegmatico. Et etiam in apoſtemate calido cũ eſt facta maturatio ad rumpendum ipſum, & nota quod cura apoſtematum renum, & ueſicæ cum pendent à materia eadem uel ſimili, eſt eadẽ exigens eaſdem, uel ſimiles intẽtiones, & cum eiſdem perficiendas, & nõ eſt differentia niſi in quatuor. Primum quia minori tempore debemus continuare frigida, repercuſſiua in apoſtemate ueſicę quam renum. Et ſecundo debemus eſſe magis in eo ſolliciti de ſedatione doloris, etiam cum ſtupefacientibus ſumptis, iniectis, & applicitis, quia eſt membrum magis neruoſum. Et tertio magis ſolliciti, ut urina educatur cum in apoſtemate ueſicæ frequentius retineatur. Et quarto, quod aliquando utimur ſyringis & cathatir, tum ad incidendas medicinas, tum ad extrahendum urinam, & quæ in ueſica continentur. Quibus non poſſumus uti in apoſtematibus renum, quapropter mihi placuit horum curationes in eodem capitulo concludere. Sed pro tertio regimine. Primo curẽtur accidentia ſecũdum quod oportet, dolor quidem cum anodinis applicitis, ſicut fomentando cum ſpongijs & filtro infuſis in decoctionibus ſeminis lini, anethi, fœnugræci, paritariæ, florum chamæmilæ, meliloti, & ſimilium. Item cum ueſicis, plenis his decoctionibus & oleis ad hanc intentionem, item cum ſemicupijs eiuſdem intentionis. Et his non ſufficientibus, ſtupefaciendum eſt dando requiem in cauſa calida, & frigida philonium. Item applicandum hyoſcyamum, opium, & huiuſmodi cum anodinis. Si uerò urina retineatur recurre ad capitulum præcedens de difficultate urinæ, & reliquis ſuccurratur ſecundum eorum exigentiam. Secunda uerò intẽtio huius regiminis, ſcilicet regimine ſex rerum, eſt ut dieta in apoſtematibus calidis ſit tenuis frigida, unde utatur ptiſana hordeacea, pane loto, ſpinachijs, blite, & ſimilibus, omittendo, uinum, carnes, & oua uſque ad ſtatum incluſiue, & bibat aquam hordei, aut ſacchari non multum frigidam, neque calidam paulatim ſugendo eam, ſed poſtea craſſetur dieta, paulatim utendo carnibus, uino & ouis.

Sed in apoſtematibus frigidis utatur in principio in potu aquę, mellis, iure caulium, & etiam ferculis ſuprafcriptis, ſed poſſunt eſſe fercula ſua cocta in iure laudabilium carnium, & cum ſaccharo cõdita, poſtea dieta magis incraſſetur utẽdo uino, carnibus, & ouis. Craſſior enim conuenit dieta in frigidis quam in calidis, & in principijs non utatur cibis, aut potibus diureticis, ſed in proceſſu ſic. & propriè cum uentum eſt ad ſtatum, & adhuc magis in declinatione, ſicut ferculis, in quibus ſunt ſem. communia frigida, in apoſtematibus calidis, ſed in frigidis iure cicerum, & decoctionibus radicum prouocantium, & in quocunque tempore uitetur potus ſuperfluus, imò ſit parcus, & propriè cum retinetur urina. Dormiat multum, procurentur euacuationes ſolitæ, ſiue naturales, ſiue non naturales. Quieſcat animo & corpore, niſi cum inſtaret tempus eruptionis apoſtematis, nam motus iuuat ad erumpendum, ut dictum fuit.

DE ARDORE VRINÆ Cap. CVI.

ARdor urinę eſt dolor mordicatiuus in meatu colli ueſicæ, aut uirgæ cauſa urinæ. Qui aliquando eſt intenſus, aliquãdo remiſſus, aliquando nouus, aliquãdo antiquus, quãdoque frequens, aliquando rarus. Cauſæ eius ſunt acuitas

acuitas urinæ propter permixtionem alicuius acuti cum ea, ſicut eſt cholera, phlegma, ſalſum, aut alius humor notabiliter acutus, item ſicut ſanies arenulæ, fruſta lapidis, & ſimilia cum urina mixta. Secunda cauſa eſt excoriatio ſuperficialis, aut ulcus in ueſica, aut in meatu colli eius, aut uirgæ, item ſcabies aduſtionẽ faciens. Cauſa uerò excoriationis & ulceris eſt, aliquãdo lapis, aliquãdo humor cholericus, aut baurachius & ſimiles humiditates acutæ, tertio aliquando in cauſa eſt apoſtema, aut puſtula quæ rumpitur, quarto aliquando cauſa eſt percuſſio, aut caſus, cauſa uerò ſcabiei ſecundum plurimum ſunt humores aduſti. Tertia cauſa eſt defectus humiditatis in carnibus glandoſis quæ ſunt in collo ueſicæ. Cuius finis eſt duplex. Vnus eſt temperare acuitatem urinę cui permiſcetur, ſecunda ut ipſa ſparſa ſuper meatum urinæ faciat ipſum glutinoſum. Quapropter ipſa deficiente, urina fit acutior magis imprimens. Et ſecundo tollitur reſiſtentia ueſicæ, & meatus urinę imprimenti, hic autem defectus humiditatis eſt aliquando propter frequentem coitum. Nam illę humiditates egrediuntur cum ſpermate propter uicinitatem ipſarum ad ipſum cũ exitu plurimi ſpermatis. Item deficiunt propter ægritudines & cauſas extrinſecas eliquãtes corpus. Cauſæ autem primitiuæ ſunt res acutæ ſumptæ, ſicut cantharides, cibi, & medicinæ acutæ. Signa ardoris urinæ ſunt punctio, aut mordicatio ſenſata in capite uirgæ, aut in peritoneon quando mingitur, & etiã poſt mictum, ſed quod ſit ab acuitate urinæ, cognoſcitur ex defectu aliarum cauſarum, quarum ſigna ponentur, & ſi urina ſit citrina indicatur quod ei ſit admixta cholera. Si uerò alba quod ei ſit admixtio phlegmatis baurachij, & quodcunq; ei admixtum potens facere ipſam acutam facile cognoſcitur poſt eius reſidentiam, ſiue ſit ſanies, ſiue lapis, & quodcunque huiuſmodi. Sed quod ſit ab excoriatione, uel ulcere in locis iam dictis, cognoſcitur per exitũ ſanguinis, aut ſaniei, aut utriuſque cum punctione & mordicatione in locis dictis, hoc addito quod in membro ſuperiori non præceſſerit ſoluta continuitas, à quo talis ſanguis, aut ſanies poſſit emanare, nec etiam ſanies illa deſcendat à concauitate uenarum abſque ulcere ſicut plerunque accidit ſanis nõ exercitatis, ſecunda primi cap. de ſignis ſubſtantiæ urinæ, hoc autem certificatur, quia ſi ardor præceſſit exitum ſanguinis, aut ſaniei ſignificatur ſolutionem continui eſſe in locis iam dictis. Si uerò exitus ſanguinis aut ſaniei præcedat ardorem, ueriſimiliter à membris ſuperioribus contingit. Et diſcernitur an membra ſuperiora ſint ulcerata, uel non ulcerata ex bona ualitudine, aut aduerſa, necnon ex ſignis ulcerum cuiuſcunque membri aut priuatione ipſorum. Quod uerò ſit à ſcabie cognoſcitur ex uſtione urinæ, fœtore eius, & dolore uehemẽti cum pruritu & ſedimine furfureo. Et cum diuturnatur quandoque exit humiditas, & quandoque aliquid ſanguinis, ſicut accidit in ſcabie mẽbrorum extrinſecorum. Signa uerò cauſarum ulceris & ſcabiei ſunt nota ex capitulis præcedentibus, & ex dictis in hoc capitulo. Quod uerò ardor urinę ſit ex defectu humiditatis in carnibus glandoſis cognoſcitur ex carentia aliarum cauſarum. Item ex cauſis defectus huius humiditatis, quarum ſermo pręceſſit. Signa autem cauſarum primitiuarum ſunt ipſarum præceſſio cum ſubſecutione ardoris.

Prognoſtica. Primum eſt Hip. 6. Aphoriſmorũ nephretici & circa ueſicam dolores laborioſæ ſanantur in ſenibus. Secundum, Raſis, & Auic. ardor urinæ cum perſeuerat, perducit ad ulcera in inſtrumẽtis urinæ. Tertium, ardor urinę in non ſenibus, aut nõ habentibus ſolutã continuitatem in inſtrumentis urinæ facile curatur, niſi ſequatur extremã conſumptionem humiditatis carnis glandoſæ. Quid autem futurum ſit in ardore ſequente ulcera inſtrumentorum urinæ, uidebitur in ſequenti capitulo.

CVm æger dum mingit ſentit ardorem, & punctionem in uirga. A ſalſis, & acetoſis, & acutis abſtinendus eſt, & nutriendus eſt ex tapheis lenibus & zibrebegi, & eorum ſimilibus. Hæc quoque medicina danda eſt ei: Recip. ſem. melonis excorticati drach. 30. citrulli, cucurbitæ, portulacæ, papaueris al. ſeminum ana. drach. 3. ſem. hyoſcyami, al. drach. 2. ſacchari albiſſimi ad pondus omnium pulueris horum quotidiæ drach. 3. in mane, & aliæ. 3. circa noctem cum uncia una ſyrupi uiolati, aut iulep ſumantur.

Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima notificat ardorem urinæ abſolute. In ſecunda ponit eius curationem ſecundum unam cauſam tantum. In tertia admonet medicum ut ſit diligens in curãdo ardorem urinæ, ſecunda ibi. A ſalſis & acetoſis, tertia ibi. Hæc quoque ægritudo. Quę dicit in prima parte nota ſunt. In ſecunda dicit quod abſtinere debet à ſalſis & acetoſis, & acutis, quia augent mordicationem, & nutriendus eſt tapheis lenibus, id eſt, quæ habent lenire humectando. Eſt autem taphea duplex. Quædam alba & fit ex carne & iure. Quædam uiridis, & fit ex ſupraſcriptis cum aliqua herba dante colorem uiridem, & zebengi, uel zibrebegi. Et eſt taphea mixta cum ouis & ſimilibus, ſcilicet humectantibus. Hoc quoq; medicamen dandum eſt. ℞. ſem. melonis excorticati. ʒ. 30. ſem. citrulli, ſem. cucu, ſem. portul. ſem. papaueris albi omnium añ. ʒ. 3. ſem. hyoſcyami albi. ʒ. 2. ſacchari albiſſimi ad pondus omniũ, de puluere eorum quotidie in potu. ʒ. 3. in mane dandæ ſunt, & totidem circa noctem, id eſt, per duas horas, aut tres ante cœnam cum ℥. 1. ſyr. uiol. & aliqua aqua conueniente, ſicut decoctio hordei, liquiritię, & ſebeſten, aut cum. ℥. 1. iulep, id eſt, aquæ ſacchari.

Hæc ergo ægritudo non eſt paruipendenda, quia cum ſit manſiua & perſeuerans proueniunt ex ea in ueſica, & inſtrumentis urinalibus ulcera.

Hic admonet medicum ut ſit diligens in cura huius ægritudinis, ut patet.

Cura,

Cura. Hic tantummodo ordinabo curam ardoris ab acuitate urinæ. Et propter defectum humiditatis glutinoſæ. Et tertio pendentis à cauſis primitiuis. Reliquarũ cauſarũ cura pertinet ad ſequens capitulũ.

Cura ergo ardoris ab acuitate urinæ exigit duplicem intentionem. Prima euacuat humorẽ acuentem urinam, & ipſum diuertit ad regionem aliam. Secũda alterat diſcraſiam calidam & ſiccam mẽbrorum humidorum, & aquoſitatis. Prima autẽ intentio completur exhibendo. ℥.1. florum caſſiæ, aut. ℥.1. &.s. mannæ cum ſero caprino, aut aqua decoctionis ſebeſten, & prunorum. Et poteſt cum his miſceri ſyrup. aut iulep uiol. Et apud me nihil ponatur quod ſit diureticum, ne humores deriuentur ad uias urinæ. Et potio hic poteſt aliquando replicari. Diuertunt etiam & euacuantur humores cum uomitu ſecundum ipſorum exigentiam, & eſt præſtans medicina maximè ægro nauſeante, & propriè cum eſt facilis ad uomitũ ſint tamẽ uomitiua non acuta, ſicut oximel cũ aqua hordei. Item conferunt clyſteria alterantia & diuertentia facta, ſcilicet ex lacte cum oleo uiol. & caſſia, & ſimilibus eiuſdem intentionis. Et ſanguine dominante, aut etiam ſubdominãte ſi alij humores ſint ipſi admixti apti cum ipſo euacuari fiat phlebotomia communiter ex baſilica, aut ex ſaphenis materia exiſtente plurima, & maximè cum mouetur ad ſuperiora, aut ſi in cauſa fuerit retẽtio ſanguinis menſtrualis, aut hæmorrhoidalis. Prouocatio etiã ſudoris optimè cõfert euacuando & diuertendo. Dubitatur utrũ diuretica ſiue euacuantia per urinam conueniant. Et uidetur quod ſic ex Raſi & cæteris qui adminiſtrant ſemina cõmunia, & alia diuretica ut dicit Auic. in cap. de ardore urinæ. Et ſi nõ fuerint ulcera nec ſanies, tũc melior cura eius erit exuberatio urinæ conſequenter extrahẽdo ſuperfluitates cum ſolutione ſubtili, id eſt, poſtquã extraxeris ſuperfluitates cum ſolutione &c.

Tertio aliquãdo oportet educere ſuperfluitates quę ſunt in membris urinalibus quæ melius educuntur cũ diureticis. Quarto quanto urina eſt maioris quantitatis minorem facit ardorem ut docet experientia quare multiplicanda eſt. Et confirmatur quià quanto magis multiplicatur eſt minoris acuitatis ut declarat ſenſus & ratio.

In oppoſitum quia diuretica ducunt humores ad inſtrumenta urinæ & cogunt frequẽter mingere, hoc tamen eſt uehementer nociuum. Amplius Auicenna in capitulo de cura ulcerum in renibus & ueſica dicit, & minoratio potus aquæ, ut minoretur neceſſitas mingendi, & minoretur motus renum ab eo quod peruenit ad eos, & eorum raſio per iſtud, canon enim curationis ulcerũ eſt quies. Credo in hoc dubio iſta eſſe tenẽda. Tenendum primo tam in ardore urinę quam in ulceribus membrorum urinalium aliquando competere diuretica, tum ad ducendum uirtutes medicinarum ad loca illa, tum ad euacuãdum ſuperflua contenta in meatibus ipſorum quę aptiſſime per eandem regionem euacuantur. Tenẽdum ſecundo de intentione Auicennę, quod leuiora debent adminiſtrari in ulcere ueſicæ quã ardore eius ſequente acuitatem urinæ, nam diuretica inquietant membra ulcerata, & canon curationis ulcerum eſt quies. Tertio tenendum, quod in ardore urinæ ſequente paucitatẽ humiditatis glutinoſæ non competunt diuretica.

Quarto tenendum quod exuberatio urinę in ardore eius eſt melior cura eius, non quidem facta per diuretica, ſed potius per cibos & potus multiplicantes aquoſitatem urinalem, ſicut cucurbitæ, & ſimilia, & conſequenter potum aquæ frigidæ in eo conuenire niſi aliquid craſſum cum urina mixtũ impediat, non ſic in ulceribus membrorum urinalium, cum omnis potus ſuperfluus uini & reliquorum in ulceribus horum membrorum uitandus eſt. Contraria autẽ huius determinationis facile ſoluuntur. Secunda autẽ intentio, ſcilicet alteratio diſcraſiæ perficitur regimine medicinali & ſex rerum, & ex medicinis perficientibus hanc intentionem eſt puluis Raſis, ſed præter hunc quædam alia ſubiungetur, ſcilicet trochiſci, ſyrupi, & aquæ, deſcriptio trochiſci ad antiquos ardores urinæ cum patientes coguntur frequenter mingere cum multo dolore. ℞. medullæ, ſemin. citrulli & cucurbitæ añ. ʒ.4. ſemi. lactucæ, & portulacæ ana. ʒ.2. ſucci liquiritiæ, glandium ana. ʒ.1. roſ. ʒ.s. uiolarum lentium excorticatarũ ana. ℈.1. terantur & cum ſucco portulacæ, & mucilagine pſilij fiant trochiſci quorum quilibet ponderet. ʒ.1. &.s. exibeatur cum lacte, aut decoct. hordei, ſebeſten, & ſimilium, & ſi uis magis cõſtringere compone cum ſucco hypociſthidos.

Syrupus. ℞. ſucci endiuiæ, lactucæ, caudæ equinæ, ana. partem. 1. bulliant continue diſpumando, quibus deſpumatis adde ſucci cucumeris, & lactis, ſemi. communium frigidorum, & aquæ uiolatæ añ. partẽ s. bulliant lento igne, & cum ſaccharo albo fiat ſyrupus longus, de quo dentur mane & ueſpere. ℥.4. pro uice. Sed nota quod ex præſtantibus ſyrupis, eſt ſyrupus de papauere cuius. ℥.2. ſumãtur cum aqua decoctionis hordei mundi, ſebeſten, & liquiritiæ in mane, & medietas in ueſpere, aut ſumantur cum ſucco cucurbitæ, bullito ad conſumptionem tertiæ partis.

Et aqua facta ex decoctione ſebeſten & quatuor ſeminum communium frigidorum, papauere albo, & liquiritia eſt præſtans, & ſi ardor eſſet ex humore craſſo urinæ permixto, tunc ualde cõuenit aqua ſublimationis acori, & florum maluæ bibita omni die, cuius doſis ſit. ℥.3. quæ exhibeantur bis in die in ieiuno.

Et ſi ardor eſſet uehemens, eſſet neceſſarium adminiſtrare aliquid de ſtupefacientibus fortibus, ſicut de trochiſcis alchechengi, prius tamẽ tentatis leuioribus, ſcilicet papauere exhibẽdo omnia permixta cũ aqua, aut ſyrupo eius, hæc etiam intentio perficitur cum iniectis & applicitis. Simplicia ſunt ſemina quatuor, albumen oui, ſiue aqua eius poſt fortem eius cõquaſſationem, lac mulieris, aſinæ, aut caprę, mucilago pſilij, & ſemi. citon. oleum nenupharinum. Sed compoſitum auxilium optimum ſic ſit. ℞. ſemi. pſilij, & citon. integrorum ana. partes æquales, & pone ea in ſucco cucurbitæ calido, & ſtent in infuſione quouſq; poſſint extrahi mucilagines quæ extractę bulliant cũ oleo uiol. mandragorato, papauerino, nenuph. dein de ponantur in eis lac mulieris, lactantis puellã quam peperit, & albumen oui recentis, & fiat horum agitatio & conquaſſatio. Et ultimo addatur camphoræ parum, & fiat horum ſimplicium, ſiue compoſitorũ frequens iniectio in uirgam & ueſicam, caue tamẽ ne iniiciantur cum dolore, nam forte ſequeretur maius nocumentum quam utilitas.

Quapropter ſyringa ſit ſubtilis & aptiſſima quam æger

æger ſibi imponat, aut imponatur ab artifice bene experto, & operante cum leuitate.

Sed ab extra epithimentur, aut ungantur renes, femur, & peritoneon. ℞. oleorum uiolarum, nenupharini, lotorum, cum ſuccis endiuię, plantaginis, & ſemperuiuæ añ. ℥.1. lactis mulieris. ℥.s. mucilagin. pſilij. ℥.1.s. camphoræ. ℈.1. ceræ albæ quantum ſufficit fiat unctio quę eſt conferens ualde quando ardor eſt cum difficultate mingendi. Item cum impediretur urina emplaſtretur femur, aut peritoneon cũ umbilico ueneris decocto, item ualet fomẽtatio cũ ſapa in qua decocta ſint urtica, paritaria, & malua, & in uehementia ardoris iniiciantur in uirgã narcotica, ſcilicet aliquid de ſemine hyoſciami albi, aut opij, & pone in capite uirgæ de aqua roſata, in qua diſſolutum ſit opium, cuius aliquid per foramen ingrediatur. Agentia autem à proprietate ſunt ueſica tauri, & ueſica caprę puluerizatæ, & puluis miſceatur cum his quæ iniiciuntur in ueſicam.

Cura uerò ardoris ſequentis defectum humiditatis glutinoſæ perficitur prohibendo coitum, & remouendo omnes cauſas corpus exiccãtes, & adminiſtrãdo omnia humectantia qualitatiue & ſubſtantifice interius & exterius. Sed cura ardoris urinæ ſequentis lapidem, aut arenulas manifeſta eſt ex cura lapidis de qua ſermo præceſſerit. Cura autem ardoris urinę ſequentis ſolutionem continui ponetur in cap. ſequẽti.

Regimen autem ſex rerum complens hanc intentionem ſecũdam eſt infra ſcriptum. Aẽr declinet ad frigidum & humidum, nec ſit multum opertus pannis ſecundum renes, aut regionem ueſicæ, non tamen multum frigeat ſecundum ueſicam. Cibi eius declinent ad frigidum & humidũ, & ſint inſipidi, aut paucæ dulcedinis, & uitentur acuta, amara, ſalſa, aceroſa, & multum dulcia. Item multum ſtiptica, aut uiſcoſa propriè quando urinæ eſſet admixtum aliquid craſſum de genere humoris lapidis & ſimilium. Et uitẽtur multum aperientia & prouocantia. Panis eius ſit ex optima farina frumenti parum fermentatus nõ ſalitus. Vinum eius ſit pauciferum mediocris ſubſtãtiæ bene clarum unius anni tantum, & limphetur cũ aqua bene cõditionata, aut aqua decoctionionis hordei, & ſebeſten, & ſimilium, aut bibat aquam ſolam ſimplicem, aut decoctionis rerum dictarum. Et potus lactis eſſet præſtans niſi adeſſet febris putrida. Fercula ex ouis & lacte conueniunt, aut ex pane loto, & ouis ſecundum communem uſum ex granis conuenit hordeum, ptiſana, hordeacea robile, aut horum chiſt. Ex herbis conuenit lactuca, ſpinachia, blitis, endiuia, malua, borago. Item cõuenit cucurbita, pepon melon, indus, cucumer, citrullus. Ex fructibus conueniunt pruna, perſica, poma, pineæ præparatæ, uitentur ficus ſiccæ & humidæ. Item uuæ recentes, ſed ſiccæ conueniunt. Oua conueniunt, lac, butyrum recens, capita lactis caſeus recens, non ſalitus nouiter factus, & conuenientes ſunt pulli, & cęterę aues bene cõditionatæ. Ex quadrupedibus uituli lactentes agni hœdi, & ſimiles, & communiter comedantur diææ. Oleum amygdalinum eſt cęteris oleis melius. Notabiliter dormiat, procuret euacuationes naturales. Fugiat coitum. Sit quietus animo & corpore.

DE MICTV SANGVINIS ET SANIEI. Cap. CVII.

PRimo agetur de mictu ſanguinis. Poſtea de mictu ſaniei. Pro notitia primi eſt ſciendum quod ſanguis uel ſimile ſanguini quod mingitur eſt quadruplex. Aliquãdo mingitur ſanguis uerus & complete ſolus, ſicut in ruptura aut apertione uenę emulgentis, aut uenę in ueſica propter percuſſionem, equitationem fortem aut alias cauſas corporeas, aut primitiuas, & hic aliquãdo licet raro procedit ex membris quæ ſunt ſupra renes & ueſicam, ſicut eſt epar, aliquando ex corpore toto propter repletionem multam ſanguineam, quare ſeparatur continuitas uenarum, aut aperiuntur, & aliquando ſequitur corroſionem, uentoſitatem, tetanum, aut ſpaſmũ fortem, & cauſas primitiuas, ſicut & ille qui mingitur à membris urinalibus, & ſit mictus ſanguinis, aliquãdo propter ſubtilitatem eius unde currit, quia ſuperfluus, & quia non eſt ei eſſentia. Secundo mingitur ſanguis permixtus aquoſitati urinali propter debilitatem uirtutis epatis, uel renum non ſeparantis uerũ & completum ſanguinem ab aquoſitate, unde taliter mixtus deſcẽdit ad ueſicam & mingitur. Mictus autem ſanguinis permixti humoribus craſſis plurimũ ſit propter debilitatem renum. Tertio mingitur aliquid ſimile ſanguini, ſcilicet quando caro epatis, aut renum liqueſit quæ rediens in liquorem ſimilem ſanguini mingitur. Quarto eſt mictus rei deficientis à cõplemento ſanguinis, eſt enim chylus diminute ſanguificatus, aut ſanguis diminute digeſtus, & hoc accidit ex debilitate uirtutis digeſtiuæ epatis, & talis in colore & ſubſtantia aſſimilatur loturæ carnis recentis.

Secundo ſciendum, quod aliquando eſt mictus ſanguinis ſecundum uiam mundificationis ſuperfluitatum etiam in corpore ſano, qui eſt quandoque habẽs periodos, & circuitus in quibus redit & aliquãdo nõ redit, & aliquando ſit mictus ſanguinis, uidelicet ſymptomaticus, & aliquando eſt criticus exiſtens terminus alicuius ægritudinis. Mictus autem rei ſimilis capillis plurimum ſit cauſa debilitatis digeſtionis uenarum, & quandoque eſt ualde longa quaſi duobus palmis, & quadoque eſt decliuis ad albedinem, quandoque ad rubedinem, & non prolongatur niſi cauſa ſuæ generationis in inuolutionibus uenarum renum aut aliorum, & ex cibis craſſis, & generibus lactis, & granis, ſicut fabis, & ſimilibus, & non eſt in mictu eius de timore ſecundum quod terretur cor ex aſpectu.

Vrinæ autem craſſæ minguntur, aut cauſa mundificationis & criſis quam ſequitur alleuiatio, & quandoque ſiunt propter multitudinem humorum craſſorum propter debilitatem digeſtionis. Vrinæ uerò pinguis facilis exitus ſignificat liquefactionẽ adipis. Mictus uerò puris aut ſanguinis permixti puri, quandoque ſit propter ruptionẽ adubelet in membris ſuperioribus pulmonis & pectoris, & epatis, aut propter apoſtema ruptum in mẽbris urinæ, aut propter ulcera in eis, & quandoque ſit in ſanis non exercitatis abſq; ulcere, ſicut dictum fuit ſuperius. Et ex his iam manifeſtæ ſunt ſpecies & cauſę mictus ſanguinis & ſaniei, quid nominis autem & quid rei ſatis nota ſunt. Signa mictus ſanguinis puri ueri cognoſcitur ex colore & modo ſubſtantiæ, & quia nõ eſt ei permixtio aquoſitatis.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.248

aquoſitatis aut aliorum humorum. Quod uerò fit ex ueſica, cognoſcitur per nocumenta ueſicæ ex dolore, & ſimilibus, & quia ſanguis ueniens ex ueſica eſt paucus, habet .n. ueſica uenas paruas, in quibus paucus ſanguis cõtinetur ſolũ ſufficiens ad nutrimentum eius. Mictus uerò ſanguinis ex renibus, cognoſcitur quia eſt multus maximè quãdo uena rumpitur. Sunt enim uenæ uenientes ad renes magnæ, multum ſanguinem deferentes non ſolum ſufficientem pro nutrimento ipſorum, ſed aliorum membrorũ, & ſunt magis paratæ eruptioni, quia non ſunt boni ſitus æqualis, imò eleuatæ ſupra partes in quibus continentur. Sed uenæ ueſicæ ſunt conſeruatæ, alias contentę non expoſitæ ſciſſioni & eruptioni cum ſitu ſuo. Quod uerò mictus ſanguinis ueniat ex epate & mẽbris alijs ſupra renes & ueſicam, cognoſcitur ex carentia nocumentorum renum & ueſicæ, ex præſentia cauſarum potentium facere in eis rupturam, aut apertionem uenæ ex qua ſequatur mictus ſanguinis, ſicut eſt repletio & ſimiles ſtatim dictæ, & ille qui eſt propter apertionem uenarum fit ſine dolore, & eſt paucus in principio licet fortè poſtea augeatur, & eſt mundus & ſyncerus. Sanguis uerò eruptionis & ſciſſionis eſt multũ in principio & poſtea aliquando minoratur, & aliquando non eſt mundus, aut ſyncerus, cum ſequatur ulcera, aut corroſionem, imò ſi eſt corroſio eſt paulatim ad nigredinem decliuis, & quandoq; eſt cum eo foetor, & ſequitur alias ęgritudines, & multotiẽs ſunt cum eo cortices, & ſanies & pus, quod ſi eſt cum ulceræ abſq; corroſione ſaltem eſt cum eo ſanies aut pus. Mictus autem ſanguinis permixti aquoſitati cognoſcitur, quia apparet aquoſitas ipſi permixta, & aliquando ſanguis reſidet in fundo urinalis, aut ſaltem ſi coletur per petiam deſcendit aquoſitas & remanet ſanguis, & per hoc diſtinguitur à mictu ſanguinis diminute decocti, qui neque reſidet, neque colari poteſt ab aquoſitate, licet ambo cõueniãt in hoc quod ſunt, ſicut lotura carnis. Diſtinguitur autem an ueniat ex epate uel renibus, quia ueniens ex renibus magis tendit in albedinem & eſt magis craſſa. Veniẽs autem ex epate magis trahit ad rubedinem, & eſt ſubtilior & ſimilior ſanguini, mictus autẽ rei ſimilis ſanguini quæ eſt ex ſubſtantia epatis, aut renis liquefacta cognoſcitur ex cauſis præcedentibus, ſcilicet febribus colliquãtibus: item ex cauſis primitiuis multum calefacientibus: item quod mingitur eſt tenue ſicut aduſtum, & quod eſt ex liquefactione epatis magis tendit in rubedinem & econtra, quod eſt ex liquefactione renũ magis in albedinem cum minori rubedine. Mictus autem ſanguinis propter tenuitatem eius ſignificatur quia ſanguis qui egreditur mingendo, & per phlebotomiam eſt ualde tenuis, & non ſunt ſigna aliarũ cauſarum, locus autẽ ſaniei & ulceris cognoſcitur per dolorem ſi fuerit membrum doloroſum, & cognoſcitur per ſigna ægritudinum in quibuſcunque mẽbris exiſtant, ſicut per ſigna apoſtematis, aut dubelati, aut ulceris, aut repletionis, & cognoſcitur ex uia cõmixtionis, nam quanto locus ulceratus magis eſt alteratus, eſt ſanies, aut ſanguis inde egrediens maioris commixtionis, & quanto inferior minoris & maioris ſeparationis ab alijs quæ ſecum aliquando miſcentur, ſicut eſt urina, & ſi ambo egrediantur ex eodem ulcerę in loco inferiori magis ſunt adinuicem ſeparata, ſiue rò ex loco alto magis ſunt adinuicem permixta. Ille autem qui eſt propter cauſas uicinas uirgę, aut in uirga antecedit urinam, & elongatus à uirga poſtponitur ab urina, aut permiſcetur ei uehementer. Apoſtemata autem & ulcera cuiuſcunque membri cognoſcuntur per ſigna & accidentia própria, ſed diſtinguitur an ſanies quæ mingitur ſit ex ulcere aut apoſtemate, nam quę eſt ex apoſtemate mingitur ſubito in magna quantitate, quæ uerò ex ulcere paulatim, & multotiens ex lõgo proceſſu perducit ad excoriationem & ardorem partes per quas tranſit. Expulſio autem critica cognoſcitur, quia eſt ſubita, & cum alleuiatione & fortitudine, ſymptomatica uerò ſine his. Signa uerò mictus rei ſimilis capillis, & pinguedinis, & rerum craſſarum ſunt ipſe res quæ minguntur.

Prognoſtica. Primum Auic. autoritatę Hippo. Cum mingitur ſanguis ſine dolore aut eſt paucus in horis quibuſdam non eſt malum. Cum autem perſeuerat fortaſſe accidet febris & mictus puris. Secundum, mictus puris ex ulcere epatis, aut fundi ueſicę ſecundum plurimum mortalis. Ex ulcere uerò renis, aut colli ueſicæ frequenter ſalubris. Tertium, cuius ren porus uritis, aut ueſica diſrumpitur moritur.

Quartum, mictus rei ſimilis capillis pinguedinis, aut rerum craſſarum ſecundum plurimum ſanatur.

CVm aliquis propter caſum uel percuſſionem ſanguinem minxerit, ex baſilica minuatur. Et trochiſci qui dicuntur trochiſci de charabæ tribuantur, qui Recip. charabæ, gummi, tremulæ arboris ana. drach. 5. balauſtiarum, hypochiſtidos ana. drach. 2. & .s. olibani drac. 2. ſem. apij, opij ana drach. 1. formentur trochiſci pondere aur. 1. ex quibus unus in die cum apozemate ſumach tribuatur.

Ad comedendum uerò tribuantur carnes coctæ cum ſumach, & carnes coctæ cum ſucco uuæ acerbæ. Abſtineat à nutrientibus acutis & ſalſis. Loco uerò percuſſionis ſuperponatur emplaſtrum ex bolo armeno, & acatia, & aloë, & litio confectis cum aceto & aqua.

Hic Raſis primo agit de mictu ſanguinis. Secundo, de mictu ſaniei, ſecunda ibi. Pus uerò ſi minxerit.

Prima in duas. In prima curat mictum ſanguinis ſequentis caſum, aut percuſſionem. In ſecunda curat mictum ſanguinis ſequentem cibos & potus acutos, ſecunda ibi. Si autem ſanguinis mictus euenerit.

In prima parte dicit, cum aliquis propter caſum, aut percuſſionem minxerit ſanguinem phlebotometur ex baſilica, ætate ſcilicet & reliquis conſentientibus, de hac tamen uberius dicetur cum ordinabo curam, deinde dentur trochiſci de charabæ ad conſtringendum,

præcedente tamen aliqua mundificatione, ſi fuerit expediẽs de qua dicitur. ℞. charabe, gummi, tremulę arboris, id eſt, granati ſylueſtris ana ʒ. 1. balauſtiarũ, hypociſthidos ana ʒ. 2. s. olibani ʒ. 2. ſem. apij, opij, ana ʒ. 1. Ex iſtis puluerizatis formẽtur trochiſci cum ſucco ozimi, quorum quilibet ſit aur. unius, ex quibus omni die unus exhibeatur diſſolutus cum decoctiõe ſumach in ieiuno, hęc. n. ſunt conſtringentia, partim ſtipticitate, partim uiſcoſitate, opium autem compingendo, ſed ſemen apij ponitur ut ducat uirtutes medicinarum ad locum, ſed ad comedendum tribuatur caro cocta cum ſumach, & caro cocta cum ſucco uuæ acerbæ, hæc enim conſtringunt frigiditate, ſiccitate, ſtipticitate. Abſtineant a cibis acutis, & ſalſis, ſuper loco uero percuſſionis ponatur emplaſtrum ex bolo armeno, & acatia pro qua ſumitur ſuccus prunellorum, aloë, & litium quod eſt ſuccus arboris quæ habet folia ſimilia buxo. Et fructus eius eſt ſimilis piperi, hæc autem ſumpta in æquali doſi, & mixta cum aqua, & aceto, & ſuperpoſita loco percuſſo optime ſanguinem conſtringunt. Et ſi uis magis infrigidare, auge frigida, ſcilicet bonum & acatiam.

Si uero ſanguinis mictus euenerit poſt comeſtionem ciborũ acutorum, aut potum uini acuti, phlebotometur æger & trochiſcos de charabæ in potu ſumat, & eodẽ quo diximus gubernetur regimine.

Hic curat mictum ſang. ex ſumptiõe rerum acutarum, ſicut alliorum, ſinapis & uini potentis &c. dicens ęgrum eſſe phlebotomandũ, & ipſi eſſe tribuendum de trochiſcis, de carabe prædictis. Et reliquo regimine ſupraſcripto eſſe regendum.

Pus uero ſi minxerit ægro trochiſci iſti dandi ſunt. Recipe melonis, citrulli, cucurbitæ abſque corticibus omnium drachmas uiginti, boli armeni, gummi arabici, thuris, ſang. drac. omnium ana drachmas decem, opij drachmas tres, ſeminis apij, drachmas duas, informentur trochiſci pondere drach. duarum, ex quibus omni die unus cum ſyrupo de papauere tribuatur unciam unam in potu. Virgæ quoque ex iſto collyrio immitatur. Collyrium de ceruſa. Recipe ceruſæ, ſarcocollæ, olibani, gummi arabici, opij, ſanguis draconis, omnium partes æquales fiant ex eis collyria, & per ſyringam prius fiat iniectio ex hydromelle, et mingat æger, et poſt eius egreſſionem fiat iterũ iniectio iſtius collyrij diſſoluti in lacte aſinæ.

Hic curat mictum puris ex ulceribus maxime renum & ueſicæ, dicens eſſe ęgro tribuendũ de his trochiſcis. ℞. ſem. melonis, citrulli, cucurbitæ abſq; corticibus añ ʒ. 20. boli armeni gũmi arabici, thuris, ſang. drac. ana ʒ. 10. opij, ʒ. 3. ſem. apij, ʒ. 2. formentur trochiſci duarum drach. ex quibus omni die unus cum ſyrupo de papauere ℥. 1. in potu tribuatur. Virgæ quoq; ex iſto collyrio immitatur. ℞. ceruſę, ſarcocollæ, olibani, gummi arabici, opij, ſang. drac. ana partes ęquales fiant ex eis collyria, id eſt ſieff, quibus hoc modo utendum eſt.

Primo. n. fit iniectio ex hydromelle ad mundificandum, & mingat ęger, & poſt eius egeſtionẽ fiat iniectio iſtius collyrij diſſoluti cum lacte aſinę ad cõſolidandum & dolorem mitigandum.

Hoc diuinũ opus imperfectũ nobis reliquit clariſſimus Phyſicus Ioan. Arculan. qui dum in florentiſſimo Ferrarienſi gymnaſio publice medicinam legeret, ac indies hoc ipſum opus ſtuderet abſoluere, dira atque acerba morte interceptus eſt, cum tamẽ iam pridem de mola matricis ac hernia, deq; iũcturarum doloribus materiam plene abſoluiſſet. Cuius quidẽ admirnadi uiri ſepulchro huiuſcemodi inſcriptus eſt epigramma.

Qui iuſtæ uitæ meritis, & philoſophiæ
Summa arte ac ſtudio gloria ſumma fuit.
Ipſam qui uere medicinam nouit, & ægris
Si qua fuit, ſolus ſpesq; ſalusq; fuit.
Reges & populos deflenda morte Ioannes,
Orbatos linquens conditur hoc titulo.

DE MOLA. Cap. CVIII.

MOla dicta a molin perſice idẽ ſignificante q; parturitio carnis. Latine eſt prægnatio mendoſa, in qua non foetus ſed fruſtum carnis, uentoſitas, aut aquoſitas, aut humoris diuerſi in matrice continentur.

Ex quibus infertur quod mola eſt quadruplex, ſcilicet carnoſa, uentoſa, aquoſa, & humoralis. Eſt autem carnoſa morbus in numero. Reliqua autem reducuntur ad morbum in complexione & compoſitione.

Cauſæ carnoſæ quę proprie eſt mola, eſt duplex materialis & efficiens, omitto finalem & formalem, quarum conſideratio ad philoſophos pertinet. Cauſa materialis carnoſæ eſt ſanguis menſtruus in concauo matricis contentus. Cauſa efficiens eſt uirtus augmentatiua concurrente caliditate & ſiccitate matricis conuertens hunc ſanguinem in carnem quæ caro nullius animalis formam, aut ſimilitudinem gerit, & habet ſolum animam uegetatiuam. Secunda cauſa eſt ſperma muliebre quod aliquando in ſomnis inijcitur in concauum matricis, aut alijs modis mulieribus notis, quod permiſcetur cum ſanguine mẽſtruo ipſum extendens & in carnem conuertens. Sed propter defectũ uirtutis informatiuæ non acquirit formam hominis, nec alterius animalis, & ſic remanet informe nullam gerens ſimilitudinem alicuius animalis. Tertia cauſa eſt aliquando ſperma uirile non habẽs ſufficientẽ uirtutẽ informatiuam, q; permixtũ cũ ſanguine mẽſtruo licet dilatet & extẽdat, non tñ lineat ipſũ & figurat ſcdm humanę animę exigẽtiam.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.249

Cauſæ uero molæ uentoſæ materialis eſt phlegma, aut alius humor uentoſabilis exiſtens in matrice. Cauſa uero efficiens eſt caliditas matricis ipſum potens uentoſare, nō autem uentoſitatem inde genitam reſoluere. Secundo poſſet hæc uentoſitas genita ex errore digeſtiuæ epatis, ſicut in tympanite deferri ad concauum matricis, ſicut in tympanite defertur, aliquando in uentrem contentiuum membrorum naturalium. Tertia cauſa poteſt eſſe uentus ueniens de foris ingrediens matricem per uias manifeſtas uel occultas. Cauſæ uero molæ aquoſæ, ſunt aliquando aquoſitas genita ex errore digeſtiuę epatis quæ cum ſanguine tranſmittitur ad matricem. Sed ſanguis cedit in nutrimentum eius. Aquoſitas uero effuſa ad concauum eius & ibidem retenta propter clauſionem colli matricis, ſicut fit in prægnatiōe uera eſt cā molę aquoſę quę in dies ex eadem cā augēdo ꝓcedit.

Secundo multiplicatur aquoſitas in matrice per uiam paulatim factæ cōgeſtionis ex ſuperfluitate nutrimenti eius non expulſa. Cauſa uero humoralis eſt multitudo humorum ſecundum plurimum permixtorū cum ſanguine qui ad matricem delati effunduntur ad concauum eius per orificia uenarum menſtrualium & ibidem retēti et in dies aucti faciunt molam. Vidi tamen ſemel molam ab humore phlegmatico, craſſo ad ſimilitudinem pultis factæ per ſuperfluam milij decoctionem in aqua, quę tantum excreuit, ut poſt mortem patientis facta anatomia eſſet maioris quantitatis & ponderis quam reſiduum corporis ipſius.

Sed pręter hęc ſuperflua aliqñ in matrice cōtenta quæ ſunt cauſa molę ut ſupra reperiuntur uermes in matrice in notabili quãtitate geniti ex phlegmate putrido, qui tamen non debent dici mola cum ex ipſis non ſit aptus tantus tumor prouenire ut aſſimiletur prægnationi.

Si tamen ad aliquam ſpeciem molæ eſſent deducendi ad ſpeciē molę carneę reducerentur. Reperiuntur quoq; quandoq; in matrice ſimul cum fœtu animalia diuerſarū ſpecierum, ſicut bufones, & ſimilia, & proprie in regionibus Auſtralibus & Occidentalibus, quæ ſunt genita ex concurſu ſpermatis uiri poſt ueram prægnationem permixti cum ſanguine menſtruo concurrente in fluxu ſupercœleſti ad horū animalium generationem quæ cum ſint uenenoſa, ſi mordeant fœtum, ſicut aliquando accidit in partu moritur fœtus.

Nunc ſupereſt ut ponant̃ ſigna. Sed primo ponantur ſigna diſtinguentia inter pręgnationē ueram & ſpecies molæ. Secundo ſigna diſtinguētia unam ſpēm ab altera. Tertio, ſigna diſtinguentia inter ſpeciem molæ, & ſpeciē hydropiſis, ex quibus apparebit differentia inter ueram prægnationem & ſpecies hydropiſis, hęc.n. magna inueſtigatione digna ſunt cū plerumq; ex eorū ignorãtia accidãt errores malę corrigibiles & uituperia nō pauca medicis, & nō mirū.

Nam multum aſſimilantur uere prægantes molaticis in retẽtione menſtruorum, alteratione coloris, nocumentis ſtomachi, concluſione oris matricis, inflammatione mammillarum, tumore uentris, qui augetur quotidie ad tempus naturalis partus, ſed in partu error detegitur cum molatice non fœtum, ſed fruſtum carnis aquoſitatem, uentoſitatem, aut humores diuerſos emittunt.

Signa ergo diſtinctiua inter ueram impręgnationem & molam carneam ſunt quinque. Primum, quia fœtus poſt tertium menſem uſq; ad tempus partus moueť ex ſe & ad diuerſas, imò ad oppoſitas differentias, mola uero carnea minime, imò non mouetur niſi poſt cōpreſſionem fortem. Secundum, quia maior durities eſt in mola carnea, quam in prægnatione uera cum fruſtum carnis ſit aliquando ita durum ut uix ſcindi poſſit. Tertium, quia extremitates, ſcilicet manus et pedes patientis molam carneam ſunt molles, ſicut undimiati propter errorem digeſtiuæ quæ magis accidit in extremis quam in alijs partibus, & non eſt ita in prægnante, cum uirtus digeſtiua ſit fortior. Quartum, in mola carnea totum corpus extenuatur ex debilitate digeſtiuę, non ſic in prę gnatione uera. Quintum, patiens molam eſt ſecundum plurimum debilior in omnibus operationibus quam uere prægnans. Diſtinguitur autem inter molam carneam, & fœtum mortuum, quia in reuolutione de latere ad latus, fœtus mortuus cadit ad latus ad quod uenter inclinatur, ſed mola carnea non mouetur a ſuo loco. Sunt & alia ſigna fœtus mortui, ſicut frigiditas ſuminis, & reliqua uidenda capitulo proprio. Signa uero diſtinctiua inter ueram imprægnationem, & molam uentoſam ſunt quinque.

Primum, quia in prægnante tumor & durities ſunt magis in una parte determinata, & ſi duo fœtus in duobus lateribus matricis contineantur apparet in illis durities & tumor. In medio uero apparet mollities per quã diſtinguitur inter duos fœtus, ſed in mola uentoſa, fere æqualis apparet tumor & uniformis in omnibus partibus eius. Secundum, quia in mola uentoſa eſt leuitas cum dolore extenſiuo, & interdum perforatiuo quæ non ſunt in uera prægnante. Tertium, mola uentoſa cum tumore notabili accidit in paruo tempore non ſic in prægnante. Quartum, tumor ille aliquando notabiliter creſcit aliqñ decreſcit in paruo tempore non ſic in prægnante. Quintū, cum percutitur uenter ſonat ut tympanū in mola uentoſa, non ſic in prægnante.

Signa diſtinctiua inter ueram prægnationem & molam aquoſam, ſunt quinq;. Primum, quia in uera prægnatione ſunt tumor & durities in una parte determinata, ſcilicet ubi eſt fœtus, & ſi ſunt duo fœtus apparent in uentre, duo tumores, & duæ durities diſtinctę ſecūdum locū. Sed in mola aquoſa eſt mollities, & tumor uniformis per totū. Secundum, quia uere prægnans non eſt multum diſcolorata, ſed habēs molam aquoſam eſt ualde pallida cum mollitie quadam. Tertium, quia in mola aquoſa in motu & corporis reuolutione auditui ſonitus aquę motę, nō autem ſic in prægnante. Quartum, quia in habente molam aquoſam eſt ſumen & pecten, undimiatum cum magna mollitie quod non eſt in uere prægnante. Quintum, quia in habente molam aquoſam, aliquando egreditur humiditas aquoſa per uuluam, non ſic in prægnate.

Signa uero diſtinctiua inter ueram prægnationem, & molā humoralem ſunt duo. Primum, quia in uera prægnatione ſunt tumor & durities in una parte determinata ubi eſt fœtus, aut in pluribus ſi plures ſint fœtus. Sed in habente molam humoralem

eſt tumor

eſt tumor cum mollitie uniformis per totam regionem matricis. Secundum, quia in mola humorali egrediuntur per uuluam humores diuerſi quandoque mixti cum ſanguine, non ſic in prægnante, niſi cum uellet abortire.

Signa uero diſtinctiua inter ſpecies molę ſunt infraſcripta. Diſtinguiť ergo mola carnea uentoſa per ſigna quinque. Primum, quia in mola carnea eſt durities fortis & tumor in una parte determinata, ubi eſt fruſtum carnis, ſed in mola uētoſa eſt tumor & tēſio uniformis per totam regionem matricis abſq; duritie in aliqua parte determinata. Secundum, quia tumor in mola carnea uniformiter augendo procedit, ſed in mola uētoſa nunc tumor ſubito decreſcit, nūc augetur notabiliter. Tertium, quia in uentoſa ſonat uenter ſicut tympanum cum percutitur, non ſic in carnea. Quartum, quia accidit frequenter dolor extenſiuus & aliquando perforatiuus in uētoſa, non ſic in carnea. Quintum, quia adeſt leuitas in uentoſa, grauitas notabilis in carnea.

Sed diſtinguitur carnea ab aquoſa per quinq; ſuperius poſita per quę diſtinguiť uera pręgnatio a mola aquoſa. Similiter diſtinguitur mola carnea ab humorali per duo ſigna ſupraſcripta, per quę diſtinguitur uera pręgnatio a mola humorali. Signa uero diſtinctiua inter molā aquoſam, & uētoſam ſunt quinque. Primum, quia in mola uentoſa eſt tumor notabilis, & tenſio quæ facile non cedit cōprimenti, non ſic in aquoſa. Secundum, quia utraq; iacente ſupina in uentoſa eſt uniformis tēſio per totum, ſed in aquoſa deprimuntur partes ſuminis, ſed inflantur ilea & latera. Tertium quia uentoſa aliquando notabiliter creſcit ſubito, aquoſa uero procedit augendo uniformiter. Quartum, quia in uentoſa cum percutitur uenter auditur ſonus ſicut tympani. Sed in aquoſa auditur ſonitus aquæ in motu & reuolutione de latere ad latus. Quintum, quia in aquoſa apparet ſumen & pecten undimiatum cum mollitie: item humiditates aquoſæ egrediuntur per uuluam, non ſic in uentoſa.

Signa uero diſtinctiua inter molam aquoſam, & humoralem, ſunt difficilia cum multū aſſimilent̃, hoc tamen intereſt. Primum, quia in aquoſa apparet undimia cum mollitie circa ſumen & pecten, non ſic in humorali. Secundū, quia in aquoſa interdum egreditur aquoſitas per uuluã, in humorali uero humores frequenter ſanguini permixti. Tertium maior eſt palledo in aquoſa quam in humorali, & pedes, & crura magis undimiata.

Signa uero diſtinctiua inter ſpecies molæ, & ſpecies hydropiſis ſunt difficilia, cum mola aquoſa multum aſſimiletur aſciti, & mola uentoſa tympaniti. Signa tamen diſtinctiua ſunt tria. Primum, quia in ſpeciebus hydropiſis præceſſerunt nocumēta epatis; de quibus actum eſt ſuperius, ſed in mola præceſſerunt nocumenta matricis. Secundum, quia tam in mola aquoſa quã uentoſa, & etiam in humorali non eſt tumor, niſi in ſumine uel ab umbilico infra ſcilicet ubi cōtinetur regio matricis, ſed in duabus ſpeciebus hydropiſis iam dictis, ſcilicet aſcite, & tympanite apparet tumor per totum uentrem a pectine uſque ad diaphragma. Tertium ſignum, quia in mola aquoſa egreditur frequenter aquoſitas per uuluam, non ſic in aſcite, & ex his poſſunt ſumi ſigna diſtinguentia inter ueram prægnationem & ſpecies hydropiſis.

Prognoſtica. Primum, licet molę ſecundum plurimum emittantur ante nonum menſem, aliquando tamen prolongantur uſque ad tres, uel quatuor annos, aliquando uſq; ad extremum uitæ quod maxime uerificatur de carnea & uentoſa. Secundum, ſecundum plurimum cum ſpecies molę prolongantur ultra nonum menſem ſunt inſanabiles & frequenter interimunt.

MVlieribus plerunque accidit paſſio ex qua prægnantium diſpoſitionis ſimilitudinem incurrunt. Venter nanque creſcit, & diſcoloratæ fiunt, & retinentur menſtrua, motus tamen qui eſt in hac egritudine non eſt ut motus infantis, immo quandoque de ſuo mouetur loco cum duriter tangitur. Ad ultimum uerum cum anguſtia & dolore fruſtum carnis informe ac ſi pateret emittit. Plurimum uero ſolummodo uentoſitas & humorum multitudo emittuntur, & deinde minuitur uenter, & remouentur accidentia. Poſtq̃ uero tempus præterierit in quod ſcitur puerum debere moueri ſi adeſſet, trochiſci de mirrha dandi ſunt. Et apozema de ſeminibus, & oleum de reſina adbibendum. Et peſſarium ex ruta & mentaſtro. Et alia peſſaria prædicta in capitulo de alleuiatione partus ſunt immittenda. Doſes quoque de pilulis fet. frequenter tribuendæ ſunt, cum hoc enim cito euadent.

Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima ponit ſigna molæ. In ſecunda modum terminationis. In tertia, temporis inchoandi curam, & auxilia opportuna, ſecūda ibi. Ad ultimum uero, tertia ibi. Poſtquam uero tempus præterierit. In prima ponit quatuor ſigna dicens, quod mulieribus aliquando accidit paſſio dicta mola in qua patientes aſſimilantur prægnantibus. Primo creſcit uenter ſicut in prægnantibus cum res in utero contenta paulatim augendo procedat. Secundo fiunt diſcoloratę nocumento communicato ſtomacho, & epati maxime propter retentionem menſtruorum. Tertio retinentur menſtrua propter clauſionem oris matricis, ſicut in prægnatione quæ clauſio fit a uirtute, & eſt oppilatio attenuatoria. Quarto, quia conten-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.250

tum in matrice mouetur, ſed non ex ſe immo per compreſſionem, & in hoc differt a uera prægnatione, in qua fœtus ex ſe mouetur, etiam ad oppoſitas differentias. In ſecunda parte ponens modum terminationis, dicit quod ad ultimum, id eſt, tranſactis quibuſdam menſibus cum dolore & anguſtia, ac ſi pareret emittit fruſtum carnis, pluries tñ emittit ſolã uentoſitatem, aut humorũ multitudinem, poſt quorum emiſſionem uenter minuitur & ſedantur accidentia. Sed in 3ª parte oſtendit tẽpus inchoandi curam, & ponit remedia oportuna. Tempus aũt inchoandi curã eſt a 4° uel 5° menſe ſupra .ſ. in eo tempore in quo fœtus deberet ſe mouere & non adeſt motus eius. Remedia aũt ſunt quinq;. Primum, trochiſci de mirrha ſunt dandi, ſicut dictum fuit in cap. de prouocatione menſtruorum ad mouendum ſang. ad orificia uenarũ menſtrualium, & ad ſtimulandum expulſiuã matricis, ut aperiatur collum eius. Secudum eſt apozema .i. decoctio de ſeminibus de quo ſupra capitulo de colica & eſt ad eandem intentionem, & ad diſſoluendas uentoſitates exiſtentes in matrice. Tertium eſt oleum de cheiſim .i. de pentadactylo qui aliter dicitur cherua, cataputia maior, ſolſequia, hoc .n. in potu ſumptum a tribus ʒ. uſq; ad 4. ualde potens eſt ad extenuandum phlegma, & ad carminandum uentoſitatem. Quartum eſt peſſarium ex ruta & mẽtaſtro potens ad carminandum uentoſitatem, & alia peſſaria aquæ ſunt immitenda, quæ peſſaria per quire quarto huius cap. de facilitando partum. Quintũ & ultimum auxilium ſunt pilulæ fœtide frequenter exhibendæ, cum hoc .n. ꝙ prouocant educunt cauſam antecedentem.

Cura molę exigit ſex intentiones. Prima euacuat cauſam materialem eius. Secunda prȩparat ad ipſius molæ eductionem. Tertia ipſam educit. Quarta alterat diſcraſiam matricis, quę eſt cauſa generationis eius. Quinta corrigit accidentia. Sexta ordinat regimen ſex rerum. Prima intentio perficitur digerendo & euacuando. Digeſtiuum aũt fit in mola carnea, & uentoſa, et humorali pendente ab humoribus craſſis inciſiuũ, abſterſiuũ, ſubtiliatiuum, & per uirtutem tertiã petẽs matricem, ſicut oxymel ſimplex, cõpoſitum, & ſcilliticum cum aqua artemiſiæ, & ſimilibus, & ex proprijs eſt huiuſmodi.

Recipe betonicæ, matricariæ, artemiſiæ, chamedryos, chamepityos, calamenti, mentaſtri, pulegij, origani ana M. 1. ſauinæ, phu, id eſt, ualerianæ, meu, leuiſtici, cyperi, calami, arom. ana ℥. 1. bulliant in ℔. 5. aquæ ad conſumptionem medietatis & coletur, quæ colatura ſyrupizetur cum mellis ℔. 2. aceti ℔. s. & fiat ſyrupus longus pro duabus potionibus reliquum abbreuietur, quod deinde ſumatur cum aqua artemeſiæ, aut matricariæ, euacuatiuum uero ſit electuarium indum, benedicta ſimplex, theodoricon, hieralogodion, pilulæ fætidæ, & ſimilia.

Si uero materia fuerit aquoſa, educatur cum ſucco ireos, & his quæ conueniunt in aſcite, de qua ſupra. Digeſtiua etiam ſunt illa quæ ſuperius poſita ſunt in aſcite, phlebotomia conuenit ſi in cauſa fuerit ſanguis, & fiat ex baſilica aut ex ſaphenis, ſi in cauſa fuerit retentio menſtruorum. Præparetur autem & molę eductio iuxta ſecundam intentionem cum his quę mollificant, & collum matricis dilatant, ex quibus ſunt fomenta, unctiones, ſemicupia, peſſaria, ſuffumigia, et ea quę ſumuntur, mollificantia in quibus eſt ſedendum, & cum quibus eſt fomentandum, ſunt decoctio ex althea, fœnugræco, ſeminis lini, anetho, ſeſamo, malua, branca urſina, & ſimilibus, et cum eiſdem eſt ſuffumigandum, his poſſunt addi in decoctione aliqua prouocantia, ſicut ſauina, ſemen iuniperi, & ſimilia, & peſſarium fiat ex cocto quod infundatur in unctione facta ex pinguedine gallinæ, oleo liliorum alborum, ſeſamino, cui parum muſci addi poteſt. Et hæc maxime in carnea ſunt neceſſaria. Sed in uentoſa cum ſupraſcriptis ponantur ad bulliendũ aliqua carminantia uentoſitatem, ſicut ariſt. rotun. & ſimilia, & in aquoſa aliqua educẽtia aquoſitatem, ſicut iris, & ſumat decoctionem lenientem & lubricantem factam ex capillis ueneris, paſſuls ſebeſten, dactylis, ficubus, ſemine altheæ, & artemeſiæ. Eductio autem molę iuxta tertiam intentionem fiat cum his quę ſtimulant expulſiuam, & faciunt collum matricis aperiri ſicut trochiſci de mirrha exhibiti cum aqua decoctionis iuniperi, item ſuffumigium infraſcriptum a Raſ. 4. Alm. Recipe mirrherina, id eſt, galbani, genſu, id eſt, oppoponacis, ſulphuris ana ʒ. unam, puluerizentur, & miſce cum felle uaccino, & fiant pilulę quarum una poſt aliam ſuper prunis mittatur, & recipiatur fumus ad matricem cum emboto, & ſuffumigatio cum elleboro, & colocynthis eſt præſtans, & quæcunque facilitant partum & educunt fœtum, & ſecundinam, ſunt ad hanc intentionem. Et ex preſtantibus quæ non fallunt eſt confectio huiuſmodi. Recipe mirrhæ, caſtorei, ſtyracis ana ʒ. unam, cinam. ſauinę ana ʒ. s. conficiantur cum melle, cuius doſis ſint aurei duo cũ uino, quod ſi mola fuerit aquoſa euacuetur cum diureticis, ſicut diacurcuma, dialacca. Et dentur medicinæ ſoluentes aquoſitatem, & in ſumma regatur regimine aſcitis, de qua ſupra. Si tamẽ poteſt educi aquoſitas per collum matricis illud eſt præſtantius, propterea illa uia tentanda eſt, & efficax ad illud eſt peſſarium factum ex farina gith, & ex mercuriali contrita. Si uero fuerit uentoſa regatur cum carminantibus uentoſitatem ex proprijs, matrici, ſicut ariſt. rotun. potata & peſſarizata.

Et ſicut peſſarium Raſis in litera & oleum de cherua, de quo ſupra, potatum eſt efficax, & in ſumma regatur cura tympanitis. Si uero ſit humoralis præmiſſis uniuerſalibus euacuationibus, de quibus ſupra, tẽtetur eductio eius per collum matricicis cũ his quę dicta ſunt & phlebotomia ſaphenarum.

Quarta intentio alterat diſcraſiam matricis, quæ ſecundum plurimum eſt calida & ſicca cum contrarijs bibitis epithimizatis, & peſſarizatis, & ex proprijs frigidis eſt oleum de alchechengi.

Quinta intentio corrigit accidentia ſecundũ ipſorum exigentiam. Sexta intentio ordinat regimen ſex rerum in contrarium diſcraſię, et etiam ſecundum exigentiã intentionum quas intendimus perficere.

Cc

DE ANATOMIA SIPHAC ET mirach. Cap. CIX.

QVia hic agitur de ægritudinibus mirach eius anatomia eſt præmittenda. Cum tres ſint uentres in humano corpore. Superior contentiuus membrorum animalium & eſt caput. Medius cõtentiuus membrorum ſpiritualium & eſt pectus. Inferius contentiuus membrorum naturalium, de cuius anatomia agendum eſt. Qui deſcriptiue eſt uas ſuperius, ad diaphragma, inferius, ad pectẽ terminatum, poſterius habens dorſum, anterius mirach ad continendum membra naturalia finaliter ordinatũ. Superius enim terminatur ad diaphragma quod diuidit naturalia a ſpiritualibus. Inferius terminatur ad pecten quod continet membra generationis, quæ tamen inter membra naturalia computantur, habet poſterius dorſum, ſcilicet a 19. ſpondilium eius infra. Anterius autem eſt mirach, membra autem naturalia quę continentur in hoc uaſe ſunt decem, ſcilicet ſcirbus, ſtomachus, inteſtina, meſenterium, epar, ſplen, renes, matrix, ueſica, teſticuli, cum uaſis ſpermaticis in mulieribus, quia in uiris procedũt extra. Hic autem uenter habet partes anteriores & laterales & poſteriores. Anteriores ſunt quinque. Prima, eſt pars quę cooperit malum granatum et os ſtomachi. Eſt autem malum granatum os chartilaginoſum figuram habens ſcutalem continuatum inferiori ex oſſibus thoracis quæ ſunt ſeptem, ordinatum ad tuendum os ſtomachi, & ut ſit medium inter thoracem & membra leuia, & dicitur epiglottis apud Auic. eo quod epiglotti aſſimiletur. Secunda pars cooperit fundum ſtomachi durans prope umbilicũ per duos aut tres digitos. Tertia eſt, umbilicus cum quo fœtus alligatur matrici in primo eſt una uena, quæ tranſit per gibbum epatis ad uenam chylim, & cõtinuatur cum orificio unius ex uenis matricis mediante ſecundina, & per hanc fœtus nutritur ex ſanguine attracto a matrice ad gibbũ epatis eius. Nõ .n. in eo ex chylo generatur ſanguis neque celebratur in eo prima digeſtio quæ fit in ſtomacho, propterea nõ ſunt in eo feces quę sũt ſuperfluitates primæ digeſtionis. Sed fit in gibbo epatis eius ſecunda digeſtio, nõ quidem dans formam ſanguini, ſed ſolum perficiens & ſeparans quędam ſuperflua. Eſt etiam in umbilico arteria una quæ aſcendit ab arteria aorti cum eſt in principio ſpondilium alanis quæ continuatur cum orificio unius arteriæ terminatæ ad concauum matricis. Per quã defertur aẽr a concauo metricis ad cor fœtus ad ipſius euentatiõem. Non enim fœtus euentatur in utero per aẽrem inſpiratum ad pulmonem, propterea pulmo fœtus eſt rubeus, ſed albificatur cũ exiuit ab utero per reſpirationem. Quarta, eſt pars quę uocatur ſumen infra umbilicum per quatuor digitos, & eſt pars in qua uenæ quatuor terminantur ad cutim, per quas fœtus exiſtẽs in matrice emittunt aquoſitatem. Ideo apud Auicen. hæ uenæ notiores ſunt in non natis quàm in perfectis in quibus fruſtrãtur a tali operatione. Quinta, eſt pars quæ uocatur pecten in qua ſunt membra genitalia, partes uero laterales ſunt hypochondria & ilia, in hypochondrio dextro continetur epar, in ſiniſtro uero ſplen, & ſub eis ſunt ilum dextrum et ſiniſtrum, & quibus reliqua membra naturalia continentur, partes uero componentes mirach ſunt quinque, ſcilicet cutis pinguedo, panniculus carnoſus, octo lacerti uentris cum chordis eorum, & panniculus neruoſus dictus ſiphac, & ab Auicenna uocatur benteron. Auicen. tamen per mirach aliquando intelligit aggregatum ex omnibus his quinque particulis. Cutis facta eſt ad continendum & ſentiendum quæcunq; occurrentia. Poſtea ſequitur pinguedo, maior tamẽ in porco quàm in homine, ordinata ad reflectendum calorem ut uigoretur digeſtio, & ad remolliendum feces ut facilus expellatur. Poſtea eſt panniculus carnoſus qui non eſt nerueus ut alij, neque carnoſus ut muſculi. Muſculi autem ſunt octo. Primo ſunt duo longitudinales procedentes a clypeo oris ſtomachi uſque ad oſſa pectinis ſecundum longum uentris, ideo appellati ſunt longitudinales, et iuuant ad attrahendum cum uillis ſe elongando, & poſtea ſe contrahendo. Deinde ſunt duo tranſuerſales ſuperiores, unus a dextris, alter a ſiniſtris, & ambo oriuntur a ſuperioribus iuxta coſtas mendoſas, & deſinunt in chordas iuxta oſſa pectinis ſic quod dextri corda tendit ad ſiniſtrum inferius, & ſiniſtri ad dextrum, & per oppoſitum ſunt duo inferiores procedẽtes ad ſuperiora, quorum ortus eſt ab oſſibus pectinis et anchæ, & deſinentia in chordas eſt ad locum ubi ſiniunt coſtæ, ita ut ſe crucient ſecundũ angulos obliquos ad modum iſtius figurę. χ. & ſunt ordinati ad retinendum. Vltimo ſunt latitudinales quorum fila procedunt per latum, unus dexter, alter ſiniſter, & ortus & aperentia eorum eſt magis iuxta dorſum uerſus ſuperius, et iſti cum longitudinalibus ſe interſecãt ad angulos rectos, & sũt ordinati ad expellendum, quapropter eius ſitus eſt magis ſuperius quàm inferius cum magis ordinentur ad expulſionẽ per inferiora, quàm per ſuperiora, & propter eãdem cauſam tranſuerſales ſuperiores ſunt fortiores & craſſiores, cum magis ſunt ordinati ad retinendum ne quid egrediatur per inferius. Vltimo ſequitur ſiphac panniculus, duriſſimus & ſubtiliſſimus, hic factus fuit ut prohiberet ne muſculi comprimerent mẽbra intrinſeca, & ut ea contineret. Propter quod factus fuit nerueus & non oſſeus, ut poſſet conſtringi & dilatari ſecundum exigentiam, & fuit ſubtilis ne aggrauaret, & durus ne faciliter rumperetur. Nam ex eius fractura accidit paſſio, quæ dicitur crepatura ſiue hernia, de qua Raſis in capitul. Intumeſcit enim mirach cum rumpitur hoc ſiphac. Sunt etiam eius alia duo iuuamenta apud Auicẽnam in capitulo de anatomia ſtomachi. Vnum ut per curuationem eius cum adiutorio diapragmatis cum quo alligatur expellat, quod in ſtomacho, inteſtinis & in matrice continetur. Aliud iuuamentm eſt ut alliget inteſtina dorſo mediantibus panniculis meſenterij ab ipſo ortum habentibus, & ut ab ipſo oriantur omnes panniculi membrorum in ipſo contentorum, & quinta utilitas apud Galenum quinto de iuuamentis membrorum eſt, quod prohibet inteſtina a ruptura quando inflantur. Poteſt autem uenter pati omne genus ęgritudinis. Sed nihil habet proprium quod ex anatomia dependeat, niſi ſolutionem continui & tumorem præter naturam. Cum enim ſoluitur uenter ſolutione penetrante utrunque aliquãdo egreditur ſcirbus, & opus eſt ut quicquid ab aẽre

S 3

alteratum eſt ligetur prope uulnus ligatura forti, & ſupra ligaturam ſcindatur & abijciatur & retromittatur, & fila ligaturæ exterius dimittantur, ut facta conſolidatione poſt nouem dies uel decem, poſſit filum extrahi. Si autem egreditur inteſtinum retromittatur quàm citius fieri poteſt. Quod ſi tumor ingreſſum impediret fomentetur aqua decoctionis rerum carminantium uentoſitatem donec detumeſcat & retromittatur. Et ſi medicinę non ſufficiunt ad detumefaciẽdum ipſum, paulatim ſtringatur iuxta foramen ut aliquid unctuoſitatis ingrediatur per partem, cum non poſſit totum ſimul ingredi. His autem non ſufficientibus uulnus dilatetur cum inſtrumento aliqualiter curuo ex una tãtum parte incidente & intromittatur. Quod ſi inteſtinum eſſet inciſum & ſit de craſſis, ſuatur ſutura pelliporiorum. Si uero de ſubtilibus ſuatur ſimiliter, ſed poſtea inuoluatur cum inteſtino alicuius animalis circum conſuto, ut ſutionem inteſtini debite conſeruet, cuius quantitas ſit adæquata quantitati primi inteſtini, poſtea intromittatur dimiſſis extra filorum capitibus, cum quibus ſutio facta eſt, ut poſt conſolidationem poſſint extrahi, & uulnus extrinſecum ſuatur modo Auic. primo apprehendendo cũ acu totum mirach ex una parte, ex altera parte totum mirach præter ſiphac, & in ſecundo puncto econuerſo apprehendatur totum mirach, ex altero latere primo totum mirach præter ſiphac, & fiant puncta ſtricta diſtantia per medium digitum, poſtea cum puncta ſunt facta omnia ſtringantur, ſic enim coniungetur ſiphac neruoſum cum mirach carnoſo & fiet cõſolidatio, in tumore autem aſcitico dictum fuit ſuperius qualiter debeat fieri ſectio in capitu. de hydropiſi ſed in tumore apoſtemoſo caueatur ne apoſtema rumpatur interius, quapropter apoſtemate exeũte profunde ſcindatur ante ma curationem. Didimi autem ſunt panniculi neruoſi orientes ex ſiphach iuxta utrunque inguen ſtricti ſuperius, ſed inferius dilatantur circundãtes teſticulos, & per utrunq; didimum ingrediuntur uaſa ſpermatica, de quibus ſupra, deferentia ſpiritum animalem, uitalem, & naturalem, & ſanguinem conuertendum in ſperma, finis itaque didimorum eſt ſuſpendere teſticulos, teſticulos cõtinere atq; cuſtodire ſimul cum uaſis ſpermaticis, & poſſunt pati omne genus ęgritudinis, præcipue patiuntur dilatationem aut rupturã ægritudinem ſibi propriam, per quam ea quę in uentre continentur deſcendunt in oſcheum, quæ paſſio dicitur hernia, de qua Raſis facit hoc capitulum, licet in hoc etiam agat de eminentia ſiue augmẽto mirach ꝙ ab Auic. appellatur augmentum umbilici.

DE EMINENTIA ET RVptura Cap. CX.

PRo notitia huius diſpoſitionis eſt ſciendum, quod augmentum umbilici apud Aui. eſt tumor ſiue eminẽtia accidens umbilico aut partibus adiacentibus, ſcilicet ſumini pectini, ilijs aut hypochondrijs propter aliquid præternaturaliter contentum inter partes mirach. Dicitur autem augmentum umbilici eo quod frequentius accidat umbilico propter foramen naturalem ibidem exiſtens, de quo ſupra in anatomia. Augmentum aũt inguinis eſt tumor ſimiliter accidẽs inguini. Si non cõicatus fuerit burſę teſticulorum. Si uero cõicatus fuerit dicitur ramex ſiue hernia. Sed Raſis has diſpoſitiones ſub eminentia & ruptura comprehendit. Sic.n. intitulauit hoc capitulum. Sed agamus primo de augmento umbilici & inguinis. Deinde de ramice ſiue hernia. Eſt ergo eminentia umbilici & ſimiliter inguinis ſeptiplex. ſ. apoſtemoſa, carnoſa, uentoſa, aquoſa, ſanguinea, ſcirbalis & inteſtinalis. Apoſtemoſa eſt propter apoſtema calidum uel frigidum, durũ aut molle. Carnoſa pendet a carne nata inter partes mirach, ſicut aliquando ex ulceribus ibidem factis in quibus excreſcit caro. Ventoſa pendet a uentoſitate contenta inter partes mirach, ſiue ſit ibidem genita, ſiue illuc deriuata ab epate uel a concauitate uentris ſicut aliquando accidit in tympanite, aut propter rupturam ſiphac aut ſine ruptura. Aquoſa uero pendet ab aqua ad partes mirach ſecundum plurimum deriuata. Sanguinea uero pendet ab emboriſmate inter partes mirach facto propter rupturam uenę aut arterię, et ſanguis egrediens ibidem retentus facit illas partes intumere. Scirbalis fit a ſcirbo ibi contento. Scut inteſtinalis ab inteſtino ibidem inter partes mirach contento, quæ duę eminentiæ ſi fiant ex directo umbilici aut ſuminis, aut in inguine poſſunt fieri per rupturam ſiphac, et per dilatationem eius abſque ruptura, cum in his tribus locis ſint meatus naturales ut patuit ex anatomia. In reliquis autem partibus non credo has duas poſſe fieri abſque ruptura. Reliquas autem quinque ſpecies credo in quibuſcunq; partibus poſſe fieri abſque ruptura ſiphac. Harum autem eminentiarum, quædam ſunt nouæ, quædam antiquæ, quædam magnæ, quædam paruæ, quædam in pueritia, quædam in alijs ætatibus, quædam in habente complexionem bonam cum bonitate humorum, quædam econtrario.

Species autem herniarum quæ aliter dicuntur ramices ſunt octo, ſcilicet uentoſa, aquoſa, ſanioſa, carnoſa, uaricoſa, ſcirbalis, & inteſtinalis, & apoſtemoſa. Ventoſa, aquoſa, & ſanioſa, fiunt ex uento phlemate aqua aut ſanie per didimum ad teſticulos delata, cum ruptura, aut ſine ruptura. Sed carnoſa ex carne aut adipe intra didimum genita, ſiue ſit adhærens & ininuiſcata cũ teſticulo, ſiue cum didimo, aut cum utroq;. Varicoſa autem fit ex dilatatione uenarũ & incraſſatione quæ deſcendunt ad teſticulos, aliqñ ex incraſſatiõe uenarum ipſius oſchei. Scirbalis uero fit ex deſcenſu ſcirbi per didimum. Sicut inteſtinalis fit ex deſcenſu intenſtinorum, quod ſecundum plurimum eſt monoculus, quoniam eſt minus cæteris meſenterio alligatus. Et hæc eſt quandoque cum ruptura didimi, quandoque ex ſola apertione abſque ruptura, & frequentius accidit in uiris quàm in mulieribus, maxime ex hac cauſa, quia mulieres non habent didimos ordinatos ad continendum & ſuſpendendum teſticulos, cum teſticuli ſui non procedãt extra ſicut in uiris, & ex his infertur quod hernia accidens mulieribus ſcirbalis aut inteſtinalis eſt ſemper ex ruptura ſiphac cum non ſit ibi meatus naturalis per cuius apertionem poſſint deſcendere.

Species herniarum ſimiliter diſtingui poſſunt penes q̃titatem, tempus, ætatem & cõplexionem, ſicut ſtatim dictum fuit de eminentijs mirach & inguinis.

Cauſæ

Cauſæ coniunctę eminentiarũ & herniarũ ex iam dictis ſunt manifeſtæ. Cauſæ autem primitiuę ſunt caſus, percuſſio, offenſio, ſaltus, cãtus, riſus, tuſſis, ſternutatio, & omnis fortis motus, conatus, & expreſſio & mulotiens ſequuntur prægnationem, molam & hydropiſim propter fortem extenſionem mirach, & aliquãdo accidit his qui fune tormẽtãtur, aut ſuper quorum uentrem cadit equus aut alia res grauis. Cauſæ uerò antecedentes corporeæ ex ſæpe dictis poſſunt eſſe manifeſte.

Signa apoſtemoſa cognoſcuntur per ſigna communia apoſtematum, ſcilicet tumorem, duritiẽ, grauitatem, dolorem, & quia paulatim augendo procedit, ſed à quo humore pendeat cognoſcitur ex colore ſpecie doloris, uelocitate aut tarditate augmenti, & cæteris quæ conſignant, ſcilicet complexione, habitudine, ætate, tempore anni, regimine præcedente & ſimilibus, quæ ſæpe dicta ſunt, carnoſa uerò cognoſcitur ex tumore cum duritie ſine dolore qui tumor nõ augetur neque minuitur. Sed uentoſa cognoſcitur ex leuitate cum tenſione æquali, & quia ſubito facta eſt, & ſonat cum percutitur, & eſt cum claritate quadam, & aliquando cum dolore, ſed aquoſa cognoſcitur ex mollitie cum grauitate & fit paulatim. Sanguinea uerò ſiue emboriſma cognoſcitur, quia ſubito uel in paruo tempore facta eſt, & eſt mollities cum caliditate quadam, & aliquando propter multitudinẽ ſanguinis extendentis apparet durities potius ſequẽs tenſionem quàm naturam humoris. Et quandoque ſentitur pulſatio ſicut arteriæ & color tendit in fuſcũ, & præmendo retrocedit aliquando & non præmendo reuertitur ſicut ruptura. Sed ſcirbalis & inteſtinalis cognoſcuntur, quia homine iacente ſupino per compreſſionem recedunt ſcirbo & inteſtino interius redeũte. Sed cum homo erigitur iterum redeunt. Differt tamẽ ſcirbalis ab inteſtinali, quia ſcirbalis eſt mollior & ſine rugitu intromittitur, & eſt ſecundum plurimum minor. Inteſtinalis autem in his tribus ſe habet econtra. Herniæ uerò diſtinguuntur ab eminentijs inguinis, quia ſunt cum tumore oſchei, eminentię uerò non. Sed ſigna aquoſæ & uentoſę ſunt ſimilia his quæ in eminentia aquoſa & uentoſa dicta ſunt.

Sanioſa uerò licet ſit ſimilis aquoſæ, differt tamẽ ab ea per opacitatem quandam quæ non eſt in aquoſa, & quia ſanioſæ præceſſerunt ulcera aut ruptura apoſtematis. Carnoſa cognoſcitur per tactũ carnis duræ adhærentis in teſticulo, aut burſę, aut utriuſque licet aliquando ſit mollior ſicut adipoſa, & non poteſt intromitti ſicut ſcirbus aut inteſtinum de quibus ſtatim. Varicoſa uerò cognoſcitur, quia ſentiuntur uenæ craſſæ tortuoſæ ab inguine uſque ad teſticulum, licet aliquando ſentiatur in oſcheo, & in his duabus teſticulus eiuſdem partis magis pendet quàm teſticulus partis oppoſitæ. Scirbalis autem & inteſtinalis cognoſcuntur, quia deliteſcunt per compreſſionem ſcirbo & inteſtino in uentrem redeunte. Sed ſcirbus facilius & ſine rugitu intromittitur, inteſtinalis difficilius & cum rugitu, imò aliquando non poteſt intromitti cum eſt inteſtinum plenum ſtercoribus duris. Et aliquando difficilius intromittitur quàm inteſtinum uacuum à ſtercoribus, & tunc ſequitur colica & uomitus ſtercorum & mors. Item ſcirbalis eſt minor & mollior & cum nullo & paruo dolore. Quod autem proueniat à ſciſſura ſiphac, cognoſcitur quia ſubito accidunt & ſunt cum dolore, & præceſſerũt cauſæ primitiuæ aut corporeę uiolẽter exprimentes quę in uentre continentur, & regimen præcedens, & tempus anni ſuit exciccatiuum. Sed econtra omnino nõ ſunt ſigna dilatationis abſque ſciſſura.

Prognoſtica. Primum. Eminentiæ & herniæ uentoſæ, aquoſæ, & ſanioſæ, facile curantur, licet poſt curationem quandoq; redeant. Secundum. Eminentiæ & herniæ ſcirbales & inteſtinales, quando ſunt ex dilatatione abſque ruptura, ualde facilius curantur quàm quando ſunt cũ fractura, ita quod aliquando magnæ & in ætate adulta & antiquæ curantur. Sed quæ ſunt cum ſciſſura minime, imò non curantur cũ medicinis niſi paruæ non antiquatæ & in ætate pueritiæ. Reliquiæ uerò procuratione exigunt operationem manualem. Tertium. Eminentia quę eſt emboriſma difficilime ſanatur, & exigit medicum expertũ.

Quartum. Cura herniæ carnoſæ & uaricoſæ difficillima eſt aut impoſſibilis. Quintum. Herniæ cum prolungantur nocent teſticulis interdum ipſos corrumpentes.

CVm aliquis in mirach uentris habuerit eminentiam, qui cum ſupinus iacuerit & cum leuiter digitis locus compreſſus fuerit remouetur, & cum ſederit redibit, paſſio adeſt quæ ruptura dicitur.

Diuiditur hoc cap. in partes duas. In prima agit de eminentia mirach & inguinis ſcirbali & inteſtinali, quia ſolum de his duabus determinat. In ſecũda agit de hernia quam appellat rupturam. Secũda ibi. Ruptura autem. Prima in duas. In prima ponit ſigna. In ſecunda curam. ſecunda ibi. Qui hoc itaque patitur.

In prima dicit, quãdo aliquis in mirach uentris eminentiam habuerit, quæ cum ſupinus iacuerit, & locus eminens digito compreſſus fuerit remouetur, & cum ſedet redibit, paſſio adeſt quæ ruptura dicitur, eminẽtiam enim huiuſmodi rupturã appellat eo quod frequenter ſequitur rupturam ſiue ſciſſuram ſiphac.

Qui hoc itaque patitur, ſibi cauere debet ne poſt comeſtionem moueatur, neque comedat fabas, & hoc præcipue, neq; phaſeolos, neque lentes, neque olera, neque aliquem cibum inflatiuum. Studere etiam debet ut eius uenter ſemper ſit mollis, hoc namque regimine poſſibile eſt ipſum euadere dolorem. Loco præterea aliquod ſuperponendum eſt obſtaculum, & ſtringengendum & proprie cum ſe mouere uoluerit. Craſſus quoque ſi fuerit, & uentrem habuerit grauem, non debet uti motu, niſi uenter prius ſub umbilicum ampla cinga-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.252

tur faſcia. Emplaſtrum ad rupturam. Reci. gallarum, cupreſſi, partes. 2. mirrhæ, ciperi, ſampſuci, gallarum, acatiæ olibani, gummi arab. omnium ana. partem unã, gummæ prius in uino ſoluantur, & agregentur cum eis reliqua, & ſuper rupturã ægro ſupino iacente ponatur, & ſtringatur locus, & non ſoluatur uſque ad tres uel ſeptem dies, poſtea ægro ſupino iacente ſoluatur, & illo eiecto de eodem emplaſtro ſuperponatur ex hoc.n.prohibetur ampliari.

Hic curat hanc eminentiam quinque auxilijs. Primum eſt regimen ſex rerum quo cauetur ne poſt cibum moueatur, motus enim ſimul cum cibo comprimente facit inteſtina & ſcirbum egredi, uitet etiã uentoſa ſicut propriè ſunt fabæ. Item reliqua difficilis digeſtionis & habentia humidum uentoſabile ſicut reliqua legumina, herbæ, & ſimilia. Secũdum eſt, quod teneat uentrem lenem, ne uentoſitates & ſtercora retenta rupturam augeant, hoc namque regimine poſſibile eſt euadere dolorem, qui ſequitur rupturam & extenſionẽ ab inteſtinis ex ſcirbo egredientibus. Tertium, rupturæ ſuperponatur aliquod obſtaculum ſicut plumaceolus qui cum ligatura debite ſtringatur, & maximè hoc neceſſarium cum ſe mouere uoluerit. Quartum, ſi craſſus fuerit ſecũdum compoſitionem, & uentrem habuerit grauem propter inteſtina craſſa & plena ſtercoribus nullo pacto moueatur, niſi uenter ſub umbilico uſq; ad pectinem ampla ſtringatur faſcia ad ſuſtentandum uentrem, ne rupturam faciat aut augeat. Quintum, emplaſtrũ hoc ſuperponatur eminentiæ, ſcirbo & inteſtinis intus repoſitis. ℞. nucum cupreſſi partes. 2. quæ ſunt calidæ & ſic. & ſtipt. mirrhæ, ciperi, ſamp. calidorum & ſiccorum, gallarũ acatiæ, quæ ſunt frigida, & ſic. ſtiptica, olibani, gummi arab. aã. partem. 1. gummæ, ſcilicet mirrha, thus, gummi ara. prius in uino, ſcilicet ſtiptico diſſoluantur, & cum eis reliqua miſceantur, & fiat unguentum tenax, & ſuper loco ponatur ægro iacente ſupino, & remutetur de tertio in tertium, ſicut unguentum bene adhæreat. Si æger bene ſe habuerit expectet uſque ad ſeptẽ, omnis enim motus eſt aptus nocere, & quando remouetur fiat cum omni modeſtia ne partes ſemi incarnatę diſcontinuentur & aliud ſuperponatur de eodem augmento, & ſic omnis mutatio fiat cum omni modeſtia poſſibili. Ruptura autẽ. In parte pręſenti agit de hernia. Et primo enumerat ſpecies herniæ, dę quibus acturus eſt. Secundo de ipſis proſequitur. ſecunda ibi. Si uerò propter inteſtina deſcenſum. In prima parte dicit, quòd pellis teſticulorũ augmentatur ruptura, id eſt propter rupturã factam per uentoſitatem, aut propter aquam quę in oſcheo ſiue pelle teſticulorum congregatur, aut quia inteſtina deſcẽdunt ad burſam teſticulorum, & ſic tantũmodo agit de tribus ſpeciebus herniæ.

Ruptura autem teſticulorum pelliculæ oſchei augmentatur, quod ſit, aut propter uentoſitatem, aut propter aquam quæ ibi congregatur, aut quia inteſtina deſcendunt ad locum illum. Si uerò propter inteſtinorum deſcenſum contingat, erit grauis & doloroſus, & ſentit dolorem cum tangitur. Taliter itaque patiens ſicut prædiximus regendus eſt. Et emplaſtrum prædictum ſuperponẽdum eſt. Et locus ligatura aſſidue ſtringendus eſt. Ruptura enim cum ſtringitur dilatatur & augmentatur ſemper.

Proſequitur de tribus ſpeciebus, herniæ, & primo de ea quæ eſt propter deſcenſum inteſtini. In ſecunda de ea quæ eſt propter aquoſitatem. In tertia de ea quę eſt propter uentoſitatem. ſecunda ibi. Si autem cauſa aquæ, tertia ibi. Cum autem hæc ægritudo. In prima parte curans herniam ex deſcenſu inteſtini, dicit primo quod æger ſentiet grauitatẽ notabilem & dolorem in oſcheo & in inguine, & maximè cum tangitur. ſecundo dicit, quod inteſtinũ ſiue ſcirbus qui deſcendit eſt reducẽdus ad locum ſuum, & emplaſtrum ſupraſcriptum eſt ſuperponẽdum, & locus cum ligatura debitæ ſtringendus, ut iterum non deſcendat. Ligatura enim inter omnia maximè prohibet deſcenſum inteſtini & foraminis dilatationem, & ſi omittatur ligatura & debita compreſſio cum plumaceolo foramen ſemper augetur.

Si autem cauſa aquæ fiat locus apparet lucidus & tenſus, huic itaque confert epithimari epithimate quod in cap. de hydropiſi nominauimus. Aqua uerò in hac ægritudine plurimum petit inferiora & fluit inde, unde æger per aliquod tempus ſanus efficitur, ſed poſtea redit ægritudo. Poſtquam ergo aqua fluxerit, curatus eſt æger ex cauterio & medicamento acuto. Ex hoc enim prorſus curabitur nec redibit ægritudo, de hoc tamen loqui plus eſt quàm hic noſter exigat liber.

In parte iſta curans herniam aquoſam. Dicit primo, quòd ſi aqua deſcendit locus apparet turbidus, id eſt, non ita clarus, ſicut quando uentoſitas ibi continetur. Et eſt locus ille, ſcilicet burſa teſticulorum tenſa, id eſt, tumida, eſt tamen tumor ille cum mollitie, ſed in uentoſa cum duritie propter tenſionem. Secundo dicit, quod huic confert epithima ſuperius poſitũ pro cura hydropiſis aſcitis. Tertio dicit, quòd aqua huiuſmodi deſcendens ad burſam teſticulorum, aliquando egreditur, ſcilicet reſudando, aut quia fortè auxilijs opportunis reſoluitur, aut aliter educitur, ſed

poſtea

poſtea redit noua aqua in partibus ſuperioribus congregata, & ad burſam teſticulorum iterum deriuata, & hoc fiet multotiẽs, niſi ſubueniatur cum cauterio, ſcilicet actuali, aut medicamine acuto, id eſt, cauterio potentiali apponendo in inguine ſuper loco tranſitus aquoſitatis ad burſam teſticulorum, & etiam ſubueniendo reliquis auxilijs prohibentibus prædictæ aquæ congregationem, de quibus in cura agetur, de hac tamen operatione manuali loqui nõ pertinet ad hunc librum, ſed magis pertinet ad ſeptimum huius ubi agitur de chirurgia.

Cum autem hæc ægritudo uentoſitatis cauſa contingat locus fricandus eſt, & ex oleo ſambacino in quo caſtoreũ & euphorbium diſſoluta fuerint inungendus, & ex eodem intus in uirgam guttatim diſtillandum eſt.

In hac parte ultima curans herniam uentoſam dicit primo, quòd locus fricandus eſt cum oleo ſambacino, id eſt, ſeſamino, exempli gratia, ℥. 1. in quo caſtorei & euphor. ana. ʒ. 1. diſſoluta fuerit, & ex hoc medicamine aliquid in uirga guttatim eſt inſtillandũ hoc enim medicamen taliter ungendo locum tumentem applicitum, & in foramine uirgę inſtillatum plurimum iuuat in reſolutione uentoſitatis.

Cura eminentiæ apoſtemoſæ perficitur ſicut cura reliquorum apoſtematũ. Nihil enim habet propriũ niſi quia oportet apoſtema cum eſt profundum ante perfectam maturationem ſcindere, ne fortè rumpatur interius. Similiter hernia apoſtemoſa quæ eſt apoſt. burſę teſticulorum eodem modo curatur ſicut reliqua apoſtemata. Verum cauendum eſt, ne huiuſmodi membra putreſiant, ſunt enim ad putredinem paratiſſima & ſuppoſitoria conferunt trahendo materiam ad anum, & repercutiendo appropriatur chimolea cum aceto, & in reſoluendo appropriatur farina fabarum & aqua caulium, & in ſedando dolorem folia hyoſcyami ſumme ualent in cauſa cal. & in cauſa frigida ponatur farina fabarum cum fœnug. & cymini. Et ſi maturentur fiat ſectio longe ab ano, & à commiſſura, & ligatura fiat cũ brachiali tenente burſam cum teſticulis ſuſpenſam, & æger ſupinus iaceat culo eleuato. Carnoſa uerò ſiue ſit in inguine, ſiue in mirach curatione non indiget niſi lædat quod raro eſt, quòd ſi lædat auferenda eſt caro addita ſectione aut cauterio actuali uel potentiali, & auferatur ita profunde, aut cũ adminiſtrabitur cicatrizatiuũ ſit adhuc diminuta ab eo quod eſt ſecundũ naturã, nã cicatrizatiuũ addit in carnẽ. Cura hernię carneę ponetur infra. Cura autẽ aquoſæ & uentoſę, ſiue fuerit eminẽtia, ſiue hernia exigit duplex regimen. Primum debetur cauſæ antecedenti. Secundum uerò cauſæ coniunctæ. Primum exigit tres intentiones. Prima eſt euacuatio materiæ ex qua generatur uentoſitas, ſcilicet phlegmatis aut melanc. item euacuatio aquoſitat. Secunda eſt, confortatio epatis, ſtomachi, & membrorum naturalium per quorum defectum hęc ſuperflua multiplicantur cum quibus autem hæ intentio. compleantur, poteſt eſſe manifeſtum ex cap. de hydropi. Tertia autem intentio eſt regimen ſex rerum, de quo Raſ. agit in textu. Sit enim prohibitum generationis aquoſitatis & uentoſitatis, ſed de hoc dictum eſt opportune in capitulo de hydropiſi. Secundum uerò regimen quod debetur cauſæ coniunctæ duas intentiones habet. Prima eſt eductio aquoſitatis & uentoſitatis in loco contentæ, & ſecunda eſt prohibitio ne in eodem loco eadem materia congregetur. Prima intentio iuxta poſſe compleatur cum roſolutiuis ex proprijs mirabilibus ad reſolutionem cuiuſcunq; materiæ exiſtentis in burſa teſticulorum ac in ipſis teſticulis ſiue apoſtemantis, ſiue nõ eſt farina fabarum, au fabæ ipſæ confractæ & mundatæ à corticibus exterioribus, deinde coctæ in aqua, & poſtea piſtatæ in mortario addendo olei roſacei aceti. aã. quantum ſufficit & tandem ſuper loco cum decenti ligatura applicitæ, ita ut burſa & teſticuli non ſtent ſuſpenſi nec pendentes, ſed ſubleuati, & his non ſufficientibus potes addere pro reſolutione uentoſitatis, puluerem cymini præparati & baccarum lauri, aut parum emplaſtri de baccis lauri pręcipuè quando non eſt mala cõplexio calida. Sed in hernia aquoſa poteſt ſupraſcriptis addi parum emplaſtri ſuperius poſiti in cura hydropiſis aſcitis, ſed fortiora ſunt nitrum & piper. In uentoſa uerò optimè cõueniunt oleum de ſpica, oleũ de coſto, oleum rutaceum, cyminum, baccæ lauri & calamenthum aliquando uerò pro extractione aqua opus eſt aperire burſam, illud tamẽ apud Albucaſim non conceditur in uentoſa, quod ſi aqua fuerit in burſa, & non in chiſt contenta aperiatur cum ſagitella in parte inferiori diſtanter à commiſſura & extrahatur, & locus conſolidetur & medicamen cõſtrictiuum ſuper inguine ponatur cum plumaceolo ſtringendo ne iteretur, & ſi iterum redeat iteratio ſic fiat. Quando autem aqua fuerit concluſa in folliculo ducatur per didimum ſupra os pectinis, & à parte uentris miniſter digito fortiter comprimat, ut nõ egrediatur uentrem, & ſimiliter operator ſtringat à parte burſæ, ut non deſcendat in burſam, & cum phlebotomo penetret uſque ad aquam, & ipſam extrahat ex foramine cum tenta aliqualiter dilatato poſt accipiat parum arſenici ſublimati, utputa ſicut medium granũ frumenti, kyſtim, cauterizet, deinde educta eſcara conſolidetur. Secunda autem intentio, ſcilicet prohibitio aggregationis aquę perficitur extrahendo aquam, ſicut nuper dictũ eſt, hoc enim regimine aqua extrahitur & prohibetur alterius reaggregatio. Alij tamen cauterio actuali aut potentiali penetrant, uſque ad didimum & ipſum cauterizant. Credo tamen iſtas operationes eſſe ſecundum plurimum pluris nocumenti quam iuuamenti, quia aut totus didimus cauterizatur aut non, ſi non, aqua iterum deſcẽdit per partem non cauterizatam. Si uerò totus cauterizatur, neceſſe eſt teſticulum corrũpi & extrahi. Quapropter credo digibilius eſſe, ut his operatiõibus omiſſis quæ non ſunt abſque periculo, ſi aqua deſcendit, extrahatur modis ſupraſcriptis cum medicinis reſoluẽtibus aut cum perforatione, quæ aqua iterum deſcendente iteretur, ſic enim æger dies ſuos ſalubriter finiet, & eodem modo procedatur in ſanioſa. Hernia ſanguinea ſiue emboriſma ſi ſequatur fracturam arterię quę ſit notabilis difficulter recipiet curam. Primo ergo tenetur curatio cum appoſitione unguenti ſtiptici & debita compreſſione cum plumaceolo ſicut fit in ru-

ptura

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.253

ptura, nec mutetur niſi de quinto in quintum aut etiã tardius. Quod ſi hoc non ſuffecerit arteria in duabus partibus diſcooperiatur & ligetur, & in medio ubi eſt ruptura ſcindatur & extrema notabiliter cauterizentur & conſeruetur eſcara quantum eſt poſſibile, tandem remota eſcara quantum natura expellit cõſolidetur. Cura herniæ carnoſæ difficillima eſt. Si tamen cum inſtantia fueris requiſitus, præmiſſis uniuerſalibus, ſcilicet phlebotomia, uentris ſolutione ſecundum exigentiam, & ordinata dieta conueniente, quæ tẽpore operationum manualium de quibus infra, ſit tenuis decliuis ad frigidum, primo experire in carnoſa dura medicinis mollificantibus, poſtea reſoluẽtibus ſecundum ordinẽ inſtitutum in cura apoſtematum duorum ſed in intentione reſolutionis ſemper medicinæ reſoluentes ſint admixtæ farinæ fabarum aut earum ſubſtãtię, & aceto ad penetrationem, reſolutionem & mollificationem, hæ enim medicinę nunc mollificantes, nunc reſoluentes in longitudine dierum carnem extenuant, ſit tamen longior uſus extenuantium quam mollificantium, imò poſt initium curæ, in quo licet uti mollificantibus ſit ferè cõtinuus uſus extenuantium & reſoluentium.

Si uerò caro ſit mollis adipoſa ſolum cum reſoluentibus & fortiter exiccantibus procedendum eſt, ſed in uaricoſa frequenti phlebotomia baſilicæ eiuſdem lateris utendum eſt, & procuretur fluxus ſanguinis hęmorrhoidalis præcipuè, ſi fuerit conſuetus, ſed medicinæ locales ſint ſtipticę, in quibus ſit acetum & applicetur cum bona ſtrictura, & burſæ & teſticulorum ſubleuatione, his enim modis frequenter curatur ſine operatione manuali. Sed operatio manualis, primo prognoſticato periculo & rei difficultate ſecũdum Albucaſim hoc modo perficienda eſt, poſtquã fueris multis præcibus infeſtatus.

Scinde oſcheum ſufficienter in ea parte ubi eſt caro uel uarix, & impoſitis ſtuellis cum albumine oui ad ſanguinis reſtrictionem & uulneris dilatationem, nil aliud prima die opereris, ſed ſecunda die tenta ſepara carnem à teſticulo & à partibus quibus alligata eſt, nõ lædendo teſticulum & eam incide.

Si uerò non ſit poſſibile & teſticulus totus fortè ſit corruptus aut ſephiratus uel canceratus liga ſuperius didimum, uel ſue, poſtea cauteriza & totum extrahe, poſtea uulnus ſue, hæc tamen operatio ex ſequẽtibus fiat manifeſtior.

Si uerò fuerit uarix liga eam in parte ſuperiori & inferiori utrobique ſecando uenam prope ligaturas & inter medium extrahe, deinde uulnus ſue.

Cura eminentiæ & herniæ ſcirbalis & inteſtinalis ſit dupliciter, uno modo cum medicinis, alio modo cum operatione manuali. Curatio cum medicinis aut ſaltem præſeruatio habet quattuor intentiones. Prima euacuat. Secunda ſcirbum & inteſtina in uentrem reducit. Tertia ſtringit & cõſolidat. Quarta ordinat regimen ſex rerum.

Prima euacuat phlegmata & aquoſitatem, feces, & quæcunque poſſent rupturam facere aut fouere cum medicinis ſolutiuis, non tamen præter modum exoluentibus, in quibus ponatur aliquid derelinquens ueſtigium conſtrictionis, ſicut mirobolani citrini, chebuli indi, hæc ſolutiua ex ſæpe dictis poſſunt eſſe manifeſta. Secunda intentio perficitur, quando difficilis eſt intromiſſio, quia fortè inteſtina quæ deſcenderunt ſunt plena fecibus duris. Primo clyſterizando ægrum cum lenientibus & mollificantibus & fomentando particulam cum eiſdem & ex eiſdem faciendo balneum in quo iaceat, deinde ægro iacẽte ſupino altius tamen cum parte poſteriori quam cum anteriori & cruribus contractis, ſed dilatatis, ſtringendo inteſtinum propè foramen à quo egreſſum & paulatim, ſicut ſtringitur implendo ad intra uẽtrem per partem poſt partẽ, donec totum ingrediatur, maximus enim error eſt, uelle totum ſimul implere.

Et poſt intromiſſionem procuretur tertia intentio.

Primo fomentando locum cum aqua, uino, & aceto decoctionis gallarũ, nucum cupreſſi & aluminis. Deinde apponatur emplaſtrũ in loco in quo apparebat eminentia extenſum ſuper corio in modum ſcuti, quod cum brachali aut proportionali ipſi debite ſtringatur, & mutetur de nouem diebus in nouẽ dies, & cum mutatur ęger ſtet ſupinus, & amoueatur cum omni modeſtia, ne partes continuatæ diſcontinuentur & teneantur digiti deſuper, donec brachale ligetur. Inſtrumenta autem cum quibus ſit huiuſmodi conſtrictio triplicia ſunt. Quędam enim ſiunt ex petia, aut fuſtagno in cõmuni forma. Sed hæc non ſunt conuenientia, quia ſi ſtrictę illaqueentur dolorem inferunt abradendo carnem. Si uerò parum ſtringãtur inteſtinum ægreditur. Niſi fortè æger uellet per longum tempus quieſcere in lecto & ſtare ſupinus, in hoc caſu eſſet ſatis commoda, & ſi excoriarent aliquã partem ponatur ibi unguentum de ceruſa bene coctum. Sed ubi non poſſet aut uellet quieſcere ſtringatur locus cum brachali de ferro aut de ligno ſuffulto, fuſtagno aut ſimili. Hæc enim conuenientiora ſunt, & magis æqualiter cõprimentia. Nec relaxaut ſicut ea quę ſunt de fuſtagno aut tela, & commode feruntur equitando & incidendo. Et hoc maximè conuenientia ſunt ubi intendamus ſolum præſeruare, & non perfecte curare eſt enim difficile in homine qui frequenter mouetur locum conſolidari, licet aliquando uiderim quotidie exercitatum cum his perfecte curari. Sed ad perfectam curationem ſecũdum plurimum opus eſt iacere quinquaginta diebus, deinde alijs quinquaginta diebus poſtquam ſurrexit ferre brachale. Quolibet autem mane adminiſtretur ſibi potio conſolidatiua cum uino craſſo ſtiptico.

Deſcriptio emplaſtri, ℞. picis naualis, ℥.5. colophonię. ℥.3. lithargirij, amoniaci, oppoponaci, galbani, bdellij, maſtichis, terebenthinæ, ana. ℥.1. boli armeni, ſanguinis drach. gypſi, thuris, ſarcocollę, aloẽs, ſucco trini, mumiæ, ariſt. centaureæ utriuſque cõſolidæ, ſumach, berberis, nucis cupreſſi, gallarum, pſidiæ uermium, terreſtrium, ana. ʒ.2. ſanguinis humani, ℥.1. glutinis piſcium, uici quercini, ana. ℥.1.s. pellis arietinæ coctæ cum aqua pluuiali & aceto uſq; ad diſſolutionem, lb.s. diſſoluantur gummi cum aceto. Conficiantur omnia cum glutinibus liquefactis & fiat emplaſtrum.

Emplaſtrum quoq; Raſis in litera deſcriptum eſt conueniens & breuis compoſitionis. Potio ruptorum ſit ex trium conſolidarum, ſigilli ſanctę Mariæ, utriuſque laccę, utriuſque plantaginis, ualerianę, pimpinellæ, ana. ℥.1. nucis cupreſſi, nucis muſcatę, cinnamomi, rheubarbari aſſi, fructus tamariſci, ſeminis naſturtij

ſturtij, cymini præparati, coriandri, ana. ʒ.2. ſanguinis draco. maſtichis, mumiæ, terræ ſigillatę, boli armeni, piſcis, ſarcocollæ, tragacanthi, ana. ʒ.1. fiat puluis quo utatur ſumendo de mane, ʒ.1. cum. ℥.1.s. uini nigri ſtiptici. Alter modus curãdi rupturas apud Guidonẽ eſt quod ſuppoſito bono regimine de quo infra, ægro ut dictum eſt iacente per. 30. dies & reductis inteſtinis accipiat quodlibet mane & ſero, ℈.1. limaturæ calibis cum uino decoctionis epaticæ terreſtris & ſuper locum rupturæ per. 15. dies de tertio in tertium remutando, ponat emplaſtrũ factum de adamante craſſo modo puluerizato, & cum apoſtolicon malaxando incorporato, & poſt alios. 25. dies continuet emplaſtrum dictum ſuperius, & ligetur cũ brachali dicto, & iuſſu Dei erit curatus. Fundamentum iſtius curæ & tota ſpes eſt, quia in primis. 5. diebus adamas attrahit ad locum rupturę limaturam quę facit ad conſolidationem, & in alijs quindecim diebus emplaſtum complet conſolidationem. Quapropter reperietur ſuper loco nodoſo carnoſitas, quæ eſt ſignum perfecte curationis. Quarta intentio, ſcilicet regimen ſex rerum declinet ad caliditatem & ſiccitatẽ temperatam, cum quadam ſubtiliatione & carminatione uentoſitatis & proprię conſolidandi & aggregandi dilatata & diſiuncta. Et cauendum eſt ab omnibus uentoſis & ſuperflue humectantibus. Venter tamen teneatur magis lenis quam ſtipticus.

Vbi tamen præter modũ uenter ſtringeretur, poſſet uti in principio menſæ ouis ſorbilibus cum ſaccharo, paſſulis ſine nucleis & ſimilibus uentrem lenientibus. Et apud maiorem neceſſitatem in æſtate diaprunis, Nicolai compoſitio cum rheubarbaro. Et in hyeme alephanginis, pilulis de rheubarbaro & ſimilibus. Aut fiant clyſteria ſecundum exigentiam.

Operatio autem manualis in ruptura didimi perficitur duobus modis.

Primus cum inciſione cum raſorio, & eſt quod ſituato patientæ ſupino ſuper tabula, & bene ligato, & reductis inteſtinis in uentrem, ſignetur locus cum enclauſtro, ubi debet fieri ſectio ad quem locum teſticulus reducatur, poſtea fiat ſectio ſuper teſticulo & teſticulus cum didimo extrahatur excarnando & ſeparando didimum. Poſtea ſuatur & ligetur didimus firmiter, ita alte ſicut eſt poſſibile, prius capiẽdo & ſtringendo ipſum didimum inter forpices, propterea bonum eſt, ut antequam capiatur cum forpicibus trahatur notabiliter inferius, deinde ſecetur ſupra forpices. ita tamen ut didimo remaneat ſupra forpices quantitas medij digiti parui. Deinde fortiter cauterizetur pars remanens ſupra forpices, & intromittatur, ſed capita fili cum quo facta eſt ſuitio dimittantur extra, & cum albumine oui in primis, & poſtea cum curatione aliorum uulnerum curetur, & teneantur ſemper loca pila ſtupea cum ligatura debite compreſſa, ut tũſſi aut alio motu non fiat future diſruptio.

Secundus modus eſt cum cauterio actuali, & ponitur ab albucaſi, Auicẽna, & cęteris, & ſit quod reſupinato patiente modo dicto, & intromiſſo inteſtino & ducto teſticulo ad os pectinis, ſignetur locus ſecundum quãtitatem teſticuli cum emplaſtro, & reducto teſticulo per medium ſigni trãſuerſaliter cauterizetur cum cauterio recuruo totiens, quouſque ad os pectinis perueniatur. Poſtea cum albumine oui & cura reliquorum uulnerum curetur, extrahendo tamen didimum cum teſticulo. Si uerò uoluntas eſſet dimittere teſticulum, quia forte ruptura non eſſet ualde magna, facto ſigno cum emplaſtro ſuper loco ſcindendo remanente teſticulo in oſcheo, & non deducto ſuperius ad locum ſignatum perforetur, uſque ad os cũ inſtrumento recuruo, ita ut pars didimi ſecundũ medium eius ſcindatur utrinque & non totus didimus, & in hoc caſu inſtrumentum ſit paruum. Sunt aliqui qui cum cauterio potentiali hanc eandem faciunt operationẽ, quæ eſt longa, laborioſa, eam uide à Guidone & reliquis. Sunt & multi alij modi quos prætermitto, tum quia difficiles, longi & laborioſi, tum quia aliqui eorum ſunt fallaces. Prima tamen eſt cæteris ſecurior. Quia ſi eminentia eſſet in mirach uentris, ruptura ſiphac, ſignetur locus eminens ægro iacente ſupino ſecundum longum, uentris inteſtinum introducatur, deinde ſcindatur mirach ſecundum lõgum, uſque ad ſiphac excluſiue, deinde ſiphac ex utraque parte excorietur ſeparando ipſum à reliquis partibus, poſtea cum forpice capiatur utraq; pars ſiphac poſtea ſuatur & liget infra forpicem, & ſupra forpicẽ incidatur & cauterizetur. Et capita ſoliorum, cũ quibus ſutum eſt ſiphac extra uulnus dimittãtur, poſtea uulnus mirach conſolidetur cura reliquorum uulnerum. Simili modo procedendum eſt in cura rupturę inguinis mulierum, quę non habent didimum. Niſi quod ſectio in inguine, non debet fieri ſecundũ longum, ſed ſecundum tranſuerſum aliquantulum, ſecũdum inceſſum inguinis. Accidẽtia uerò quæ ſequũtur operationes ſupraſcriptas ſunt tria. Primũ, quia aliquando ſequitur dolor intenſus cui ſubueniẽdum eſt cum rebus anodinis ſuper loco appoſitis. Item cũ ſemicupijs anodinis, quod ſi ſpaſmus ſequeretur ſicut aliquando uidi, adminiſtretur cura ſpaſmi non proportionati ad materiã, & balnea ex oleo toti corpori applicita ſunt præſtantia. Secundum accidens eſt fluxus ſanguinis, cui ſubueniatur cum conſtringẽtibus in communi forma, & his non ſufficiẽtibus cauterizetur uena à qua ſanguis profluit profunde. Tertium eſt tumor burſæ teſticulorum interdum apoſtemoſus, cui ſubueniatur cura apoſtematum, & ſi ſaniaretur ſecetur inferius, ſimiliter ſi ſanies contineretur in oſcheo fiat ſectio parua in parte inferiori.

DE DOLORE IVNCTTRARVM. Cap. CXI.

Dolor iuncturarum eſt earum triſtis ſenſatio rei ſubito ſecundum plurimum materialiter imprimentis. Gutta autẽ eſt dolor iuncturarum à cauſa corporea, quapropter ſub dolore iuncturarum gutta continetur, tanquam inferius ſub ſuo ſuperiori. Eſt autem iunctura oſſium membrorum adinuicem coniunctio per ligamẽta & chordas muſculorum cum uenis, arterijs & cute, deſuper exiſtentibus ad membrorum flexionem & eorũ membrorum ſecundum ſuarum operationum exigentiam ordinata.

Dolor iũcturarum dupliciter diſtinguitur, aut ex parte iuncturarum patientium, aut ſecundum ſui eſſentiam. Primo modo dicimus, quod aliquis eſt dolor communis omnibus, uel ferè omnibus iuncturis, & hic

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.254

& hic artetica uocatur. Artus enim ſiue articuli iuncturę dicuntur. Aliquando tamen artetica dicitur, & ſimiliter pro cuiuſcunq; artus dolore à cauſa corporea, & hoc modo gutta & artetica erunt termini ſynonymi, licet Raſ. intitulans hoc capitulum uideatur per arteticam intelligere dolorem iuncturarum, quę ſunt ſupra pedes magnos. Aliquis autem eſt proprius aliquibus iuncturis, & hic aut eſt proprius iuncturis cõmunibus toti corpori quæ ſunt iuncturæ ſpondiliũ dorſi, quia ſuper ipſis totum corpus fabricatur, ſicut nauis ſuper carina, & hic uocatur dolor iuncturarum dorſi, aut eſt proprius iuncturę deſeruiẽti membro particulari. Et hic recipit uariam denominationem ſecundum membrorum diuerſitatem. Si enim ſit in iunctura mandibulæ uocatur dolor mandibulæ. Si uerò in iunctura humeri uocatur dolor humeri. Et ſi in iunctura cubiti uocatur dolor cubiti. Et ſi in iunctura raſetæ uocatur dolor raſetæ. Et quæcunque eſt in iunctura manus magnæ uocatur chiragra à χεῖρ, quod eſt manus. Sicut exiſtens in aliqua iunctura pedis magni uocatur podagra, licet poſtea recipiat uariam denominationem ſecundum diuerſitatem iuncturarum pedis. Nam exiſtens in iſchia dicitur ſciaticus, ſi deſcendit per coxam aut crus. Si uerò non deſcendat dicitur dolor anchæ, & exiſtens in genu dicitur dolor genu, eodem modo in reliquis. Diſtinguitur quoque dolor ſecũdum eius eſſentiam, eſt enim aliquis extenſiuus, aliquis pungitiuus, aliquis pulſatiuus, & ſic de alijs ſpeciebus doloris.

Cauſa immediata cuiuſcunque doloris eſt, aut mala complexio, aut ſolutio continui, aut utrunque ſimul ſicut in apoſtemate. Sed mala cõplexio eſt quandoque ſine materia exiſtens calida frigida aut ſicca, licet ſecundum plurimum frigida, quia in genere proportionali facilior eſt tranſitus. Sed ſecundum plurimum cum materia, aut mixta ex cholera & phlegmate, & eſt ſecundum plurimũ. Secundo in cauſa eſt ſanguis mixtus cum cholera, phlegmate aut melancholia. Tertio in cauſa eſt phlegma purum, dulce, aut crudũ, aut mucilaginoſum, aut alterius ſpeciei. Quarto ſanguis purus, raro cholera, rariſſime melancholia. Ventoſitas quoque aliquando eſt in cauſa & ſuperfluitates multiplicatæ in digeſtione tertia aut quarta. Et quandoque hi humores ſunt apoſtemantes, & quãdoque non, & ſecundum plurimum non apoſtemãt apoſtemate uero. Et hi humores ſiue apoſtement ſiue non, continentur in concauitate iuncturarum & ſunt imbibiti in carne & ligamentis non chordis & neruis. Sic enim in dolore iuncturarum frequẽter accideret ſpaſmus cuius oppoſitum uidemus. Hi autem humores in iuncturis paulatim congeruntur & proprie phlegma propter debilitatem digeſtiuæ & expulſiuæ, ſequentem aliquod genus ægritudinis in ipſis. Sed ſecundum plurimum deriuantur & aggregantur in eis, per uiam defluxus. Cuius defluxus cauſa eſt quadruplex. Diſpoſitio membrorum mittentium, diſpoſitiò membrorum recipientium, præſentia materiæ, latitudo uiarum. Mittentia autem ſunt. Aut totum corpus per cuius repletionẽ aut cacochymiam generatur artetica, materia non expulſa per conuenientes regiones. Si enim aliquando reſtricto fluxu diarrhico generatur artetica, aut aliqui dolores particulares iuncturarum materia ad ipſas conuerſa. Aliquando mittentia ſunt membra particularia, & frequentius omnibus epar, ſecundo cerebrum, tertio matrix, deinde inteſtina, ſicut cũ colica permutatur ad iunctura, ſimiliter ſplen & membra ſpiritualia, & quæcunque poſſunt materiam iuncturis communicare propter aliquam illorum membrorũ ægritudinem particularem debilitantem digeſtiuam aut eorum expulſiuam, unde neque eorum nutrimẽtum debite conuertitur, neque ſuperfluitates per cõuenientes regiones expelluntur, ſed potius pellũt ad iuncturas facile recipientes quatuor ex cauſis. Primo quia multis alijs membris ſuppoſitæ. Secundo quia ſunt concauæ in quibus propter uacuitatem materiæ facile recipiuntur, & receptę propter earum ſubſtantiam duram & denſam nõ facile expelluntur. Tertio quia doloroſæ, eo quod nerueæ, & dolor eſt cauſa attractionis materierum ad eas. Quarto quia debiles eo quod naturaliter create ſunt frigidæ. Sic enim fuit neceſſarium ne fortibus motibus in quos ſunt ordinatę præter modum calefierent, & propter eandem cauſam natura inſtituit humiditates quaſdam ad eas deriuari ne fortibus motibus exiccentur. Sed in quibuſdam ſunt debiles à generatione, eo quod parentes ſui fuerunt debilium iuncturarum, quapropter ex diſpoſitione principiorum generationis, ſimiles diſpoſitiones in genitis impreſſerunt, & in quibuſdam ſiunt debiles accidentaliter propter malum regimen ſex rerũ non naturalium de quo infra, & rerum accidẽtaliter occurrentium, ſicut eſt percuſſio, caſus & ſimilia. Tertio in cauſa eſt præſentia, materiæ peccantis multitudine aut malitia, multiplicatæ propter malum regimen ſex rerum, præcipue in cibo & potu. Quarto latitudo uiarum, per quas materia à membris mittentibus ad iuncturas recipientes facile effunditur, huiuſmodi autem uiæ ſecundum plurimum ſunt uenæ, & aliquando concauitates neruorum & porroſitates ipſorum membrorum. Cauſæ uerò extrinſecę ſunt aëris frigiditas congelans, & ſiccitas indurans priuando eas humiditate naturaliter ordinata, ſimiliter eius caliditas & humiditas diſſoluens & humores ad iuncturas fluere faciens. Somnus quoque ſuperfluus prętermodum humectans & ſuperfluitatum diſſolutionem prohibens, & uigilia ſuperflua digeſtionem corrumpens. Item retentio euacuationum cõſuetarum. Coitus ſuperfluus & tempore non congruo. Vnde autẽ Hippocrates ſexta aphoriſmorum aphoriſmo. 28. Eunuchi non podagrizant. Nimia quies, exercitium ſuperfluum tempore non congruo. Accidẽtia animi digeſtionem corrumpẽtia ſicut triſtitia timor deſperatio & ſimilia. Cibi & potus mali & ſuperflui de quibus ſuo loco agetur. Cauſæ uerò extraneę ſunt caſus percuſſio iuncturarum dislocatio & ſimiles.

Corpora uerò magis parata ad dolores iuncturarum merito complexionis ſunt frigida & ſicca, licet calida & humida merito repletionis, & frigida & humida merito cacochymiæ ſint paratiora, & merito ętatis, ſenes ſunt paratiores, quam iuuenes, & iuuenes quam pueri, quia pueri non podagrizãt ante aphrodiſia, id eſt, ante coitum. 6. aphoriſmorũ aphoriſmo. 30. Et merito ſexus, magis maſculi quam femellæ ſiue quia habeant uias latiores, ſiue forte id non ſit merito ſexus, ſed propter inordinatum regimen libidinis merito ſexus ſibi conceſſum. Nam mulier non podagrizat, niſi menſtrua defecerint. 6. aphor. aphor. 29. Tempora magis proportionata doloribus iuncturarum ſunt uer & autumnus tertia particula aphoriſmorum aphor. 25. & 22. et. 6. aphoriſmorũ aphor. 55. Et merito artis, ille in quibus oportet pedibus & manibus laborare ſicut uiatores & portantes onera. Et apud Auicennam humores crudi cum retinentur in corpore & non euacuãtur per naturam in egeſtione, & urina, nec per artem, non eſt longinquum, quin euenire faciant dolores iuncturarum, ſi expellãtur ad eas, aut febres ſi putreſiant.

Cum autem natura expellit eos in egeſtione aut urina, tu inuenies urinam in eis craſſam ſemper non ſubtilem, crudam, quare finaliter fit ſecuritas ab eorum malitia. Quod ſi ita non fuerit, erit unum eorum quæ diximus. Et propter hanc cauſam uidemus homines uinolentos, & in omni re inordinatiſſimos nunquam incurrere hos dolores neque aliam ægritudinem, quotidie enim ſua ſuperflua expelluntur. Et patientes ægritudines chronicas & conualeſcentes ſunt parati ad dolores iuncturarum, & proprie cum non euacuantur ſecundum quod oportet, neque eorum uirtutes fortificantur. Dolores iuncturarum habent quatuor tempora, principium, augmentum, ſtatum, & declinationem. Licet quandoque in eis tempora cõfundantur, cum poſt ſtatum et augmentum quandoq; redeat principium noua materia ad iuncturas defluxa, & quandoque reſpectũ diuerſarum materierum ſunt in principio, augmento, ſtatu & declinatione. Propterea difficile eſt in ipſis metiri medicinas. Dolores iſti terminantur quadrupliciter. Aut enim reſoluuntur, & hoc eſt ſecundum plurimum. Aut maturantur, ſed hoc eſt raro, eo quod propter uacuitates iuncturarum non ſuffocantur materiæ neque prohibetur exhalatio, & quia ſecundum plurimum ſunt ex phlegmate, ꝙ difficulter maturatur, & ex cholera, quæ facile reſoluitur. Aut induratur quandoque propter materiam humoris, quia phlegma craſſum, aut mucilaginoſum, aut melancholia, aut quia indocte tractãtur, ſcilicet cum nimis reſoluentibus, aut præter modum infrigidantibus, quapropter fit reſolutio aut expulſio partium ſubtilium remanentibus partibus terreis. Quarto quandoque permutantur ad membra nobilia, ſicut dolore ſpondilium & humeri ad cerebrum, nucham, aut cor, quandoque ad membra ignobilia ſicut ad uarices, & quandoque ſic permanent, id eſt, uſque ad finem uitæ ſuæ, & quandoque uirtute paulatim deficiente propter febres & dolores ſequentes materiam regimine naturę deſtitutã moriuntur con ſumpti & maraſmati.

Signa doloris iuncturarum cognoſcuntur ex relatu ægri & impedimento operationis iuncturæ dolentis. Et quod ſit a mala complexione ſine materia cognoſcitur, quia non eſt grauitas, neque tumor, neque calor mutatus a naturali, & in calida ſentitur caliditas per ægrum aut tangentem, præceſſerunt cauſæ calefacientes, iuuatur a frigidis, nocetur a calidis. Et ex oppoſitis cognoſcitur cauſa frigida. Mala autem complexio ſicca cognoſcitur ex aſperitate & arefactione ſenſata per ægrum, & pręceſſerunt cauſæ exiccantes, iuuatur ab humidis nocetur a ſiccis. Et quælibet harum cognoſcitur, quia ſecundum plurimum facile curantur.

Quod autem dolor ſit materialis, ſicut eſt ſecundum plurimum cognoſcitur ex grauitate ſenſata, & quia utplurimum adeſt tumor, & color eſt mutatus a naturali, niſi iuncturæ ſint profundæ, ſicut iunctura humeri & iſchiæ.

Quod autem ſit a materia calida præter grauitatem omnibus doloribus materialibus communem cognoſcitur ex caliditate ſenſata, & rubedine, & ueloci augmento, & dolore pungitiuo, pulſatiuo, aut extenſiuo magis quam grauatiuo & ex conſuetudine: qui dolores conſueuerunt eſſe a materia calida, & ex augmento eorum tempore uacuitatis & ſedatione poſt comeſtionem. Item ex inflatione & febre ſequente dolorem, & quia magis affligitur in die, & ex urina & egeſtionibus atteſtantibus humiditatibus calidis aut frigidis. Item ex reliquis conſignificantibus ſicut ex complexione calida, ætate, regimine præcedente, tempore, arte, & ſimilibus atteſtantibus caliditati. Et inter alia, quia iuuatur a frigidis, & nocetur a calidis. Et ex ſignis contrarijs cognoſcitur materia frigida.

Hoc tamen ſignum ſumptum ex iuuantibus & nocentibus, quandoque facit errare, qui error prouenit, tam ex parte doloris, quam ex parte medicinæ applicitæ. Ex parte quidem doloris, quia dolor aliquando inflãmat & non reſoluit. In primo caſu medicina frigida applicita iuuabit in pendente a materia calida & frigida ſedando inflammationem & calida nocebit. In ſecundo caſu, econtra calida iuuabit reſoluendo materiam per cuius reſolutiõem maxime ſedatur dolor & frigida nocebit prohibẽdo reſolutionem. Sed ex parte medicinæ applicitæ poteſt eſſe error, aut merito proprietatis, aut merito cõplexionis. Primo, quia quantumcunque medicina deberet merito complexionis ſuæ contrarię cauſæ doloris iuuare, tamen nocebit merito proprietatis. Ineſt enim apud Auicennam, unicuique corpori & membro, ut ab una medicina patiatur & non ab alia. Sed merito complexionis medicinę, quia ſi eſt calida attrahendo materiam augebit dolorem etiam pendentem a materia frigida, uel reſoluendo minute dolorem etiam pendentem a materia calida. Si uero frigida aut ſtupefacit & ſic minuit dolorem etiam ſi ex cauſa frigida accidat, aut claudendo poros retinet materiam maxime ſi ſtiptica fuerit, & ſic dolorem auget etiam in materia calida, & hoc modo, cauſa calida exiſtimabiẽ frigida, & frigida calida.

Sed pro euitando hunc errorem duo attendenda ſunt. Primum eſt, ut attendatur effectus ſequens primam impreſſionem medicinæ & proprie agentis per qualitatem actualem, ſi enim calida ſit & proprie actualiter & iuuet primo occurſu notabili iuuamento, dolor pendet a cauſa frigida, & econtra. Secundo obſeruare oportet reliqua ſigna ſupraſcripta, & ipſa cũ hoc ſigno conferre, & omnibus æquilibratis uidere, quæ ſint pauciora, & indicia huiuſmodi exigũt medicum prudentẽ & exercitatum.

Quod ſi cauſa fuerit phlegmatica, dolor erit paruus, grauatiuus, locus albus, tumor magnus & mollis tactu, frigidus abſq; pulſatione & punctione.

Si uero fuerit cholerica econtra ſe habebit, licet tumor in ea quandoque ſit maior atque grauedo, eo

T

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.255

q; de materia plurimũ effunditur ad iuncturam uice una, & modico tempore propter ſubtilitatem & caliditatem materiæ & rubedo loci magis clara cũ pauca tẽſione, & albeſcit locus per cõpreſſionem.

Si uero fuerit ſanguinea, color erit rubeus tẽdens in opacũ qui non albeſcit per cõpreſſionem, & dolor erit pulſatiuus & caliditas ſenſata.

Si uero fuerit melancholica, dolor erit minor & profundus, & tumor cum duritiæ & liuiditate.

Si uero fuerit uentoſa, tẽſio erit abſq; grauedine, & dolor qñq; mutabitur & iuuabit̃ cõpreſſione, et ſi mixta fuerit, q; eſt ſecundũ plur. ſigna erunt cõfuſa, et eſt de illis quę non iuuat̃ a calidis neq; frig. & interdũ iuuatur calidis & interdum frigidis.

Et pro horum notitia conſidera cõplexionem, habitudinem, regimen prҫcedens & reliqua cõſignificantia. Et ſi fuerit materia paulatim aggregata, dolor erit minor. Nã incipit et paulatim auget̃. Si uero ſubito infuſa dolor erit maior & repentinus, & hoc ſecundum plur. arguit latitudinem uiaꝶ, & ſubtilitatẽ materię maxime cũ multitudine. Et ſi materia a toto ſit infuſa dolor erit pluribus membris cõis, & erit artetica ſecundum plurimum. Si uero a cerebro paſſio ipſarum procedẽs hoc indicabit ut catharrhus & materia ſecundum plur. frigida phlegmatica, licet aliqñ calida ſi in ea ſit ſalſedo quæ aliquando per guſtum percipietur & incidit a ſpondilibus colli & procedit per collum ad humeros & ad iuncturas pedum. Si uero ab epate eius præceſſit ægritudo cum ſignis repletionis ipſius & uenarum & materia eſt calida ſecundum plur. Similiter ſi fuerit a ſtomacho & inteſtinis et reliquis mẽbris, paſſio ipſorum præcedens hoc indicabit, & materia effuſa naturæ membrorum mittẽtiũ, proportionalis fortitudo membrorũ mittentiũ cognoſcitur ex ipſorum bonis operationibus, bona complexione, & compoſitione, & ipſorum alleuiatione cũ tranſmittunt ſuperflua, & ex contrarijs ipſorum debilitas cognoſcitur.

Debilitas uero iuncturarum recipientium, ſi naturalis eſt cognoſcitur ex mala figura & reliquis ſpeciebus malæ compoſitionis quæ ſequitur ipſam malam complexionem. Et ex parte parentum, quia ſimiliter paſſi fuerunt. Si uero accidentalis cognoſcitur ex caſu, percuſſione aut alia ægritudine quæ præceſſit.

Multitudo materiæ aut malitia cognoſcitur ex ſignis repletionis aut cacochymiæ perquirẽda ſecunda primi.

Latitudo uiarum cognoſcitur ex amplitudine uenarum, craſſitiæ & ipſarum inflatione ſi manifeſtæ ſint. Si uero occultæ, ex frequenti ipſarum iuncturarum paſſione. Cauſæ primitiuæ ſeipſas oſtendunt. Tempora dolorum iuncturarum ſi ab una pendeat materia non habente nouas effuſiones facile cognoſcitur. Si uero materię ſint diuerſę nouas recipientes effuſiones confunduntur neque ipſorum poteſt eſſe certa cognitio.

Dolores iuncturarum, ſi per reſolutionem terminentur dolor paulatim decreſcẽdo procedit, neq; remanet durities aut calloſitas in iuncturis, neq; impedimentum in operationibus.

Oppoſitum uero contingit ſi terminentur ad duritiem. Maturatio uero ſignificatur ex multitudine humorum quibus ſanguis eſt admixtus, & ex augmento febris & doloris perſeuerantis cum duritiæ tenſiua prolongata, & cremento omnium accidentium, quæ ſedantur perfecta maturatione, & locus apparet mollis cum inundatione. Cumque recedunt dolores & punctiones, apoſtema uult erumpi. Si uero permutetur cognoſcitur ex ſedatione doloris iuncturę, et ex nocumento membri ad quod permutatur, non tamen decreſcit febris & inquietudo niſi permutetur ad membra ignobilia &c.

Prognoſtica. Primum Auicennæ. Multotiens inuiſcantur materiæ inter iuncturas & fiunt ſicut gypſum & proprie quæ crudæ ſunt. Secundum. Et multotiens oritur ſuper iuncturas eorum caro, & proprie inter digitos, quia torquentur digiti, & fit dolor fortis quandoque, licet quandoque ſedetur & fiunt hęc in habentibus complexiones calidas & ſecundum plurimum non oritur caro dicta, niſi cum materia eſt ſanguinea, quæ eſt materia illius carnis. Reliqui enim humores, non ſunt apti in ſanguinem conuerti. Et in his duobus caſibus non eſt ſpes curæ, ſicut nec quando iuncturæ iudurantur ut flecti non poſſint, nõ quidem propter multitudinẽ humoris extendentis, ſed propter exiccationẽ ipſaꝶ aut putrefactionẽ materiæ iuxta illud Oui.

Soluere nodoſam neſcit medicina podagram.

Tertium. Qui incurrunt dolores iuncturarum ſecundum plurimum incipiunt a podagra policis pedis. Quartum. Dolor iuncturarum eſt morbus hҫreditarius. Quintum. Curatio dolorum iuncturarum quandoque ducit ad perniciem & proprie cum antiqui ſunt, quoniam materia ſolita fluere ad iuncturas conuertitur ad membra nobilia. Sextum. Si ſuccurritur doloribus iuncturarum, in primis cum apparẽt eſt cura facilis quod ſi confirmẽtur & conſeneſcant & proprie illi qui generati ſunt ex humoribus diuerſis non recipiunt curationem. Septimum. Quando apparent uarices in doloribus, & podagra eſt eorũ ſanatio per eas. Octauum. Dolores iuncturarum aliquando cõmouent febres, aliquando ſequunt̃ eas. Nonum. Artetica cum curatur ſecundum plurimum non redit, oppoſitum eſt de alijs doloribus iuncturarum. Nam licet curentur redeunt & proprie podagrę. Decimum. Dolores iuncturarum quandoq; ducunt ad mortem, & proprie cum antiquãtur & fiunt continui, quoniam excitant febres continuas ex quibus ſimul cum doloribus corpus excitat̃, & tabeſit. Vndecimum. Habentibus dolores iuncturaꝶ prolongãtur oſchea teſticulorum. Duodecimum. Podagra cholerica quandoque attrahit mortem ſubitam, & proprie apud regimen plurimum, id eſt, ſollicitudinem in repercutiendo & infrigidando propter conuerſionem materiæ ad mẽbra nobilia. Decimumtertium. Tabeſcit mẽbrum illud in cuius iunctura dolor multum prolongatur & proprie quando diſlocatur, tũ propter prohibitionem a motu, ſecundo quia debilitatur ex dolore, tertio quia mucilagines obtundunt calorem, & quarto propter dolorem & diſlocationem clauditur uia tranſitus nutrimẽti ad mẽbra &c.

Quum

Qvum in iuncturis fuerit dolor & apoſtema, & locus cum tangitur fuerit tactu calidus, & color rubeus, æger ſi dolet in dextro pede ex dextra manu, & in ſiniſtro ex ſiniſtra eſt phlebotomandus. Et locus ex hoc medicamine eſt leniendus. Epithima. Recipe roſ. rub. ſandali, fauſel, ſief memithe, bol. armen. opij omnium partes æquales ex iſtis in aqua & aceto diſſolutis fiat epithima, pſilium quoque aceto infuſum in charta miſſum de panno ſuperponatur & cum tepuerit mutetur, & loco eius aliud ſuperponatur. Venter præterea ex apozemate mirobolan. & hermodactil. ſoluatur.

Apozema mirobolan. cum hermodactil. Recipe, mirobolanorum citrinorum, drachmas quindecim, pulueris turbith fricati, polypodij, amborum ana, drachmas tres, ſenæ, ſeminis fumiter. ana drachmas tres, hermodactyli albi, ſeminis endiuiæ, ſeminis apij, rom. omnium ana drachmas duas coquantur in tres libras aquæ, donec ad unam redeant, deinde manibus fricentur & colentur & bibatur cum ſacchari taberzet, drachmas decem. Si quis autem apozema faſtidiuerit, pilulas iſtas ſumat quæ in lecto iacentes ſurgere et incidere faciunt, & pedibus ambulare.

Pilulæ quæ non ualentes incidere, faciunt ſurgere. Recipe aloës, drachmam unam, ſcammoneæ quartam ſcrupulum 1. roſarum rub. tritarum ſextam. drachmam unam, hermodactili albi, drach. ſemis, informentur ex eis pilulæ quæ erunt doſis 1. æger uero nutriatur ex cibis frigidis & ſtipticis, & abſtineat a uino & confectionibus quæ ex melle fiunt, & carne.

Cum aũt apoſtematis calor quieuerit, et eius inflãmatio ex his quæ calidorũ apoſtematum reſoluunt reliquias curetur.

Quorum unum, Reci. ceram in oleo de lilio reſolutam cui admiſceatur mucilago fœnugræci et ſem. lini, deinde terãtur ſimul donec uniantur & fiant ex eis epithima.

Hoc capitulum Raſis intitulatum de pogadra artetica & ſciarica diuiditur in duas partes. In prima ponit curam arteticæ & podagræ. In ſecunda curam ſciaticæ, ſecunda ibi. Dolor uero qui. Prima in duas, nam in prima curat arteticam calidam, in ſecunda frigidam, ſecunda ibi. Cum autem cum dolore.

Prima iterum in duas. Nam in prima docet curare arteticam calidam. In ſecunda docet ab ipſa prҫſeruare. ſecunda ibi. In tempore autem. Prima iterum in ſex. Nam in prima ponit ſigna arteticæ. In ſecunda curat per phlebotomiam. In tertia curat per repercuſſiua & doloris ſedatiua. In quarta per reſolutiua. In quinta per dietam. In ſexta ponit localia conuenientia poſt ſedationem doloris & inflammationis ſiue conueniẽtia a medio ſtatus ultra. ſecunda ibi. Æger ſi in dextro. tertia ibi. Et locus ex hoc, quarta ibi. Venter uero, quinta ibi. Æger uero nutriatur, ſexta ibi. Cum autem apoſtematis calor.

Quæ dicit in omnibus his partibus nota ſunt & ex dictis & dicendis notificabuntur magis. Fauſel .i. auellana inda frigida & ſicca. Sief memithæ fiunt ex ſucco memithæ inſpiſſato, eſt autem memithæ herba frigidæ naturæ dicta glaucium apud Dioſcoridem.

Circa quartam partem nota illius decoctionis eſſe doſim magnam, & non conuenire hominibus temporis noſtri. Eſt etiam ratione ſuæ quantitatis multum abhominabilis, ſufficeret enim medietas, ſcilicet ſex ℥.

Secunda notat ut patet ex ſimplicibus ipſam cõuenire in gutta mixta. Similiter pilularum quas ſecũdo deſcribit ſufficeret medietas aut duæ tertiæ. Reliqua nota ſunt.

In tempore autem ſuæ incolumitatis et ꝓprie circa tẽpus in quo cum ægritudo inuadere cõſueuit, et ꝙ maxime in uere aſſueſcat phlebotomia uti & uẽtris ſolutione, et ex his quæ cholerã expellunt rub. Et a potu uini abſtineat, et a comeſtione eorũ quæ ex melle cõficiũtur, et a carne. Et ſint eius cibaria acet. et ſtiptica & his ſimilia ex eis quæ infrigidant. Membra aũt quæ hanc cõſueuerunt incurrere paſſionẽ minus ſolito laborẽ pati aſſueſcant, & præcipue cum tempus inuaſionis timetur, & cum corpus fuerit plenum & uenæ plenæ, et fuerit diu

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.256

ex quo neq; minutus neq; ſolutus fuerit.

Hic docet pręſeruare a gutta calida. Et quę dicit ſunt nota. Et nota acetoſa ſibi cōuenire ſicut acetoſitas citri, citrāguli, acreſta & ſimilia pręter acetum, eſt enim maxime neruis & iuncturis inimicum.

Cum autem cum dolore iuncturarum, neque dolor neque rubor in colore fuerit, fueritque æger frigidæ complexionis, & locus tactu ſentitur frigidus. In principio curationis eius pilulæ maiores de hermodactylis dandæ ſunt, quæ. Recipe hermodactylos, ſatyrion, mezacchara, omnium ana. drachmas quinque, hierepicræ, drachmas decem, colocynthydis, centaureæ minoris, amborum, ana. drachmas quinque, euphorbij. drachmas duas, turbith, drachmas decem, ſetaragi indi, zingiber, ſinapi, piperis, caſtorei, omnium ana. drachmam unam, informentur ex eis pilulæ, ex quibus a duabus drachmis & ſemis, ad tres ſumantur, hæ namq; pilulæ ualde conferunt, quia non ualentes ſurgere incidere faciunt.

Epithima ad podagram frigidam.

Recipe. caſtorei, ſtyracis liquidæ, euphorbij, mirrhæ, aloës, acatiæ, omnium partes æquales, ex his omnibus uino ueteri admixtis fiat epithima.

Cum itaque dolor quieuerit, ſuccurratur patienti ex diſtillatione multæ aquæ calidæ ab alto, & in unctio fiat ex oleo de lilio. Et emplaſtrum de bdellio molli, & ſtyrace, ac fœnugræco, & ſeminis lini, & ammoniaco ſuperponatur, quod hoc modo conficiatur, ammoniacum, & bdellium in uino ueteri reſoluantur, & alia omnia eis admiſceātur, quibus fiat emplaſtrum & ſuperponatur.

Hæc namque ægritudinis eſt ſpecies quæ in lapidis duritiem tranſit, & reddit membra & iuncturas fungis ſimilia. Quapropter hanc habens paſſionem a faſtidio, & ab aqua frigida, & a cibis craſſis abſtineat, & a frequenti ebrietate cuſtodiatur. Eique præcipiendum ut dum ſanus eſt motu utatur, & a coitu abſtineat, præcipue cum ſatur fuerit. Neque balneum ingrediatur. Neque exercitetur poſt comeſtionem. Vinum prӕterea uetus & purum bibat. Eis quoq; dum ſanus eſt utatur quæ urinam prouocare conſueuerunt.

In hac parte curat dolorem iuncturarum frigidum. Et habet duas partes. In prima ponit regimen curatiuum. In ſecunda regimen præſeruatiuum, ſecunda ibi. Eique dum eſt ſanus. Prima pars poſſet diuidi in quinq; partes, ſecundum quod quinque intendit, primo ponit ſigna doloris iuncturarum frigidi, ſecundo deſcribit pilulas ſolutiuas, tertio deſcribit quædam applicanda exterius, quarto ponit quoddam accidens, ad quod perueniunt patientes hunc dolorem frigidum, quinto ponit dietam conuenientem, quæ dicit in his partibus ſatis nota ſunt.

Et quāuis dicat in principio curationis dādas eſſe pilulas de hermodactylis intelligēdum eſt pręcedente digeſtione ut declarabitur inferius.

Et quia in pilulis ponitur ſatyrion, eſt ſciendum quatuor eſſe ſpecies ſatyrionis. Vnam geminas habens radices, ut teſticulos una ſemper pinguior eſt altera. Sed ſecunda ſingularem tantum habet radicem ſimilem prædictis, niſi quia craſſior eſt. Tertia unam radicem habet ſimilem modo dicto ſuper qua ueluti filum oritur, cui radicula alia parua ſuſpenditur ſubterq; craſſiorem dicta in terra moratur, quarta uero ſpecies cui ob ſimilitudinem manuum duarum nomen a modernis datum eſt, palma Chriſti dicta eſt, cuius interdum folia maculis uiolaceis notata apparent. Orchis etiam uidetur eſſe ſpecies ſatyrionis maxime quæ cynoſorchis dicitur, cuius expoſitio eſt canis teſticulus. Omnes ſpecies ſatyrionis calidæ ſunt cum multo humido uentoſabili, propterea excitant coitum. Radices enim eorum confectæ cum melle mirabiliter ualent ad coitum, & ualde proſunt arteticis præcipue ſuccus eorum cum melle exhibitus mechezera, id eſt, ſenæ, ſetaragi indi, id eſt, capſia.

Emplaſtrum ultimum ſic deſcribitur. Recipe ammoniaci, bdellij, ana, quantum uis diſſoluātur cum uino ueteri, & cum mollificata fuerint ſecum miſceantur ſtyracis, farinæ fœnugræci, ſemen lini, ana. quantum ſufficit ad inſpiſſandum. In quarta parte dicit, quod hæc ægritudo reddit membra & iuncturas fungis ſimiles, apparent enim in iuncturis tumores quidam pleni plegmate gypſeo, cætera quæ dicit nota ſunt, & magis notificabuntur ex dicendis.

Dolor uero qui iſchiaticus uocatur, eſt qui ab ancha per coxam totam uſque ad genu in longitudine protenditur, quandoq; etiam in longitudine ad uirgæ ſimilitudinem

tudinem

tudinem extenſus per crus uſque ad pedes deſcendit. Et tunc ſi in complexione dominatus fuerit calor, & in urina tinctura, ex baſilica manus eiuſdem partis prius minutio facienda eſt, deinde ex iſchiatica.

Si autē ægri complexio frigida fuerit, et color fuſcus, ſæpe prouocandus eſt uomitus ex apozemate raphani cū ſyru. aceteſo.

Coxa quoque ac pedes & crus ex oleo, in quo caſtoreum & euphorbium & ſtyrax ſint reſoluta inungatur aſsidue.

Quod ſi dolor in coxa manſiuus fiat æger ex almuri & nabati, & baurach clyſterizetur, & ex enemate acuto quod in cap. de apoplexia nominauimus.

Collyrium quoq; ex cyclamine & colocynthyde factum ſupponatur, quod eo uſq; fieri conuenit donec æger excoriationem incurrat, ex ea enim dum accidit plurimum conſequitur ſanitas.

Si autem paſsio inueterauerit ſinapi ſumatur, & cum fimo columbino eiusdem quantitatis teratur, & ex apozemate ficuum cōficiatur, ex quibus coxæ emplaſtrum ſuperponatur, quod tam diu dimittatur, donec in loco ueſicæ plenæ aqua fiant & ſcindantur, & cum fluat aqua quæ in eis eſt euaporetur locus cum aqua calida. Deinde æger per aliquod dies quieſcere dimittatur. Et ſi nondum ſanitati reſtitutus fuerit ad hanc eandem curam redeundum eſt. Quod ſi ægritudo ualde manſiua fuerit & longi temporis, & timetur ne uertebrum reſiliet, aut egreſſum fuerit, locus ex inſtrumento quod rotæ aſsimilatur cauterizandus eſt, et intendatur cum cottura, ut ſuper caput anchæ, aut coxæ principium ponatur. Huius tamen rei ſermocinatio iſtius noſtri operis metas tranſcendit.

Taliter prӕterea patientes tempore ſoſpitatis uomere cōſueuerint, et ſoluere uentrem et regimē ſubtiliare, et a cibis craſſis et frequenti ebrietate abſtinere.

In hac parte agēs de dolore iſchiatico, pri° ponit regimē curatiuū, ſecundo pręſeruatiuū. ſecunda ibi: Patiens in tēpore ſanitatis. Pri^a^ in duas. In pri^a^ curat dolorē ſciaticū in parte aut totaliter pendentē a ſang. In ſecunda parte curat ipſum a phlegmate, & humoribus frigidis pendentem, ſecunda ibi. Si aūt æger.

Quæ dicit in prima parte nota ſunt. Fit enim prima phlebotomia ad euacuandum et diuertendum ſecunda uero ad eradicandum.

Similiter quę dicit in ſecūda parte ſatis nota ſunt. Primo enim prouocat uomitum cum decoctione raphani quæ debet eſſe circa ℥. iiij. cum ℥. duabus ſyrupi acetoſi mellini ad euacuandum & digerendum.

Secundo ungit totam partem dolentem cum unctione calida & ſicca fere uſque ad quartum gradum notabiliter reſoluente. Tertio clyſterizat dolore exiſtente fixo in ancha ex enemate poſito in capitulo de apoplexia cui admiſcet almuri, id eſt, ſalſamentum, nabati, id eſt, illius regionis, & Baurach, id eſt, ſpeciem ſalis quam non habemus: ſed loco eius utimur ſale nitro aut ſalgemma. Quarto facit ſuppoſitorium ex cyclamine, id eſt, pane porcino & colocynthyde, & poteſt fieri ſecundum hunc modū, fiat ſuppoſitorium ex cyclamine in forma communi & inuoluatur cum colocynthyde pulueriz ata & ſuſpenſum cum filo ſuperponatur, quod multotiens iterādum eſt, & aliquando clyſtere dictum ſtatim, donec fiat excoriatio in extremitate inteſtini recti, hoc enim modo aliquando materia ex iunctura anchæ eradicatur. Quinto his non ſufficientibus ponit ſuper iuncturam anchæ ueſicatorium factum ex ſinapi & fimo columbino ana. adinuicem incorporatis cum decoctione ficuum, quod debet ſuper loco dimitti tanto tempore quod locus ueſicetur ut puta 12. horis, & poſtea ueſicæ rumpantur, & ſi conſolidentur, iterum ueſicatio replicetur, donec materia ex profunditate iuncturę eradicetur, ad conſeruandum autem locum ita excoriatum ſuperponimus caulem ad ignem mortificatum, butyro aut axungia iunctum, his autem non ſufficientibus locus eſt cauterizandus, caput anchæ, id eſt, ſuper iunctura uertebri coxæ cum pixidæ anchæ, quæ uertebrum ingreditur quæ apparet in parte ſylueſtri cum inſtrumento rotæ ſimili, id eſt, figuræ ſphęricæ, cuius formam hic uides, aliquando facimus cum cauterio triangulato huius figuræ. Cætera quæ dicit nota ſunt.

Regimen doloris iucturarum eſt triplex. Pręſeruatiuum quod debetur his qui parati ſunt ad ipſum. Curatiuum, quod debetur patientibus ipſum. Tertium eſt reſumptiuum quod debetur neutris conualeſcentiæ ex ipſis doloribus iūcturarum. Primum regimen ſcilicet præſeruatiuum tres habet intentiones, prima ut materia non generetur. Secunda ut generata educatur. Tertia ut membra tam mittentia quam recipientia rectificētur.

Prima completur cum debito regimine ſex rerū non naturalium & annexorum. Aër declinet ad ſiccum temperie actiuarum aut prope temperiem, uerum in paratis ad dolores frigidos parū declinet ad calidum. Sed in paratis ad calidos ſit temperatus aut

T 3

leuiſſime declinãs ad frigidum, ſunt enim cęteris partibus, magis apti lædi ab aẽre frigidp quam oportet & a calidiori quam oportet. Videtur exceſſus aẽris tam in calidítate quam in frigiditate, ſed maxime in humiditate, quapropter habitẽt in ſolari, non in loco terreno humido. Et uitent aẽrem uentoſum & pluuioſum, ſint taliter induti & calceati, ut neq; æſtuent, neque frigeant magis tamen caleant quam frigeant. Vitentur calciamenta ſtricta dolorem inferentia. Nec utatur calopodijs nec alijs huiuſmodi quibus pedes ſui multum laborent aut contorqueantur.

Somnus ſit a 6. horis uſque ad 8. & nocturnus. Meridianus uitãdus eſt, niſi ſomnum nocturnũ omiſerit. Et ſi non poteſt abſtinere, dormiat per mediam horam a medio Maij, uſq; ad medium Auguſti. Et iuxta poſſe dormiat ſuper parte oppoſita parti quę pati cõſueuit, quapropter ſi dolores cõſueuerunt in iuncturis lateris dextri dormiat ſuper ſiniſtro & cõtra, ſi uero in iũcturis utriuſque lateris dormiat ſupinus, ſi uero in iũcturis dorſi dormiat reſupinus, id eſt cũ facie deorſum, aut ſuper altero laterum.

Procurentur euacuationes oẽs a natura inſtitutę, imò etiam non naturales ſi fuerint diu conſuetæ. Inter cætera lenitas uentris, & mictus plurimus, & proprie urinę craſſæ turbidæ pręſeruant a doloribus iuncturarum. Vitetur coitus niſi natura multum ſtimulante.

Nimia deambulatio, ſtatio, & pedum ſuſpenſio lædit iuncturas, ſicut ecõtrario nimia quies parat dolores iuncturarũ. Accidentia animi, paſſiones animi exceſſiuę corrũpentes digeſtionem uitãdæ ſunt, ſicut triſtitia timor deſperatio, ira, longũ ſtudium & ſimilia. Spes uero, moderatum gaudium cõuenit, panis ſit debite conditionatus.

Potus ſit uinũ nigrum ſtipticũ aliqualiter acre, aut ſaporis medij, per torcular expreſſum, bene clarum, pauciferum aut medię uinoſitatis unius anni tã tum, debite limphatum, cum aqua bene conditionata. Debet aũt magis limphari in paratis ad guttã calidam. Minus in paratis ad guttã frigidam. Medio modo in paratis ad mixtam.

Raſis tamen in gutta frigida concedit uinum uetus purum, ſed in gutta notabiliter calida exiſtimo præſtantiorem potum eſſe aquam & proprie ſaccharatam, niſi timeatur læſio ſtomachi & membrorum naturalium, in quo caſu parum uini cum aqua miſceatur. Sed in mixta aqua ſaccharata infuſionis ſoliorum ſaluiæ, aut uinum ſupraſcriptum bene lymphatum cum aqua ſupraſcripta, ſed in frigida aqua paucioris aut pluris mellis ſecundum exigẽtiam temporis & complexionis & conſuetudinis. Salata bis in hebdomada poteſt uti accipiendo ex ea duo aut tres bolos in gutta & tempore frigidis. Saluia cum boragine, modico roſmarini & modico mentæ ſimul mixtis, Item capparibus. Sed tempore medio, cichorea cum modico menthæ & ſaluia. Sed tempore calido endiuia, cichorea, lactuca, quæ condiantur cum acreſta aut uino granat. aut aceto modicæ acuitatis, & cum ſacch. poſſunt dulcorari. Vtatur tñ calidis aut frig. ſecundum exigentiã temporis & guttę & aliarum circunſtantiarum. Fercula in gutta calida ſint panicium & milium. Item fercula ex ouis & acreſta, & ex herbis endiuia, portulaca, ſpinachia, acetoſa, cucurbita, & proprie cum acreſta condita. Sed in frigida, rizum, far. Item fercula quæ fiunt ex ouis aut pane ſecundum cõmunem uſum, ius cicerũ, & cicera ipſa fracta & optime cocta aliquãdo conueniunt. Item ſaluiata radix enulæ triturata cũ uitellis ouorum cocta. In frigida cauenda ſunt brodialia in frequenti uſu, & in mixta conueniunt amygdalata, blites cum boragine.

Carnes conuenientes ſunt pulli cuiuſcunque generis, non ſuperflue impinguati. Item columbi uolare incipientes & proprie ſilueſtres, turtures, turdi, ficedulæ, aues paruæ, degentes in arboribus & in pratis præter paſſeres, perdices, phaſiani, franquillini. Sed aues aquaticæ omnino uitentur, & ex quadrupedibus conueniunt hœdi, capreoli, cuniculi, lepores iuuenes, uituli caſtrati annuales, carnes ericij porcini ſunt propriæ, & pedes horum animalium conueniunt cum proprietate ſua, ſed ſint optime cocti. In gutta tamen calida, uitandæ ſunt carnes in ſuperfluo uſu, & hæ carnes in prandio comedantur elixæ, in cœnis aſſatæ, uitandæ ſunt carnes antiquæ ſalitæ, licet in gutta frigida aliquid carnium ſalitarum concedi poſſit.

Piſces uitandi ſunt, ſed ex minus nociuis ſunt piſces parui, petroſi, lutij, ſtrilei, cauedani, ſardenę, temali. Et ex marinis, ſardellæ, anguſigulæ, auratæ, paſſeres & ſimiles, facilis digeſtionis, & boni chymi paucarum ſuperfluitatum.

Oua cõueniunt ſecundum omnem modum adminiſtrationis dummodo ſint mollia, nõ per decoc. indurata. Lac & lacticinia uitanda ſunt. Oleum et butirum ſint in raro uſu. Ex ſaporibus conueniunt uinum granatorum, acreſta, uinum criſpinum & ſimilia, uitetur acetum, ſapor ex amygdalis cum paſſulis optime conuenit, item ex amygdalis cum acreſta pipερata in gutta frigida & tempore frigido, ſimiliter, ſapo & ſinapi. Ex fructibus conueniunt paſſulę, auellanæ, ficus ſiccæ, fiſtica in cauſa frigida. Sed in calida granata, pira, citonia & proprie cocta & pineæ præparatæ conueniunt in mixta.

Canones obſeruandi in cibãdo ut nõ comedat niſi pręcedẽtis cibi digeſtione celebrata.

Surgat a menſa cum reliquijs famis, non multiplicet cibaria in menſa una. Ieiunet bis in hebdomada, & omnibus diebus ſecundum legem pręceptis, et proprie parati ad gutam frigidam aut mixtam, & notabiliter comedat anteq; bibat. Secunda intentio ſcilicet euacuatio materiæ iam genitæ completur cũ phlebotomia. Si ſanguis ſolus peccauerit aut alij humores cũ ſang. ſang. dñante, aut ẽt ſi ęqua ꝓportionabiliter peccauerint, & hauriaſ q̃titas ſang. ſecundũ exigentiam uirtutis & repletionis & phlebotometur in uere, aut ante tempus in quo gutta accidere conſueuit.

Quod ſi conſueuerit accidere in aliqua iunctura pedum, ſicut eſt ſecundum plurimum phlebotomentur baſilicæ ambæ ſi in ambobus pedibus accidere conſueuit, aut ſi tantum in uno baſilica eiuſdem lateris, & proprie ſi epar aut ſplen miſerit materiam. Quod ſi cerebrum mitteret materiam præſtantius eſſet phlebotomare communem, ut ſimul deſeruiret membro mittenti & recipienti. Quod ſi accidere conſueuit

re cõſueuit in ambabus manibus phlebotomeť utraque ſaphena, & ſi in una manu tantũ phlebotometur ſaphena eiuſdem lateris aut baſilica lateris cõtrarij, & ſi mittens eſſet cerebrum communis manus cõtrarię, & multo plus debemus eſſe audaciores, & promptiores ad phlebotomandum in regimine præſeruatiuo quam curatiuo. Si uerò alij humores fuerint in cauſa abſque peccato ſanguinis, aut ſanguine multum ſubdominante euacuentur ſecundum ipſorum exigentiam. Cholera quidem cum caſſia tracta, cum decoctione mirabolanorum citrinorum, prunorum & tamarindorum. Cum qua ſi uenter fuerit ſtipticus miſceatur drac. 1. aut quantum tibi uidetur electuarij ſuc. roſa. aut exhibeatur ſolum electuarium ſucci roſarum à drac. 2. uſque ad. 3. cum decoctione ſupraſcripta. Quod ſi maluerit pilulas, exhibeantur pilulæ de hermodactylis minores circa dra. 1. Præſtantius tamen eſt ut ſolutiuis exoluentibus præmittantur digeſtiua. Propterea ante digeſtionem ſufficeret aloës loti, dra. s. mirabolanorum citrinorum, ℈. 1. pilularum minorum de hermodactylis, ℈. s. cum aqua endiuiæ, aut ſucco roſarum, formentur pilulæ. 7. Si uerò in cauſa fuerit phlegma, exhibeantur pilulæ de hermodactylis maiores circa dra. 1. aut. ℈. 4. & ſi maluerit medicinam liquidam, exhibeatur electuarium indum, circa dra. 4. præcedentibus tamen debitis digeſtionibus ſecundum materiæ exigentiam, & membrorum tam mittentium quã recipientium, euacuantur quoque huiuſmodi materiæ propriè phlegmaticæ cum diureticis & prouocantibus ſudorem.

Electuarium boni ſaporis ſoluens phlegma ex iuncturis. ℞. hermodactylorum. dra. 1. mirabo. citrino. zing. ana. ℈. 1. miuæ citoniorum, quantum ſuffi. fiat electuarium eſt doſis una. Si autem uolueris ſoluere phlegma & colicam, his adde diagridij, gran. 12. eſt pro duabus uicibus. Si autẽ opus ſit ſoluere phlegma, choleram & melancholiam, his adde, ſenæ. polypodij. ana. ℈. 2. & ſunt tres doſes, & adde ſupraſcriptis, ℈. s. zing. & erit conueniens in præſeruando & curando, bonum tamen eſt ut pro conſeruatione fiat huiuſmodi euacuationes integratæ ex ſuis digeſtiuis, ſolutiuis ſecundum exigentiam materiæ.

Tertia intentio ſcilicet mẽbrorum rectificatio completur ut infra. Membra namque mittentia debent regi primo euacuãdo ab eis ſuperflua, propterea euacuationes de quibus ſupra debẽt reſpicere tam mẽbra mittentia quam recipientia. Secundo debent eorum diſcraſiæ corrigi cum interius & exterius applicitis ſecundum exigentiam. Et tertio uirtutes eorum roborari cum proprijs moderate ſtripticis. Verum hę duę ultimæ intentiones cum eiſdem perficiendæ ſunt qui ſimul alterant membrorum diſcraſiam & cõfortant. Membra autem recipientia confortant cum exterius applicitis ex quibus ſunt thermæ aluminoſæ, & ſi fuerint ſimul aluminoſæ, ferreæ, ſalſæ, multum proderunt. Secundum eſt lotio eorum cum aqua ſalſa neque frigida, neque multum calida. Tertium eſt calcare uuas & propriè nigras aut in ipſis calcatis, dũ bulliunt frequenter tenere pedes. Quartum flores amygdalarum, mirti, camomilæ, meliloti. roſe. & propriè eorum decoctio confortat iuncturas. Et ſi fuerit paratus ad guttas frigidas ponatur cum eis aliquid ſalis aut aluminis, aut utriuſque. Ex ſumptis eſt ſaluia parum cocta, item nux indica, item acorus, item edera terreſtris, & dicitur uerbena portata præſeruat iuncturas pedum à doloribus. Secundum regimen, ſcilicet curatiuum tripartitur. Primum debetur cauſæ antecedenti. Secundum cauſæ coniunctæ. Tertiũ eſt commune utrique curans accidentia & ordinans debitum regimen ſecundum exigentiam intentionũ præcedentium. Primum regimen habet tres intentiones. Prima eſt euacuatio. Secũda diuerſio. Tertia fluxus interceptio. Prima autem intentio ſcilicet euacuatio completur cum phlebotomia à qua inchoandum eſt, ſi ſolus ſanguis fuerit in cauſa, aut alij humores peccent cum ſanguine dominante. Deinde tertio ſi æqua proportionabiliter creuerint quæ phlebotomia fiat ex parte contraria, ſicut dictum fuit in regimine præſeruatiuo ad quod recurre. Si uerò alij humores peccent cum ſanguine ſubdominante, fiat primo humorum dominantium euacuatio. Deinde ſedata agitatione & fluxu fiat phlebotomia ex parte cõtraria per unam diametrum, hauriẽdo tamen minus ex ſanguine quam in caſibus præcedentibus. Et hanc credo fuiſſe opinionem Auicen. qui in phlebotomia uidetur ambiguus, ſi uerò alij humores peccauerint abſque ſanguine ſoli euacuentur. Sed eſt notandum quod ſi nauſeauerit, uomitus à principio poteſt concedi cum facilibus, ſolutio autem uentris minime, niſi cum clyſteribus lenitiuis. Timor enim eſt in adminiſtratione lenitiuorum ſolutiuorum ne materię quę iam ſunt in motu ad iuncturas commote à medicina ſoluente amplius præcipitentur ad iuncturas, & propriæ ad iuncturas pedum. Propterea præmittantur digeſtiua ſecundum exigentiam materiæ ſicut materia exiſtente phlegmatica mel. roſ. cum aqua ſaluiæ aut hydromel cum ſaluia bullitũ. Et materia exiſtente cholerica, iulep roſ. cum aqua endiuiæ, & in melancholia ſyrup. de epithymo, cum aqua bugloſſę immixta, hæc miſceantur ſecundum exigentiã, poſtea materię digeſtę euacuentur cum ſolutiuis ſuperius deſcriptis in regimine præſeruatiuo. Diuertatur autẽ materia iuxta ſecundam intentionem huius primi regiminis curatiui cum clyſteribus, in quibus hierapicra, benedicta, electuarium indum, electuarium de ſucco roſa. diaſene, confectio hamech & ſimilia, item diuertatur materia cum uomitiuis, & propriæ in cõſuetis, & facile uomentibus. Eligantur autem uomitiua ex ſuperius deſcriptis in ægritudinibus ſtomachi, & de his ſtatim dicetur in cura iſchiatice, leue uomitiuum eſt aqua tepida decoctionis raphani & ſemi. aneti. ℥. 4. olei acuti odoris & guſtus, ℥. 2. aceti. ℥. 1. & tertio diuertatur cum prouocantibus urinam & ſudorem.

Sed hæc non fiant niſi materia notabiliter minorata, leue prouocatiuum urinæ, eſt aqua decoctionis, aſparagi, cicerum rubeorum & ſimilium.

Sudorem autem prouocant potus aquæ calidæ, cũ pauco uino ſubtili & coopertura ſufficienti. Retentio etiam anhelitus & balneum aẽreum.

Intercipitur autem fluxus materiæ iuxta tertiam intentionem huius primi regiminis dupliciter. Primo cum repercuſſiuis applicitis nõ ſolum in loco dolente, ſed etiam ſupra cum debita ligatura, quę tamen non ſit multum ſtricta, ſed ſit tantæ ſtricturæ ut confortet & repercutiat, & propterea ſit magis ſtricta in iunctura, ita tamen ut dolorem non inferat, & quan-

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain
View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.258

to magis recedit à iunctura uerſus ſuperius magis relaxetur. Repercuſſiua in materia calida leuia ſunt oleũ roſ.omphacinũ,id eſt, factũ ex oliuis immaturis,& roſ.immaturis,itẽ oleũ roſ.bulitũ cum quarta parte aceti ad aceti conſumptionem. Et fortius eſt abſq; conſumptione aceti bene cũ eo incorporati. Et fortius eſt ut cum aquis aut ſuccis endiuiæ, plantaginis,ſolatri roſarũ & ſimilibus miſceatur quarta pars aceti,& modicum ſandalorum. Aut fiat defenſiuum in forma communi ex oleo roſarum, aceto, & bolo armeni. Quod ſi mucilago pſilij,albumẽ oui, oleum roſarum, lotum cum aqua plantaginis, & aliquid ſandalorum adinuicem miſceantur erit efficax in materia cholerica. Item ſandali rub.boli armen.ſief. memithæ,pſidiæ,ferruginis,opij,ana,confice cum aqua roſarum,aut ſucco coriandri pauco aceti,& repercutiendo ſedant dolorem. Et in forma emplaſtrum,eſt huiuſmodi. ℞.roſarum unc. 1. farinæ hordei, unc. 1.s. farinæ fabarum,unc. 3.miſceantur cum olei roſa. partibus tribus,& aceti parte una. Sed in materia frigida ℞.olei de ſpica unc. 2.bulliat cum unc. 2. decoctionis gallarum ad eius conſumptionem poſtea miſceatur cum eo ſtyracis,mirrhe,aloës,acatię,ana.drac. 1.ceræ modicum, acet. quantum ſufficit fiat unctio mollis. Et tu utere ex his quę tuo propoſito magis deſeruiũt. Hæc tamen ſimul complent hanc intentionem & primam ſecundi regiminis curatiui. Memorandum tamen quod aliquæ ſunt iuncturæ in quibus leuia aut nulla competunt repercuſſiua ſicut iuncturæ humeri, iuncturæ mandibulæ & ſpondilium ne materia repat ad principalia membra aut nobilia quibus appropinquat & iunctura anchæ ne materia in profundo retineatur,in reliquis audacius poſſumus repercutere. Intercipitur ſecundo materia cum ueſicatorijs & cauſticis. Pro quo eſt ſciẽdum, quod ueſicatória & cauſtica aliquando ponũtur ratione materię fluentis ad intercipiendum eius fluxum, aliquando ratione materiæ iam fluxa ad eradicandum ipſam ex iunctura. Si primo modo debet fieri ſupra iuncturam maximè in ea parte per quam materia fluit ad iunçturam. Si uerò fiat ratione materiæ iam fluxę,& in iunctura collectæ fiat infra iuncturam aut ſupra iuncturam,exempli gratia in dolore humeri ratione materiæ fluentis ſi materia à cerebro communicetur, aut epate & membris inferioribus per uenam ſpatularũ, cuius ſignum eſt præter alia ſigna, quia dolor incipit, & eſt magis in parte ſuperiori humeri, ueſicetur, aut cauterizetur locus qui uidetur magis conueniens in ſpatula diſtante ab humero per tres unc. & eligatur maxime locus per quem creditur tranſire materia. Si uerò materia cõmunicetur humero per uenam aſſellarem, quod raro accidit, cauterizetur in parte ſylueſtri prope aſſellam diſtante à iunctura per unc. 3. Sed ratione materiæ iam fluxæ fiat in adiutorio diſtante à iunctura per tres unc. aut circa. Si uerò adeſſet diſlocatio propter humiditatem lubricantẽ,reducta prius iunctura ad ſtatum ſuum modo poſſibili,fiat cauterizatio cum inſtrumento triangulato, cuius hæc eſt figura,in iunctura humeri penetrando ſolam cutim. Si uerò fiat cauterizatio, aut ueſicatio ratione materiæ fluentis & fluxæ, fiat in utriſque locis, & eodem modo in cæteris iuncturis. Similiter fiat in dolore cubiti ratione materiæ fluentis in parte ſuperiori & ratione materiæ fluxæ in parte inferiori. Eodem modo in dolore raſetæ. Et in omnibus his ſola cutis penetranda eſt,cauendo ne læſio neruis aut chordis cõmunicetur, propterea tutius eſt cauteriũ actuale aut ueſicatio. Si uerò dolor ſit in iunctura mandibulæ fiat poſt aurem eiuſdem lateris ratione materiæ fluentis aut ſub mento ratione materiæ fluxæ. Si uerò in iuncturis colli ratione fluentis,fiat in occipitio,ſed ratione fluxæ in principio dorſi & fine colli diſtanter à ſpondilibus utraque per. 2. unc. Similiter fiat in reliquis doloribus dorſi & lumborum. Sed in dolore iſchiatico tam ratione materiæ fluentis quam fluxæ, fiat ueſicatio & cauterizatio ſuper iunctura in parte ſylueſtri cum cauterio triangulato aut circulari penetrando totam cutim,materia enim fluit ad hanc iuncturam per uenas intrinſecas ramificatas à uena chyli nec propter carnoſitatem multum eſt dubium de nocumẽto neruorum aut chordarum. Sed in dolore genu ratione materiæ fluentis cauterizetur ſuper genu alterius partis quam per. 3. unc. ut uitetur cauterizatio ſuper extremitatibus lacertorum. Sed ratione materiæ fluxæ fiat infra genu in fontanella diſtante à chordis & lacertis. Sed in dolore iuncturę pedes, fiat ſupra pedem in parte ſylueſtri aut domeſtica ubi apparet magnus dolor. Sed ſecundum plurimũ in parte ſylueſtri ratione materiæ fluentis,ſed ratione fluxę ſub clauicula pedis. In dolore uerò digitorum pedis fiat cauterizatio aut ueſicatio in collo pedis. Forma autem cauteriorum tales ſunt,in iunctura humeri eligatur cauterium oliuale ſiue fiat ratione materiæ fluentæ ſiue fluxæ,& fiat in ea parte quæ ſuperius memorata eſt. Et quandoque ratione materiæ fluentis facimus ſupra iuncturam in duobus locis, ſi materia fluat per duas uias ſupraſcriptas,ſimiliter ratione fluxæ facimus infra iuncturam in duobus locis, ſcilicet in tẽpore domeſtica & ſylueſtri, cum eſt difficilis eradicationis. Si uerò adſit dislocatio propter humiditatem lubricantem,eligatur triangulatum oliuale,& ponatur ſuper iũctura in parte ſylueſtri ſicut dictum fuit, ſimiliter in cubito eligatur oliuale, & fiat ut dictum eſt ratione materiæ fluentis ſuper iuncturam per tres unc.ſed ratione fluxæ parum infra iuncturã, & apud quoſdam ratione materiæ fluentis fiat ſupra iuncturam in duobus locis, ſcilicet in parte domeſtica & ſylueſtri, quando materia fluit per utranq; partem. Similiter ratione fluxæ, fiat parum infra iuncturam in duobus locis, quando materia eſt difficilis eradicationis. Sed in iunctura manus, eligatur cauterium punctuale ſecundum Albuchaſim, & fiat in iunctura manus in quatuor locis, ſed ſi uolueris ſolũ facere in uno loco aut duobus ſupra iuncturã ratione fluentis,aut parum infra in uno aut in duobus ratione fluxæ eligatur oliuale,ſed in dolore digitorum eligatur punctuale,in parte pectinis correſpondente digito illi,aut in raſeta ratione fluentis ſi fuerit in pollice,ſed ratione fluxæ parum infra iuncturam,in dolore mandibulæ eligatur oliuale,& fiat ratione fluentis & fluxæ,ſicut dictum fuit ſuperius, licet forte ratione fluxæ melius eſſet facere infra iuncturã, in dolore ſpondilium eligatur oliuale,& fiat ut dictum eſt licet apud Albuchaſim debeat eligi punctuale, & debent fieri tres lineæ ſecundum latum,ubi eſt dolor,& in qualibet linea facere quinque cauteria aut plura ſecundum

cundum magnitudinem doloris & tolerantiam uirtutis,ſed prius ſignetur lineæ & puncta ubi debent fieri. In iunctura anchæ utantur triplici cauterio, unũ eſt habens figuram ſphæricam,cuius diameter eſt medietas palmi,& non habet alias eminentias,ſecũdum eſt ſimile huic,& habet quinq; eminẽtias oliuales,aut ad modũ oſſium dactylorũ,tertiũ habet ſolũ tres, & homine iacẽte ſuper latere oppoſito taliter,ut bene appareat acumẽ anchę cauterizetur,& per medietatẽ palmi intelligo medietatẽ palmę manus. Et apud quoſdam ſunt quatuor cauteria,tria in lateribus æque diſtãtia, tria ſecundũ formã trianguli,quartũ in medio quidam autem cauterizant in iſchiatica nõ ſoum ancham, ſed etiam loca diſtantia ad quæ deſcendit dolor. Credo ſolam cauterizationem anchæ ſufficere cum ibi ſit doloris radix,in dolore genu eligatur oliuale,& fiat,ut dictum eſt ſuperius, neque laudo quod ſuper iunctura genu ponatur, niſi ualde ſuperficialiter,& fiat quando materia non poſſet aliter eradicari in pluribus locis ſecundum exigentiam, ſed in iunctura pedis eligatur oliuale & fiat ut dictum eſt,ſed in iuncturis digitorum pedis fiat,ut dictnm eſt in digitis manus. Canones obſeruandi in cauterizatione ſunt. Primus,non fiat niſi cum alia remedia nõ contulerint, propter debilitatem iuncturæ, latitudinem uiarum aut continuum fluxum materiæ, aut multã materiam exiſtentem in iunctura. Secundus, ut fiat potius cum cauterio actuali quàm potentiali, quia magis confortat nec communicat nocumentum partibus uicinis. Tertius, ut eligantur cauteria idonea & diuerſa ſecundum exigentiam locorum. Quartus,non penetret ultra cutim. Quintus, ut tempore cauterizationis tueantur partes circunſtãtes cum ſuccis & aquis frigidis,& ſimilibus. Sextus,ut eligatur iuxta poſſe tempus & hora temperatior non ſuperflue calida aut frigida. Septimus, ut infirmus tempore operationis ſtatuatur & quieſcat in ſitu magis conueniente. Octauus,quod præcedat loci ſtupefactio in ualde ſenſitiuis. Nonus,ut locus conſeruetur ulceratus per longum tempus,puta per quadraginta dies aut cum ſphera cerea immiſſa in uulnere,aut ſimili,aut cum folio hederæ,aut folio caulis ad ignem aliqualiter calefacto, & poſtea axungia inunctio,aut cũ cepæ trito cum melle. Decimus, ut clauſo foramine poſtea per interualla fiant euacuationes & phlebotomiæ ſecundum materiæ exigentiam,ne materia ſolita fluere,ad iuncturas, poſtea retenta in membris ſuperioribus nobilibus faciat apoſtema aut febres, & erit nouiſſimus error peior priore. Vndecimus, ut fiat in cauſa frigida aut mixta,non autem in calida.

Duodecimus, non fiat cauterium cum materia eſt indurata, aut gypſeata in iunctura, nec quando eſt exiccata & maraſmata,ſed fiat quando adeſt multitudo materiæ,aut mollities ligamentorum. Decimus tertius,prius ſignetur locus,poſtea cauterium ſupponatur. Secundum regimen curatiuum, quod debetur cauſæ coniunctæ exigit in principio repercuſſiua in augmento uſque ad medium ſtatus repercuſſiua mixta cum reſolutiuis,ſed deinceps reſolutiua pura. Quæ autem ſint repercuſſiua conuenientia in principio poſſunt patere ex regimine præcedente. Sed reſolutiua conuenientia in materia frigida ſunt huiuſmodi. Primum.℞.ſtercoris bouini calidi, ſicut egeritur & dolenti loco ſuperponatur,& eſt melius pluribus alijs. Hali abbas autem addit cum iſto de ſtercore caprino aliquid cineris caulium ad maiorem reſolutionem & conſulit ante emplaſtrationem lauari locum cum aqua decoctionis chamomil. meliloti, anethi,maioranæ, centaureæ, & ſimilium. Aliud Rec.amoniaci,bdellij,ſtyracis,ana.partem unam farinæ fœnug.ſem.lini,ana.partem mediã, diſſoluatur ammoniacum,bdel.ſtyrax,cum uino ueteri, & cum farinis miſceatur incorporando cum oleo coſtino & fiat emplaſtrum. Aliud Raſis in alman.in cap.proprio ualens ad materiam multam frigidam & in corpore & tempore frigido.Rec. ſtyrac. liquidæ caſtorei,euphorbij,mirrhæ,aloës,acatiæ.ana.partes æquales. Ex his cum uino ueteri mixtis fiat epithima. Aliud Dini.Rec.aloës.unc. 1.mirrhæ.unc.s.ſalis.ʒ.2 croci,drach. 1.farinę lupinorum,furfuris ſubtilis, añ. unc. 2.aquæ cineris quantum ſufficit, fiat emplaſtrũ, & in reſolutione materiæ frigidæ ualet aqua ardens, oleum benedictum,& ſimilia. Sed cum craſſa reſoluitur cauendum eſt à petrificatione, propterea cum reſolutiuis miſcenda ſunt mollificantia ſicut mucilagines maluauiſci,fœnugræci,ſem.lini,oleum ſeſaminum,amigdala.dulc.pinguedines,medullæ, & ſimilia,quæ uidentur magis opportuna. Sed reſolutiuũ in materia calida eſt huiuſmodi. Reci.mucilaginis fœnugræci,mucilaginis,ſem.lini,ana.unc.s. olei liliorũ alborum,unc. 1.ceræ quantum ſufficit fiat unctio. Et ex his poſſunt elici conuenientia in augmento,oportet enim repercuſſiua miſceri cum reſolutiuis. Si uerò apoſtema iuncturale tenderet in uiam maturationis quod rariſſime accidit,adiuuetur cum his quæ cõſueuerunt reliqua apoſtemata maturare, & ſi apoſtema eſſet difficilis ſuppurationis aperiatur ante perfectam maturationem ne putrefiant iuncturę. Sed in materia mixta ad reſoluendum.Rec.farinæ,fænugr. ſem.lini,anethi,chamomilæ,ana.drac. 10.bdellij, ſtyracis liquidæ,ammoniaci,galbani,ana.drach. 5. olei liliorum quantum ſufficit diſſolutis gummis fiat emplaſtrum,item urina cocta cum ſale,item ſuccus ebuli inſpiſſatus cum oleo roſ.item ex multis fiunt unguẽta propria in his caſibus ſicut de limacijs, de ſcorpionibus,de ranis,de uulpe,de ueſpertilionibus, & ſimilibus,coquendo ea cum aqua ſalita & pinguedo ſupernatans reſeruetur,& cum horum decoctione poteſt locus epithimari, & poſtquam epithimatum eſt & exiccatum cum pinguedine ungatur, aut horum carnes ſalitæ ponantur in olla perforata, bene deſuper obturata,& alia integra ſub ea,& ſepeliatur in fimo & diſtilletur & reſeruetur. Tertia autem pars huius regiminis curatiui habens duas intentiones, ſcilicet curationem accidentiũ & regimen ſex rerum perficitur,ut infra. Duo enim ſunt accidentia corrigenda, ſcilicet doloris intenſio, & durities remanens in iuncturis. Dolor ſedatur dupliciter. Primo remouendo cauſam,& de hoc ſermo præceſſit. Secundo cum anodinis fomentando locum dolentem cũ oleo chamomælino,anethino, aut cum decoctione ex floribus chamomilæ,meliloti,ſem.lini,maluauiſci,parietaria, & ſimilibus, & inunctio cum caſſia trac. cum aqua roſa. in principio & cum aqua apij in proceſſu eſt propria,ſcilicet conueniens. Et tertio cum ſtupefacientibus mixtis,cum anodinis,de quibus ſupra. Vt

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.259

Rec. micam panis albiſſimi, & miſce eam cum lacte & oleo roſ. aut chamæmil. aut ambob. ſimul, quibus adde. 20. partem oppij & croci quartam partem ipſius oppij, & fiat emplaſtrum. Ad idem. Reci. olei roſa. unc. 6. oppij. ℨ. 2. croci. drach. 1. ceræ quantum ſufficit, & fiat unctio. At idem. Rec. capitum papaueris al. cum ſeminib. & corticib. ſuis, hordei mundati, ana. unc. 1. & bulliant in una ℔. aquæ ad conſumptionem medietatis & colentur, cui colaturæ addatur mucilaginis pſilij, fœnugræc. ſem. lini extractę cũ aceto quantum eſt colatura olei roſ. mixti cum albumine oui quantum eſt medietas, fiat linimentum in quo infundatur pannus lineus, frigidus, applicetur, & quàm cito caleſit remoueatur. Item quinto aphoriſmo. aqua multũ frigida infuſa ſuper articulos dolorem ipſorum ſedat ſenſum obtundendo. Pro ſecundo accidẽte curando, eſt ſciendum quod durities iuncturarum eſt duplex. Eſt enim quædam in qua iunctura eſt maraſmata & deſiccata abſque pręſentia materiæ ſaltem, de qua ſit curandum. Altera eſt cum præſentia humoris mucilaginoſi craſſi, & aliquando gypſei. Vtraque difficilis, & aliquando impoſſibilis curationis iuxta illud Ouidij uerſus.

Soluere nodoſam neſcit medicina podagram.

Et maximè difficilis curationis eſt quando adeo deſiccata & maraſmata eſt, quod per fricationem non ruber, & adhuc in qua nullus aut paruus eſt ſenſus magis difficilis eſt. Vtraque pro curatione ſi poſſibilis eſt aut melioratione tempus requirit longum. Prima autem exiſtens abſque præſentia materiæ, de qua ſit curandum unicam exigit intentionem perficiendam cum notabiliter humectantibus tam qualitatiue quam ſubſtãtifice & temperatis in actiuis. Vnde embrocetur particula patiens aut ſtet infuſa in aqua mucilaginoſa decoctionis radicum altheæ, ulmi, chamæmillæ, meliloti, fœnugr. ſem. lini, & ſimilium, aut in aqua decoctionis capitum caſtratorum, cui ſi eſſet admixtus ſanguis calidus alicuius animalis eſſet conuenientior, & tempore balneationis huiuſmodi particula patiens fricetur ut nutrimentũ attrahatur ad ipſam, propterea quãdo fiunt huiuſmodi debet eſſe perfecta prima & ſecunda digeſtio, & iam ſit tempus penetrationis nutrimenti ad membra, & cum hoc tunc debet flecti & reflecti ad omnes differentias, maximè ad eas quæ ſunt ſibi difficiles, & fiat huiuſmodi bis in die, & poſt huiuſmodi balneationem ungatur propè ignem moderatum aliqua unctione mollificante, ut Rec. pinguedinis uulpis aut lupi, olei ſeſamini, ana. unc. 1. medullæ cruris bouini, mucilaginum maluauiſ. fœnugræc. ſem. lini, ana. drach. 2. ceræ quantum ſufficit. Et ad hoc ualent ſpecies diaquilonis. Si uerò ſit cum præſentia materiæ induratę exigit duas intentiones. Prima eſt mollificatio. Secunda reſolutio. Prima completur cum iam dictis. Secunda cum œſypi ceroto deſcrip. Philagrij apud Meſue. Aliud magis reſolutiuum. Rec. dialtheę. unc. 3. olei maſtichini, olei de lil. olei nucis indicæ, ana. unc. 1. axungiæ, ſtrutij, aquilæ, marõtanæ, anatis, gallinæ, aſini, medullæ cruris uituli cerui, ana. unc. 8. bdellij, hiſſ. humidæ, ſtyr. liquidæ. ana. drach. 2. pinguedinis teſticulorum, caſtorei, drach. 1. ceræ quantum ſufficit fiat unguẽtum, poſſunt etiam fieri emplaſtra miſcendo cum ſupraſcriptis aut alijs quę uidebuntur magis opportunum farina fœnugræc. & ſem. lini. Fiat etiam reſolutio cũ marchiſita ignita extincta cum aceto, & ſimiliter cum lapide molendini ſimiliter ignito & extincto. Gal. uerò teſtatur quòd caſeus antiquus coctus cum iure tibiæ ſalitæ porci rumpendo cutim cum uiolentia extrahit lapides gypſeos & mollificat duritiem, quod dicit ſe in multis probaſſe. Raſis uerò hoc recitando addit naſturtium. Secunda intentio ultimi regiminis curatiui, ſcilicet, debitum regimen ſex rerum poteſt elici ex dictis in de regimine præſeruatiuo. Oportet tamen dietam magis eſſe tenuem. Quapropter oportet in gutta calida aut à uino abſtineatur. Bibat aquã coctam cum quinta aut ſexta parte iulep roſ. Si tamẽ non poſſet abſtinere ſit pauciferum ſtipticum ſaltem in principio, & multum lymphatum. In proceſſu tamen digeſta materia & notabiliter minorata poteſt eſſe ſubtilius, ſed optime lymphatũ. Abſtineat à carnibus ſaltem in principio. Vtatur auenata hordeacea, pauco milio, & cõdiantur ſua cibaria cum rebus ſtipticis acribus, ſicut acreſta uino granatorum, ſuc. limon. aranci, citrinorum, mirtilorum, & ſimilium. Caueat ab aceto. Sed in gutta frigida apud Raſim, caueat à faſtidio, & aqua frigida & cibis craſſis, & à frequenti ebrietate. Eique præcipiendum dum ſanus eſt ut motu utatur, & à coitu abſtineat, & præcipuè cum ſatur fuerit, nec balneum ingrediatur, nec exercitetur poſt comeſtionem. Vinum prætera uetus & purum bibat. Eis quoque utatur dum ſanus eſt, quę urinam prouocare conſueuerũt, & ſimiliter gutta declinante. Credo tamen præſtantius eſſe ut ſaltẽ in principio utatur in potu aqua mellis cum ſaluia, & carnes ſuæ ſint auium & propriè ſylueſtrium, ſicut perdices, & ſimilium. Regimen etiam reſumptiuum tres habet intentiones. Prima eſt regimen ſex rerũ, & eſt quod paulatim reducatur ad regimen ſanorum incraſſando dietam, & exercitium paulatim creſcat, & propriè ſecundum iuncturas, quę ex gutta fuerant impeditæ. Secunda eſt, quod ſi aliquid de materia fuerit derelictum cum diureticis & theriaca finiatur, & aliquãdo cum ſolutiuis benedictis proprijs & confortantibus, aut ſaltem non debilitantibus membra mittentia neque recipientia. Tertia, quod iuncturæ cum balneis proprijs confortantibus & reſoluentibus, & cum unctione ex oleo uulpino, & ſimilibus confortetur, pro qua intentione recurrendum eſt ad quæ dicta ſunt in regimine pręſeruatiuo, intentione. 3. Similiter membra nobilia & propriè mittentia confortentur corrigendo ipſorum diſcraſiam ſicut cum diarrhodon abbatis, aromatico roſ. diamuſco dulci, trochiſ. de abſinth. de rheumbarb. de capparibus, theriaca, mirobolano. chebul. conditis, acoris conditis, diacori, ſaluia, pineis præparatis, fiſtichis, paſſulis, & ſimilibus ſecundum exigentiam confortantibus, tam membra mittentia quàm repetentia, quę tamen membrorum confortatio iuxta poſſe eſt attendenda in toto curæ proceſſu.

DE DOLORE ANCHÆ. Cap. CXII.

Dolor anchæ & iſchiaticus, in quibuſdã conueniunt & propriè in eſſentialibus, ſcilicet, in membro principaliter patiente quod eſt in iunctura anchæ, & in cauſis tam intrinſecis quàm

cis quam extrinſecis. Differunt tamen in quibuſdã accidẽtalibus utputa in doloris extenſione. Eſt enim dolor anchæ dolor fluxus, & in iunctura circumſcriptus, ſed iſchiaticus deſcendit & extenditur uerſus pedem iunctura anchæ non dimiſſa.

Horum ſpecies non ſunt niſi quidam modi ſecundum magis & minus differẽtes. Eſt enim quidam fortis clamoſus, quidam remiſſus, quidam nouus, quidam antiquus, quidam continuus, quidam interpollatus, quidam cum dislocatione, quidam ſine. Et dolor iſchiaticus quandoq; deſcendit uſque ad coxam, quandoque deſcendit uſque ad genu, & iuncturæ ipſius motum, & quandoque extenditur uſque ad pedem & digitos eius impediens fixionem & firmitatem. Deſcendit autem quandoque per partem domeſticam dolore lacertis & neruis illius partis communicato per materiam exiſtentem in uena ſaphena ad muſculum illius partis reſudãtem, & quandoque per ſylueſtrem materia reſudante ad lacertos & neruos illius partis à uena iſchiatica. Et ſi materia cõtinetur in concauitate iuncturæ, & ſicut eſt ſecundum plurimum deſcendit per ſylueſtrem communicando materiam neruo lato, propterea dolor iſchiaticus, frequentius deſcendit per ſylueſtrem partem quàm domeſticam, & cauſa deſcenſus & extenſionis doloris non eſt niſi multitudo materiæ ubicunque contenta.

Cauſæ autem ſunt duplices corporeæ & primitiuæ, ſed corporeæ duplices, per cõmunitatem & propriè. Propriè quidem ſunt ſecundum pluri. materiales alterantes & extendentes ipſius iuncturę partes & ſunt ſecundum plur. phlegmaticæ crudæ & uentoſæ, deinde mixtæ, deinde ſang. raro melan. & rarius choler. Sed ex communitate ſecundum plur. à matrice & ex permutatione materiæ ipſius ad anchas quibus alligatur & adhæret iuxta Hippocra. 5. particu. Aphoriſ. Aphoriſ. 46. Si matrix in uertebro poſita ſaniem fecerit, neceſſe eſt commotum fieri, & apud Auicenn. multotiens permutatur à doloribus matricis, chronicis & remanentibus longo tempore, ita ut ſint decem menſes. Cauſæ primitiuæ ſunt caſus, percuſſio, ſeſſio, ſuper re dura, equitatio longa, inſueta, ſaltus, & fortis ambulatio.

Signa cauſarum materialium propriarum ex generalibus ſignis ſuperius poſitis cõprehendi poſſunt. Sunt tamen difficilioris inueſtigationis quàm ſigna cauſarum propriarum dolorum aliarum iuncturarum propter materiæ profunditatem, & maiorem diſtantiam à ſenſu, coniecturari tamen poſſunt à quãtitate doloris ab exeuntibus à iuuantibus & nocentibus, & à quibuſcunque circunſtantijs, ſicut complexione, ætate, ſexu, tempore, anni, regimine præcedente, & ſimilibus. Signa quòd ſit per communitatem & maximè à matrice eſt, quia adeſt ipſius matricis ægritudo, & quia ſi permutatur, deficit ægritudo matricis & ſuccedit ipſe dolor. Cauſæ primitiuæ ſeipſas oſtendunt.

Prognoſtica. Primum eſt Aphoriſ. 60. ſextæ particulæ. Quibuſcunque à coxendicum dolore diu moleſtatis coxa reſilit foras, his tabeſcit crus exclaudicãt ſi nõ urantur, huiuſmodi enim cauſa eſt phlegma mucilaginoſum remolliens ligamenta, faciens facilem diſlocationem, & facilẽ reingreſſum coxe in pixidem.

Secundum, dolor iuncturæ iſchiæ eſt de uehementioribus doloribus iuncturarum, & difficilioris curationis quàm dolores aliarum iuncturarum propter loci profunditatem & materiæ multitudinem, quæ attrahitur ad ipſum à toto corpore, licet dolores humeri & ſpondilium ſint periculoſiores propter propinquitatem ad membra nobilia. Tertium, dolor iſchiaticus & uniuerſaliter omnis dolor podagricus, licet curetur & materiæ eradicentur facile redit propter ſitum membri, & diſtantiam à membris nobilibus. Econtra eſt in doloribus chiragricis & iuncturarum ſuperiorum. Quartum. Cum dolor iſchiaticus prolongatur extenuatur coxa & tibia. Quintum. Cum apoſtema anchæ exituratur propter ſui profunditatem, quandoque ducit ad mortem. Sextum. Si habenti dolorem anchæ appareat rubedo uehemens quantitate trium digitorum non faciens ei dolorem & accidit ei pruritus uehemens, & deſyderat olera, morietur in. 25. diebus. Rubedo nanque uehemens non faciens dolorẽ ſignificat choleram ſymptomatice & diminute expulſam ad membri dolentis ſuperficiem, propterea facit quendam pruritum ſui acuitate, & deſyderat olera frig. ſcilicet diſpoſitioni ſuæ præternaturali contraria. Morietur autem in 25. qui eſt ferè medius terminus tropicorum materia conuerſa ad membra nobilia. Septimum. Iunctura iſchiæ rariſſime lapideſcit aut induratur propter amplitudinem uacuitatis iuncturæ & ſitum profundũ & multitudinem humiditatis eius in comparationẽ ad alias iuncturas.

Cura doloris iſchiatici ſimilis eſt curæ doloris aliarum iuncturarum quantum ad præſeruationem & reſumptionem. Differens tamen à cura aliorum in duobus, ſcilicet in adminiſtratione repercuſſiuorũ quæ debent eſſe leuia aut nulla, ne materiam in profundo iuncturæ detineant aut coarctent, & ſic dolorem augeant, & materiam ineptam reſolutioni faciãt aut fortè etiam ad membra nobilia repellant, ſed ſi ea approximare decreueris, quia fortè materia uidetur ſubtilis aut cal. aut ſaltem calida admixta ſint talia ut confortent locum & materiam uenientem refrenent, ſed non repellant, nec in membro coarctent. Similiter reſolutiua & attractiua de profundo ad cutis ſuperficiem oportet eſſe fortiora & leptomeris ſubſtantiæ propter profunditatem materię. Regimen quoque præſeruatiuum colligatur ex his quæ dicta ſunt in regimine præſeruatiuo dolorum aliarum iuncturarum, & ſimiliter regimen reſumptiuum. Sed regimen curatiuum quantum ad primam intentionem, quæ eſt euacuatio, completur cum phlebotomia ex baſilica eiuſdem lateris ſi ſanguis fuit in cauſa, aut alij humores peccauerint cum ſanguine. Poſtea alij humores euacuentur ſecundum exigentiam euacuationibus integratis ex digeſtiuis & eradicatiuis etiam iteratis. Si tamen nauſearet aut facile uomeret uomitiua, ſaltem in principio eſſent conuenientiora quàm ſolutiua diuertendo & euacuando, & ante digeſtionem leuiora competerẽt, poſt digeſtionem fortiora.

Ex leuioribus eſt decoctio raphani. ℥. 4. cum unc. 2. oximellis, & fortius eſt ſi loco decoctionis accipiatur ſuccus eius. Similiter aquæ tepidæ. unc. 4. cũ flore & ſemine geneſtæ, drach. 2. & fortius his eſt ſuccus raphani, in quo fuſtes ellebori ſteterint infuſi per diem & noctem. Et fortius omnibus eſt ſi ponatur

℈. s.

ſcupulum ſemis ellebori cum uncijs duabus oximellis,& cum uncijs quatuor aquæ tepidæ. Digeſtiua ſunt hæc. Recipe mellis roſ. ſyrupus de eupatorio, ana. drachmas ſex, aquæ ſaluiæ uncias duas aquæ iuniperi, unciam unam miſce, & fortius eſt hoc. Recipe ſyrupus de calamentho, ſyrupus de ſtœchados, mellis roſa. ana. unciam ſemis aquæ ſaluiæ, uncias duas, aquæ iuniperi unciam unam miſce. Et fortius eſt ſi ſupra ſcriptis addatur ariſtoloch. rotund. ſeminis rutæ ſiccæ. ana. ſcrupulum unum. Si tamen humores calidi cum frigidis peccarent temperentur huiuſmodi calida cum ſyrupo aut aqua endiuiæ, aut cum iulep. roſ. Solutiua autem ſunt pilulæ iuuamenti. Auicenna quinto canone. Item pilulæ de hermodactylis maiores. Item pilulæ fœtidæ. Item electuarium indum, hiera ruffini, hiera hermetis. Et ſi materiæ calidæ fuerint in cauſa, pilulæ de hermodactylis minores, electuarium de ſucco roſ. Medicina optima ad dolorem anchæ. Recipe. Pulpę colocynthidis. drachmas quinque, paſſularum ſine granis pugillum unum bulliant in tribus libris aquæ donec remaneat tertia pars, da tertiam partem, educit ex phlegmate & humore crudo. Intentio ſecunda, ſcilicet diuerſio perficitur cũ diureticis, id eſt, urinam prouocantibus. Item cum clyſteribus. In primus minus acutis, deinde fortioribus & ſanguinem educentibus. In primis aſarum ſecundum omnem modum adminiſtrationis, ſed maxime eius infuſio bibita confert. Decoctio hipericon cum uino bibita quadraginta diebus, ſanat dolorem anchæ & iſchiaticum. Item decoctio radicum aſparagi, naſturtium confert bibitum, clyſterizatum, & emplaſtratum cum aceto, & ſauich hordei, & cum ungitur locus cum melle, & ſuperaſpergitur puluis eius ſedat dolorem.

Ex compoſitis eſt medicamen hermetis, digerens materiam frigidam & urinam prouocans & eſt mirabile. Recipe chamedryos, gentianæ. ana drachmas decem, ariſtoloch. rotũ. drachmas duas, ſeminis rutæ ſiccæ drachmas duodecim terantur & cribellentur cribello ſubtili, doſis eius eſt choclear unum cum aqua mellis. Eſt autem choclear diuerſum pondus apud autores, ſed ſufficiunt drachmæ duæ, aut circa, poſt cuius exhibitionem aliquibus diebus ſuccedant uomitiua aut ſolutiua, aut utraque ſi opportuerit. Sed in calida confert decoctio radicum papaue. campeſtris data in potu. Cum his tamen ſi uis magis prouocare potes decoquere radices, aſparagi, aut rubeam tinctorum, immò rubea ipſa data in potu cum melicrato prouocando optime confert in frigida & emixta.

Eſt autem melicratum uinũ ex melle & aqua factũ, loco tamen ipſius poſſumus hydromel accipere. Ex clyſteribus eſt decoctio ireos & corticum radicum capparis. Et fortior eſt aqua oliuarum ſalitarum, & ſimiliter aqua piſcium ſalitorum. Clyſtere ex centaurea confert iſchiaticis educens phlegma ex anchis. Similiter ſuccus & decoctio cucumeris aſinini educit ſimilia & ſanguinem, & radix cucumeris aſinini clyſterizata, emplaſtrata & epithymata optime confert, ſed humore exiſtente calido aut mixto huiuſmodi cum frigidis temperentur. Eſt tamen aduertendum quod in uſu medicinarum ſunt interpolationes faciẽdæ, ſicut in cæteris ægritudinibus chronicis, in quo tempore eſt uacandum debito regimini ſex rerum & uirtutis reſtaurationi. Secundum regimen, ſcilicet locale, aut non indiget repercuſſiuis in principio aut ſi indiget ſint leuia, & materiæ fluenti proportionata quæ eligãtur ex dictis ſuperius in cura aliorum dolorum iuncturarum. Reſolutiua autem in principio ſint leuiora & gradatim augendo procedatur, & cum eis intendatur ſedationi doloris, quæ reſolutiua poſſunt applicari tam interius ſub forma clyſteris quàm exterius ſub forma unctionis, emplaſtri, ceroti aut epithymatis. Recipe olei liliorum alborum, uncias octo, olei cheiri, olei ſpicæ, olei chamomillæ, ana. uncias duas, pinguedinis anatis. unciam unam, uitellos oui numero duo, caſſię tractæ, benedictę ſimpli. ſpicæ, ſacchari rubei. ana. unciam ſemis, croci. drachmam ſemis, ſalis communis, drachmas duas, miſce & fiat clyſtere, quod debite calidum imponatur alternis diebus ſtomacho ieiuno. Aliud efficacius florum chamomill. anethi. melilot. ana. manipulum ſemis, ſaturegiæ, ſaluiæ. ana. manipulum unum, chamedryos, manipulum ſemis, radi. ariſtoloch. rotun. cartami, nucleorum perſicorum, unciam ſemis, uitellum oui numero 1. croci, drachmam ſemis, pinguedinis anatis. unciam unam, olei liliorum albor., uncias tres, olei ſpicę, olei de keiri, ana unciam unam, ſacchar. unciam ſemis, ſalis cõmunis, drachmas duas flores, radices, herbæ, ſeminis nuclei bulliant in ſufficienti quantitate ad conſumptionem medietatis, deinde exprimantur & colentur ultimo duodecim. unc. ipſius addantur reliqua, & fiat clyſteræ.

Exterius etiam fieri poſſunt fomentationes cum ſpongijs infuſis in decoctiõe alicuius, aut plurimum infra ſcriptorum, ſcilicet florum chamomil. meliloti, anethi, ſaturegiæ, chamedryos, chamepithyos, pulegij, folij aſari, hipericon, iuæ, ſaluiæ, naſturtij, rutæ ſiccæ, ſauinæ, radicum utriuſque ariſtoloch. hiſſopi ſiccæ calamenthi, quæ poſſunt bullire in ſufficienti quãtitate aquæ, aut aquæ & uini ſimul, & modico aceti acuti, quæ ſpongiæ infuſæ in hac decoctione applicẽtur loco dolenti, nunc una, nunc altera poſt ſufficientem eius expreſſionem, donec locus notabiliter rubere cœperit, & hęc fiant ſtomacho ieiuno bis aut ſemel in die, & poſt earum remotionem & debitam exiccationem, ungatur cum aliqua unctione reſolutiua & confortatiua iuncturæ ſua proprietate, ſicut eſt oleũ de coſto, uulpinum, de croco, de terebinthina, de piperibus, de euphorbio, & ſimilia, quibus poſſunt addi ſagapenum, ammoniacum, oppopanacum, item pinguedines, & ſimilia. Et his non ſufficiẽtibus materiæ coniunctæ ſunt eradicandæ & extrahendæ de centro ad circunferentiam. Eradicantur autem cum phlebotomia uenæ iſchiaticæ, aut ſaluatellæ pedis dolore deſcendente per partem ſylueſtrem aut ſaphenæ uel eius qui eſt in pollice pedis, dolore deſcendẽte per partem domeſticam, aut curuaturę poplitis per quãcunque uiam deſcenderit, item eradicãtur trahendo ipſas à centro ad circumferentiam cum rubificãtibus ueſicatorijs, & tandem cauterijs, ut Rec. ſinapis, fimi columbini, ana. unc. 1. terantur, & cum ficubus ſiccis incorporentur, quæ prius ſunt infuſæ in aceto acutiſſimo. Aliud eſt emplaſtrum de ſinapi deſcriptione Meſ. in ſuo Antidotario & hæc poſita ſuper locum dolentẽ

debent dimitti cum bona cõtritione per 12. horas, aut circa, & ſi hæc non ſuffecerint ſpergatur ſuper emplaſtro facto ex his parum cantharidarum, niſi timeatur ardor urinæ & nimia prouocatio, & locus ueſicatus quantum fieri poteſt conſeruetur apertus, & poſt conſolidationem replicetur ſecundum exigentiam. Sed his non ſufficientibus fiant cauteria actualia, aut cum inſtrumento quod rotæ aſſimilatur, cuius figura eſt hic deſcripta, in parte ſylueſtri circa iuncturam anchæ & penetret totam cutim ueram, utputa ferè per medietatem digiti parui ſecundum latitudinem, aut fiat circa eandem iuncturam cum inſtrumento triangulato faciente ſimul tria cauteria ęquidiſtantia, cuius hæc eſt figura, & teneantur aperta per quadraginta uſque ad ſexaginta dies.

Vltimum regimen eſt curare accidentia. De quibus permaxime eſt dolor cui intendendum eſt in toto curæ proceſſu, & ſi fiat ualde intenſus ordinem curæ regularis præuaricat. Ita ut non ſufficientibus anodinis & euaporantibus ad ſtupefacientia, etiam ab initio deueniendum eſt & exterius applicita & interius ſumpta, ſicut eſt philonium romanum in cauſa frigida, & requies in cauſa calida. Exterius autem applicita requirantur in cura dolorum aliarum iuncturarum, opus eſt enim cum anodinis & euaporantibus exterius applicitis opium aut aliud ſtupefaciens permiſcere, hæc tamen omittantur quantum eſt poſſibile. Secundum accidens eſt dislocatio iuncturæ propter mucilagines in ipſa contentas, in cuius cura conferunt rubificantia, ueſicatoria, cauteria, & omnia multum reſoluentia & reductio uertebri in pyxidem quantum eſt poſſibile, cui ſemper inijciendum eſt, & eius in ea cum ligatura conſeruatio. Poſſumus enim audacius reſoluere & exiccare in hac iunctura quam in cæteris, cum minus timeamus indurationem & petrificationem ex cauſis ſuperius dictis. Regimen autem ſex rerum non naturalium eliciendum ex regimine ſuperius poſito in cura dolorum aliarum iuncturarum, eſt enim omnino ſimile. Locus tamen iuncturarum & partes circunſtantes uſque ad genu, immo uſque ad pedem ſi ad ipſum dolor deſcenderit teneatur calidus, & proprie cum caliga facta ex pelle uulpina, habet enim ſingularem proprietatem in confortatione iuncturarum. Sed in tempore calido opus eſt caliga minus calefaciendo quæ ſecundum exigentiam ordinetur. Et ſic eſt finis de doloribus iuncturarum.

IN FINE HVIVS DIVINI OPERIS IMPRIMENtur capitula Raſis, quæ clariſſimus iſtæ interpres non expoſuit, ut ſaltem totius textus Raſis noni libri Almanſoris complementum habeatur.

DE FLVXV urinæ.

CVum æger multum urinę emittit, & in emiſſione ardorem nõ ſentit, aut mingit in ſomno ſuo, nec patitur ſitim, nec corporis extenuationem incurrit, ea quæ urinam conſtringunt danda ſunt. Medicamen retinens urinam. Recipe glandium, drachmam unam, olibani, drachmas triginta, ſeminis coriandri, ſicci, boli armen. gummi arabici, ana drachmas decem, fiat ex eis puluis, de quo in mane, drachmas tres, & circa noctem totidem ad tranſglutiendum dentur. Quod ſi cum ægritudine ſitis fuerit ualidiſſima clamoſa, & aqua quæ bibitur cito egrediatur, aqua hordei cum pſilio detur, & nutriatur cum ſucco uuę acerbæ & ſumach, & ſimilibus horum nutrientium, & cum cibo qui fit de ſimula hordei, & maſal, & rob acetoſum da ei in potu, et prohibeatur a labore et cum muliere concũbere. Iſti quoque trochiſci in potu ſumantur. Recipe ſpodij, drachmas decem, lactucæ, ſeminis portulacæ, ana drachmas quindecim, coriandri ſicci, drachmam unam, ſeminis roſæ rub. boli armen. ana drachmas quinque, balauſtiæ, drachmas duas, camphoræ, drachmam ſemis, ſumantur in potu cum ſucco granati acetoſi. Herbæ etiam frigidæ terantur & ſuper renes ponantur. Et caueat ſibi a cibis calidis & uino, & ab omnibus quæ urinam prouocant. Illud autem quod ex nimio ſtolidorum errore prouenit, eſt quia dant in hac ægritudine medicinas calidas, unde illico ducunt ipſum ad phtiſim.

DE VERMIBVS qui generantur in uentre.

QVi hoc nocumento ſolitus eſt lædi, a cibis craſſis, & unctuoſis ſibi cauere debet. Quotidie antequam comedat ſumat bucellas aliquas cum ſinapi & almuri, hoc enim ipſos generari prohibet. Si uero eos generari contingat non conuenit niſi ut expellantur. Medicamen aſcarides expellens, burungi excorticati cum ualde famelicus eſt æger, drachmæ ſeptem ſumantur. Medicamen magnum expellens lumbricos. Recipe burungi excorticati, turbith, ſeminis nigellæ omnium partes æquales, lupinorum, naſturtij, canabel. ana partem ſemis, ſumantur ex eo in potu, drachmæ ſeptem, prius tamen bibat æger lac mox ut mulctum fuerit per tres dies, & deinde die quarta dietet ſe, & de prædicto medicamine in lacte adhuc calido ut eſt mulctum diſſoluto. Et acetum dum eſt ualde famelicus bibat. Vermes uero minuti qui in ano fiunt pro quibus generatur pruritus in eo, & ideo confricatur anus, expelluntur ſi cottum ex oleo a bluto inuolutum immittatur. Aut immittatur inuolutum oleo de chryſomil. aut ſucco mentaſtri, aut inuoluatur ex parua quantitate aloẽs & felle uaccino & ſuperponatur.

V

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.261

DE HÆMORRHOIDIBUS, ſiſtulis, & ragadijs quæ in ano fiunt.

CVm ſanguis recens ſine dolore per inferiorem fluit regionem interpolatæ tamen, non eſt conſtringendus niſi patiens ex eo debilitetur, a multis enim paſſionibus exinde liberatur. Si autem ex eo debilitetur & indiget conſtrictione, trochiſci de charabe cum ſucco ſumach dentur. In comeſtione quoque ſumat ſumachiam, & cibum qui cum ſucco uuæ acerbæ fit, & his ſimilia de illis quæ nutrienda ſunt. Si uero multum debilitetnr nutriatur cum ſucco carnis, cui plurimum admiſcetur ſucc. citon. & uinum quoque bibat ſtipticum, & ſuper epar ponatur emplaſtrum de ſpica, quod in capitulo de epate nominauimus.
Et ſi iſta non ſuffecerint, confectio de ſcoria ferri detur, quæ, Recipe. Mirobolanorum indorum, bel. emb. omnium, ana drachmas quinque, ſpicæ, ſchinanthi, ciperi, zingiberis, piperis, olibani, ameos, omnium, ana drachmas duas, ſcoriæ infuſæ in aceto per hebdomadam unam, & poſtea torrefactæ, drachmas quindecim, conficiantur omnia cum melle deſpumato quod fuerit coctum cum apozemate emblic. ſicut in capitulo de melancholia nominauimus, de quo quotidie ad nucis magnitudinem ſumatur, hoc namque hæmorrhoidarum & menſtruorum ſanguinem conſtringit, fluxui quoque uentris longi temporis remedium affert. Si autem in ano oritur aliquid prominens extra ex quo magnus prouenit dolor, nec ab eo fluit aliquid, ſuccus cepe cum pauca lana, aut fel uaccinum ſuperponatur.
Suppoſitorium quoque longum de ciclamine ſubijciatur, quod patiens per totam teneat noctem, & ſi contingat egredi remittatur donec infrigidetur, & egrediatur ſanguis. Cum autem dolor uehementiſſimus fuerit & apoſtema magnum in ano phlebotometur æger. Et emplaſtrum poſtea ſuperponatur, ſedat enim hæmorrhoidarum dolorem cum adeſt apoſtema cum eis, quod, Recipe. melilotum, chamæmilam, quę tam diu in aqua coquantur donec diſſoluantur, deinde ſumatur ex aqua decoctionis earum quantum una manu capi poteſt, uitellus oui aſſati unius croci, drachmam unam, opij, drachmas duas, ſeminis lini triti, fœnugræci, maluauiſcio, mnium ana. Manipulum unum, conficiantur omnia ex rob in quo bdellij, drachmæ tres fuerint diſſolutę ex folio ſuperpoſita, poſtquam eorum ſuperficies ex oleo ſeſamino in quo adeps gallinaceus fuerit diſſolutus, aut anatis inuncta fuerit more emplaſtri ſuperponatur dum adhuc ſit tepida.
Alia confectio dolorem & apoſtema ſedans. Cepe album optime coctum teratur, & cum butyro uaccino miſceatur ut molle fiat, ut tepefactum ano in quo eſt apoſtema ſuperponatur, hoc enim dolorem ſedat uehementem. Cum uero in ano ragadias habuerit patiens, quæ cum lædunt cum ipſius uenter ſiccus eſt, pil. de bdellio utatur, quæ, Recipe, mirobolanorum nigr. chebulorum, amborum, ana drachmas decem ſagapeni, drachmas tres, naſturcij albi, drachmas duas, bdellij albi, mollis & pinguis, drachmas quindecim, diſſoluatur bdellium in ſucco pororum, & ex eo conficiantur alia & informentur ex eis pilulæ, & ſumatur ex eis frequenter a drachma una uſque ad drachmas quatuor. Locus uero ſi aduſtionem patiatur ex unguento de ceruſa inungatur.
Si autem non ſentitur in eo aduſtio ungatur ex unguento quod fit ex adipe, quod in gibbo cameli inuenitur & bdellio, quod ſic fit uidelicet, unguentum de ſenæ. Recipe ceræ citrinæ, olei ſeſamini, adipis anatis, medullæ cruris uaccinæ, adipis qui eſt in gibbo cameli, bdellij, omnium partes æquales, bdellium prius mucilagine ſeminis lini diſſoluatur, deinde omnia miſceantur, hoc enim optimum exiſtit.
Si aũt ęger ragadias in ano habuerit profundas a quibus fætens uirus fluxerit medicamen acutum, quod in capitulo de ulceribus oculorum deſcripſimus, ei ſuperponatur quod æger per duos dies patiatur.
Et ſi in eis aliquid remaneat quod reſudet medicinam iterum apponatur, quod eo uſque fiat donec locus ſiccetur & non reſudet ſi fuerit profundus.
Quod ſi ea quæ ibi fiunt eminentia extra pendentia fuerint, in tantum ut areſcant & nigreſcant, butyrum tepidum multotiens ſuperfundatur donec nigredo ab eo remoueatur. Si autem reſudatio reuerſa fuerit acutum medicamen iterum ibi apponatur. Et ſi non reſudauerit ex unguento de ceruſa curetur. Et etiam quando eminentes hæmorrhoides extra curamus cum ferro cauterizando, loqui tamen de hoc plus eſt quam huius noſtri libri modus requirat. Fiſtulæ uero generantur in ano uelociter quoniam figura eius facit eſſe illud neceſſarium. Quæ aut ſunt penetrantes, aut non penetrantes utrinque. Cum autem perforatæ ſunt utrinque ſtercus egreditur ex eis & uentoſitas.
Si autem non egreditur ſtercus neque uentoſitas non eſt penetrans ab utraque parte, loqui uero de eius cura perfecte plus eſt quam hic noſter liber exponat. Sed quia omnes fere homines ſemper maximum incurrunt errorem in cura eius, unde & maximum incurrunt nocumentum, nos excitabimus eos ad hoc quod huic ęgritudini congruum erit, & oſtendemus qualiter a prædicto errore ſe cuſtodiant.
Et dicemus, quod ſi fiſtula utrinque perforata, cum ab ano remota fuerit nullo modo ferro tãgenda eſt.
In inciſione enim ferri contingit ſtercus inuoluntarie egredi. Eſt etiam aliud quare fiſtula ab utraque parte perforata ferro tangi non debet, quia toto tempore uitæ ægri ſic permanere poterit non magnum faciens nocumentum, neque proueniet ex ea aliud niſi reſudatio & fluxus. Si autem illud quod ab ea fluxerit acutum fuerit & mordicatiuum & fœtidum habuerit odorem, cuius etiam quantitas quotidie augeatur, erit fiſtula putrida, & cum hoc herpete & eſtiomeno cui ex medicamine acuto, & ex eo quod complet omnia ſuccurrendum eſt antequam dilatetur & magnificetur.
Cum autem non reſudauerit niſi parum, neque eius quantitas quotidie augeatur, neque magnificetur, neque odor ibi augmentatus fuerit, non eſt in ea

aliquid quod ſit timendum niſi reſudatio & fluxus, qui medicari poteſt donec ſiccetur & detumeſcat & non reſudet per longum tempus. Si autem reſudatio redierit medicamen prædictum adhibeatur, & hoc modo poterit blandiri per totum tempus uitæ ægri & non nocebit. Modus adhibendi huic ægritudini medicamen ex collyrio quod in capitulo de fiſtula oculi nominauimus, ſumatur & optime teratur, & fiſtula prætnatur donec quicquid in ea continetur egrediatur, & ſi radius eam ingredi poterit inuoluatur cotto, deinde ex prædicto medicamine poſtquam mollificatum fuerit intinctus in fiſtulam immittatur. Si uero in ea minime radius ingredi poterit, diſſoluatur medicamen in aqua, & ſubleuetur coxa ægri ſuppoſito puluinari & eo ſupino iacente prædictum medicamen diſtillando ſuper fiſtulam fundatur, & fiat hoc in mane & circa noctem per tres dies, & ſedeat in aqua de curcuma, & lauetur ex ea.

DE EGRESSIONE ani & matricis.

CVm anus extra egreditur carens apoſtemate, & ita diſponitur quod ſi impellatur ingreditur, ceruſæ, balauſtiæ, gallarum, aluminis, antimonii omnium partes ſumantur æquales, & in puluerem redigantur. Et ſuper anum ex oleo roſa. calefacto inunctum pulverizetur, & anus intromittatur & conſtringatur, quod tamen fieri conuenit poſtquam æger a ſella reuerſus fuerit ne eum cito ad ſellam ſurgere ſit neceſſe.
Sumatur etiam gallæ balauſtiæ, cupulæ glandium, folia myrti, & coquantur in aqua donec rubea fiat, & ſedeat in ea & lauetur ex ea. Quod ſi anus qui apoſtemoſus eſt ingredi minime poteſt ęger aquam calidam frequenter ingrediatur, & in ea ſedeat.
Vngat anum ex cera & oleo chamæmelino, aut anethino donec ingrediatur. Cumque intromiſſus fuerit ex his quæ nominauimus curetur.
Vulua præterea ſi egreſſa fuerit ſimiliter erit medicanda. Eſt tamen neceſſe ut fortiter ligetur, & ut ęgra ſemper ſupina iaceat & coxa ſuperius eleuet.

DE SVPERFLVITATE menſtruorum conſtringenda.

PRo ſuperfluis menſtruis conſtringendis, trochiſci de karabe per hebdomadã unam ſunt dandi. Quod ſi non contulerint confectio de ſcoria detur. Et fiat minutio ex baſilica. Ventoſę quoque ad mammillas apponantur & in comeſtione cibis utatur ſtipticis. Et hoc medicamen æger ſibi ſubijciat. Quod Recipe olibani, balauſtiarum gallarum, antimonij, acatiæ, aluminis omnium partes æquales, puluis horum optime tritorum cum pauca lana ſubijciatur. Femur uero & dorſum ex epithimatibus quæ in capitulo de fluxu uentris nominauimus epithimetur, & ſedeat in aqua de curcuma.
Quod ſi iſta non contulerint ex alio peſſario acuto fiat immiſſio & maneat in uulua.

DE PROVOCATIONE menſtruorum.

CVm ex retentione menſtruorum magna ſequitur paſſio. Trochiſci de mirrha dentur, qui, Recipe mirrhæ, drachmas tres, lupinorum optime tritorum, drachmas quinque, foliorum rutæ, mentaſtri, pulegij, cymini, rubeæ, de qua tingitur, aſſæ, ſagapeni, oppopanacis omnium, ana drachmas duas, informentur trochiſci ponderantes, drachmas duas, ex quibus detur in die unus cum aqua in qua ſemẽ iuniperi coctum fuerit, hoc namque medicamen adeo uehemens exiſtit in prouocandis menſtruis, ut etiam fœtum excutiat ſi qua eo ſæpe utatur. Ventoſæ quoque ſub curuatura poplitis ſunt ponendæ, & phlebotomia ex ſaphena facienda eſt, poſtremo quoque uentoſæ femori ſuperponendæ.

DE RHAGADIIS uuluæ.

HÆ curandæ ſunt ex medicamine de ragadijs ani. Peſſarium quoque ex adipe anatis, & hyſſopo, & ceroto, & medulla cruris ceruini mixtis cum ſera diſſoluta in oleo de lilio, aut narciſcino ſubijciatur, ſi nec febris, neque acuitas affuerint. Quod ſi illud fuerit cum calore & acuitate oleum roſaceum adhibeatur. Ex unguento quoque de ceruſa ſimiliter fiat peſſarium.
Si autem calor fuerit uehementior ſumatur ſuccus portulacæ, aut lactucæ, aut mucilago pſilij, & fiat tabula de plumbo ſimilis marmori in qua teruntur colores, habens in circuitu labium paruum, & ponatur in ea aliquid de prædictis ſuccis, & cum piſtello plumbeo adeò ſuper ipſam moueatur, ut de plumbo prædicto liquori multum miſceatur, & inſpiſſetur ſuccus, ex quo fiat peſſarium poſtquam oleum roſaceum ei admixtum fuerit & ſuperponatur: hoc enim medicamine cancro uulnerato qui eſt in matrice optimum exiſtit, & alijs ei ſimilibus.

DE APOSTEMATE quod fit in matrice.

SI cum apoſtematibus iſtis adeſt calor & febris, phlebotomia ex baſilica fiat, & patiens aqua hordei nutriatur, & liniantur renes, & femur, & ilia, & ſumen ex epithimate apoſtematis calidi, & infrigidetur locus quantum poſſibile eſt. Si uero poſtquam febris & acuitas quieuerit & remanſerit ex apoſtemate aliquid ex unctionibus liquidis curetur, & mulier in huius liquidis ſedeat donec molleſcat & maturetur. Peſſarium mollificans dura apoſtemata matricis & conferens doloribus in ea factis, & paulatim ea quieſcere faciens. Recipe, adipis anatis, medullę cruris ceruini, medullæ cruris uaccini, bdellij mollis, croci, uitel. oui aſſati, fecis olei de ſeminibus, fecis olei de lilio omniũ añ partes ęquales, diſſoluanť in uino, aut ro. & fiat ex eis peſſarium.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.262

Eſt enim optimum ad ſedandum dolorem & mollificandum & duritiem matricis. Patiens præterea ſedeat in aqua in qua coquantur fœnugrœcum & chamæmila, & melilotum, & caulium extremitates ſigillatim aut omnia ſimul.

DE VLCERIBVS QVÆ FIVNT in matrice & eius cancro.

CVm à uulua fluxerit ſanies ſpiſſa, aut uirus tenue ſi ex propinquo manat loco, neq; fuerit ibi profunditas fœtida neque putrida ſumenda ſunt aloës & mirrha, & ſanguis draconis, & ſarcocolla atque olibanum, & loco ſuperponenda donec conſolidetur. Si autem ex loco manauerit remoto ex peſſario quod nominauimus in cap. de ſang. & ſanie fiat pro diſpnœa. Si autē quod fluxerit eſt fœtidum odorē habēs malū ex peſſario ſecūdo acuto, fiat iniectio poſtq; locus mūdificatus fuerit ex aqua & melle iniectis per inſtrumentū æneū. Si uerò cū hoc quod fluit fuerit punctio & dolor, & apoſtema durum quod tactu diſcernitur, ſummopere cauendum eſt ne ex alio acuto medicamine tangatur, ſed fiat iniectio ex confricatione plumbi quam diximus, aut ex unguento de ceruſa. Et phlebotometur ex baſilica. Et cuſtodiatur ab omnibus quę coleram nigram gignunt, & ſeminibus & ſpeciebus quæ pro condimento admiſcentur cibis.

DE PRÆFOCATIONE MATRICIS.

CVm menſtrua per longum ſpacium temporis retenta fuerint, aut mulier à commixtione uiri diu abſtinuerit, licet ualde affectauerit, & euenerit grauitas & dolor in inferioribus partibus femoris, & ſenſerit quaſi aliquod ſurſū trahi à parte ſuminis. Fortaſſe poſt iſta ſuperueniet ei ſyncopis & quaſi mortua cadet, perpendi quoque uix poterit quòd ipſa attrahat aërem uel habeat pulſum. Et forſitan præfocabitur & morietur, & forſitan ſanabitur laborioſe tamen. Hæc itaque paſſio ilico ut euenerit curanda eſt ex huius curatione, & pedes fortiter fricentur & ligentur. Et uentoſa magna ſuperponatur. Et obſtetrici quoque præcipiatur ut digitum oleo bene redolente inungat, & in circuitu oris uuluæ dum eſt intus bene commoueat. Naribus præterea condiſi inſuffletur, & circa aures ipſius uoces clamando proferantur, & nihil quod bene redoleat olfaciat, imò bene redolentia, & algalia remoueantur, & pecten & eius inferiora ex eis epithimentur, & naribus malum reddentia odorem applicentur, ut ſtercus, caſtoreum & ſulphur. Cum autem ſanitati reſtituta fuerit ex hoc medicamine curetur ne ęgritudo redeat, quod ſi hęc ęgritudo poſt menſtruorum uenerit reſtrictionem, ea dentur quæ menſtrua prouocant. Et in pedibus fiat minutio, & uentoſæ in eis apponantur. Si autem poſt lungā uiri diſiunctionem contingat, ex quo etiam ſæpe accidit, incipiat uiri conſuetudinem habere, aut obſtetrix iteret illud quod ſæpe diximus in omni pauco tempore, aut medicamina quæ minuunt ſperma dentur quæ prædiximus. Et dentur trochiſci de mirrha quos in capitulo de menſtruis prouocandis nominauimus.

DE GIBBOSITATE.

QVum gibboſitas fieri incipit pilulę maiores de hermodactylis dandæ ſunt, & oleum de raſni cum apozemate de ſeminibus ſępe ſumendum. Locus quoque de oleo ſambacino in quo ſtyrax liquida & caſtoreum & euphorbium reſoluta ſint frequenter inungendus, & à frigidis cibis abſtinendum. Aqua etiam calida in qua cocta ſint mētaſtrum & ſampſucus, & ſtœcas arabicus ab alto ſuper locum diſtillanda eſt, deinde frequens fricatio & inunctio ex oleis calidis facienda eſt. Quod ſi is qui hanc patitur ægritudinem puer fuerit, balneum ſolummodo & inunctiones ſufficiūt ex his quæ diximus. Si autem cum gibboſitas incipit affuerit febris, à prædicto regimine omnino abſtinendum eſt. Sed apozema ex herbis factum cum caſſiafiſtula in potu eſt tribuendum. Phlebotomia quoque ex baſilica facienda eſt, & emplaſtra uehementia loco ſuperponenda.

DE VARICIBVS.

QVum uenæ groſſæ & plene & diuerſo modo curuatæ, & uirides in crure apparuerint ægritudo quæ uitis uocatur adeſſe ſignificatur. Hæc autem ægritudo frequentius accidit his qui multum pedibus laborare cōſueuerunt, & qui cibaria choleram nigram generantia frequenter ſumunt. In principio itaque curationis huius paſſionis baſilicam minuere conuenit & uentrem ex his quæ choleram ducunt nigram ſoluere, quorum mentionem fecimus in capitulo de melancholia. Hæc autem ſæpe facienda ſunt, & ab omnibus quibus melancholiam patientes cuſtodiuntur in hac ægritudine abſtinendum. Poſt quam uerò hoc regimen diu adhibitum fuerit ex uenis quas in crure apparuiſſe diximus minutio fiat, à quibus ſanguis tamdiu fluere dimittatur donec quicquid in eis eſt euacuetur. Deinde huiuſmodi patiens choleram nigram expellentibus utatur, & ex baſilica minuatur, & caueat ſibi ab omnibus quæ choleram generant nigram.

DE ELEPHANTIA.

HÆc paſſio poſtquam manſiua fuerit incurabilis eſt. Cum autem incipit ſi ei ſubueniatur & ut debet medicata fuerit, aut ſanatur, aut manet ſic nihil addens. Cum ergo pedis craſſities augeri uidetur & color obfuſcari, uenæ quoque quæ uites uocantur apparere cœperint, æger quotidie cogendus eſt uomere. Et cuſtodiendus ab ambulatione nimia & ſtatione, & uenter uo-

mitu præcedente ex pilulis maioribus de hermodactylis ſoluendus. Deinde ad uomitum redeundum. Poſt illud hoc quoque multotiens fieri oportet. Æger præterea à cibis craſſis eſt abſtinendus, & tibia à calcaneo incipiendo ſurſum uſque ad genu ſtringenda. Ante tamen conſtrictionem epithimanda ex oleo, & myrrha, & acatia, & hypocyſthide, & alumine cum aceto forti diſſolutis. Ex baſilica quoque manus contrariæ partis minutio facienda eſt. Neque erectus ſtet niſi pes ſtrictus ligatus fuerit. Neque epithima nullo modo dimittat. Vomitu quoque frequenter utatur. Quod ſi paruum interceſſerit ſpatium à præcedenti uomitu, & appetit quieſcere uapora ipſum cum ſeminibus caulium & ſtœcade, arabico cinere de uitibus, & lupinis, & nitro, & ſtercore caprino & farina fœnugræci, & liniatur etiam ex aqua cineris per ſpatium unius diei, aut duorum. Ipſa enim huius ægritudinis maximā reſoluit partem, aut leuiorem reddit.

DE VLCERATIONE RENVM QVÆ EXTERIVS FIT IN CVTE.

QVum aliquis longo tempore ſupinus ſuper dorſum iacet loca renum plurimumq; rubent, & mala ibi fiunt ulcera. Cum ergo loca iſta rubere cum augmento uiſa fuerint, milium ſiue panicum, aut folia ſalicis ſub eo ſternenda ſunt. Et ipſe in die eſt multotiens eleuandus. Loca quoque quæ rubent aqua roſata ſuper niuem infrigidata roranda ſunt, & flabellanda ipſa. Quod ſi calor perſeuerauerit imponatur epithima de alubram, quod in capitulo de apoſtematibus nominauimus. Et ueſicæ & ulcera ibi exorta fuerint ex unguēto de ceruſa curentur.

DE DOLORE QVÆ FIT IN MEMBRIS MANIFESTIS.

CVm dolor in manu, ut in pede ſit, æger interrogandus eſt ſi ex percuſſione hoc ei accidit, aut ſi ſuper ipſam diu iacuit, aut ſi contingit ex cauſa intrinſeca. Si autem ab exteriori cauſa non contigerint locus dolens, cōſyderandus eſt an ſit magis rubeus quàm reliquum corpus aut non, ſi enim toto corpore rubicundior fuerit ex calidi apoſtematis medicamine curandus erit.

Et ſi membrum neq; fuerit calidum neq; rubeum, ſed iam quotidie obfuſcatur & ſiccatur aqua calida ab alto ſuper ipſum diſtillanda eſt, & ex oleo & cera reſoluta inungendus & dimittendus ſic, donec dolor ſedetur. Quod ſi locus craſſior uideatur & tactu etiā frigidior ſentiatur frequenter erit fricandus, & aqua calida in qua ſampſucus, & chamæmila, & ſtœchas arabicus cocta fuerint ab alio, ut diximus, ſuper ipſum erit diſtillanda, & ex oleo cheiri citrino inungendus. Regimen quoque ſubtiliandum erit. Ipſe uerò utatur exercitio & in balneo ſudet. Si autem iſta nō ſuffecerint uenter ex his ſoluatur, quæ humiditates educunt. Membrum præterea ſi tactu ſentitur frigidum fricetur prius, & deinde inungatur ex oleo coſtino & ſambacino, & oleo de been tepidis, & his ſimilibus. Quod ſi iſta non ſuffecerint ex unguentis quæ in capitulo de paralyſi nominauimus, inungēdus erit donec ſanetur.

Finis.

REGISTRVM.

✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

Omnes ſunt terni præter V qui eſt duernus.

Venetijs expenſis hæredum Lucæ Antonij Iunctæ Florentini Anno M. D. XLII. Menſe Octobri.

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.263

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.264

6l, 509, [1] p.

5k 184 } AL

1k 130 }

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.265

Reference: 10672. Copyright for this page: Public Domain

View on the Qatar Digital Library: http://www.qdl.qa/en/archive/qnlhc/10672.266